John Adams Library,

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF Nº
ADAMS
153.5

TITI LIVII

HISTORIARUM

QUOD EXTAT

Ex recensione IF. Gronovii.

AMSTELODAMI,
Apud Danielem Elzevirium. A°. 1678.



J. Adams
1535

John Thurter
Ihs Dunn

T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM AB URBE CONDITA DECADIS PRIMÆ LIBER PRIMUS.

In eundem Epitome.

ADventus Æneæ in Italiam, & res ab eo gestæ; Ascanii regnum Albæ, & Silvii Æneæ, ac deinceps Silviorum regum, primo libro continentur. Numitoris filia a Marte compressa, nati Romulus & Remus: Amulius obtruncatus. Urbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima spolia Jovi Feretrio lata. In curias populus divisus. Fidenates & Vejentes victi. Romulus consecratus. Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit: Jano templum constituit: ejusque portam, pacatis omnibus circa populis, primus clausit: cum Dea Egeria sibi congressus nocturnos esse simulans, feroces populi animos ad religionem perpulit. Tullus Hostilius Albanos bello petiit. Posthæc Tergeminorum pugna. Horatius absolutus. Mettii Fuffetii supplicium. Alba diruta, Albani in civitatem recepti. Sabinis bellum indictum. Ad postremum fulmine Tullus absumptus est. Ancus Marcius cærimonias a Numæ institutas renovavit: Latinis victis, & ad civitatem adscitis, montem Aventinum assignavit: Politorium urbem Latinorum bello repetitam, quam prisci Latini occupaverant, diruit: pontem sublicium in Tiberim fecit: Janiculum collem urbi addidit: fines imperii protulit: Ostiam condidit. Regnavit annos triginta tres. Eo regnante Lucumo Damarati Corinthii filius a Tarquiniis, Etruriæ civitate, Romam venit, & in amicitiam Anci receptus, Tarquinii nomen ferre cœpit; & post mortem Anci regnum excepit. Centum additis, Patrum numerum auxit: Latinos subegit, Circum designavit, ludos edidit: Sabinorum bello petitus, equitum centurias ampliavit. Tentandæ scientiæ caussa Attii Navii auguris, consuluisse fertur, an id, de quo cogitaret, effici posset: quod quum ille fieri posse respondisset; jussisse eum novacula cotem præcidere, idque protinus ab Attio factum. Sabinos præterea acie vicit: urbem muro circumdedit, cloacas fecit. Occisus est ab Anci filiis, quum regnasset annos triginta octo. Successit ei Ser. Tullius, natus ex captiva nobili Corniculana; cui puero adhuc in cunis posito caput arsisse traditum est. Vejentes atque Etruscos prælio fudit. Censum primus omnium egit. Lustrum condidit, quo censa octoginta millia esse dicuntur. Classes centuriasque descripsit. Pomœrium protulit: Colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Esquilinumque adjecit. Templum Dianæ cum Latinis in Aventino fecit. Interfectus est a L. Tarquinio Prisci filio, consilio filiæ suæ Tulliæ, cum regnasset annos triginta quatuor. Post hunc L. Tarquinius Superbus, neque Patrum, neque populi jussu regnum invasit: quo die scelerata Tullia per patris jacentis corpus carpentum egit. Amatos circa se ad custodiam corporis sui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volscis gessit: & ex eo-

rum præda templum Jovi in Capitolio fecit. Terminus & Juventas non adire: quorum ære moveri non potuerunt: Filii Sexti Tarquinii dolo, Gabios in potestatem suam redegit. Hujus filiis Delphos profectis, & consulentibus, quis eorum regnaturus esset Romæ, alterum est, cui regnaturum, qui primum matrem osculatus esset. Quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur, Junius Brutus, qui cum iis profectus erat, prolapsum se simulavit, & terram osculatus est. Idque factum ejus eventus rei comprobavit. Nam quum impotenter se gerendo Tarquinius Superbus, omnes in odium sui adduxisset; ad ultimum, propter expugnatam nocturna vi a Sexto filio ejus Lucretiæ pudicitiæ, quæ vocato patre ad se Tricipitino, & viro Collatino, obtestata, ne inulta mors ejus esset, cultro se interemit: Brutus opera maxime expulsus est, quum regnasset annos viginti quinque. Tunc consules primum creati sunt, L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

Cap. 1. FActurusne operæ precium sim, si a primordio Urbis res populi Romani perscripserim; nec satis scio: nec si sciam, dicere ausim. Quippe qui quum veterem tum vulgatam esse eam videam, dum novi semper scriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos se, aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt. Utcunque erit, juvabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi, pro virili parte & meipsum consulisse, & si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini officient, me consoler. Res est præterea, & immensi operis, ut quæ supra septingentesimum annum repetatur: & quæ ab exiguis profecta initiis, eo creverit, ut jam magnitudine laboret sua: & legentium plerisque, haud dubito, quin primæ origines, proximaque originibus, minus præbiturа voluptatis sint; festinantibus ad hæc nova, quibus jam pridem prævalentis populi vires sibi ipse conficiunt. Ego contra hoc quoque laboris premium petendum, ut a labe conditis malorum, quæ nostra tot per annos vidit ætas, tantisper certe dum prisca illa tota mente repeto, avertam; omnis expers curæ, quæ scribentis animum, etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere possit. Quæ ante conditam condendamve urbem, poeticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec affirmare nec refellere, in animo est. Datur hæc venia antiquitati, ut miscendo humana divinis, primordia urbium augustiora faciat. Et, si cui populo licere oportet consecrare origines suas, & ad Deos referre auctores; ea belli gloria est populo Romano: ut quum suum, conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat; tam & hoc gentes humanæ patiantur æquo animo, quam imperium patiuntur. Sed hæc & his similia, utcunque animadversa aut existimata erunt, haud in magno equidem ponam discrimine. Ad illa mihi pro re quisque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint: per quos viros, quibusque artibus, domi militiæque, & partum & auctum imperium sit, labente deinde paulatim disciplina, velut desidentes primo mores sequatur animo: deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire cœperint præcipites; donec ad hæc tempora, quibus nec vitia nostra, nec remedia pati possumus, perventum est. Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi ruaque reipublicæ quod imitere, capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites. Cæterum aut me amor negotii suscepti fallit, aut nulla unquam respublica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit: nec in quam tam sera avaritia luxuriaque immigraverint: nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parsimoniæ honos fuerit. adeo, quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. Nuper divitiæ avaritiam, & abundantes voluptates desiderium, per luxum atque libidinem perundi gerendique omnia, invexere. Sed querelæ, ne tum quidem gratæ futuræ, quum forsitan & necessariæ erunt; ab initio certe tantæ ordiundæ rei absint. Cum bonis potius ominibus votisque ac precationibus Deorum Dearumque, si, ut poetis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus ut orsis tanti operis succesus prosperos darent.

CA-

CAPUT I.

Iam primum omnium fatis contitat, Troja capta in cæteros ferè virum esse Trojanos; duobus, Ænea Antenoreque, & vetusti jure hospitii, & quia pacis reddendæque Helenæ semper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abstinuisse. Casibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetûm, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylæmene ad Trojam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum: Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, pulsis, Heneros, Trojanique eas tenuisse terras: & in quem primum egressi sunt locum, Troja vocatur; pagoque inde Trojano nomen est, gens universa Veneti appellati. Æneam ab simili clade domo profugum, sed ad majora initia rerum ducentibus fatis, primo in Macedoniam venisse: inde in Siciliam quærentem sedes delatum: ab Sicilia, classe Laurentem agrum tenuisse: Troja & huic loco nomen est. Ibi egressi Trojani, ut quibus ab immenso prope errore nihil præter arma & naves supereresset, quum prædam ex agris agrent, Latinus rex Aboriginesque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim adversarium armati ex urbe atque agris concurrunt. Duplex exinde fama est: alii prœlio victum Latinum, pacem cum Ænea, deinde affinitatem junxisse tradunt: alii, quum instructæ acies constitissent, priusquam signa canerent, processisse Latinum inter primores, ducemque ad certamen evocasse ad colloquium. percunctatum deinde, qui mortales essent, unde, aut quo casu profecti domo, quidve quærentes in agrum Laurentem exissent? postquam audierit, multitudinem Trojanos esse; ducem Æneam, filium Anchisæ & Veneris: cremata patria & domo profugos, sedem condendæque urbi locum quærere, & nobilitatem admiratum gentis virique, & animum vel bello vel paci paratum, dextera data fidem futuræ amicitiæ sanxisse. Inde fœdus ictum inter duces, inter exercitus salutationem factam. Æneam apud Latinum fuisse in hospitio. ibi Latinum apud penates Deos domesticum publico adjunxisse fœdus, filia Æneæ in matrimonium data. ea res utique Trojanis spem affirmat tandem stabili certaque sede finiendi erroris. Oppidum condunt. Æneas ab nomine uxoris Lavinium appellat. Brevi filius quoque virilis ex novo matrimonio fuit; cui Ascanium parentes dixere nomen.

Cap. II. Bello deinde Aborigines Trojanique simul petiti. Turnus Rex Rutulorum, cui pacta Lavinia ante adventum Æneæ fuerat, prælatum sibi advenam ægre patiens, simul Æneæ Latinoque bellum intulerat. Neutra acies læta ex certamine abiit. victi Rutuli: victores Aborigines Trojanique ducem Latinum amisere. Inde Turnus Rutulique diffisi rebus, ad florentes Etruscorum opes, Mezentiumque eorum regem confugiunt: qui Cære opulento tum oppido imperitans, jam inde ab initio minime lætus novæ origine urbis, & tum nimio plus quam fatis rutum esset accolis, rem Trojanam crescere ratus, haud gravarim socia arma Rutulis junxit. Æneas adversus tanti belli terrorem, ut animos Aboriginum sibi conciliaret, ne ab eodem jure folium, fed etiam nomine omnes essent, Latinos utramque gentem appellavit. Nec deinde Aborigines Trojanis fludio ac fide erga regem Æneam cessere. fretusque his animis coalescentium indies magis duorum populorum Æneas, quanquam tanta opibus Etruria erat, ut jam non terra solum, sed mare etiam per totum Italiæ longitudinem, ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui impleisset; tamen cum mœnibus bellum propulsare posset, in aciem copias eduxit. Secundum inde prœlium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit. Situs locusque ejus ubi sit, dici jus fasque est, super Numicium flumen: Jovem indigetem appellant.

Cap. III. Nondum maturus imperio Ascanius Æneæ filius erat: tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume manfit. tantisper tutela mulierbri (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina & regnum avitum, patri numque puero stetit. Haud nihil ambigam (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Ascanius, an major quam hic, Creusa matre Ilio incolumi natus, comesque inde paternæ fugæ, quem Iulum eundem Julia gens auctorem nominis sui nuncupat. is Ascanius, ubicunque & quacunque matre genitus (certe natum Ænea constat) abundante Lavinii multitudine, florentem jam (ut tum res erant) atque opulentam urbem matri, sicu noverat, reliquit: novam ipse aliam sub Albano monte condidit, quæ ab ilitu porretæne in dorso urbi, Alba appellata. Inter Lavinium & Albam Longam colonias deductam triginta ferme interfuere anni. tantum tamen opes creverant, maxime fultis Etruscis, ut ne morte quidem Æneæ, nec deinde inter mulierem tutelam, rudimentumque primum puerilis regni, movere arma, aut Mezentius Etruscique aut ulli alii accolæ ausi sint. Pax ita convenerat, ut Etruscis Latinisque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis esset. Silvius deinde regnat, Ascanii filius,

casu quodam in silvis natus. is Æneam Silvium creat. Is deinde Latinum Silvium. ab eo coloniæ aliquot deductæ, Prisci Latini appellati. manet Silviis postea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Latino Alba creatus, Alba Arys, Arye Capys, Capye Capetus, Capeto Tiberinus, qui in transitu Albula amnis submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. Agrippa inde Tiberini filius: post Agrippam Romulus Silvius à patre accepto imperio regnat. Aventino, fulmine ipse ictus, regnum per manus traditur. is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanæ urbis, cognomen collis fecit. Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Numitori, qui stirpi maximus erat, regnum vetustum Silviæ gentis legat. plus tamen vis potuit, quam voluntas patris, aut verecundia ætatis. pulso fratre, Amulius regnat. addit sceleri scelus: stirpem fratris virilem interimit: fratris filiæ Rheæ Silviæ per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate ejus partus adimit.

Cap. IV. Sed debebatur, ut opinor, fatis tantæ origo urbis, maximique secundum deorum opes imperii principium. Vi compressa Silvia, cum geminum partum edidisset, seu ita rata, seu quia deus auctor culpæ honestior erat, Martem incertæ stirpis patrem nuncupat. sed nec dii, nec homines aut iplam aut stirpem à crudelitate regia vindicant: facerdos vincta in custodiam datur; pueros in profluentem aquam mitti jubet. Forte quadam divinitus super ripas Tiberis effusus lenibus stagnis, nec adiri ufquam ad justi curfum poterat amnis: & poffe quamvis languida mergi aqua infantes, ipem ferentibus dabat. ita velut defuncti regis imperio, in proxima alluvie, ubi nunc vicus Ruminalis eft (Romulamen vocitatum ferunt) pueros exponunt. vaffe tum in iis locis folitudines erant. Tenet fama, cum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in ficco aqua leftitiffet, lupam sitientem ex montibus qui circa sunt, ad puerilem vagitum cursum flexisse: eam summissas infantibus adeo mitem præbuisse mammas, ut lingua lambentem pueros magister regii pecoris invenerit. Faustulo fuisse nomen ferunt. Ab eo ad stabula Larentiæ uxori educandos latos. Sunt, qui Larentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent: inde locum fabulæ ac miraculo datum. Ita geniti, ita educati, quum primum adolevit ætas, nec in stabulis, nec ad pecora segnes, venando peragrare circa saltus. Hinc robore corporibus animisque fumto jam non feras tantum fubfistere, sed in latrones præda onustos impetus facere, paftoribusque rapta dividere: Se cum his creicente indies grege juvenum, feria ac jocos celebrare.

Cap. V. Jam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuisse Judicrum ferunt, Se à Palanteo urbe Arcadica Palarium, deinde Palatium montem appellatum. ibi Evandrum, qui ex eo genere Arcadum multis ante tempestatibus ea tenuerat loca, solenne allatum ex Arcadia institutisse, ut nudi juvenes Lycæum Pana venerantes per lusum atque lasciviam currerent. quem Romani deinde vocarunt Inuum. Huic deditis ludicro, quum solenne morum esset, insidiatos ob iram prædæ amisse latrones; quum Romulus vi se defendisset. Rem cepisse: captum regi Amulio tradidisse. ultro accusantes. crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri: inde eos collecta juventum manu hostilem in modum prædas agere. Sic Numitori ad supplicium Remulus traditur. Faustulum ab his Faustulo spes fuerat, regiam stirpem apud se educari; nam & expositos justu regis infantes sciebat, & tempus, quo ipse eos fustulisset, ad id ipsum congruere; sed rem immaturam, nisi ait per occasionem, aut per necessitatem aperiri noluerat. Necessitas prior venit. Ita metu subactus, Romulo rem aperit. Forte & Numitori, cum in custodia Remum haberet, audisse que geminos esse fratres, comparando & ætatem eorum, & ipsam minime fervilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum: fcilicetandoque eodem pervenit, ut haud procul esset, quin Remum agnosceret. Ita indigitæ regi dolus nectitur. Romulus non cum globo juvenum (nec enim erat ad vim apertam par) sed aliis alio itinere justis certo tempore ad regiam venire pastoribus, ad regem impetum facit: & à domo Numitoris alia comparata manu adjuvat Remus, ita regem obtruncant.

Cap. VI. Numitor inter primum tumultum hostes invasisse urbem atque adortos regiam dicitans, cum pubem Albanam in arcem præsidio armisque obtinendam advocasset, posteaquam juvenes perpetrata cæde pergere ad se gratulantes vidit, extemplo advocato concilio, scelera in se fratris, originem, eorum, ut geniti, ut educati, ut cognii essent, eadem deinceps tyranni, seque ejus auctorem ostendit. Juvenes per mediam concionem agmine ingressi, cum avum regem salutassent, secuta ex omni multitudine consentiens vox, ratum nomen imperiumque regi effecit. Ita Numitori Albana permissa re, Romulum Remumque cupido cepit, in iis locis, ubi expositi, ubique educati erant, urbis condendæ. Sc supererat multitudo Albanorum Latinorumque. ad id pastores quoque accesserant: qui omnes facile spem fecerent, parvam Albam, parvum Lavinium, præ ea urbe quæ condere-

deretur, fore. Intervenit deinde his cogitationibus avicum malum, regni cupido, atque inde fratrum certamen coortum adatis initi principio, quoniam gemini essent, nec ætatis verecundia discrimen facere posset, ut Dii, quorum tutelæ ea loca essent, augurii legerent, qui nomen novæ urbi daret, qui conditam imperio regeret.

Cap. VII. Palatinum Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt. Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures: jamque nunciato augurio, quum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutaverat. tempore illi præcepto, at hi numero avium regnum trahebant. Inde cum certamine congressi, certamine iræ um ad cædem vertuntur. Ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum noves transiluisse muros: inde ab irato Romulo (quum verbis quoque increpitans adjecisset, *Sic deinde quicunque alius transiliet mœnia mea*) interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus; condita urbs conditoris nomine appellata. Palatinum primum, in quo ipse erat educatus, munit: sacra Diis aliis Albano ritu, Græco Hercli, ut ab Evandro initiatus erant, facit. Herculem in ea loca Geryone interempto boves mira specie abegisse memorant, ac prope Tiberim fluvium, qua præ se armentum agens, nando trajecerat, loco herbido, ut quiete & pabulo læto reficerer boves, & ipsum fessum via procubuisse. ibi quum cum cibo vinoque gravatum sopor oppressisset, pastor accola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus, caprus pulchritudine boum, quum avertere eam prædam vellet; quia, si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quærentem dominum eo deductura erant; averso boves eximium quemque pulchritudine caudis in speluncam traxit. Hercules, ut primum auborum somno excitus, quum gregem perlustrasset oculis, & partem abesse numero sensisset, pergit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia ferrent. quæ ubi omnia foras versa vidit, nec in partem aliam ferre, confusus atque incertus animi, ex loco infesto agere parro armentum occepit. Inde quum æræ boves quædam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, reddita incluserum ex speluncæ boum vox Herculem convertit. quem quum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset; ictus clava, fidem paterorum nequicquam invocans, morte occubuit. Evander tum ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis quum imperio regebat loca: venerabilis vir miraculo literarum. rel novæ inter rudes artium homines; venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum, mirore hæ gentes fuerant. is tum Evandro concursu pastorum trepidantium circa advenam manifestæ rerum caussa excitus, postquam facinus facinorisque caussam audivit; habitum formamque viri ali quantum ampliorem augustioremque humana intuens, rogitat qui vir esset. Ubi nomen patremque ac patriam accepit; *Juno mihi*, inquit, *hospites, salve*, inquit, *te nihi inater veredicta interpres Deum auctuntem cælestium numerum cecinit: tibique aram hic dicatum iri, quam opulentissima olim in terris gens Maximum vocet, tuoque ritu colat.* Dextra Hercules data, *accipere fe omen, implesurumque fata, ara condita arcebitque*, ait. Ibi tum primum bove exmia capta de grege, sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque hostitiis ac Pinariis, quæ tum familiæ maxime inclytæ ea loca incolebant, factum. Forte ita evenit, ut Potitii ad tempus præsto essent, ipsique exta apponerentur, Pinarii extis adatis ad ceteram venirent dapem. inde institutum manst, donec Pinarium genus fuit, ne extis solennium vescerentur. Potitii ab Evandro edocti, antistites sacri ejus per multas ætates fuerunt. donec tradito servis publicis solemni familiæ ministerio, genus omne Potitiorum interiit. Hæc tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit; jam tum immortalitatis virtute partæ, ad quam eum sua fata ducebant, fauror.

Cap. VIII. Rebus divinis rite perpetratis, vocataque ad concilium multitudine, quæ consistere in populi unius corpore nulla re, præterquam legibus poterat, jura dedit: quæ ita sancta generi hominum agrestí fore rarus, si seipse venerabilem insignibus imperii fecisset, quum cetero habitu se augustiorem, tum maxime litcoribus duodecim stimpsis fecit. Alii duodecimero numero, quæ augurio regnum portenderant, eam lictorum numerum putant. me haud pœnitet eorum sententiæ esse, quibus & apparitores & hoc genus ab Etruscis finitimis, unde fella cunulis, unde toga præterea sumpta est, numerum quoque ipsum ductum placet: & ita habuisse Etruscos, quod ex duodecim populis communiter creato rege, singulos singuli populi lictores dederint. Crescebat interim urbs munitionibus, quum alia atque alia appetendo loca, in spem magis futuræ multitudinis, quam ad id, quod tum hominum erat, munirent. Deinde, ne vana urbis magnitudo esset, adjiciendæ multitudinis caussa, vetere consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem concienda ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem mentiebantur; locum qui

nunc septus densis sentibus inter duos lucos est, Asylum aperit. eo ex finitimis populis turba omnis, sine discrimine, liber an servus esset, avida novarum rerum profugit: idque primum ad coeptam magnitudinem roboris fuit. Quum jam virium haud pœnitenter, connilium deinde viribus parat. centum erant senatores, sive quia is numerus satis erat: sive quia soli centum erant, qui creari patres possent. Patres certe ab honore, patricioque nomine ejus civitatis appellati.

Cap. IX. Jam res Romana adeo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset; sed penuria mulierum, hominis ætatem duraturæ magnitudo erat. quippe quibus nec domi spes prolis, nec cum finitimis connubia essent. tum ex consilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes mittit, qui societatem connubiumque novo populo peterent. *Urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci: deinde quas sua virtus ac Dii juvent, magnas opes sibi magnumque nomen facere. Satis scire, ortum Romanæ Urbi Albanum sanguinem, Romam deinde virtutem, profunde ea gravaverint homines cum humanibus sanguinem egenus miscere.* Nutiquam benigne legatio audita est: adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. A plerisque rogitantibus, dimitti, *cur et feminis quoque ejusmodi aperuissent id enim demum compar connubium fore.* Ægre id Romana pubes passa, & haud dubie ad vim spectare res cœpit. cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, agritudinem animi dissimulans, ludos ex industria parat Neptuno Equestri Iolumenis. Consualia dicebantur. inde deinde finitimis spectaculum jubet: quantoque apparatu tum sciebant aut poterant, concelebrant; ut rem claram exspectatamque faciebant. Multi mortales convenere, studio etiam videndæ novæ urbis; maxime proximi quique, Cæninenses, Crustuminí, Antemnates. Jam Sabinorum omnis multitudo, cum liberis ac conjugibus venit. invitati hospitaliter per domos, quum situm mœniaque & frequentem tectis urbem vidissent, mirantur tam brevi rem Romanam crevisse. Ubi spectaculi tempus venit, deditaque eo mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis: signoque dato, juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. magna pars forte, ut in quem quæque incideral, rapiae; quasdam forma excellentes primoribus Patrum destinatas ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Unam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem a globo Talasii cujusdam raptam ferunt. multisque conciantibus, cuinam eam ferrent, identidem, ne qui violaret, Talasio ferri clamitatum. Inde nuptialem hanc vocem factam. Turbato per metum ludicro, mœsti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hospitii fœdus, Deumque invocantes, cujus ad solenne ludosque, per fas ac nefas decepti, venissent. Nec raptis aut spes de se melior aut indignatio minor: sed ipse Romulus circuibat docebatque, *Patrum id fuisse pactum, qui connubium finitimis negassent: illas tamen in matrimonio, in societate fortunarum omnium civitatisque, et quo vobi carius humano generi sit, liberum fore. Mollirent modo iras; & quibus fors corpora dedisset, darent animos. Sæpe ex injuria postmodum gratiam oriam: eosque meliores usuras viris, quod anxiis suos pro se quisque sit, ut quum factum esse non infectum possit, parentum etiam patriæque expleat desiderium.* Accedebant blanditiæ virorum factum purgantium, cupiditare atque amore: quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.

Cap. X. Jam admodum mitigati animi raptis erant, at tantarum parentes trahebant haudilla vitæ. lacrymisque & querelis civitates concitabant. nec domi tantum indignationes continebant, sed congregabantur undique ad Titum Tatium regem Sabinorum: & legationes eo, quod maximum Tatii nomen in his regionibus erat, convenichant. Cæninenses & Crustuminenses & Antemnates erant, ad quos ejus injuriæ pars pertinebat. Lente agere iis Tatius Sabinique visi sunt. Ipsi inter se tres populi communiter bellum parant. Ne Crustumini quidem atque Antemnates, pro ardore iraque Cæninensium satis ad impigre opem ferendam. Ita per ipsum nomen Cæninum in agrum Romanum imperium facit. Sed effuse vastantibus fit obvius cum exercitu Romulus, levique certamine docet, vanam sine viribus iram esse: exercitum fundit, fugatque: fusum persequitur: regem in præcipiti obtruncat, & spoliat. duce hostium occiso, urbem primo impetu capit. Inde exercitu victore reducto, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi fulcendæ, fabricatoradi apte fercula gerens, in Capitolium ascendit: ibique ea quum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designavit templo Jovi fines, cognomenque addidit Deo: *Jupiter Feretri*, inquit, *hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quæ regibus ducibusque hostium cæsis, me auctorem sequentes, posteri ferent.* Hæc templi est origo, quod primum omnium Romæ factum est. ita deinde Diis visum, nec irritam

irritam conditoris templi vocem esse, qua laturos eo spolia posteros nuncupavit: nec multitudine compotum, ejus doni vulgari laudem. Bina postea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia, adeo rara ejus fortuna decoris fuit.

Cap. XI. Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus, per occasionem ac folitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit. raptim scad hos Romana legio ducta, palantes in agris oppressit. Fuit igitur prime impetu & clamore hostes: oppidum captum. duplicique victoria ovantem Romulum Hersilia conjunx precibus raptarum fatigata, orat, ut parentibus earum det veniam, & in civitatem accipiat: ita rem coalescere concordia posse. facile impetratum. Inde contra Crustuminos profectus, bellum inferentes. Ibi minus etiam, quod jam alienis cladibus ocdurerant animi, certamen fuit. Utroque colonize missæ. plures inventi, qui propter ubertatem terræ in Crustuminum nomina darent. & Romam inde frequenter migratum est à parentibus maxime ac propinquis rapturum. Novissimum ab Sabinis bellum ortum, multoque id maximum fuit. nihil enim per iram aut cupiditatem actum est: nec ostenderunt bellum prius, quam intulerunt. Consilio etiam additus dolus. Sp. Tarpeius Romanæ præcrat arci. Hujus filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut armatos in arcem accipiat. Aurum forte actum inter manus erat. Sinistris pectorum humeris, quod in sinistris manibus haberent, eo scuta illi pro aureis donis congesta. Sunt qui eam ex pacto tradendi, quod in sinistris manibus esset, directo arma petisse dicant: & fraude vitam agere, sua ipsam peremptam mercede.

Cap. XII. Tenuêre tamen arcem Sabini: atque inde postera die, quum Romanus exercitus instructus, quod inter Palatium Capitolinumque collem campi est, compleset; non prius descenderunt in æquum, quam ira & cupiditate recuperandæ arcis stimulante animos, in adversum Romani subiere. Principes utrinque pugnam ciebant; ab Sabinis Mettius Curtius, ab Romanis Hostus Hostilius. hic rem Romanam iniquo loco ad prima signa animo atque audacia sustinebat. Ut Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies: fugaque est ad veterem portam palatii. Romulus & ipse turba fugientium actus, arma ad cœlum tollens, *Jupiter, inquit, jussus avibus hic in Palatino prima urbi fundamenta jeci. arcem jam scelere emptam Sabini habent. inde huc armati superata media valle tendunt. At tu, pater Deûm hominumque, hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanæ fugæ, & siste. Hic ego tibi templum Statori sistam, quod monumentum sit posteris, tua præsenti ope servatam urbem esse vocem.* Hæc precatus, veluti sensisset auditas preces, *Hinc, inquit, Romani, Jupiter optimus maximus resistere atque iterare pugnam jubet.* Retinete Romani, tanquam cadiri voce jussi. Inde ad primores Romulus provolat. Mettius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat, & effusos egerat Romanos, toto quantum foro spacium est. nec procul jam à porta Palatii erat, clamitans, *Victimus perfidos hospites, ludificatos sponsalibus. jam filium longe alius est virgines rapere, quam cum patribus cum viris.* In eum hæc gloriantem cum globo ferocissimorum juvenum Romulus impetum facit. Ex equo tum forte Mettius pugnabat: eo pelli facilius fuit: pulsum Romani persequuntur. & alia Romana acies audacia regis accensa fundit Sabinos. Mettius in paludem sese, strepitu sequentium trepidante equo, conjecit: adverterataque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. Et ille quidem annuentibus ac vocantibus suis, favore multorum addito animo, evadit. Romani Sabinique in media convalle duorum montium rediere in prælium. sed res Romana erat superior.

Cap. XIII. Tum Sabinæ mulieres, quarum ex injuria bellum ortum erat, crinibus passis, scissaque veste victo malis muliebri pavore, audere inter tela volantia inferre, ex transverso impetu facto, dirimere infestas acies, diuimere iras: hinc patres, hinc viros orantes, *ne se sanguine nefando socerent generique respergerent: ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, liberûm hi progenies. Si affinitatis inter vos, si connubii piget, in nos vertite iras: nos causa belli, nos vulnerum ac cædium virisac parentibus sumus. melius peribimus, quam sine alteris vestrûm viduæ aut orbæ vivemus.* Movet res tum multitudinem, tum duces. Silentium & tacentina fit quies. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modo, sed & civitatem unam ex duabus faciunt, regnum conjungunt, imperium omne conferunt Romam. Ira geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati. monumentum ejus pugnæ, ubi primum ex profunda emersus palude equus Curtium in vado statuit, Curtium lacum appellarunt. Ex bello tam tristi tam repente pax, & cariores Sabinas viris ac parentibus, & an-

re omnes Romulo ipsi fecit. Itaque quum populum in curias triginta divideret, nomina earum curiis imposuit. Id non traditur, quum haud dubie aliquanto numerus major hoc nullorum fuerit, ætate, an dignitatibus fuis virorumve, an forte ita fint, quæ nomina curiis darent. Eodem tempore & centuriæ tres equitum conscriptæ sunt; Ramnenses ab Romulo; ab Tito Tatio Tifienses appellati. Lucerum nominis & originis causa incerta est. Inde non modo commune, sed concors etiam regnum duobus regibus fuit.

Cap. XIV. Post aliquot annos, propinqui regis Tatii legatos Laurentes pulsant, quumque Laurentes jure gentium agerent; apud Tatium gratia fiorum & preces plus poterant. Igitur illorum pœnam in se vertit. nam Lavinii, quum ad solemne sacrificium eo venisset, concursu facto, Interficitur. Eam rem minus ægre quam dignum erat, tulisse Romulum fetunt. seu eb indignam societatem regni, seu quia haud injuste cæsum credebat. Itaque bello quidem abstinuit: ut tamen explarentur legatorum injuriæ, regisque cædes, fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovatum est. Et cum hi quidem inoperata pax erat: aliud multo propius, atque in ipsis prope portis bellum ortum. Fidenates nimis vicinas prope se convalescere opes rati, priusquam tantum roboris esset, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere. Juventute armata immissa, vastatur agri quod inter urbem ac Fidenas est. Inde ad ipsam portis veris, quia dextra Tiberis arcebat, sine magna trepidatione agrestium populantur: tumultuque repens ex agris in urbem illatus, pro nuncio fuit. Excitus Romulus (neque enim dilationem pati tam vicinum bellum poterat) exercitum educit: castra à Fidenis mille passuum locat. Ibi relicto præsidio relicto, egressus omnibus copiis; partem millium locis circa densa obsita virgulta obscuris subsidere in insidiis justit; cum parte majore atque omni equitatu profectus, id quod quærebat tumultuoso & minaci genere pugnæ adequitando ipsis prope portis, hostem excivit; fuga quoque, quæ simulanda erat, eadem equestris pugna causam minus mirabilem dedit. & quum velut inter pugnæ fugæque consilium trepidante equitatu, pedes quoque referret gradum, plenis repente portis effusi hostes, impulit Romana acie, studio infandi feque undique trahuntur ad locum insidiarum. Inde subito exorti Romani, transversam invadunt hostium aciem. Addunt pavorem mora è castris signa eorum, qui in præsidio relicti fuerant. Ita multiplici terrore perculti Fidenates; prius pene quam Romulus quique cum eo equis erant, circumagerent frenis equos, terga vertunt: multoque effusius (quippe vera fuga) qui simulantes paulo ante fecuti erant, oppidum repetebant. non tamen eripuere se hosti: hærens in armis Romanus, prius quam fossa portarum objecerentur, velut agmine uno irrumpit.

Cap. XV. Belli Fidenaris contagione irritati Vejentium animi, & confanguinitate, (nam Fidenates quoque Etrusci fuerunt) & quod ipsi propinquitas loci, si Romana arma omnibus infesta finitimis essent, stimulabat; in fines Romanos excucurrerunt, populabundi magis quam justi more belli. Itaque non castris positis, non expectato hostium exercitu, raptum ex agris prædam portantes, Vejos rediere. Romanis contra, postquam hostem in agris non invenit, dinicationi ultimæ intructus intenrusque Tiberim transit. quem postquam castra ponere, & ad urbem accessirum Vejentes audivere; obviam egressi, ut potius acie decernerent, quam pugnæ, deprædis inconsuetæ dimicarent. Ibi viribus nulla arte adjutis, tantum veterani robore exercitus rex Romanus vicit: perfecutisque fusos ad mœnia hostes, urbe valida muris ac situ ipso munita abstinuit: agros rediens vastat, ulciscendi magis quam prædæ studio. Eaque clade haud minus quam adversa pugna jubacti Vejentes, pacem petitum oratores Romam mittunt. Agri parte multatis, in centum annos induciæ datæ. Hæc ferme Romulo regnante, domi militiæque gesta: quorum nihil abfonum fidei divinæ originis, divinitatisque unde mortem credire fuit: non animus in regno diuturno recuperando, non condendæ urbis consilium, non bello ac pace firmandæ. ab illo enim profecti viribus datis tantum valuit, ut in quadraginta deinde annos tutam pacem haberet. multitudini tamen gratior fuit quam patribus; longe ante alios acceptissimus militum animis, frecentesque amatos ad custodiam corporis, quos Celeres appellavit, non in bello solum, sed etiam in pace habuit.

Cap. XVI. His immortalibus editis operibus, quum ad exercitum recenseudum concionem in campo ad Capræ paludem haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstuleris. nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes, fedato tandem pavore, postquam ex tam turbido die serem & tranquilla lux redit, ubi vacuam sedem regiam vidit; etsi satis credebat Patribus, qui proximi steterant, sublimem raptum procella; tamen velut orbitatis metu icta, mœstum aliquamdiu silentium obtinuit.

nuit. Deinde à paucis initio facto, Deum Deo natum, regem parentemque urbis Romanæ salvere universi Romulum jubent. pacem precibus exposcunt, uti velens propitius suam semper foveret progeniem. Fuisse credo tum quoque aliquos, qui discerpsum regem Patrum manibus jactari arguerent: nam haud enim hæc quoque, sed perobscura, fama. Illam alteram admiratio viri & pavor præsens nobilitavit. Confilio etiam unius hominis addita rei dicitur fides. namque Proculus Julius solicita civitate desiderio regis, & infensis Patribus, gravis, ut traditur, quamvis magnæ rei auctor. In concionem prodit. *Romulus*, inquit, *Quirites, parens urbis hujus, prima hodierna luce cælo repente delapsus, se mihi obvium dedit. quum perfusus horrore venerabundusque astitissem, patens precibus, ut contra intuerí fas esset, abii, mansurum, inquit, Romanis, si bella ita velle, ut ma Roma caput orbis terrarum sit: proinde rem militarem colant: sciant, que, & ita posteris tradant, nullas opes humanis armis Romanis resistere posse. hæc*, inquit, *locutus fabilinis abiit.* Mirum, quantum illi viro mundiciæ hæc fides fuerit; quamque desiderium Romuli apud plebem exercitumque, facta fide immortalitatis, lenitum sit.

Cap. XVII. Patrum interim animos certamen regni ac cupido verfabat. nec dum à tingulis, quia nemo magnopere eminebat in novo populo, perveneranr factiones inter indigenas cerritasque, orsiundi ab Sabinis, ne, quia post Tatii mortem ab ea parte non erat regnarum in societate æqua, possessionem imperii amitterent, sui corporis creari regem volebant. Romani veteres peregrinum regem aspernabantur. In variis voluntatibus, regnari tamen omnes volebant, libertatis dulcedine nondum experta. Timor deinde Patres incessit; ne civitatem sine imperio, exercitum sine duce, multarum circa civitatum irritatis animis vis aliqua externa adoriretur. & esse igitur aliquod caput placebat: & nemo alteri concedere in animum inducebat. Itaque rem inter se centum Patres, decem decuriis factis, singulisque in singulas decurias creatis, ut summæ rerum præsent, consociant. decem imperitabant, unus cum insignibus imperii & lictoribus erat: quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibant: annumque intervallum regni fuit. id ab re, quod nunc quoque tener nomen, interregnum appellatum. Fremere deinde plebs; multiplicatam servitutem, centum pro uno dominos factos: nec ultra nisi regem, & ab ipsis creatum videbantur passuri. Quum sensissent ea proveri Patres, offerendum ultro raiti quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, summa potestate populo permissa, ut non plus darent juris, quam retinerent. decreverunt enim, ut cum populus regem justisset, id sic ratum esset si Patres auctores fierent; hodieque in legibus magistratibusque rogandis ut urpatur idem jusvi adempta, prius quam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiunt. Tum interrex concione advocata: *Quod populum, sanctum, solixque sit*, inquit, *Quirites, Regem create; ita Patribus visum est. Patres adsunt, si eligentur, qui fecundis ab Romulo numinibus, creantis, auctores fient.* Adeo id gratum plebi fuit, ut ne vieti beneficio viderentur, id modo scisceret, jubererntque ut Senatus decerneret, qui Romæ regnaret.

Cap. XVIII. Inclyta justitia religioque ea tempestate Numæ Pompilii erat. Curibus Sabinis habitabat, consultissimus vir, ut in illa quisquam ætate esse poterat, omnis divini atque humani juris. Auctorem doctrinæ ejus, quia non extat alius, fatso Samium Pythagoram edunt: quem Servio Tullio regnante Romæ, centum amplius post annos, in ea parte Italiæ ora circa Metapontum Heracleamque & Crotona, juvenum æmulantium studia cœtus habuisse constat. Ex quibus locis, etsi ejusdem ætatis fuisset, qua fama in Sabinos, aut quo lingux commercio quem quam ad cupiditatem dicendi excitisset? quove pretio unus peregrinus, disfimus sermone moribusque, perveniisset? Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis: instituendaque non tam peregrinis artibus, quam disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptius fuit. Auge namque Numæ Patres Romani, quanquam inclinari opes ad Sabinos, regemque sumpto, videbantur; tamen neque se quisquam, nec factionis suæ alium, nec denique Patrum aut civium quenquam præferre illi viro ausit; ad unum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Accitus, sicut Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus est, de se quoque Deos consuli justit. indeque augure (cui deinde, honoris ergo, publicum id sacerdotium sacerdotium fuit) desuper in arcem lapide ad meridiem versus conscidit. Augur ad lævam ejus, capite velato, sedens cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt. inde ubi, prospectu in urbem agrumque capto, Deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinavit: dextras ad meridiem partes, lævasque ad septentrionem esse dixit. Signum contra,

quo longissime conspectum oculi ferebant, animo finivit. Tum lituo in laevam manum translato, dextra in capite Numae imposita, precatus est ita: *Juppiter pater, si est fas hunc Numam Pompilium, cuji is ego caput tango, regem Romae esse, uti velis, ea nobis certa signa declarassis inter eos fines, quos feci.* Tum peregit verbis auspicia, quae mitti vellet, quibus missis, declaratus rex Numa de templo descendit.

Cap. XIX. Qui regno ita portus, urbem novam, conditam vi & armis, jure eam legibusque ac moribus de integro condere parat. quibus quum inter bella assuescere videret non posse (quippe efferatos militia animos) mitigandum fore opum, populum armorum desuetudine ratus, Janum ad Infimum Argiletum, indicem pacis bellique fecit: apertus, ut in armis esse civitatem; clausus, pacatos circa omnes populos significaret. Bis deinde post Numae regnum clautus fuit: semel T. Manlio consule, post Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod nostrae aetati Dii dederunt ut videremus, post bellum Actiacum, ab Imperatore Caesare Augusto, pace terra marique parta. Clauso eo, quum omnium circa finitimorum societate ac foederibus junxisset animos, postis aeternorum pacis jurarum curis, ne luxuriarentur ocio animi, quos metus hostium discipl naque militaris continuerat; omnium primum ea mente ad multitudinem imperitam & illis seculis rudem, efficacissima, Deorum metum inliciendum ratus est, qui quum defendere ad animos fine aliquo commento miraculi non posset, simulat sibi cum Dea Egeria congressus nocturnos esse: ejus se monitu, quae acceptissima Diis essent, sacra instituere, sacerdotes suos cui que Deorum praeficere. Atque omnium primum, ad cursum lunae in duodecim menses deferibit annum. quum (quite licentiosa res sine ullis menibus Numa modo explet, defuntque dies folido anno, qui solstitiali circumagitur orbe) intercalaribus mentibus interponendis, ita dispensavit, ut xx & vicesimo anno ad metam eandem Solis unde orsi essent, plenis annorum omnium spatiis dies congruerent. Idem nefastos dies fastosque fecit: quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum e ar.

Cap. XX. Tum sacerdotibus creandis animum adjecit: quanquam ipse plurima sacra obibat; ea maxime quae nunc ad Dialem flaminem pertinent. Sed quia in civitate bellicosa plures Romuli quam Numae similes reges putabat fore, ipsorumque ipsos ad bella, ne sacra regiae vicis defererentur, flaminem Jovi assiduum sacerdotem creavit: insignique eum veste & curuli regia sella adornavit. huic duos flamines adjecit: Martium unum, alterum Quirino. Virgines que Vestae legit; Alba oriundum sacerdotium, & genti conditoris haud alienum. his, ut assiduae templi antistites essent, perpendium de publico statuit: virginitate aliisque caerimoniis venerabiles ac sanctas fecit. Salios item duodecim Martii Gradivo legit, tunicaque picta insigne dedit, & super tunicam aeneum pectori tegumen: coelestiaque arma, quae ancilia appellantur, ferre; ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis solennique saltatu jussit. Pontificem deinde Numam Marciam, Marci filium, ex Patribus legit, cique sacra omnia exscripta exignataque attribuit; quibus hostiis, quibus diebus, ad quae tempa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogarerur. Cetera quoque omnia publica privataque sacra, Pontificis fatis subjecit. ut esset quo consultum plebes veniret: ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinosque aciscendo, turbaretur. Nec coelestes modo caerimonias, sed justa quoque funebria, placandosque Manes, ut idem Pontifex edoceret: quaeque prodigia fulminibus, aliove quo visu missa fuisset, ut susciperentur atque curarentur: ad ea elicienda ex mentibus divinis, Jovi Elicio aram in Aventino dicavit, Deumque consultit augurlis, quae fusciperida essent.

Cap. XXI. Ad haec consultanda procurandaque multitudine omni à vi & armis conversa, & animi aliquid agendo occupati erant, & Deorum assidua insidens cura, quum intereste rebus humanis coelestem Numen videretur, ea pietate omnium pectora imbuerat; ut fides & jusjurandum, proxime legum ac poenarum metum, civitatem regerent. & quum ipli se homines in regis, velut unici exempli, mores formarent; tum finitimi etiam populi, qui ante, castra, non urbem, positam in medio, ad solicitandam omnium pacem crediderant, in eam verecundiam adducti sunt, ut civitatem totam in cultum verfam Deorum, violari ducerent nefas. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. quo quia fe persepe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deae, interebat, Camenis eum lucum sacravit; quod earum ibi concilia cum conjuge sua Egeria essent. Et soli Fidei solenne instituit. ad id sacrarium flamines bigis, curru arcuato vehi jussit, manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere: significantes fidem tutandam, fedemque ejus etiam in dextris sacratam esse. Multa alia, sacrificia, locaque sacris faciendis, quae Argeos pontifices vocant, dedicavit. Omnium tamen maximum ejus operum fuit, tutela per omne regni tempus, haud minor pacis quam regni.

Ita

Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. Romulus septem & triginta regnavit annos: Numa tres & quadraginta. Turo valida, tum temperata & belli & pacis artibus erat civitas.

Cap. XXII. Numæ morte ad interregnum res rediit. Inde Tullum Hostilium, nepotem Hostilii, cujus in intima arce clara pugna adversus Sabinos fuerat, regem populus justit. Patres auctores fuere. Hic non solum proximo regi dissimilis, sed ferocior eriam Romulo fuit. tum ætas virefque, tum avita quoque gloria animum stimulabat. Senescere igitur civitatem otio ratus, undique materiam excitandi belli quærebat. Forte evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano prædata invicem agerent. Imperitabat tum C. Cluilius Albæ. utrinque legati fere sub idem tempus ad res repetendas missi. Tullus præceperat suis, nequid prius, quam mandata agerent, fatis sciebat, negaturum Albanum; ita pie bellum indici posse. Ab Albanis fucordius acta: excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis convivium celebrant. tantæ per Romani & res repetiverant priores, & neganti Albano, bellum in trigesimum diem indixerant. hæc renuntiant Tullo. Tum legatis Tullus dicendi potestatem, quid petentes venerint, facit. Illi omnium ignari, primum purgando erant tempus: *Se invitos quicquam, quod mia res placeat Tullo, dictoros, sed imperio subiici: res repetitum se venisse. Ni reddantur, bellum indicere justos.* Adhæc Tullus: *Nuncia*, inquit, *regi vestro, regem Romanum Deos facere testes, uter prius populus res repetentes legatos asperna tus dimiserit, ut in eum omnes expetant hujusce clades belli.*

Cap. XXIII. Hæc nunciant domum Albani. Et bellum utrinque summa ope parabatur, civili simillimum bello, prope inter parentes natosque: Trojanam utramque prolem, quam Lavinium ab Troja, ab Lavinio Alba, ab Albanorum stirpe regum, oriundi Romani essent. Eventus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit: quod nec acie certatum est, & tectis modo dirutis alterius urbis, duo populi in unum confluxit. Tum Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum impetum fecere. castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locant, fossa circundant: fossa Cluilia ab nomine ducis per aliquot secula appellata est, donec cum re nomen quoque vetustate abolevit. In his castris Cluilius Albanus rex moritur, dictatorem Albani Mettium Fuffetium creant. Interim Tullus ferox, præcipue morte regis, magnumque Deorum numen ab ipfo capite orsum, in omne nomen Albanum experiturum pœnas ob bellum impium dictitans, pœne præteritis hostium castris, infesto exercitu in agrum Albanum pergit. Ea res ab statívis excivit Mettium. ducit quam proxime ad hostem potest; inde legatum præmissum nunciare Tullo jubet, priusquam dimicent, opus esse colloquio. si secum congressus sit, fatis fcire ea se allaturum, quæ nihilo minus ad rem Romanam, quam ad Albanam pertinent. Haud aspernatus Tullus, tametsi vana afferebantur, suos in aciem educit. exeunt contra & Albani. Postquam instructi utrinque stabant, cum paucis procerum in medium duces procedunt. ibi *Init Albanus: Injurias & non redditas res ex fœdere, quæ reperitæ sint, & ego regem nostrum Cluilium, causfam hujusce esse belli, audisse videor: nec te dubito, Tulle, eadem præ te ferre. sed si mea potius quam dictu speciosa dicenda sunt, cupido imperii duos cognatos vicinosque populos ad arma stimulat. Neque recte, neque perperam id interpretor: fuerit ista ejus deliberatio, qui bellum fuscepit. me Albani gerendo bello ducem creassere. Illud te, Tulle, monitum velim: Etrusca res, quanta circa nos teque maxime sit, quo propiores eos, eo magis scis. multum illi terra, plurimum mari pollent. Memor esto, nos quum signum pugnæ dabis, tres duas acies spectaculo fore; ut fessos confectosque simul victorem ac victum aggrediantur. Itaque, si nos Dii Amant, quoniam non contenti libertate certa, in dubiam imperii servitiique deum imus; tuorum aliquam etiam, quæ uti ceteris imperavit, sine magna clade, sine multo sanguine utriusque populi decerni possit. Haud displiceres Tullo, quanquam, tum indole animi tum spe victoriæ, ferocior erat. Quærentibus utrinque ratio initur, cui & fortuna ipsa præbuit materiam.*

Cap. XXIV. Forte in duobus tum exercitibus erant trigemini fratres, nec ætate nec viribus dispares. Horatios Curiatiosque fuisse, fatis constat, nec ferme res antiqua alia est nobilior. tamen in re tam clara nominum error manet; utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. Auctores utroque trahunt: plures tamen invenio, qui Romanos Horatios vocent. hos ut sequar, inclinat animus. Cum trigeminis agunt reges, ut pro sua quisque patria dimicaret ferro. ibi imperium fore, unde victoria fuerit. Nihil recusatur: tempus & locus convenit. Priusquam dimicarent, fœdus ictum inter Romanos & Albanos est his legibus, ut cujusque populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. Fœdera alia aliis legibus, cæterum eodem

modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus, nec ullius veritor fœderis memoria est. Fecialis regem Tullum ita rogavit: *Jubesne me, Rex, cum patre patrato populi Albani fœdus ferire?* jubente rege, *Sagmina*, inquit, *te, Rex, posco. Rex ait, Puram tollito.* Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. Postea regem ita rogavit. *Rex, facisne me tu regium nuntium populi Romani Quiritium? vasa, comitesque meos?* Rex respondit: *Quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.* Fecialis erat M. Valerius, patrem patratum sp. Fusium fecit, verbena caput capillosque tangens pater patratus ad jusjurandum patrandum, id est, sanciendum, fit fœdus, multisque id verbis, quæ longo effara carmine non operæ est referre, peragit. Legibus deinde recitatis: *Audi*, inquit, *Jupiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus, ut illa palam primo postrema, ex illis tabulis cerave recita sunt, sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit publico consilio, dolo malo, tum tu illo die Jupiter populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes potesque.* Id ubi dixit, porcum saxo silice percussit. Sua item carmina Albani. suumque jusjurandum per suum Dictatorem suosque sacerdotes peregerunt. Fœdere icto, trigemini, sicut convenerat, arma capiunt.

Cap. XXV. Quum sui utrosque adhortarentur. *Deos patrios, patriam ac parentes, quicquid civium domi, quicquid in exercitu est, illorum tunc armis, illorum intueri manus;* feroces & suopte ingenio, & pleni adhortantium vocibus, in medium prodiere duces. Consederant utrinque pro castris duo exercitus, periculi magis præsentis, quam curæ expertes, quippe imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortuna positum. Itaque ergo erecti suspensique in minime gratum spectaculum animo intendunt ora. Datur signum. Inferunt que armis, velut acies, terni juvenes magnorum exercituum animos gerentes, concurrunt: nec his nec illis periculum suum; publicum imperium servitiumque obversatur animo: futuraque ea deinde patriæ fortuna, quam isti fecissent. Ut primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit: & neutro inclinata spe, torpebat vox spiritusque. Consertis deinde manibus, quum jam non motus tantum corporum, agitatioque anceps telorum armorumque, sed vulnera quoque & sanguis spectaculo essent; duo Romani, super alium alius, vulneratis tribus Albanis, exspirantes corruerunt. ad quorum casum quum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones jam spes tota, nondum tamen cura deseruerat examines vice unius, quem tres Curiatii circumsteterant. Forte is integer fuit, ut universis solus nequaquam par, sic advertus singulos ferox. ergo, ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam, ita ratus secuturos, ut quemque vulnere affectum corpus sineret. Jam aliquantum fugæ ab eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat, quum respiciens videt magnis intervallis sequentes: unum haud procul ab sese abesse. in eum magno impetu redit. Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri, jam Horatius cæso hoste victor secundam pugnam petebat. tum clamore, qualis ex insperato faventium solet, Romani adjuvant militem suum. & ille defungi certamine festinat. Prius itaque quam alter, qui ne procul aberat, consequi posset; & alterum Curiatium conficit. Jamque æquato Marte singuli supererant; sed nec spe nec viribus pares. alterum integrum fortem corpus & gerentia victoria ferocem in confectum tertium dabant. alter fessum vulnere. fessum curfu trahens corpus, victusque fraternum ante se strage, victori objicitur hosti. nec illud prælium fuit. Romanus exultans, *Duos*, inquit, *fratrum Manibus dedi: tertium, causæ belli hujusce, ut Romanus Albano imperet, dabo.* Male sustinenti arma, gladium superne jugulo defigit, jacentem spoliat. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt: eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat. Ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis verteruntur, quippe imperio alteri auctî, alteri dicionis alienæ facti. Sepulchra extant, quo quisque loco cecidit. duo Romana uno loco propius Albam, tria Albana Romam versus; sed distantia locis, ut & pugnatum est.

Cap. XXVI. Priusquam inde digrederentur, roganti Mettio ex fœdere icto quid imperaret, imperat Tullus, ut juventutem in armis habeat: usurum se eorum opera, si bellum cum Vejentibus foret. ita exercitus inde domos abducti. Princeps Horatius ibat, tergemina spolia præ se gerens: cui soror virgo, quæ desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obvia antequam ad portam fuit: cognitoque super humeris fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Movet feroci juveni animum comploratio fororis, in victoria sua, tantoque gaudio publico. Stricto itaque gladio, simul verbis increpans, transigit puellam.

Ait

Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum, inquit, *oblita fratrum mortuorum vivique, oblita patriæ. Sic eat, quæcunque Romana lugebit hostem.* Atrox visum id facinus Patribus plebique: sed reus tamen pariturus facto obstabat. tamen raptus in jus ad regem. Rex, ne ipse tam tristis ingratiique ad vulgus judicii, aut, secundum judicium, supplicii auctor esset; concilio populi advocato, *Duumviros*, inquit, *qui Horatio perduellionem judicent secundum legem, facio.* Lex horrendi carminis erat, *Duumviri perduellionem judicent. Si à Duumviris provocarit, provocatione certato: si vincent, caput obnubito: infelici arbori reste suspendito. Verberato vel intra pomærium, vel extra pomærium.* Hac lege Duumviri creati, qui se absolvere non rebantur ea lege ne innoxium quidem posse, quum condemnassent, tum alter ex his, *P. Horati, tibi perduellionem judico*, inquit: *I lictor, colliga manus.* Accesserat lictor, injiciebatque laqueum. tum Horatius, auctore Tullo, clemente legis interprete, *Provoco*, inquit. ita de provocatione certatum ad populum est. Mori homines sunt in eo judicio, maxime P. Horatio patre proclamante, se filiam jure cæsum judicare. ni ita esset, patrio jure in filium animadversurum fuisse. Orabat deinde, ne se quem paullo ante cum egregii fœtus conspexissent, orbum facerent. Inter hæc senex, juvenem amplexus, spolia Curiatiorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur, ostentans, *Hunccine*, ajebat, *quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, cum sua sorore virginem inter infames & crudelia videre potestis? quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. I, lictor, colliga manus, quæ paullo ante armatæ imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnube liberatoris urbis hujus. Arbori infelici suspende; verbera vel intra pomærium, modo inter ita pila, ea spolia hostium: vel extra pomœrium, modo intra sepulchra Curiatiorum. Quo enim dicere hunc juvenem potestis, ubi non sua decora eum a tanta feditate supplicii vindicent?* Non tulit populus nec patris lacrimas, nec ipsius parem in omni periculo animum: absolvendumque admiratione magis virtutis quam jure causse. Itaque ut credes manifesta, aliquo tamen piaculo luendum, imperatum patri, filium expiarer pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, transmisso per viam figilio, capite adoperto, velut sub jugum misit juvenem. Id hodie quoque publice semper refectum manet: Sororium tigillum vocant. Horatiæ sepulchrum, quo loco corruerat icta, constructum est saxo quadrato.

Cap. XXVII. Nec diu pax Albana manfit. Invidia vulgi, quod tribus militibus fortuna publica commissa fuerit, vanum ingenium dictatoris corrupit; & quoniam recta consilia haud bene evenerant, pravis reconciliare popularium animos cœpit. Igitur, ut prius in bello pacem, sic in pace bellum quærens, quia suæ civitati animorum plus quam virium cernebat esse, ad bellum palam atque ex edicto gerundum, alios conciliat populos: suis per speciem societatis proditionem refervat. Fidenates colonia Romana, Vejentibus sociis consilii assumptis; pacto transitionis Albanorum ad bellum atque arma incitantur. Quum Fidenæ apertè desciscerent, Tullus dictio exercitum que ejus ab Alba accito contra hostes ducit. ubi Anienem transiit, ad confluentes collecat castra. Inter eum locum & Fidenas, Vejentium exercitus Tiberim transierat. Hi & in acie prope flumen tenuere dextrum cornu: in finitro Fidenates propius montes consistunt. Tullus adversus Vejentem hostem dirigit suos: Albanos contra legionem Fidenatium collocat. Albano non plus animi erat quam fidei. nec manere ergo, nec transire aperte ausus, fensim ad montes succedit. Inde ubi satis fubiste se rarus est, erigit signum, iaciens, ut tutiansque animo ut rererent tempus, ordines explicat. Consilium erat, qua fortuna rem daret, ea inclinare vires. Miraculo primo esse Romanis qui proximi steterant, ut nudari latera sua sociorum digressu senserunt: inde eques citato equo nunciat regi, abire Albanos. Tullus haud segnis dubiæque duodecim vovit Salios, fanaque Palatini ac Pavori. equitem clara increpans voce, ut hostes exaudirent, redire in prœlium jubet: Nihil trepidatione opus esse: suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant. idem imperat, ut hastas equites erigere jubeat. Id factum, magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus interseptit. qui viderant, id quod ab rege audirum erat, rati, eo acrius pugnant. Terror ab hostes transit, & audiverant clara voce dictum: Se magna pars Fidenatium, ut qui coloni additi Romanis essent, Latine sciebant. Itaque ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt. Instat Tullus: fusoque Fidenatium cornu, in Vejentem alieno pavore perculsum ferocior redit. Nec illi tulere impetum: sed ab effusa fuga flumen objectum à tergo arcebat. Quo postquam fuga inclinavit; alii arma fœde jactantes, in aquam cæci ruebant; alii, dum cunctantur in ripis, inter fugæ pugnæque consilium op-

preſti. Non alia ante Romana pugna atrocior fuit.

Cap. XXVIII. Tum Albanus exercitus ſpectator certaminis, deductus in campos. Mettius Tullo devictos hoſtes gratulatur: contra Tullus Mettium benigne alloquitur. Quod bene vertat, caſtra Albanos Romanis cedit: jungere jubet: fabricium luſtrale in diem poſterum parat. Ubi illuxit, paratis omnibus, ut adſet, vocari ad concionem utrumque exercitum jubet. Praecones ab extremo orti, primos excivere Albanos: hi novitate etiam rei moti, ut regem Romanum concionantem audirent, proximi conſiſtere. Ex compoſito armata circumdatur Romana legio, centurionibus datum negotium erat, ut ſine mora imperia exequerentur. Tum ita Tullus infit: *Romani, ſi unquam ante alios ullo in bello fuit, quod primum illis immortalibus gratias agerentis, deinde veſtrae ipſorum virtuti; poſterorum id praeſtium fuit. Dimicatum eſt enim non magis cum hoſtibus, quam, quae diminutio major ac periculoſior eſt, cum proditione ac perfidia ſocietorum. Nam, ne vos falſa opinio teneat, iniuſſu meo Albani fuiſtere ad montes. Nec inopetium illud meum, ſed conſilium, & imperii ſimulatio fuit: ut nec vobis ignorantibus deſeri vos, averteretur à certamine animus, & hoſtibus circumveniri ſe a tergo ratis terror ac fuga injiceretur. Nec ea culpa, quam arguo, omnium Albanorum eſt. Autem ſceuti ſunt: ut ex quo ego in dubie agmen declinare voluiſſem, feciſſetis. Mettius ille eſt ductor itineris hujus, Mettius idem hujus machinator belli, Metti is faederis Romani Albanique ruptor. Audeat deinde talia ali is, niſi in hunc inſignis jam documentum mortalibus dederò. Centuriones armati circumſiſtunt: recitentur, ut orſus erat, peragit. Quod bonum, fauſtum, felicique ſit populo Romano ac mihi vobiſque, Albani; populum omnem Albanum Romam traducere in animo eſt: civitatem dare plebi, primores in Patres legere; unam urbem, unum rempublicam facere. Ut ex uno quondam in duos populos diviſa Albanares eſt, ſic nunc in unum re leat. Ad haec, Albana pubes inermis ab armatis ſepta, in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente, ſilentium tenet. Tum Tullus: Metti Fuffeti, inquit, ſi ipſe diſcere poſſes fidem & foedus ferire, vivo tibi ea diſciplina & me adhibitâ eſſet. Nunc quoniam tuum inſanabile ingenium eſt, tu tuo ſupplicio doce humanum genus ea ſanctà credere, quae à te violata ſunt. Ut, itur paullo ante animum inter Fidenatem Romanumque rem anciptem geſtiſti, ita tuo corpus paſſim diſtrahendum dabis. Exinde, duabus admotis quadrigis, in currus earum diſtentum illigat Mettium. deinde in diverſum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, qua inhaſerant vinculis membra, portantes. Averterre omnes à tanta foeditate ſpectaculi oculos. Primum ultimumque illud ſupplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores plaeuiſſe poenas.

Cap. XXIX. Inter haec jam praemiſſi Albani erant equites, qui multitudinem traduceret Romam. Legionis deinde ductor ad diruendum urbem, quae, ubi intraverre portas, non quidem fuit tumultus ille, nec pavor, qualis captarum eſſe urbium ſolet, quum effractis portis, ſtrafrive ariete muris, aut arce vi capta, clamor hoſtilis, & curſus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miſcet: ſed ſilentium triſte; ac tacita moeſtitia ita defixit omnium animos, ut praemetu obliti quid relinquerent, quid ſecum ferrent, deficiente conſilio, rogitanteſque alii alios, nunc in liminibus ſtarent, nunc errabundi domos ſuas, ut unum illas viſuri, pervagarentur. Ut vero jam equitum clamor exire jubentium inſtabat, jam fragor tectorum quae diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur; pulviſque ex diſtantibus locis orrus, velut nube inducta omnia impleverat; raptim quibus quiſque poterat elatis, quum lares ac penates, tectaque in quibus natus quiſque educatuſque eſſet, relinquentes exierunt: jam continens agmen migrantium impleverat vias: & conſpectus aliorum mutua miſeratione integrabat lacrimas. voceſque etiam miſerabiles exaudiebantur: mulierum praecipue, quum obſeſſa ab armatis templa augusta praeterirent, ac velut captos relinquerent deos. Egreſſis urbem Albanis, Romanis paſſim publica privataque omnia tecta adaequat ſolo, unaque hora quadringentorum annorum opus quibus Alba ſteterat, excidio ac ruinis dedit. Templis tamen Deum (ita enim edictum ab rege fuerat) temperatum eſt.

Cap. XXX. Roma interim creſcit Albae ruinis. duplicatur civium numerus. Coelius additur urbi mons, &, quo frequentius habitaretur, eam ſedem Tullus regiae capit, ibique deinde habitavit. Principes Albanorum in Patres, ut ea quoque pars reip. creſceret, legit, Julios, Servilios, Quinctios, Geganios, Curiatios, Cluilios: templumque, ordini ab ſe auctoo curiam fecit, quae Hoſtilia uſque ad patrum noſtrorum aetatem appellata eſt. & ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur, equirum decem turmas ex Albanis legit. Celeres & veteres eodem diplomento explevit, & novas ſcripſit. Hae

Hæc fiducia virium Tullus Sabinis bellum indicit; genti ea tempestate fecundum Etruscos opulentissimæ viris armisque. Utrinque injuriæ factæ, ac res nequicquam erant repetitæ. Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehendit; querebatur Sabini suos prius in lucum confugisse; ac Romæ detentos. hæ causæ belli ferebantur. Sabini haud parum memores, & suarum virium partem Romæ ab Tatio locatam, & Romanam rem nuper etiam adjectione populi Albani auctam; circumspicere & foris externa auxilia. Etruria erat vicina, proximi Etruscorum Veientes. Inde ob retinendas bellorum iras maxime solicitatis ad defectionem animis, voluntarios traxere. & apud vagos quosdam ex inopi plebe etiam merces valuit. Publico auxilio nullo adjuti sunt. valuitque apud Vejentes (nam de coeteris minus mirum est) pactis cum Romulo indutiarum fides. Quum bellum utrinque summa ope pararetur, vertique in eo res videretur, utri prius arma inferrent, occupat Tullus in agrum Sabinum transire. Pugna atrox ad silvam Malitiosam fuit. ubi & peditum quidem robore, cæterum equitatu aucto superiores Romana acies valuit. Sabinis equitibus repente invectis turbati ordines sunt Sabinorum: nec pugna deinde illis constare, nec fuga explicari sine magna cede potuit.

Cap. XXXI. Devictis Sabinis, quum in magna gloria magnisque animis regnum Tullia ac rapta Romana esset, nunciatum regi Parrhupque est, in monte Albano lapidibus pluisse. Quod quum credi vix posset, missis ad id visendum prodigium, in conspectu, haud aliter quam quum grandinem venti gloneratam in terras agunt, crebri cecidere cælo lapides. Viti etiam auditæ vocem ingentem ex summi cacuminis luco, ut patrio ritu sacra Albani facerent, quæ, velut Diis quoque simul cum patria relictis, oblivioniederant: & aut Romana sacra susceperant, aut fortunæ, ut fit, obirati, cultum relinquerant Deûm. Romanis quoque ab eodem prodigio nonvendiæ sacrum publice susceptum est: seu voce cœlesti ex Albano monte missa (nam id quoque traditur) seu aruspicum monitu. manifestè ferè novem dies quæ-rendo-que idem prodigium nunciatur, ferire per novem dies agentes-que-ritur. Haud ita multo post pestilentia laboratum est. unde quum pigritia militandi oriretur; nulla tamen ab armis quies dabatur ab bellicoso rege: salubri ora etiam credente militiæ quam domi juvenum corpora esse. donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus. Tunc adeo fracti simul cum corpore sunt spiritus illi feroces, ut qui nihil ante ratus esset minus regium, quam sacris dedere animum, repente omnibus magnis parvisque superstitionibus obnoxius degerer, religionibusque etiam populum impleret. vulgo jam homines, cum sparum rerum qui sub Numa rege fuerat, requirentes, unam opem ægris corporibus relictam, si pacem-que-niaque ab Diis impetrata esset, credebant. Ipsum regem tradunt, volventem commentarios Numæ, quum ibi quædam occulta Silennia sacrificia Jovi Elicio facta invenisset, operatum his sacris se abdidisse: sed non rite initum aut curatum id sacrum esse; nec solum nullam ei delaram cælestium speciem, sed ira Jovis, solicitati prava religione, fulmine ictum cum domo conflagrasse. Tullus magna gloria belli regnavit annos duos & triginta.

Cap. XXXII. Mortuo Tullo, res, ut institutum jam inde ab initio erat, ad Patres redierat. hique interregem nominaverant. quo comitia habente, Ancum Martium regem populus creavit: Patres fuere auctores. Numæ Pompilii regis nepos, filia ortus, Ancus Martius erat. qui ut regnare cœpit, & avitæ gloriæ memor, & quia proximum regnum, cætera egregium, ab una parte haud faris proberum fuerat; aut neglectis religionibus, aut prave cultis, longeque antiquissimum ratus, sacra publica, ut ab Numa instituta erant, facere; omnia ex ea commentariis regis pontificem maximum, in albam relata, proponere in publicum jubet. inde & civibus otii cupidis, & finitimis civitatibus facta spes, in avi mores atque instituta regem abiturum. Igitur Latini, cum quibus Tullo regnante ictum fœdus erat, insuluerant animos: & quum incursionem in agrum Romanum fecissent, repentibus res Romanis, superbe responsum reddunt; desidem Romanum regem, inter facella & aras actum esse regnum rati. Medium erat in Anco ingenium, & Numæ. & Romuli memor: & præterquam quod avi regno magis necessariam fuisse pacem credebat, quum in novo tum feroci populo; etiam quod illi contigisset otium, sine injuria id se haud facile habiturum: tentari patientiam, & tentaram contemni: temporaque esse Tullo regi aptiora, quam Numæ. Ut tamen, quoniam Numa in pace religiones instituisset, à se bellicæ cærimoniæ proderentur; nec gerirentur bellum, sed etiam indicerentur bella aliquo ritu; jus ab antiqua gente Æquicolis, quod nunc fetiales habent, descripsit, quo res repeterntur. Legatus, ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato (filo lanæ velamen est) *Audi Jupiter*, inquit, *audite fines* (cujus-

cunque gentis sunt, nominat) *audiat fas. Ego jum publicus nuncius populi Romani, juste pieque legatus venio, verbisque meis fides mea.* Peragit deinde postulata. Inde Jovem testem facit: *Si ego impie fue impieque illum hominem illisque res deaque populi Romani mihi exposco, tum patriæ compotem me nunquam sinas esse.* Hæc quum fines suprascandit, hæc, quicunque ei primus vir obvius fuerit, hæc, portam ingrediens, hæc, forum ingressus, paucis verbis carminis concipiendique jurisjurandi mutatis, peragit. Si non deduntur, quos exposcit, diebus tribus & triginta (tot enim solennes sunt) peractis, bellum ita indicit: *Audi Jupiter, audi Juno, audi Quirine, audite omnes cælestes, vosque terrestres, vosque inferni audite. Ego vos testor, populum illum, (quicunque est, nominat) injustum esse, neque jus persolvere. Sed de istis rebus in patria majores nostri consulemus, quo pacto jus nostrum adipiscamur.* Cum his nuncius Romam ad consulendum redit. Consultum Patres his ferme verbis fuisse constabat: *Quarum rerum, litium, causarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato priscorum Latinorum, hominibusque priscis Latinis, quas res dari, fieri, solvi oportuit, quas res nec dedurunt, nec fecerunt, nec solverunt, ait, inquit ei, quem primum sententiam rogabat, postulato, cense ſ Tum ille: Tum ego sic audito, audi, ne dicendo censeo; itaque consentio consciscoque.* Inde ordine alii rogabantur: quandoque pars major eorum, qui aderant, in eandem sententiam ibat, bellum erat consensa fieri solitum; ut feciali haitam ferrum, aut sanguineam hastam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præsentibus diceret: *Quod populi priscorum Latinorum, hominesque prisci Latini adversus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis jussit esse, senatusque populi Romani Quiritium censuit, consensit, conscivit, ut bellum cum priscis Latinis fieret; ob eam rem ego populusque Romanus populis priscorum Latinorum, hominibusque priscis Latinis, bellum indico facioque.* Id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum: mos remque cum posteri acceperunt.

Cap. XXXIII. Ancus demandata cura sacrorum flaminibus, sacerdotibusque aliis, exercitu novo conscripto, profectus, Politorium urbem Latinorum vi cepit. fecutusque morem regum priorum, qui rem Romanam auxerant, hostibus in civitatem accipiendis multitudinem omnem Romam traduxit. & quum circa Palatium fedem veteres Romani, Sabini Capitolium atque arcem, Cœlium montem Albani impleſſent; Aventinum novæ multitudini datum. additi eodem haud ita multo post, Tellenis Ficanaque captis, novi cives. Politorium inde rursus bello repetitum, quod vacuum occupaverant prisci Latini. eaque causa diruendæ urbis ejus fuit Romanis, ne hostium semper receptaculum esset. Politorio omni bello Latino Medullium compulso, ali quandiu ibi Marte incerto, varia victoria pugnatum est: nam & urbs tuta munitionibus, præsidioque firmata valido erat, & castris in aperto positis, aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat. Ad ultimum omnibus copiis conjunxa Ancus, acie primum vicit: inde ingenti præda potitus, Romam redit. tum quoque multis millibus Latinorum in civitatem acceptis; quibus ut jungeretur Palatio Aventinum, ad Murciæ datæ fedes. Jungiebat quoque adjectum, non inopia loci, sed ne quando cæpe hostium esset. id non muro solum, sed etiam, ob commoditatem itinerii, ponte sublicio, tum primum in Tiberi facto, conjungi urbi placuit. Quiritium quoque fossa, haud parvum munimentum à planioribus aditu locis, Anci regis opus est. Ingenti incremento rebus auctis, quum in tanta multitudine hominum, discrimine recte an perperam facti confuso, facinora clandestina fierent, carcer ad terrorem increscentis audaciæ media urbe, imminens foro, ædificatur. Nec urbs tantum hoc rege crevit, sed etiam ager finesque. Silva Maesia Vejentibus erepta, usque ad mare imperium prolatum, & in ore Tiberis Hostia urbs condita: salinæ circa factæ, egregieque rebus bello gestis, ædes Jovis Feretrii amplificata.

Cap. XXXIV. Anco regnante, Lucumo vir impiger, ac divitiis potens, Romam commigravit, cupiditate maxime ac spe magni honoris, cujus adipiscendi Tarquinii (nam ibi quoque peregrina stirpe oriundus erat) facultas non fuerat. Damarati Corinthii filius erat; qui ob seditiones domo profugus quum Tarquinlis forte consedisset, uxore ibi ducta duos filios genuit. Nomina his Lucumoni & quod minor natu fuit, Arunti fuerunt. Lucumo superfuit patri bonorum omnium hæres: Aruns prior quam pater moritur; uxore gravida relicta. Nec diu manet superites filio pater: qui quum, ignorans rerum ventrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset, puero post avi mortem in nullam fortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen, Lucumoni centum omnium hæredi bonorum quum divitiæ jam animos facerent, auxit, ducta

ducta in matrimonium Tanaquil, summo loco nata, & quæ haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora fineret ea, quæ innupsisset. Spernentibus Etruscis Lucumonem exule advena ortum, ferre indignitatem non potuit, oblitaque ingenitæ erga patriam caritatis, dummodo virum honorarum videret, consilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Roma est ad id potissimum visa. in novo populo, ubi omnis repentina atque ex virtute nobilitas sit, futurum locum sorti ac strenuo viro: regnasse Tatium Sabinum: arcessitum in regnum Numam à Curibus: & Ancum Sabina matre ortum, nobilemque una imagine Numæ esse. Facile persuadet, ut cupido honorum, & cui Tarquinii materna tantum patria esset. Sublatis itaque rebus, commigrant Romam. Ad Janiculum forte ventum erat. ibi ei carpento sedenti cum uxore, aquila supervolans demissa leniter alis pileum auferit, superque carpentum cum magno clangore volitans, rursus velut ministerio divinitus missa, capiti apte reponit. inde sublimis abiit. Accepisse id augurium læta dicitur Tanaquil; perita, ut vulgo Etrusci, cœlestium prodigiorum mulier. Excelsa & alta sperare complexa virum jubet. eam altem ea regione cœli & ejus Dei nunciam venisse. circa summum culmen hominis auspicium feciſſe. levasse humano superpositum capiti decus, ut divinitus eidem redderet. his ſpes cogitationesque secum portantes, urbem ingressi sunt, domicilioque ibi comparato, L. Tarquinium Priscum edidere nomen. Jam & Romanis conspicuum eum novitas divitiæque faciebant: & ipſe quoque fortunam benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiisque, quos poterat, sibi conciliando, adjuvabat. donec in regnum quoque de eo fama perlata est; nortiamque eam brevi, apud regem liberaliter dextreque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat jura, ut publicis pariter ac privatis consiliis, bello domique interesset. & per omnia experiendo, noſtreret, num etiam liberis regis testamento institueretur.

Cap. XXXV. Regnavit Ancus annos quatuor & viginti; cuilibet superiorum regum belli pacisque & artibus & gloria par. Jam filii prope puberem ætatem erant. eo magis Tarquinius instare, ut quam primum comitia regi creando fierent. Quibus indictis, sub tempus pueros venatum ablegavit. Isque primus & perisse ambitioſe regnum, & orationem dicitur habuisse ad conciliandos plebis animos compositam: *quum, si non rem nonnam petere: quippe qui non primus, quod quisquam indignati mirarive posset, sed tertius Romæ peregrinus regnum affectet. & Tatium non ex peregrino solum, sed etiam ex hoſte regem factum. & Numam ignarum urbis, non petentem, in regnum ultro accitum. Se, ex quo sui potens fuerit, Romani cum conjuge ac fortunis omnibus commigrasse: majorem partem ætatis ejus, qui civilibus officiis fungantur homines, Romæ se quam in vetere patria vixisse. domi militiæque sub haud pœnitendo magistro, ipso Ancorege, Romana seria, Romanos ritus didicisse. Observando & obſervantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipso certasse.* Hæc cum haud falsa memorantem, ingenti consensu populus Romanus regnare jussit. Ergo virum, cætera egregium, fecuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est. nec minus regni sui firmandi, quam augendæ reipublicæ memor, centum in Patres legit; qui deinde minorum gentium fuit appellati. factio haud dubia regis, cujus beneficio in curiam venerant. Bellum primum cum Latinis gessit, & oppidum ibi Appiolas vi cepit: prædaque inde majore, quam quanta belli fama fuerat, revecta, ludos opulentius instructiusque quam priores reges fecit. Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est. loca divisa Patribus, equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent; fori appellati. Spectavere furcis duodecnos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. Iudicrum fuit, equi pugilesque ex Etruria maxime acciti. Colenides deinde annui manere hodi, Romani magnique varie appellati. Ab eodem rege & circa forum privatis ædificanda divisa sunt loca; porticus, tabernæque factæ.

Cap. XXXVI. Muro quoque lapideo circumdare urbem parabat, quum Sabinum bellum exoritur, advenit. Adeoque ea subita res fuit, ut prius Anienem transirent hostes, quam obviam ire ac prohibere exercitus Romanus posset. Itaque trepidatum Romæ est. & primo dubia victoria magna utrimque cæde pugnatum est. Reductis deinde in castra hostium copiis, daroque spacio Romanis ad comparandum de integro bellum, Tarquinius equitem maxime suis deesse viribus ratus, ad Ramnenses, Titienses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat, addere alias conituit, suoque insignes relinquere nomine. Quia inauguratio Romulus fecerat, negare Accius Navius inclitus ea tempestate augur, neque mutari, neque novum constitui, nisi aves addixissent, posse. Ex eo ira regi mota, eludensque artem (ut ferunt) *Age*, inquit, *divina tu, inaugura, fierine possis, quod nunc ego mente concipio.* Quum ille in augurio rem expertus, profecto futuram dixisset; *Atqui hoc animo agitabam,*

lavi, inquit, *te novacula eotem dedicatorum. cape hæc, & quæ quod aves tua fieri posti portendunt*. tum illum haud cunctanter dicidisse eodem ferunt. Statua Accii posita capite velato, quo in loco res acta est, in comitio, in gradibus ipsis ad lævam curiæ fuit: eotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant, ut esset ad posteros miraculi ejus monumentum. Augurius certe facto dedicatoque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi auspicato gereretur: concilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur. Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit, numero alterum tantum adjecit, ut mille & trecenti equites in tribus centuriis essent. Posteriores modo sub ipsiusdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt: quas nunc, qua geminatæ sunt, sex vocant centurias.

Cap. XXXVI. Hac parte copiarum aucta, iterum cum Sabinis confligitur. Sed præterquam quod viribus creverat Romanus exercitus, ex occulto etiam additur dolus, missis qui magnam vim lignorum in Anienis ripa jacentem, ardentem in flumen conjicerent: ventoque juvante accensa ligna, & pleraque in ratibus, impacta subilicis quum hærerent, portem succendunt. Ea quoque res in pugna terrorem attulit Sabinis. Effusis eadem fugam impedit: multique mortales quum hostem effugissent, in flumine ipso periere: quorum fluitantia arma ad urbem cognita in Tiberi, prius pene, quam nuntiari posset, hostiginem victoriam fecere. Eo prælio præcipua equitum gloria fuit. utrinque ab cornibus positos, quum jam pelleretur media pedutum fuorum acies, ita incurrisse ab lateribus ferunt, ut non sisterent modo Sabinas legiones ferociter instantes cedentibus, sed ultro fugam verterent. Montes effuso cursu Sabini petebant, & pauci tenuere; maxima pars, ut ante dictum est, ab equitibus in flumen acti sunt. Tarquinius in tantum perterritis ratus, præda captivisque Romam missis, spoliis hostium (vorum id Vulcano erat) ingenti cumulo accensis, pergit porro in agrum Sabinum exercitum inducere: & quanquam male gesta res erat, nec gestures melius sperare poterant, tamen quia consulendi res non dabat spacium, lere obviam Sabini tumultuario milite. iterumque ibi fusi, perditis jam prope rebus pacem petiere.

Cap. XXXVIII. Collatia, & quicquid circa Collariam agri erat, Sabinis ademptum. Egerius (fratris hic filius erat regis) Collatiæ in præsidio relictus. deditoque Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam effe. Rex interrogavit, *Estisne vos legati oratoresque missi a populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? Est. Desistisne vos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio.* Sabino bello perfecto Tarquinius triumphans, Romam redit. inde prisci Latinis bellum fecit. ubi nusquam ad universæ rei dimicationem ventum est. Ad singula oppida circumferendo arma, nomen omne Latinum domuit. Corniculum, Ficulnea vetus, Cameria, Crustumerium, Amerium, Medullia, Nomentum, hæc de prisci Latinis, aut qui ad Latinos defecerant, capta oppida. Pax deinde facta. Majore inde animo pacis opera in choata, quam quanta molle gesserat bella: ut non quietior populus domi esset, quam militiæ fuisset. Maxima ex marmore lapideo, cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, qua nondum munierat, cingere parat: & infima urbis loca circa forum aliaque interjectas collibus convalles, quia ex planis locis haud facile evehebant aquas, cloacis & fastigio in Tiberim ductis ficcat: & areas ad ædem in Capitolio Jovis, quam voverat bello Sabino, jam præsagiente animo futuram olim amplitudinem loci, occupat fundamentis.

Cap. XXXIX. Eo tempore in regia prodigium visu eventuque miserabile fuit. Puer dormienti, cui Servio Tullio nomen fuit, caput arsisse ferunt multorum in conspectu. Plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto, excitos reges. & quum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum: sedatoque eam tumultu, moveri vetuisse puerum; donec ipse ponte experrectus esset. Mox cum somno & flammam abiisse. Tum abducto in secretum viro Tanaquil, *Videsne tu puerum hunc*, inquit, *quem tam humili cultu educamus? Scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum, præsidiumque regiæ affictæ, proinde materiam ingentis publice privatimque decoris, omni indulgentia nostra nutriamus.* Inde puerum liberum loco cœptum haberi, eruditique artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Evenit facile, quod Diis cordi esset. Juvenis evalit vere indolis regiæ. nec quum quæreretur gener Tarquinio, quisquam Romanæ juventutis ulla arte conferri potuit. Filiamque ei suam Rex despondit. Hic quacunque de causa tantus illi honos habitus, credere prohibet serva rarum enim, parvumque ipsius fervisse. Rorum magis sententiæ fuit, qui

qui Corniculo Capto Servii Tullii, qui princeps in illa urbe fuerat, gradidam viro occiso uxorem, quum inter reliquas captivas cognita esset, ob unicam nobiliatem ab regina Romana prohibitam ferunt servitio: partum Romæ edidisse, in Prisci Tarquinii domo. Inde tanto beneficio, & inter mulieres familiaritatem auctam, & puerum ut in domo à parvo eductum, in charitate atque honore fuisse: fortunam matris, quod capta patria in hostium manus venerit, ut serva natus crederetur, fecisse.

Cap. XL. Duodequadragesimo ferme anno, ex quo regnare cœperat Tarquinius, non apud regem modo, sed apud Patres plebemque longe maximo honore Servius Tullius erat. Tum Anci filii citro, cui antea semper pro indignissimo habuerant, se partio regno tutoris fraude pulsos; regnare Romæ advenam, non modo civicæ, sed ne Italicæ quidem stirpis, tum impensius his indignitas crescere, si ne ab Tarquinio quidem ad se rediret regnum, sed præceps inde porro ad servitia cadat. Quidem civitate post centesimum fere annum, quam Romulus Deo prognatus, Deus ipse, tenuerit regnum, donec in terris fuerit, id servus serva natus possideat. tum commune Romani nominis, tum præcipue id domus fuæ decus fore, si Anci regis virtuti stirpe salva, non modo privatus: tum, Servio ocelso, quamcunque alium generum delegisset, eundem regni hæredem factúrus videbatur. Ob hæc ipsi regi insidiæ parantur. Ex pastoribus duo ferocissimi delecti ad facinus, quibus consueti erant uterque agrestibus ferramentis; in vestibulo regiæ quam primum tumultuosissime, specie rixæ in se omnes apparitores regios convertunt, inde, quum ambo regem appellarent, clamorque eorum penitus in regiam pervenisset, vocati ad regem pergunt. Primo uterque vociferari, & certatim alter alteri obstrepere, coerciti ab lictore, & jussi invicem dicere, tandem obloqui desistunt. Unus rem ex composito ordiur. Dum intentus in eum se Rex totus averteret, alter elatam fecurim in caput dejecit; relictoque in vulnere telo, ambo se foras ejiciunt.

Cap. XLI. Tarquinium moribundum quum qui circa erant, excepissent, illos fugientes, lictores comprehendunt. clamor inde, concursusque populi, mirantium quid rei esset. Tanaquil inter tumultum claudi regiam jubet, arbitros ejicit: simul quæ curando vulneri opus sunt, tanquam spes subesset, tedulo comparat: simul fi destituat spes, alia præsidia molitur. Servio propere accito, quum pene ex fastigiorum virum ostendisset; dextram tenens, orat, ne inultam mortem soceri, ne socrum inimicis ludibrio esse sinat. *Tuum est*, inquit, *Servi, si vares, regnum: non eorum qui altenis manibus pessimum facinus fecere. Exige te, si quæ dices fuguere, qui clamum hoc fore capit divino quondam circumfuso igni portenderunt. Nunc te illa cælestis excitet flamma. nunc excpergiscere vere. Et nos peregrini regnavimus. Qui fis, non unde natus fis, reputa. Si tua re subita consilia torpent, at tu mea sequere.* Quum clamor impetusque multitudinis vix sustineri posset, ex superiore parte ædium per fenestras in novam viam versas (habitabat enim Rex ad Jovis Statoris) populum Tanaquil alloquitur. Jubet *bono animo esse, sepitum fuisse regem subito ictu, rursum haud alite in conspectum desiturum, se redisse. Inspicitum vulnus abscessse cruore. omnia salubria esse. confidere propediem ipsum eos visuros. Interim Servio Tulio jubere populum dicto audientem esse. Eum jura redditurum, obiturumque alia regia munia.* Servius cum trabea & lictoribus prodit; ac fede recta sedens alia decernit, de aliis consulturum se regem esse simulat. Itaque per aliquot dies, quum jam exspiraffet Tarquinius, celata morte, per speciem alienæ fungendæ vicis, suas opes firmavit. rum demum palam facto, & comploratione in regia orta, Servius præsidio firmo munitus, primus injussu populi, voluntate Patrum regnavit. Anci liberi jam tunc comprehensis sceleris ministris, ut vivere regem, & rantas esse opes Servii nunciatum est, Suessam Pometiam exulatum ierant.

Cap. XLII. Nec jam publicis magis consiliis Servius quam privatis munire opes, & ne qualis Anci liberûm animus adversus Tarquinium fuerat, talis adversus se Tarquinii liberûm esset, duas filias juvenibus regiis, Lucio atque Arunti Tarquiniis, jungit. Nec rupit tamen fari necessitas in humanis consiliis, quin invidia regni etiam inter domesticos infida omnia atque infesta faceret. Peroportune ad præsentis quietem status bellum cum Vejentibus (jam enim inducîæ exierant) alliqne Etrusci fumptum. In eo bello & virtus & fortuna enituit Tullii. fusoque ingenti hostium exercitu, haud dubius Rex, seu Patrum, seu plebis animos periclitaretur, Romam rediit. Aggreditur que inde pacis longe maximum opus. Ut quemadmodum Numa divini auctor juris fuisset, ita Servium conditorem omnis in civitate disci-

differiminis, ordinumque, quibus inter gradus dignitatis fortunæque aliquid interlucet, posteri fame ferrent. Censum censui, institutis, rem saluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli pacisque munia non viritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum herent. Tum classes, centuriæque, & hunc ordinem ex censu descripsit, vel paci decorum, vel bello.

Cap. XLIII. Ex iis, qui centum millium æris, aut majorem censum haberent, lxxx confecit centurias, quadragenas seniorum ac juniorum. Prima classis omnes appellati. Seniores, ad urbis custodiam ut præsto essent: Juvenes, ut foris bella gererent, arma his imperata, galea, clypeum, ocreæ, lorica, omnia ex ære, hæc ut tegumenta corporis essent. Tela in hostem, hastaque & gladius. Additæ huic classi duæ fabrum centuriæ, quæ sine armis ftipendia facerent, datum munus, ut machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centum usque ad quinque & tepruaginta millium censum instituta. & ex his seniores, Junioribusque viginti conscriptæ centuriæ: arma imperata, scutum pro clypeo, & præter loricam omnia eadem. Tertiæ classis in quinquaginta millium censum esse voluit. totidem centuriæ & hæ; eodemque discrimine ætatum factæ: nec de armis quicquam mutatum, ocreæ tantum additæ pro cnemidibus. In quarta classe census quinque & viginti millium, totidem centuriæ factæ. arma mutata, nihil præter hastam & verutum datum. Quinta classis aucta, centuriæ triginta factæ: fundas, lapidesque missiles hi fecum gerebant. In his accensi, cornicines, tibicinesque in tres centurias distributi. Undecim millibus hæc classis confebatur. Hoc minor census reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria facta est immunis militia. Ita pedestri exercitu ornato, distributoque, equitum ex primoribus civitatis sex suffragia centurias. Sex item alias centurias, tribus ab Romulo institutis, sub iisdem, quibus inauguratæ erant nominibus fecit. Ad equos emendos dena millia æris ex publico data. & quibus equos alerent, vidua attributæ quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Hæc omnia in dites a pauperibus inclinata onera. Deinde est honos additus. non enim (ut ab Romulo traditum, cæteri servaverant Reges) viritim suffragium eadem vi, eodemque jure promiscue omnibus datum est: sed gradus facti, ut neque excludis quisquam universo videretur, & vis omnis penes primores civitatis esset. Equites enim vocabantur primi: lxxx inde primæ classis centuriæ; ibi si variaret, quod raro incidebat, ut secundæ classis vocarentur: nec fere unquam infra ita descenderent, ut ad infimos pervenirent. Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc est, post expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum numero, centuriis juniorum seniorumque, ad instituta ab Servio Tullio summam non convenire. quadrifariam enim urbe diviſa regionibus collibusque, quæ habitabantur partes, Tribus eas appellavit; eas alias autiores, ab tributo: nam eius quoque æqualiter ex censu conferendi ab eodem inira ratio est. Neque hæ tribus ad centuriarum distributionem numerumque quicquam pertinuere.

Cap. XLIV. Censu perfecto, quem maturaverat metu legis de censu latæ cum vinculorum minis mortisque, edixit, ut omnes cives Romani, equites pediteſque, in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adesſent. Ibi instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit. Idque condium lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. Millia lxxx ea lustro civium censa dicuntur. Adjecit scriptorum antiquiſſimus Fabius Pictor, eorum qui ferre arma possent, eum numerum fuisse. Ad eam multitudinem urbs quoque amplificanda visa est. Addit duos colles; Quirinalem Viminalemque, inde deinceps auget Esquiliis: ibique ipse, ut loco dignitas fieret, habitat. Aggere & fossis & muro circumdat urbem. ita pomœrium profert. Pomœrium, verbi vim solam intuentes, postmœrium interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Etrusci, quia murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant: ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjunguntur; & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu paterer. Hoc pomœrium, quod neque habitari, neque aran fas erat, non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, pomœrium Romani appellarunt. & in urbis incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati prosorebantur.

Cap. XLV. Aucta civitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi ad belli & ad pacis usus, ne semper armis opes acquirerentur, consilio augere imperium conatus est. simul & aliquod addere urbi decus. Jam tum erat inclitum Dianæ Ephesiæ fanum: id communiter a civitatibus Asiæ factum fama ferebat. Quum consensum Deosque consociatos laudaret mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus publice privatimque hospitia amicitiasque de industria junxerat, sæpe iterando eadem, perpulit tandem, ut ad Romæ fanum

ætam Dianæ populi Latini cum populo Romano facerent. Ea erat consilio, caput rerum Romam esse; de quo tot bella armis certatum fuerat. Id quanquam omissum jam ex omnium cura Latinorum, ob rem tot ties infeliciter tentatam armis, videbatur; uni se ex Sabinis fors dare visa est privato consilio imperii recuperandi. Bos in Sabinis nata cuidam parrifamiliæ dicitur, miranda magnitudine, ac specie. Eius multas annos fuisse in vestibulo templi Dianæ, monumentum ei fuere miraculo. Habita, ut erat, res prodigii loco est: & cecinere vates, cujus civitatis eam civis Dianæ immolasset, ibi fore imperium. Idque carmen pervenerat ad antistitem fani Dianæ Sabinus, ut primum apta dies lacrificio vitæ est, bovem Romam actam deducit ad fanum Dianæ, & ante aram statuit. Ibi antistites Romanus, quum eum magnitudo victimæ celebrata fama moviset, memor responsi, Sabinum ita alloquitur: *Quidnam tu hospes paras?* inquit, *profede fanum Dianæ facere? Quin tu ante vivo perfunderis flumine? Infima valle præfluit Tiberis.* Religione tactus hospes, qui omnia, ut prodigio responderet eventus, cuperet rite facta, ex templo defendit ad Tiberim. Interea Romanus immolat Dianæ bovem. id mire gratum regi atque civitati fuit.

Cap. XLVI. Servius, quanquam jam usu haud dubie regnum possederat, tamen quia interdum jactari voces a juvene Tarquinio audiebat, se injussu populi regnare, conciliata prius voluntate plebis, agro capto ex hostibus viritim diviso, auctis fortunis populum, vellent juberentne se regnare? tantoque consensu, quanto haud quisquam alius ante rex est declaratus. Neque ea res Tarquinio ipsum affectandi regni minuit: imo eo impensius, quia de agro plebis adversa Patrum, voluntate largitus agi, criminandi Servii apud Patres, crescendique in curia fibi occasionem datam ratus est. & ipse juvenis ardentis animi, & domi uxore Tullia inquietum animum iti nulante. Tulit enim & Romana regia sceleris tragici exemplum, ut tadio regum maturior veniret libertas: utrumque regnum effet, quod scelere partum foret. Hic L. Tarquinius, Prisci Tarquinii regis filius nepotne fuerit, parum liquet: pluribus tamen auctoribus filium crediderim. Fratrem habuerat Aruntem Tarquinium, mitis ingenii juvenem. His duobus, ut ante dictum est, duæ Tulliæ regis filiæ nupserant, & ipse longe dispares moribus. Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortuna credo populi Romani, quo diuturnius Servii regnum esset, constitutique civitatis mores possent. Angebatur ferox Tullia, nihil materiæ in viro neque ad cupiditatem neque ad audaciam esse; tota in alterum versa Tarquinium, eum mirari, eum virum dicere, ac regio sanguine ortum: spernere fororem, quod virum nacta mulierbri cessaret audacia. Contrahit celeriter similitudo eos, ut fere fit malum malo aptissimum. fed initium turbandi omnia a femina ortum est. Ea fecreris viri alieni assuefacta sermonibus, nullis verborum contumeliis parcere, de viro ad fratrem, de sorore ad virum, & ie rectius viduam, & illum e libem futurum fuisse contendere, quam cum imperi jungi, ut elangueſcendum aliena ignavia esset. Si sibi eum, qui dignus esset, Dii dedissent virum; domi fe propediem visuram regnum fuisse, quod apud patrem videat. Celeriter adolescentem fuæ temeritatis implet. Aruns Tarquinius, & Tullia minor prope continuatis funeribus quum domos vacuas novo matrimonio fecissent, junguntur nuptiis: magis non prohibente Servio quam approbante.

Cap. XLVII. Tum vero Indies infestior Tullii senectus, infestius cœpit regnum esse, jam enim ab fcelere alitud spectare mulier fcelus: nec nocte nec interdiu virum conquiescere pati, ne gratuita præterita parricidia elfent. *Non fuit defuisse, sed nupta diceretur, nec cum quo tacita servare; defuisse qui se regnaturum putaret: qui memmisset se esse Prisci Tarquinii filium. qui habere, quæ sperare regnum malles. Si tu is es, cui nuptam esse me arbitror, & virum & regnum appellas: sum mihi, eo nunc pejus mutuata res, quod ifthic cum ignavia est scelus. Quin accingeris? Non tibi ab Corinthio, nec ab Tarquiniis, ut patri tuo, peregrinæ regna moliri necesse est. Dii te penates, patriique, & patris imago, & domus regia, & in domo regale solium, te nomen Tarquinium apud vocatque regem. Aut si ad hæc parum est animi, quid frustraris civitatem? quid te ut regnum juvenem consilii finis? Faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthum. Devolvere retro ad stirpem, fratri similior, quam patri.* His adiisque increpando juvenem infigat, nec conquiescere ipsa poteſt: ſi, quum Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuisset animo, ut duo continua regna, viro, ac deinceps genero, dedisset; ipsa regio fcemine orta, nullum momentum in dando adimendoque regno faceret. His mulieribus infinitus furtis Tarquinius, circumire & prehendere minorum maxime gentium Patres, admonere paterni beneficii; ac pro eo gratiam repetere: allicere donis juvenes: tum de ſe ingentia pollicendo, tum regis criminibus omni-

omnibus locis crescere. postremo, ut jam agendi rei tempus visum est, filiam agmine armatorum, a bonorum irrupit: inde omnibus periculis pavor, in regia fede pro curia sedens, Patres in curiam per proceres ad regem Tarquinium citari iussit. Convenere extemplo alii jam ante ad hoc præparati, alii metu, ne, non venisse, fraudi esset: novitate admiratione attoniti, & jam de servo, ac tum orati. Ibi Tarquinius maledicta ab stirpe ultima orsus; *Servum, servamque natum post mortem inter manes parentis sui, non interregno, ut antea inito, non comitiis habitis, non per suffragium populi, non auctoribus Patribus, multiferi bono regnum occupasse. Ita natum, ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum, ex quo ipse sit, odio alienæ honestatis, eruptum primoribus agrum sordidissimo cuique arvifisse: omnia onera, quæ communi quondam fuerint, inclinasse in primores civitatis: institutibus conditis, ut proiectis ab his, aliis locupletiorum fortunæ esset, & parata, unde ubi vellet, gentibus largiretur.*

Cap. XLVIII. Huic orationi Servius quum interviffet, trepido nuncio excitatus, extemplo a vestibulo curiæ magna voce: *Quid hoc, inquit, Tarquini, rei? & quæ tu audacia me absente vocare ausus es Patres? aut in sede considere mea?* Quum ille ferociter ad hæc, *Se patris sui tenere sedem, multo quam servorum potiorem filium regi regni heredem: satis illum diu per licentiam eludentem institutisse dominos*; clamor ab utriusque fautoribus oritur. Se curiosis populi fiebat in curiam: apparebatque regnaturum, qui vicisset. Tum Tarquinius, necessitate jam etiam ipsa cogente, ultima audere, multo & acrius & viribus validior, medium arripit Servium: elatumque e curia, in inferiorem partem per gradus dejicit. Inde ad cogendum Senatum in curiam redit. Fit fuga regis apparitorum, atque comitum. Ipse prope exsanguis quum semianimi regio comitatu domum se recipere, pervenissetque ad summum Cyprium vicum, ab iis qui missi ab Tarquinio fugientem consecuti erant, interficitur. Creditur, quia non abhorrere a cetero scelere, admonitu Tulliæ id factum. carpento certe (id quod fatis constat) in forum invecta, nec reverita cœtum virorum, evocavit virum e curia: regemque prima appellavit. à quo facessere jussa ex tanto tumultu, quum se domum recipere, pervenisseque ad summum Cyprium vicum, ubi Dianium nuper fuit; flectente carpentum dextra in Virbium clivum, ut in collem Esquiliarum eveheretur, restitit pavidus, atque inhibuit frenos is qui jumenta agebat, Jacentemque dominæ Servium trucidatum offendit. Fœdum inhumanumque inde traditur fuisse, nec monumentoque locus est: Sceleratum vicum vocant, quo amens agitantibus furiis fororis ac viri, Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur: partemque sanguinis ac cædis paternæ cruento vehiculo contaminata ipsa reperisse tulisse ad penates suos viri sui. Hæc, quibus inaris, malo regni principio similes propediem exitus sequerentur. Servius Tullius regnavit annos quatuor & quadraginta, ita ut bonorum imperatore succedenti regi difficilis æmulatio esset. Cæterum id quoque ad gloriam accessit, quod cum illo simul justa ac legitima regna occiderunt. Idipsum tam mite ac tam moderatum imperium, tamen quia unius esset, deponere eum in animo habuisse quidam auctores sunt, ni scelus intestinum liberandæ patriæ consilia agitanti intervenisset.

Cap. XLIX. Inde L. Tarquinius regnare occœpit, cui Superbo cognomen ficta indiderunt, quia socerum genere sepultura prohibuit; *Romulum quoque insepultum periisse* dictitans: primores Patrum, quos Servili rebus faviisse credebat, interfecit. confcius deinde male quærendi regni ab fcipio adversus fe exemplum capi posse; armatis corpus circumsepsit. Neque enim ad jus regni quicquam præter vim habebat: ut qui neque populi jussu, neque auctoribus Patribus regnarer. Eo accedebat, ut in caritate civium nihil ipsi reponenti metu regnum tutandum esset: quem ut pluribus incurrer, cognitiones capitalium rerum, sine conssiliis per se solus exercebat: perque eam causam occidere, in exilium agere, bonis multare poterat: non suspectos modo aut invisos, sed unde nihil aliud quam prædam sperat e posset. Ita Patrum præcipue numero imminuto, statuit nullos Patres legere, quo contemptior paucitate ipsa ordo esset: minusque per se nihil agi ingnarentur. Hic enim regum primus traditum a prioribus morem de omnibus Senatum consulendi solvit. domesticis consiliis rempublicam administravit. bellum, pacem, fœdera, focietates per se ipse cum quibus voluit, injussu populi ac Senatus fecit, diremitque. Latinorum sibi maxime gentem conciliabat, ut peregrinis quoque opibus tutior inter cives esset. neque hospitia modo cum primoribus eorum, sed affinitates quoque jungebat. Octavio Mamilio Tusculano, (is longe princeps Latini nominis erat, si famæ creditur, sub Ulysse Deaque Circe oriundus:) ei Mamilio filiam nuptum dat; per quæ eas nuptias multos sibi cognatos amicosque ejus conciliat.

Cap.

Cap. L. Jam magna Tarquinii auctoritas inter Latinorum proceres erat, quum in diem certam ut ad Lucum Ferentinæ conveniant, indicit: esse, quæ agere de rebus communibus velit. Conveniunt frequentes prima luce. Ipse Tarquinius diem quidem servavit, sed paulo antequam sol occideret, venit. Multa ibi tota die in concilio variis jactata sermonibus erant. Turnus Herdonius ab Aricia ferociter in absentem Tarquinium erat invectus; *Haud mirum esse, Superbo et injustum Romæ cognomen:* (jam enim ita clam quidem muslitantes, vulgo tamen eum appellabant) *An quicquam superbius esse quam laudibus eum sic omne nomen Latinum ex Principiis longe ab domo excitis, ipsum qui concilium indixerit, non adesse, tentari proditi patientiam, ut si jam occupaverint, obnoxios premat. Cui enim non appareat, affectare eum imperium in Latinos? Quod si sui bene crediderint cives, aut si creditum illud & non ratum parricidio sit, credere & Latinos (quanquam ne sic quidem alienigenæ) debere. Sin illos ejus pœnitet (quippe qui alii super alios truncidentur, exulatum eant, bona amittant) quid spei melioris Latinis portendi? Si je audant, domum suam quemque inde abituros. neque magis observaturos diem concilii, quam ipse, qui indixerit, observet.* Hæc atque alia eadem pertinentia seditiosus Arcinorofusque homo, hiisque artibus opes domi nactus, quum maxime differet, intervenit Tarquinius. Is finis orationi fuit. Averti omnes ad Tarquinium salutandum. qui silentio facto, monitus à proximis ut purgaret se, quod id temporis venisset, diceptaturum apud se filium cum patrem & filium. Curâ reconciliandi eos in gratiam, moratum esse. Si quia ea res exemisset illum diem, postero die acturum. quæ constituisset. Ne id quidem ab Turno fuisse tacitum ferunt. dixisse enim, Nullam breviorem esse cognitionem, quam inter patrem & filium, paucisque trantigi verbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse.

Cap. LI. Hæc Aricinus in regem Romanum increpans, ex concilio abiit. Quam rem Tarquinius aliquanto, quam videbatur, ægrius ferens, confestim Turno necem machinatur, ut eundem terrorem, quo civium animos domi oppresserat, Latinis injiceret. & quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falso crimine infontem oppressit. per adversæ factionis quosdam Aricinos, fervum Turni auro corrupit, ut in diverforium ejus vim magnam gladiorum inferri clam fineret. ea quum una nocte perfecta essent, Tarquinius paulo ante lucem accitis ad se principibus Latinorum, *quasi re nova perturbatus moram sui festernam, velut Deorum quadam providentia illatam*, ait, *salutí sibi atque illis fuisse. ab Turno dici sibi & primoribus populorum parari mecum, ut Latinorum solus imperium teneat. Age refacturum fuisse hesterno die in concilio. dilatam rem esse, quod auctor concilii abfuerit, quem maxime peteret. Inde illam absentis insectationem esse natam, quod morando spem destituerit. Non audere, si vera deferantur, quin prima luce, ubi ventum in concilium sit, infrucitis cum conjuratorum manu armatisque venturus sit. Dixi gladiorum ingentem numerum esse ad eum convectum. id vanum necne sit, extemplo sciri posse. Rogare eos, ut inde secum ad Turnum ambulent.* Suffecit fere rem. & ingenium Turni ferox, & oratio hesterna. & mora Tarquinii; quod videbatur ob eam differri cædes potuisse. Eunt inclinatis quidem ad credendum animis, tamen nisi gladiis deprehensis, cætera vana existimaturi. Ubi eò ventum, Turnum ex somno excitatum circumfistunt custodes; comprehensisque servis, qui caritate domini vim parabant, quum gladii abditi ex omnibus locis diverticuli protraherentur; enimvero manifesta res visa. injectæque Turno catenæ: & confestim Latinorum concilium: magno cum tumultu advocatur. Ibi tam atrox visa orta est, gladiis in medio positis, ut indicta causa, novo genere lethi, dejectus ad caput aquæ Ferentinæ, crate superne injecta, saxisque congestis, mergeretur.

Cap. LII. Revocatis deinde ad concilium Latinis, Tarquinius, colaudatisque qui Turnum novarum res pro manifesto parricidio merita prena affecissent, ita verba fecit: *Posse quidem se vetusto jure agere, quod quum omnes Latini ab Alba oriundi sint, in eo fœdere teneantur, quo ab Tullo res omnis Albana cum colonis suis in Romanum cesserit imperium. Ceterum se utilitatis id magis omnium causa conferre, ut renoverentid fœdus: secundaque potius fortuna populi Romani, ut participes Latini fruantur, quam turbium excidia, vastationesque agrorum quas Ancopatres, patre deinde suo regnante perpessi sint, semper aut exspectent, aut patiantur.* Haud difficulter persuasum Latinis, quanquam in eo fœdere superior Romana res erat. cæterum & capita nominis Latini stare, ac sentire cum rege videbant, & Turnus sui cuique periculi, si adversatus esset, recens erat documentum. Ita renovatum fœdus, indictumque junioribus Latinorum, ut ex fœdere die certa ad lucum Ferentinæ armati frequentes adessent. Qui ubi ad edictum Romani regis ex omnibus populis con-

convenere: ne ducem suum, neve secretum imperium, propriave signa haberent, misceri manipulos ex Latinis Romanisque, ut ex binis singulos face re, binosque ex singulis. ita geminatis manipulis, centuriones impositi.

Cap. LIII. Nec ut injustus in pace Rex, ita dux belli pravus fuit. quin ea arte æquasset superiores reges, ni degeneratum in aliis, huic quoque decori officiisset. Is primus Volscis bellum in ducentos amplius post suam ætatem annos movit: Sueslamque Pometiam ex his vi cepit. ubi quum divendita præda quadringenta talenta argenti aurique recepisset; concepit animo eam amplitudinem Jovis templi, quæ digna Deum hominumque rege, quæ Romano imperio, quæ ipsius etiam loci majestate esset. Captivam pecuniam in ædificationem ejus templi seposuit. Excepit deinde eum lentius ipse bellum, quo Gabios propinquam urbem nequicquam vi adortus, quum obtiendi quoque urbem ipses pulso a mœnibus hostis posset, postremo minime ante Romana, fraude ac dolo ejus civitas cit. eam quum velut polito bello fundamentis templi jaciendis, aliisque urbanis operibus intentum se esse simularet; Sextus filius ejus, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito Gabios. patris in se læsitam intolerabilem contumeliam, *vim ac minas alioquin suas horribile supplicium: & liberorum quoque cum frequentiæ testem, ut quam in curia solitudinem fecerit, domi quoque faciat: ne quam sæpem, ne quem baculum regni relinquat. Se quidem inter tela ac gladios patris elapsum, nihil aliquam sibi tutum, nisi quod apud Deos supplicibus creditum sit. Nam, ne errarent, manere his bellum, quod postium simuletur: & per occasionem cum incautos invasurum. quod si apud eos supplicibus locus non sit, peregrinarum se omne Latium: pulsumque se inde, Volscos & Æquos, & Hernicos petiturum: donec ad eos perveniat, qui a parentum crudelibus atque impiis supplicitis tegere liberos sciant. Forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum animaque se adversus superbissimum regem accipiet populum Romanum.* Quum si nihil moverentur, insensus ira porro inde abiturus videretur; benigne ab Gabinis excipitur. verant mirari, fi qualis in cives, qualis in socios, talis ad ultimum in liberos esset. In seipsum postremo sævisurum, si alia desint. Sibi vero gratum adventum ejus esse: futurumque credere brevi, ut illo adjuvante ab portis Gabinis sub Romana mœnia bellum transferatur.

Cap. LIV. Inde in consilia publica adhiberi. ubi quum de aliis rebus assentire se veteribus Gabinis diceret, quibus hæ notiores essent; ipse idem tidem belli auctor esse, in eo sibi præcipuam prudentiam assumere, quod utriusque populi vires nosset, referetque invisam profecto superbiam regiam civibus esse, quam ferre ne liberi quidem potuissent. Ita quum sensim ad rebellandum primores Gabinorum incitaret, ipse cum promptissimis juvenum prædatum atque in expeditiones ire, & dictis factisque omnibus ad fallendum instructis tanta accreseret fides; dux ad ultimum belli legitur. Ibi quum, insciæ multitudine quid ageretur, prœlia parva inter Romam Gabiosque fierent, quibus plerumque Gabina res superior esset, tum certatim summi infimique Gabinorum Sex. Tarquinium deos Deum tibi misisse ducem credere. Apud milites vero obeundo pericula ac labores, pariter prædam munifice largiendo, tanta caritate esse, ut non pater Tarquinius potentior Romæ, quam filius Gabiis esset. Itaque postquam satis virium collectum ad omnes conatus videbat: tum e suis unum ita fidentem Romam ad patrem mittit, quidnam se facere velit? quandoquidem ut omnia mea Gabiis posset, ei Dii dedissent. Huic unico, quia credo dubiæ fidei videbatur, nihil voce responsum est. rex velut deliberabundus, in hortum ea tenus tranſit, frequente nuncio alii alibi inambulasse dicto, summa papaverum capita dicitur baculo decussisse. Interrogando expectandoque responsum nuncius fessus, ut re imperfecta, redit Gabios, quæ dixerit ipse, quæque viderit, refert. seu ira, seu odio, seu superbia infita ingenio, nullam eum vocem emisisse. Sextus ubi quid vellet patrem significasset, pauciores, facilis ambagibus, putat; primores civitatis, criminando alios apud populum, alios sua ipsos invidia opportunos ingeremit. multi palam: quidam, in quibus minus despecta criminatio erat fatura, clam interfecti. Patuit quibusdam volentibus fuga, aut in exilium acti sunt, ablentiumque bona juxta atque interemptorum divisa fuere. Largitionis inde prædaque & privati dulcedine commodi, sensus malorum publicorum adimi, donec orba confilio auxilioque Gabina res, regi Romano sine ulla dimicatione in manum traditur.

Cap. LV. Gabiis receptis, Tarquinius pacem cum Æquorum gente fecit: fœdus cum Tuscis renovavit. Inde ad negotia urbana animum convertit. quorum erat primum, ut Jovis templum in monte Tarpeio, monumentum regni sui nominisque relinqueret: Tarquinios reges ambos, patrem voviſſe, filium perfecisse. Et ut libera a ceteris religionibus area esset tota Jovis templique ejus, quod inædificaturus; exaugurare fana facel-

laque

laque statuit: quæ aliquot ibi à Tatio fecerat primum in ipso diffirimine adversus Romulum pugnæ vota, consecrata inauguratáque postea fuerant. Inter principia condendi hujus operis, moviſſe numen ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos: nam quum omnium facellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere. idque omen augurinque ita acceptum est, non motam Termini sedem, unumque eum Deum non evocatum sacratis sibi finibus, firma stabilitaque cuncta portendere. Hoc perpetuitatis auspicio accepto, secutum aliud magnitudinem imperii portendens prodigium est. caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse. Quæ visa species, haud per ambages, arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat. idque ita cecinere vates, quique in urbe erant, quoſque ad eam rem consultandam ex Etruria acciverant. Augebatur ad impensas regis animus. Itaque Pometinæ manubiæ, quæ pecuniæ id nomen operi destinatæ erant, vix in fundamenta ſuppeditavere. eo magis Fabio, præterquam quod antiquior est, credideriim, quadringenta ea sola talenta fuiſſe; quum Piſoni, qui quadraginta millia pondo argenti fepostea in eam rem scribit, summam pecuniæ, quam ex tribus urbis prædæ sperandam; & nullius, ne horum quidem magnificentiæ operum fundamenta non exsuperaturam.

Cap. LVI. Intentus perficiendo templo, fabris undique ex Etruria accitis, non pecunia solum ad id publica est usus, sed operis etiam ex plebe, qui quum haud parvum ipse militiæ adderetur labor, minus tamen plebs gravabatur, ſe templa Deûm exædificare manibus ſuis: quæ postheac & ad alia, ut ſpecie minora, hic laboris aliquanto majoris, traducebatur opera: foros in circo faciendos, cloacamque maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis sub terram agendam: quibus duobus operibus vix nova hæc magnificentia quicquam adæquare potuit. His laboribus exercita plebs: quia & urbi multitudinem, ubi usus non esset, oneri erbatur esse: & coloniis mittendis occupari latius regni fines volebat; Signiam Circeiosque colonos misit: præſidia urbi futura terra marique. Hæc agenti, portentum terribile visum, anguis ex columna lignea elapſus, quum terrorem fugamque in regiam feciſſet, ipſius regis non tam subito pavore pectus, quam anxiis implevit curis. Itaque quum ad publica prodigia Etrusci tantum vates adhiberentur, hoc velut domestico exterritus visu, Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit. neque responſa fortium ulli alii committere ausus, duos filios per ignotas ea tempeſtate terras, ignotiora maria in Græciam mittit. Titus & Arruns profecti. comes his additus L. Junius Brutus, Tarquinia ſorore regis natus, juvenis longe alius ingenio quam cujus simulationem induerat. Is quum primores civitatis, in quibus fratrem suum, ab avunculo interfectum audiſset; neque in animo ſuo quicquam regi timuiſſet, neque in fortuna concupiſcendum relinquere statuit: contempta turus esse, ubi in jure parum præſidii esset. Ergo ex industria factus ad imitationem ſtultitiæ, quum se ſinaque prædæ esse regi fineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen: ut ſub ejus obtentu cognominis, liberator ille populi Romani animus, latens opperiretur tempora ſua. Is tum ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius quam comes, aureum baculum incluſum corneo cavato ad id baculo tuliſſe donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii ſui. Quo poſtquam ventum est, perfectis patris mandatis, cupido inceſſit animos juvenum, ſcisitandi ad quem eorum Regnum Romanum esset venturum. Ex imo ſpecu vocem redditam ferunt; *Imperium summum Romæ habebit, qui vestrum primus, ô juvenes, oſculum matri tulerit.* Tarquinii, ut Sextus qui Romæ relictus fuerat, ignarus responſi, experſque imperii esset, rem ſumma ope raceri jubent; ipſi inter se uter prior, quum Romam rediſſet, matri oſculum daret, ſorti permittunt. Brutus alio ratus ſpectare Pythicam vocem, velut ſi prolapſus cecidiſſet, terræ oſculo comitigit: ſcilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset. Redirum inde Romam, ubi adverſus Rutulos bellum ſumma vi parabatur.

Cap. LVII. Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea regione atque in ea ætate, divitiis prepollens. eaque ipſa causſa belli fuit, quod rex Romanus tum ipſe ditari, exhauſtus magnificentia publicorum operum, tum prædæ delinire popularium animos ſtudebat; præter aliam ſuperbiam regno inſeſtos etiam, quod ſe in fabrorum miniſteriis ac ſervili tumidu habitos opere ab rege indignabantur. Tentata res est, ſi primo impetu capi Ardea poſſit. ubi id parum proceſſit, obſidione munitionibuſque cœpti premi hoſtes. In iis ſtativis, ut fit longo magis quam acri bello, fatis liberi commeatus erant: primoribus tamen magis, quam militibus. Regii quidem juvenes interdum otium conviviis comeſſationibuſque inter ſe terebant. forte potantibus his apud Sextum Tarquinium, ubi & Collatinus conabat Tarquinius Ege-

rii filius, incidit de uxoribus mentio: fuam quisque laudare miris modis, inde certamine accenso, Collatinus negat *verbis opus esse, paucis id quidem brevi fieri, quantum cæteris præstet Lucretia sua. Quin, si vigor juventæ inest, conscendimus equos, invisimusque præsentes nostrarum ingenia: id cuique pro cultu maximum est, quod nec opinato vir adventu occurrerit oculis.* Incalescunt vino. Age sane, omnes citatis equis advolant Romam. Quo quum primis fe intendentibus tenebræ venissent, pergunt inde Collatiam: ubi Lucretiam, haudquaquam ut regias nurus, quas in convivio luxuque cum æqualibus videram tempus terentes, sed nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio atrio sedentem invenisset. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. adveniens vir Tarquinilia excepit benigne. victor maligne. victor maligne. victor malig

de vi ac libidine Sexti Tarquinii, de stupro infando Lucretiæ & miserabili cæde, de orbitate Tricipitini, cui morte filiæ causa mortis indignior ac miserabilior esset. Auditâ superbia lætus regis, miserisque & laboribus plebis in fossas cloacasque exhaustis demersis. Romanos homines victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos. Indigna Servii Tullii regis memorata cædes, & invecta corpori patris nefando vehiculo filia: invocatique ultores parentum Dii. His atrocitatibus, credo, aliisque præsens rerum indignitas haudquaquam relatu scriptoribus facilia subjicit, memoratis, incensam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret, exulesque esse juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis. Ipse Junioribus qui ultro nomina dabant, lectis armatisque ad concitandum inde adversus regem exercitum Ardeam in castra est profectus; imperium in urbe Lucretio, præfecto urbis jam ante ab rege instituto, relinquit. Inter hunc tumultum Tullia domo profugit: execrantibus quacunque incedebat invocantibusque parentum furias viris mulieribusque.

Cap. LX. Harum rerum nuncius in castra perlatis; quum re nova præpitus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus (senserat enim adventum) ne obvius fieret; eodemque fere tempore diversis itineribus Brutus Ardeam, Tarquinius Romam, venerunt. Tarquinio clausæ portæ, exiliumque indictum: liberatorem urbis, lota castra accepere: exactique inde liberi regis. Duo patrem secuti sunt, qui exulatum Cære in Etruscos ierunt. Sextus Tarquinius Gabios, tanquam in suum regnum profectus, ab ultoribus veterum tumultuatum, quas sibi ipse cædibus rapinisque conciverat, est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque & viginti. Regnatum Romæ ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quatuor. Duo consules inde comitiis centuriatis à præfecto urbis ex commentariis Servii Tullii creati sunt; L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

EPITOME

LIBRI II.

Brutus jurejurando populum adstrinxit, neminem regnare Romæ passurum: Tarquinium Collatinum collegam suum propter affinitatem Tarquiniorum suspectum, coegit consulatu se abdicare, & dedicatæ quæ bona regum ab ipsi fuisse: agrum Marti consecratum, qui Campus Martius nominatus est. Adolescentes nobiles, in quibus suos quoque filios, quia conjuraverant de recipiendis regibus, securi percussit. Servio Indidi, cui Vindicius nomen fuit, libertatem dedit: ex cujus nomine vindicta est appellata. Quum adversus reges, qui contra cis Veientium, & Tarquiniensium copiis bellum intulerant, exercitum duxisset, in acie cum Arunte filio Superbi commoritus est: eumque matronæ annum luxerunt. P. Valerius consul legem de provocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum est. Porsena Rex Clusinorum, bello pro Tarquiniis suscepto, quum ad Janiculum venisset, ne Tiberim transiret, virtute Cocliti Horatii prohibitus est; qui, dum alii pontem subliciuum rescindunt, solus Etruscos sustinuit: & ponte rupto, armatus se in flumen misit: & ad suos transvit. Alterum accesit virtutis exemplum à Mucio: qui, quum ad feriendum Porsenam castra hostium intraset, occiso scriba, quem regem esse putabat, comprehensus, impositam altaribus manum in quibus sacrificatum erat, exurere passus est: dixitque tales trecentos esse conjuratos in mortem ipsius regis, quorum admiratione coactus Porsena pacis conditiones ferre, bellum omisit, acceptis obsidibus, ex quibus virgo Cœlia cum aliis duodecim custodibus per Tiberim ad suos transmisit: & quum reddita esset Porsenæ, honorifice remissa, equestrique statua donata est. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transiit: ob hoc Claudia tribus adjecta est. Numerus tribunum amplianus est, ut essent viginti una. Adversus Tarquinium Superbum cum Latinorum exercitu bellum inferentem, A. Postumius dictator prostrere pugnavit aqua lacum Regillum. Plebs quum propter nexos ob aes alienum Sacrum in monte sacrato secessisset, consilio Menenii Agrippæ à seditione revocata est. Aulum Agrippæ quum decessisset, propter paupertatem publico impensio elatus est. Tribuni plebis quinque creati sunt. Oppidum Volscorum Corioli captum est virtute & opera C. Marcii, qui ob hoc Coriolanus vocatus est. Tib. Atinius, cur de plebe quum in ius adhonitus esset, ut de quibusdam religionibus ad Senatum perferet, & negaviset, amisso filio, debilis factus, postea quam delatus ad Senatum lectica eadem ita indicaverat, usu pedum recepto, domum reversus est. Quum C. Martius Coriolanus, qui in exilium erat pulsus, duos Volscorum faciles, exercitum potiorem urbi Romæ duxisset, & mitti ad eum primum legati, postea sacerdotes frustra deprecati essent, ne bellum patriæ inferret: Veturia mater, & Volumnia uxor impetraverunt ab eo, ut recederet. Lex agraria primum lata est. Sp. Cassius consularis regni crimine damnatus est, necatusque. Oppia virgo Vestalis ob incestum vivæ defossa est. Quum Veienti bojes Veientes, inconsultiores magis, quam graves essent, familia Fabiorum id bellum gerendum deposcite. missique in id trecentos sex armatos: qui ad Cremeram ad unum ab hostibus cæsi sunt: uno impubere domi relicto. Appius Claudius consul quum adversus Volscos continuacia exercitus male pugnatum esset, decimum quemque militum fuste percussit. Res præterea domi sum Volscos, & Æquos & Veientes, & seditiones inter Patres, plebemque continet.

CAPUT I.

LIBERI jam hinc populi Romani res, pace belloque gestas, annuos magistratus, imperiaque legum potentiora quam hominum peragam. Quæ libertas ut latior esset, proximi regis superbia fecerat. nam priores ita regnarunt, ut haud immerito eis omnes deinceps conditores partium cœptæ urbis quas novas ipsi fedes ab se auctæ multitudini addiderunt, numerentur: neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriæ superbo exacto rege meruit, pestimo publico id facturus fuerit, si illi libertatis immaturæ cupiditine priorum regum alicui regnum extorsisset. Quid enim futurum fuit, si illa pastorum convenarumque plebs transfuga ex fuis populis, sub tutela inviolati templi, aut libertatem, aut certe impunitatem adepta, soluta regio metu, agitari cœpta esset tribunitiis procellis? Sic in aliena urbe cum patribus serere certamina, priusquam pignora conjugum ac liberorum, caritaique ipsius soli, cui longo tempore assuefit iturus animos eorum confociasset? Dissipatæ res nondum adultæ discordia forent quas fovit tranquilla moderatio imperii, eoque nutrimento perduxit, ut

ut bonam frugem libertatis maturi-
jam vicibus ferre possent. Liberta-
tis autem originem inde magis, quia
annuum imperium consulare factum
est, quam quod dominatum quic-
quam sit ex regia potestate, numeres.
Omnia jura, omnia insignia primi
consules tenuere. id modo cautum
est ne, si ambo fasces haberent, du-
catus terror videretur. Brutus prior
concedente collega fasces habuit qui
non acrior vindex libertatis fuerat,
quam deinde custos fuit. Omnium
primum avidum novæ libertatis po-
pulum, ne postmodum flecti precibus
aut donis regis posset, jurare jurando
adegit, neminem Romæ passuros re-
gnare. Deinde quo plus virium in fe-
natu frequentia etiam ordinis face-
ret, cædibus regis deminutum Pa-
trum numerum, primoribus aque-
stris gradus lectis ad trecentorum
summam explevit. Gradibusque inde
factum, ut in senatum vocarentur,
qui patres qui que conscripti essent.
conscriptos videlicet in novum sena-
tum appellabant lectos. Id mirum
quantum profuit ad concordiam ci-
vitatis, jungendosque Patribus ple-
bis animos.

Cap. II. Rerum deinde divinarum habita cura. Sc quia quædam pu-
blica sacra per ipsos reges fabitata
erant, ne ubiubi regum desiderium
esset, sacrificulum creant. Id sacer-
dotium pontifici subjectere, ne addi-
tus nomini honos aliquid libertati,
cujus tunc prima erat, obficeret.
ac nescio an nimis undique omnium
minimis quoque rebus muniendo, mo-
dum excesserint; Consulis enim alte-
rius, quum nihil aliud offenderit, no-
men invisum civitati fuit. *Nimium Tarquinios regno afuisse, inritum a Prisco factum. Recensse deinde Servio Tullium, ne turbatis quidem facto oblitum tanquam alieni regni. Superbum Tarquinium, velut hæreditatem gentis scelerosæ ut repetisse. Pulso Superbo, penes Collatinum imperium esse. Nescire Tarquinios privatos vivere, nec placere nomen privatæ libertatis esse.* Sic primen-
tum tentantium animos ut nec per to-
tam civitatem est datus, solicitamque
suspicione plebem Brutus ad concio-
nem vocat. Ibi omnium primum ius-
Jurandum populi recitat. *Neminem regnare passuros, nec esse licere unde periculum libertati foret. Id summa ope tutum esse: neque aliam rem quæ eo pertineat, contemendam. Invitum se dicere hominis causa: nec dissimulum fuisse, ni caritas reipubl. vinceret. Non credere populum Romanum, solidam libertatem recuperatam esse. Regnant gentes, regnum nomen, non solum in civitate, sed etiam in imperio esse. Id obficere, id obstare libertati. Hunc tu, inquit, tua vo-
luntate, L. Tarquini, remove metum.*

*Meminimus, fatemur, civitatis regnum. Audivere hercle tam. Auferre hoc regitum nomen. Res tuas tibi non fo-
lum reddent cives tui, auctore me: sed si quid deest, munifice augebunt. Amicus abi, exonera civitatem quam forsitan vexat. Ita perfugium est ad-
miti, cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum.* Consuli primo tam novæ rei ac subitæ admiratio incluserat vocem. Dicere deinde incipien-
tem primores civitatis circumsistunt, eadem multis precibus orant. Et cæ-
teri quidem movebant animos: post-
quam Sp. Lucretius major ætate ac
dignitate, locupleterat ipsius, agere
re varie, rogando alternis suadendo-
que cœpit, ut vinci se consensu civita-
tis pateretur, timens consul, ne post-
modum privato sibi eadem illa cum
honorum amissione, addataque alia
injuper ignominia, accideretur, ab-
dicavit se consulatu: rebusque suis
omnibus Lavinium translatis, civita-
te cessit. Brutus ex Senatusconsulto
ad populum tulit, ut omnes Tarqui-
nii gentis exules essent: collegam si-
bi coinitiis centuriatis creavit P. Va-
lerium, quo adjutore reges ejecerat.

Cap. III. Quum haud cuiquam in dubio esset, bellum ab Etruriis imminere, id quidem spe omnium fe-
rius fuit, cæterum id quod non ti-
mebant. per dolum ac proditionem
prope libertas amissa est. Erant in
Romana juventute adolescentes ali-
quot, nec ii rerum loco orti, quorum
in regno libido solutior fuerat, æ-
quales. Sodalesque adolescentium
Tarquiniorum; assueti more regio
vivere. Eam tum æquato jure omnium licentiam quærentes, libertatem alio-
rum in suam vertisse servitutem inter
se conquerebantur. *Regem hominem esse, a quo impetres, ubi jus, ubi injuria huius sit: esse aratæ locum, esse bon ficio, esse irasci ac ignos-
scere posse: inter amicum atque inimi-
cum discrimen nosse. Leges rem fur-
dam, inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi quam potenti: nihil laboranti nec ventæ habere, si modum excesseris. Verecundiam esse, intra humanis erroribus solam innocentiæ vivere.* Ita, jam sua ponte ægris animis, legati ab regibus supervene-
niunt, fine mentione reditus, bona
tantum repetentes. eorum verba post-
quam in senatu audita sunt, per ali-
quot dies ea consultatio tenuit, ne
non redditi belli, reddita belli
materia Sc adjumentum essent. Inter-
im legari alii alia moliri, aperte bo-
na repetentes, clam recuperandi re-
gni consilia struere. Sc, tanquam ad
id quod agi videbatur, ambientes no-
bilium adolescentium animos perten-
tant. a quibus placide oratio accepta
est, his literas ab Tarquiniis red-
dunt: Sc de accipiendis clam nocte in
urbem regibus colloquuntur. Vitel-

ius Aquilisque fratribus primo commilites est.

Cap. IV. Vitellorum foror consuli nupta Bruto erat; jamque ex eo matrimonio adolescentes erant liberi. Titus Tiberiusque: eos quoque in societatem consilii annosculi assumunt, praterea & nobiles aliquot adolescentes consili assumpti, quorum vetus fere memoria abiit. Interim quum in senatu vicisset sententia, qui censebat reddenda bona exsulum ipsum consulem more in urbe habentem legati, quod genitum ad vehiculo comparandum consulibus sumptum erat, quibus regum ut portarent res, tunc id temporis cum conjuratis consultandi obtulerunt: & incautius instando, ut literæ sibi ad Tarquinios darentur: nam aliter qui credituros eos, non vana ab legatis fuisse? per eadem tentasse? Dare literas, ut pignus fidei esset, manifestum facinus fecerunt. nam quum, prædicquum legati ad Tarquinios proficiscerentur, & ceenatum forte apud Vitellios esset, conjurati ipsi, remotis arbitris, multa inter se, de novo, ut fit, consilio edisserunt; sermonem eorum ex fervis unus percepit, qui literas antea ei conferat aci: fed eam occasionem, ut literæ legaris darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, expectabant. postquam datas sentit, rem ad consules detulit. Consules ad deprehendendos legatos conjuratosque profecti domo, sine tumultu rem omnem opprefsere: literarum in primis habita cura, ne interciderent, proditoribus extemplo in vincula conjectis, de legatis paululum addubitatum est: & quanquam visi sunt commisisse, ut hostium loco essent, jus tamen gentium valuit.

Cap. V. De bonis regiis, quæ reddi jussa erant, consultatum integra refertur ad Patres. illi vero, ne tantæ reddi, vetuere in publicum redigi. Diripienda plebi sunt data; ut contacta regia præda spem in perpetuum eum his pacis amitteret. Ager Tarquinioram, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Forte ibi tum segetibus farris dicitur fuisse matura messi, quem campi fructum quia religiosum erat consumere, defectum cum itramento fegetem magna vis hominum simul immissa corbibus fudere in Tiberim, tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus folet, in vadis hæsitantis frumenti acervos fecisse. Illitos limo. Infulam inde paulatim, & aliis, quæ fors temere flumen, eodem invectis, factam. postea credo additas moles, manuque adjurum, ut tam eminens area, firma rumpis quoque ac portibus fustinendis esset. Direptis bonis regum, damnati proditores, tantumque fuspicium, conspectius eo, quod pœnæ capiendæ ministerium patri de liberis consulis tus impetuit: & qui spectator erat amovendus, eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit. orabant deligari ad palum nobilissimi juvenes. fed a ceteris, velut ab ignotis capitibus, confulis liberi omnium in se averterant oculos, miserebatque non pœnæ magis hominum quam fœderis, quo pœnam meriti essent; illos eo potissimum anno, patrium libertatem, patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Junia, Patres, plebem, quicquid bonorum hominumque Romanorum esset, Induxisse in animum, ut Superbo quondam regi, cum infesto exuli proderent. Consules in sedem procedere fuam, missique lictores ad fumendum supplicium, nudatos virgis cadunt, fecurique feriunt: eum inter omne tempus pater, vultusque & os ejus, fpectandæ esset; eminente animo partio inter publicæ pœnæ ministerium. Secundum pœnam nocentium, ut in utramque partem tarcendis fceleribus exemplum nobile esset, præmium indici; pecunia ex ærario, libertas & civitas data. Ille primum dicitur vindicta liberatus. quidam vindictæ quoque nomen inducunt, & Vindicium ipsi nomen fuisse. Post illum obtemptum, ut qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur.

Cap. VI. His, ficut acta erant, nunciatis, incensus Tarquinius non dolore filium tantæ ad tirannidem cupidi fuisse, sed etiam odio iræque, postquam dolo viam obseptam vidit, bellum aperte moliendum ratus circumire supplex Etruriæ urbes; orare maxime Veientes Tarquiniensesque, *ne se ortum, ejusdem sanguinis, extorrem, egentem, exiranto modo regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire paterentur. Adsit pergant, arma secum ferant, accitos: se per gentem nil in bello Rom. imperium. à proximis fœderatis conjurationæ pulsum. Eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno visus sit, patres re, mi rapuisse: bona sua distripiendo populo dedisse, ne cui usquam fœderis esset. Suum se regnumque suum repetere, & persequi injurias civis pelle. Ferrent opem, adjuvarent, suas quoque veteres injurias ultum irent, tories cæsas legiones, agrum ademptum.* Hæc moverunt Veientes, ac pro se quisque. Romano fatum duce ignominias demendas, bellique amissa reparanda, minaciter fremunt. Tarquiniensies nomen ac cognatio movet, pulchrum videbatur suos Romæ regnare. Ita duo duarum civitarum exercitus, ad reperendum regnum, belloque perfequendos Romanos, fecuti Tarquinium. Postquam in agrum Romanum ventum est, obviam hosti consules eunt. Valerius quadrato agmine peditem ducit: Brutus

tus ad explorandum cum equitatu antecessit. Eodem modo primus equestris hostium agminis fuit. Praeerat Aruns Tarquinius filius regis. Rex ipse cum legionibus sequebatur. Arruns, ubi ex latioribus procul consulem esse: deinde jam propius, ac certius facie quoque Brutum cognovit, indomitas ira, *Ille est ille*, inquit, *qui nos exterres expulit patria. Ipse, en ille nogris auspiciis insignibus, magnifice incedit. Di regni ultores adsint, quorum sacra calcatibus ejusmodi, atque in ipsum infestus consulem dirigit. Senfit in se ferri Brutus. Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus: avide itaque le certaminis offert. atque eodem infestis animis concurrerunt, neuter, dum hostem vulnerarent, sui memor corporis memor. Ut contrario ictu per pectora utrique transfixus, duabus hereentes hastis moribundi ex equis lapsi sint. simul & cetera equestris pugna coepit, neque ita multo post & pedites superveniunt. Ibi varia victoria, & velut aequo Marte pugnatum est. dextra ut utique cornua vincebant, ita superata. Veientes victi ab Romano milite affari, fati fugati jue sunt. Tarquiniensis novus hostis non sterit solum, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit.*

Cap. VII. Ita cum pugnarum esset, tantus terror Tarquinium aequae atque suos incessit, ut *desperata re, nocte ambo exercitus, Veiens Tarquiniensisque fuas quisque abierent domos. Adjiciunt miraculo huic pugnae silentio proximae noctis ex silva Arsia ingentem editam vocem, Silvani vocem eam creditam, hoc dicta. Una plus victoria Romanis discessit in acie: ulterere bello Romanum.* Ita certe inde abiere Romani ut victores, Etrusci pro victis. Nam postquam illustr., nec quisquam hostium in conspectu erat, P. Valerius Consul spolia legit: triumphansque inde Romam redit: collegae funus quanto tum potuit apparatius fecit. multo majus morti decus publica fuit memoria, eo ante omnia insignis, quia matronae annum, ut parentem eum luxerunt: quod tam acer ultor violatae pudicitiae fuisset. Consulli deinde qui fame fregit, ut sunt mutabiles vulgi animi, erat favor, non invidia modo, fed fupicio etiam cum atroci crimine orta. Regnum eum affectare, fama ferebat. quia nec collegam fub ogaverat in locum Bruti, & aedificabat in summa Velia. ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Haec dicta vulgo credirantur quum indignitate angerent consulis animum, vocato ad concilium populo, summissis fucibus in concionem ascendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit; summissi sibi esse imperii insignia. confessionemque fatam, populi quam consulis ma etiarem vimque majorem esse. Ubi audire justi, consul laudare fortunam collegae, *quod liberata patria in tantum honore pro republica ab ingrata, mutata gloria, nec dum fe certente in invidiam, mortem occubuisset. fi superstitem egisset aetate ad crimen atque invidiam fuperfluo ex liberatore patriae ad Aquilios Vitellosque rectidisse. Nunquamne ergo, inquit, ulli adeo arobis liberandi obtingent reges, ut fic, ficione affari neqneat? Ego me illum acerrimum regnum hostem, ipsum capitalibarit rerum crimen fubiturum tum cum & hoc fi ita fors arcis Capitolinae habitaculum metui me crederem. pelli a civibus meis? tam levi momento mea apud eos fama pendet? & quos ego fundata libertate, ut tibi tum, quum qui jam mortis esset ait? Non offtabunt P. Valerii Laeti libertati vestrae, Sui ipsi: mea erit erobis Velia. Deferam non in tenuem modo aedes, fed colli eriam fabricam: ut nos supra fu rochum me civem habiteris. In Velia adficetur, quibus vestrum non P. Valerii credituri libertas.* Delata confestim macteria omnis in fua Veliam: & ubi nunc Vicae sotae est, domus in infimo clivo aedificata.

Cap. VIII. Late deinde leges non folum, quae regni fuspicione consulem absolverent, fed quae acco in contrariam verterent, ut popularem eiam fuerent. inde cognomen factum Publicolae est. ante omnes de provocatione adversus magistratus ad populum, facrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia iniisset. Grame in vulgus leges fuere, quae quum fobus pertulisset, ut fua unius in gratia fieret, tam deinde comitia, collegae fubrogando habuit. Creatus Sp. Lucretius Consul, qui magno natu non fufficientibus jam viribus ad consularia munera obeunda, intra paucos dies moritur. Suffectus in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus. Apud quosdam veteres auctores non invenio Lucretium consulem: Bruto statim Horatium suggerunt. credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse. Nondum dedicata erat in Capitolio Jovis aedes. Valerius Horatiusque Consules fortiti uper dedicare. Horatio sorte evenit. Publicola ad Veientium bellum profectus. Aegrius quam dignum erat, rulere Valerii neceffarii, dedicationem tam inciti rempli Horatio dari. id omnibus modis impedire conari, postquam alia fruftra tentata erant, patien jam tenenti consuli, fandum inter precationem Deum nuncium incutiunt: mortuum ejus filium esse funestaque familia dedicare eum templum non posse. Non crediderit fatum, an rarum

animo roboris fuerit; nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Nihil aliud ad eum nuncium a propitio averfus, quam ut cadaver offerret haberet, tenens pœnam, precationem peragit, & dedicat templum. Hæc post exactos reges domi militiæque gesta primo anno. Inde P. Valerius iterum, T. Lucretius, consules facti.

Cap. IX. Jam Tarquinii ad Larem Porsenam Clusinum regem perfugerant. Ibi mitigando civitatem precesque, nunc orando, ne se oriundos ex Etruscis, quidem tanquam nominisque, egentes exulare paterentur: nunc monendo etiam, *ne orbitatem morem pellendi reges finitimi ferret. Satis licentiam ipsam bonorum audendorum. Nisi quanta ei civitates eum expetant. Tantæ opes regni defendant, æquari famæ inimicis. Nihil excellum, nihil quod supra cætera emineat, in civitatibus fore. Adesse finem regnis: rei inter Deos nominisque pulcherrimæ.* Porsena tum regem esse Romæ, tum Etruscæ gentis regem, amplum Tuscis ratus, Romam infesto exercitu venit. Non unquam alias ante tantus terror sedatum invasit. Adeo valida res tum Clusina erat, magnunque Porsenæ nomen. nec hostes modo timebant, sed fuosmet ipsi cives, ni Romana plebs metu perculsas receptis in urbem regibus, vel cum servitute pacem acciperet. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab senatu data. annonæ imprimis habita cura, & ad frumentum comparandum missi, alii in Volscos, alii Cumas. Salis quoque vendendi arbitrium, quia impendo prædo venibat in publicum omni sumptu, ademptum privatis. Portoriis quoque & tributo plebe liberata, ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent. pauperes satis stipendii pendere, si liberos educarent. Itaque hæc indulgentia Patrum, asperis postmodum rebus in obsidione ac fame, adeo concordem civitatem tenuit, ut regium nomen non summi magis quam intimi horrerent: nec quisquam unus malis artibus potiea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus fuit.

Cap. X. Quum hostes adessent, pro se quisque in urbem ex agris demigrant: urbem ipsam sepiunt præsidiis: alia muris, alia Tiberi objecto videbantur tuta. Pons subliclus iter pene hostibus dedit. ni unus vir fuisset, Horatius Cocles: id munimentum illo die fortuna Urbis Romanæ habuit: qui positus forte in statione pontis, quum captum repentino impetu Janiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset, trepidamque turbam fuorum arma ordinesque relinquere, reprehensans singulos, obtestansque Deum & hominum fidem testabatur: *neglectam deserto præsidio rem esse, si transitum pontem à tergo relinquerent. Jam plus hostium in Palatio Capitolioque, quam in Janiculo fore. Itaque monere, præcipere, ut pontem, ferro, igni, quacunque vi possent, interrumpant. Se inspecturum hostium, quamdiu corpore unius posset objecto, exceptaturum.* Vadit inde in primum aditum pontis: infignisque inter conspecta cedentium fugamque tergæ, obversis cominus ad ineundum prælium armis, ipso miraculo audaciæ obstupefecit hostes. duos tamen eum eo pudor tenuit, Sp. Lartium ac T. Herminium, ambos claros genere factisque. Cum his primum periculi procellam, & quod tumultuosissimum pugnæ erat, paruper sustinuit. deinde eos quoque ipsos exigua parte pontis relicta, revocantibus qui refcindebant, cedere in tutum coegit. Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etruscorum; nunc increpare superbos regum, nunc increpare omnes, *gentis regum superborum, suæ libertatis immemores, alienam oppugnatum ventre.* Cunctari aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut prœlium inciant, circumspectant. pudor deinde commovit aciem, & clamore sublato undique in unum hostem tela conjiciunt. Quæ quum in objecto cuncta scuto hæsissent, neque ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu; jam impetu conabantur detrudere virum. quum simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum alacritate perfecti operis sustinuit, pavore subito impetum sustinuit. Tum Cocles, *Tiberine pater*, inquit, *te sancte precor, hæc arma & hunc militem propitio flumine accipias.* Ita fic armatus in Tiberim desiluit: multisque super incidentibus telis incolumis ad suos tranavit; rem nullo plus fama habituram ad posteros, quam fidei. Gratia erga tantam virtutem civitas fuit: statua in comitio posita; agri quantum uno die circumaravit, datum. Privata quoque inter publicos honores studia eminebant. nam in magna inopia pro domesticis copiis unusquisque aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit.

Cap. XI. Porsena primo conatu repulsus, consiliis ab oppugnanda urbe ad obsidendam versis, præsidio in Janiculo locato, ipse in plano ripisque Tiberis castra posuit: navibus undique accitis, & ad custodiam, ne quid Romam frumenti subvehi fineret; & ut prædarum milites trans flumen per occasiones aliis atque aliis locis trajicerent. brevique adeo infestum omnem Romanum agrum reddi-

redidit, ut non cætera solum ex agris, sed pecus quoque omne in urbem compelleretur, neque quisquam extra portas propellere auderet. Hoc tantum licentiæ Etruscis, non metu magis quam consilio concessum, namque Valerius consul, intentus in occasionem, multos simul & effusos imprudentes adoriundi, in parvis rebus negligens ultor, gravem ie ad majora vindicem servabat. Itaque, ut diceret prædatores, edicit fuis, postero die frequentes porta Esquilina, quæ averfissima ab hoste erat, expellerent pecus: fcituros id hoftes ratus, quod in obfidione & fame fervitia infida transfugerent. Et fcire perfugæ indicio: multoque plures, ut in fpem univerfæ prædæ, flumen trajiciunt. P. Valerius inde T. Herminium cum modicis copiis ad montem Janiculum Gabina via occultum confidere jubet: Sp. Lartium, cum expedita juventute, ad portam Collinam ftare, donec hoftis prætereat. deinde fe obicere, ne fit ad flumen reditus. Confulum alter T. Lucretius porta Nævia cum aliquot manipulis militum egreditur: ita cafi in medio prædatores delectas educit. hique primi apparere hofti. Herminius, ubi tumultum fenfit, concurrit ex infidiis: verfique in Valerium Etrufcis, terga cædit. dextra lævaque, hinc à porta Collina, illinc ab Nævia redditus clamor. Ita cafi in medio prædatores, neque ad pugnam viribus pares, & ad fugam feptis omnibus viis, finifque ille jam effufe vagandi Etrufcis fuit.

Cap. XII. Obfidio erat nihilominus, & frumenti cum fumma calamitate inopia; fedendoque expugnaturum fe urbem, fenex Porfena habebat: quum C. Mucius adolefcens nobilis, cui indignum videbatur, populum Romanum fervientem, quum fub regibus eflet, nullo bello, nec ab hoftibus ullis ob effum effe; liberum eundem populum ab iisdem Etrufcis obideri, quorum fepe exercitus fuderit: itaque magno animo ftatuit, ut aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primo fua fponte penetrare in hoftium caftra conftituit: dein metuens, ne fi confulum injuffu & ignaris omnibus iret, forte deprehenfus à cuftodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen affirmante, fenatum adiit: *Tranfire Tiberim*, inquit, *Patres, & intrare, fi poffim, caftra hoftium volo: non prædo, nec populabundus in rem noftram. Major, fi fuccedat, in ambo eft facinus.* Approbant Patres. abdito intra veftem ferro proficifcitur. Ubi eo venit, in confertiffima turba prope regium tribunal conftitit. Ibi quum ftipendium forte militibus daretur, & fcriba cum rege fedens pari fere ornatu multa ageret, eum milites vulgo adirent; timens fcifcitari uter Porfena eflet, ne ignorando regem femetipfe aperiret quis eflet, quo temere traxit fortuna facinus, feribam pro rege obtruncat. Vadentem inde qua per trepidam turbam cruento mucrone fibi ipfe fecerat viam, quum concurfu ad clamorem facto, comprehenfum regii fatellites retraxiffent, ante tribunal regis deftitutus, tum quoque inter tantas fortunæ minas, metuendus magis quam metuens: *Romanus fum*, inquit, *civis: C. Mucium vocant. hoftis hoftem occidere volui. nec ad mortem minus animi eft, quam fuit ad cædem. Et facere & pati fortia, Romanum eft. Nec unus in te ego hos animos geffi: longus poft me ordo eft idem petentium decus. Proinde in hoc difcrimen, fi juvat, accingere, ut in fingulas horas capite dimices tuo: ferrum hoftemque in vestibulo habeas regiæ. Hoc tibi juventus Romana indicimus bellum. Nullam aciem, nullum prælium timueris. Uni tibi, & cum fingulis, res erit.* Quum Rex, tra infenfus, ferociloque conterritus circumdari ignes minitebundus juberet, nifi exprimeret propere, quas infidiarum fibi minas per ambages jaceret: *Et tibi*, inquit, *ut fentias quam vile corpus fit tis qui magnam gloriam vident*: dextramque accenfo ad facrificium foculo inficit. quam quum velut alienato ab fenfu torreret animo; prope attonitus miraculo Rex, quum ab fede fua profiluiffet, amoverique ab altaribus juvenem juffiffet: *Tu vero abi*, inquit, *in te manis quam in me hoftilia auffus. Fuiberem malle virtutem effe, fi pro meis partibus ifta virtus ftaret. Nunc jure belli liberum te, intactum, inviolatumque hinc dimitto.* Tum Mucius, quafi remunerans meritum, *Quandoquidem*, inquit, *eft apud te virtuti honos, ut beneficii taleris à me, quod mihi noxiifti: trecenti conjurationem nobilium juventutis Romanæ, ut in te hoc via graffaremur. Mea prima fors fuit. Ceteri, ut cuique occidere primo, quoad te opportunitas fortuna dederit, fuo quifque tempore adeunt.*

Cap. XIII. Mucium dimiffum, cui poftea Scævolæ cognomen fuit, Etrufci Romanus ex cognomen indifant, legati à Porfena Romam fecuti funt. Adeo moverat eum & primi periculi cafus, quo nihil fe præter ceteros enim infidiatoris texiffet; & fubeundæ dimicationis toties quot coniurati furgerent, ut pacis conditionesultro ferret Romanis. Jactarum in conditionibus nequicquam de Tarquiniis in regnum reftituendis, magis quia id negare ipfe nequiverat Tarquinius, quum quod negatum ira fibi ab Romanis ignorabat. De agro Veientibus reti-

tuendo, impetratum: expeditaque necessitas obsides dandi Romanis, si Juniculo praesidium deduci vellent. His conditionibus compositis pace, exercitum ab Janiculo deduxit Porsena, & agro Romano excessit. Patres C. Mucio virtutis causa trans Tiberim agrum dono dedere, quae postea sunt Mucia prata appellata. Ergo ita honorata virtute, feminae quoque ad publica decora excitatae, Cloelia virgo, una ex obsidibus, quum caltra Etruscorum forte haud procul ripa Tiberis locata essent, fraudata custodes, dux aginnis virginum inter tela hostium Tiberim tranavit: fospitesque omnes Romam ad propinquos restituit. Quod ubi regi nunciatum est, primo incensus ira, oratores Romam misit ad Cloeliam obsidem deposcendam; alias haud magni facere: deinde in admirationem versus, *Supra Coeliles Mucioſque dicere id factuus esſe*, & prae ſe ferre, *quemadmodum, ſi non detatur obſes, pro nupto ſit fadus habitarum; ſic ſi detatur, haud ſatis pro rediſſemum*. Utrinque conſtitit obſes: & Romani pignus pacis ex fadere retinuerunt: & apud regem Etruſcum non tuta ſolum, ſed honorata eſſium virtus fuit: laudatamque virginem parte obſidum ſe donare dixit: ipſa quos veller, legeret. Productis omnibus elegiſſe impubes dicitur: quod & virginitati decorum, & conſenſu obſidum ipſorum probabile erat, eam aetatem potiſſimum liberari ab hoſte, quae maxime opportuna injuriae eſſet. Pace redintegrata, Romani novam in femina virtutem novo genere honoris, ſtatua equeſtri donavere. In ſumma ſacra via fuit poſita virgo inſidens equo.

Cap. XIV. Huic tam pacatae profectioni ab urbe regis Etruſci abhorrens mos, traditus ab antiquis, usque ad noſtram aetatem inter caetera ſolennia manet bona vendendi. Cujus originem, ne memoria, neceſſe eſt aut inter bellum natam eſſe, neque omiſſam in pace: aut mitiore creviſſe principio, quam hic prae ſe ferat ritualus, bona hoſtiliter vendendi. Proximum vero eſt ex iis quae tradunt ut: Porſenam defendentem ab Janiculo, caſtra opulenta, convecto ex propinquis ac fertiliſſimis Etruriae arvis commeatu, Romanis dono dediſſe: inopi tum urbe ab longinqua obſidione. ea deinde, ne populo inimiſſo diripiantur hoſtiliter, veniſſe, bonaque Porſenae appellata, gratiam muneris magis ſignificantis ritualo, quam auctionem fortunae negle, quae ne in poteſtatem quidem populi Romani eſſet. Omiſſo Rorano bello Porſena, re ſeu ira in ea loca exercitus addudtus videretur, eam parte copiarum filium Aruntem Ariſium oppugnatum mittit. Primo Ariſinos res necopinata perculerat, arceſſita deinde auxilia & a Latinis populis, & a Cumis, tantum ſpei fecere, ut acie decernere auderent. Praelio inito, adeo concitato impetu ſe intulerant Etruſci, ut funderent ipſo incurſu Ariſinos. Cumanae cohortes ante adverſus vim ufae, declinavere paululum; effuſeque praetatos hoſtes converſis ſignis ab tergo adortae ſunt. Ita in medio prope jam victores cum Etruſci pars pereſſiquadue amiſſo, quia nullum propius profugium erat, Romam inermes & fortuna & ſpecie ſupplicum delati ſunt. Ibi benigne excepti, diviſique in hoſpitia. Curatis vulneribus alii profecti domos, nunciis hoſpitalium beneficiorum. Multos Romae hoſpitium urbisque caritas tenuit, his locus ad habitandum datus, quem deinde de *Tuſcum vicum* appellarunt.

Cap. XV. P. Lucretius inde & P. Valerius Publicola tertium conſules facti. Eo anno poſtremum ferati a Porſena de reducendo in regnum Tarquinio venerunt. Is quum reſpondum eſſet, miſſum ab eo regem ſenatum legatos; miſſi conſedim honoratiſſimus quiſque ex Patribus. *Non, quin oneroſior redi reſpondum paturit, non recipi reges. Ingo poſtus dedetos patrum ac civium miſſos, quam Tarquinius Roma daretur: ſed ſpondum ſed ut pecuniam in utilitas rei ſuſcipetur, non in tantis meteuis beneficiis invitum animi ſolicitarentur: quum ille peteret, quod contra libertatem populi Romani eſſet: Romani, niſi in pernicioſam ſuam facilis eſſe velleni, negarent: cui vitio negatum eſſet. Non in regno populum Romanum, ſed in libertate eſſe. Ita induxiſſe in animum, hoſtibus potius, quam regibus portas pateſcere. Eam eſſe voluntatem omnium, ut qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi ſit. Proinde ſi ſalvam eſſe vellet Romam, ut patiatur liberam eſſe, orare.* Rex verecundia victus, *Quando id certum atque obſtinatum eſt*, inquit, *neque ego obtundam ſaepius eadem nequiquam agendo: nec Tarquinios ſe auxilii, quod nullum in me eſt, ſuſtrabor. Alium hinc, ſeu quiete, exilio quaerant locum: ne quid moveri vobis ea patem diſſimulat.* Dictis facta amicitia adjecit obſidum quod relinquum erat, reddidit. argum Veientem, federe ad Janiculum ideo ademptum, reſtituit. Tarquinius ſpe omni redtus inciſa cruentatum ad generum Mamilium Octavium Tuſculum abiit. Romanis pax inde ita cum Porſena fuit

Cap. XVI. Conſules deinde M. Valerius P. Poſtumius. Eo anno bene pugnarum cum Sabinis, conſules triumpharunt. Majore inde motae Sabini bellum parabant. adverſus eos, & ne quid simul ab Tuſculo, (unde

(unde etsi non apertum, suspectum tamen bellum erat,) repentini periculi oriretur, P. Valerius quartum, T. Lucretius iterum consules fuit. Seditio inter belli pacisque auctores orta in Sabinis, ali quantum inde virium trahtulit ad Romanos. namque Atta Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romae nomen, cum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur, nec par factioni eller, ab Regillo magna clientium comitatus manu, Romam transfugit. His civitas data, agerque trans Anienem. vetus Claudia tribus, additis postea novis tribubus, qui exco veneranti agro, appellata. Appius inter Patres lectus, haud ita multo post in principum dignationem pervenit. Consules infelto exercitu in agrum Sabinum profecti, quum ita vastatione, deinde proelio adfixiffent opes hostium, ut diu nihil inde rebellionis timere possent, triumphantes Romam redierunt. P. Valerius omnium consensu princeps belli pacisque auctibus, anno post. Agrippa Menenio, P. Postumio Consulibus, moritur, gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri tumptus deesset: de publico est elatus. Luxere matronae, ut Brutum. Eodem anno duae coloniae Latinae, Pometia & Cora ad Auruncos deficiunt. cum Auruncis bellum initum: fuisque ingenti exercitu, qui se ingredientibus fines consulibus ferocitate obtulerat, omne Auruncum bellum Pometiam compulsum est. Nec magis pol auxilium, quam in proelio caedis temperatum est. Sic cum aliquanto plures erant quam capti, & captos passim trucidaverunt. ne ab obsidibus quidem, qui coacti accepti numero erant, iram belli hostis abstinuit.

Cap. XVII. Et hoc anno Romae triumphatum. Secuti consules Opiter Virginius, & Sp. Carbus Pometiam primo vi, deinde vineis aliisque operibus oppugnaverunt. in quos Auruncimagis jam inexpiabili odio, quam ipse aliquando occasione coorti, quum plures igni quam ferro armati occurrerent, caede inconditaque cunctos complent: vineis incensis, muricibus hostium vulneratis & occisis, consulum quoque alterum (sed utrum, nomen auctores non adjiciunt) gravi vulnere ex equo dejectum prope interfecerunt. Romam inde male gesta re redirum. inter multos fausta consuli ipse fuerat vitae reliquus. Interjecto deinde haud magno spatio, quod vulneribus curandis fuppelendoque exercitui satis esset: cum ira maiore bellum tum viribus etiam auctis Pometia arma illata. Sic quum vineis refectis, aliisque male belli jam in eo esset, ut ipsi muros evaderent, obsidione eit facta, caeterum nihil minus foede dedita urbe, quam si capta foret, Aurunci passim principes fugere, Sinuessam, sub corona venierunt coloni alii; oppidum diruturn, ager venit. Consules magis ob iras graviter ultra, quam ob magnitudinem perfecti belli triumpharunt.

Cap. XVIII. Insequenti anno Postumum Cominium & T. Lartium, Consules habuit. Eo anno Romae, quum per ludos ab Sabinorum juventute per lasciviam iocata reprehenderentur, concursu hominum rixa prope proelium fuit: parvaque res ad rebellionem spectabat, nisi res videbatur. Supra belli Latini metum ad quoque accesserat, quod regnata jam conjuratio populos, consultante Octavio Mamilio, facis contabat. In hac tantarum expectatione rerum sollicita civitate, dictatoris primum creandi mentio orta, fed nec eo anno, nec quibus consulibus, quae ex factione Tarquinia essent (id quoque enim traditur) parum certum fit, nec quis primum dictator creatus fit, facis constat. apud veterrimos tamen auctores T. Lartium Dictatorem primum, Sp. Cassium magistrum equitum, creatos invenio. Consulare legere: ita lex jubebat, de dictatore deinde lata. Eo magis adducor, ut credam Lartium, qui consularis erat, potius quam Manium Valerium, M. filium, Voleti nepotem, qui nondum consul fuerat, moderatorem & magistrum consulibus appositum, qui is maxime ex ea familia legi dictatorem vellent patrem multo potius, M. Valerium legatae sacrorum & consiliarum virum legidem. Creato dictatore primum Romae, postquam praesenti ferores videbantur, magnus plebem metus incessit, ut intentiores essent ad dicta parendum. neque enim ut in consulibus, qui pari potestate essent, alterius auxilium, ne prave agenti esset: neque ullum uiquam nisi in cura parendi auxilium. sabinis etiam, creatus Romae dictator (eo magis quod propter se creatum crediderant) metum incussit. Itaque legatos de pace mittunt: quibus orantibus dictatorem tenatumque, ut veniam erroris hominibus adolescentibus daret, reponsum, ignoti adolescentibus posse, senibus non posse, qui bella ex bellis ferarent. actum tamen est de pace: impetrataque foret, si quod impetrare factum in bellum erat, praestare Sabini (id enim postulatum erat) in animum induxissent. Seltum inductum. tantae inducias quietum annum tenuere.

Cap. XIX. Consules Servius Sulpicius, Manius Tullius. nihil dignum memoria actum. T. Antius deinde & C. Veturius. His consulibus Fidenae obsessae, Crustumeria capta. Praeneste ab Latinis ad Romanos defecit. nec ultra bellum Lati-

dum, gliscens jam per aliquot annos, dilatum. A. Postumius dictator, T. Æbutius magister equitum magnis copiis peditum equitumque profecti ad lacum Regillum in agro Tusculano agmini hostium occurrerunt. & quia Tarquinios esse in exercitu Latinorum audirum est, fultineri ira non potuit, quin exemplo confligerent. Ergo etiam prælium aliquantò quam cætera gravius atque atrocius fuit. non enim duces ad regendam modo consilio rem adhibere, sed fuismet ipsis corporibus dimicantes miscuere certamina. nec quisquam procerum ferme hac aut illac ex acie sine vulnere, præter dictatorem Romanum excessit. In Postumium, prima In acie suos adhortantem instruentemque, Tarquinius superbus, qua nquam jam ætate & viribus erat gravior, equum infestus admisit: ictusque ab latere, concurfu fuorum, receptus in tutum est. Et ad alterum cornu Æbutius magister equitum in Octavium Mamilium imperium dederat: nec fefellit veniens Tusculanum ducem: contra quem & ille concitat equum. tantaque vis infestis venientium haftis fuit, ut brachium Æbutio trajectum sit, Mamilio pectus percussum. Hunc quidem in fecundam aciem Latini recepere. Æbutius quum saucio brachio teneret telum non posset, pugna excessit. Latinus dux nihil deterritus vulnere, prælium ciet: & quia suas perculsos videbat, arcessit cohortem exulum Romanorum, cui L. Tarquinii filius præerat. ea quo majore pugnabat ira ob erepta bona, paratumque ademptam, pugnam parumper refrinuit.

Cap. XX. Referentibus jam pedem ab ea parte Romanis, M. Valerius, Publicolæ frater, conspicatus ferocem juvenem Tarquinium obstantem se in prima exulum acie, domestica etiam gloria accensus, ut cujus familiæ deus elecri regis erant, ejusdem interfecti nomi; subdit calcaria equo, & Tarquinium infesto spiculo petit. Tarquinius retro in agmen fuorum infenso cessit hosti. Valerium temere invectum in exulum aciem, ex transverso quidam adortus transigit: nec quisquam equitis vulnere quo retardato, moribundis Romanis inserinum, super corpus armis, ad terram defluxit. Dictator Postumius, postquam cecidisse talem virum, exules ferociter citato agmine invehi, suos perculsos cedere, animi averrit; cohorti suæ, quam delectam manum præsidii causa circa se habebat, dat signum, ut quem fuorum fugientem viderint pro hoste habeant. ita metu ancipiti versi à fuga Romani in hostem, & restituta acies. Cohors dictatoris tum primum prælium iniit. integris corporibus animisque, fessos adorti exules, cædunt. Ibi alia inter proceres coorta pugna. Imperator Latinus, ubi cohortem exulum à dictatore Romano prope circumventam vidit, ex subsidiariis manipulos aliquot in primam aciem secum rapit. hos agmine venientes T. Herminius legatus conspicatus, interque eos infignem vestis armisque Mamilium noscitans, tanto vi majore, quam paulo ante magister equitum cum hostium duce prælium iniit, ut & uno ictu transfixum per latus occiderit Mamilium, & ipse inter spoliandum corpus hostis veruro percussus, quum victor in castra esset relatus, inter primam curationem exspiraverit. Tum ad equites dictator advolat, obtestans, ut fessio jam pedite, descendant ex equis, & pugnam capessant. Dicto paruere: desiliunt ex equis, provolant in primum, & pro anteignanis parmas objiciunt. Recipit exemplo animum pedestris acies, postquam juventuris propere equitum pugnæ pugnæ locum parrem periculi sustinentes vidit. Tum demum impulli Latini, perculsaque inclinavit acies. Equitibus admoti equi, ut persequi hostem possent. fecuta & pedestris acies. Ibi nihil nec divinæ nec humanæ ovis Dictator præermittens, eadem Castori vovisse ferrur: ac pronunciasse militi præmia, qui primus, qui fecundus, caftra hostium intrasset. tantusque ardor fuit, ut eodem imperu, quo fuderant hostem, Romani castra caperent. Hoc modo ad lacum Regillum pugnatum est. Dictator & magister equitum, triumphantes in urbem rediere.

Cap. XXI. Triennio deinde nec certa pax nec bellum fuit. Consules Q. Cloelius & T. Lartius. Inde A. Sempronius & M. Minutius. his consulibus ædes Saturno dedicata: Saturnalia instituta festus dies. A. deinde Postumius & T. Virginius consules facti. Hoc demum anno ad Regillum lacum pugnatum, apud quosdam invenio: A. Postumium, quia collega dublæ fidei fuerit, se consulatu abdicasse. dictatorem inde factum. Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui consules fecundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate, non rerum modo, sed etiam auctorum, digerere possis. Ap. Claudius deinde & P. Servilius consules facti. Insignis hic annus est nuncio Tarquinii morti. Mortuus est Cumis, quo se post fractas opes Latinorum ad Aristodemum tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti Patres, erecta plebes. sed Patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia plebi, cui ad eam diem summa ope invitvium erat, injuriæ à primoribus fieri cœpere. Eodem anno

anno Signia colonia, quam rex Tarquinius deduxerat, supplero numero colonorum missorum deducta est. Romae tribus una & viginti factae. Aedes Mercurii dedicata est idibus Maiis.

Cap. XXII. Cum Volscorum gente, Latino bello nequa pax, neque bellum fuerat. nam & Volsci comparaverant auxilia, quae mitterent Latinis, ni maturatum adiutatore Romano foedus: & maturavit Romanus, ne proelio uno cum Latino Volscoque contenderet. Hac ira consules in Volscum agrum legiones duxere. Volscos consilii poenam non meruentes, nec opinata res perculit. Armorum immemores, obsides dant trecentos principum à quo, atque Pometia liberos. ita fine certamine inde abductae legiones. Nec ira multo post Volscis levatis metu, suum ingenium: ruetus occultum parant bellum, Hernicis in societatem armorum assumptis. Legatos quoque ad sollicitandum Latium palam dimittunt. Sed vetere civilium laeum accepta clades, Latinos ita odioque ejus, quicumque arma suaderet, ne ab legatis quidem violandis abstinuit. Comprehensos Volscos Romam duxere. Ibi traditi consulibus. indicatumque est, Volscos Hernicosque parare bellum Romanis. Relata ea ad Senatum, adeo fuit gratum Patribus, ut & captivorum sex millia Latinis remitterent: & de foedere, quod prope in perpetuum negatum fuerat, rem ad novos magistratus rejicerent. Enimvero cum Latini gaudere facto, pacis auctores in ingenti gloria esse. Coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt. cum legatis donoque, qui captivorum remissi ad suos fuerant, magna circumfusa multitudo venit. Pergunt domos eorum apud quem quisque fuerat: gratias agunt, liberaliter habiti cultioque in calamitate sua. inde hospitia jungunt. Nunquam alias ante publice privatimque Latinum nomen Romano imperio coniunctius fuit.

Cap. XXIII. Sed & bellum Volscum imminebat, & civitas fecum ipsa discors intestino inter Patres plebemque flagrabat odio; maxime propter nexos, ob aes alienum. Premebant, se foris pro libertate & imperio dimicantes, domi à civibus captos & oppressos esse: tutiorem que in bello quam in pace, inter hostes quam inter cives libertatem plebis esse. invidiamque eam sua sponte glisentem, infignis unius calamitas accendit. Magno natu quidam cum omnium malorum suorum insignibus se in forum projecit. obsita erat squalore vestis, foedior corporis habitus, pallore ac macie perempti. Ad hoc promissa barba & capilli efferaverant speciem oris. Noscitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse aiebant, aliaque militiae decora vulgo, milerantes eum, jactabant. ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum, cicatrices adverso pectore ostentabat. Scisciturantibus unde ille habitus, unde deformitas, quum circumfusa turba esset prope in concionis modum: *Sabino bello*, ait, *se militantem, quia propter popularionis agri non fructi modo caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo sui temporis imperatum, aes alienum feciffe: id cumulatum usuris, primo se agro paterno avitoque exuisse, deinde fortunis aliis: postremo ipsum corpus persensisse creditoris. Dictitare se ab creditore, non in servitium, sed in orgastulum & carnificinam esse.* Inde ostentare tergum foedum recentibus vestigiis verberum. Ad haec vifa auditaque clamor ingens oritur. Non jam foro ie tumultus continet, sed passim totam urbem pervadit. Nexu vinculisque ruditque undique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem. Nullo loco deest seditionis voluntarius comes. multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo fuo, qui forte Patrum in foro erant, in eam plebem inciderunt. nec temperatum manibus foret: ni propere consules, P. Servilius, & Ap. Claudius, ad comprimendam seditionem intervenissent. In eos multitudo versa, ostentare vincula sua, deformitatemque aliam. Haec se meritos dicere, exprobrantes suam quisque alius militiam. Postmare multo minaciter magis quam suppliciter, ut senatum vocarent: curiamque ipi futuri arbitri moderatoresque publici consilii, circumsistunt. Pauci admodum Patrum, quos casus obtulerat, contracti ad consules: cetera metus non curia modo, sed etiam foro arcebat. nec agi quicquam per infrequentiam poterat senatus. Tum vero eludi atque extrahi se multitudo putare: & Patrum qui abessent, non casu, non metu, sed impediendae rei caussa abesse, & consules ipsos tergiversari: nec dubie audibrio esse miserias suas. Jam prope erat, ut ne consulum quidem majestas coerceret iras hominum. quum, incerti, morando an veniendo plus periculi contraherent, tandem in senatum veniunt: frequentique tandem curia, non modo inter Patres, sed ne inter consules quidem ipsos, satis conveniebat. Appius vehementis ingenii vir, imperio consulari rem agendam, censebat: uno aut altero arrepto, quieturos alios. Servilius lenibus remediis aprior, concitatos animos flectique quam frangi putabat quum tutius, tum facilius esse. Inter haec major alius terror

Cap. XXIV. Latini equites cum tumultuoso advolant nuncio: Volsci infesto exercitu ad urbem oppugnandam venire, quæ audita (adeo duas ex una civitate discordia fecerat) longe aliter Patres ac plebem afficere. Exultare gaudio plebes; ultores superbiæ Patrum adesse dicere Deos, alius alium confirmare, ne nomina darent: cum omnibus potius, quam cum paucis perire. Patres militarem, Patres arma capere, ut penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent. At vero curia mœsta ac prope diu incipiti metu, & ab clive, & ab hoste, Servilium consulem, cui ingenium magis populare erat, orare, ut rantis circumventam terroribus expediret, populicam. Tum consul, misso senatu, in concionem prodit. ibi curæ esse Patribus ostendit, ut consulatur plebi. cæterum deliberationi de maxima quidem illa, sed tamen parte civitatis, metum pro universa republ. interveniße. nec posse, quum hostes prope ad portas essent, bello prævertisse quicquam: nec, si ut laxamenti aliquid, aut plebi honestum esse, nisi mercede prius accepta, armaspro patria non capisse: neque Patribus satis decorum, per metum potius quam postmodum voluntate, affectis civium fuorum fortunis consuluisse. Concioni deinde edicto additit fidem, quo edixit, *Ne quis civem Romanum vinctum aut clausum teneret, quo minus ei nominis edendi apud consules potestas fieret. Ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut venderet: liberos nepotesve ejus moraretur.* Hoc proposito edicto, & qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina; & undique ex tota urbe proripientium se ex privato, quum referendi jus creditori non esset, concursus in forum, ut sacramento dicerent, fieri. Magna ea manus fuit: neque aliorum magis in Volsco bello virtus atque opera enituit. Consul copias contra hostem educit. parvo dirimente intervallo castra ponit.

Cap. XXV. Proxima inde nocte Volsci discordia Romana freti, si qua nocturna tranquilo proditione fieri posset, tentant castra. Sentere vigiles: excitatus exercitus: signo dato concursum est ad arma. Ita frustra id inceptum Volscis fuit. reliquum noctis utrimque quieti datum. Postero die prima luce Volsci, satis repletis, vallum invadunt. Jamque ab omni parte munimenta velitabantur, quum consul quamquam cunctis undique, & nexi ante omnes, ut signum daret, clamabant, experiendi animos militum causa parumper moratus, postquam satis apparebat ingens ardor, dato tandem ad erumpendum signo, militem avidum certaminis emittit. Primo statim incurrit pulsi hostes: fugientibus, quoad infesti pedes potuit, renixa castra: equites usque ad castra pavidos egit. mox, ipsa castra legionibus circundatis, quum Volsci inde etiam pavor expulisset, capta direptaque. Postero die ad Suessam Pometiam, quo confugerant hostes, legionibus ductis, intra paucos dies oppidum capitur: captum populatur datum. Inde patulum recreatus egens miles. Consul cum maxima gloria sua victorem exercitum Romam reducit. decedentem Romam Ecetranorum Volscorum legati, rebus suis timentes, post Pometiam captam, adeunt. His ex Senatusconsulto data pax, ager ademptus.

Cap. XXVI. Confestim & Sabini Romanos territavere: tumultus enim fuit verius quam bellum. Nocte in urbe nunciatum est, exercitum Sabinum prædabundum ad Anienem amnem pervenisse. ibi passim diripi ea incendi vicina. Missus extemplo eo cum omnibus copiis equitum A. Postumius, qui dictator bello Latino fuerat. secutus consul Servilius cum delecta peditum manu. Pleroque palantes eques circumvenit. nec advenienti peditum agmini restitit Sabina legio. Fesa tum itinere rusticana plebecula nocturnique pars, in villis repleti cibo vinoque, vix fugæ quod satis esset virium, habuere. Nocte una audito perfectoque bello Sabino, postero die in magna jam spe undique partæ pacis, legati Aurunci fenatum adeunt; ni decedatur Volsco agro, bellum indicentes. Cum legatis simul exercitus Auruncorum domo profectus erat. cujus fama haud procul jam ab Aricia visa, tanto tumultu concivit Romanos, ut nec consuli ordine Patres, nec pacatum reposnum arma inferentibus, arma ipsi capientes dare possent. Ariciani infesto agmine iter: nec procul inde cum Auruncis signa collata: prælioque uno debellatum est.

Cap. XXVII. Fusis Auruncis, victor tot intra paucos dies bellis, Romanus, promisia consulis, fidemque senatus expectabat: quum Appius & initio superbia animo, & tot collegæ vanam faceret fidem, quam asperrime poterat, jus de creditis pecuniis dicere. deinceps & qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur, & nec tabantur alii. Quod ubi cui militi incidebat, collegam appellabat, concursus ad Servilium fiebat; illius promissa jactabant, illi exprobrabant fua quisque belli merita, cicatricesque ac ceptas. Postulabant, ut referret ad senatum, ut auxilio esset consul civibus suis, imperator militibus. Movebant consulem hæc, ibi tergiversari res cogebat. adeo

adeo in alteram causam non collega solum præceps erat, sed omnis factio nobilium. ita medium se gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit. Patres mollem consulem & ambitiosum rati; plebes fallacem. brevique apparuit, æquasse eum Appii odium. Certamen comitiis indicebat, inter dedicatæ Mercurii ædem. Senatus à re rem ad populum rejecit: uteri eorum dedicatio jussu populi data esset, eum præesse annonæ, mercatorum collegium instituere, solennia pro pontifice jussit suscipere. Populus dedicationem addidit M. Lætorio primipili centurioni: quod facile apparere, non tam ad honorem ejus, cui curatio altior fastigio suo data esset, factum, quam ad consulum ignominiam. Sævire inde utique consulum alter, Patresque. fed plebi creverant animi, & longe alia quam primo instituerant via gerebantur. Deperato enim consulum senatusque auxilio, quum in jus duci debitorem videret, undique convolabant neque decerum exaudiri consulis præ fremitu & clamore poterat: neque, quum decresset, quisquam obtemperabat. Vi agebatur, metuque publico & periculum libertatis, quum in conspectu consulis singuli à pluribus violarentur, in creditores à debitoribus verterat. Super hæc timor incesit Sabini belli: defectuque decreto, nemo nomen dedit, furente Appio, & infectante ambitionem collegæ; qui populari fiducia remp. labem prodere, & ad id, quod de credita pecunia jus non dixisset, adjicere, ut ne delectum quidem ex senatusconsulto haberet. *non esse tamen desertam omnino rempublicam, neque projectum consulare imperium. Se unum & sex & patrum majestatem vindicem fore.* Quum incunctanter quotidiana multitudo licentia accensa, arripi unum insignem ducem seditionum jubet. Ille, quum à lictoribus jam traheretur, provocavit: nec cessisset provocationi consul, quia non dubium erat populi judicium; nisi segre victa pertinacia foret, consilio magis & auctoritate principum, quam populi clamore. adeo furgerant animi ad sultinendam invidiam. Crescere inde malum indies, non clamoribus modo apertis, sed, quod multo perniciosius erat, secessione occultisque colloquiis. Tandem invitis plebi consulibus magistratu abeunt, Servilius neutris, Appius Patribus mire gratus.

Cap. XXVIII. A. Virginius inde, & T. Vetusius consulatum inerunt. Tum vero plebes, incerta quales habitura consules esset, cœtus nocturnos, pars in Esquilia, pars in Aventino facere, ne in foro subitis trepidaret consilii, & omnia temere ac fortuito ageret. Eam rem consules rati, ut erat, perniciosam, ad Patres deferunt: sed delatam consulere ordine non licuit. adeo tumultuose excepta est clamoribus undique, & indignatione Patrum, si quod imperio consulari exsequendum esset, invidiam ejus consules ad senatum referrent. *Profecto si essent in republica magistratus, nullum futurum fuisse Romæ nisi publicum consilium. Nunc in mille certias, concionesque (quam alia in Esquiliis, alia in Aventino fiant concilia) dispersam & dissipatam esse remp. stultam. Unum Horatii virum (id enim plus esse quam consulem) qualis Appius Claudius fuerit, momento temporis dissipaturum illos cœtus fuisse.* Correpti consules, quum quid ergo fe facere vellent (nihil enim segnius mollitive, quam Patribus placeat, acturos) percunctantur; decernunt, ut de cetero quam acerrimum babeant. otio lascivire plebem. Dimisso senatu, consules in tribunal ascendunt. citant nominatim junjores. Quum ad nomen nemo responderet, circumfusa multitudo in concionis modum, negare, *Ultra decipi plebem posse. Nunquam ullum militem habituros, ni præstaretur fides publica, libertatem unicuique prius reddendam esse, quam arma danda: ut pro patria civibusque, non pro dominis pugnent.* Consules quid mandatum esset à senatu, videbant. sed eorum, qui intra parietes curiæ fecerint loquerentur, neminem adesse invidiæ suæ participem: & apparebat atrox cum plebe certamen. Prius itaque quam ultima experirentur, senatum iterum consulere placuit. tum vero ad scias consulum propere convolavere minimus quisque natu Patrum, abitarique conlatu jubentes, & deponere imperium, ad quod tuendum animus deesset.

Cap. XXIX. Utraque re satis experta; tum, domum consules: *Ne prædictum negetis, Patres Conscripti, adesse ingens scelus. Postulamus, ut ii qui maxime remanendo perpetuo, adsint nobis bibentibus adelectum. Acerrimi cujusque arbitrio, quando ita placet, rem agemus.* Redeunt in tribunal, citari nominatim unum ex iis qui in conspectu erant, dedita opera jubent. Quum ille ter taciturn, & circa eum aliquot hominum, ne fors violaretur, constitisset globus lictorum ad eum consules mittunt, quo recessit, tum vero, indignum facinus esse, clamitantes, qui Patrum consulibus aderant, devolant de tribunali, ut lictori auxilio essent. Sed ab lictore nihil aliud quam prehendere prohibito, quum conversus in Patres imperus esset, consulum intercursu rixa sedata est: in qua tamen sine lapide, sine telo, plus clamoris atque irarum

irarum quam injuriæ fuerat. Senatus tumultuose vocatus, tumultuosius consulitur, quæstionem postulantibus iis qui pulsati fuerant, decernente ferocissimo quoque, non sententiis magis, quam clamore & strepitu. Tandem quum iræ recedissent, exprobrantibus consulibus, nihilo plus tamen tractatis in curia, quam in foro esse, ordini consuli cœpit. Tres fuere sententiæ. P. Virginius rem non vulgabat: *de iis tantum, qui fidem fecuti P. Servilii consulis, Volsco, Aurunco Sabinoque militassent bello, agendum censebat.* T. Largius, *Non id tempus esse, ut merita tam immodo exstiterunt, tot tam recenti bello ære alieno demersam esse: nec sisti posse, ni omnibus consulatur. quin si alia aliorum sit condicio, accensi magis alii cordi, quam solati.* Ap. Claudius, & natura immitis, & efferatus, hinc plebis odio, illinc Patrum laudibus, *Non misereis, ait, sed licentiæ tantæ, quæ omnia miscet, rum: & lasciviæ nagis plebem, quam sævire. Id adeo malum ex provocatione natum, quippe minus esse consulum, non imperium; ubi ad eos, qui unt peccaverint, provocare liceat. Accedam, inquit dictatorem, si quis provocatio nis est creandus. Jam hic, quo nunc omnia redunt, contiescet furor. Pulset tum mihi lictorem, qui scit jus de tergo vitaque sua penes unum illum esse, cujus majestatem violavit.*

Cap. XXX. Multis, ut erat, horribila & atrox videbatur Appii sententia: turbis Virginii Largiique exemplo haud falubres: utique Largii putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret medium maxime. & moderatum utroque consilium Virginii habebatur. Sed factione respectuque rerum privatarum, quæ semper obfecere efficientque publicis consiliis, Appius valuit: ac prope fuit, ut dictator ille idem crearetur, quæ res utique alienasset plebem periculosissimo tempore, quum Volsci Æquique & Sabini forte una omnes in armis essent. Sed curæ fuit consulibus & senioribus Patrum, ut imperium, ubi vehementius, mansuefacto permitteretur ingenio. Manium Valerium dictatorem Voleti filium creant. Plebes etsi adversus se creatum dictatorem videbat; tamen quum provocationem fratris lege haberet, nihil ex ea familia triste nec superbum timebat. Edictum deinde à dictatore propositum confirmat animos. Servilii fere consilia edicto conveniens. sed & homini & potestati melius rati credi, omisso certamine nomina dedere. Quantus numquam ante exercitus, legiones decem effectæ. ternæ inde datæ consulibus: quatuor dictator ultro. Nec potuisse jam bellum differri. Æqui Latinum agrum invaserant. oratores Latinorum à Senatu petebant, ut aut mitterent subsidium, aut seipsos tuendorum finium caussa capere arma finerent. Tutius visum est, defendi inermes Latinos, quam pati retractare arma. Verusius consul missus est. is finis popularibus fuit. Cessere Æqui campis: locoque magis quam armis freti, summis se jugis montium tutabantur. Alter consul in Volscos profectus, ne & ipse tereret tempus, valtandis maxime agris hostem ad conferenda propius castra, dimicandumque acie, excivit. Medio inter castra campo ante ipsum quisque vallum insestis signis constitere. multitudine aliquantum Volsci superabant. Itaque effusi, & contemptim pugnam iniere. Consul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi passus, defixis pilis stare suos jussit: ubi ad manum venisset hostis, tum coortos locum tenere, tutumque gerere. Volsci cursu & clamore fessi, quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis, postquam impressionem sensere ex adverso factam, & ante oculos micare gladios, haud secus quam si in insidias incidissent, turbati verunt tergа: & ne ad fugam quidem satis virium sua quisque cui in repellum ierant. Romani contra, quia principio pugnæ quieti steterant, vigentes corporibus facile adepti fessos; & castra impetu ceperunt, & castris exutum hostem Velitras persecuti, uno agmine victores cum victis in urbem irrupere, plusque ibi sanguinis promiscua omnium generum cæde, quam in ipsa dimicatione factum. paucis data venia, qui inermes in deditionem venerunt.

Cap. XXXI. Dum hæc in Volscis geruntur, dictator Sabinos, ubi longe primum belli fuerat, fundit fugatque castra. Equitatu deinde immisso mediam turbaverat hostium aciem, qua, dum se cornua latius pandunt, parum apte introrsum ordinibus acies firmaverant. turbatos pedes Invasit. eodem impetu cattra capta, debellatumque est. Post pugnam ad Regillum lacum non alia illis animis pugna clarior fuit. dictator triumphans urbem invehitur. Super solitos honores locus in circo ipsi posterisque ad spectaculum datus. sella in eo loco curulis posita. Volscis devictis Veliternus ager adempтus: Velitras coloni ab urbe missi & colonia deducta. Cum Æquis post aliquanto pugnatum est; tenuto quidem consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes: sed milites extrahi rem criminantes, ut dictator, priusquam ipse redirent in urbem, magistratu abiret: irritaque, sicut ante consulis, promissa ejus caderent, perpulere, ut forte remere in adversos montes agmen erigeret.

Id

id male commissum, ignavia hostium in bonum vertit: qui priulquam ad conjectum teli venirerur, obstupefacti audacia Romanorum, relictis castris, qui munitissimis tenuerant locis, in adversas valles desiluere, ubi latis praeda & victoria incruenta fuit. Ita trifariam re bello bene gesta, de domesticarum rerum eventu, nec Patribus nec plebi cura decesserat. tanta quum gratia tum arte praeparaverant foeneratores, quae non modo plebem, sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur. Namque Valerius, postl Vetulii consulis reditum, omnium actionum in Senatu primam habuit pro victore populo, retulitque quid de nexis fieri placeret. quae cum rejecta relatio esset, *Non placeo*, inquit, *concordiae auctor. optabilis Aluliae fidei praestitae, ut mea familes Romanae plures patronos habeat. Quod ad me attinet, neque frustrabor ultra cives meos, neque ipse dictator ero. Discordiae intestinae, bellum externum, fecere, ut hoc magistratu egeret respublica. Vae foris parta est, domi impotitur. principia optima ad pessimum finem interero.* ita curia egressus, dictatura se abdicavit. Apparuit causa plebi, suam vicem indignantem magistratu abisse. itaque, velut per spelunca hoc, quoniam per eum non licuisset quin praeliaretur, decedentem domum cum favore ac laudibus prosecutae sunt.

Cap. XXXII. Timor inde Patres incessit, ne si dimissus exercitus foret, rursus caetus occulti conjurationesque fierent. itaque quamquam per dictatorem delectus habitus esset, tamen, quoniam in consilium verba jurasset, facramento teneri militem rati, ne quis, nisi consule jubente, belli, deduci ex urbe legiones jussere. quo facto maturata est feditio. Et primo agitatum dicitur de consulum caede, ut foederentur facramento: doctos deinde nullam scelere religionem exolvi. Si ialio quodam auspicio consulum in Sacrum montem recessisse, trans Anienem amnem, tria ab urbe millia passuum. ea frequentior fama est, quam, cujus Piso auctor est, in Aventinum recessionem factam esse. Ibi, sine ullo duce, vallo fossaque communitis castris, quieti, rem nullam nisi necessariam ad victum sumendo, per alios quot dies neque lacessiti, neque lacessentes esse tenuere. Pavor ingens in urbe, metuque mutuo suspensa erant omnia. Timere relicta ab suis plebes violentiam Patrum, timere Patres reliclem in urbe plebem, incerti, manere eam an abire mallent. quam diu autem tranquillam, quae fecisset, multitudinem fore? quid futurum deinde, si quod externum interim bellum exisset? nullam profecto, nisi in concordia civium, ipsam reliquam ducere. eam per aequa, per iniqua, reconciliandam civitati esse. Placuit igitur orarorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum, & quod inde oriundus erat, plebi carum. Is introrniisus in castra, prisco illo dicendi & horrido modo, nihil aliud, quam hoc narrasse fertur: *Tempore, quo in homine, non, ut nunc, omnia in unum consentiebant. sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat, indignatus reliquas partes, sua cura, sua voluptate ad stomachum omnia quae: ventrem in medio quietum, nihil aliud, quam datis voluptatibus frui. Conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipsa una membra, totumque corpus, ad extremum tabem venisse. inde apparuisse, ventris quoque haud segne ministerium esse: nec magis ali quam alere eum; reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, divisum pariter in venas maturum concoctio cibo, sanguinem.* Comparando hinc quam intestina corporis seditio similis esset irae plebis in Patres, flexisse mentes hominum.

Cap. XXXIII. Agi deinde de concordia coeptum, conceffumque in conditiones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset, neve cui Patrum capere eum magistratum liceret. Ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius, & L. Albinus. hi tres collegas sibi creaverunt. in his Sicinium fuisse seditionis auctorem; de duobus qui fuerint, minus convenit. Sunt qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos fuisse dicant, isique sacratam legem latam. Per feceffionem plebis Sp. Caffius, & Postumus Cominius consulatum inierunt: his consulibus cum Latinis populis ictum foedus, ad id feriendum consul alter domi mansit, alter ad Volfcum bellum missus, Antiates Volfcos fundit fugatque: compulsos in oppidum Longulam perfectus, moenibus potirur. inde Polusca, item Volfcorum, cepit: tum magna vi adortus est Coriolos. Erat rum in castris inter primores juvenum C. Marcius, Volfcis offensa & certamine & manu promptus, cui cognomen postea Coriolano fuit. Quum subito exercitum Romanum Coriolos obsidentem, atque in oppidanos, quos intus claulos habebat, intentum, sine ullo meru exi infecus imminentis belli, Volfcae legiones profectae ab Antio invasissent, eodemque tempore ex oppido eruptisset hostes; forte in stazione Marcius fuit. Is cum delecta militum manu, non modo imperum erumpentium retudit,

dit, sed per patentem portam terox irrupit: eadeque in proxima urbis fracta, ignem tectis arreptum immanentibus muro aedificiis injecit. Clamor inde cooridanorum missus mulierbri puerilique ploratu ad terrorem, ut folet, primo ortu, & Romanis auxit animum, & turbavit Volfcos: urbem enim capi, & cui ad ferendam opem venerant. Ita fuit Volfci Antiates, Coriali oppidum captum, tantumque fua laude obtulit famae confulis Marcius, ut, nifi fegnius cum Latinis, columna aenea infculptum monumentum eflet, ab Sp. Caffio uno, quia collega abfuerat, Poftumano Cominium bellum geffiffe cum Volfcis, memoria celfiffet. Eodem anno Agrippa Menenius moritur; vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus: poft fecefflonem cario plebi factus. Huic interpreti arbitroque concordiae civium, legato Patrum ad plebem, fepulchrum plebis Romanae in urbe tumultus funeri defuit. extulit eum plebs textantibus collari in capita.

Cap. XXXIV. Confules deinde T. Geganius, P. Minucius facti. Eo anno, quum & foris quieta omnia a bello eflent, & domi finara difcordia, aliud multo gravius malum civitatem inafit. caritas primum annonae, ex incultis per fecefflonem plebis agris: fames deinde, qualis claufis feleverunmque ad interlium fervitiorum utique & plebis eflet, ni confules providiffent, dimiffis paffim ad frumentum coemendum ab Oftia Etruriam modo dextra ab Oftia littoribus, laeveque per Volfcos mari ufque ad Cumas, fed quaefitorum in Sicilia quoque. adeo finifimorum odia longinquis coegerant indigere auxiliis. Frumentum Cumis quum coemptum eflet, naves ab bonis Tarquiniorum, ab Arifiodemo tyranno olim barra erat, retentae funt. in Volfcis Pomptinoque ne emi quidem potuit: periculum quoque ab impetu hominum ipfis frumentatoribus fuit. Ex Tufcis frumentum Tiberi venit: eo fuftentata eft plebs. Incommodo bello in tam arctis commeatibus exortum eft, ni Volfcos jam moventes arma, peftilens ingens invafiffet. ea clade contritis hoftium animis, ut etiam ubi ea remiffiffet, terrore alio quo teneretur, & Velitris auxere numerum colonorum Romani, & Norbae in montes novam coloniam, quae arx in Pomptino eflet, miferunt. M. Minucio deinde, & A. Sempronio confulibus, magna vis frumenti ex Sicilia advecta: agitarumque in Senatu, quanti plebi daretur. Multi veniffe tempus promendae plebis putabant, recuperandique jura, quae exforta fecefflone ac vi Patribus eripfent: in primis Marcius Coriolanus, hoftis tribunicise potefiatis. *Si annonam*, inquit, *cariorem volunt, jus pristinum cedant Patribus. Cur ego plebeios magistratus, cur Siciniium potentem pallentemque video, sub jugum missos, tanquam a larrontibus redemptos? Exone hos indignitates diutius pati? quum nec ipse est? Tarquinium aiem qui non tulerim, Siciniium feram? Secedat nunc, quo est plebem, paret sua in Sacrum montem, aliosque colles. Rapiant frumenta ex agris nostris, quemadmodum tertio anno rapuere. Frustentur, utantur annona, quam juvare ita fecere. Audeo dicere, hoc malo domitos ipsos patri sis cultores agrorum fore, quam ut armati per fecefflonem colli prohibeant.* Haud tam facile dictu eft, faciendum ne fuerit, quam potuiffe arbitror fieri, ut conditionibus laxandi annonam, & tribunicium potefiatem, & omnia invitis jura integra Patres demerent tibi.

Cap. XXXV. Ea Senatui nimis atrox vifa fententia eft, & plebem ira prope armavit. *Etiae jam fe ficut hoftes pati, cibo victuque frustrari; peregrinum frumentum, quae fola inlemnita ex infperato fortuna dederit, ab ore rapi, nifi C. Marcio vinelli dedantur tribuni, nifi de tergo plebis Romanae farisbat. Eam fibi carnificem nonum excorium, qui aut mori, aut fervi e juberet.* In exeuntem e curia impetus factus eflet, ni peroportune Tribuni diem dixiffent. Ibi ira eft fuppreffa. de judicem quifque, fe domum ire: neque inimici factum videbat. Contempfim primo Marcius audiebat minas tribunicias: auxilii, non poenae jus datum illi potentati: plebifque, non Patrum tribunos effe. fed ade infenfa erat coorta plebs, ut urbis poena definendum eflet fuae. Refiterunt tamen adverfaria invidia, utique fint, qua fuis quifque, qua totius ordinis viribus. Ac primo tentata res eft, fi diffonitis clientibus abterrendo fingulos a coitionibus, conciliifque, diffidere rem poffent. Univerfi deinde proceffere (quicquid erat Patrum, reos dicere) precibus plebem expofcentes: unum fibi civem, unum Senatorem, fi innocentem abfolvere nollent, pro nocente donarent. Ipfe quum diu dicta non adeffet, perfeverantem in ira eft. Damnatus abfens in Volfcos exulatum abiit, minitans patriae, hoftilique tum Patrum, Spiritus gerens. Venientem Volfci benigne excepere. benignitate indies colebant: quo major ira in fuos eminebat, crebraque, nunc querelae, nunc minae percipiebantur. Hofpitio urebatur Attii Tulli. Longe is rum princeps Volfci nominis erat. Romanifque femper infenfus. ita quum alterum vetus odium, alterum ira recens ftimularet, conflia conferunt de Romano bello. Haud facile credebant,

bant, plebem suam impelli posse, ut tories infeliciter tentata anima caperent. Multis sæpe bellis, pestilentia postremo amissa juventute, fractos spiritus esse, a te agendum in exsilcto jam venustate odio, ut recenti aliqua ira exacerbantem animi.

Cap. XXXVI. Ludi forte ex instauratione magni Romæ parabantur. instaurandi hæc causa fuerat. Ludis mane servum quidam pater familiæ, nondum comitio peracto, sub furca cæsum medio ogerat circo. Irepti inde ludi, nullius ea res nobil ad religionem pertinuisset. Haud ita multo post, Tib. Antinio, de plebe homini, somnium fuit. Visus Jupiter dicere, *Sibi ludis præsultatoreri difficiliores, nisi magnifice instauraverint bi ludi, periculum urbi fore.* Ita consultatione habita, ludos. Quanquam haud fane liber erat religionæ animus; verecundia tamen majestatis magistratuum timorem vicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret. Magno illi ea cunctatio literis. finem namque intra paucos dies sanitas, cujus repentinæ clades nec diu fuit effet, reparata; eadem illa in somnis obversata species, vita est rogitare. *Satin' magnam spreti numinis haberet mercedem? majorem impare, ni eat propere ac nuncia t consulibus.* Jam pretentior res erat: cunctantem, tamen ac protatantem, ingens vis morbi debilitat, debilitate subita. Tum enimvero Deorum ira admonuit. fessus igitur malis præteritis indantibusque, consilio propinquorum adhibito, quum vita atque audita, & obverstim toties tonno Jovem, minas inatque colelles reprehenerat, cadem ipse expostulasset; continuo inde haud dubio omnium qui adeant, in forum ad consules lectica defertur. inde in curiam justu consulum delatus, eadem illa quum Patribus ingenti omnium admiratione enarrasset; ecce aliud miraculum: qui captus omnibus membris delatus in curiam esset, eum functum officio pedibus suis domum rediisse, tradirum memori e est.

Cap. XXXVII. Ludi quam amplisimi ut fierent, senatus decernit. Ad eos ludos, auctore Attio Tullo, vis magna Volscorum venit. Plutquam committerentur ludi Tullus, ut domi compositum cum Marcio faerat, ad consules venit. dicit esse, quæ secreto agere de republica velit. Arbitris remotis, *Invitus*, inquit, *quod sequitur sit, de meis civibus loquar. Non tamen admisium quicquam ab iis, criminatum venio, sed cautum, ne admittant. Nimis plus quam velim, nostrorum ingenia sunt mobilia. Multis id cladibus sensimus. Quippe qui non nostro merito, sed vestra patientia insolumes simus. Magna hic nunc Volscorum multitudo est. ludi sunt. spectaculo intenta civilitas erit. Meminti quid per eandem occasionem ab Sabino tum juventute in hac urbe commissum sit. horret animus, ne quid consulite ad temere fiat. Huc nostræ cuprisque cavilla, prius dicenda nobis, consulles, ratus sum. Quod ad me attinet, exemplo hinc domum abire in animo est, ne cujus subi dicitive contagione præsens violer.* Hæc locutus, abiit. Consules quum ad Pat es rem dubiam fuisse, ancore certo deliberent; auctor magis ut fit, quam res ad præcavendum vel ex supervacuo movit. Factoque senatusconsulto, ut urbem excederent Volsci, præcones dimittuntur, qui omnes eos protinus ante noctem luberent. Ingens pavor primo diffurrentes ad suas res rollendas in subitis necessitas. Postea cessantibus denuo indignatio oborta: Se, ut cunteleratos contaminatosque, ab ludis, festis diebus, coetu quodammodo hominum Deorumque, abactos esse.

Cap. XXXVIII. Quum prope continuato agmine irent, progressus Tullus ad caput Ferentinæ: *Ut quisque veniet, primores eorum excipiens, quarendo, indignandoque, & eos ipsos sedulo audientes secunda ira verba, & per eas multitudinem aliam in subjectum viæ campum deduxit. Ibi in concionis modum orationem exorsus: Veterem populi Romani injuriam, civesque gentis Volscorum, ut omnia inquit, oblivisci nimis alta, hodiernam hanc contumeliam, quo tandem animo fertis, qui per nostram ignominiam ludos consulesve? An non sensistis triumphantem boris de vestra esse? Vos omnibus civibus, peregrinis, tot finitimis populis, spectaculo abeuntes fuisse? Vestras conjuges, vestros liberos tradictos per ora hominum? Quid eos, qui audiere vocem præconis? quid, qui eos videre abeuntes? quid eos, qui hinc lenominibus agminal fuere comitt, exhibuisse pudoris? nihil usquam profecto nostas esse, quo si interfimus spectaculo, celebrateri simus ludos, plausumque meditari. Ubi nos ab sede piorum, cœtu, concilioque abigi. Quid, deinde, illud non fuerit, videre nos, qui ad mittendi nunc populum Romanum profecti, ea non fuga esse. Et hanc urbem vos non hostium dicitis, ubi si unum diem morari esset, mortiendum omnibus fuit? Bellum vobis indictum est: marte eorum malo, qui incipere, si vibi ejus. Ita & sua sponte iratum plerisque incitari, domos inde digressi sunt. intijgendoque suos quisque populos edocere, ut omne Volscum nomen deaceret.*

Cap. XXXIX. Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententia lecti Attius Tullus, & C. Marcius

exul Romanus, in quo aliquanto plus spei reposuimus. Quam ipsum nequaquam fefellit: aut facultas oppariret, ducibus validiorem, quam exercitu rem Romanam esse. Circeios profectus, primum colonos inde Romanos expulit: liberamque eam urbem Volsci tradidit. Inde in Larinam viam transversis tramitibus transgressus, Sarricum, Longulam, Polusticam, Corioli vos, novella haec Romanis oppida ademit. Inde Lavinium recepit: tunc deinceps Corbionem, Vitellium, Trebiam, Labicos, Pedum cepit. Postremo in, ad urbem a Pedo ducit: & ad fossas Cluilias quinque ab urbe millia passuum castris positis, populatur inde agrum Romanum: caedibusque inter populatores missis, qui patriciorum agros intactos servarent, sive insensus plebi magis, sive ut discordia inde inter Patres plebemque oriretur. Quae profecto orta esset, adeo tribuni Jam ferocem per se plebem criminando in primores civitatis incenderant, sed externus timor maximum concordiae vinculum, quamvis suspectos, infensosque inter se jungebat animos. Id modo non conveniebat; quod senatus consulesque, nusquam alibi spem, quam in armis ponebant: plebes omnia quam bellum malebat. Sp. Nautius jam, & Sex. Furius consules erant. Eos recensentes legiones, praesidia per muros, aliaque, in quibus stationes vigiliasque esse placuerat, loca distribuentes, nulritudo ingens pacem poscentium, primum seditioso clamore conterruit. deinde vocare senatum, referre ad legatis ad C. Marcium intrendis coegit. Acceperunt relationem Patres; postquam apparuit labare plebis animos, missique de pace ad Marcium oratores, atrox responsum retulerunt: *Si Volsci agri redduntur, possibi de pace: si praeda belli per eum fuit civibus, monumenta & civium injuriae, & hospitum beneficii, admirum, ut appareat, exilio sibi irritatos, non factos, animos esse.* Iterum deinde iidem missi, non recipiuntur in castra. Sacerderes quoque inis insignibus velatos isse supplices ad castra hostium, tradirum, nihilo magis quam legatos flexisse animum.

Cap. X L. Tum matronae ad Veturiam matrem Coriolani, Volumniamque uxorem frequentes coeunt. Id publicum consilium, an muliebris timor fuerit, parum invenio. Pervicere certe, ut & Veturia magno natu mulier, & Volumnia, duos parvos ex Marcio ferens filios secum, in castra hostium irent: & quum armis viri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrimisque defenderent. Ubi ad castra ventum est, nunciatumque Coriolano, adesse ingens mulierum agmen, in primo, ut qui nec publica majestate in legatis, nec in facerdotibus tanta offusa oculis animoque religione motus esset; multo obstinatior adversus lacrimas muliebres erat. Dein familiarium quidam qui intimem moeitia inter ceteras cognoverat Veturiam inter numina nepotesque stantem; *Nisi me fallit mater, inquit, avoli, mater tibi conjunxque, & liberi adsunt.* Coriolanus prope ut amens, consternatus, ab sede sua quum ferret matri obviae complexum; mulier in iram ex precibus versa, *Sine, prius quam conspexium accipio, scium, inquit, ad hostium ab ipsum venerim, captiva matrem in castris, tuis sim? In hoc me longa vita, & infelix senecta traxit, ut exulem te, deinde hostem viderem? Potuisti populari hanc terram, quae te genuit atque altuit? Non tibi, quamvis infesto animo & minanti peccantem, ingredienti irata, excidit ira, nec quum in conspectu Romae, fuit, succurrit, intra illa moenia domus ac penates mei sunt, mater, conjux liberique? Ergo eo nisi perpessem, Roma non oppugnaretur, nisi filium haberem, liberi in libera patria nunquam essent. Sed eo mihi jam pati, nec fuit nec est quam mihi miseriae postium: nec ut sim miserrima, diu futura sum. De his videris: quos si pergis, aut immaturata mors, aut longa servitus manet.* Uxor deinde ac liberi amplexi. Fletuque ab omni turba mulierum orratus, & comploratio sul partisque, fregere tandem vigorem. complexus inde suos, dimittit: ipse retro ab urbe castra movit. Abductis deinde legionibus ex agro Romano, invidia rei oppressum periisse tradunt; alii alio leto. apud Fabium longe antiquissimum auctorem, usque ad senectutem vixisse eundem invenio. Refert certe, ita sae eum exacta aetate usus patrie vocem, *Multo miseriis soni exitium esse.* Non invideo tunt laudes suas mulieribus viri Romani. adeo sine obtrectatione gloriae alienae vigebatur. Monumento quoque quod esset, templum Fortunae Muliebri adiacatum dedicatumque est. Redire deinde Volsci adjunctis Aequis, in agrum Romanum. ted Aequi Attium Tullum haud ultra tulere ducem. Hinc ex certamine, Volsci Aequi-ne imperatorem conjuncto exercitui daerent, seditio. deinde atrox proelium ortum. Ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus, haud minus perniciolo quam pertinaci certamine confecit. Consules T. Sicinius, & C. Aquilius. Sicinio Volsci, Aquilio Hernici (nam ii quoque in armis erant) provincia evenit. Eo anno Hernici devicti: cum Volsciis aequo Marte disscssum est.

Cap. X L I. Sp. Cassius deinde & Proculus Virginius consules facti. cum

cum Hernicis fœdus ictum, agri partes duæ ademptæ. inde dimidium Latinis, dimidium plebi divisurus consul Cassius erat. Adjiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri à privatis criminabatur. Id multos quidem Patrum, ipsos possessiones, periculo rerum suarum terrebat. sed & publica Patribus sollicitudo inerat, largitione consulem periculosas libertati opes struere. Tum primum lex agraria promulgata est: nunquam deinde usque ad hanc memoriam sine maximis motibus rerum agitata. Consul alter largitioni resistebat, auctoribus Patribus, nec omni plebe adversante. quæ primo cœpit ac faltidire, munus vulgatum à civibus isse in socios: sæpe deinde & Virginium consulem in concionibus velut varicinantem, audiebat, *Pestilens colluvie munus esse. Agros illos servatorum iis qui acceperint, laturos regno vindicari. Quid itaque assumi socios, quorum nomen Latinum & quid attinuisse, Herniciis paulo ante hostibus capti agri tertiam partem reddi, nisi ut hæc gentes pro Coriolano duce Cassium habeant?* Populatis jam esse diuturnitate, & intercessionibus legis agrariæ cooperat: utereque deinde consules certatim plebi indulgere. Virginius dicere, passurum se assignari agros, dum ne cui, nisi civi Romano, assignentur: Cassius, quia in agraria largitione ambitiosius in socios, eoque civibus vilior erat, ut alio munere sibi reconciliaret civium animos, jubere pro Siculo frumento quod eniam acceptam retribui populo. Id vero haud secus, quam præsentem mercedem regni aspernata plebes: adeo propter suspicionem imitum regni, velut abundarent omnia, munera ejus in animis hominum respuebantur. Quem, ubi primum magistratu abiit, damnatum necatumque constat. Sunt qui patrem actorem ejus supplicii ferant. Eum cognita domi causa verberasse ac necasse, peculiumque filii Cereri consecravisse. signum inde factum esse, & inscriptum, EX CAELIA FAMILIA DATUM. Invenio apud quosdam, idque propius fidem est, à quæstoribus Cæsone Fabio, & L. Valerio, diem dictam perduellionis: damnatumque populi judicio: dirutas publice ædes, ea est area ante Telluris ædem. Cæterum sive illud domesticum, sive publicum fuit judicium, damnatur Ser. Cornelio, Q. Fabio consulibus.

Cap. XLII. Haud diuturna ira populi in Cassium fuit. Dulcedo agrariæ legis ipsa per se dempto auctore subibat animos. accensaque ea cupiditas est, malignitate Patrum, qui, devictis eo anno Volscis Æquisque, militem præda fraudavere. quicquid captum ex hostibus est, vendidit Fabius consul, ac redegit in publicum. Invisum erat Fabium nomen plebi, propter noviss imum consulem. tenuere tamen Patres, ut cum L. Æmilio Cæso Fabio consul crearetur. Eo infestior facta plebes, seditione domestica bellum externum excivit: bello deinde civiles discordiæ intermissæ. nec animo Patres ac plebes rebellantes Volscos & Æquos, duce Æmilio, prospera pugna vicere. Plus tamen hostium fuga quam prælium absumpsit: adeo pertinaciter fusos insecuti sunt equites. Caltoris ædes eodem anno Idibus Quintilibus dedicata est. Octa erat Latino bello, Postumio dictatore. filius ejus duumvir ad id ipsum creatus dedicavit. Sollicitati & eo anno sunt dulcedine agrariæ legis animi plebis. Tribuni plebis popularem potestatem lege populari celebrabant. Patres tatis superque gratuiti furoris in multitudine crudescere, & largitiones remeritatisque invitamenta horrebant. acerrimi Patribus duces ad resistendum consules fuere. Ea igitur pars reipublicæ vicit. nec in præsens modo, sed in venientem etiam annum M. Fabium Caesonis fratrem, & magis invisum alterum plebi accusatione Sp. Cassii, L. Valerium consulem dedit. Certatum eo quoque anno cum tribunis est. vana lex, vanique legis auctores, jactando irritum munus, facti. Fabium inde nomen ingens post tres continuos consulatus, unoque velut tenore omnes expertos tribunitiis certaminibus, habitum, itaque ut bene locatus manst in ea familia aliquandiu honos. Bellum inde Veiens inirum: & Volsci rebellarunt. sed ad bella externa prope fupererant vires: aburebanturque iis inter semetipsos certando. Accesere ad ægras jam omnium mentes prodigia coelestia, prope quotidianis in urbe agrisque ostentantia minas. motique ira numinis, causam nullam aliam vates canebant, publice privatimque nunc extis, nunc per aves consulti, quam haud rite sacra fieri. qui terrores tamen eo evasere, ut Opiæ virgo Vestalis damnata incesti pœnas dederit.

Cap. XLIII. Q. Fabius inde, & C. Julius consules facti. Eo anno non segnior discordia domi, & bellum foris atrocius fuit. Ab Æquis arma sumpta. Veientes agrum quoque Romanorum populantes invexerunt. quarum bellorum crescente cura, Cæso Fabius, & Sp. Furius consules fiunt. Ortonam Latinam urbem Æqui oppugnabant. Veientes pleni jam populationum Romam ipsam se oppugnaturos minitabantur. Qui terrores, quum compescere deberent, auxere insuper animos plebis: redibatque non sua sponte plebi mos

mos detrectandi militiam. Sed Sp. Licinius tribunus plebis, venire tempus ratus, per ultimam necessitatem legis agrariæ Patribus injungendæ, fuisse quæ rem mille retro annis repetendam. Ceterum tota invidia tribunitiæ potestatis versa in auctorem est, nec in eum consules acrius, quam ipsius ejus collegæ eo tulerunt. auxilioque eorum delectum consules habent. Ad duo simul bella conficienda ducendus Fabius in Æquos, in Veientes Fuscus datus. Et in Veientes quidem haud magnum memoria gestum est. Fabii aliquanto plus negotii cum civibus, quam cum hostibus, fuit. urus ille vir ipse consul reipublicam sustinuit, quam exercitus odio consulis quantum in se fuit, prodebat. Nam quum consul præter cæteras imperatoribus artes, quas parando gerendoque bello edidit plurimas, ita intuxisset aciem, ut solo equitatu emisso exercitum hostium funderet, infesti tutos pedes noluit. nec illos, & si non ad prælium, in vinculis, tamen fallaci flagitiam, & publicum in præsentia dedecus, postmodo periculum, si animus hosti rediisset, cogere potuit gradum accelerare, aut, si aliud nihil, instare infirmos. Injussu signa referunt, mœstique (credores vibos) execrantes suæ imperatorem virtutis, victoriam ab equite operam, redeunt in castra. Nec huic tam petulanti exemplo remedia ulla ab imperatore quæsita sunt. adeo excellentibus ingeniis citius defuerint ars, qua civem regant, quam qua hostem inserent. Consul Romam redit, non tam de gloria auctus, quam irritato exacerbatoque in se militum odio. Obtinuere tamen Patres, ut in Fabia gente consulatus maneret. M. Fabium consulem creant: Fabio collega Cn. Manlius datur.

Cap. XLIV. Et hic annus tribunum auctorem legis agrariæ habuit. Tib. Pontificius fuit. is eandem viam, velut præcliisit. Sp. Licinio, ingressus, delectum paulisper impedit. Perturbatis iterum Patribus, Appius Claudius *Victam tribunitiam potestatem dicere prior anno; ne prælucinare ipsi, exemplo in perpetuum, quando inventum sit, suis ipsum viribus diffolvi. Neque enim unquam defuturum qui & ex collega victoriam sibi & gratiam melioris partis bono publico velit auspitam. Et plures, si pluribus opus sit, tribunos, ad auxilium consulibus paratos fore: & unum vel duos non satis esse. Darent modo & consules & primores Patrum operam, ut si omnes omnes, aliquos tamen ex tribunis reipublicæ ac senatui conciliarent.* Præceptis Appii meniti Patres, & universi comiter ac benigne tribunos appellare: & consulares, ut cuique privatim aliquid juris adversus tribunos erat, partim gratia, partim auctoritate obtinuere, ut tribunicios perficiat. Et ea salubres valent reipublicæ esse, quatuorque tribunorum adversus unum moratorem publici commodi auxilio delectum consules habent. Inde ad Veiens bellum proficiscitur, quo undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Veientium in gratia conciliata: quam quod in spem ventum erat, discordia intestina dissolvi rem Romanam posse. Principesque in omnium Etruriæ populorum concilii fremebant, *Æternum opes esse Romanas, nisi inter semet ipsi factionibus fæviant. id unum æternum, eam labem civitatibus quibusvis perpetuam, quæ semel inolevit malorum essent. Diu sustentatum id malum, partim Patrum consiliis, partim patientia plebis, jam ad extrema venisse. Duas civitates ex una factas: suos cuique parti magistratus, suas leges esse. Primum in delectibus consulum alterum, eosdem habere tamen partis: dein cum ad militemque ventum sit, magnæ disciplina militari, sisti potuisse: jam non parendi magistratibus morem in castra quoque Romanum militem sequi. Proximo bello in ipsa acie, in ipso certamine, consensu exercitus traditum utro victoriam velint. Sponte sua desertas, imperatorem in acie relictum, injussu in castra reditum. Profecto, si insistetur, suo milite vinci Romam posse. Nihil aliud opus esse, quam inscii ostendique bellum, extera sua sponte fata & Deos gesturos.* Hæ spes Etruscos vicerant, multis invicem cladibus victos victasque.

Cap. XLV. Consules quoque Romani, nihil præterea aliud quam suas vires, sua arma horrebant: memoria pessimi proximo bello exempli terrebantur; ne rem committerent eo, ubi duæ simul acies timendæ essent. Itaque castris teneri tam ancipiti periculo averti. diem tempusque forsitan ipsum leniturum iras, sanitatemque animis allaturum. Veiens hostis Etruscique eo magis præpropere agere. lacessere ad pugnam: primo obequitando castris provocandoque: postremo, ut nihil movebant, qua consules ipsos, qua exercitum increpando, *Simulationem intestinæ discordiæ, remedium timoris inventum: & consules magis non confidere, quam non credere suis militibus. Novum seditionis genus, silentium etiamque inter armatos.* hæc in noxiatem generis originisque, qua falsa, qua vera jacere. Hæc quum sub ipso vallo portisque strepterent, haud agre consules pati. at imperitæ multitudini nunc indignatio nunc pudor pectora verfare, & ab intestinis averteret malis: nolle inul-

tos hostes, nolle successum, non Fabios, non consulibus; externa & domestica odia certare in animis. Tandem superant externa, adeo impudenter insolenterque hostis eludebat. Frequentes in prætorium convenunt, poscunt pugnam, postulant ut signum detur. Consules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur. pugnare cupiebant, sed rebus revocanda & abdenda cupiditas erat, ut adverlando remorandoque incitato semel militi adderent impetum. Redditur responsum, Inmaturam rem agi, nondum tempus pugnæ esse: castris se tenerent. Idcirco inde ut abdiment pugnam, quia insiuste pugnaverit, ut in hostem animadverlurus. Ita dimissis, quo minus consules velle credunt, crebrit ardor pugnandi. accedunt insuper hostes ferocius multo, ut statuisse non pugnare consules cognitum est. Quippe impune se insultaturos, non esse militi arma, rem sine ullorum fidelioris erupturam, unamque veniße Romano imperio. His rebus cognitis portis, ingentum præbra, segre abtinent, quin castra oppugnent. Enimvero, non ultra contumeliam pati Romanus potest: totis castris undique ad consules curritur. Quos jam sentim, ut ante, per centurionum principes postulant, sed passim omnes clamoribus agunt. Matura res erat, tergiversantur tamen. Fabius deinde, ad coercendam tumultu jam mecum feditionis collega concedente, quum silentium datum fecisset, *Ego ipse, Cn. Manli, posse cohiberi felo, velle me fateor, ipse fecerunt. Itaque certum atque decretum est, non dari signum, nisi victores se redituros ex hac pugna jurent. Consulem Romanum nisi semel in acie fefellit, Deos peregrinum fallet.* Centurio erat M. Flavolenus, inter primos pugnæ flagrator. *Victor, inquit, M. Fabi, revertar ex acie.* Si fallat. Jovem patrem. Gradivumque Martem, aliosque irates invocat Deos. Idem deinceps omnis exercitus in se quisque jurat. Juratis datur signum, arma capiunt: eunt in pugnam tanto impetu quisque pleni. Nunc jubent Etruscos probra jacere, nunc armatis sibi quisque lingua magnorum hostem offerri. Omnium illo die, qua plebis, qua Patrum, eximia virtus fuit. Fabium nomen, Fabia gens maxime enituit. multis civilibus certaminibus intenta, plebeiis animos illa pugna sibi reconciliare natuunt. Instruitur acies: nec Veiens hostis Etruscæque legiones detrectant.

Cap. XLVI. Prope certa spes erat, non magis secum pugnaturos, quam pugnaverint cum Æquis. magnus quoque aliquod, in tam irritatis animis, & occasione ancipiti, haud desperandum esse facinus. Res aliter longe evenit. nam non alio ante bello infestior Romanus (adeo hinc contumelias hostes, hinc consules mora exacerbaverant) proelium iniit. Vix explicandi ordinis spatium Etruscis, fuit, quum pilis inter primam trepidationem abjectis tenere magis quam emittis, pugna jam in manus, jam ad gladios, ubi Mars eit ac ocissimus, venerat. Inter primores genus Fabium insigne spectaculo exemploque civibus erat. ex his Q. Fabium (tertio hic anno ante consul fuerat) principem in confertos hostes cuntem, feroxi vibus & armorum arte Tuscus, incautum inter multas versantem hostium manus, gladio per pectus transigit. telo extracto, proceps Fabius in vulnus abit. Senat utraque acies unius viri casum, cedebatque inde Romanus: quum M. Fabius consul trantabit ja enitis corpus, objectata parma. *Hoc juratis, inquit, militis, fugientes vos in castra recipere? adeo ignavissimos hostes magis timetis, quam fovem Maximum, per quos juratis? At ego ingnavius aut victor redeetar, aut prope te hic, Q. frater, dimidiatus cadam.* Consuli tum Cæso Fabius prioris anni consul. *Verbis ipse, fraterne pugnent, te impetraturum credis? Dii impetrabunt, per quos juravere. Et not, ut decet proceres, ut Fabio nomine est dignum, pugnamus potius quam abhortando accendamus militum animos.* Sic in primum infestis hostibus prorumpunt duo Fabii, toramque movenunt secum aciem.

Cap. XLVII. Prœlio ex parte una restituto, nihilo segnius in altero cornu Cn. Manlius consul pugnam ciebat. Ubi prope similis fortuna eit verfata. nam ut altero in cornu Q. Fabius, sic in hoc Cæsum consulem Manlium, jam velut fulos agentem hostes, & impigie milites. fecuti sunt, & ut ille gravi vulnere ictus ex acie ceflit, inter fectum rati, gradum retulere. ceflitentque loco, ni consul alter cum aliquot rurmis equitum in eam partem citato equo advectus, vivere clamitans collegam, fe victorem fulo altero cornu adeste, rem inclinaram fultinuisset. Manlius quoque ad restituendam aciem fe ipse coram offert. Duorum consulum cognita ora accendunt militum animos. simul & vanior jam erat hostium acies, dum, abundante multitudine freti, fubracta fubtidia, mittunt ad castra oppugnanda. in quæ haud magno certamine impetu facto, dum præde magis quam pugnæ memores tereverent tempus; triarii Romani, qui primam irruptionem fuslinere non potuerant, missis ad consules nunciis quo loco res essent, conglobati ad prætorium redeunt. Secusa sponte proelium ipsi renovant:

& Mar-

& Manlius consul revectus in castra, ad omnes portas milite oppositio, hostibus viam clauserat. Ea deliberatio Tuscis rabiem magis quam audaciam accendit. nam quum incuntiones quacunque exitum ostenderent ipsi, vano aliquoties impetu lienti, globus juvenum unus in ipsum consulem infigunt armis irruunt. Prima excepta à circumstantibus tela. fustineri deinde vis nequit. Consul mortifero vulnere ictus cadit, fusique circa omnes. Tuscis crescit audacia. Romanos terror per tota castra trepidos agit. & ad extrema ventum foret, ni lecati repto consulis corpore pauci efferentem una porta hostibus viam. Ea erumpunt, conferunatoque agmine abeuntes, in victorem alterum incidunt consulem. ibi itemum casi, fusique passim. Victoria egregia parta, tristis tamen duobus tam claris funeribus. Itaque consul, decernente senatu triumphum, *Si exercitus ejus imperatore triumphare posset, pro eximia eo bello opera facile passurum*, respondit: *se familiæ funesta Q. Fabii fratris morte, reipublicæ ex parte orba consule altero amisso, publico privatoque deformem lucis lætitiam non accepturum.* Omni adeo triumpho depositus triumphus clarior fuit. adeo, sprera in tempore gloria, interdum cumulatior redit. Funera deinde duo deinceps, collegæ funestique ducit. idem in utroque laudator, quum concedendo illis suas laudes, ipse maximam partem earum ferret. neque immemor ejus, quod initio consulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis, faucios milites curandos dividit Patribus. Fabiis plurimi dati: nec alibi majore cura habiti. Inde populares jam esse Fabii: nec hoc ulla, nisi salubri reipubl. arte.

Cap. XLVIII. Igitur non Patrum magis quam plebis studiis Cæso Fabius cum T. Virginio consul factus, neque bella, neque delectus, neque ullam aliam priorem curam agere, quam ut jam aliqua ex parte inchoata concordiæ spe, primo quoque tempore cum Patribus coalescerent animi plebis. Itaque principio anni censuit, priusquam quisquam agrariæ legis auctor tribunus exiteret, occuparent Patres ipsi suum munus facere: captivum agrum plebi quam maxime æqualiter darent. verum esse habere eos, quorum sanguine ac fudore partus sit. Afternari Patres iunt: quæsti quoque quidam nimia gloria in curiare & evanescere vividum quondam illud Cæsonis ingenium. Nullæ deinde urbanæ factiones fuere. Vexabantur incursionibus Æquorum Latini. eo cum exercitu Cæso missus. in ipsorum Æquorum agrum deponendum erant. Æqui ie in oppida recepe-

runt, murisque se tenebant: eo nulla pugna memorabilis fuit. At à Veiente hoste clades accepta temeritate alterius consulis. actumque de exercitu foret, ni Cæso Fabius in tempore subsidio venisset. Ex eo tempore, neque pax, neque bellum cum Velentibus fuit; res proxime formam latrocinii venerat. legionibus Romanis cedebant in urbem. Ubi abductas senserant legiones, agros incursabant; bellum quiete, quietem bello invicem eludentes. Ita neque omitti tora res, neque pertici poterat. & alia bella aut præsentia instabant, ut ab Æquis Volscisque, non diutius, quam recens dolor proximæ cladis transiret, quiescentibus: aut mox moturos se apparebat Sabinos semper infestos, Etruriamque omnem. sed Velens hostis, assiduus magis quam gravis, contumeliis saepius quam periculo animos agitabat: quod nullo tempore negligi, neque, aut averti alio sinebat. Tum Fabia gens senatum adit: consul pro gente loquitur: *Assiduo magis quam magno præsidio, ut scitis, Patres conscripti, bellum Veiens gerit. Vos alia bella curate: Fabios hostes Veientibus date. Antiores simus, tutam ibi magnæ Romani nominis fore. Nostrum id nobis velit familiare bellum, privato sumptu gerere in animo est. Respublica & militia illi, & pecunia vacet.* Gratiæ ingentes actæ. Consul è curia egressus, comitante Fabiorum agmine, qui in vestibulo curiæ senatusconsultum expectantes steterant, domum redit. Juvi armati postero die ad limen consulis adesse, domos inde discedunt.

Cap. XLIX. Manat tota urbe rumor: Fabios ad cœlum laudibus ferunt. Familiam unam fubisse civitatis onus: Veiens bellum in privatam curam, in privata arma versum. Si fuit duæ roboris ejusdem in urbe gentes; deposcant, hæc Volsceis fibi, illa Æques; populo Romano tranquillam pacem agente, omnes finitimos subigi populos posse. Fabii postera die arma capiunt: quo jussi erant, conveniunt. Consul paludatus egredientes, in vestibulo gentem omnem suam instructo agmine videt. acceptus in medium, signa ferri jubet. Nunquam exercitus neque minor numero, neque clarior fama & admiratione hominum per urbem incessit. Sex & trecenti milites, omnes patricii omnes unius gentis, quorum neminem dacem perneret egregius quibuslibet temporibus senatus, ibant, unius familiæ viribus Vcienti populo pestem minitantes. Sequebatur turba, propria alia cognatorum sodalitumque; nihil medium, nec spem, nec curam, fed immensa omnia volventium animo: alia publica sollicitudine excitata, favore & admiratione

ratione stupens; *ire fortes, ire fideles jubent, inceptis eventus pares reddere: Consultatio inde ad certiamen phos, omnia præmia ab se, omnes honores sperare.* Præterea untibus Capitolium arcemque & alia templa, quicquid Deorum oculis, quicquid animo occurrit; precantur, ut illud malum fortuna atque deliis averterant: sopitæ brevi in pacem ad parentes restituant. Incassum missæ preces. Infelici vla dextro Jano portæ Carmentalis profecti, ad Cremeram flumen perveniunt. is opportunus visus locus communiendo præsidio. L. Æmilius inde & C. Servilius consules facti. & donec nil aliud quam in populationibus res fuit: non ad præsidium modo tutandum Fabii satis erant, sed tota regione qua Tuscus ager Romano adjacet, sua tuta omnia, infesta hostium, vagantes per utrumque ausus, fecere. intervallum deinde haud magnum ab castris hostium fuit: dum & Veientes accito ex Etruria exercitu præfidium Cremeræ oppugnant: & Romanæ legiones ab L. Æmilio Consule adductæ cominus cum Etruscis dimicant acie. quanquam vix dirigendi aciem spatium Veientibus fuit, ade inter primam trepidationem, dum post signa ordines intrecunt, subsidiaque locant, invecta subito ab latere Romana equitum ala, non pugnæ modo incipiendæ, sed consistendi ademit locum. Ita fuci retro ad castra Rubra (ibi castra habebant) pacem supplices petunt. cujus impetrato, ita lætitia animis levitate, ante deductum Cremera Romanum præsidium pœnituit.

Cap. L. Rursus cum Fabiis erat Veienti populo sine ullo majoris belli apparatu certamen: nec erant incuriosius modo in agros, sed subiti imperus incurrantium, sed aliquoties æquo campo collatisque signis certatum. genisque una populi Romani sæpe ex opulentissima, ut tum res erant, Etrusca civitate victoriam tulit. Id primo acerbum indignumque Veientibus visum. inde consilium ex re parum, insidiis ferocem hostem captandi: gaudere etiam, multo successu Fabii, audaciam crescere. itaque & pecora prædantibus aliquoties, velut cafu incidissent, obviam acta: & agrestium fuga vasti relicti agri: & subsidia ex statorum ad arcendas populationes missis, fœpius simulato quam vero pavore refugerunt. Jamque Fabii adeo contemperant hostem, ut sua invicta arma, neque loco neque tempore ullo crederent sustineri posse. hæc spes provexit, ut ad conspecta procul à Cremera mœnia campi intervallo pecora (quanquam rara hostium apparebant arma) decurrerent. & quum improvidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent, palatione passim vaga, ut sit pavore injecto, raperent, pecora: subito ab insidiis consurgitur, & adversi & undique hostes erant. Primo clamor circumlatus exterruit, dein tela ab omni parte accedebant. cœuntibusque Etruscis, jam continenti agmine armatorum septi, quo magis se hostis inferebat, eo magis arctari & vertere spatio & ipsi orbem colligere. quæ res & pauciratem eorum infignem, & multitudinem Etruscorum, multiplicatis in arcto ordinibus, faciebat. Tum omissa pugna quam in omnes partes patrem incendebant, in unum locum se omnes inclinant. eo, nisi corporibus armisque, impere cuneo viam. Duxit via in editum leniter collem. inde primo restitere. mox ut respirandi superior locus spatium dedit, recipiendique à pavore tanto animum, pepulere eriam subeuntes: vinebatque auxilio loci rauciras, ni fugo circumamissus veiens in verticem collis evasisset. ita longe rursus hostis factus. Fabii cæsi ad unum omnes, præsidiumque expugnatum. ccevi periisse satis convenit: unum prope puberem ætate relictum Fabium genti Fabiæ, dubiisque rebus populi Romani sæpe domi bellique vel maximum futurum auxilium.

Cap. L I. Quum hæc accepta clades esset, jam C. Horatius & T. Menenius consules erant. Menenius adversus Tuscos victoria clatos confestim missus: tum quoque male pugnarum est, & Janiculum hostes occupavere: obsessaque urbs fore: super bellum annona premente: transierant enim Etrusci Tiberim) ni Horatius Cos. ex Volscis esset revocatus: adeoque id bellum ipsis instirit mœnibus, ut primo pugnatum ad Spei sit æquo Marte, iterum ad portam Collinam. ibi quamquam parvo momento superior Romana res fuit: meliorem tamen militem, recepto priftino animo, in futura prælia id certamen fecit. A. Virginius & Sp. Servilius consules fiunt. post acceptam proximam pugnæ cladem Veientes abstinuere acie. populationes erant, & velut ab arce Janiculi passim in Romanum agrum impetus dabant. non usquam pecora tuta, non agrestes erant. Capri deinde eadem arte sunt, qua ceperant Fabios. secuti dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora, præcipitaverein insidias. quo plures erant, major cædes fuit. Ex hac clade atrox ira majoris cladis causa atque initium fuit. trajecto enim nocte Tiberi castra Servilii Cos. adorti sunt oppugnare. inde fuit magna cæde in Janiculum se ægre receperunt. Confestim consul & ipse transit Tiberim, castra sub Janiculo communit, postero die luce orta, nonnihil & hesterna

heiterna felicitate pugnæ ferox; magis tamen, quod inopia frumenti, quamvis in præcipitia, dum celeriora essent, agebat consilia; temere adverso Janiculo ad castra hostium aciem erexit, fœdiusque inde pulsus quam pridie repulerat, interventu collegæ ipse exercitusque ejus est servatus. Inter duas acies Etrusci, quum invicem his atque illis terga darent, occidione occisi. Ita oppressum temeritate felici Veiens bellum.

Cap. LII. Urbe cum pace laxior etiam annona rediit, & advecto ex Campania frumento, & postquam timor sibi cuique futuræ inopiæ abiit, eo quod abditum fuerat, prolato. Ex copia deinde otioque lascivire ruisus animi: & priftina mala, postquam foris deerant, domi quærere. tribuni plebem agitare fœno veneno, agraria lege: in resistentes incitare Patres, nec in universos modo, sed in singulos. Q. Considius & T. Genucius auctores agrariæ legis, T. Menenio diem dicunt. invidiæ erat amissum Cremeræ præsidium, quum haud procul inde stativa consul habuisset. Enim oppressere: quum & Patres haud minus quam pro Coriolano annixi essent: & patris Agrippæ favor haud dum exoleviset. In mulcta temperarunt tribuni: quum captis anquisissent, duo millia æris damnato mulctam edixerunt. ea in caput vertit. Negant fuisse ignominiam, egritudinemque: inde morbo absumptum esse. Alius deinde reus Sp. Servilius, ut consulatu abiit, C. Nautio & P. Valerio consulibus, inirio statim anni ab L. Cædicio & T. Statio tribunis die dicta, non ut Menenius, præcibus suis aut Patrum, sed cum multa fiducia innocentiæ gratiæque tribunicios impetus tulit. Et hujc prœlium cum Tuscis ad Janiculum erat criminl. sed fervidi animi vir, ut in publico periculo ante, sic tum in suo, non tribunos modo, sed plebem oratione ferocl refutando, exprobrandoque T. Menenii damnationem mortemque (cujus partis munere restituta quondam plebs, eos ipsos quibus tum faverat magistratus, eas leges haberet) periculum audacia discussit. Juvit & Virginius collega testis productus participando laudes: magis tamen Menenium (adeo mutaverant animum) profuit judicium.

Cap. LIII. Certamina domi finita. Veiens bellum exorrum; quibus Sabini arma conjunxerant. P. Valerius Consul accitis Latinorum Hernicorumque auxiliis, cum exercitu Veios missus, castra Sabina, quæ pro mœnibus foclorum locata erant, confestim aggreditur: tantamque trepidationem injecit, ut dum dispersi alii alia manipularim excurrunt ad arcendam hostium vim, ea porta, cui signa primum intulerat, caperetur. intra vallum deinde cædes magis quam prœlium esse. tumultus e castris & in urbem penetrat, tanquam Veiis capta, ita pavidi Velentes ad arma currunt. pars Sabinis eunt subsidio, pars Romanos toto impetu intentos in castra adoriuntur. Pauliper averti turbatique sunt, deinde & ipsi utroque versis signis refiftunt: & eques ab conspe immissus Tuscos fundit fugatque. eademque hora duo exercitus, duæque potentissimæ & maximæ finitimæ gentes, superatæ sunt. Dum hæc ad Veios geruntur, Volsci Æquique in Latino agro posuerant castra, popularique fines erant. eos per se ipsi Latini assumptis Hernicis sine Romano auxilio duce, auxilio castris exuerunt. Ingenti præda præter suas recuperatas res potiti sunt. missus tamen ab Roma consul in Volscos C. Nautius. Mos credo non placebat, sine Romano duce exercitusque locios propriis viribus consilioque bella gerere. nullum genus calamitatis non timuisse, quod ediam in Volscos est: nec tamen perpelli potuere, ut acie dimicarent. L. Furius inde & C. Manlius, consules.

Cap. LIV. Manlio Velentes provincia evenit. non tamen bellatum. indicia in animis quadraginta potentiores datæ, frumento stipendioque impetrato. Paci externæ confestim continuatur discordia domi. agrariæ legis tribunicisis stimulis plebs furebat. Consules nihil Menenii damnatione, nihil periculo deterriti Servilii, summa vi resistunt. abeuntes magistratu consules Genucius tribunus plebis arripuit. L. Æmilius & Opiter Virginius consulatum ineunt. Vopiscum Julium in quibuldam pro Virginio annalibus consulem invenio. Hoc anno (quoscunque consules habuit) rei ad populum Furius & Manlius circumeunt fordidati: non plebem magis quam junjores Patrum. suadent, monent, *Honoribus & administratione reipublicæ abstinent; consulares vero fasces, prætextam, curulemque sellam, nihil aliud quam pompam funeris putent. claras insignesque virtutis & victoriæ ad eum usque diem ostentant. Quod si consulatus tanta auctoritas sit, jam nunc ita animum inducant; consulatum captum & oppressum ab tribunicia potestate esse. consuli, velut apparitori tribunicio, omnia ad nutum imperiumque tribuni agenda esse. Si se commoverit, si restiterit Patres, si aliud quam plebem esse in republ. crediderit, exilium C. Marcii, Menenii damnationem & mortem, sibi proponat ante oculos.* His accensi verbibus Patres, consilia inde non

non publica, sed in privato, sedentaque à plurium conscientia habere. ubi quum id modo constaret, jure an injuria eripiendos esse reos, atrocissima quæque maxime placebat sententia. nec auctor quamvis audaci facinori deerat. Igitur judicii die, quum plebs in foro erecta exspectationem esset, mirari primo quod non descenderet tribunus: deinde quum jam mora suspectior fieret, deterriturn à primoribus credere & deseretam ac proditam causam publicam queri. Tandem, qui obversari vestibulo tribuni fuerant, nunciant domi mortuum esse inventum. quod ubi in totam concionem pertulit rumor; sicut acies funditur duce occiso, ita dilapsi passim alii alio. Præcipuus pavor tribunos invaserat; quam nihil auxilii sacratæ leges haberent, morte collegæ monitos. Nec Patres satis moderate ferre lætitiam, adeoque nemine nomen penitebat, ut etiam insontes fecisse videri vellent, palamque ferretur, malo domandam tribuniciam potestatem.

Cap. L V. Sub hæc pessimi exempli victoria delectus edicitur: paventibusque tribunis sine intercessione ullà consules rem peragunt. Tum vero iratici plebes tribunorum magis silentio, quam consulum imperio: & dicere, *Actum esse de libertate sua: rursus ad antiqua redimus, cum Genucio una mortuam ac sepultam tribuniciam potestatem. aliud agendum, de cognitione, quæ sola restituat Patribus. Id aut in unum consistum esse, ut se ipsa plebs, quando aliud nihil auxilii habeat, defendat. Quatuor & viginti lictores apparere consulibus, & eos ipsos plebis homines. Nihil contemptius, neque infirmius, si sine vi contemnant. Sibi quemque ea magna atque horrenda videre.* His vocibus alii allos quum incitassent, ad Voleronem Publilium de plebe hominem, quia quod ordines duxisset, negaret se militem fieri debere, lictor missus est à consulibus. Volero appellat tribunos. Quum auxilio nemo esset, lictorem spoliari hominem, & virgas expediri jubent. *Provoco*, inquit, *ad populum*, Volero; *quoniam tribuni civem Romanum in conspectu suo virgis cædi malunt, quam ipsi in lecto suo à vobis trucidari.* quo ferocius clamitabat, eo infirmius vincirendere & spoliare lictor. Tum Volero, & prævalens ipse, & adjuvantibus advocatis, repulso lictore, ubi indignantium pro se acerrimus erat clamor, eo se in turbam confertissimam recipit, clamitans, *Provoco, & fidem plebis imploro! adesse civem! adesse commilitones! nihil est quod exspectetis tribunos, quibus ipsis vestro auxilio opus est.* Concitati homines, veluti ad prælium te expediunt: apparebatque omne dissimulanter adesse, nihil cunctam tandem, non publici fori, non privati juris. Huic tantæ tempestati quum se consules obtulissent, facile experti sunt parum tutam manifestatem sine viribus esse. violatis lictoribus, fascibus fractis, e foro in curiam compelluntur: incerti quatenus Volero exercuerit victoriam. Conticescente deinde tumultu, quum in senatum vocari justissent, queruntur injurias suas, vim plebis, Voleronis audaciam. Multis ferociter dictis sententiis, vicere seniores, quibus, ira Patrum adversus remeritatem plebis certari, non placuit.

Cap. L V I. Voleronem amplexa favore plebs, proximis comitiis tribunum plebi creat, in eum annum, qui L. Pinarium, P. Furium Consules habuit. contraque omnium opinionem, qui eum vexandis prioris anni consulibus permissurum tribunatum credebant, post publicam causam privato dolore habito, ne verbo quidem violatis consulibus, rogationem tulit ad populum; ut plebeii magistratus tributis comitiis fierent. Haud parva res, sub titulo prima specie minime atrocis ferebatur; sed quæ patricios omnem potestatem per clientium suffragia creandi quos vellent tribunos, auferret. Huic actioni gratissimæ plebi, quum summa vi resistarent Patres; nec, quæ una vis ad resistendum erat, ut intercederet aliquis ex collegio, auctoritate aut consilium aut principium adduci posset; res tamen sine ipsa melimine gravis, certaminibus in annum extrahitur. Plebs Voleronem tribunum reficit. Patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam, Ap. Claudium Appii filium, jam inde à paternis certaminibus invisum, insolumque plebis consulem faciunt. Collega ei T. Quinctius datur. Principio statim anni nihil prius quam de lege agebatur. sed ut inventor legis Volero, sic Lætorius, collega ejus, auctor quum recentior, tum acrior erat. Ferocem faciebat belli gloria ingens, quod ætatis ejus haud quisquam manu promptior erat. Is, quum Volero nihil præterquam de lege loqueretur, interfatione abstinens consulum, ipse in accusationem Appii familiæque superbissimæ, ac crudelissimæ in plebem Romanam, exorsus, quum à Patribus non consilium, sed carnificem, ad vexandam & lacerandam plebem creatum esse, conrenderet; rudis in militari homine lingua non suppetebat libertati animoque. Itaque deficiente oratione, *Quandoquidem non tam facile loquor*, inquit, *Quirites, quam quod locutus sum, præsto; crastino die adesse. Ego hic aut in conspectu vestro moriar, aut perferam legem.* Occupant tribuni

templum poterò die. consules nobilitatque ad impediendam legem in concione conflunt. Submoveri Lætorius jubet, præterquam qui suffragium ineant. Adolescentes nobiles itabant, nihil cedentes viatori nam ex his prehendi quosdam Lætorius jubet. Consul Appius negare, jus esse tribuno in quenquam, nisi in plebeium. Non enim populi, sed plebis eum magistratum esse. nec illum ipsum submovere pro imperio posse more majorum: quia ita dicatur: *Si quoiei videtur dissentio esto.* Negare contemptim de jure differendo pertubare Lætorium poterat. Ardens igitur ira tribunus, viatorem mittit ad consulem: consul lictorem ad tribunum, privarum esse clamitans, sine impetu, sine magistratu, violatiusque id fieri tribunus, ni & concilio omnis atrox coorta pro tribuno in consulem esset: & concursus hominum in forum ex tota urbe concitatæ multitudinis fieret. Sustinebat tamen Appius pertinacia tantam tempestatem; certatumque haud incruento proelio foret, ni Quintius, consul alter, consularibus negotio dato, ut collegam vi, si aliter non possent, de foro adducerent; ipse nunc plebem lævientem precibus lenisset; nunc orasset tribunos, ut concilium dimitterent. Darent hræ spatium, non vim suam illi tempus eidem petarum; plebi consulem cum tribuno additurum. & Patres in populi, & consulem in Patrum fore potestate.

Cap. LVII. Ægre sedata ab Quintio plebs, multo ægrius consul alter à Patribus. Dimisso tandem concilio plebis, senatum consules habent. ubi quum timor atque ira invicem sententias variassent; quo magis, spatio interposito, ab impetu ad consultandum advocabantur, eo plus abhorrebant à certatione animi. adeo ut Quintio gratias agerent, quod ejus opera mitigata discordia esset. Ab Appio petitur, *Ut tantum consultarem majestatem esse vellet, quanta in concordi civitate esse posset. Dum tribuni consulesque ad se quisque omnia trahant, nihil relictum esse virium in medio. disjectam laceratamque rempubl. magis quorum in manu sit, quam ut incolumis sit, queri.* Appius contra, *restari Deos atque homines, rempublicam prodi per metum ac deseri non consulem senatui, sed senatum consuli decisse. graviores accipi leges, quam in Sacro monte acceptæ sint.* Victus tamen Patrum consensu quievit. lex silentio perferitur.

Cap. LVIII. Tum primum tributis comitiis creati tribuni sunt: numero etiam addito tres, perinde ac duo ante fuerint. Pilo auctor est. Nominat quoque tribunos, C. Sicinium, L. Numitorium, M. Dullium, Sp. Icilium, L. Mecilium. Volscum Æquicumque, inter seditionem Romanam, elt bellum coortum. vastaverant agros, ut si qua fecessio plebis fieret, ad se recursum haberet. Compositis deinde rebus, cattra retro movere. Ap. Claudius in Volscos missus. Quintio Æqui provincia evenit. Eadem in militia Lucretia Appii quæ domi esse; eo liberior, quod sine tribunitiis vinculis erat. Odisse plebem plus quam necesse videbatur: in victum ab ea, de unico consule objecto adversus tribunicium potestatem, perlatam legem esse, quam minore conatu, nequaquam tanta Patrum spe, priores impedierunt consules: hæc ira indignatioque ferocem animum ad vexandum lævo imperio exercitum stimulabat. nec ulli vi domitum poterat, tantum certamen animis imbiberant. Segniter, otiose, negligenter, contumaciter omnia agere. nec pudor, nec metus coercebat. Si citius agi vellet agmen, tardius fedulo incedere: si adhortator operis adesset, omnes fua ipsorum memores, oblivione industriam. præsenti vultus demittere, tacite prætereuntem execrari: ut invictus ille odio plebeio animus, interdum moveretur. Omni nequicquam acerbitate prompta nihil jam cum militibus agere: à centurionibus corruptum exercitum dicere: tribunos plebis cavillans interdum, & Volscrones vocare.

Cap. LIX. Nihil eorum Volsci nesciebant, instabantque eo magis, speranres idem certamen animorum adversus Appium habiturum exercitum Romanum, quod adversus Fabium consulem habuisset. Certum multo Appio quam Fabio violentior fuit. Non enim vincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus, fed vinci voluit. Productus in aciem, turpi fuga petit cattra, nec ante restitit, quam signa inferentem Volscum minimeris vidit, fœdamque extremi agminis cædem. Tum expressa vis ad pugnandum, ut victor jam à vallo submoverure hostis: fatis tamen apparerer, casi tantum cattra militem Romanum noluisse. alii gaudere fua clade atque ignominia. Quibus nihil infractus ferox Appii animus, quum intuper lævire vellet concionemque advocaret; concurrunt ad eum legati tribunique, monentes, ne utique experiri vellet imperium, cujus vis omnis in consensu obedientium esset. Negare vulgo militres se ad concionem iturus: passimque exaudiri voces potituntium, ut cassa ex Volsco agro moveantur. Hostem victorem paulo ante prope in Portis ac vallo fuisse; ingentisque mali non fubjicionem modo, sed apertam speciem obversari ante oculos. Victus tandem (quandoquidem nihil pra ter

tempus noxæ lucrarentur) remissa concione, iter in sequentem diem pronunciari quum justisset, prima luce pacifico signum profectionis edidit. Quum maxime agmen è castris explicaretur, Volsci, ut eodem signo excitati, noviſimos adoriuntur. A quibus perlatus ad primos tumultus, eo pavore signaque & ordines turbavit, ut neque imperia exaudiri, neque justui acies poſſent, nemo ullius niſi fugæ memor. Ita ex una agmine per ſtragem corporum armorumque evaſere, ut prius hoſtis deuſſeret ſequi, quam Romanus fugere. Tandem collectis ex diſſipato curſu militibus, conſul quum revocando nequicquam ſuos perfecutus eſſet, in pacato agro caſtra jubſit ædificari. Ea quoque concione, invictus haud falſo in prodirorem exercitum militaris diſciplinæ, deſertorum ſignorum; ubi ſigna, ubi arma eſſent, ſingulos rogitans, inermes milites, ſigno amiſſo ſigniferos; ad hoc centuriones duplicari eſſe, qui reliquerant ordines, virgis cæſos ſecuri percuſſit. cætera multitudo fortie decimus quiſque ad ſupplicium lecti.

Cap. LX. Contra ea, in Æquis inter conſulem ac militem, comitate ac beneficiis certatum eſt. & natura Quinctius erat facilior ad largiendum, & lævida infelix collega, quo is magis gnuderet ingenio ſuo, effecerat. Huic tantæ concordiæ ducis exercituſque non auſi offerre ſe Æqui; vagari populabundum hoſtem per agros paſſi. Nec ullo ante bello latius inde actæ prædæ, omnibus militi datæ eſt. Addebantur & laudes, quibus haud minus quam præmio gaudent militum animi. Tum duci, tum propter ducem Patribus quoque placatior exercitus redit; ſibi parentem, alteri exercitui dominum datum ab ſenatu, memorans. Varia fortuna belli, arreci diſcordia domi fortisque animum exercitum, iniſignem maxime comitia tributa efficiunt. Res major victoria ſuſcepti certaminis quam uſu. plus enim dignitatis comitiis ipſis derractum eſt, Patribus ex concilio ſubmovendis, quam virium aut plebi additum, aut ademptum Patribus.

Cap. LXI. Tubulentior inde annus excepit. L. Valerio, Tiberio Æmilio Conſulibus, tum propter certamina ordinum de lege agraria: tum propter judicium Ap. Claudii. cui acerrimo adverſario legis cauſſamque poſtulanti, pulſatis tribunis tanquam tertio conſuli, ſuſtinenti, M. Duilius & C. Sicinius diem dixere. Nunquam ante tam inviſus plebi reus ad judicium vocatus populi eſt: plenus ſuarum, plenus paternarum irarum. Patres quoque non temere pro ullo æque annixi ſunt: propugnatorem ſenatus, majeſtatiſque vindicem ſuæ, ad omnes tribunicios plebeiſque oppoſitum tumultus, modum duntaxat in certamine egreſſum, objici iratæ plebi. Unus è Patribus, Iſe Ap. Claudius, & tribunos & plebem & ſium judicium pro nihilo habebat. Illum non minæ plebis, non ſenatus preces perpellere unquam potuere, non modo ut veſtem mutaret, aut ſupplex prenſaret homines; ſed ne ut ex conſueta quidem alperitate orationis (quum ad populum agenda cauſſa eſſet) aliquid lenire atque ſimmiteret. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione ſpiritus erat: adeo ut magna pars plebis Appium non minus reum timeret, quam conſulem timuerat. Semel cauſſam dixit, quo ſemper agere omnia ſolitus erat, accuſatorio ſpiritu, adeoque contantia ſua & tribunos obſtupefecit & plebem, ut diem ipſi ſua voluntate prodicerent: trahi deinde rem ſine rent. Haud ita multum interim temporis fuit. ante tamen quam prodicta dies veniret, morbo moriturcujus ſpirationem cum tribuni plebis impedire conarentur: plebs fraudari ſolenni honore ſupremum diem tanti viri noluit: & laudationem tam æquis auribus mortui audivit, quam vivi accuſationem audierat: & exequias frequens celebravit.

Cap. LXII. Eodem anno Valerius conſul, cum exercitu in Æquos profectus, quum hoſtem ad prœlium elicere non poſſet, caſtra oppugnare eſt adortus. Prohibuit fœda tempeſtas, cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta. Admirationem deinde auxit, nigno repenti dato adeo tranquilla ſerenitas reddita: ut velut numine aliquo defenſa caſtra oppugnare iterum, religio fuerit. omnis ita belli ad populationem agri vertit. Alter conſul Æmilius in Sabinis bellum gelit. & ibi, quia hoſtis mœnibus ſe tenebat, nihil agri ſunt. Incendiis deinde, non villarum modo, ſed etiam vicorum, quibus frequenter habitabatur, Sabini exciti, quum prædatoribus occurriſſent, ancipiti prœlio digreſſi, poſtero die retulere caſtra in tutiora loca. Id fatis conſuli videbatur, cur pro victo relinqueret hoſtem; integro inde decedens bello.

Cap. LXIII. Inter hæc bella, manente diſcordia domi, T. Numicius Priſcus, A. Virginius, conſules facti. Non ultra videbatur latura plebes dilationem agrariæ legis, ultimaque vis parabatur, quum Volſcos adeſſe, fumo ex incendiis villarum fugaque agreſtium cognitum eſt. ea res materiam jam ſeditionem, prope erumpentem repreſſit. Conſules coacti exemplo ab ſenatu ad bellum; educta ex urbe juventute tranquilliorem cæteram plebem fecerunt.

Et hostes quidem nihil aliud quam per fas vano timore Romanis, citato agmine adeunt. Numicius Antium ad ipsos Volscos, Virginius contra Æquos profectus. ibi ex insidiis prope magna accepta clade, virtus militum, rem prolapsam neglegentia consulis, restituit. Melius in Volscis imperatum est. Fuit primo prælio hostes, fugaque in urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti. quam consul oppugnare non ausus, Cenomen aliud oppidum, nequaquam tam opulentum, ab Antiatibus cepit. Dum Æqui Volscique Romanos exercitus tenent, Sabini usque ad portas urbis populantes incedere. deinde hos paucis post diebus à duobus exercitibus, utroque per fram consule ingresso in fines, plus cladium quam intulerant, acceperunt.

Cap. LXIV. Extremo anno pacis aliquid fuit: sed ut semper alias sollicitæ, certamine Patrum & plebis, inter vides interesse centuriatis comitiis noluit. per Patres clientesque Patrum consules creati, T. Quintius, Q. Servilius. finitem annum priori consules habent, sedition initia, bello deinde externo tranquilla. Sabini Crustuminos campos citato agmine transgressi, quum cædes & incendia circum Anienem flumen fecissent, à porta prope Collina mœnibusque pulsi, ingentes tamen prædas hominum pecorumque egere. quos Servilius consul infesto exercitu insecutus, ipsum quidem agmen adhuc equis locis non potuit: populatorem adeo effuse fecit, ut nihil bello intactum relinqueret, multiplicique capta præda rediret. Et in Volscis respublica egregie gesta, rum ducis tum militum opera. Primum æquo campo signis collatis pugnatum, legenti cede utrinque plurimo sanguine, & Romani, quia paucitas damno sentiendo propior erat, gradum retulissent, ni tribuni mandacio consul, fugere hostes ab cornu altero clamitans, concitasset aciem. imperu facto, dum se putant vincere, vicere. Consul meritos, ne nimis initando renovaret certamen, signum receptui dedit. Intercesere pauci dies, velut tacitis inducis utrinque quiete sumpta: per quos ingens vis hominum ex omnibus Volscis Æquisque populis in castra venit: haud dubitans, si tentarint, Romanos nocte abituros. Itaque tertia fere vigilia ad castra oppugnanda veniunt. Quintius sedato tumultu, quem terror subitus excleverat, quum manere in tentoriis quietum militem jussisset, Hernicorum cohortem in stationem educit: cornicines tubicinesque in equis impositos, canere ante vallum jubet, sollicitumque hostem ad lucem tenere. reliquum noctis adeo tranquilla omnia in castris fuere, ut somni quoque Romanis copia esset. Volsca species animum, pedirum, inter & plures esse, & Romanos putabant, fremitus hinnitusque equorum, qui & insueto sedente equite, & insuper aures agitante lentu, sæviebant, intentos velut ad impetum hostium tenuit.

Cap. LXV. Ubi illuxit, Romanus iam ager patratusque sonno, productus in aciem; fessum stando & vigiliis Volscum primo impetu perculit. quamquam cessere magis, quam pulsi hostes sunt: quia abire eo erant clivi, in quos poti principia integris ordinibus rursus receptus fuit. Consul, ubi ad antiquum locum ventum est, sistit aciem. miles ægre teneri, clamare & poscere, ut perculsis instare liceat. Ferocius agunt equites circumfusi duci: vociferantur se aurae signa ituros. Dum cunctatur consul virtute militum frenus, loco parum cretis; conantur se irumpere: clamoremque res est secuta. Fissis in terram pilis, quo leviores in ardua evaderent, cursu subeunt. Volscus effusis ad primum impetum missilibus telis, saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes, turbatosque ictibus credris urget ex superiore loco. fic prope oneratum est finistrum Romanis cornu, ni referentibus jam gradum, consul increpando simul temeritatem, simul ignaviam, pudore metum excussisset. Restituere primo obstinatis animis: deinde, ut in obtinentes locum vires ferebant, audent ultro gradum inferre; & clamore renovato commovent aciem. tum rursus impetu capto enituntur atque exsuperant iniquitatem loci. Jam prope erat ut in summum clivi jugum evaderent, quum terga hostes dedere: effusoque cursu pene agmine uno fugientes frequentesque castris incidere. In eo pavore castra capiuntur. qui Volscorum effugere potuerunt, Antium petunt. Antium & Romanus exercitus ductus: paucos circumsessum dies dedit, nulla oppugnantium nova vi; sed quod jam inde ab initio lici pugna, castrisque amissis cecederant animi.

EPI-

EPITOME

LIBRI III.

Editiones de agrariis legibus factæ. Capitolium ab exulibus & servis occupatum, cæsis iis receptum est. Consules bis creati, priore lustro censa civium capita, centum quatuor & viginti millia ducenta quadraginta octo. Quum adversus Æquos res male gesta esset, L. Quintius Cincinnatus dictator factus, quum rure intentus rustico operi esset, ad id bellum gerendum arcessitus est. Is victos hostes sub jugum misit. Tribunorum plebis numerus ampliatus est: ut essent decem, triginto sexto anno a primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis Atticis legibus, ad comitiales eas proponendasque decemviri pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati, altero & tricentesimo anno, quam Roma condita erat: & ut a regibus ad consules, ita a consulibus ad decemviros translatum imperium. Ii decem tabulis legum positis, quum modeste se in eo honore gessissent, & ob id in alterum quoque annum eundem esse magistratum placuisset, duabus tabulis ad decem adjectis, quum complura impotenter fecissent, magistratum noluerunt deponere, & in tertium annum retinuerunt: donec invicto eorum imperio finem attulit libido Ap. Claudii. Qui quum in amorem virginis incidisset, submisso, qui eam in servitutem peteret, necessitatem patri ejus Virginio imposuit, rapto ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret, cum aliter eam vueri non posset, ne in potestatem stuprum illaturi veniret. Hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs incitata, montem Aventinum occupavit: coegitque decemviros abdicare se magistratu. ex quibus Appius, & unus collegarum, qui præcipue pænam meruerant, in carcerem conjecti, cæteri in exilium acti. Res præterea contra Sabinos, & Volscos, & Æquos bene gestas continet. & post consulum populi Romani judicium: qui judex inter Ardeates & Aricinos sumtus, agrum de quo ambigebatur, sibi adjudicavit.

CAPUT I.

ANTIO capto Tib. Æmilius & Q. Fabius consules fiunt. Hic erat Fabius Quintus, qui unus exilinctæ ad Cremeram genti superfuerat. Jam priore consulatu Æmilius dandi agri plebi fuerat auctor. Itaque secundo quoque consulatu ejus, & agrarii ferè in ipsem legis exercrant: & tribuni, rem contra consules spe tentatam, adjutore utique consule, obtineri posse rati, fiduciunt: & consul manebat in sententia sua. Possessores & magna pars Patrum, tribuniciis se jacta ea actionibus principem civitatis, & largendo de alieno popularem fieri querentes, totius invidiam rei à tribunis in consulem avertant. Atrox certamen aderat, ni Fabius consilio neutri parti acerbo rem expediisset. T. Quintii ductu & auspicio agri capti priore anno aliquantum à Volscis esse. Antium propinquum, opportunum, & maritimam urbem, coloniam deduci posse: ita sine querelis possessorum plebem in agros ituram, civitatem in concordia fore. Hæc sententia accepta est. Triumviros agro dando creat T. Quintium, A. Virginium, F. Furium. Jusi nomina dare, qui agrum accipere vellent. Fecit statim (ut fit) falsidium copia; adeoque pauci nomina dederunt, ut ad explendum numerum coloni Volsci adderentur: cætera multitudo poscere Romæ agrum malle, quam alibi accipere. Æqui Q. Fabio (is eo cum exercitu venerat) pacem petiere, irritamque eam ipsi subita incursione in agrum Latinum fecere.

Cap. I. Q. Servilius insequenti anno (is eum cum Sp. Postumio consul fuit) in Æquos missus, in Latino agro statiua habuit. inra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit. Extractum in tertium annum bellum est, Q. Fabio & T. Quintio consulibus. Fabio extra ordinem, quia is victor pacem Æquis dederat, ea provincia data. qui haud dubia spe profectus, famam nominis sui pacaturam Æquos, legatos in concilium gentis missos nunciare jussit, Q. Fabium Cos. dicere, se ex Æquis pacem Romam tulisse, ab Roma Æquis bellum afferre, eadem dextra armata, quam pacatam illis antea dederat. quorum id perfidia & perjurio fiat, Deos nunc, testes esse, mox fore ultores. Se tamen, ut cumque sit, etiam nunc, pœnitere sua fronte Æquos, quam pati hostilia, malle. Si pœnitet, tutum receptum ad expertam clementiam fore: sin pertinacia

audeant, Dii magis iratis quam hostio ut gesturos bellum. Haec dicta adeo nihil moverunt quemquam, ut legati prope violati sint; exercitusque in Algidum adversus Romanos missus. Quae ubi Romam sunt nuncia, indignitas rei magis quam periculum, consulem alterum ab urbe excivit. ita duo consulares exercitus ad hostem accessere, acie instructa, ut consilium diuicarent. Sed quum forte haud multum diei superesset, unus ab ratione hostium exclamat: *Cessantare hoc est, Romani, non cerere diutius, in nostrum imminentem aciem intuentis. longiore luce ad id certamen quod instat, nobis opus est. Crastino die orienti sole redite in aciem: erit copia pugnandi ne timete.* His vocibus irritatus miles in diem posterum in castra reducitur, longam venire noctem ratus, quae mortalium certamini faceret. Tum quidem cura pora cibo somnoque curant, ubi illuxit postero die, prior aliquanto consistit Romana acies; tandem & Aequi procedere. Praelium fuit ultrinque vehemens, quod & Romanus ira odioque pugnabat; & Aequos confidentia contracti nuper periculi, & desperatio futurae tibi postea fidei, ultima audere & experiri cogebat. Non tamen sustinuere aciem Romanam Aequi: pulsique quum in ines suos se recepissent, nihilo inclinatioribus ad pacem animis ferox multitudo increpare duces, quod in acie, qua pugnandi arte Romanus excellat, commissa res sit. Aequos populari lonibus incursionibusque meliores esse, se multas passim manus, quam magnam molem unius exercitus rectius bello gerere.

Cap. III. Sollicito itaque castris praesidio, egressi tanto cum tumultu invasere fines Romanos, ut ad urbem quoque terrorem perrulerint. necopinata etiam res plus trepidationis fecit, quod nihil minus quam ne victus, ac prope in castris obsessus hostis, memor populationis esset, timeri poterat. agrestesque pavidi incidentes portis non populationem, nec praedonum parvas manus, sed omnia vano augentes timore, exercitus & legiones adesse hostium, & infesto agmine ruere ad urbem, clamabant. Ab his proximi audita incerta, eoque vaniora, ferre ad alios. cursus clamorque vocantium ad arma, haud multum à pavore captae urbis abesse. Forte ab Algido Quintius consul rediebat Romam: id remedium timori fuit. tumultuque sedato, victos timeri increpans hostes, praesidia portis imposuit. Vocato deinde senatu, quum ex auctoritate Patrum justitio indicto profectus ad turandos fines esset, Q. Servilio praefecto urbis relicto, hostem in agro non invenit. Ab altero consule res gesta egregie erat. qui qua venturum hostem fecebat, gravem praeda, eoque impeditiore agmine incedentem aggressus, finesque ei populationem fecit. Pauci hostium evadere ex insidiis: praeda omnis recepta est. ita nunc justitio quod quaerendum fuit, reditus Quintii consulis in urbem fecit. Genius deinde actus, & conditum à Quintio lustrum. censa civium capita centum quatuor & viginti millia ducenta quindecim dicuntur; prater orbos orbasque. In Aequis nihil deinde memorabile actum. in oppida sua fe recepere, unde ira populatique pulsi. Consul, quum aliquoties per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset, cum ingenti laude praedaque Romam redit.

Cap. IV. Consules inde A. Postumius Albus, Sp. Furius Fusus. Furore Fusus scripsere quidam. id admonere ne quis nominationem virorum ipsorum esse, quae nonimum est, putet. Haud dubium erat, quin cum Aequis alter consulum bellum gereret. Itaque Aequi ab Ecetranis Volscis praesidium petiere, quo cupide oblato (adeo divitiarum & perpetuo in Romanos odio erant) bellum summa vi parabatur. Sentiunt Hernici, & praedicunt Romanis, Ecetranum ad Aequos defecisse. suspecta & colonia Antium fuit, quod magna vis hominum inde, quum oppidum caperum esset, confugisset ad Aequos. itque miles per bellum Aequicum vel acerrimus fuit. Consumptis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapsa quum Antium rediisset, sua sponte jam inimos colonos Romanis abalienavit. Nec dum matura re, quum defectionem parari delarum ad fenatum esset, datum negotium est consulibus, ut principium coniae Romam excitis, quaererent, quidnam rei esset. qui quum haud gravate venissent, introducti à consulibus ad senatum, ita respondenunt ad interrogata, ut magis suspecti quam venerant, dimitterentur. Bellum inde haud dubium haberi. Sp. Furius consulum alter ad ea provincia evenerat, profectus in Aequos, Hernicorum in agro populabundum hostem invenit: ignarusque multitudinis, quia nusquam universa conspecta fuerat, imparem coplis exercitum temere pugnae committit. primo concursu pulsus & in castra recepit. neque is finis periculi fuit, namque & proxima nocte & postero die tanta vi castra sunt circumsessa atque oppugnata, ut ne nuncius quidem inde mitti Romam posset. Hernici & male pugnatum, & consulem exercitumque obsideri, nunciaverunt. tantumque terrorem incussere Patribus, ut (quae forma senatusconsulti ultimae semper necessitatis habita est) Postumio alteri consulum negotium daretur, Videret

ret ne quid resipubl. decrimenti caperet. Ipsum consulem Romæ manere ad conscribendos omnes qui arma ferre possent, optimum visum est: proficisci T. Quintium subsidio castris cum sociali exercitu mitti. ad eum explendum Larini Hernicique, & celonia Antium dare Quintio subsidiarios milites (ita rum repentina auxilia appellabant) jussi.

Cap. V. Multi per eos dies mortus, multique impetus hinc atque illinc facti, quia superante multitudine hostes carpere multifariam vires Romanas, ut non sustecturas ad omnia, aggressi sunt. simul castra oppugnabantur, simul pars exercitus ad populandum agrum Romanum missa; urbemque ipsam, si qua fortuna daret, petrandam. L. Valerius ad prædium urbis relictus, consul Postumius ad arcendas populationes finium missus. Nihil remissum ab ulla parte curæ aut laboris. vigiliæ in urbe, stationes ante portas, præsidiaque in muris dispositæ: & (quod nescisse prius fas erat) nunquam justitium per aliquot dies servatum. Interim in castris Furius Cos. quum primo quietus obsidionem passus esset, in incautum hostem decumana porta erupit: & quum perjequi posset, metu subsitit, ne qua ex parte altera in castra vis fieret. simultatis quum (fraterne idem consulis erat) longius extulit cursus: nec suos ille redeuntes persequendi studio, neque hostium ab tergo incursum vidit. ita exclusus, multis sæpe fruftra conatibus captis, ut viam sibi ad castra faceret, acrior dimicans, cecidit. Et consulis quidem animum, ut patris conversus ad pugnam, dum se temere magis quam satis caute in medium dimicationem infert, vulnere accepto, agre ab circumstantibus ereptus, & suorum animos turbavit, & ferociores hostes fecit. qui cæde legati, & consulis vulnere accensi, nulla deinde vi sustineri potuere, quum compulsi in castra Romani rursus obsiderentur, nec spe, nec viribus pares, veniserque in periculum summa rerum, ni T. Quintius peregrinis copiis cum Latino Hernicoque exercitu subvenisset. Is intentos in castra Romana Æquos, legatique eorum ferociter ostentantes, ab tergo adortus, simul ad signum a se procul editum ex castris eruptione facta, magnam vim hostium circumvenit. Minor cædes, fuga effusior Æquorum in agro fuit Romano. in quos palatos, prædam agentes, Postumius aliquot locis quibus opportuna impotiebat prædida, impetum dedit. ii vagi diffipato agmine fugientes, in Quintium victorem cum saucio consule revertentem incidere. Tum consularis exercitus egregia pugna consulis vulnus, legati & cohortium ultus est cædem, magnaque clades ultro citroque illis diebus & illatæ & acceptæ. Difficile ad fidem est in tam antiqua re, quot pugnaverint, ceciderintve, exacto admodum numero: audet tamen Antias Valerius concipere summas: Romanos cecidisse in Hernico agro quinque millia ac trecentos: ex prædatoribus Æquorum, qui populabundi in finibus Romanis vagabantur, ab A. Postumio consule duo millia quadringentos cæsos: cæterum multitudinem prædam agentem quæ incideret in Quintium, nequaquam pari defunctam esse cæde. interfecta inde quatuor millia, & exsequendo subtiliter numerum cc ait & xxx. Inde Romam reditum est: justitium remissum. Cœlum visum est ardere plurimo igni: portentaque alia obversata oculis, aut vanas exterritis ostentavere species. His avertendis terroribus in triduum feriæ indictæ, per quas omnia delubra pacem Deûm exposcentium virorum mulierumque turba implebantur. Cohortes inde Latinæ Hernicæque ab senatu, gratis ob impigram militiam actis, remissæ domos. Antiates mille milites, quia serum auxilium post prœlium venerat, prope cum ignominia dimisit.

Cap. VI. Comitia inde habita, creati consules L. Æbutius, P. Servilius, Kalendis Sextilibus, ut tunc principium anni agebatur, consulatus ineunt. Grave tempus & forte annus pestilens erat urbi agrisque, nec hominibus magis quam pecori. & auxere vim morbi terrore populationis pecoribus agrestibusque in urbem acceptis. Ea colluvio miscorum omnis generis animantium, & odore insolito urbanos & agrestem conferrum in arcta tecta æstu ac vigiliis angebat, ministeriaque invicem ac contagio ipsa vulgabat morbos. Vix intantes sustinentibus clades, repente legati Hernici nunciant, in agro suo Æquos Volscosque conjunctis copiis castra posuisse. Inde ingenti exercitu fines suos depopulari. Præterquam quod infrequens senatus indicio erat focilis afflictam civitatem pestilentia esse; mœstum etiam respondum rulere: ut per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tuarentur. Urbem Romanam subita Deûm ira morbo vastupulari. Si qua ejus mali quies veniat, ut anno ante, ut semper alias, focilis opem laturos. Discessere focii, protristi nuncio tristiorem domum referentes; quippe quibus per se sustinendum bellum erat, quod vix Romanis fulti viribus sustinuissent. Non diutius se in hiemico hostis continuit. pergit inde infestus in agros Romanos: etiam sine belli injuria vastatos. Ubi quum obvius nemo ne inermis quidem fieret, perque omnia non prædidis modo deserta, sed etiam cultu agresti. transiret; pervenere ad

tertium lapidem Gabina via. Mortuus Æburius erat Romanus consul. colligatam ejus Servilius exigua in ipe trahebat animam; affecti plerique principum, Patrum major pars, militaris fere ætas omnis: ut non modo ad expeditiones quas in tanto tumultu res poscebat, sed vix ad quietas stationes viribus sufficerent. Munus vigiliarum senatores, qui per ætatem ac valetudinem poterant, per se ipsi obibant: circuitio ac cura ædilium plebei erat, ad eos summa rerum ac majestas consilurii imperii venerat.

Cap. VII. Deserta omnia, sine capite, sine viribus. Dii præsides ac fortuna Urbis curata est, quæ Volsci Æquisque, prædonum potius mentem quam hostium dedit. adeo enim nulla spes non potiundo modo, sed ne adeundi quidem Romana mœnia animos eorum cepit: tectaque procul vista atque imminentes tecto tali averse mentes eorum: ut toris pestim castris fremitu orto; quid in vasto ac deserto ago inter tabem pecorum hominumque, detides fine præda remous rerarent: quum integra loca, latifundiam agrum, opimum copia, petere possent: signa repente convellunt: transversisque inseribus per Lavicanos agros in Tusculanos colles transirent. eo vis omnis tempestatisque belli conversa est. Interim Hernici Latinique, pudore etiam, non misericordia solum, moti, si nec obstitissent communibus hostibus, infesto agmine Romanam urbem petentibus, nec open ullam obsessis foeiis ferrunt, conjunctoexercitu Romam pergunt. Ubi quam hostes non inveniissent, secuti famam ac vestigia, obvii hunc defendentibus ab Tusculano in Albanam vallem. ibi haudquaquam æquo prælio pugnatum est: fidelisque sua fociis parum felix in præsentia fuit. Haud minor Romæ fit morbo strages, quam quanta ferro sociorum facta erat. consul qui unus supererat, moritur. mortui & alii clari viri, M. Valerius, T. Virginius Rutilus, augures; Ser. Sulpicius, Cnæo Maximus; & per ignominiam capita late evagata est vis morbi: inopsque senatus auxilii humani, ad Deos populum ac vota vertit. justi cum conjugibus ac liberis supplicatum ire, pacemque exposcere Deum. Ad id quod una quemque malo cogebant, auctoritate publica ea quæ omnia delubra implent, strātæ passim matres crinibus templa verrentes, veniam iratum cœlestium, finemque pesti exposcunt.

Cap. VIII. Inde paulatim, seu pace Deum impetrata, seu graviore tempore anni jam circumacto, defuncta morbis corpora salubriora esse incipere: verisque animis jam ad publicam curam, quum aliquot interregna exissent, P. Valerius Publicola, tertio die quam interregnum inierat, consules creat L. Lucretium Tricipitinum, & T. Veturium Geminum; five ille Veturius fuit. Ante diem tertium Idus Sextiles consulatum ineunt, jam satis valida civitate, ut non solum arcere bellum, sed ultro etiam inferre posset. Igitur nunciantibus Hernicis, in fines suos transcendisse hostes; impigre promiliun auxilium. duo consulares exercitus scripti. Veturius missus in Volscos ad bellum ultro inferendum. Tricipitinus populationibus arcendis locorum agro oppositus, non ultra quam in Hernicos procedit, Veturius primo prœlio hostes fundit fugatque. Lucretium, dum in Hernicis sedet, prædonum agmen fefellit, supra montes Prænestinos ductum, inde demissum in campos. Captaverare agros Prænestinum Gabinumque: ex Gabino in Tusculanos flexere colles. urbi quoque Romæ ingens præbitus terror, magis in re subita, quam quod ad arcendam vim parum virium esset. Q. Fabius præerat urbi. is armata juventute, dispositisque præsidiis, tuta omnia ac tranquilla fecit. Itaque hostes prædes ex prædatis locis captas, apprepinquare urbi non ausi, quum circumacto agmine redirent, quanto longius ab urbe hostium abiecederent, eo foluttore cura in Lucretium incidunt consulem, jam ante exploratis itineribus fuis instructum, & ad certamen intentum. Igitur præparatis animis, nequaquam pavore ex improviso adorti, aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt, fugantque. Sc conpulsos in cavas valles, quum exitus haud in facili essent, circumveniunt. Ibi Volscum nomen prope delegum est. tredecim millia quatuor ingentes hostium cecidisse in acie ac fuga, mille ducentos quinquaginta vivos captos, signa viginti septem militaria relata, in quibusdam annalibus invenio. ubi etsi adjectum aliquid numero fit, magna certe cædes fuit. Victor consul ingenti præda potitus, eadem in stativa redit. Tunc consulibus castra conjungunt: & Volsci Æquique afflictas vires suas in unum contulere. Tertia illa pugna eo anno fuit. eadem fortuna victoriam dedit. tuas hostibus etiam castra capta.

Cap. IX. Sic res Romana in antiquum florem redit: fecundaque belli res exemplo urbanos motus excitaverunt. C. Terentillus Arfa, tribunus plebis eo anno fuit. is consulibus absentibus rarus locum tribunicijs actionibus datum, per aliquot dies Patrum superbiam ad plebem criminatus; maxime in consulare imperium, tamquam nimium, nec tolerabile liberæ civitati. invehebatur: *nomine enim tantum minus invidiosum, re ipsa*

ipsa prope atrocius quam regium esse. Quippe duos pro uno dominos accepisse immoderata, infinita potestate: qui soluti atque effrenati ipsi, omnes metus legum omniaque supplicia verterent in plebem. Quae ne aeterna illis licentia sit, legem se promulgaturum, ut quisque cari creassent legiones de imperio consulari scribendo. Quod populus in se jus dederit, eo consulem usurum: non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros. Qua promulgata lege, quum timerent Patres, ne absentibus consulibus jugum acciperent, senatus a praefecto urbis Q. Fabio vocatur: qui adeo atrociter in rogationem latoremque ipsum est invectus, ut nihil, si ambo consules in effecti circumfarent tribunum, relictum minarum atque terroris fit: *insolentiam eum, & tempore capto adortum rempublicam. Si quem simulatum ejus prave ante hanc mortem bellumque, inter ipsi tribunum dedissent, non potuisse fisti. Mortuis duobus consulibus, jacente agro civitate in collusione omnium rerum, ad tollendum e republica consulare imperium laturum leges fuisse; datas Volsco Aequique ad oppugnandam urbem jussisse. Quid? tandem illi non licere, si quid consules superae in aliquem civium aut crudeliter fecerint, diem dicere: accusare his ipsis judicium, quorum in aliquem saevitum sit? Non illum consulare imperium, sed tribunicium postulatum invisum, intolerandamque facere: quum paucos in annos excitamque patribus de integro in civitate reliqui mala, neque illum se precari, quo minus pergat ut caperit. Vos*, inquit Fabius, *ceteri tribuni oramus, ut primum omnium cogitetis, postulatum istam ad singulorum auxilium, non ad perniciem universorum comparatam esse. tribunos plebis vos creatos, non hostes Patribus. Nobis miserum, invidiosum vobis est, defertam rempubl. invadi. non jus vestrum, sed invidiam minuerit is. Agite cum collega, ut non integram in adventum consulum differat. ne Aequi quidem Volsci, morbo absumpsis prius anno consulibus, crudeli superbaque nobis bello injiterve.* Agunt cum Terentillo tribuni, dilaraque in speciem actione, re ipsa fublata, consules exemplo arcebiti.

Cap. X. Lucretius cum ingenti praeda, majore multo gloria redit. & auget gloriam adventus, expolita omni in Campo Martio praeda, ut suum quisque per tridtum cognium adduceret. reliqua vendita, quibus domini non exitirere. Debebatur omnium consensu consuli triumphus: fed diiata res est, tribunc de lege agente: id antequam consuli fuit. Jactata per aliquot dies tum in senatu res, tum ad populum est, cessit ad ultimum majestati consulis tribunus, & destitit. Tum imperatori exercituique honos suus redditus. Triumphavit de Volsci Aequisque: triumphantem secutae suae legiones. alteri consuli datum, ut ovans sine militibus urbem iniret. Anno deinde sequenti lex Terentilla ab toto relata collegio, nova aggressa consules est. erant consules P. Volumnius, Ser. Sulpicius. Eo anno coelum ardere vitum; terra ingenti concussa motu est. bovem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum. inter alia prodigia & carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur. quod intercidit, sparsum ita jaciisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret. Libri per duumviros sacrorum adiri: pericula a conventu alienigenarum praedicta, ne qui in loca summa urbis imperus caedesque inde fierent. inter cetera monitum, ne seditionibus abstineretur. Id factum ad impediendam legem tribuni criminabantur, ingeniique aderat certamen. Ecce (ut idem in singulos annos orbis volveretur) Hernici nunciant, Volsces & Aequos, esti acciae res sint, renecre exercitus: Antii summam rei potitam: Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere. Id caput, eas vires belli esse. Ut haec dicta in senatu sunt, delectus indicitur: consules belli administrationem inter se dispartiri jussi; alteri ut Volsci, alteri ut Aequi provincia esset. Tribuni coram in foro perfonare, *Fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos, jam ne virtute quidem primi libertatem populi Romani, sed arte eludi. quia occidione prope occisos Volscos, & Aequos movere sua sponte arma posse, id fides abierit; novos hostes quaeri. coloniam hanc, propinquam, infamem heri. bellum immissis Antiatibus indici: geri cum plebe Romana. quam onerataam annis eo urbe hoc capiti agunt. ne actum esset; exilio & relegatione civium ulci esse centes tribunos. Sic, ne quid aliud actum putent, victam legem esse; nisi dum, dum togati sint, cavent, ne possessione urbis pellantur, ne jugum accipiant. Si animos sit, non adesse auxilium. conjurare omnes tribunos. nullum terrorem coercendum, nullum periculum esse. Cavisse Deos priore anno, ut tuto libertas vindicari posset.*

Cap. XI. Haec tribuni. At ex parte altera consules in conspectu eorum, potiris fellis, delectum habebant. eo decurrunt tribuni concionemque secum trahunt. circari pauci; velut rei experiundae causa, & statim vis coorta. Quae neuque libet justis consulis prehendisset, tribunus reicti

jube-

jubebat, neque suum cuique jus modum faciebat, sed virium ipse & manu obtinendum erat quod intenderes. Quo nadmodum fe tribuni gestiffent in prohibendo delectu, sic patres in lege, quae per omnes comitiales dies ferebatur, impedienda, gerebant. Initium erat rixae, quum discedere populum jussissent tribuni, quod patres se summoveri haud tinebant. nec fere feniores rei intererant; quippe quae non consilio regenda, sed permissa temeritati audaciaeque esset. Multum & consules se abstinebant, ne cui in colluvionem rerum majestatem suam contumeliae offerrent. Caeso erat Quintius, ferox juvenis, qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine ac viribus. ad ea munera data a Diis, & ipse additerat multa belli decora, facundiamque in foro; non nemo, non lingua, non manu promptior, in civitate habebatur. Hic quum in medio Patrum agmine constitisset, eminens inter allos, velut omnes dictaturas consulatusque gerens in voce ac viribus suis, unus imperus tribunicios popularesque procellas sustinebat. Hoc duce saepe pulsi foro tribuni, fuga ac fugata plebs est, qui obvius fuerat, mulcatus audaciaque abibat: ut satis appareret, si sic agi liceret, victam legem esse. Tum prope jam perculsis aliis tribunis, A. Virginius, ex collegio unus, Caesoni capitis diem dicit. atrox ingenium accenderat eo facto magis, quam conterruerat: eo acrius obstare legi, agitare plebem, tribunos velut jubo perfequi bello. Accusator pari reum ruere, invidiaeque flammam ac materiam criminibus suis suggerere: legem interim non tam ad Ipem perferendi, quam ad laceffendam Caesonis temeritatem ferre. Ibi multa saepe ab juventute inconsulte dicta factaque, in unius Caesonis suspectum incidunt ingenium: tamen legi resistebatur. Et A. Virginius identidem plebi: *Ecquid, inquid, sentitis, jam vos, Quirites, Caesonem sinul civem ac legem quam capitis habere no posse? Quanquam quid ego legem loquor? libertati obstat, omnes Tarquinios superbia exsuperat. Ea pectora dum consuli aut dictatur stat, quam privatum viribus & audacia regnantem videtis.* Assentiebantur multi, pulsatos se querentes; & tribunum ad rem peragendam ultro incitabant.

Cap. XII. Jam aderat judicio dies, apparebatque vulgo homines in damnatione Caesonis libertatem agi credere. rum demum coactus cum multa indignitate prentabat singulos. sequebantur necessarii, principes civitatis. T. Quintius Capitolinus, qui ter consul fuerat, quum multa referret sua familiaque decora, affirmabat: *Neque in Quintia gente, neque in civitate Romana tantam indolem tam maturae virtutis unquam extitisse. Suum primum militem fuisse, se saepe vidente pugnasse in hostem.* Sp. Furius, *missum ab Servilio Capitolino sibi cum in aubis suis rebus vensitis subsidio. meminisse unum esse, cujus nulla opera pauet rempublicam restituram.* L. Lucretius Cos. anni prioris, recenti gloria nitens, suas laudes participare cum Caesone, memorare pugnas, referre egregia facinora, nunc in expeditionibus, nunc in acie: suadere & monere, *juvenem verecundum, infractum naturae fortunaeque omnibus bonis maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcunque venisset, suum quam alienum mallent civem esse. Quod offendat in eo, fervorem & audaciam, aetatem quotidie auferre, quod defideretur consilium, id tempus afferre. Verecundiam facilis, maturescente virtute, fineremt tantum virum finem in civitate fieri.* Pater inter hos L. Quintius, cui Cincinnato cognomen erat, non iterando laudes, ne cumularet invidiam, sed veniam erroris, atque adolescentiae petendo, filii, quod non dicto, non facto quemquam offendisset, ut condonarent filium, orabat. Sed alii averiabantur preces, aut verecundia, aut metu: alii se fuoque mulcatos querentes, atroci responso judicium fium praeferebant.

Cap. XIII. Premebat reum, praeter vulgatam invidiam, crimen unum; quod M. Volscius Fictor, qui ante aliquot annos tribunus plebis fuerat, textis exstiterat, *Se haud multo post quam pestilentia in urbe fuerat, in juventutem grassantem in Sabina incidisse, ibi vixam natam esse, fraternoque fuum nomine natu, nec dum ex morbo satis valiaum, pugno idum à Caesone cecidisse fe-minimem. Inter manus eorum ablatum, mortuumque inde arbitrari, nec sibi rem exequi tam atrocem per consules superiorum annorum licuisse.* Haec Volscio clamitante, adeo concitari homines sunt, ut haud multum abfuerit, quin imperu populi Caeso interiret. Virginius arripi jubet hominem & in vincula duci. patricii vi contra vim resistunt. T. Quintius clamitat. *Cui rei capitalis dies dicta sit, & de quo futurum propediem judicium, eum indemnatum judicia coactum non debere fieri.* Tribunus *supplicium negat sumpturum se de indemnato; servaturum tamen in vinculis esse ad judicii diem. ut qui hominem necavorit, de eo supplicii sumendi copia populo Romano fat.* Appellari tribuni medio decreto jus auxilii jul expediunt: in vincula conjici vetant: filii reum, pecuniamque, nisi litatur, populo promitti, placere

placere pronunciant. Summam pecuniæ quantam æquum esset promitti, veniebat in dubium: id ad tenuem reiciunt. Reus, dum consulerentur Patres, retentus in publico est. Vades dare placuit. unum vadem tribus millibus æris obligarunt. quot darentur, permissum tribunis est. decem finierunt. tot vadibus accusator vadatus est reum. His primus vades publicos dedit. demissus è foro, nocte proxima, in Tuscos in exilium abiit. Judicii die quum excusaretur solum veritæ exilii causa, nihilominus Virginio comitia habente, collegæ appellari dimittere consilium: pecunia à patre exacta trudeliter, ut divenditis omnibus bonis, aliquandiu trans Tiberim, veluti relegatus, in devio quodam rugurio viveret.

Cap. XIV. Hoc judicium, & promulgata lex exercuit civitatem, ab externis armis otium fuit. Quum, velut victores tribuni, perculsis Patribus Cæsonis exilio prope perlatam esse crederent legem, & quod ad seniores Patrum pertineret, cessisset potestatione reipublicæ; quæ maxime quod Cæsonis fodalium fuit, auxere iras in plebem, non minuerunt animos. sed ibi plurimum profectum est, quod modo quodam temperavere imperus suos. Quum primo post Cæsonis exilium lex cœpta ferri est, instructi paratique eorum legenti clientium exercitus: tribunos, ubi primum summoventes præbuere causam, adorti sunt, ut nemo unus inde præcipuum quicquam gloriæ domum invidiæve ferret; mille pro uno Cæsones extitisse, plebes quereretur. Mediis diebus, quibus tribuni de lege non agerent, nihil à civibus illis placidius aut quietius erat. benigne salutare, alloqui plebis homines, domum invitare, adesse in foro, tribunos ipsos cætera pati sine interpellatione concilia habere: nunquam ulli neque publice, neque privatim truces esse, nisi quum de lege agi cœptum esset. Alibi populares fuventus erat, nec cætera modo tribuni tranquille peregere; sed refecti quoque in insequentem annum, ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paulatim permulcendo tractandoque manfuefecerant plebem. His per totum annum artibus lex elusa est.

Cap. XV. Accipiunt civitatem placidiorem consules C. Claudius Aopii filius, & P. Valerius Publicola. Nihil novi novus annus attulerat. legis ferendæ aut accipiendæ cura civitatem tenebat. Quantum juniores Patrum plebi se magis insinuabant, eo acrius contra tribuni tendebant, ut plebi suspectos eos criminando facerent. *Conjurationem fictam, Cæsonem Romæ esse: interficiendorum tribunorum, trucidandæ plebis consilia inita. Id negotii datum ab senioribus Patrum, ut juventus trium nocturn potestatem reipublicæ tolleret, formaque eadem civitatis esset, qua ante Sacrum montem occupatum fuerat.* Et ab Volscis & Æquis statum jam ac prope solenne in singulos annos bellum timebatur: propiusque aliud novum malum, nec opinato exortum. Exules, servique ad quatuor millia hominum, & quingenti, duce Ap. Herdonio Sabino, nocte Capitolium, atque arcem occupavere. Confestim in arce facta cædes eorum, qui conjurare & simul capere arma noluerant. alii inter tumultum præcipites pavore in forum devolant. alternæ voces, *Ad arma & Hostes in urbe sunt*, audiebantur. Consules & armare plebem, & intermem pari timebant. Incerti, quod malum repentinum, externum an intestinum, ab odio plebis, an ab servili fraude, urbem invasisset, sedabant tumultus, sedando interdum movebant. nec enim poterat pavida & confternata multitudo regi ratio. Dant tandem arma, non vulgo; tantum ut incerto hostе præsidium satis fidum ad omnia esset. Solliciti reliquum noctis incertique, qui homines, quantus numerus hostium esset, in stationibus disponendis ad opportuna omnis urbis loca, egere. Lux deinde asperuit bellum, ducemque belli. Servos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat, *Se misserimt cujusque suscepisse causam, ut exules injuria pulsos in patriam reduceret, & servitis grave jugum demeret. id malle populo Romano auctore fieri. Si ibi pax non sit, se Volscos, & Æquos, & omnia extrema tentaturum, & concitaturum.*

Cap. XVI. Dilucere res magis Patribus atque consulibus, præter ea ramen quæ denuntiabantur, ne Velentium neu Sabinorum id consilium esset, timere: & quum tantum in urbe hostium esset, nec quum Sabinæ Etruscæque legiones, ex compositо adesscnt, rum æterni hostes Volsci & Æqui, non ad populandos, ut ante, fines, sed ad urbem, ut ex parte captam, venirent. Multi & varii timores. Inter eos ne eminebat terror servilis, ne suus cuique domi hostis esset. cui nec credere, nec non credendo, ne insestior fieret, fidem abrogare, satis erat rutum. Vixque concordia sisti videbatur posse: tantum superantibus alliis ac emergentibus malis, metu tribunos ac plebem timebat. manfuerum id malum, & per aliorum quietem malorum semper exoriens, tumque esse peregrino terrore sopitum videbatur. Ad id prope unum maxime inclinatis rebus, incubuit: tantus enim tribunos furor tenuit, ut non bellum, sed vanam ima-

imaginem belli, ad avertendos ab legis cura plebis animos, Capitolium insidisse contenderent: patriciorum hostiles clientelæque, si peritata lege frustra tumultuatos esse se sentiant, majore quam venerint silentio abituros. Concilium inde legi peferendæ habere, avocato populo ab armis. Senatum interim coniules habent, alio se majore ab tribunis metu offendente, quam quem nocturnus hostis intulerat.

Cap. XVII. Postquam arma poni & discedere homines ab stationibus nunciatum est, P. Valerius, collega senatum retinente, se ex curia propripit, inde in templum ad tribunos venit: *Quid hoc rei est*, inquit, *tribuni? Ap. Herdonii Aucio & Appicio respublica, everfuri estis? Tam felix vobis corrumpendis fuit, qui servitia vestra non commovit auctor? Quum hostes supra caput sint, discedi ab armis, legesque ferri placet?* Inde ad multitudinem oratione versa: *Si vos urbis Quirites, si vestri nulla cura capit, at vos veremini Deos patrios ab hostibus captos. Jupiter optimus maximus, Juno regina, & Minerva, alii Dii Deæque obsidentur. castra servorum publicos vestros penates tenent. Hæc vobis forma sanæ civitatis videtur? Tantum hostium non intra muros est, sed in ipsa supra forum, curiamque: comitia interim in foro sunt: senatus in curia est: velut quum otium superat, senator sententiam dicit: alii Quirites suffragium ineunt. Non quicquid Patrum plebisque est, consules, tribunos, Deos hominesque omnes arma, tela, ferre, in Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Jovis optimi decuit? Romule pater, tu mentem tuam, qua quondam arcem ab his iisdem Sabinis auro quæsitam recepisti, da fixpi tuæ. jube hanc ingredi viam, quam tu duxti, quam tuus ingressus exercitus est. Primus en ego consul, quantum mortalis Deum possum, te, ac tua vestigia sequar.* Ultimum orationis fuit. *Se arma capere, vocare omnes Quirites ad arma. si quis impediat, jam se consularis imperii, jam tribunitiæ potestatis, sceleratumque hostem obtinum, quisquis ille sit, non unque sit, in Capitolio, in foro, pro hoste habiturum. Juberent tribuni, quondam Ap. Herdonium retarent. in P. Valerium consulem sumi arma. ausurum se in tribunis, quod princeps fasnitiæ suæ ausus in regibus esset.* Vim ultimam apparabat futuram spectaculoque feditionem Romanam hostibus fore. nec lex tamen ferri, nec ire in Capitolium consul potuit: nox certamina cœpta oppressit, tribuni cessere noctis, timentes consulum arma. Amotis inde feditionis auctoribus, Patres circumire plebem, interfentesque se in circulos, sermones temperare, aptos ferre: admonere; *Ut viderent in quod discrimen respubl. adduceret. Non inter Patres ac plebem certamen esse; sed simul Patres, plebemque, arcem urbis, templa Deorum, penates publicos privatosque hostium dedi.* Dum hæc in foro leduntur discordiæ causa agunture, coniules interim ne Sabini, ne Veiens hostis moveretur, circa portas munitasque discesserant.

Cap. XVIII. Eadem nocte & Tusculum de arce capta, Capitoliique occupato, & alio turbatæ urbis statu nuncii veniunt. L. Mamilius Tuiculi tum dictator erat. is consensim convocato senatu, quæ introductis nunciis, magnopere cenfet, *Ne exspectent, dum ab Roma legati auxilium petentes veniant: periculum ipsum, discrimenque ac socialeis Deos, fidemque fœderum, id poscere. Demerendi beneficio tam potentem, dam propinquum civitatem, occasionem haud dubie daturos Deos.* Placet ferri auxilium, juventus conscribitur, arma dantur. Romam prima luce venientes, procul speciem hostium præbuere. Æqui aut Volsci venire visi sunt. deinde ubi vanus terror abiit, accepti in urbem agminc. in forum descenditur. ibi jam P. Valerius, relicto ad portarum præsidia collega, instruebat acien. Auctoritas viri moverat, affirmantis, *Capitolio recuperato, & urbe pacata, si edoceri se fissent quæ fraus à tribunis occulta in lege ferretur; memorem se majorum fuorum, primumque consulem, quo populi colendi velut hæreditaria cura sibi à majoribus tradita esset, consilium plebis non impediturum.* Hunc ducem secuti, nequicquam reclamantibus tribunis, in clivum Capitolinum erigunt aciem. adjungitur & Tusculana legio. certare locli clivique, uti ferme arces fium decies facerent. dux uterque suos adhortatur. Trepidare tum hostes, nec ulli satis rei, præterquam loco fidere. trepidantibus inferunt signa Romani, focilique. Jam in vestibulum perruperant tempii, quum P. Valerius, inter primores pugnam ciens, interficitur. P. Volumnius consularis vidit cadentem. is dato negotio fuis, ut corpus obtegerent, ipse in locum vicemque consulis provolat. Præ ardore impetuque tantæ rei sensus non pervenit ad militem: prius vicit, quam se pugnare fine duce sentiret. Multi exitium, cede fua fœdavere templum, multi vivi capti. Herdonius interfectus. Ita Capitolium recuperatum. De captivis, ut quisque liber aut servus esset, fuæ fortunæ a quoque fumptum fupplicium est. Tusculanis gratiæ actæ: Capitolium purgatum atque lustratum. In consulis domum plebes

plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, jactatis fertur.

Cap. XIV. Pace parta, inflare tum tribuni Patribus, ut P. Valerii fidem exolverent: instare Claudio, *ut Collegæ Deos manes fraude liberaret, agi de leg. sineret.* Consul, *antequam collegam sibi subrogasset*, negare *passurum agi de lege.* Hæ tenuere contentiones, ut ne Pace quidem consulis subrogandi. Decembri mense summo Patrum studio L. Quintius Cincinnatus pater Cæsonis consul creatur, qui magistratum statim occiperet. Perculsa erat plebes consulem habitura iratum, potentem favore Patrum, virtute sua, tribus liberis, quorum nemo Cæsoni cedebat magnitudine animi; consilium & modum adhibendo, ubi res posceret, priores erant. Is ut magistratum inilit, assiduis concionibus pro tribunali, non in plebe coercenda, quam senatu castigando, vehementior fuit. *Ante civitatem tangere, tribuni jam tribuni plebis, non ut in republica populi Romani, sed ut in perdita domo, lingua, criminibusque regnarent. Cum Cæsone filio suo virtutem, confidentiam, omnia juventutis bella domique decora pulsa ex urbe Romana, quo alio, quam ad exitium suum, feminæ discordiarum, iterum atque iterum tribunos pestimis artibus regia licentia vivere. Adeo*, inquit, *ille Virginii, quia in Capitolio non fuit, minus supplicii, quam Ap. Herdonius meritis & plus heroicis aliquando qui urbe rem æstimare velit. Herdonius, si nihil aliud, potens se fatendo prope denunciavit, ut arma caperetis: hic negando bella esse, arma vobis adimit, nudaque stros vestris & exultibus objecit. Et vos (C. Claudii pace, & P. Valerii mortui loquar) prius in clivum Capitolium sicna invadetis, quam in forum? Vos tollet-tis? Pudet Deorum hominumque, quum hostes in arce, in Capitolio essent, exulum & servorum duce profanatis omnibus in cella Jovis optimi maximi habitaret, Tusculi antequam Roma sumpta sunt arma. In Algido fuit, utrum Æquimilius Tusculanus dux, an P. Valerius, & C. Claudius consules Romanam artem liberarent, & qui ante Latinos, ne pro se quidem ipsis, quum in finibus hostem haberent, attingere arma passi sumus: nunc, nisi Latini sua sponte arma sumpsissent, capti & delicti eramus. Hodie, si tribunicii auxilium plebi ferre: inermem eam hosti trucidandam objicere? Scilicet, si quis vobis humilimus homo de vestra plebe, quam partem, veluti Amyclam a cetero populo vestram patriam peculiaremque remp. fecit? si quis ex his domum suam obsidium & hostilia armata nunciaret, ferendum auxilium putaretis. Jupiter optimus maximus, exulum atque servorum sepsus armis, nulla humana ope egens erat? & tu postulans, ut sacrosancti habeantur, quibus ipsi Dii neque sacri, neque sancti sunt. At enim divinis humanisque obruti sceleribus, legem vos hoc annaperlatoros dicitiatis? Tum hercule illo die quo ego consul sum creatus, male gesta respub. est. Ego jussu multo ante P. Valerius consul perite, si tuleritis. Jam primum omnium*, inquit, *Quirites, in Volscos & Æquos mihi atque collegæ legiones ducere, in animo est. Nescio quo fato, magis belliantes quam pacati propitios habemus Deos. quantum periculum ab istis populis fuerit, si Capitolium ab exulibus obsessum sciissent, suspicari de præterito, quam re ipsa experiri est melius.*

Cap. XX. Moverat plebem oratio consulis: erecti Patres refirmam credebant tempestatem: consili alter, comes animosior quam auctior, fuscepisse collegam priorem actionem tam gravis rei facile passus, in peragendis consularis officii partem ad se vindicabat. Tum tribuni eludentes velut vana dicta, perfequi quærendo, *quonam modo exercitum educturi consules essent, quos delectum habere nemo passurus esset? Nobis vero*, inquit Quintius, *nihil delectu opus est, quum, quo tempore P. Valerius ad reciplendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba juraverint, conscenturos se jussu consulis, nec injussu adsuros. Edictmis itaque, omnes qui in exercitu juventutis estimationem fecerint, ad lacum Regillum adsisti.* Cavillari tum tribuni, & *populum exolvere religione velle; privatum eo tempore Quintium fuisse, quum sacramento adacti simt.* Sed ne nondum hæc, quæ nunc tener fecundum, negligendi Deûm veterat: nec interpretando tibi quisque jusjurandum & leges aptas faciebat, fed suos potius mores ad ea accommodabat. Igitur tribuni, ut impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere. eo magis quod & auctores jussos adesse ad Regillum lacum fama exierat: locumque imaginem veri, ubi auspicato cum populo agi posset, ut quicquid Romæ tribunicii rogatum esset, id comitiis tibi abrogaretur. Omne, id jussuros, quod consules vellent. neque enim provocationem esse longius ab urbe mille passuum: & tribunos, & decemviros in alia turba Quiritium, subjectos fore consulari imperio. Terrebant hæc: fed ille maximus terror animos agitabat, quod sæpius Quintius dicitabat, *Se consulum comitia non habiturum. Non ita civitatem egrani esse, ut comitiorum remedia ejus possessoribus esse reipubl. ut qui se moverit ad sollicitandum statum civitatis,*

tatis, sentiat sine provocatione dictaturam esse.

Cap. XXI. Senatus in Capitolio erat. eo tribuni cum perturbata plebe veniunt. multitudo clamore ingenti, nunc consulum, nunc Patrum fidem implorant. nec ante moverunt de sententia consulem, quam tribuni se in auctoritate Patrum futuros esse, pollicitifunt. Tunc referente consule de tribunorum & plebis postulatis, senatusconsulta fiunt, *Neque tribuni legem eo anno ferrent, neque consules ab urbe exercitum educerent. In reliquum magistratus continuari, & eosdem tribunos creari, judicare Senatum contra rempublicam esse.* Consules fuere in Patrum potestate, tribuni reclamantibus consulibus refecti. Patres quoque ne quid cederent plebi, & ipsi L. Quintium consulem reficiebant. Nulla toto anno vehementior actio consulis fuit. *Alter*, inquit, *si vana ostra, Patres conscripti, ad plebem transitur est? Vos elevatis eam, quippe quia plebs Senatusconsultum in continuandis magistratibus solvit, ipsi quoque solutum vultis, ne temeritati multitudinis cedatis: tanquam id sit plus posse in civitate, plus licentiae ac licentiae habere. Ipsa enim, quae propositio est, si sua decreta & consulta tollere, quam aliorum. Imitamini, Patres conscripti, turbam inconsultam: & qui exemplo aliis esse debetis, aliorum exemplo peccetis potius, quam alii vestro recte faciant; dum ego ne imiter tribunos, me ne nomini Senatus consultum consulem renunciari patiar. Te vero, C. Claudi, adhortor ut & ipse populum Rom. hac licentia arceas: & de me hoc tibi persuadeas, me ita accepturum, ut non honorem meum a te impediri, sed gloriam sperit honoris addam. Constantiam quae continuato eo impenderet, levatam putem.* Communiter inde edicunt, *Ne quis L. Quintium consulem faceret. si quis fecisset, se id suffragium non observaturos.*

Cap. XXII. Consules creati Q. Fabius Vibulanus tertium, & L. Cornelius Maluginensis. Census actus eo anno. Iustitium propter Capitolium captum. consulem occisum, condi religiosum fuit. Q. Fabio, L. Cornelio consulibus, principio anni statim res turbulentae. Intigabant plebem tribuni. bellum ingens a Volscis & Aequis Latini atque Hernici nunciabant. jam Antii Volscorum legiones esse: & ipsum coloniam ingens metus erat defecturam. egregue impetratum a tribunis, ut bellum praeverti finerent. Consules inde partiti provincias. Fabio ut Antium legiones duceret, datum: Cornelio ut Romae praesidio esset, ne qua pars hostium, qui Aequis mos erat, ad populandum veniret. Hernici & Latini iussi milites dare ex foedere: duaeque partes fociorum in exercitu, tertia civium fuit. Postquam ad diem praetitum venerunt focii, consul extra portam Capenam castra locat, inde lustrato exercitu Antium profectus, haud procul opido, castris iisque hostium consedit. Ubi quum Volsci, quia nondum ab Aequis veniisset exercitus, dimicare non ausi, quemadmodum quieti vallo se tutarentur, pararent; postero die Fabius non permissam unam foliorum civilumque, sed trium populorum tres separatim acies circa vallum hostium instruxit. Ipse erat medius cum legionibus Romanis. inde signum obtervare iussit, ut pariter & focii rem inciperent, referrentque pedem, si receptui cecinissent. equites item suae cuique parti post principia collocat. Ita trifariam adortus castra circumvenit: & quum undique intrarent, nullis iustitiis instructum, Volscos vallo deturbat. Transgressus inde munitiones, pavidam inclinatamque in partem unam castris expellit. Inde effuse fugientes eques, cui superare vallum haud facile fuerat, quam ad id spectator pugnae attiterat, in agros passim dispersos victoriae fruitur, territos caedendo. Magna & in castris & extra munimenta caedes fugientium fuit: sed praeda major, quia vix arma fecum efferre hostis potuit, deletusque exercitus foret, ni fugientes silvae texissent.

Cap. XXIII. Dum ad Antium haec geruntur, interim Aequi robore juventutis praemisso, arcem Tusculanam improviso nocte capiunt: reliquo exercitu haud procul moenibus Tusculi considunt, ut distenderent hostium copias. Haec celeriter Romam nunciantur. castra ante portas lata, movent Romanos haud secus, quam si Capitolium captum nunciaretur. adeo & recens erat Tusculanorum meritum, & simillrudo ipsa periculi, repolcere datum auxilium videbatur. Fabius omissis omnibus, praedam ex castris raptim, Antium convehit. ibi modico praesidio relicto, citatum agmen Tusculum rapit. nihili praeter arma & quod coctis ad manum fuit cibi, ferre militi licuit. Commeatum ab Roma consul Cornelius subvehit. Aliquot menses Tusculi bellatum. parte exercitus contra castra hostium oppugnabat, parte in Tusculanis dederat ad arcem recuperandam. Vi nunquam eo subiri potuit. fames postremo Inde detraxit hostem. Quo postquam ventum ad extremum est, inermes undique omnes sub jugum ab Tusculanis missi. hos ignominiosa fuga domum se recipientes, Romanus consul in Algido confecturus, ad unum omnes occidit.

cecidit. Victor ad Columen (id loco nomen est) exercitu relicto, castra locat. Et alter consul, postquam moenibus Romanis jam pulso hoste periculum esse desierat, & ipse ab Roma profectus. Ita bifariam consules ingressi hostium fines, ingenti certamine hinc Volscos hinc Æquos populantur. Eadem ferociter Antiates, apud plerosque auctores invenio. L. Cornelium consulem id bellum gessisse, supplendumque cepisse; certum affirmare, quia nulla apud vetustiores scriptores ejus rei mentio est, non ausim.

Cap. XXIV. Hoc bello perfecto tribunicium domi bellum Patres retritat. Clamant fraude fieri, quod foris teneatur exercitus, fraude eodem eam legis tollendæ esse. se nihilominus rem susceptam peracturos. Obtinuit tamen P. Lucretius præfectus urbis, ut actiones tribunicias in adventum consulum differrentur. Erat & nova exorta causa motus. A. Cornelio, & M. Volscio, quod saltus haud dubie tectis in Cæsonem extitisset, diem dixerat. multis enim emanabat indiciis, neque fratrem Volsci, ex quo fœmel fuerit ager, unquam non modo visum in publico, sed ne affari reciffe quidem ex morbo, multorumque tabe meritum mortuum: nec his temporibus, in quæ teftis crimen conjeciffet, Cæsonem Romæ visum: afirmantibus, qui una meruerant, secum eum tum frequentem ad signa hine ullo commeatu fuisse. ni ita esset, multi privatum ferebant Volscio judicem. Quum ad judicium res non audereter, omnes eæ res in unum congruentes, haud magis dubiam damnationem Volscii, quam Cæsonis Volscio tefte fuerat, faciebant. In mora tribuni erant, qui comitia quæstores habere de reo, nisi prius habita de lege essent, pati non negabant. In extracta utraque res in consulum adventum est. Qui ubi triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt, quia silentium de lege erat, perculsos magna pars credebant tribunos. At illi (etenim extremum anni jam erat) quamvis adfectantes tribunatum, in comitiorum disceptationem ab lege certamen averterant. & quum consules nihilo minus adversus centuationem tribunatus, quam si lex minuendæ fuæ majestatis causa promulgata ferretur, tetendissent: victoria certaminis penes tribunos fuit. Eodem anno Æquis pax est petentibus data. Census, res priore anno inchoata, perficitur: idque lustrum ab origine urbis decimum conditum. Fuerunt centa civium capita, centum triginta duo millia quadringenta novem. Consulum magna domi bellique eo anno gloria fuit: quod & foris pacem peperere, & domi, etsi non concors, minus tamen quam alias infesta civitas fuit.

Cap. XXV. L. Minucius inde, & C. Nautius consules facti, duas retiduas anni prioris causas exceperunt. Eodem modo consules legem, tribuni judicium de Volscio impediebant: sed in quæstoribus novis major vis, major auctoritas erat. Cum M. Valerio Valerii filio, Valesi nepote, quæstor erat T. Quintius, qui ter consul fuerat. Is quoniam neque Quintiæ familiæ Cæso, neque reipubl. maximus juvenum restitui posset, falsum testem, qui dicendæ causse innoxio potestatem ademisset, justo ac pio bello persequebatur. Quum Virginius maxime & tribuni de lege agerent, duum virorum spatium centuriis datum est ad inspiciendam legem: ut, cum edocuissent populum, quid fraudis occultæ ferretur, finerent deinde suffragium inire. hoc intervalli datum, res tranquillas in urbe fecit. Nec diuturnam quietem Æqui dederunt, qui Tusculanis, quod ictum erat priore anno cum Romanis, imperium ad Gracchum Cloelium deferunt. is tum longe princeps in Æquis erat. Gracchо duce in Lavicanum agrum, inde in Tusculanum hostili populatione venitur, plenique præda in Algido castra locant. In ea castra Q. Fabius, P. Volumnius, A. postumius legati, ab Roma venerunt questum injurias, & ex fœdere res repetitum. eos Æquorum imperator, *quæ mandata habeant ab senatu Romano, ait quercum jubet dicere. fecialia interim acturum.* querens ingens arbor prætorio imminebat, cujus umbra opaca fedes erat. Tum ex legatis unus abiens, *& hæc*, inquit, *sacrata querceus, & quicquid Deorum est, audiant fœdus à nobis ruptum: postrisque & nunc querelis adsint, & nos arma, quum Deorum bonum fuerit, violata jura exequemur.* Romam ut rediere legati, senatus jussit alterum consulem contra Gracchum in Algidum exercitum ducere: alteri populationem finium Æquorum provinciam dedit. Tribuni suo more impedire delectum. & forsitan ad ultimum impedissent; sed novus subito additus terror est.

Cap. XXVI. Vis Sabinorum ingens prope ad mœnia urbis infesta populatione venit. fœdati agri, terror injectus urbi est. Tum plebs benigne arma cepit. reclamantibus tribunis, magni duo exercitus scripti. alterum Nautius contra Sabinos duxit: castrisque ad Eretum positis, per expeditiones parvas plerumque nocturnis incursionibus, tantam vastitatem in Sabino agro reddidit, ut comparati ad eam prope intacti bello fines Romani viderentur. Minucio neque fortuna nec vis animi

eadem in gerendo negotio fuit. nam quum haud procul ab hoste castra positissent, nulla magnopere clade accepta castris se pavidus tenebat. Quod ubi sensserunt hostes, crevit ex metu alieno, ut fit, audacia: & nocte adorti castra, postquam parum vis aperta proficerat, munitiones portero die circumdant. quæ priusquam undique vallo obiecto clauderent exitus, quinque equites inter stationes hostium emissi, Romam pertulere, consulem exercitumque obsideri. Nihil tam nec inopinatum, nec insperatum accidere potuit. Itaque tantus pavor, tanta trepidatio fuit, quanta, si urbem, non castra hostes obsiderent. Nattium consulem arcessunt, in quo quum parum præsidii videretur, dictatoremque dici placeret, qui rem perculsam restitueret; L. Quintius Cincinnatus consensu omnium dicitur. Operæ pretium est audire, qui omnia præ divitiis humana spernunt, neque honori magno locum, neque virtuti putant esse, nisi ubi effusæ affluant opes. Spes unica imperii populi Romani L. Quintius, trans Tiberim, contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia sunt, quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur. Ibi ab legatis, seu fossam fodiens palo innixus, seu quum araret: operi certe, id quod constat, agresti intentus: salute data invicem redditaque, rogatus *ut quod bene verteret ipsi, reique publicæ, togatus mandata senatus audiret* admittitur, togatisque, *satin' salva essent omnia*, tergo prospere se tugurio proferre iuxorem Raciliam jubet. Qua simul, abstersio pulvere ac sudore, velatus processit; dictatorem eum legati gratulantes consalutant: in urbem vocant: qui terror sit in exercitu, exponunt. Navis Quintio publice parata fuit; transvectumque tres obsidum egregii filii excipiunt. Ubi primum pinqui atque amici, tum Patrum major pars. Ea frequentia stipatus, antecedentibus lictoribus deductus est domum, & plebis concursus ingens fuit. sed ea nequaquam tam læta Quintium vidit, & imperii nimium, & virium in ipso fore incrementiorem rata. Et illi quidem nocte nihil præterquam vigilatum est in urbe.

Cap. XXVII. Postero die dictator, quum ante lucem in forum venisset, magistrum equitum dicit L. Tarquitium patricia gentis, sed qui quum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset, bellum primus nunc Romanæ juventutis habitus esset. Cum magistro equitum in concionem venit, justitium edicit, claudi tabernas tota urbe jubet, vetat quemquam privatæ quicquam rei agere. Tum quicunque ætate militari essent, armati cum cibariis in diesquinque coctis, vallisque duodenis, ante solis occasum Martio in campo adessent, quibus ætas ad militandum gravior esset, vicino militi, dum is arma pararet, vallumque peteret, cibaria coquere jussit. Sic juventus discurrit ad vallum petendum. sumpsere, unde cuique proximum fuit: prohibitus nemo est: impigreque omnes ad edictum dictatoris prompti fuere. Inde compositio agmine, non itineri magis apto, quam prœlio, si res ita ruliisset, legiones ipse dictator, magister equitum suos equites ducit. In utroque agmine, quas tempus ipsum poscebat, adhortationes erant: *addereut gradum, maturarent opus esse, ut ne sub hostium pervenire possent. consulem exercitumque Romanum obsideri. tertium diem jam clausos esse: quid quaque nox aut dies ferat, incertum esse: punctis sæpe temporis maximarum rerum momenta verti. accelera signifer, sequere miles*, inter se quoque hortabantur. Ubi clivis clamabant, media nocte in Algidum perveniunt: & ut sensere se jam prope hostes esse, signa constituunt.

Cap. XXVIII. Ibi dictator quantum nocte prospici poterat, eoquo circumvectus, contemplatisque castrorum tractibus, quæque forma esset, tribunis militum imperavit, ut farcinas in unum conjici jubeant, milites cum armis vallique sedire in ordines suos. facta, quæ imperavit. Tum quo fuerat ordine in via, exercitum omnem longo agmine circumdat hostium castris, & ubi signum datum fuit, clamorem omnes tollere jubet. clamore sublato, ante se quemque ducesse fossam, & jacere vallum. Edito imperio, signum secutum est, jussa miles exsequitur, clamor hostes circumfonat. Superat inde castra hostium, & in castra contulit vestigia. Ibi pavor, alibi gaudium ingens facit. Romani, civilem esse clamorem, atque auxilium adesse. inter se gratulantes, ultro ex stationibus ac vigiliis territant hostem. Consul differendum negat. *Illo clamore non adventum modo significari, sed rem ab suis agentibus: maturasque esse, ni jam exteriore parte castra hostium oppugnentur. Itaque arma suos capere; & se subsequi* jubet. Nocte initum prœlium est a legionibus: dictatori clamore significant; ab ea quoque parte rem in discrimine esse. Jam se ad prœlium cirees dictatori opera Æqui parabant, quum ab interiore hostis prœlio cœpto, ne per medium sua castra fierer eruptio, à munientibus ad pugnantes introrsum versi, vacuam nocte operi dedere. pugnatumque cum consule ad lucem est. Luce prima jam circumvallari ab dictatore erant: & vix adversus unum exercitum pugnam sustinebant. tum à Quintiano exercitu, qui confestim

à perfecto opere ad arma reditit, invaditur vallum. hic instabat nova pugna: nihil remiserat prior. Tum animadverti malo urgente a prœlio ad preces versi, hinc dictatorem, hinc consulem orare, ne in occidione victoriam ponerent, ut inermes se inde abire sinerent. Ab consule ad dictatorem ire justis, ignominiam infensus addidit. Circumsessum locum ducem, principesque alios, vinctos ad se adduci jubet, opsido Corbione decedi; *Sanguinis se Æquorum non egere: licere abire: sed ut exprimatur tantum confessio subactam domitamque esse gentem, sub jugum abituros.* Tribunus hastis junctum fit; hunc sexus duobus, superque eas ramis verna una deligata. sub hoc jugo dictator Æquos misit.

Cap. XXIX. Castris hostium receptis, plenis omnium rerum (nudos enim emiserat) prædam omnem suo tantum militi dedit: consularem exercitum, insumpsisse ea quibus in crepans, *Carebis*, inquit, *prædæ parte, miles, ex eo hoste, cui propè prædæ fuisti. & tu L. Minuci, donec consularem animum incipias habere, legatus inis legionibus præeris.* Ira fe Minucius abdicat consulatu, jussisque ad exercitum manere, adeo tum imperio meliori animus mansuete obediens erat, ut beneficii magis, quam ignominiæ hic exercitus memor, & coronam auream dictatori libram pondo decreverit, & prosiciscentem eum patronum salutaverit. Romæ a Q. Fabio magnificentissimo fenatus habitus triumphantem Quintium, quo veniebat agmine, urbem ingredi justit. ducti ante currum hostium duces: militaria signa prælata. secutus exercitus prædæ onustus. Epulæ instructæ dicuntur fuisse ante omnium domos in propatulo, more cum carmine triumphali, & solennibus locis, comissantium modo, currum secuti sunt. Eo die L. Manilio Tusculano, approbantibus cunctis, civitas data est. Confestim se dictator magistratu abdicasset, ni comitia M. Valerii falli renuntiassent: ea ne impedirent tribuni, dictatoris obstitit metus. Volscius damnatus Lanuvium in exsilium abiit. Quintius sextodecimo die dictatura in sex mentes accepta se abdicavit. Per eos dies consul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat. ad vastatos agros ea quoque legiones Sabinis. Minucio Fabius Quintus successor in Algidum missus. Extremo anno agitatum de lege ab tribunis est. sed quia duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad populum, Patres renuere. plebes vicit, ut quinum eosdem tribunos crearent. Lupos vitios in Capitolio ferunt a canibus fugatos; ob id prodigium lustratum Capitolium esse.

Cap. XXX. Hæc eo anno gesta. Sequuntur consules, Q. Minucius, C. Horatius Pulvillus: cujus initio anni quum foris otium esset, domi seditiones iidem tribuni, eadem lex faciebat. ulteriusque ventum foret (adeo exarserant animi) ni velut dedita opera, nocturno impetu Æquorum Corbione amissum præsidium, nunciatum esset. Senatum consules vocant, jubentur fubitarium scribere exercitum, arque in Algidum ducere. Inde posito legis certamine, nova de delectu contentio exorta. vincebaturque consulare imperium tribunicio auxilio, quum alius additur terror: Sabinum exercitum præsidarum defendisse in agros Romanos, inde ad urbem venire. Is merus peccabat, ut scribi militem tribuni sinerent; non sine pactione tamen, ut quoniam ipsi quinquennium elusi essent, parvumque id plebi præsidium foret, deinde deinde tribuni plebis crearentur. Expressit hoc necessitas Patribus. id modo excepere, ne postea eosdem tribunos juberent. Tribunicia comitia (ne id quoque post bellum, ut cætera vanum esset) extemplo habita. Tricesimo textoanno à primis tribunis plebis, eodem creati sunt, bini ex singulis classibus. Iraque caurum est ut postea crearentur. Delectu deinde habito, Minucius contra Sabinos profectus, non invenit hostem. Horatius, quum jam Æqui Corbione interfecto præsidio Ortonam etiam cepissent, in Algido pugnat multum mortales occidit: fugat hostem non ex Algido modo sed à Corbione Ortonaque. Corbionem etiam dirult propter proditum præsidium.

Cap. XXXI. Deinde M. Valerius, Sp. Virginius consules facti. Domi forisque otium fuit. annona propter aquarum inundationem laborantum est. De Aventino publicando lata lex est. Tribuni plebis iidem refecti. Hi sequente anno, T. Romilio, C. Veturio consulibus; legem omnibus concionibus suis celebrant, Pudere se numeri sui nequicquam auctii, si ea res aquæ sue beneficio non accresceret, ac toto superiore lustro jacuisset. Quum maxime hæc agerent, trepidi nuncii ab Tusculo veniunt, Æquos in agro Tusculano esse. Fecit pudorem recens ejus populi meritum morandi auxilii: ambo consules cum exercitu missi, hostem in sua sede in Algido invenirunt. Ibi pugnatum. supra septem millia hostium cæsa: alii fugati: præda parta ingens. Eam propter inopiam ærarii consules vendiderunt. Invidiæ tamen res ad exercitum fuit. ea denique tribunis materiam criminandi ad plebem consules præbuit. Iraque ergo, ut magistratu abiere, Sp. Tarpeio, A. Aterio consulibus, dies dicta est. Romilio ab C. Claudio Cicerone, tribuno plebis,

Ver-

Veturio ab L. Allieno, ædili plebis. Uterque magna Patrum indignatione damnatus, Romilius x millibus æris, Veturius xv millibus. Nec hæc priorum calamitas consulum, segniores novos fecerat consules; & se damnari posse ajebant: & plebem, & tribunos legem ferre non posse. Tum abjecta lege, quæ promulgata consenuerat, tribuni lenius agere cum Patribus. *Finem tandem certaminum facerent; si plebeiæ leges displicerent, at illi communiter legum latores, & ex plebe, & ex Patribus, qui utrisque placerent, quæque aequandæ libertatis essent, sancirent creari.* Rem non aspernabantur Patres: daturum leges neminem nisi ex Patribus ajebant. Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet; missi legati Athenas Sp. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpicius Camerinus, jubique inclitas leges Solonis describere, & allarum Græciæ civitatum instituta, mores, juraque nofcere.

Cap. XXXII. Ab externis bellis quietus annus fuit, quietior intus quens. P. Curatio, Sexto Quintilio consulibus, perpetuo silentio tribunorum: quod primo legatorum qui Athenas issent, legumque peregrinarum exspectatio præbuit; deinde duo simul mala ingentia exorta, fames pestilentiaque fœda hominibus, fœda pecori. Vastari agri funt: urbs ædificiis exhausta funeribus; multæ & claræ lugubres domus. Flamen Quirinalis Ser. Cornelius mortuus: augur C. Horatius Pulvillus: in cujus locum C. Veturium eo cupidius, quia damnatus a plebe erat, augures legere. Mortuus confuli Quintilius: quatuor tribuni plebis. Multiplici clade fœdatus annus, ab hoste orium fuit. Inde consules C. Menenius, P. Sestius Capitolinus. Neque eo anno quicquam belli externi fuit, domi motus orti. Jam redierant legati cum Atticis legibus, eo intentius intiabant tribuni, ut tandem scribendarum legum initium fieret. Placet creari decemviros fine provocatione, & ne quis eo anno alius magistratus esset. Admisserentur plebeii, controversia aliquamdiu fuit, postremo concessum Patribus, modo ne lex Icilia de Aventino, aliæque sacratæ leges abrogarentur.

Cap. XXXIII. Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis, ab consulibus ad decemviros, quemadmodum ab regibus antea ad consules venerat, translato imperio. Minus insignis, quia non diuturna mutatio fuit. Ista enim principia magistratus ejus nimis luxuriavere, eo citius lapsa res est: repertumque, duobus uti mandaretur consulum nomen imperiumque. Decemviri creati Ap. Claudius, T. Genucius, P. Sestius, L. Veturius, C. Julius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Postumius. Claudio & Genucio, quia designati consules in eum annum fuerant, pro honore honor redditus: & Sestio alteri consulum priori anni, quod eam rem collega invito ad Patres retulerat. His proximi legati tres habiti, qui Athenas lerant. simul ut pro legatione tam longinqua præmio esset honos: simul peritos legum peregrinarum and condenda nova jura uti fore credebant. Supplevere cæteri numerum. Graves quoque ætate electos novissimis suffragiis ferunt, quo minus ferociter aliorum fcitis adverfarentur. Regimen totius magistratus penes Appium erat, favore plebis. adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola inter primos omnisque aure popularis captator evaderet, pro truci favoque infectatore plebis. Decimo die jus populo finguli reddebant. eo die penes præfectum juris fasces duodecim erant: collegii novem finguli accensi apparebant. Sic in unica concordia inter pares (qui concordia inter pares ipsos (qui consensus privati: interdum inutilis effet) summa advertus alios æquitas erat. Moderationis eorum argumentum exemplo unius rei notatile, fatis erit. Quum fine provocatione creati essent; decisso cadavere, duabus additis mensuris partis in gentis virum, invento protinoque in concionem, in re juxta manifesta atque atrocii. C. Julius decemvir diem Sestio dixit, & acculator ad populum extitit, cujus rei judex legitimus erat: deceffisque jure suo, ut demptum de vi magistratus, populi libertati adjicerent.

Cap. XXXIV. Quum promptum hoc jus velut ex oraculo incorruptum pariter ab his summi intimique ferrent, tum legibus condendis opera dabatur: ingentique hominum expectatione propositis decem tabulis populum concionem advocaverunt: *Se, quod bonum fauftum felixque esse reipublicæ, ipsis, liberisque eorum esset, ire, eo legere leges propositas jussere. Se quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit, omnibus summis injunctisque juris æquaffe. Plus posse uni rationem ingenia consiliaque. Verfarent in animis secum unamquamque rem, aciarent delnde seniorum: atque in medium, quid in quaque re plus minusve esset, conferrent. Eas leges habituras populum Romanum, quas consensus omnium, non justisse latas magis, quam tulisse videri posset.* Quum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito, fatis correctæ viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatæ sunt: qui nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias acervo-

vatarum legum cumulo, fons omnis publici privatique est juris. Vulgatur deinde rumor, duas deesse tabulas; quibus adlectis, absolvi posse velut corpus omnis Romani juris. Ea exspectatio, quum dies comitiorum appropinquaret, deferiorum decemvirorum creandi fecit. Jam plebs, præterquam quod consulum nomen haud secus quam regum perosa erat, ne tribunicium quidem auxilium cedentibus invicem appellatione decemviris, quærebat.

Cap. XXXV. Postquam vero comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta sunt; tanta exarsit ambitio, ut primores quoque civitatis (metu credo, ne tanti potestio imperii vacuo ab ie relicto loco, haud satis dignis pateret) pientarent homines; honorem summa ope ab ie impugnatum, ab ea plebe, cujus causa comenderant, supplicirer petentes. Demissa jam in diferimen dignitas, ea ætate, eisque honoribus actis, stimulabat Ap. Claudium. neicires urum inter decemviros, an inter candidatos numerares. Propior interdum petendo, quam gerendo magistratui erat. criminari optimates, mitollere candidatorum leviffimum quemque humillimumque. ipse medius inter tribunicios Duillios Icilioique in foro volitare, per illos se plebi venditare: donec collegæ quoque, qui unice illi dediti fuerant ad id tempus, conjecere in eum culos. Tum maxime quid sibi veller. Apparere nihil finceri esse: *Profecto haud gratuitam in tanta superbia comitatem fore. nimium in ordinem seipsum cogere, & vulgari cum potestis, non tam properanter abire magistratu, quam etiam ad continuandum magistratum quærentis esse.* Propalam obviam ire cupiditati parum auti, obtecundando mollire imperum aggrediuntur. comitiorum illi habendorum, quando minimus natu fit, munus consensu injungunt. Ars hæc erat, ne femeipsie crearc posset, præter tribunos plebi (Sc idipsum perfimo exemplo,) nemo umquam fecitset. ille enimvero, quod bene vertat, habiturum se comitia professus, impedimentum pro occasione arripuit. dejectisque honore per coitionem duobus Quinctis, Capitolino & Cincinnato, & patruo Q. Claudio, constantissimo viro in optimatium causa, & aliis ejusdem sastigii civibus, nequaquam splendore vira pares decemviros creat, se in primis, quod haud secus factum improbabant boni, quam nemo facere auttum crediderat. Creati cum eo M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, L. Minucius, Q. Fabius Vibularus, Q. Poetilius, T. Antonius Merenda, Cæso Duillus, Sp. Oppius Cornicen, Man. Rabuleius.

Cap. XXXVI. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit. Suo jam Inde vivere ingenio cœpit novosque collegas jam prius quam inirent magistratum, in tuos mores formare. Quotidie coibant: remoti arbitris: inde impotentibus instructi consiliis, quæ secreto ab aliis coquebant, jam haud dissimulando superbiam, rari adirus, colloquentibus difficiles, ad ius Maias rem perduxere. Ius tum Maxe solennes ineundis magistratibus erant. Initio igitur magistratus primum honoris diem denunciatione ingentis terroris intignem fecere. nam quum ita priores decemviri servassent, ut unus fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem per omnes iret, subito omnes cum duodenis faicibus prodiere. Centum viginti lictores forum impleverant, & faicibus fecures illigatas præferebant. nec attinuisse demi fecurim, quum sine provocatione creati essent, interpretabantur. Decem regum species erat; multiplicatusque terror non inimis solum, sed primoribus Patrum, rati cædis causam ac principium fore, ut si quis provocarem libertatis vocem aut in senatu, aut in populo missiet, statim virgæ secuteique etiam ad cæterorum metum expedirentur. Nam præterquam quod in populo nihil erat præsidii, subiata provocatione, intercessionem quoque consentu sustulerant: quum priores decemviri appellatione collegæ corrigi reddita ab se jura tulissent; & quædam quæ sui judicii videri possent, ad populum rejecissent. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit: paulatim totus vertere in plebem coepit. Absinebatur a Patribus: in humiliores libidinole crudeliterque consulebatur: hominum, non causssarum toti erant; ut apud quos gratia vim æqui haberet. Judicia domi conflabant, pronunciabant in foro. Si quis collegam appellassiet, ab eo, ad quem venerat, ita decedebat, ut neuter interesset non prius decreto ilerisse. Opinio etiam sine auctore exierat, non in præsentis modo temporis eos injuriam conspirasse, sed fœdus clandestinum inter ipsos jurejurando ictum, ne comitia haberent, perpetuoque decemviratu possessum semel obtinerent imperium.

Cap. XXXVII. Circumspectare tum patriciorum vultus plebeii: & inde libertatis captare auram, unde servitutem timendo, in eum statum rempublicam adduxerant. Primores Patrum odisse decemviros, odisse plebem: nec probare quæ fierent: & credere haud indignis accidere. avide ruendo ad libertatem in servitutem elapsos juvare nolle: cumulare quoque injurias, ut tædio præsentium consules duo tandem & status

ſtatus priſtinus rerum in deliderium veniant. Jam & proceſſerat pars major anni, & duæ tabulæ legum ad poſteritatis monumentum eſſent adjectæ: nec quicquam jam ſupereret, ſi hæ quoque leges centuriatis comitiis perlatæ eſſent, cur eo magiſtratu reſpublica opus eſſet. Exſpectabant quam max coniulibus creandis comitia edicerentur. Id modo plebes agitabant, quonam modo tribunitiam poteſtatem, munimentum libertati, rem intermiſſam, repararent. Quum interim mentio comitiorum nulla fieri, & decemviri, qui primo tribunicios homines, quia id populare habebatur, circum ſe oſtentaverant plebi, patriciis juvenibus ſeparatim aggregatum cæteræ tribunatûs obſedere. Hi ferre, agere plebem plebiſque res; cum fortuna, qua quicquid cupitum foret, potentio is eſſet. Et jam ne tergo quidem abſtinebatur: virgis cædi, alii ſecuri ſubjici, & ne gratuita crudelitas eſſet, bonoum donatio æqui domi judicium. Hac mercede juventus nobilis corrupta, non modo non ire obviam injuriæ; ſed propalam licentiam ſuam malle, quam omnium libertatem.

Cap. XXXVIII. Idus Maias venere. Nullis ſubrogatis magiſtratibus, privati pro decemviris, neque animis ad imperium inhibendum imminutis, neque ad ſpecimen honoris inſignibus prodeunt. Id vero regnum haud dubie videri. Deploratur in perpetuum libertas; nec vindex quiſquam exiſtit, aut futurus videtur. nec ipſi ſolum deſperant animos, ſed contemni cœpti erant a finitimis populis: imperiumque ibi eſſe, ubi non eſſet libertas, indignabantur. Sabini magna manu incurſionem in agrum Romanum fecere: lateque populari, quum hominum atque pecudum inulti prædas egiſſent, receptoad Eretum quod maſſim vagatum erat, agmine, caſtra locant: ſpem in diſcordia Romana ponentes, eam impedimentum delectui fore. Non nuncii ſolum, ſed per urbem agreſtium fuga trepidationem injecit. Decemviri conſultant quid opus facto ſit. deſtitutis inter Patrum & plebis odia addit terrorem inſuper alium fortuna. Æqui alia ex parte caſtra in Algido locant: depopulatumque inde excurſionibus Tuſculanum agrum, legari ab Tuſculo præſidium orantes, nunciant. Is pavor percuſſit decemviros, ut ſenatum ſimul duobus circumſtantibus urbem bellis conſulerent. citari jubent in curiam Patres, haud ignari quanta invidiæ immineret tempeſtas: omnes vaſtati agri periculorumque imminentium cauſſas in ſe congeſturos: tentationemque eam fore abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſui reſiſterent, imperioque inhibendo acriter in paucos præſeroci animi, conatus aliorum comprimerent. Poſtquam audita vox in foro eſt præconis, Patres in curiam ad decemviros vocantis; velut nova res, quia intermiſerant jamdiu morem conſulendi ſenatus, mirabundam plebem convertit, *quidnam incidiſſet, cur ex tanto intervallo rem deſiderii eſſe putarent. Hoſtibus bellique gratiam habendam, quod ſolitum quiſquam liberæ civitatis fieret.* Circumpectare omnibus fori partibus ſenatorem; raroque uſquam noſcitare. curiam inde, ac ſolitudinem circa decemviros intueri; quum & ipſi conſenſu inviſum imperium, & plebs, quia privatis jus non eſſet vocandi ſenatum, non convenire Patres, interpretarentur, jam caput fieri libertatem repetentium, ſi ſe plebs comitem ſenatui det, & quemadmodum Patres vocati non coeant in ſenatum; ſic plebs abnuat delectum. Hæc fremebat privatis. Patres quod fere malſuquam in foro, in urbe rari erant. Indignitate rerum cedierant in agros; ſuarumque rerum erant, amiſſa publica: tantum ab injuria ſe abeſſe rati, quantum e cœtu congreſſuque impotentium dominorum ſe amoviſſent. Poſtquam citra id non conveniebant, dimiſſi circa domos apparitores ſimul ad pignora capienda, ſcifcitandumque, num conſulto detrectarent? referunt, ſenatum in agris eſſe. Lætius id decemvirls accidit, quam ſi præſentes detrectare imperium referrent. Jubent acciri omnes, ſenatumque in diem poſterum edicunt. Id aliquanto ſpe ipſorum frequentior convenit. quo facto proditam a Patribus plebs libertatem rata, quod iis qui jam magiſtratu abiſſent, privatiſque ſi vis abeſſet, tanquam jure cogentibus, ſenatus paruiſſet.

Cap. XXXIX. Sed magis obedienter ſenatum in curiam, quam obnoxie dictas ſententias, accepimus. L. Valerium Potitum proditum memoriæ eſt, poſt relationem Ap. Claudii, priuſquam ordine ſententiæ rogarentur, poſtulando ut de republica liceret dicere; prohibentibus minacíter decemviris, prodítum fe ad plebem denunciantem, tumultum exciviſſe. Nec minus ferociter M. Horatium Barbarum iſſe in certamen, *Decem Tarquinios* appellantem, *admonentemque, Valerii & Horatii ducibus priſtos reges. Nec nominis hominis tum periculum eſſe; quippe quo vocem appellari fas ſit, quo Romulum conditorem urbis, deinceps que reges appellatos, quod ſuccis etiam ut ſolenne retentum ſit. Superbiam, violentiamque tum perſos regis, quæ ſi in rege tum eadem, aut in filio regis ferenda non fuerint, quem tantum in toi pricatis habuerint, ne tacendo in curia libere homines loqui, extra*

eurlam etiam moverent vocem, neque se videre qui sui minus privato ad concionem populum vocare, quam illis senatum cogere liceat. Ubi vellent, experirentur quanto ferocior dolor in libertate sua vindicanda, quam cupiditas in injusta dominatione retinenda esset. De bello Sabino eos referres, tanquam majus ullum populo Romano bellum fuit, quam cum iis, qui neque ferendarum causa creati, nihil juris in civitate reliquerint: qui comitia, qui annuos magistratus, qui vicissitudinem imperitandi (quod unum exæquandæ sit libertatis) sustulerint: qui privati fasces & regium imperium habeant. Futisse reges hos exactis, parique magistratus, creatos postea post secessionem plebis, plebeios. Cujus illi partis essent, rogitare. Populares? quid enim eos per populum egisse? Optimates? qui ano no jam prope senatum non habuerint: tunc ita habeant ut de republ. loqui prohibeant? quæ nunquam sua, nec nisi alieno sæpe ponerent. gravitora quæ patiantur videri jam hominibus, quam quæ metuant.

Cap. XL. Hæc vociferante Horatio, quum decemviri nec iræ, nec ignoscendi modum reperirent, nec quo evaluta res esset, cernerent; C. Claudii, qui patruus Appii decemviri erat, oratio fuit precibus quam jurgio similis, orantis per fui fratris, parentisque ejus manes; *Ut civilis potius societatis, in qua natus esset, quam fœderis nefarie icti cum collegis meminisset. multo id magis se illius causa oraturum, quam reipublicæ. Quippe remp. si a volentibus nequeat, ab invitis jus expetiturum. Sed ex magno certamine magnas excitari ferme iras, earum ebentium se horrere.* Quum aliud præterquam de quo retulisset, decemviri dicere prohiberent C. Claudium interpellandi verecundia fuit. Sententiam igitur peregit, nullum placere senatusconsultum fieri. Omnesque ita accipiebant, privatos eos à Claudio judicatos: multique ex consularibus verbo assenti sunt. Alia sententia asperior in speciem, vim minorem aliquanto habebat, quæ vicinis coire ad prodendum interregem jubebat. censendo enim, quofcunque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabat; quos privatos fecerat auctor nullius senatusconsulti faciendi. Ita labante jam causa decemvirorum, L. Cornelius Maluginensis, M. Cornelii decemviri frater, quum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset, simulando curam belli, fratrem collegæ jure ejus tuebatur: *quonam fato incidisset, mirari se dictitans, ut decemvirorum, qui decemviratum petissent, aut socii, aut bi maxime oppugnarent, qui quid ita, quum per tot menses vacua civitate nemo, justisne magistratus summæ rerum præesset, controverterent secerit. nunc demum quum hostes prope ad portas sint, civiles discordias serant: nisi quod in turbido minus perspicuum sore putent, quid agatur. Cæterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse, præjudicium res tanta afferre. Ita placere se, quod Titus Horatius que ante Idus Maias decemviros abisse magistratu insimulent, bellis, quæ imminerant perfectis, republ. in tranquillum redacta, senatu disceptante, agi: & jam nunc ita se parare Ap. Claudium, ut comitiorum, quæ decemviris creandis decemvir ipse habuerit, sciat sibi rationem reddendam esse, utrum in unum annum creati sint, an donec leges, quæ deessent, perferrentur. In præsentia omnia præter bellum omitti placere: cujus si falso famam vulgatam, vanaque non nuncios solum, sed Tusculanum ac Lavicanum interpretes putent; speculatores mittendos censere, qui certius exploratа referant. Sin fides & nuncii & legati habeatur, delectum primo quoque tempore haberi, decemviros quo cuique eorum videatur, exercitus ducere: nec rem aliam præverti.*

Cap. XLI. In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum eyincebant. Ferociores iterum coorti Valerius Horatiusque, vociferari, *ut de republ. liceret dicere. dictiuros ad populum, si in senatu per factionem non liceat. Neque enim sibi privatos aut in curia aut in concilio posse obstare, neque se imaginaris fascibus eorum cessuros esse.* Tum Appius, jam prope esse ratus, ut, ni violentiæ eorum pari resisteretur audacia, victum imperium esset: *Non erit meus*, inquit, *nisi de quo consulimus, vocem mittit.* Et ad Valerium negantem se privato rei cere, lictorem accedere jussit. Jam Quiritium fidem implorante Valerio à curiæ limine, L. Cornelius complexus Appium, non cui simulabat consulendo, diremit certamen. factaque per Cornelium Valerio dicendi gratia quæ vellet. Quum libertas non ultra verborum excessisset, decemviri propositum renuere. Consulares quoque ac seniores ab re fiduo tribunicæ potestatis odio, cujus defiderium plebi multo acrius, quam consularis imperii rebantur esse, prope malebant postmodum ipsos decemvirosvoluntate abire magistratu, quam invidia eorum exsurgere rursus plebem. si leniter duæta res sine populari ifrepitu ad consules rediffet, aut bellis interpositis, aut moderatione consilium in imperiis exercendis, posse in oblivionem tribunorum plebem adduci. Silentio Patrum edicitur delectus, juniores; quum sine provocatione imperium

esset, ad nomina respondent. legionibus scriptis, inter se decemviri comparabant, quos ire ad bellum, quos præsse exercitibus oporteret. Principes inter decemviros erant Q. Fabius & Ap. Claudius. bellum domi majus, quam foris apparebat. Appii violentiam aptiorem rati ad comprimendos urbanos motus: in Fabio minus in bono cognitans, quam gnavum in malitia ingenium esse. Hunc enim virum egregium olim domi militiæque decemviratus collegæque ira mutaverant, ut Appii quam sui similis mallet esse. huic bellum in Sabinis, Man. Rabuleio, & Q. Petilio additis collegis, mandatum M. Cornelius in Algidum missus cum L. Minucio, & T. Antonio, & Cæsone Duilio, & M. Sergio: Sp. Oppium Ap. Claudio adjutorem ad urbem tuendam æquo omnium decemvirorum imperio decernunt.

Cap. XLII. Nihilo militiæ quam domi melius respublica administrata est. Illa modo in ducibus culpa, quod, ut odio essent civibus, fecerant. alia omnis penes milites noxa erat: quibus quidquid audendum agendumque esset, ubi decemvirorum propere ufquam gereretur, vinci se per fuum atque illorum dedecus patiebantur. Fufi & ab Sabinis ad Eretum, & in Algido ab Æquis exercitus erant. ab Ereto per silentium noctis profugi propius urbem inter Fidenas Cruftumeriam que loco edito castra communierant. perfecutis hoftibus nufquam fe æquo certamine committentes, natura loci ac vallo, non virtute aut armis tutabantur. Majus flagitium in Algido, major etiam clades accepta: castra quoque amissa erant, exutusque omnibus utensilibus miles, Tusculum fe fide misericordiaque victurus hospitum (qui tum non fefellit unt) contulerat. Romam tanti terrores lati, ut posito jam decemvirali odio Patres vigilias in urbe habendas censerent: omnes qui per ætatem arma ferre possent, custodiæ mœnia, ac pro portis stationes agere juberent; arma Tusculum ad supplementum decernerent, decemvirosque ab arce Tusculi degressos in castris militem habere: castra alia à Fidenis in Sabinum agrum transferri: belloque ultro inferendo deterreri hostes à consilio urbis oppugnandæ.

Cap. XLIII. Ad clades ab hostibus acceptas, duo nefanda facinora decemviri belli domique adjiciunt. L. Siccium in Sabinis, per invidiam decemvirales, tribunorum creandorum fecessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis ferentem, profpeculatum ad locum castris capiendum mittunt. datur negotium militibus, quos miserant expeditionis ejus comites, ut eum opportuno adorti loco interficerent. Haud inultum Interfecere. nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere, quum ipse se prævalidus pari viribus animo circumventus nutaret. Nunciant cædem exteri, præcipitatum in latidias esse Siccium egregie pugnantem militesque quosdam cum eo amisses. Primo fides nunciantibus fuit. Profecta deinde cohors ad fepeliendos qui ceciderant, decemvirorum permissu, postquam nullum spollatum ibi corpus, Siccianumque in medio jacentem, armaturnque omnibus in eum verfis corporibus videre, hoftium neque corpus ullum, nec vestigia abeuntium; profecto ab fuis interfectum memorantes, retulere corpus. Invidiæque plena castra erant, & Romam ferri protinus Siccium placebat, ni decemviri famosa militare & publica impensa facere maturassent. Sepultus ingenti militum mœstitia, pestima decemvirorum in vulgus fama est.

Cap. XLIV. Sequitur aliud in urbe nefas ab libidine ortum, haud minus fœdo eventu, quam quod per stuprum decemviros everterat urbe regnoque Tarquinios expulerat: ut non finis solum idem decemviris, qui regibus, fed caussa etiam eadem imperii amittendi esset. Ap. Claudium virginis plebeiæ stuprandæ libido cepit. Pater virginis L. Virginius, honestum ordinem in Algido ducibus, tum in exemplo recti domi militiæque. Perinde uxor instituta fuerat, liberique instituebantur. Defponderat filiam L. Icilio tribunicio, viro acri, & pro caussa plebis expertæ virtutis. Hanc virginem adultam, forma excellentem, Appius amore ardens, precio ac spe nullius non compos, postquam omnia pudore septa animadverterat, ad crudelem superbamque vim animum convertit. M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitutem assereret. neque cederet fecundum libertatem postulantibus vindicias: quod pater puellæ absens, locum injuriæ esse ratus, Virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis literarum ludi erant) minister decemviri libidinis manum injecit; serva sua natam (fervamque appellans) esse. fequique se jubebat; cunctantem vi abstracturum. Pavida puella ad tumultum, ad clamorem nutricis, fidem Quiritium implorantis, fit concursus. Virginii patris sponsique Icilii populare nomen celebratur. notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini concillat. Jam à vi tuta erat; quum assertor, nihil opus esse multitudine concitata ait, ire jure grassari, non vi. Vocat puellam in jus; auctoribus qui aderant, ut fequeretur. Ad tribunal Appii perventum est. noram judici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit, puellam domi fuæ natam,

natam, furtoque inde in domum Virginii translatam, supponitam esse. Id se indicio compertum afferre: probaturumque vel ipsi Virginio judice, ad quam major pars injuriæ ejus pertineat. Interim dominum sequi ancillam, æquum esse. Advocati puellæ, quum Virginium reip. causa diutissent abesse, biduo adfuturum, si nunclarum ei fit iniquum esse abfentem de liberis dimicare; postulant, ut rem integram in Virginii adventum differat. lege ab ipso lata vindicias dec secundum libertatem. neu patiatur virginem adultam, famæ prius, quam libertatis periculum adire.

Cap. XLV. Appius decrero præfatus, quam libertati favere, eam ipsam legem violare, quam Virginii amici postulationi præferendam dant. Cæterum ita in ea firmum libertati jure præstatum, si nec causis, nec personis variet. In his enim quæ asseruntur in libertatem, quia quivis hoc agere possit, id juris esse: in ea vero in patris manu sit nomina ne esse alium, cui dominus præstione cedat. Placere itaque patrem adesse, interea juris sui jactitarum assertorem non facere, quin duas puellam, sistendamque in adventum ejus, qui pater dicatur, promittat. Adversus injuriam decreti quum multi magis frenerent quam quisquam unus recusare auderet; P. Numitorius, puellæ avunculus, Sc ipsonsus Icilii intervenium. daraque inter turbam via, quum multitudo Icilii maxime interventu resisti posse Appio crederet, lictor decreste ait: vociferarentque Icilium summovet. Placidum quoque magnanimum tamen injuria accendit. Ferro hinc tibi via aperienda fum, Appi, inquit, ut tacitum ferar, quod celari vis. Virginem ego hanc auctorus, nuptam publicamque habiturus. Proinde omnes collegarum quoque lictores comvoca, expedi ferrum & fecures jube: non maneoti extra domum patris ipsius Icilii. Non, si tribunicium auxilium & provocationem plebi Romanæ, duas arces libertatis tuendæ, admisis, ideo in libros quoque nostros conjegeque regnum regiæ libidini damni fi. Sævite in tergum & in cervices nostras: pacificis saltem in justo sit. Huic ferociæ afferenti ego præsentium Quirinium pro ipsius, Virginius militum pro unica filia, omnes Deorum hominumque implorabimus fidem. neque tu ipsud unquam decretum sine cede nostra referes. Postulo Appi, etiam atque etiam consideres quo progrediare. Virginius videriat de filia, ibi venerit, quid agat. Hoc tantum sciat, sibi si hujus vindicias asserit, conditionem fidei quærendam esse. me vindicantem ipsum in libertatem, vita citius deseret, quam fides.

XLVI. Concitata multitudo erat certamenque instare videbatur. lictores Icilium circumsteterant: nec ultra minas tamen processum est. Quum Appius, *Non Virginium defendi ab Icilio, sed inquietum hominem, & tribunatum etiam nunc spirantem, locum seditionis quærere* diceret; *non prohibiturum se illi eo die materiam: sed ut jam sciret, non id petulantiæ suæ, sed Virginio absenti & parato nomini & libertati datum, paucos die se non dicturum, æquæ decretum interpositurumque M. Claudio petiturumque ut decederet jure suo, vindicaque puellam in posterum diem patroetur. Quod nisi pater postero die affuisset, denunciare se Icilio similiterque Icilii, neque leæ sitæ latorem, neque decemviro constantiam defore: nec se utique indulgeraturum lictores convocaturum ad coercendos seditionis auctores. contentum se fuis licitoribus fore.* Quum dilatum tempus injuriæ esset, secessissentque advocati puellæ, placuit omnium primum fratrem Icilii Icilium que Numitorii impigros juvenes, pergere inde recta ad portam: & quantum accelerari posset, Virginium acciri e castris. In eo vero puellæ salutem, si poterc die vindex injuriæ ad tempus præsto esset. Justi pergunt, citatisque equis nunciam ad patrem perferunt. Quum instarer afferter puellæ, ut vindicaret, Sponsoque daret; atque id ipsum agi diceret Icilius, fedulo tempus terens, dum præciperent iter nuncii missi in castra, manus tollere undique multitudo, se & quisque pararum ad spondendum Icilio offendere. Atque ille lacrimabundus, *Gratum si, inquit, erastina die vos opera uti tur. Sponsorum nunc vices est.* Ita vindicatur Virginia spondentibus propinquis. Appius paulisper moratus, ne ejus rei causa sedilio videretur; postquam omisis rebus aliis, præ cura unius nemo adibat, domum se recepit: collegisque in castra scribit, *ne Virginio commentum dicat, atque etiam ita custodia habeant.* Improbum consilium serunt, ut debuit, fuit: Et jam commeatu sumpto profectus Virginius prima vigilia erat, quum postero die mane de retinendo eo nequicquam literæ redduntur.

Cap. XLVII. At in urbe, primo luce, quum civitas in foro sedetione erecta staret; Virginius fordidatus, filiam suam obsoleta veste contrahibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum deducit. Circumire ibi & prensare homines cepit: & non oratæ solum, precariam opem, sed prodebita per se, *Se pro liberis eorum ac conjugibus quotidie in acie stare: nec alium esse, cujus strenue ac ferocite, facta in bello plura memorari possent. Quid prodesse, si incolumi urbe, qui e*

capta ultima timeantur, liberis suis sint patienda? Haec prope concionabundus circumibat homines. Similia his ab Icilio jactabantur. comitatus multebris plus tacito fletu, quam ulla vox movebat. Advertus quae omnia obtinato animo Appius (tanta vis amentiae verius quam amoris mentem turbaverat) in tribunal afcendit: & ultro querente pauca petitore, *quod jus sui prïdie per intercessionem dictum non esset*; priusquam aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Quem decreto sermonem praetenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint, quia nusquam ullum in tanta de re facilitate decreti verisimilem invenio; id quod conflat, nudum videtur propenendum. Decreste vindicias secundum servitutem. Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit. Silentium inde aliquandiu tenuit. Deinde quum M. Claudius circumstantibus matronis ire ad prehendendam virginem, lamentabilisque eum mulierum comploratio excepisset; Virginius intentans in Appium manus, *Icilio, inquit, Appi, non tibi filiam despondi: & ad nuptias, non ad stuprum educavi. Placet pecudum ferarumque vita promiscue in conubitus ruere? Passerine hoc ipsi fiunt, nescio. non sterco sese passiones fiunt, nescio. non sterco sese passiones habent.* Quum repelleretur assertor virginis a globo mulierum circumstantiumque advocatorum, silentium factum per praeconem.

Cap. XLVIII. Decemvir alienato ad libidinem animo, negat *ex re esse tam non consilio Icilii violenta Virginii, cujus tutor potestasque Romanum habeat, sed certis quoque indiciis compertum se habere, nocte tota coetus in urbe facios esse ad movendam seditionem. Itaque se haud inscium ejus dimicationis, cum ea malis desciscere: non ut quemquam quietum excitaret, sed ut turbantes circitatis otium, pro majestate imperii coerceret. Proinde quisque ceti mentius. I*, inquit, *lictor, summovere turbam; & da viam domino ad prehendendum mancipium.* Quum haec intonuisset plenus irae, multitudo ipsa se sua sponte dimovit. Desertaque praeda injuriae puella flabat. Tum Virginius, ubi nihil usquam auxilii vidit, *Quaeso, inquit, Appi, primum ignoscas patrio dolori, si quid inclementius in te sum invectus: deinde finas hic coram virginis nutricem percontari quid hoc rei sit. Si falso pater dictus sum, agitare hinc animo affectandam.* Data venia, feducit filiam ac nutricem prope Cloacinam ad tabernas, quibus nunc Novis est nomen. atque ibi ab lanio cultro arrepto, *Hoc tibi uno, quo possum, ait, modo, filia, in libertatem vindico.* Pectus deinde puellae transfigit: respectantisque ad tribunal, *Te, inquit, Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro.* Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius, comprehendi Virginium jubet. Ille ferro, quacunque ibat, viam facere: donec multitudine etiam prosequentium tutatus ad portam pervexit. Icilius Numitoriusque extanque corpus sublatum oftentant populo; scelus Appii, puellae infelicem formam, necessitatem patris deplorant. Sequentes clamitant matronae, *Eamne liberorum procreandorum conditionem & pudicitiae praemia esse?* caeteraque quae in tali re mulebris dolor, quo est mestior imbecillo animo, eo miserabilia magis querentibus subjicit. Virorum & maxime Icilii vox tota, tribuniciae potestatis ac provocationis ad populum ereptae, publicarumque indignationum, erat.

Cap. XLIX. Concitatur multitudo partim atrocitate scelleris, partim ipse per occasionem repetendae libertatis. Appius nunc vocari Icilium, nunc detrectantem arripi. postremo, quum locus adeundi apparitoribus non daretur, ipse cum agmine patricionum juvenum per turbam vadens, in vincula duci jubet. Jam circa Icilium non solum multitudo, sed duces quoque multitudinis erant. L. Valerius & M. Horatius, qui, repulso lictore, si jure ageret, vindicare le a privato Icilium ajebant: si vim afferre conaretur, ibi quoque le haud impares fore. Hinc atrox ira oritur. Valerium Horatiumque lictor decemviri invadit. Franguntur a multitudine fasces. In concionem Appius ascendit. Sequuntur Horatius, Valeriusque, eos concio audit, decemviro obstrepitur. Jam pro Imperio Valerius discedere a privatae lictores jubebat: quum fractis animis Appius, vitae metuens, in domum se propinquam foro infelis adversariis capite obvoluto recepit. Sp. Oppius, ut auxilio collegae esset. In forum ex altera parte irrumpit. videt impetrum vi victum. Agitatis deinde consiliis, prout ex omni parte attentiendo multi auctoribus, trepidus, senatum postremo vocari fuffit. ea res, quod magnae parti Patrum displiceret acta decemvirorum videbantur, ipse per senatum finiendae potestatis ejus, multitudinem ledavit. Senatus nec plebem irritandam censuit: & multo magis providendum, ne quid Virginii advenus in exercitu motus faceret.

Cap. L. Itaque missi juniores Patrum in castra, quae tum in monte Vecilio erant; nunciant decemviris, *ut omni ope a seditione milites contineant.* Ubi Virginius majorem, quam reliquerat in urbe, eorum exci-

excivit. Nam praeterquam quod agminis prope quadringentorum hominum veniens, qui ex urbe indistinguitur rei accensi comites ei fe derant, conspectus et dextri tum etiam telum, respectuque ipse cruore tota in se castra convertit. Sc tuge multitudinis in castris vise, majoris aliquanto quam erat, speciem urbanae multitudinis fecerunt. Quaerentibus quid rei esset, dens diu vocem non misit: tandem ut jam ex trepidatione concurrentium turba constitit, ac silentium fuit, ordine cuncta ut gesta erant, expositit. Supinas deinde tendens manus, commilitones appellans orabat. Ne, quod factus Ap. Claudii esset, sui patricii omnes, qui se ut patricidam liberum suos sarcerentur. Sibi vitam filiae sua cariorem fuisse, si liberae ac pudicae vivere licuisset fuisse, quam vestali servam ad stuprum rapi videret, morte amisti meliore ratione, quam contumelia liberos: miseriorem se, quod non crudelitatis ipsum. Nec se superstitem filiae futurum fuisse, nisi bene videndae mortis ejus in auxilio commilitonum habuisset. Illos quoque enim filias, sorores, conjugesque esse, nec cum filia sua libidinem Appii Claudii extincturum, sed quo impunitior sit, eo effrenatiorem futurum. Ultima calamitate documentum datum illis cavendae similis injuriae, quod ad se attineat, uxorem sibi fato ereptam: filiam, quia non ultra pudicitiae victura fuerit, miseram, sed honestam, morte accelerasse. Non esse jam spiritus inviolati locum in domo sua, ubi violentia ejus, eodem se animo fluxi corpus vendicaturum, quo vindicaverit filiae. Cateri sibi ac liberis suis consulerent. Haec Virginio vociferanti ducumabat multitudo, nec illius dolori, nec suae libertati se defuturos. Et immisit turbam ut tabernacula, quum eadem illa querendo, decendoque quanto vis a quam audita indigniora potuerint videri: simul profligatam jam rem nunciando Romae esse, insecutosque qui Appium prope interemptum in exilium abisse dicerent; perpulerunt, ut ad arma conclamaretur, vellerentque signa, & Romam proficiscerentur. Decemviri simul iis quae videbant, simul his quae acta Romae audierant, perturbari; alius in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurrunt. & leniter agentibus responsum non redditur. imperium si quis inhibuerat, & viros & armatos se esse, respondentur. Eunt agmine ad urbem, & Aventinum intidunt; ut quisque occurrerat, plebem ad reperendam libertatem, creandosque tribunos plebis adhortantes; alia vox nulla violentia audita est. Senatum Sp. Oppius habet: nihil placet aspere agi, quippe ab ipsis datura locum sedirionis esse. Mittuntur tres legati consulares, Sp. Tarpeius, C. Julius, P. Sulpicius, qui quaererent senatus verbis, cujus iuris cadi deterruissent? aut quid tibi vellent, qui armati Aventinum obsedissent? belloque averso ab hostibus patriam suam cepissent? Non defuit quid responderetur: decrat qui daret responsum; nullo dum certo duce, nec satis audentibus singulis inciso se offerre. id modo a multitudine conclamatum est, ut L. Valerium, & M. Horatium ad se mitterent. his se daturos responsum.

Cap. LI. Dimissis legatis, admonet milites Virginius, *in re maxima posito ante trepidationem esse, quia sine capite multitudo fuerit: responsumque quamquam non tantitiser, sortuito tamen magis consensu, quam communi consilio esse. Vocare decem creari, qui summae rei praesint. militarique honore tribunos militum appellari.* Quum ad eam ipsum primum is locus deferretur, *Meritoribus meis vestrisque rebus gestis, inquit, ipse de me judicia. Nec mihi filia inulta honorem ullum jucundum esse patitur; nec in perturbata republica eos utile est praesse vobis, qui proximi invitata sint. Si quis ipsius unius, nubilo minor ex privato capietur.* Illo decem numero tribunos militares creant. Neque in Sabinis quievit exercitus. ibi quoque accedere Icilio Numitorioque, secessio ab decemviris facta est; non minore motu animorum Siccii cadis memoria revocata, quam quem nova fama de Virginia atque facie ad libidinem pertita, accenderat. Icilius ubi audivit tribunos militum in Aventino creatos, ne comitiorum militarium Praerogativam urbana comitia iisdem tribunis plebis creandis sequerentur: peritus rerum popularium, imminentique de patellati, & ipse prius quam iretur ad urbem, parari potestate eundem numerum ab suis creandum curat. Porta Collina urbem intravere sub ignis, mediaque urbe agminne in Aventinum pergunt. ibi conjunctis alteri exercitui, viginti tribunis militum negotium dederunt, ut ex suo numero duos crearent, qui summae rerum praesiderent. M. Oppium, Sex. Manilium creant. Patres solliciti de summa rerum, quum senatus quotidie esset, jurgiis saepius terunt tempus quam consiliis. Siccii cades decemviris & Appiana libido, & dedecora militiae objiciebantur. Placebat Valerium Horatiumque ire in Aventinum. illi negabant se aliter iruros, quam si decemviri deponerent insignia magistratus ejus, quo anno jam ante abidient. Decemviri querentes, se in ordinem cogi non ante quam pertatis legibus, quarum causa creati essent,

sent, depositurosque imperium se ajebant.

Cap. LII. Per M. Duilium, qui tribunus plebis fuerat, certior facta plebs, contentionibus assiduis nihil transigi, in Sacrum montem ex Aventino transit: affirmante Duillo non prius quam deseri urbem videant, curam in animos Patrum descensuram. *admonituros Sacrum montem constantiæ plebis, scitivos, quod sine reprensa potestate magistratibus res nequeant.* Via Nomentana, cui tum Piculnensi nomen fuit, profecti, castra in monte Sacro locavere; modestiam tamen suorum nihil violando imitati. Secuta exercitum plebs, nullo qui per ætatem ire posset, retrahente. Profectantes contemplantesque, cuinam se relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia, nec libertas sancta esset, miserabiliter rogitantes. Quum vasta Romæ omnia infucta solitudo fecisset, in foro præter paucos senatorum nemo esset; vocatis utique in senatum patribus, decernit: apparuit se fore tum; plures jam quam Horatius & Valerius vociferabantur, *Quid expectabitis, Patres Conscripti? Si decemviri finem pertinaciæ non faciunt, ruere ac desiderare omnia passuri estis? Quod autem illud imperium est, decemvirale, quod tenetis? Tectis ac parietibus jura dicturi estis. Non pudet lictorum vestrorum majorem prope numerum in foro conspici, quam togatorum aliorumque? Quid si hostes ad urbem veniant, facturi estis? quid si plebs maxe, ubi patrum fecessione nocuerunt armata cessit? Occisum nisi vobis nullis finiri imperium? Aliqui aut pios non esse habenda, aut habenti sunt tribuni plebis. Nos citius ea ruinamus patriciis magistratibus quam illi plebeiis. Novam inexpertamque eam potestatem erigere patriæ nostris, ne nunc diutius temere caveri foram desiderium. quum præsertim nec nos temperemus imperiis, quo minus illi auxilii egeant.* Quum hæc ex omni parte jactarentur, victi consensu decemviri, futuros se, quando ita videatur, in potestate Patrum affirmant. Id modo simul orant ac monent, ut ipsis ab invidia caveatur: nec ino sanguine ad supplicia Patrum plebem affueficiant.

Cap. LIII. Tum Valerius Horatiusque missi ad plebem conditionibus, quibus videretur, revocandam commonendaque res, decemviris quoque ab ira & impera multitudinis præcavere jubentur. Profecti, gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur: quippe liberatores haud dubie & motus initio, & exitu rei. Ob hæc iis advenientibus gratiæ actæ. Icilius pro multitudine verba facit. idem, quum de conditionibus ageretur, quæ tentibus legatis quæ postulata plebis essent; compositæ jam ante adventum legatorum consilio ea postulavit, ut appareret in æquitate rerum plus quam in armis repeni spei. Potestatem enim tribunicium provocationemque repetebant; quæ ante decemviros creatos auxilia plebis fuerant. Se ne cui fraudi esset, concisse milites aut jubem ad prætendam per fecessionem libertatem. De decemvirorum modo supplicio atrox postulatum fuit. Dedi quippe eos æquum censebant, vivosque igni concrematuros minabantur. Legati ad ea: *Eque consilii fuerunt, adeo æqua postulatis, ut ultro nobis defensoribus furire libertati enim ea præsidia petitis, non licentiæ ad impugnandos alios. Iræ vestræ magis ignoscendum quam indulgendum est. quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem rutis: & prius pene quam ipsi hosti sitis, dominari jam in ædificatis incipitis. Nostrum quidem interfuisset civitatem nostra a supplicio, aut Patrum in plebem Romanam, aut plebis in Patres? Scuto vobis magis, quam cladio opus est. Satis superque humilis est, qui jure æquo in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo. Ultima, si quando ita dederint fortuna, nostra sunt. Quum recuperatis magistratibus legibusque vestris, judicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque: tunc, ut quæque caussa erit, statuetis, nunc libertatem reperi, satis est.*

Cap. LIV. Haerent ut vellent permittentibus cunctis, mox redituros se legati rebus perfectis affirmant. Profecti quum mandata plebis Patribus exposuissent; alii decemviri, quandoquidem præter spem ipsorum supplicii sui nulla mentio fieret, haud quicquam abnuere. Appiti truci ingenio, & invidia præcipua odium ille allorum suo in eos meriens odio, *Haud ignaro*, inquit, *imminet fortuna. Video donec arma adversariis tradantur, differri adversus nos certamen. Audax invidiæ est sanguis. Nihil ne ego quidem moror, quo minus decemvirum desinam.* Facessunt legati consilium. *De decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicaturi.* Q. *Furius pontifex maximus tribunos plebis creavit: & ne cui fraudi esset fecessio militum plebisque.* His senatusconsultis perfectis, dimisso senatu decemviri prodeunt in concionem: abdicantque se magistratu, ingenti hominum lætitia. Nunciantur hæc plenum. legitos quicquid in urbe hominum supererat, profequitur. Huic multitudini lætantia turba ex castris occurrit, congratulantur libertatem concordiamque civitati restitutam.

Legati

Legati pro concione: *Quod bonum, faustum, felixque sit vobis, populo Romano, et in patriam vestram, omnibusque liberosque vestros: sed qua ista majestate fuistis, ubi nullius ager in tot sitis rerum necessario tantæ multitudini est violatus; eamne modestiam ferte in urbem. In Aventinum ite, unde profecti estis. Ini felici loco, ubi prima initia incolis tenuistis, capessite. Ibi vobis plebi creabitis, præsto erit pontifex maximus, qui comitia habeat.* Ingens assensus alacritasque cuncta approbantium fuit. Convertunt inde signa, profectique Romam certant cum obviis gaudio. armati per urbem silentio in Aventinum perveniunt. Ibi exemplo pontificis maximo comitia habente, tribunes plebis creaverunt, omnium primum, A. Virginium, inde L. Icilium, & P. Numitorium avunculum Virginiæ, auctores secessionis: tum C. Sicinium, progeniem eius, quem primum tribunum plebis Romæ in Sacro monte, proditum memoriæ est: & M. Duillium, qui tribunatum initurus decemviros creatos gesserat, nec in decemvirali bus certaminibus plebi defuerat. Spe deinde magis quam meritis electi, M. Titinium, M. Pomponium, C. Apronius, P. Villius, C. Oppius. Tribunatu inito L. Icilius, extemplo plebem rogavit, & plebs scivit, ne cui fraudi esset secessio ab decemviris facta. Confestim de consulibus creandis cum provocatione M. Duilius rogationem perulit. ea omnia in pratis Flaminiis consedit, quem nunc Circum Flaminium appellant.

Cap. L V. Per interregem deinde consules creati, L. Valerius, H. Horatius. qui exemplo magistratum occeperunt: quorum consulatus populariis fine natus Patrum injuria, nec fine opinione fuit. Principati enim libertati plebi caverunt, id fuis decedere opibus credebant. Omnium primum; quum veluti in controverso jure esset, tenerentne Patres plebiscitis; legem cerneriatis comitiis tulere, *Ut quod tributim plebes jussisset, populum teneret.* qua lege tribunicis rogationibus telum acerrimum datum est. Aliam deinde consularem legem de provocatione, unicum præsidium libertatis, decemviroli petebatur eversam, non restituunt modo, sed etiam in posterum muniunt: sanciunt enim, *Nequis illum magistratum sine provocatione crearet. qui creasset, eum jus fasque esset occidi: neve ea cædes capitalis noxæ haberetur.* Et quum plebem hinc provocatione, hinc tribunicio auxilio satis firmassent, ipsis quoque tribunis ut sacrosancti viderentur (cujus rei prope jam memoria abolverat) relatis quibusdam ex magno intervallo cærimoniis, renovarunt. & quum religione inviolatos eos, tum lege etiam tecerunt; sanciendo, *Ut qui tribunis plebis, ædilibus, judicibus, decemviris noctuisset, ejus caput Jovi sacrum esset. familia ad ædem Cereris, Liberi Liberaque venum iret.* Hac lege juris interpretes negant quenquam sacrosanctum esse: sed eum qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum fanciri. Itaque ædilem prehendi, duciique a majoribus magistratibus: quod etsi non jure fiat (nocere enim ei, cui hac lege non licet) tamen argumentum esse, non haberi pro sacrosancto ædilem: tribunos vetere jurejurando plebis, quum primum eam poteitatem creavit, sacrosanctos esse. Fuere et alteri tum, qui eadem hac Horatia lege consulibus quoque & prætoribus, quia iisdem auspiciis, quibus consules crearentur, cautum esse, judicem enim consulem appellari. Quæ refellitur interpretatio, quod his temporibus nondum consulem judicem, sed prætorem appellari mos fuerit. Hæ consulares leges fuere. Institutum etiam ab iisdem consulibus: ut senatusconsulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferentur. quæ ante arbitrio consulum fupprimebantur, viriabantur que. M. Duilius deinde tribunus plebis plebem rogavit, *Ne quis faceret, quæ plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur.* Hæc omnia ut invitis, ita non adversantibus patriciis transacta: quia nondum in quemquam unum sævichatur.

Cap. L V I. Fundata deinde & potestate tribunicia, & plebis libertate; tum tribuni aggredi singulos tutum maturumque jam rari, accusatorem primum Virginium, & Appium reum deligunt. Quum diem Appio Virginius dixisset, & Appius ditionis patricius juvenis in forum descendisset; redintegrata exemplo est omnibus memoria fœdissimæ operis, quum ipsum fœdissimæ ejus vidissent. Tum Virginius, *Oratio*, inquit, *rebus dubiis inventa est. Itaque ego accusando apud vos eum, tempus tertium consumam: deinde ita vos (nec ipse armis vindicabis) me ipsum ad cetera scelera impudentissimi in defendendo fe adjicere patiar. Omnium igitur tibi, Appi Claudi, quæ in pie nefarieque per hevanium alia super alia es ausus, gratiam facio. unius tantum criminis in judicem dico, te ad libertatem in servitutem contra leges vindicias non dedisse, in vinculo te duci jubeo.* Nec in tribunicio auxilio Appius, nec in judicio populi ullam spem habebat. attamen & tribunos appellavit: & nullo morante arreotus a vincre, *Provoco*, inquit. Audita vox una vindex libertatis ex eo missa ore, quo

vindictæ nuper ab libertate dilatæ erant, silentium fecit. Et, dum ore fe quisque, *Deos tandem esse, & non negligere humana; & manifesto, & superbia & crudelitate, & scelere, non licentia vivere pænas; provocare aui provocationem supplisse; & implorare præsidium populi, qui omnia jura populi obtruserit; nanciam in vinculis egentem jure libertatis, qui ipsum corpus in vinculum addixisset;* apud populi Romani misericordis murmur fidem populi Romani imolorantis vox audiebatur. Majorum merita in rempublicam domi militiæque commemorabat. *Suum in felix erga plebem Romanam studium, quod adjutandarum legum caussa eum magistratu se abdicasset. Patrum contra invidiam esse; suas leges, quibus nexis animibus latæ earum in vincula ducerentur. Caterum sua proinde bona malaque, quum caussa dicendæ date facultas sit, tum se experturum. In præsentia se communi jure civitatis civem Romanum ab Atilio postulare, ut adesset. Licuit, inquit, Appi, populi Romani experiri, non ita se inimicum patribus esse, ut nihil in equitate & misericordia civium suorum spei haberet. Quod si iniqua caussa in vincula ducatur, iterum se tribunos plebi appellare, & nomine me initurum quos adoriri, & quibus tribunal eodem fidere obligato se fore, nunc nullande appellationis caussa, in quam conjiciasse decemviros criminati sint; ait se provocare ad populum; implorare leges de provocatione, & consulares, & tribunicias, eo ipso anno latas. Eadem enim provocatorum, si hæc judicata de libertatis caussa non liceat? Cui plebeio & humili præsidium in legibus fore, si Ap. Claudio non sit? se documento futurum, utrum novis legibus dominatio, an libertas firmata sit; & appellatio provocatioque adversus injuriam negligerarum ostentata tot annorum tralatitia literis, an vere data sit.*

Cap. LVII. Contra Virginius, unum Ap. Claudium, & legum experiem & civilis & humani fœderis esse ajebat. *Respicerent tribunal hominis, castellum omnium scelerum: nisi decemviri illa perpetua, bonis, virgo sanguinei civium infestus, virginem securesque omnibus minitans, Deorum hominumque contemptor cavitibus non licentibus stipatus, jam ab rapinis & cædibus animo ad libidinem verso, virginem lanonium in oculis populi Romani, velut bello capiam, a complexu patris abreptam, nutritio custodi sui clienti dono dederit. Ubi crudeli decreto, nefandissime vindicis dexteram patris in filiam armaverit, ubi tollentes corpus familiamve virginis, sponsum acinconjugem in carcerem duci jusserit; flupro interpellato magis, quam cæde motus. & illi carcerem asseruerint esse, quod adolescentulus plebis Romanæ vocare sit solitus. Proinde ut ille iterum de sapius provocet, sic se iterum ad sapius judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem daderit. si ad judicem non eat, pro damnato in vincula duci jubere.* Ut haud quoquam improbabile, flemmine populi animorum, quum tanti viri supplicio fumet plebi jam nimia libertas videretur, in carcerem est conjectus. tribunus ei diem prædixit. Inter hæc ab Latinis & Hernicis legati gratulatum de concordia Patrum ac plebis Romam venerunt, donumque coronam auream in Capitolium tulere parvi ponderis, preut res haud opulentæ erant: celebanturque religiones pie magis quam magnifice. Iisdem auctoribus cognitum est, Æquos Volscosque summa vi bellum apparare. Itaque partiri provincias consules justi. Horatio Sabini, Valerio Æqui Volscique evenere. Quum ad ea bella delectum celsissent, favore plebis non jam pro modo, fed emeritis etiam stipendiis, pars magna voluntariorum, ad nomina danda præsto fuere. eoque non copia modo, fed genere etiam militum veteris admissis firmior exercitus fuit. Priusquam urbem egrederentur, leges decemvirales, quibus *tabulis duodecim* est nomen, in æs incisas in publico proposuerunt. Sunt qui justu tribunorum ædiles functos eo ministerio scribant.

Cap. LVIII. C. Claudius, (qui perosus decemvirorum scelera, & anre omnes fratris hili superbiæ infestus, Regillum antiquam in patriam se contulerat) is magno jam natu quum ad pericula ejus deprecanda redisset, cujus vitia fugerat, fordidatus cum gente & clientibus in foro proflabat singulos: orabatque, *Ne Claudiæ genti eam imustam maculam vellent. ut carcere & vinculis viderentur digni: virum honorarissimæ imaginis futurum ad posteros, legum latorem conditoremque Romani juris, jacere vinctum inter fures nocturnos & latrones. Avertirent ab ira paterque ad cognitionem cognitionemque animos: & potius unum tot Claudiis deprecantibus condonarent, quam propter unius odium multorum preces asperarentur. Se quoque id genere ad omnes dare; nec cum eo gratiam recusse, cujus adverse fortune velit succurrisse. Virtute libertatem recuperatam esse: clementia concordiam ordinum stabiliri posse.* Erant quos moverent ita magis precare, quam eius pro quo agebat caussa. sed Virginius *sibi potius ut misereretur*, orabat, *filiæque: nec gentis Claudiæ regnum in plebem for-*

ita,

rite, sed neceſſarium Virginiæ & reium tribunorum preces audirent. qui ad auxilium plebis creati, ipſi plenis fidem atque auxilium implorarent. Juſtiores hæc lacrimæ videbantur. Itaque ſpe incita, priuſquam prodita dies adeſſet, Appius ſibi mortem conſcivit. Subinde arreptus à P. Numitorio Sp. Oppius, invidiæ proximus, quod in urbe fuerat, quum injuſtæ vindiciæ à collega dicerentur. Plus tamen falſa injuria Oppio, quam non prohibita, Invidiæ fecit. reſtis productus, qui ſeptem & viginti enumeratis ſtipendiis, ædies extra ordinem donatus, donaque ea gerens in conſpectu populi ſciſſa veſte, tergum laceratum virgis oſtendit, nihilum deprecans, *aiuin ſi quam ſuam noxam reus dicere poſſet, privatus in ſe iterum ſæviret.* Oppio quoque ductus in vincula eſt, & ante iudicii diem finem ibi vitæ fecit. Bona Claudii Oppiique tribuni publicare. collegæ eorum exilii cauſſa tolum verterunt: bona publicata ſunt. & M. Claudius aſſertor Virginiæ, die dicta damnatus, Ipſo remittente Virginio ultimam pœnam, dimiſſus Tiburi exulatum abiit. Cædemque Virginiæ, mortemque quam vivæ feliciorís, per tot domos ad perendas pœnas vagati, nullo relicto ſonte tandem quieverunt.

Cap. LIX. Ingens metus inceſſerat Patres, vultuſque jam iidem tribunorum erant, qui decemvirorum fuerant, quum M. Duilius tribunus plebis inhibitor falubriter modo nimis poteſtatis. *Et libertatis, inquit, noſtræ & pœnarum ex inimicis ſatis eſt itaque hoc anno nec diem dici cuiquam, nec in vincula duci quemquam ſum paſturus. Nam neque vetera peccata repeti ſam aboli mata placet, quam nova quæ fiunt decemvirum ſupplicits: & nihil admiſſum iri, quod vim tribunitiam deſtruat, ſpondet perpetua conſulum amborum in libertate noſtra tuenda cura.* Ea primum moderatio tribuni, metum Patribus demſit, cademque auctis conſulibus invidi m: quod adeo toti plebis fuiſſent, ut Patrum ſalutis libertatiſque prior plebsio magiſtratui, quam patricio cura fuiſſet. & ante inimicos ſatietas pœnarum ſuarum cepiſſet, quam obviam iruros licentiæ eorum conſules appareret. Multique erant qui mollius conſultum dicerent, nedum leges ab iis latarum Patres auctores fuiſſent. neque erat dubium, quin turbato reipublicæ ſtatu tempori ſuccubuiſſent.

Cap. LX. Conſules rebus urbanis compoſitis, fundatoque plebis ſtatu, in provincias dive li abiere. Valerius adverſus conjunctos jam in Algido exercitus Æquorum Volſcorumque ſuſtinuit conſilio, bellum. Quod ſi exemplo rem fortunæ commiſiſſet, haud ſcio, an (qui tum animi ab decemvirorum infelicibus auſpiciis Romanis hoſtibusque erant) magno detrimento certamen ſtaturum fuerit. Caſtris mille paſſuum ab hoſte poſitis, copias continebat. hoſtes medium inter bina caſtra ſpatium acie inſtructa complebant. provocantibuſque ad prœlium, reſponſum Romanus nemo reddebat. tandem fatigati ſtando, ac nequicquam exſpectando certamen Æqui Volſcique, poſtquam conceſſum propemodum de victoria credebant; pars in Hernicos, pars in Latinos prædatum abeunt. relinquitur magis caſtris præſidium, quam ſatis virium ad certamen. quod ubi ſenſit conſul, reddit illarum antea terrorem: inſtructaque acie ultro hoſtem laceſſit. Ubi Illi, conſcientia quid abeſſet virium, detractare pugnam; crevit extemplo Romanis animus, & pro victis habebant paventes intra vallum. Quum per totum diem ſtetiſſent intenti ad certamen, nocte ceſſere: & Romani quidem pleni ſpei corpora curabant. Haudquaquam pari hoſtes animo, nuncios paſſim trepidi ad revocandos prædatores dimittunt: recurritur ex proximis locis, ulteriores non inventi. Ubi illuxit, egreditur caſtris Romanus, vallum invaſurus, ni copia pugnæ fieret. & poſtquam multa jam dies erat, neque movebatur quicquam ab hoſte, jubet ſigna inferri conſul. magna ea acie indignatio Æquos & Volſcos inceſſit, ni victores exercitus vallum potius quam virtus & arma contegerent. igitur & ipſi effiagitarum ab ducibus ſignum pugnæ accepere. Jamque pars egreſſa portis erat: deincepique alii ſervabant ordinem, in ſuum quiſque locum delapſi. Ibi, quum primum Romanus prius, quam toris viribus ſulta conſtarent hoſtium acies, intulit ſigna: adortuſque nec omnes dum eductos, nec qui erant, ſatis expliciti ordinibus, prope fluctuantem turbam trepidantium hic atque illuc, circumpectantiumque ſe actuos, addito turbatis mentibus clamore atque impetu, invadit. Retulere primo pedem hoſtes, deinde quum animos collegiſſent & undique duces, victiſſe ceſſuri eſſent, increparent; reſtituuntur pugna.

Cap. LXI. Conſul ex altera parte *Romanos memiſſe jubebat, illo die primum libertos pro libera urbe Romana pugnare. Sibimetipſis victuros, nonne decemvirorum victores premium eſſent. Non Appio, duce rem geri, ſed conſule Valerio: a libertatione populi Romani orto; liberatore ipſo. Oſtenderent prioribus præſtis par animi, non par militiæ teſtis ne crederent. Tempe eſſe, commilitones, animi habuiſſe, quam contra hoſtes: & domi, quam foris. Ter-*

virtutem magis timuisse. Unam Virginiam fuisse, cujus pudicitiæ in pace periculum esset: unum Apollinem pertinuisse libidinis. At si forsitan dei incitent, omnium liberis ab hoc militibus hostium patientiam ferre. Nolle ominari quæ nec Jupiter nec Mars pater passuri sint iis auspiciis condite urbi accidere. Aventinii Sacrivae mentio admonebat, *ut ubi libertas parta esset, pudeat ante meminisse, ea impetum illibatum reservent: oderint magis quam ferendam indolem militibus Romanis post exactos decemviros esse: quæ ante eos tulerit: nec æquanis legibus imminuant virtutem populi Romani esse.* Hæc ubi inter signa peditum dicta dedit; advolat deinde ad equites. *Agite, juvenes, inquit, præstate virtute pedites, ut bonore atque ordine præstitis. Primo concursu pedes movit hostem, postquam vos immissi equi exciete e campo. Non sustinebunt impetum, & nunc cunctantur magis, quam resistunt.* Concitant equos permittuntque in hostem, pederiti jam turbatum pugna: & interruptis manipulis elati ad novissimam aciem, pars liberi spatio circumvecti, jam fugam undique capessentes pierosque à castris avertunt, præterequitantesque abiterrent. Peditum acies & consuli ipse, visque omnis belli fertur in castra: captisque eam ingenti cæde, majore præda potitur. Hujus pugnæ non perlata modo in urbem modo, sed in Sabinos ad alterum exercitum. In urbe latitia modo celebrata est, in castris animos militum ad æmulandum decus accendit. Jam Horatius eos excursionibus fufficiendo, prælisque levibus experiundo assuefecerat illis populus fidere, quam metuisse inhominiæ decemvirorum ductu acceperat, parvaque certamina in summam totius profecerant spei. Nec cessabant Sabini feroces ab re priore anno bene gesta, lacessere aseque irritare, rogitantes, *Quid tarrotchii modo procurfationes paucæ, recommissique verbere tempus, & in multa prælia parvaque carperent summam unius belli? Quin illi congrederentur acie, inclinandaque fessi fortunæ rem darent?*

Cap. LXII. Ad id quod sua fponte satis collectum animorum erat, indignitate etiam Romani accendebantur. Jam alterum exercitum victorem in urbem redituram, sibi ultro per contumelias hostem insultare. quando autem se, si tum non sint, pares hostibus fore? Ubi hæc fremere militem in castris consul sensit, condione advocata, *Quemadmodum, inquit, ho Alcido res gesta sit, arbitror ego, milites, audisse. qualem libri populi exercitum decuit esse, talis fuit. consultu collegæ, virtute militum victoria parta est. Quod ad me attinet, si consilii animique habitu-*

rus sum, quod vos, milites, mihi esse cerisis. & mihi bellum salubrius, & maturè perfici potest. Si trahendum est, & ut in dies ipse virtutis vestræ crescat, eadem quæ instituta disciplina efficiam. Si jam satis ardent ea, decernique placet, ejiciendum clamorem, qualem in acie sublaturi estis, tollite hic. Indicem voluntatis virtutisque vestræ. Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus, *Quod benevertat, gesturum se illis mox ait, posteraque die in aciem deducturum.* Celebrant. Reliquum diei apparendis armis consumtum est. Postero die simul instituti remanam aciem ubi videre. Sic ipsi jam prudem avidi certaminis procedunt. Prælium fuit, quale inter fidentes fibimet ambos exercitus, veteris pervicacisque alterum gloriæ, alterum nuper nova victoria elatum. Consilio etiam Sabini vires adjuvere. nam quum æquassent aciem duo extra ordinem milia, quæ in finistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem fecerant, renuere. quæ ubi illatis ea transfersos signis degradabant prope circumfusis Romanis; equites duastim legionum sexcenti fere ex equis desiliunt, cedentibusque jam suis provolant in primum, simulque & hosti se opponunt, & æquato primum periculo, pudore deinde animos peditum accendunt. Verecundiæ erat, equites hoc alicnome pernare. prælium peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse.

Cap. LXIII. Vadunt igitur in prælium ab sua parte omisum, & locum ex quo cesserant, repetunt: momentoque non restituta modo pugna, fed inclinatur etiam Sabinis cornu. Equus inter ordines peditum tectus se ad equos recipit. transvolat inde in partem alteram, suis victoriæ nuncius, simul & in hostes jam pavidos, quippe futo sue partis validiore cornu, impetum facit. non aliorum eo prælio virtus magis enituit. Consul providere omnia, laudare fortes, increpare segnes, & jam & jam pugna esset. Castigari fortium statim virorum operam edebant: tantumque bos pudor, quantum alios laudes excitabant. Redintegrato clamore undique omnes connixi hostem avertunt, nec deinde Romani vis sustineri potuit. Sabini fusi passim per agros castra hosti ad prædam relinquunt. Ibi non fecisorum sicut in Algido res, fed suas Romanus populationibus agrorum amissas recipit. Gemina victoria duobus bifurium prœliis parta, malignè senatus in unum diem supplicationes consilium nomine decrevit. Populus injussu & altero die frequens iit supplicarum. & hæc vana popularisque supplicatio studiis prope celebratior fuit. Consules ex compoito, eodem biduo ad urbem accessere, senatumque in Martium campum evocavere.

ubi

ubi quum de rebus ab se gestis ageret, questi primores Patrum sententiæ integræ mihi dedita opera retrorris caussa haberi. itaque inde consules, ne criminationi locus esset, in prata Flaminia, ubi nunc ædes Apollinis est (Circum jam tum Apollinarem appellabant) avocavere senatum. Ubi quum ingenti studio plenus Patrum ordo in curiam triumphus, L. Icilius tribunus plebis tulit ad populum de triumpho consulum: multis disfuasum prodeuntibus, maxime C. Claudio vociferante, *De Patribus, non de bostibus consules triumphare velle, gratiamque pro petitis merita tribunis. non pro ulcisci honorem petitum quam ante de triumpho per populum actum, semper æstimationem arbitriumque ejus honoris penes senatum fuisse. ne reges quidem majestatem summi ordinis imminuisse. nec ita omnia tribuni potestatis sua implevisse, ut nullum relictum consilium fuerent esse. ita demum liberam civitatem fore, ita æquatas leges, si sua quisque jura ordo, sitam majestatem teneat.* In eandem sententiam multa & à cæteris senioribus Patrum cum essent dicta, omnes tribus eam rogationem accepere. Tum primum fine auctoritate senatus, populi jussu triumphatum est.

Cap. L X I V. Hæc victoria tribunorum plebisque prope in haud salubrem luxuriam vertit; conspiratione inter tribunos facta, ut iidem tribuni reficerentur. & quo potentiores deditas eminerent, consulibus quoque continuarent magistratum. Confensum Patrum caussabantur, quo per contumeliam consulum jura plebis labefacta essent. *Quid futurum, nondum firmatis legibus, si novos tribunos per facliones suas consules adorti essent? non eosdem semper Valerios Horatiosque consules fore, qui liberari plebis suas opes postferrent.* Forte quadam utili ad tempus, ut comitiis præesset, potiffimum M. Duilio forte evenit, viro prudenti, & ex continuatione magistratus invidiam imminentem cernenti. qui quum ex veteribus tribunis negaret ullius se rationem habiturum, pugnarentque collegæ ut liberas tribus in suffragium mitteret, aut concederet sortem comitiorum collegis, habituris è lege potius comitia, quam ex voluntate Patrum; cum conditione Duilius consules ad subsellia accitos, quum interrogasset, quid de comitiis consularibus in animo haberent, respondissentque, se novos consules creaturos; auctores popularis sententiæ, haud populares nactus, in concionem cum iis processit. Ubi quum contumelias prodicti ad populum, interrogatique; si eos populus Romanus memor libertatis per illos receptæ domi, memor militiæ rerumque gestarum consules iterum faceret, quidnam facturi essent, nihil sententiæ suæ mutassent; collaudatis consiliis, quod perseverarent ad ultimum dissimiles, decemvirorum esse, comitia habuit: & quinque tribunis plebis creatis, quum præsidiis aperte petentium novem tribunorum alii candidati tribus non explerent, concilium dimisit: nec deinde comitiorum caussa habuit. Satisfactum legi ajebat, quæ numero nusquam præfinito tribunis, modo ut relinquerentur, fanciret: & ab iis qui creati essent, cooptari collegas juberet. Recitabatur rogationis carmen, in quo. *Si tribunos plebei decem rogabo, si quos minus hodie decem tribunos plebei fecerint: bi tum uti quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint, ut illi quos bodie tribunos plebei fecerint.* Duilius quum ad ultimum perseveraret, negando quindecim tribunos plebi remansuri habere posse, victa collegarum cupiditate, pariter Patribus plebique acceptus, magistratu abiit.

Cap. L V. Novi tribuni plebis in cooptandis collegis Patrum voluntatem foverunt. duos etiam patricios consulares ejus, Sp. Tarpeium & A. Aternium creavere. Consules creati, Lar. Herminius, T. Virginius Cœlimontanus, nihil magnopere ad Patrum aut plebis causssam inclinati, otium domi ac foris habuere. L. Trebonius tribunus plebis infestus Patribus, quod se ab iis in cooptandis tribunis fraudatum captum, proditumque a collegis, ajebat; rogationem tulit, *ut qui plebem Romanam tribunos plebi rogaret, is usque eo rogaret, dum decem tribunos plebei faceret.* infectandisque Patribus, unde Aspero etiam inditum est cognomen, tribunatum gessit. Inde M. Geganius Macerinus & C. Julius consules facti, coitiones tribunorum advertus nobilium juventutem ortas, sine infectatione potestatis ejus, conservata majestate Patrum, sedavere. plebem decreto ad bellum Volscorum & Æquorum delectu, distinendo rem, si plebi absentibus continuare urbano quoque otio foris omnia tranquilla esse affirmantes, per discordias civiles externos rollere animos. Cura pacis, concordiæ quoque intestinæ caussa fuit, sed alter semper ordo gravis alterius modestiæ erat. quiescenti plebi superioribus Patrum injuriæ fieri cœpere. ubi tribuni auxilio humilioribus essent, in primis parum proderat: deinde ne ipsi quidem inviolati erant; utique patrimeis mensibus, quum & per coitiones potentiorum injuria fieret, & vis potestatis omnis aliquanto profferiore anni parte languidior ferme esset: jamque ibebis ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet: nomine tantum se biennio habuisse. Seniores contra Patrum, ut nimis fero-

cos suos credere juvenes esse; ita malle, ii modus excedendus esset, suis quam adversariis superesse animos. adeo moderato tuendæ libertatis, dum æquari velle simulando ira se quisque extollit, ut deprimat alium, in difficili est; cavendoque ne mereant homines, metuendos ultro se efficiunt: & injuriam à nobis repulsam, tanquam aut facere aut pati necesse sit, injungimus aliis.

Cap. LXVI. T. Quinctius Capitolinus quartum, & Agrippa Furius consules inde facti, nec seditionem domi, nec foris bellum acceperunt: sed imminebat utrumque. Jam non ultra discordia civium reprimi poterat, & tribunis & plebe incitata in arma, quum dissidium nobilium civitatis novis semper certaminibus concitiones turbaret. ad quarum primum speciem, velut signo accepto, arma cepere Æqui ac Volsci: simul quod perfugerant iis duces cupidi prædarum, biennio ante delectum habiti non potuisse, abunde jam, præterquam imperitiæ, esse non esse militibus exercitus. assolvit identia militandi morem, nec pro communi jam patria Romam esse, quicquid locorum simul tamquæ cum externis fuerit, in ipsos versi. occæcatos lupos in sua rabie opprimendi cupiditate esse. conjunctis exercitibus Latinum primum agrum populati sunt: deinde, postquam ibi nemo vindex occurrebat, tum vero exultantibus belli auctoribus, ad mœnia ipsa Romæ populabundi regioni portæ Esquilinæ accessere; vastationem agrorum urbi per contumeliam ostentantes unde paulum ante in præda magna præ se agentes, retro ad Corbionem agmine iere. Quintius consul ad concionem populum vocavit.

Cap. LXVII. Ibi in hanc sententiam locutum accipio: *Etsi mihi nullius noxæ conscius, Quirites, sum, tamen pudore publico suscipio orationem vestram procelli. Hoc vos scire, hoc posteris memoriæ tradituri iri, Æquos & Volscos vix hernicis nostro pare, T. Quintio quartum consule ad mœnia urbis Romæ impune armatos venisse. Hanc ego ignominiam (quamquam jam diu hic vobiscum, si fatuus rerum est, ut nihil boni divinet animus) si huic potissimum imminere anno scissem, vel exilio vel morte, si alia fuga honoris non esset, cavissem. Ergo, si viri arma illa habuissent, quæ in portis sumpsere, capi Roma ne consule potuit? Satis hominum, satis juventutis erat, mori consulem tertium oportuit. Quem tandem ignavi imi hostium contempsere? nos consules? an vos Quirites? Si culpa in nobis est, auferte imperium indignis: & si id parum est, insuper pœnas expetite. At in nobis, nemo Deorum nec hominum sit, qui vestra punire peccata Quirites, volunt tantum eorum pœniteat. Non illi vestram ignaviam contempsere, nec suæ virtuti confisi; quippe toties sui fugatione, captivi exuti, ægro animi cadi, jugo missi, & se & vos movere. Discordia ordinum est venenum urbis hujus: Patrum ac plebis certamina? dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis est modus, dum tædet nos patricium, nos plebeium magistratuum, singulare illi animos. Proh Deum fidem, quid nobis vultis? Tribunos plebis concupiistis. concordiæ caussa concessimus. Decemviros desideratis. creari passi sumus. Decemvirorum vos pertæsum est. conjunxistis abire me Sthaui. Manete in eodem privatos ira vestra, mori æque cupiemus nobilissimorum innocentissimique passi sumus. Tribunos plebis creari iterum voluistis. creasti. Consules facere vestrarum partium, esse Patricios videbamus luctuosum; patriciumque quoque magistratum plebi domum heri vidimus: auxilium tribunitium, provocationem adversus nos, gliscere his injuriis patrimus. Sub titulo æquandarum legum nostra jura oppressa tulimus & ferimus. Quæ finis erit discordiarum? Equando unam urbem habere, equando communem hanc esse patriam licebit? Victi nos æquore, armis ostelicimus. quam vos victoriam, cujus hostes? nobis contumendos esse? Adversus nos Aventinum capitur, advectus nos Sacer occupatur mons. Esquilias quidem ab hoste prope captas, & scandentem in ea gerere Volscum hostem nemo submovit. In nos viri in nos armati ejiti. Quo ferre hæc? Ædes deum, domicilia civium circumsederitis, & forum infestum feceritis, & carcerem impleveritis principibus; iisdem ipsis locis animis egredimini extra portam Esquilinam: aut si ne hoc quidem audetis, ex muris urbis agros vestros, tecta, sepulcra vestrorum prædam abijci, flammæ incensa passim videtis. At enim communis res per hæc loca est pejore: ager uritur, ædes obsidetur, bella gloria penes hostes est. Quid tandem privatæ quo statu sunt? Jam unicuique ex agris sua damna nuntiantur ut. quid est tandem domi, unde ea expleatis? Tribuni vestri amissa reddent ac restituent? vocis verborumque quantum voletis, ingerent, & criminum in principes & legum aliarum super alias, & concionum. Sed ex illis concionibus numquam vestrorum quisquam re, fortuna, domum ex ea egressus est. Tribuni retulit aliquid ad conjugem & liberos præterodia, offensiones, simultates publicas privatasque? a quibus semper non vestra virtute innocentiaque sed auxilio alieno tuti sitis. At hercules, quum stipendia nobis consulibus, non tribunis ducibus, & in castris, non in foro faciebatis, & in acie vestrum*

ferum clamorem hostes, non in concione Patres Romani horrebant, praeda parta, agro ex hoste capto, pleni fortunarum ubrioquie simul publicae, simul privatae, triumphantes domum ad penates redibatis. nunc ueratem vestris fortunis hostem abire finitis. Haerete affixi concionibus, & in foro vivite. sequitur vos necessitas militandi quam fugitis. Graece erat in Aequos & Volscos proficisci? Ante portas ejus bellum, in undo vos petitur, sam intra moenia erit, & arcem & Capitolium scandet, & in domos vestras vos persequetur. Biennio ante Senatus delectum habuit, & eduxit exercitum in Algidum justit. sedemus desides domi, multorum ritu internos altercantes; praestanti pace latet, ut cernentes ea otia in brevi multiplex bellum reditura. His ego gratiora dicta alia esse scio: sed me vera pro gratis loqui, etsi meum ingenium non monuret, necessitas cogit. Vellem equidem vobis placere, Quirites, sed multo malo vos salvos esse; quolibet vos oderint, dum ne futuri essis. Natura hoc ita comparavimus ea, ut qui apud multitudinem sua causa loquitur, gratior eo sit, cujus mens nihil praeter publicum commodum videt. nisi forte assentatores publicos, plebicolas ipsos, qui vos nec in armis, nec in otio esse sinunt, vestra vos causa iuctare & stimulare putatis. Concitati, aut honori aut quaestui illis estis: & quia in concordia ordinum nullos se ipsuam esse vident, malae rei se quam nullius turbarum ac seditionum, duces esse volunt. Quarum rerum si vos tedium tam tenet capere potest, & patrum & plebis antiquos mores quitis pro his novis sumere, nulla supplicia recuso, nisi paucis diebus hos populatores agrorum nostrorum fesos fugatosque castris excuero. & a portis nostris manibusque ad illorum urbes hinc bello terrores quo nunc vos attonuti estis, transferetero.

Cap. LXIX. Rara alias tribuni popularis oratio acceptior plebi, quam tunc severissimi consulis fuit. Juventus quoque quae inter tales metus derrectationem militiae, telum acerrimum adversus Patres habere solita erat, bellum & arma spectabat, & agrestium fugas spoliatique in agris & vulnerari, foedioraisis, quae subjiciebantur oculis, nunciantes, totam urbem ira implevere. In senatum ubi ventum est, ibi vero in Quintium omnes versi, ut unum vindicem majestatis suae intuebantur. & patres Patrum dignam dicere concionem imperio consulari, dignam tot consulatibus antecessis, dignam vita omni plena honorum saepe gestorum, saepius meritorum. Alios consules aui per proditionem dignitatis Patrum plebi donatos, aut acerbe tuendo jura ordinis superiorem demandatae multitudinem fecisse: T. Quintium orationem memoram majestatis Patrum, concordiaque ordinum, & temporum imperii haustis. Orare cum collega unque, ut capesserent rempubl. orare tribunos, ut imo animo cum consilibus bellum ab urbe ac nominis propulsari vellent, plenemque obedientiam in re tam trepida Patribus praeberent: appellare tribunos communem patriam, antiquumque eorum consilium, vastatis agris a urbe prope oppugnata. Contenta omnium delectus decernitur haberturque. Quum consules in concione pronunciassent, Tempus non esse causas cognoscendi: omnes juniores posero die prima luce in campo Martio adesse: cognoscendi causas contra dictorum hoc dedissent, bello perfecto se daturos tempus; praedesertore futurum, cujus non probassent causam; omnis juventus affuit potero die. Cohortes sibi quaeque centuriones legerunt: bini senatores singulis cohortibus praepositi. Haec omnia adeo matura & perfecta accepimus, ut signa ex ipso die a quaestoribus ex aerario prompta delataque in campum, quarta diei hora mota ex campo sint: exercitusque novus, paucis cohortibus veterum militum voluntate sequentibus, manserit ad decimum lapidem. Insequens dies hostem in conspectu habet: castraque ad Corbionem castris hunt conjuncta. Tertio die quum ira Romanos; illos, quum toties rebellassent, conscientia culpae ac desperatio irritaret, mora dimicandi nulla est facta.

Cap. LXX. In exercitu Romano quum duo consules essent pereffate pari; quod saluberrimum in administrarione magnarum rerum est, summa imperii, concedente Agrippa, penes collegam erat: & praetatus ille facilitati summittentis se comiter respondebat; communicando consilia laudesque, expetendo imperii labi. In acie Quintius dextrum cornu, Agrippa sinistrum tenuit: Sp. Postumio Albo legato datur media acies tuenda: legatum alterum Ser. Sulpicium equitibus praeficiunt. Pedites ab dextro cornu egregie pugnavere; haud segniter resistentibus Volscis. Ser. Sulpicius per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit. unde quum eadem reverti posset ad suos, priusquam hostis turbatos ordines referret, terga impugnare hostium facius visum est. momentoque temporis in averam incurrendo aciem ancipiti terrore cepit hostes, ni suo proprio eum praelio equites Volscorum & Aequorum exceptum aliquandiu remisissent. Ibi vero Sulpicius, *Negare cunctandi tempus esse, circumventos intercludique ab suis vociferans, ni equestre praelium consisti omnis ut perficeretur. Non fugare equitem integrum satis esse, conficiendo*

equos vitiosque, ne quis reveherentur inde ad præsidium, aut integrarent pugnam. non posse illos resistere fugæ, quibus confusa peditum acies esset. Haud surdis auribus dicta: impressione una totum equitatum fudere magnam vim ex equis prætipitavere: ipsos, equos[que] piculis contudere. is finis pugnæ equestris fuit. Tunc adorti peditum aciem, nuncios ad consules rei gestæ mittunt, ubi jam inclinabatur hostium acies. nuncius deinde & vincentibus Romanis animos auxit, & referentes gradum perculit Æquos. In media primum acie vinci cœpti, qua permissus equitatus turbaverat ordines. Sinistrum deinde cornu ab Quintio consule pellitorum; in dextro plurimum laboris fuit. Ibi Agrippa, ætate viribusque fretus, quum omni parte pugnæ melius rem gerî, quum haud videret; accepta signa ab signiferis ipse inferre, quadrat jacere etiam in confertos hostes cœpit. Cujus ignominiæ metu concitati milites, invadere hostem. Ita æquata ex omni parte victoria est. Nuncius tum a Quintio venit, victorem jam & finimine hostium castris, nolle irumpere, antequam sciat debellatum & in finitro cornu esse. Si jam fadisset hostes, conferret ad se signa, ut simul omnis exercitus præda potiretur. Victor Agrippa cum mutua gratulatione ad victorem colleagam; castraque hostium venit, ibi pauci deserebantibus memoriæ cœpta. fine certamine in munitiones irrumpunt: prædaque ingenti compotem exercitum, suis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amissæ erant, reducunt. Triumphum nec ipsos postulasse, nec delatum iis ab senatu, accipio. nec tradita causa petiti aut non petiti honoris. Ego quantum in tanto intervallo temporum conjicio, quum Valerio atque Horatio consulibus, qui prætor Volscos & Æquos Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant, negantis ab senatu triumphus esset, verecundia fuit pro parte dimidia rerum consilium petere triumphum. ne etiam si impetrassent, magis hominum ratio, quam meritorum habita videretur.

Cap. LXXI. Victoriam honestam ex hostibus partam, turpe domi de finibus fociorum judicium populi deformavit. Aricini atque Ardeates de ambiguo agro quum late bello errassent, multis invicem cladibus fessi, judicem populum Romanum cepere. Quum ad cauſſam orandam venissent, concilio populi à magistratibus dato, magna contentione actum. jamque editis testibus quum tribus vocasi & populum in suffragium opportune conſurgit P. Scaptius de plebe, magno natu: &, *Si licet*, inquit, *consules, de republica dicere; errare ego populum in hac cauſſa non patiar.* Quum, ut vanum, eum negarent consules audiendum esse, vociferantemque prosli publicam cauſſam, summoveri jussissent, tribunos appellat. Tribuni, ut fere semper reguntur à multitudine magis quam regunt, dedere cupidæ audiendi plebi, ut quæ vellet, Scaptius diceret. Ibi Inita: *Annum se tertium & octogesimum agere, & in eo agro de quo agitur, militasse, non jactitem, audeliina jam stipendia meretem quum ad Coriolos sii bellatum. Eo se non accusante obliteratam, externum sine memoria Initiam afferre. Agrum, de quo contigitur, Initium Coriolanorum fuisse, capsisque Coriolis jure belli publicum populi Romani factum. Mirari se, quonam more Ardeates Aricinique, cujus agri jam nunquam ulsurpaverint incolunt Coriolana re: cum se à populo Romano, quem pro domino judicem faciant, interceptures sperent. Sibi exiguum vitæ tempus superesse: non potuisse se tamen inducere in animum, quin quem agrum miles pro virili parte manu cepisset, cum fenex quoque esse, quamvis posset, vindicaret. Megnopere se studere populo, ne pudoris suam ipse cauſſam damnaret.*

Cap. LXXII. Consules, quum Scaptium, non silentio modo, sed cum assensu etiam audiri animadvertissent; Deos hominesque testantes flagitium ingens fieri, earum primores arcessunt. eum circumstant tribunos, orant. *Ne patinum faciant pejore exemplo admitterent; judices in suam rem litem vertendo; quum præsertim etiamsi fas sit, curam emolumenti sui judici esse; nunquam tantum agro intercipiendo acquiratur, quantum amittatur alienando imperio populi Romani. Nam, quæ quidem ac fides damna majora esse, quam quæ æstimari possent. Hoc legatos referre domum? hoc vulgari? hoc socios audire? hoc hostes? Quo cum dolore hoc quo cum gaudio illos? Scaptio ne hoc concionali seni astipulatione assentiendo? Scaptium? Clarum hac fore imagine Scaptium nomen. populum Romanum quadraplatoris & intercessoris litis alienæ personam laturum. quem enim hoc privatæ rei judicem feciste, ut sibi controversiam adjudicaret rem? Scaptium ipsum id quidem, esse præmortuum jam se pudoris sui sacinorum.* Hæc consules, hæc Patres vociferantur. sed plus cupiditas, & auctor cupiditatis Scaptius valet. Vocatæ tribus judicaverunt agrum publicum populi Romani esse. Nec abnuitur ita fuisse, si ad judices alios irum foret: nunc haud sane quicquam bona cauſſa elevatur dedecus judicii. Idque non Aricinis Ardeatibusque, quam Partibus Romanis, fœdius atque acerbius visum. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus & ab externis stanit.

ERR

EPITOME

LIBRI IV.

Ex de connubio Patrum & plebis à tribunis plebis, contentione magna, Patribus repugnantibus, perlata est. Tribuni militares. Aliquot annis res populi Romani domi militiæque per hoc genus magistratus administratæ. Item Censores tunc primum creati. Ager Anctatinus populi Romani judicio ablatus, missis in eum colonis, restitutus est. Cum fame populus Romanus laboraret, Sp. Mælius eques Romanus frumentum populo sua impensa largitus est: & ob id factum conciliata sibi plebe, regnum affectans, à C. Servilio Ahala magistro equitum, jussu Quintii Cincinnati dictatoris, occisus est: L. Minucius index hoc ausus aurata donatus est. Legatis Romanis à Fidenatibus occisis, quorum ob rempublicam occubuerant, statuæ in Rostris positæ sunt. Cornelius Cossus tribunus militum, occiso Tolumnio rege Veientium, opima spolia secunda Feretrio retulit. Mamercus Æmilius dictator, censuræ honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & sex mensium spatio finito, ob eam rem à censoribus notatus est. Fidenæ in potestatem redactæ eoque coloni missi sunt. quibus occisis Fidenates quum defecissent à populo Romano, à Mamerco Æmilio dictatore victi sunt, & Fidenæ captæ. Conjuratio servorum oppressa. Postumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus est. Sitpendium ex æratis tum primum militibus datum. Res prætereà gestas adversum Volscos & Veientes, Fidenates, & Faliscos, continet.

CAPUT I.

Hos secuti M. Genucius & C. Curtius consules. Fuit annus domi forisque infestus. nam anni principio & de connubio Patrum & plebis C. Canuleius tribunus plebis rogationem promulgavit; qua contaminari sanguinem suum Patres, confundique jura gentium rebantur: & mentio primo ientim illata à tribunis, ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eo processit deinde, ut rogationem novem tribuni promulgarent, *ut populo potestas esset, seu de plebe, seu de Patribus vellet, consules faciendi.* Id vero si fieret, non vulgari modo cum infimis, sed prorsus auferri à primoribus ad plebem, summum imperium credebant. Leti ergo audiere Patres, Ardeatium populum ob injurias agri abjudicati defectio, & Veientes depopulatos extrema agri Romani, & Volsco Æquotque, ob communitam Verruginem, fremere. adeo vel infelix belluxi ignominiosæ pœi præferebant. His itaque in majus etiam acceptis, ut inter iretpicium tot bellorum conficiendi & actionos tribuniciæ, delectus haberi, bellum armaque vi summa apparari jubent; si quo intentius possit quam T. Quintio consule apparatum sit. Tum C. Canuleius pauca in senatu vociferatus, nequicquam terrirando consules avertere plebem à cura novarum legum; nunquam eos se vivo delectum habituros, antequam ea, quæ promulgata ab se collegisque essent, plebes scivisset; consultum ad concionem advocavit.

Cap. II. Eodem tempore & consules senatum in tribunum, & tribunus populum in consules incitabat. Negabant consules *jam ultra ferri posse furores tribunicios. ventum jam ad finem esse; domi plus belli concitari, quam foris. id adeo non plebis, quam Patrum; neque tribunorum magis, quam consulum ea accidere. cujus rei præmium sit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere: sic pace bonos, sic bello fieri. Maximum Romæ præmium fuisse, & singulis universisque semper honori fuisse. Remissi enim quondam animi senatus ipsi à patribus acceptissent, quam liberis tradituri essent; ut quemadmodum plebs gloriari posset, auctiorem ampliorémque esse. finem ergo non fieri, nec futurum, donec quam felices factiones, tam honoravit seditionum auctores essent. Quæ, antaquæ res C. Canuleium aggressum & colluvionem gentium, perturbationem auspiciorum publicorum privatorumque afferre; ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit: ut discrimine omni sublato, nec se quisquam, ne suos noverit. Quam enim aliam rem connubia promiscua habere, nisi ut seratim prope ritu vulgentur concubitus plebis, Patrumque? ut qui natus sit, ignoret cujus sanguinis, quorum sacrorum sit; dimidius Patrum sit, dimidius plebis, ne secum quidem ipse concors. Parum id videri, quod omnia divina humanaque turbentur: jam ad consulatum vulgi turbatores*

accingi; & primo, ut alter consul ex plebe fieret, id modo communibus tentasse, nunc rogari, ut seu ex patribus, seu ex plebe velit, populus consules creet: & creaturos haud dubie ex plebe sedulo simum quemque. Canulejus, itur licitosque consules fore. ne id Jupiter optimus maximus sineret, regiæ majestatis imperium eo rectidere? & se militet mostruros potius, quam ut tantum dedecoris admitti patiantur. Certum habere, majores quoque si divinassent, concedendo omnia non mitiorem in se plebem, sed asperiorem, alia ex aliis iniquiora postulando, quum prima impetrassent, futurum, primo quamlibet amicationem subitoros finisse potius, quam eas leges sibi imponi patrarentur. quia tum concessium sit de tribunis, iterum concessium esse. Finem non fieri posse, in eadem civitate tribunos plebis, & Patres esse: aut hunc ordinem, aut illum magistratum tollendum esse: potius esse sero, quam nunquam abolam cuique dum addacia temeritatique. illine ut impune primo dissentias ferentes consitent finitima bella, deinde adverfus ea, quæ concitaverint, armari civitatem defenaique prohibeant? & quum hostes tantum non arcessierint, exercitus conscriti adversus hostes non patiantur? Sed audeat Canulejus in senatu proloqui. se, nisi suas leges tanquam victoris Patres accipiant, delectum haberi prohibiturum. quid esse aliud, quam minari se prodituram patriam? oppugnari atque capi posse tum? quid eam vocem arrogantem, non plebi Romanæ, sed Volscis & Æquis dignibus adaturam? Nonne Canulejo duce se speraturos Capitolium atque arcem stendere posse, si Patribus tribuni eum jure ac majestate adempta, animos etiam eripuerint? Consules paratos esse duces prius adversus scelus civium, quam adversus hostium arma.

Cap. III. Quum maxime hæc in senatu agrerentur, Canuleius pro legibus suis & adversus consules ita disserit: Quamtopere vos, Patres, conscientiam Patres, quam inanimos auerent, qui una scium urbe intra eadem mœnia versetis, sæpe equidem & ante video animadvertisse: nunc tamen maxime, quod adeo atroces in has rogationes nostras coorti sunt, quibus quid aliud quam admonemini cives nos eorum esse, & non eadem opus habere eum eo tamen patriam incolere? Aliena communibus petimus quod publicis externisque dari solet. nos quidem civitatem, quæ plus quam connubium est, hostibus etiam volitis, dedimus. Altera nihil novi ferimus, sed id, quod populi est, repetimus atque usurpamus: ius quibus velit, populus Romanus honores mandet. Quid tandem est, cur cælum ac terras misceant, cur in me impetus modo pene in senatu sit factus? negent se manibus temperaturos violaturosque denuntient sacrosanctam potestatem? Si populo Romano liberum suffragium datur, ut quibus velit consulatum mandet, & non præcludatur ipse plebeio quoque, si dignus summo honore erit, aspiscendi summi honoris, stare urbs hæc non poterit? de imperio actum est? & perinde hoc valet, plebeius ne consul fiat, tanquam servum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat? Eqmid temitis in quanto contemptu vivatis? Lucis vobis tantum partem, si liceat, admant, quod spiratis, quod voces mittitis, quod formas hominum habetis, indignantur. Quin etiam (si Diis placet) nefas ajunt esse, consulem plebeium fieri. Obsero vos, si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimini scientiæ, nonne omnes peregrini etiam civium: consules in locum regum succedisse: nec aut juris aut majestatis quicquam habere, quod non in regibus ante fuerit? En umquam creatis fando auditum esse, Numam Pompilium, non modo non patricium, sed ne civem quidem Romanum, Sabino agro accitum, populi jussu, Patribus auctoribus Roma regnasse? Deinde Tarquinium non modo Romanæ, sed ne Italicæ quidem gentis, Damarati Corinthii filium, incolam ab Tarquinitis, vivis liberis Anci, regem factum? Servium Tullium post hunc captiva Corniculana natum, partu nullo, maire servæ, ingenio, virtute regnum tenuisse? Quid enim de T. Tatio Sabino dicam, quem ipse Romulus parens urbis in societatem regni accepit. Ergo dum nullum fastidiatur genus, in quo universi natimus, crevit imperium Romanum. Tænius nunc vos plebeii consules, quum majores nostri advenas reges non fastidierint: & ne regibus quidem exactis clausa urbs fuerit peregrinæ virtuti. Claudium certe gentem, post reges exactos, ex Sabinis non in civitatem modo acceptinus, sed etiam in patriciorum numerum. Ex peregrinone patricius, deinde consul fuit; civis Rom. si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit? Utrum tandem non creditius fieri posse, ut virtutis ac strenuus, pace bellogue bonus ex plebe, sit Numa, L. Tarquinio, Servio Tullio similis? An, ne si quidem, ad gubernacula reipubl. accedere eum patiemur? potiusque decemviris, deterrimis mortalium, qui tum omnes ex Patribus erant, quam optimis regum, novis hominibus similes consules fumus habituri?

Cap. IV. At enim nemo post reges exactos

exactos de plebe consul fuit. Quid postea? Nullane res nova institui debet? & quod nondum est factum (multa enim nondum sunt facta in nouo populo) ea, ne si utilia quidem sint, fieri oportet; Pontifices, augures, Romulo regnante nulli erant: ab Numa Pompilio creari sunt. census in ciuitate, & descriptio ciuium classiumque non erat: ab Seruio Tullio est facta. Consules nunquam fuere, nisi regibus exactis creati sunt. Dictatoris nec imperium, nec nomen fuerat: apud Patres esse cepit. Tribuni plebis, ædiles, quæstores, nulli erant: institutum est ut fierent. Decemvtros legibus scribendis intra decem hos annos & creavimus, & è republica fuisse, Quis dubitat, quia in externum urbe condita, in immensum crescente, nouos imperia, sacerdotia, jura gentium, hominumque, instituantur? Hoc ipsum, ne connubium patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt paucis his annis pessimo exemplo publico, cum summa? An esse ulla major, aut insignior contumelia potest, quam partem ciuitatis velut contaminatam, indignam connubio haberi? Quid est aliud, quam exilium intra eadem mania, quam relegationem pari & admistiones, ne promiscuæ hymenæi fiant, cauent, ne fœdetur sanguis. Quid? hoc si potuit nobilitatem istam vestram, quam plerique oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere nec sanguine, sed per cooptationem in Patres habetis, aut ab regibus lecti, aut post reges exactos iussu populi; sinetisne per se priuatim conubia non petentis, nec ducendo ex plebe: neque vestras filii sororesque enubere sinendo è Patribus? Nemo plebeius patricia virgini vim afferret: patriciorum ista libido est. nemo inuitum pationem matrimonii quemquam incestum dicet. Quæ autem coniunctio legibus prohiberi, & connubium tolli Patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est cui enim non confertis, ne sit connubium diuitibus ac pauperibus? Quod priuatorum consiliorum ubique simile fuit, ut si quam cuique faminæ conuenisset domum, uxorem; ex qua patricius esset vir domo, in matrimonium duceret; id uos sub legis superbissimæ vincula coniicitis, qua diuimatis focietatem ciuilem, dumque ex una ciuitate faciatis. Cur non sanctius, ne ciuibus patricio sit plebeius? ne eodem itinere eat? ne item conuiuium ineat? ne in foro eodem consistat? Quid enim in re est aliud, si plebelam patricius duxerit, si patriciam plebeius? quid juris tandem mutatur? nempe patrem sequuntur liberi. nec quod nos ex connubio vestro petamus, quicquam est; præterquam ut hominum, ut ciuium numero simus. nec vos (nisi in contumeliam ignominiamque nostram certare jubet) quod contendatis, quicquam est.

Cap. V. Denique, utrum tandem populi Romani an vestrum summum imperium est? Regibus exactis, utrum vobis dominatio, an omnibus æqua libertas parta est? Oportet licere populo Romano, si velit, jubere legem. an ut quæque rogatio promulgata erit, vos de ea re tum pro patre decernetis? & simul ego tribunus vocare tribus in suffragium cœpero, ut statim consul sacramento juniores adiges & in castra educes: & minaberis plebi, minaberis tribuno? Quid, si non quantum istæ minæ adversus plebis consensum valerent, bis jam experti effectis? Cuiusce quia nobis consultum volebatis, certamine abstinuistis. an ideo non est dimicatum, quod quæ pars firmior, eadem modestior fuit? Nec nunc erit certamen, Quirites. animos vestros illi tentabunt semper, vires non experientur. Itaque ad bella ista, seu falsa seu vera sunt, consules, parata vobis plebes est, si connubiis redditis, unam hanc ciuitatem tandem facitis, si eo tolescere, si jungi, miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt: si ibes, si aditus ad honores viris strenuis & fortibus datur; si in consortio, si in societate reipubl. est, quod æquæ libertatis est, invicem annuis magistratibus parere, atque imperitare licet. Si hæc impedet aliquis; ferte fermonibus, & multiplicate fama bella; nemo est nomen daturus, nemo arma capturus: nemo dimicaturus pro superbis dominis, cum quibus nec in re publica honorum, nec in priuata connubii societas est.

Cap. VI. Quum in concionem & consules processissent, & res à perpetuis orationibus in altercationem vertisset, interroganti tribuno, cur plebeium consulem fieri non oporteret? ut fortasse vere, sic parum utiliter in præsens certamen respondit, quod nemo plebeius auspicia haberet. ideoque decemviros connubium diremisse, ne incerta prole auspicia turbarentur. Plebes ad id maxime indignationem exarsit, quod auspicari, tanquam inuisi Diis immortalibus negarentur posse. nec ante finis contentionum fuit, (quum & tribunum acerrimum auctorem plebs nacta esset & ipsa cum eo pertinacia certaret) quam victi tandem Patres, ut de connubio ferretur, consensere: ita maxime rari contentionem de plebeiis consulibus tribunos, aut totam deposituros, aut post bellum dilaturos esse, contentamque interim connubio Plebem, paratam deiectui fore. Quum Canuleius, victoria de Patribus & plebis favore ingens esset: ac-

censi alii tribuni ad certamen pro rogatione sua summa vi pugnant. & creicente in dies fama bello, celeberium impediunt. Consules, quum per senatum, intercedentibus tribunis, nihil agi posset, consilia principum domi habebant. apparebat, aut hostibus, aut civibus, de victoria concedendum esse. Soli ex consularibus Valerius atque Horatius non intererant consiliis. C. Claudii sententia consules armabat in tribunos: Quinctiorium, Cincinnatique & Capitolini sententiæ abhorrebant à cede, violandisque quos fœdere icto cum plebe sacrosanctos accepissent. Per hæc consilia eo deducta res est, ut tribunos militum consulari potestate promiscue ex Patribus & Plebe creari finerent: de consulibus creandis nihil mutarentur. eoque contenti tribuni, contenta plebs fuit. Comitia tribunitia consulari potestate tribus creandis indicuntur. quibus indictis, extemplo quicunque aliquid fœditatis dixerat aut fecerat, quum maxime in auctoritate & prensare homines, & concursare foro fato candidati cœpere: ut patricios desperatio primo irritata plebe adipiscendi honoris, deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret. poſtremo coacti tamen à primoribus petere. ne abisse poſſe sostione reipubl. videretur. Eventus eorum comitiorum docuit, alios animos in contentione libertatis dignitatisque, alios secundum depoſita certamina incorrupto judicio esse: tribunos enim omnes patricios creavit populus; contentus eo, quod ratio habita plebeiorum esset. Hanc moderatam æquitatem quæ & altitudinem animi, ubi nunc in uno inveneris, quæ tunc populi universi fuit?

Cap. VII. Anno trecentesimo decimo, quam urbs Roma condita erat, primum tribuni militum pro consulibus magistratum ineunt. A. Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cœlius, eorum in magistratu concordia domi, pacem etiam foris præbuit. Sunt qui propter adjectum Æquorum Volscorumque bellum, Sc Ardeatium defectioni Veiens bellum, quia duo consules obire tot simul bella nequirent, tribunos militum tres creatos dicant, sine mentione promulgatæ legis de consulibus creandis ex plebe: Sc imperio, Sc insignibus consularibus usos. Non tamen pro firmato jam steterit magistratus ejus jus: quia tertio mense quam ineuntt, augurum decreto, perinde ac vitio creati honore abiere: quod C. Curtius, qui comitiis eorum præfuerat, parum recte tabernaculum coepisset. Legati ab Ardea Romam venerunt: ita de injuria querentes, ut si demeretur ea, in fœdere æque amicitia manifuros restituto agro apparerent. Ab senatu responsum est: *judicium populi Romani ab senatu non posse, præterquam quod nullo nec exemplo, nec jure petet, concordiæ etiam ordinum causa. Si Ardeates sua tempora expectare velint, arbitriumque senatui levandæ injuriæ suæ permittant: fore, ut postmodum gaudeant se iræ moderatos: fidemque Patribus æque curæ justisque, ne qua injuria in eos oriretur, ac ne orta diuturna esset.* Ita legati, quum ne rem integram relaturos dixissent, comiter dimissi. Patricii, quum sine curuli magistratu respubl. esset, coiere, Sc interregem creavere. contentio, consulesne, an tribuni militum crearentur, in interregno rem dis omnibus tenuit. Interrex ac senatus, consulum comitia; tribuni plebis Sc plebs tribunorum militum ut habeantur, tendunt. Vicerunt Patres, quia Sc plebs patriciis seu hunc seu illum delatura honorem, frustra certare superfedit: Sc principes plebis ea comitia maluerant, quibus non haberetur ratio sui, quam quibus ut indigni præterirentur. tribuni quoque plebis certamen sine effectu in beneficio apud primores Patrum reliquere. T. Quintius Barbatus interrex consules creat L. Papirium Mugillanum, L. Sempronium Atratinum. His consulibus cum Ardeatibus fœdus renovatum est. idque monumenti est, consules eos illo anno fuisse, qui neque in annalibus priscis, neque in libris magistratuum inveniuntur. credo, quod tribuni militum inirio anni fuerunt, eo perinde ac si totum annum in imperio fuerint, sufferris his consulibus prætermissa nomina consulum horum. Licinius Macer auctor est, Sc in fœdere Ardeatino, Sc in linteis libris ad Monetæ inventa. Et foris, quum tot terrores à finitimis ostentati essent, Sc domi otium fuit.

Cap. VIII. Hunc annum, (si tribunos modo, seu tribunis sufferos consules quoque habuit,) sequitur annus haud dubiis consulibus. M. Geganio Macerino iterum, T. Quintio Capitolino quinto consulibus. Idem hic annus censuræ initium fuit; rei à parva origine ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta est, ut morum disciplinæque Romanæ penes eam regimen, senatus, equitumque centuriæ, decoris dedecorisque discrimen sub dirione ejus magistratus, publicorum jus privatorumque locorum, Sc vectigalia populi Romani, sub nutu atque arbitrio ejus essent. Orrum autem initium rei est, quod in populo per multos annos incenso neque differri census poterat, neque consulibus, quum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere. Mentio illata ab senatu est, *Rem operosam ac utinam consulatum suo proprio magistratu egere: cui scribarum ministerium, custodiaque & tabula-*

rum

rum esset, cui arbitrium formulæ censendi subjecteretur. Et patres, quamquam rem parvam, tamen quo plures patricii magistratus in republica essent, læti accepere: id quod evenit, futurum credo etiam rati, ut mox opes eorum qui præessent, ipsi honoris ius majestatemque adjicerent. & tribuni (id quod tunc erat) magis necessariam, quam specioſi ministerii procurationem intuentes, ne in parvis quoque rebus incommode adverſarentur; haud ſane retendere. Quum à primoribus civitatis ſpretus honor eſſet, Papirium Sempronianque, quorum de conſulatu dubitabatur, ut eo magiſtratu parum ſelidum conſularum exolerent, conſul agendo populus ſuffragiis præfecit.

Cap. IX. Cenſores ab re appellati ſunt. Dum hæc Romæ geruntur, legati ab Ardea veniunt, auxilia externa ſocietate, reno varoque fœdere recenti auxilium propè everſæ urbi implorantes. frui namque pace optimo conſilio cum populo Romano ſervata, per inteſtina arma non licuit, quorum cauſa atque initium tradituri ex carmine Græco ſunt orturn. quæ fuere eruntque pluribus populis magis exitio, quam bella externa, quam fames, morbive, quæque alia in Deum iras, velut ultima publicorum malorum vertunt. Virginem plebeii generis maxime forma noram petiere juvenes: alter virginis genere par, tuteoribus ſuetus; qui & ipſi ejuſdem corporis erant; nobilis alter, nulla re, præterquam forma captus, adjuvabant cum optimatium ſtudia, per quæ in domum quoque puellæ certamen partium penetravit. nobilis ſuperior judicio matris eſſe, quæ quamvis locupletibus nuptiis jungi puellam volebat. tutores, in ea quoque re partium memores ad ſuum tendere. Quum res peragi intra parietes nequiſſet, ventum in jus eſt. poſtulatu audito matris tutorumque, magiſtratus ſecundum parentis arbitrium dare jus pugnandi. Sed vis potentior fuit. namque tutores inter ſuæ partis homines, de injuria decreti palam in foro concionari, manu facta virginem ex domo matris rapuit. adverſus quos inſeſtior coorta optimatium acies ſequitur accenſum injuria jus nemen. fit prælium atrox. Pulſa plebs, nihil Romanæ plebi ſimilis, armata ex urbe profacta, colle quodam capto, In agros optimatium cum ferro ignique excurſiones facit. urbem quoque, omnis etiam experiendæ certaminis, multitudine opificum ad ſpem prædæ evocata, obsidere parat, nec ulla ſpecies, cladeſque belli abeſt; velut contacta civitate rabie duorum juvenum, funeſtas nuptias ex occaſu patriæ petentium. Parum parti utriquæ domi armorum bellique eſt vi-

ſum. optimates Romanos ad auxilium urbis obſeſſæ; plebs ad expugnandam ſecum Ardeam Volſcos exſtitavere. Priores Volſci duce Æquo Cluilio Ardeam venerant, & mœnibus hoſtium vallum objecere. Quod ubi Romam eſt nunciatum, exemplo M. Geganius conſul cum exercitu profectus, tria millia paſſuum ab hoſte locum caſtris cepit, præcipitique jam die curare corpora milites jubet. quarta deinde vigilia ſigna profert: ceptumque opus adeo approperatum eſt, ut fole orto Volſci firmiore ſe munimento ab Romanis circumvallatos, quam à ſe urbem viderent. & alia parte conſul muro Ardeæ brachium injunxerat; qua ex oppido ſui commeare poſſent.

Cap. X. Volſcus Imperator, qui ad eam diem, non commeatu præparato, ſed ex populatione agrorum rapto in diem frumento, aluiſſet militem; poſtquam ſeptus vallo repente inopem omnium rerum vider, ad colloquium conſule evocato, ſi ſolvendæ obſidionis cauſſa venerit Romanus, abducturum ſe inde Volſcos ait. Advertit conſul; victis conditiones accipiendas eſſe, non ferendas, reſpondit; neque ut venerint ad oppugnandos ſeciés populi Romani ſuo arbitrio, ita abiturus Volſcos ſeſe. Dedi imperatorem, arma poni jubet. fatentes victos ſe eſſe. & imperio parere, alter tam abſentis, quam manentibus ſe hoſtem infenſum, victoriam potius ex Volſcis, quam pacem inſidam Romam relaturum. Volſci exiguam ſpem In armis, alia undique abſciſſa, quum tentaſſent; præter cæteros adverſa, loco quoque inique ad pugnam congreſſi, iniquiore ad fugam, quum ab omni parte caderentur, ad preces à certamine verſi, dedito imperatore, tradidique armis ſub jugum miſſi; cum ſingulis veſtimentis ignominiæ cladiſque pleni dimittuntur. Sequuntur procul urbe Tuſculo conſeſſidem, cetere Tuſculanorum odio inermes oppreſſi dederunt pœnas, vix nunciis cædis relictis. Romanus conſul Ardeæ turbatas ſeditione res, principibus ejus motus ſecuri percuſſis, bonifque eorum in publicum Ardeatium redactis, compoſuit: deinde cetere Iniuiam judicii tanto beneficio populi Romani Ardeates credebant. ſenatui ſupereſſe aliquid ad defendum publicæ avaritiæ monumentum videbatur. Conſul triumphans in urbem redit, Cluilio Volſcorum duce ante currum ducto, prædaſque ſpoliis, quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub jugum miſerat. Æquavit, quod haud facile eſt, Quintius conſul togatus armati gloriam colleæ; quia concordiæ pacique domeſticæ curam; jura infimis ſummiſque moda-

moderando ita tenuit, ut eum & Patres severum consulem, & plebs satis comem crederidrint. Et adversus tribunos auctoritate plura quam certamine tenuit. quinque consulatus eodem tenore gelti, vitaque omnes consulariter acta, verendum pene ipsum magis, quam honorem faciebant. eo tribunorum militarium nulla mentio bis consulibus fuit.

Cap. XI. Consules creant M. Fabium Vibulanum, Postumum Albutium Cornicinem. Fabius & Albutius consules, quo maiori gloriæ rerum domi forisque gestarum succedere se cernebant (maxime autem memorabilem annum apud finitimos socios hostesque esse, quod Ardeatibus in re præcipiti tanta forer cura subventum) eo impensius, ut deterrent prorsus ex animis hominum infamiam judicii, fenatusconsultum facerunt; ut quoniam civitas Ardeatum intestino tumultu redacta ad paucos esset, coloni eo præsidii causa adversus Volsces scriberentur. Hoc palam relatum in tabulas, ut plebem tribunosque falleret judicii reciendendi consilium iniquum. Tantum autem, ut multo majore parte Rutulorum colonorum quam Romanorum scripta; nec agri ullus divideretur, nisi is qui interceptus judicio infami erat; nec ulli prius Romano ibi, quam omnibus Rutulis datibus esset, gleba ulla agri assignaretur. Sic ager ad Ardeates redit. Triumviri ad coloniam Ardeam deducendam creati, Agrippa Menenius, T. Cloelius Siculus, M. Asbucius Elua. qui per minime populare ministerium agro assignando sociis, quem populus Romanus suum judicasset, quum plebem offendissent, neque prioribus quidquam gratiæ finitis accesserit, simul nihil gratiæ cuiusquam dederant; vexationes, ad populum jus die dicta ab tribunis, colonis ascripti remanendo in colonia, quam testem integritatis justitiæque habebant, vitavere.

Cap. XII. Pax domi forisque fuit. & hoc & insequenti anno, C. Furio Pacilo, & M. Papirio Crassi consulibus. Ludi ac decemviris, per secessionem plebis a Patribus, ex senatusconsulto voti, eo anno facti sunt. Causa seditionum nequicquam à Petillio quæsita. qui tribunus plebis iterum ea ipsa denunciando factus, neque ut de agris dividendis plebi referrent consules ad senatum, pervincere potuit: & quum magno certamine obtinuisset, ut consulerentur Patres, consulum an tribunorum placeret comitia haberi; consules creari jussi sunt. Iudibriique erant minæ tribuni denunciantis se delectum impediturum, quum, quieris finitimis, neque bello, neque belli apparatu opus esset. Sequitur hanc tranquillitatem rerum annus. Proculo Geganio Macerino, L. Menenio Lanato consulibus, multiplici clade periculo intignis, seditionibus intra regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto. Unum afuit bellum externum: quo si aggravatæ res essent, vix ope Deorum omnium sisti potuisset. Coepere à fame mala, seu adversus annos frugibus fuit, seu dulcedine concionum & urbis, deserto agrorum cultu, nam quorum manibus tradebat. Patres plebem defidem, & tribuni plebis, nunc fraudem nunc negligentiam consulum accusabant. Postremo perpulere plebem, haud advertante senatu, ut L. Minucius præfectus annonæ crearetur; feliciorin eo magistratu ad cultu diam libertatis futurus, quam ut curam frumenti adjecturam esse) nullum momentum annonæ fecisset, & reveluisset ad dispensationem inopiæ, proiteri cogendo frumentum, & vendere quod usui menstruo superesset, fraudandoque parte diurni cibi servitia, criminando inde & obiiciendo ire populi frumentationes, acerbo inquisitione queriter mensis quam levaret inopiam, multi ex plebe spe ani ipsa, potius quam ut cruciarentur trahendo animam, capitibus obvolutis se in Tiberim præcipitaverunt.

Cap. XIII. Tum Sp. Mælius ex equestri ordine, ut illis temporibus, prædives, non ut nunc pessimus exemplo, publico consilio est aggressus. frumento namque ex Etruria, privata pecunia per hospitum clientiumque ministeria coempto (quæ credo ipsa res ad levandam publica cura annonam impedimento fuerat) largitiones frumenti facere instituit: plebemque hoc munere delinitam, quacunque incederet conspectus elatusque supra modum hominis privati, secum trahere; haud dubium consulatum favore ac spe despondentem. Ipse, ut est humanus animus insatiabilis eo quod fortuna spondet, ad altiora & non concessa tendere. & quo niam consulatus quoque eripiendus invitis Patribus esset, de regno agitare: id unum dignum tanto apparatu consiliorum & certamine, quod ingens exfudandum esset, præmium fore. Jam comitia consularia instabant. quæres eum nec dum competitis maturisve satis consiliis, oppressit. Consul fextum creatus T. Quinctius Capitolinus, minime opportunus vir novanti res: collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen, & L. Minucius præfectus annonæ; fer-

refe

refectus, seu quoad res poscerent, in incertum creatus. nihil enim constat, nisi in libros utroque anno relatum inter magistratus praefecti nomen. Hic Minucius eadem publice curationem agens, quam Maelius privatim agendam susceperat, quum in utraque domo gemiscibus hominum versaretur, rem compertam ad senatum refert, *Tela in domum Maelii conferri, eumque consimos domi habere: ac non dubia regni consilia esse. tempus agendae rei nondum adesse; cetera jam conversilia, & tribunitiam merendae gratiae, & promissam libertatem, & partita facibus multitudinis ministeria esse. Serius sepe quam nutum fuerit, ne cujus incerti vanique auctor esset, ea deferre.* Quae postquam sunt audita, & undique primores Patrum & prioris aevi consules increparent, quod eos largitione & cupidine plebis in privata domo pasti essent neri. & novos consules, quod exspectassent, donec à praefecto annonae tanta res ad senatum deferretur, quae consulem non adhorem solum delideraret, sed etiam vindicem: tum T. Quinctius, consul ingemuerito increpare, quis qui consilii legibus de provocatione ad dictatorem imperium latis nequaquam tantum virium in magistratu ad eam rem pro atrocitate vindicandam, quantum animi habeerent. opus esse non forti solum viro, sed etiam libero, & civilibusque legum simulis. Itaque se dictatorem L. Quinctium dicturum. ibi animum parem tantae potestati esse. Apparentibus cunctis, primo Quinctius abnuere: &, quid ibi vellent, negitare, qui se aetate exacta tantae dimicationi obligerent. Dein quum indigne plus illi senili animo non consilii modo, sed etiam virtutis esse, quam in omnibus aliis dicerent, laudibusque haud immeritis onerarent, & consul nihil remitteret; precatus tandem Deos immortales (incipinatus, ne tenebras sua in tam rapidis rebus damno dederet rei reipubl. esse, dictatorem à consule dicitur. Ipse deinde C. Servilium Ahalam magistrum equitum dicit.

Cap. XIV. Postero die, dissonitis praeidiis quum in foro desendisset, conversaque in eum plebs novitate rei miraculi esset, & Maelium arguere ipse duo eorum in te intentam vim tanti imperii cernerent; expertes consiliorum regni, qui tumultus, quod bellum repens, aut dictatoriam majestatem, aut Quintium post octogesimum annum rectorem reipub. praefisset, negitarent; missus ab dictatore Servilius magister equitum ad Maelium, *Vocat te*, inquit, *dictator.* quum pavidus ille, quid veller, quaereret; Servilius que causam dicendam esse proponeret, crimenque à Minucio delatum ad senatum diluendum; tunc Maelius recipere se in caterva suorum. & primum circumspectans tergiversari: postremo quum apparitor justu magistri equitum ducerer; ereptus à circumstantibus, fugiensque, fidem plebi Romanae implorare: & oppimi se consensu Patrum dicere, quod plebi benigne feciset. orare, ut spem sibi ultimo in discrimine ferrent, neve ante oculos suos trucidari sinerent. Haec cum vociferantem assecutus Ahala Servilius obstrunxat: respertisque cruore obtruncari, stipatus caterva patricium, quem juvenem, dictatori renunciat. Vocatum ad eum Maelium, repulso apparitore conciantem multitudinem, poenam meritam habere. Tum dictator, *Maelie virtute*, inquit, *C. Servili, esto, liberata respublica.*

Cap. XV. Tumultuantem deinde multitudinem incerta exisstimatione falli, ad concionem vocari justit; & *Maelium jure caesum* pronunciavit, *etiam si regni crimine insons fuerit; qui vocatus à magistro equitum ad dictatorem non venisset. Se ad causam suspectorum consilia esse, quia cognita, haberet pro confesso fuisse Maelium similem causae fortunam. Vim paranteam judicio se committeret, ni coercitum esse. nec cum eo tanquam cum cive agendum fuisse; qui natus in libero populo, leges jura legesque, ex quo urbs ea regi exactos scire, consumpse anno sponte sua regis. & liberos comitis liberandis patriae, propter palionem invocatam recipiendorum in urbem regum, à patre securi esse percussos, ex qua Collatinus Tarquinium consulem, nominis odio abdicare se magistratu atque exulare jussum. in qua de Sp. Cassio post aliquot annos proditore consilio in vinculo, suppicium sumptum, in qua nuper decemviros bonis, exilio, capite multatos ob superbiam regiam, in ea Sp. Maelius si em regni concepevit. Et quis bono? quamquam nullam nobilitatem, nullos honores, nulla merita cuiquam ad dominationem pervia vitium; sed tamen Claudios, Cassios, consularibus, decemviralibus, suis majoremque honoribus, splendore familiarum fastidisse animos quo nefas fuerit: Sp. Maelium, cui tribunatus plebi, magis optandus, quam speratus fuerit, frumentariam dedisse libertatis fuerit: sperate libertatem & civium suorum essisse, cuique obliciendo ratum victorem finitimorum omnium populum in servitutem perlici posse. Ut quem senatorem concoquere civitas vix posset, vecem ferret: Romuli conditoris, ab Diis orti, receptique ad Deos, fuggesta atque imperium habentem. Non pro scelere ti magis, quam pro monstro habendum. Nec satis esse sanguine eius expiatum, nisi secta paricidae intra quae tantum*

annuntiæ cernentium effet, diffiparentur: bonaque contactà pectiis regni mercendi, publicarentur. Jubere itaque quæstores, vendere ea bona, atque in publicum redigere.

Cap. XVI. Bonorum deinde, ut monumento area effet oppreſſæ nefariæ ſpei, diruj exemplo juſſit. id Æquimolium appellatum eſt. L. Minucius bove aurato extra portam Trigeminam eſt donatus, ne plebe quidem invita, quia frumentum Mælianum aſſibus in medios æſtimatum plebi diviſit. Hunc ædificium apud quoſdam auctores tranſiſſe à Patribus ad plebem, undecimumque tribunum plebis coeptatum, fedirionem moram ex Mæliana cæde ſedaſſe, invenio. Cæterum vix credibile eſt, numerum tribunorum Patres augeri paſſos. Idque præſertim cum ejus ſimilem à patricio homine introductum: nec deinde id plebem conceſſum ſemel obtinuiſſe, aut certe tentaſſe. ſed antè omnia reſ. ilit falſum imaginis titulum paucis ante annis lege Laurum, ne tribunis colliegam coeptare liceret. Q. Cæcilius. Q. Junius, Sex. Titinius, tibi ex collegio habentibus, neque tulerant de honoribus Minucii legem: & criminari nunc Minucium, nunc Servilium apud plebem, querique indignam necem Mælii non deſiderant. Perviceruntigitur, ut tribunorum militum poſtulata num conſilium habeatrentur: haud dubii, quin ſex locis (tot enim jam creari licebat) & plebeii aliqui, profitendo ſe ultores fore Mæliance cædis, crearentur. Plebs, quamquam agitata multis eo anno & variis motibus erat, nec plures quam tres tribunos conſulari poteſtate creavit, & in iis L. Quinctium Cincinnati filium: ex cujus dictaturæ invidia tumultus quærebatur: Prælatus ſuffragiis Quintio Mamercus Æmilius vir ſummæ dignitatis. L. Julium tertium creant.

Cap. XVII. In horum magiſtratu Fidenæ colonia Romana ad Lartem Tolumnium Veientium regem ac Veientes defe ere. Majus additum defectioni ſcelus. C. Fulcinium, Cleelium Tullum, Sp. Ancium, L. Rocilium legatos Romanos, cauſſam novi conſilii quærentes, juſſu Tolumnii interfecerunt. Levant quidem regis facinus, in reſeram propfero jactu vocem ejus ambiguam, ut occidi juſſiſſe videretur, ab Fidenatibus exceptam, cauſſam mortis legatis fuiſſe. Rem Incredibilem: interventu Fidenatium novorum ſociorum, conſilentium de cæde nuntura jus gentium, non averſum ab intentione infus animum: nec deinde in horrorem verſum facinus. propius eſt fidem, obſtringi Fidenatium populum, ne reſpicere ſpem ullam ab Romanis poſſet conſcientia tanti ſcelerii, voluiſſe. Legatorum qui Fidenis cæſi erant, ſtatuæ publice in Roſtris poſitæ ſunt. Cum Veientibus Fidenatibuſque. præterquam ſinitimis populis, ab cauſſa etiam tam nefanda bellum exortis atrox dimicatio inſtabat. Itaque ad curam ſummæ rerum quieta plebe, tribuniſque ejus, nihil controverſiæ fuit, quin conſules crearentur M. Geganius Macerinus tertium, & L. Sergius Fidenas; à bello credo, quod deinde geſtit. appellatum. Hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium ſeundo prœlio conſiſtit: nec incruentam victoriam retulit. Major itaque ex civibus amiſſis dolor, quam lætitia fuſis hoſtibus fuit. & ſenatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mamercum ſtatuam juſſit. Is magiſtrum equitum ex colliegio prioris anni, quo ſimul tribuni militum conſulari poteſtate fuerant, L. Quinctium Cincinnatum, dignum parente juvenem, divit. Ad delectum ab conſulibus habitum centuriones decretes bili periculoſiſſimi. & numerus armatorum procima pugna expletus. Legatos, Quintium Capitolinum, & M. Fabium Vibulanum ſequi ſe dictator juſſit. Quum poteſtas major, tum vir quoque poteſtati par, hoſtes ex agro Romano trans Anienem ſubmovere, colliſque inter Fidenas & Veientes occupare. Quæ ubi cognoverunt, referentes caſtra, nec ante in campos degreſſi ſunt, quam legiones auxilio Falliſcorum venerunt. Tum demum caſtra Etruſcorum pro mœnibus Fidenarum poſita. & dictator Romanus haud procul inde ad confluentes confedit in ripa utriuſque hoſtis amnis, qua ſequi munimento poterat, vallo interpoſito. poſtero die in aciem eduxit. Inter hoſtes fuere variæ ſententiæ.

Cap. XVIII. Falliſcus procul ab domo militiam ægre patiens, fatiſque fidens ſibi, poſtero die pugnam. Veienti Fidenatique plus ſpei in trahendo bello eſſe. Tolumnius, quamquam ſuorum magis placebant conſilia, ne longinquam militiam non parerentur Falliſci, poſtero die ſe pugnaturum edicit. Dictatori ac Romanis, quod detrectaſſet pugnam hoſtis, animi accidere; poſteroque die jam militibus caſtra urbemque ſe oppugnaturos frementibus, ni copia pugnæ fiat; utrimque acies inter bina caſtra in medium campi procedunt. Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circumiſit. Trium populorum exercitus ita ſtetit inſtructus, ut dextrum cornu Veientes, ſiniſtrum Falliſci tenerent, medii Fidenates eſſent. Dictator dextro cornu adverſus Falliſcos, ſiniſtro contra Veientem Capitolinum Quintius intulit ſigna, ante mediam acies

acies cum equitatu magister equitum procedit. Parumper silentium & quies fuit; nec Etrusci, nisi cogerentur, pugnam inituris; & dictatore arcem Romanam respectante, ut ab auguribus, simul aves rite admisissent, ex composito tollererur signum. Quod ubi conspexit, primos equites clamore subiato in hostem emisit. Secuta peditum acies ingenti vi consixit. Nulla parte legiones Etruscæ sustinuere impetum Romanorum. eques maxime resistebat, equitumque longe horrisimus ipse rex ab omni parte effuse sequentibus obequitans Romanis, trahebat certamen.

Cap. XIX. Erat tum inter equites tribunus militum A. Cornelius Cossus, eximia pulchritudine corporis, animo ac viribus par; memorque generis, quod amplissimum acceptum, majus auctiusque reliquit posteris. is quum imperium Tolumnii, quacunque se intendisset, trepidantes Romanas videret turmas, infignemque eum regio habitu volitantem tota acie cognosset, *Hiccine est*, inquit, *ruptor fœderis humani obsolatorque genitum Veris? Ego ego hanc, maledictum perfidum, ea modo fanêti quicquam in terris esse Dii volunt) legatorum manibus dabo.* Calcaribus subditis infesta cuspide in unum fertur hostem. quem quum ictum equo dejecisset; confestim se ipse hasta innixus, se in pedes excepit. Adjurgentem hic regium umbonem perfringit, repetitumque sæpius cuspide ad terram affixit. tum exsangui detracta spolia, caputque abscisum victor spiculo gerens, terrore cæsi regis, hostes fundit. ita equitum quoque fuga acies, quæ una fecerat ancipites certamen. Dictator fugatis legionibus instat. & ad castra compulsos cædit. Fidenatium plurimi locorum notitia effugere in montes. Cossus Tiberim cum equitatu transvectus, ex agro Veientano ingentem deruli prædam ad urbem. Inter prœlium & ad castra Romana pugnatum est. adversus partem copiarum, ab Tolumnio, ut ante dictum est, ad castra missam. Fabius Vibulanus corona primum vallum defendit: intentos deinde hostes in vallum, egressus dextra principali cum triariis repente invadit. quo pavore injecto, cedes minor, quia pastores erant; fuga non minus trepida, quam in acie fuit.

Cap. XX. Omnibus locis re bene gesta, dictator senatusconsulto jussuque populi triumphans in urbem rediit. Longe maximum triumphi spectaculum fuit, Cossus spolia opima regis Interfecti gerens. in eum milites carmina incondita, æquantes cum Romulo, canere. Spolia in æde Jovis Feretrii, prope Romuli spolia, quæ prima Opima appellata sola ea tempestate erant, cum solemni dedicatione dono fixit. averterat que in se à curru dictatoris civium ora, & celebritatis ejus diei fructum prope solus tulerat. Dictator coronam auream librum pondo ex publica pecunia, populi jussu in Capitolio Jovi donum posuit. Omnes ante me auctores secutus, A. Cornelium Cossum tribunum militum, fusa fpolia opima Jovis Feretrii templo intulisse, expositi. cæterum, præterquam quod ea rite opima spolia habentur, quæ dux dici detraxit; nec ducem nostrum, nisi cujus auspicio bellum geritur; titulus ipse spoliis inscriptus, illos meque arguit, consulem ea Cossum cepisse. Hoc ego quum Augustum Cæsarem, templorum omnium conditorem aut restitutorem, ingressum ædem Feretrii jovis, quam vetustate dilapsam refecit, inspium in thorace linteo scriptum legisse audissem; prope facrilegium ratus sum, Cosso spoliorum suorum Cæsarem ipsius templi auctorem subtrahere testem. qui si ea in re sit error, quod tam veteres annales, quodque magistratuum libri, quos linteos in æde Opis ros Monetæ Moner Licinius citat identidem auctores, nono pelt demum anno cum T. Quintio Penno, A. Cornelium Cossum consulem habeant; existimario communis omnibus est. nam etiam illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum transferri posset, quod imbelle triennium ferme pestilentia inopiaque frugum circa A. Cornelium consulem fuit: adeo, ut quidam annales velut funesti, nihil præter nomina consulum suggerant. Tertius ab consulatu Cossi annus, tribunum eum militum consulari potestate habet: eodem anno magistrum equitum. quo in imperio alteram insignem edidit pugnam equestrem. ea libera conjectura est. Sed (ut ego arbitror) vana verfare in omnes opiniones licet: quum auctor pugnæ recentibus spoliis in sacra sede positis, Jovem prædamque ipsi vota erant, Romulumque inruens, haud spernendos falsi tituli testes, sese A. Cornelium Cossum consulem scripserit.

Cap. XXI. M. Cornelio Maluginense, L. Papirio Crasso consulibus, exercitus in agrum Veientem ac Sabinum ducti: prædæ abactæ hominum pecorumque: hostis in agris nusquam inventus, neque pugnandi copia facta, urbes tamen non oppugnatæ: quia pestilentia populum invasit. Et seditiones domi quatire sunt, nec mora vanem, ab Sp. Mælio tribuno plebis, qui favore nominis morum se aliquid ratus & Minucio diem dixerat: & rogationem de publicandis bonis Servilii Abalæ tulerat: falsis criminibus à Minu-

Minucio circumventum Mœlium arguens, Servilio eadem civis indemnati obiiciens: quæ vanitate vel prudentia populi auctore fuere. Cæterum magis vis morbi ingravescens curæ erat, terroresque ac prodigia: maxime quod crebris motibus terræ ruere in agris nunciabantur recta. Obiecratio itaque à populo duumviris præcuntibus est facta. Peditilentior inde annus C. Julio iterum, & L. Virginio consulibus, tantum metum valitudis in urbe agrisque fecit, ut non modo prædandi causa quisquam ex agro Romano non exiret, bellive inferendi memoria Patribus aut plebi esset; sed ultro Fidenates, qui se prima aut oppido, aut mœnibus, aut muris tenuerunt, populabundi desererent in agrum Romanum, deinde Veientium exercitu accito (nam Falisci perpelli ad instaurandum bellum, neque clade Romanorum, neque foederum precibus poterunt) duo populi tranfiere Anienem; atque haud procul Collina porta tigna habuere. Trepidatum itaque non in armis magis, quam in urbe est. Julius consul in aggere muritque explicat copias. à Virginio fenatus in æde Quirini consultur. Dictatorem dici A. Servilium placet: cui Prisco alii, alii Struco fuisse cognomen tradunt. Virginius dum collegam conciuere, moratus; permittente eo, nocte dictatorem dixit. is sibi magistrum equitum Postumum Æbutium Eluam dicit.

Cap. XXII. Dictator omnes luce prima extra portam Collinam adesse jubet. quibusque vires suppetebant ad arma ferenda, in capto hiere: signa ex vario prompta feruntur ad dictatorem. Quæ quum agerentur, hostes in loca altiora concessere. eo dictator agmine infesto subit: nec procul Numento signis collatis fudit Etruscas legiones. compulit inde in urbem Fidenas, valloque circumdedit. sed neque facilis capi potest urbs alta, & munita: neque in obsidione vis ulla erat: quia frumentum non necessitati modo satis, sed copiæ quoque abunde ex ante convecto sufficiebat. Ita expugnandi pariter cogendique ad deditionem spe amissa, dictator in locis, propter proximitatem moris, ab averfis parte urbis maxime neglecta, qua suapte natura tutissima erat, agere in arcem cuniculum instituit. Ipse diversissimis locis subeundo ad mœnia quadrifariam divifo exercitu, qui ubi satis succederent ad pugnam, sentiendi die ac nocte procilo, ab tentu operis hostes averrebat: donec perfodio à castris monte, erecta in arcem via est, Interfique Etrusci ad vanas à certo periculo minas, clamor supra caput hostilis captam urbem ostendit. Eo anno C. Furius Pacilus, & M. Geganius Macerinus, censores, villam publicam in campo Martio probaverunt: ibique primum census populi est actus.

Cap. XXIII. Eosdem consules insequenti anno refectos, Julium tertium, Virginium iterum, apud Macrum Licinium invenio. Valerius Antias, & Q. Tubero, Marcum Manlium, & Q. Sulpicium consules in eum annum edunt. ceterum in tam discrepanti editione, & Tubero & Macer libros linteos auctores proferuntur: neuter tribunos militum eo anno fuisse, traditum à scriptoribus antiquis, dissimulat. Licinio libros haud dubie sequi linteos placet: & Tubero incertus veri est. sed inter cetera veritate incompertà, hoc quoque in incerto positum. Trepidatum in Etruria est post Fidenas captas, non Veientibus solum exterritis metu similis excidii, sed etiam Falisci memoria initi primo cum iis belli: quamquam rebellantibus non affuerant. Igitur quum duæ civitates legati ad id dicti sus, populo missis impetrassent, ut ad Voltumnæ fanum indiceretur omni Etruriæ concilium; velut magno inde tumultu imminente, senatus Mamercum Æmilium dictatorem iterum dici jussit. ab eo A. Postumius Tubertus magister equitum est dictus; bellumque tanto major quam proximo conatu apparatum est, quanto plus erat ab omni Etruria periculi, quam ab duobus populis fuerat.

Cap. XXIV. Ea res aliquanto exspectatione omnium tranquillior fuit. Itaque quum renunciatum à mœnibus esset, negata Veientanos auxilia, jussosque suo consilio bellum inirum, suis viribus exequi, nec adverfarum rerum quærere focios, cum quibus spem integram communicari non sint; tum dictator, ne nequicquam creatus esset, materia quærendæ bello gloriæ adempta, in pace aliquid operis edere, quod monumentum esset dictaturæ, cupiens, censuram minuere parat: seu nimiam potestatem ratus; seu non tam magnitudine honoris, quam diuturnitate offensus. Concione itaque advocata, *rempubl. foris gerendam, ait, tutiusque omnia foris standa. Deos immortales suscepisse, se, quod intra muros agendum esset, libertati pop. Rom. consuluturum. maximam autem ejus custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent: & temporis modum imponeretur, quibus juris imponi non posset. Alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram: gravem esse illi etiam per tot annos magna parte vitæ obnoxios vivere. se legem latuturum, ne plus quam annua ac semestris censura esset.* Consensu ingenti populi legem postero die pertulit. *Et ut reipsa, inquit, scitis Quirites, quam*

quam mihi diuturna non placeant imperia, dictatura me abdico. Depofito iuo magiftratu, modo allorum magiftratui impofito, fine alteri; cum gratulatione ac favore ingenti populi domum eft reductus. Cenfores agre paffi, Mamercum, quod magiftratum populi Romani minuiffet, tribum moverunt, octuplicaque cenfui erarium fecerunt. quam rem ipfum ingenti animo tulifle ferunt: cauffam potius ignominiæ intuentem, quam ignominiam: primores Patrum, quamquam deminutum cenfuræ jus nolluiffent, exemplo acerbitatis cenforiæ offenfos. quippe quum fe quifque diutius ac læpius fubjectum cenforibus fore cerneret, quam cenfuram geftarum. Populi certe tanta indignatio coorta dicitur, ut vis à cenforibus nullius auctoritate præterquam ipfius Mamerci, deterreri quiverit.

Cap. XXV. Tribuni plebis affiduis concionibus prohibendo confularia comitia, quum res prope ad interregnum perducta eflet, evicere tandem, ut tribuni militum conflari poteftate creantur: victoriæ præmium quod petebatur, ut plebeius creatur, nullum fuit. omnes patricii creati funt, M. Fabius Vibulanus, M. Foffius, L. Sergius Fidenas. Peftilentia eo anno aliarum rerum otium præbuit. ædes Apollini pro valetudine populi vota eft. multa diuumviri ex libris placandæ Deum iræ, avertendæque à populo peftis cauffa, fecere: magna tamen clades in urbe agrifque promifcue hominum pecorumque pernicie accepta famem cultoribus agrorum timentes in Etruriam, Pontinumque agrum, & Cumas, poftremo in Siciliam quoque frumenti cauffa mittere. Conflarium comitiorum nulla mentio habita eft. Tribuni militum tribular poteftate omnes patricii creati funt, L. Pinarius Mamercinus, L. Furius Medullinus, Sp. Poftumius Albus. Eo anno vis morbi levata, neque à penuria frumenti, quia ante provifum erat, periculum fuit. Conflia ad movenda bella in Volfcorum Æquorumque conciliis, & in Etruria ad fanum Voltumnæ agitata. Ibi prolatæ in annum res: decretoque cautum, ne quod ante concilium fieret; nequicquam Veiente populo querente, eandem, qua Fidenæ deletæ fint, imminere Veiis fortunam. Interim Romæ principes plebis jam diu nequicquam imminentes fpei majoris honoris, dum foris otium eflet, cœtus indicere in domos tribunorum plebi. ibi fecreta conflia agitare: queri, *fe à plebe adeo fpretos, ut quum per tot annos tribuni militum conflari poteftate creantur, nulli unquam plebeio ad eum honorem aditus fuerit. multum providiffe fuos majores, qui caverint, ne cui patricio plebeii magiftratus paterent: aut patricios habendos fuiffe tribunos plebei. adeo fe fuis etiam fordere; nec à plebe minus, quam à Patribus contemti.* Alii purgare plebem, culpam in Patres vertere, *eorum ambitione arribufque fieri, ut obfeptum plebi fit ad honorem iter. fi plebi reflitrare ab eorum mifitis precibus miniftque liceat, memorem eam fuorum inituram fuffragia effe, & parto auxilio imperium quoque afcfturam.* Placet rollendæ ambitionis cauffa tribunos legem promulgare, ne cui album in veftimentum addere, petitionis cauffa liceret. Parva nunc res, & vix terio agenda videri poffit, quæ tunc ingenti certamine Patres ac plebem accendit. Vicere tamen tribuni, ut legem perferrent: *appararebatque irritatis animis plebem ad fuos ftudia inclinaturam. quæ ne libera eflent, renatufconfultum factum eft, ut conflularia comitia haberentur.*

Cap. XXVI. Tumultus cauffa fuit, quem ab Æquis & Volfcis, Latini atque Hernici nunciarant. T. Quintius Lucii filius, Cincinnatus (eidem Penno cognomen additur) & C. Julius mento, confules facti: nec ultra terror belli eft dilatus. Lege facrata, quæ maxime apud eos vis cogendæ militiæ erat, delectu habito, utrimque validi exercitus profecti in Algidum convenere. Ibique feordum Æqui, feorfum Volfci, caftra communiverè, intentioque quam unquam ante, muniendi exercendique militem cura ducibus erat. eo plus nuncii terroris Romam attulere. Senatui dictatorem dici placuit: quia etfi fæpe victi populi, majore tamen conatu quam alias unquam rebellarent: & aliquantum Romanæ juventutis morbo abfumptum erat. ante omnia pravitas conflium difcordiaque inter ipfos, & certamina in conciliis omnibus terrebant. Sunt qui male pugnatum ab his conflibus in Algido auctores fint, eamque cauffam dictatoris creandi fuiffe. Illud fatis conflat, ad alia difcordes, in uno adversus Patrum voluntatem confenfiffe, ne dicerent dictatorem: donec, quum alia aliis terribiliora afferrentur, nec in auctoritate fenatus confules eflent, Q. Servilius Prifcus fummis honoribus egregie ufus: *vos*, inquit, *tribuni plebi, quoniam ad extrema ventum eft, fenatus appellat, ut in tanto difcrimine reipubl. dictatorem dicere confules pro poteftate veftra cogatis.* Qua voce audita, occafionem oblatam rati tribuni augendæ poteftatis, fecedunt: proque collegio pronunciant, *placere confules fenatui dicto audientes effe: fi adversus confenfum ampliffimi ordinis ultra tendant, in vinculo fas duci eos juffuros.* Confules ab tribu-

nis,

nis, quam ab senatu vinci malue-runt: proditum à Fabiis summi imperii jus, datumque sub jugum tribunicios potestati consulatum, memorantes. si quidem cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules, & (quo quid ulterius privato timendum foret:) in vinculis etiam duci possent. Sors ita dictatorem dicere, (nam in Id quidem inter collegas convenerat) T. Quintio evenit. Is A. Postumium Tubertum, fecerum suum feveritimi imperii virum, dictatorem dixit: ab eo L. Julius magister equitum est dictus. Simul edicitur & justitium: neque aliud tota urbe agi, quam lectum apparari: cognitio incantum militiæ mitrere post bellum differtur. Ita dubii quoque inclinant ad nomina danda, & Hernicis Latinisque milites imperati. utrimque enixe obeditum dictatori est.

Cap. XXVII. Hæc omnia celeritate ingenii acta: relictoque C. Julio consule ad præsidium urbis, & L. Julio magistro equitum ad subita belli ministeria, ne qua res, qua equi sent in caltris, moraretur; dictator, præeunte A. Cornelio pontifice maximo, ludos magnos tumultus causa vovit: profectusque ab urbe, divisoque cum Quintio consule exercitu, ad hostes pervenit. Sicut bina castra hostium parvo inter se spatio distantia viderant, ipsi quoque mille ferme passus ab hoste, dictator Tusculo, consul Lanuvio propiorem locum castris ceperunt. Ita quatuor exercitus totidem munimenta, planitiem in medio non partiente, excursionibus ad prælia, sed vel ad explicandas utrimque acies satis patentem habebant. nec ex quo castris castra collata sunt, cessatum à levibus prœliis est: facile patiente dictatore, conferendo vires spem universæ victoriæ, tentato paullatim certamine minuum suos præcipere. Itaque hostes nulla in prœlio justo relicta spe, nocte adorti castra consulis, rem in casum ancipitis eventus commirtunt. Clamor subito ortus, non consulis modo vigiles, exercitum deinde omnem, sed dictatorem quoque ex somno excivit. Ubi præsenti ope res egebant, consul nec animo deficit, nec consilio: pars militum portarum stationes firmant: pars corona vallum cingunt. In alteris apud dictatorem castris, quo minus tumultus est, eo plus animadvertitur quid opus facto sit. missis exemplo ad castra subitidio, cui Sp. Postumius Albus legatus præcitur, ipse parte copiarum parvo circuitu, locum maxime fecretum ab tumultu petit: unde ex nec opinato aversum hostem invadat. Q. Sulpicium legatum præficit castris: M. Fabio legato assignat equites: nec ante lucem movere jubet manum. Interea nocturnus tumultus moderatu difficilem. Omnia, quæ vel alius imperator prudens & ingiger in tali re præcipere agere que que, præcipit ordine atque agit. Illud eximium consilii animique specimen, & neutiquam vulgatæ laudis, quod ultro ad oppugnanda castra hostium, unde ratione agmine profectos expiorum fuerat, M. Geganium cum cohortibus delectis mittit. qui postquam intentos hominesin eventum periculi alieni, pro se incautos neglectis vigiliis stationibusque eit adortus; prius penè cepit castra, quam oppugnari hostes satis scirent. inde fumo, ut conveneratex, clarum signum, ubi conspectum ab dictatore est, exclamat, capta hostium castra: nunciarique passim jubet.

Cap. XXVIII. Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant: & Fabius cum equitatu impetum dederat & consul eruptionem è castris in repidos jam hostes fecerat. Dictator autem parte altera, subsidia & secundam aciem adortus, circumagenti se ad diffonos clamores ac subitos tumultus hosti, undique objecerat victorem peditem equitemque. Circumventi igitur jam in medio ad unum omnes, postquam rebellionis dedissent, ni Vestius Mesius ex Volscis nobilior vir factis quam genere, jam orbem volventes suos increpans clara voce, Hic præsituri, inquit, vos tetis hostium epis indefensi, inulti? Quid fecimus arma hostis? aut quid altera bellum inutilibus? In aris tumultuosis, in bello segnes? Quid vic stantibus spei est? an Deum aliquem protectum vos, rapturumque hinc putatis? Ferro via facienda est. Hac, qua me progressum videritis, agite qui vestri domos, parentes, conjuges, liberos estis, ite mecum. Non minus, nec audiam, sed armati animatis obstant. virtute pares, necessitate, quæ ultimum ad maximum telum est, superiores estis. Hæc locutum, exsequentemque dicta redintegrato clamore secuti, dant impressionem, qua Postumius Albus cohortes objecerat: & movente victorem, donec dictator pedem jam referentibus suis advenit. eoque omne prœlium versum est. Uni viro Mesio fortuna hostium innititur, multa utrimque vulnera, multa passim cades est. Jam ne duces quidem Romani incruenti pugnant. Unus Postumius ictus saxo, perfracto capite acie exportatus est. Dictatorem humerus vulneratus, non Fabium prope affixum equo fermur, non brachium abscissum consulem ex tam ancipiti prœlio submovit

Cap. XXIX. Messium impetus perstratos cæde hostes cum globo fortissimorum juvenum exmuit ad castra Volscorum, quæ nondum capta erant. eodem omnis acies inclinarur.

Consul

Consul effusos usque ad vallum persecutus, ipsa castra vallumque aggreditur: eodem & dictator alia parte copias admovit, non legnior oppugnatio erit, quam pugna fuerat. Contulem signum quoque intra vallum injecisse ferunt, quo milites acrius subirent: reperendoque signo primam impressionem factam. Et dictatorem pro uto vallo, jam in castra prœlium intulerat. Tum abjici arma passim, ac dedi hostes cœpti. captivique & bis captis, hostes præter fenatores, omnes venundari sunt. Prædæ pars, sua cognovientibus Latinis atque Hernicis reddita, partem sub hasta dictator vendidit: propositoque consule captis, ipse triumphans invectus urbem, dictatura se abdicavit. Egregie dictaturæ tristem memoriam faciunt, qui filium ab A. Postumio, quod occasione bene pugnandi captus, injussu desciverit pronodo; videm fecuri percussum tradunt. Nec libet credere: & licet, in variis opinionibus. & argumento est, quod imperia Manliana, non Postumiana appellata sint: quum qui prior auctor tam sevi exempli fuerit, occupaturus ingenem titulum crudelitatis fuerit. Imperioso quoque Manlio consulem indicium: Postumius nulla tristi nota est insignitus. C. Julius consul eadem Apellinis absente collega, sine forte dedicavit: agre id passus Quintius, quum dimisso exercitu in urbem rediret, nequicquam in senatu est conquestus. Insigni magnis rebus animo additum, nihil tum ad rem Romanam pertinere visum, quod Carthaginienses tanti hostes furuti, tum primum per seditiones Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum trajecere.

Cap. XXX. Agitatum in urbe ab tribunis plebis, ut tribuni militum consulari potestate crearentur: nec obtineri potuit. Consules fuere L. Papirius Crassus, L. Julius. Æquorum legati fœdus ab senatu cum petissent, & pro fœdere deditio ostenderetur, inducias annorum octo impetraverunt. Volsorum res, super acceptam in Algido cladem, pertinaci certamine inter pacis bellique auctores, in jurgia & seditionis versa. Undique otium fuit Romanis. Legem de multatum æstimatione pergratam populo, quum ab tribunis parari consules unius ex collegio propositione excepissent, ipsi præcuparuerunt ferre. Consules L. Sergius Fidenas iterum, Hostus Lucretius Tricipitinus. Nihil dignum dictu actum his consulibus. Secuti eos consules, A. Cornelius Cossus, T. Quintius Pennus iterum. Veientes in agrum Romanum excursiones fecerunt. Fama fuit, quosdam ex Fidenatium juventute participes ejus populationis fuisse: cognitioque ejus rei L. Sergio & Q. Servilio, & Manlio Æmilio permissa. Quidam Ostiam relegati, quod, cur per eos dies a Fidenis abfuissent, parum constabat. colonorum additus numerus, agerque iis bello interemptorum assignatus. Siccitate eo anno plurimum laboratum est: nec colestes modo defuerunt aquæ, sed terra quoque ingenito humore egens, vix ad pecudes sufficit amnes. defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivosque, stragem fœti pecorum morientium dedit: scabie alia absumpta. vulgarique contactu in homines morbi. Sperno in agrestes ingruerant, servitiaque. urbs deinde impetum. Nec corpora modo affecta rabo, sed animos quoque multiplex religio, & plerique externa, invasit; novos ritus sacrificando, vaticinando inferentibus in domes, quibus quæ tuti sunt capti superstitione animi: donec publice quoque privatimque primores civitatis perirent, cernentes in omnibus vicis facellisque peregrina atque insolita piacula pacis Deum exposcendæ. Datum inde negotium ædilibus, ut animadverterent, ne qui, nisi Romani Dii, neu quo alio more quam patrio, colerentur. Iræ adversus Veientes in intolerantiam animum, C. Servilium Ahalam, L. Papi ium Mugilanum consules dilatæ sunt. Tunc quoque ne consestim bellum indiceretur, neve exercitus mitteretur, religio obstitit. faciales prius mittendos ad res repetendas censuere. Cum Veientibus nuper acie dimicatum ad Nomentum & Fidenas fuerat. inducirque inde, non pax, facta: quarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant. Missi tamen fesciales: nec eorum quem more patrum jurati reperorent res, verba sunt audita. Controversia inde fuit, utrum populi jussu indiceretur bellum, an satis esset senatus consultum. Pervicere tribuni, denunciando impeditures se delectum, ut consules de bello ad populum ferrent. omnes centuriæ jussere. In eo quoque plebs superior, quod renuit, ne consules in proximum annum crearentur.

Cap. XXXI. Tribuni militum consulari potestate quatuor creati sunt, T. Quintius Pennus ex consulatu, C. Furius, M. Postumius, A. Cornelius Cossus: ex iis Cossus præfuit urbi. tres delecta habito prodicti sunt Veios, documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset. tendendo ad sua quisque consilia, quum aliud alii videretur, aperuerunt ad occasionem locum hosti. incertam namque aciem, signum alii dari recepti, alii cani jubentibus, invasere opportune Veientes: castra propinqua turbatos, ac

terga dantes accepere. plus itaque ignominiæ quam cladis est acceptum. Mœsta civitas, vinci insuetа, odiisse tribunos, poscere dictatorem: in eo verti spes civitatis. & quum ibi quoque res religio obstaret, ne non posset nisi ab consule dici dictator, augures consulti eam religionem exemere. A. Cornelius dictator cum Mamercum Æmilium dixit: & ipse ab eo magister equitum est dictus. adeo simul fortuna civitatis virtute vera æquit, nihil cessoria animadversio effecit, quo minus regimen rerum ex nocta indigne domo peteretur. Veientes se fecunda elati, missis circum Etruriæ populos legatis jactando tres duces Romanos ab se uno prælio fusos, quum tamen nullam publici consilii societatem movissent, voluntarios undique ad ipsum prædæ adduxerunt. Uni Fidenatium populo rebellare placuit: & tamquam nisi ab tcelere bellum ordiri nefas esset, sicut legatorum antea, ita tum novorum colonorum cæde imbuti sis armis, Veientibus se conjungunt. Consultare inde principes duorum populorum, Veios an Fidenas tedem belli caput esset. Fidenæ vitæ opportunitores. itaque trajecto Tiberi, Veientes Fidenas transiecto Tiberi, Veientes Fidenas transiectum bellum. Romæ terror ingens erat, accito exercitu ab Veiis, eoque ipso ab re male gesta perculsæ, castra locantur ante portam Collinam; & in muris armati dispositi, & iustitium in foro, tabernaculæ clausæ, tantuque omnia castris quam urbi similiora.

Cap. XXXII. Tum trepidam civitatem præconibus per vicos dimissis dictator ad concionem advocatam increpuit, *quod animos ex tam levibus fortunæ momentis sic ipsos gerarent, ut parva lætitia acceptа, quæ ipsa non virtute hostium, nec ignavia Romani exercitus, sed discordia imperatorum accepta sit, Veientem hostem sexies victum pertimescant, Fidenasque prope sæpius captas quam oppugnatas. Eosdem & Romanos & hostes esse, qui per tot sæcula fuerint: eosdem animos, easdem corporis vires, eadem arma gerere. se quoque eundem dictatorem Mamercum Æmilium esse, qui ante Veientium Fidenatiumque adjunctis Falisciis ad Nomentum exercitus suderit. & magistrum equitum A. Cornelium eundem in acie fore, qui prior bello imperatorum Lucii Tolumnii rege Veientium in conspectu duorum exercituum occiso, spolia opima Jovis Feretrii templo intulerit. Proin memores, secum triumphos, secum spolia, secum victoriam esse; cum hostibus, sedes legatorum contra jus gentium interfectorum, eadem in face Fidenatium colonorum, induvias raptas, septimam infelicem defectionem, arma capere. Simul castra conjunxisse, satis confidere, nec sceleratissimos hostibus diuturnum ex ignominia exercitus Romani gaudium fore: & populum Romanum intelecturum, quanto melius de republica meriti sint, qui se dictatorem tertium dixerint, quamvis qui, ob eruptam consulare regnum, labem secundæ dictaturæ fuæ imposuerint.* Votis deinde nuncupatis profectus, mille & quingentos passus citra Fidenas castra locat: dextra montibus, læva Tiberi amne sæpтus. T. Quintium Pennum legarum occupare montes juber, occultumque id jugum capere, quod ab tergo hostibus foret. Ipse postero die, quum Etrusci pleni animorum ab priftini diei melliore occasione quam pugna in aciem processissent, cunctatus paruuper, dum speculatores referrent, Quintium evasisse in jugum propinquum arci Fidenarum, signa profert: pedituminque aciem instruxtam pleno gradu in hostem inducit magistro equitum præcipit: ne injusiu pugnam inclipiat: ie, quum opus sit, equestri auxilio signum daturum. tum ut memor regiæ pugnæ, memor opimi doni, Romulique ac Jovis Feretrii, rem gereret. Legiones impetu ingentes contiguunt. Romanus odio accensus, impium Fidenatem præclonem Veientium, raptores inducarum, cruentos legatorum infandæ cædæ, refertos sanguine colonorum suorum, perfidos locios, imbelles hostes compellans, factis simul dictisque odium explet.

Cap. XXXIII. Concusserat primo statim congressu hostem: quum repente pace factis Fidenarum portis, nova erumpit acies, inaudita ante id tempus insuitatæque. ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico instincta cursu in hostem ruit: formaque infelitæ pugnæ Romanos parumper exterruit. Tum dictator magistro equitum, equitibusque, tum ex montibus Quintio accito prælium ciens, ipse in sinistrum cornu, quod incendio similius quam prælio territum cesserat flammis accurrit: clamaque voce, *Pumone vicit, inquit, vicit examen agmen loco vestro excitet, iuerint hostis hosti? Non ferro exsinguenda ignes? non faces has ipsas pro se qui que, si ignis non telis pugnandum est, eruptas iltro inferetis? Agite, nominis Romani ac virtutis patrum vestrarque memores, vertite incendium hoc in hostium urbem: & has flammis delere Fidenas, quæ vestras benefitis placare non potuistis. Legatorum hoc nos vestrorum colonorumque sanguis, vastatique fines monent.* Ad imperium dictatoris mota cuncta acies: faces partim emisse excipiuntur,

fur, partim vi eripiuntur. utraque facies armatur igni. Magister equitum & ipse novat pugnam equestrem. frenos ut detrahant equis, imperat: & ipse princeps calcaribus fubditis evehus, effreno equo in medios ignes interfertur: & alii concitati equi libero curfu ferunt equitem in hoftem. Pulvis elatus miftufque fumo, lucem ex oculis virorum equorumque aufert. ea quæ militem terruerat fpecies, nihil terruit equos. ruinæ igitur fimilem ftragem eques quacunque pervaferat, dedit. Clamor deinde accidit novus, qui quum utramque trepidationem in fe aciem vertiffet, dictator exclamat, Quintium legatum & fuos ab tergo hoftem adortos: ipfe redintegrato clamore infert acrius figna. Quum duæ acies, duo diverfa prælia, circumventos Etrufcos & à fronte & ab tergo fuggerent, neque in caftra retro, neque in montes, unde fe novus hoftis objecerat, iter fugæ eft, & equitem paffim liberi frenis difpulifent equi, Veientium maxima pars Tiberim effufi petunt. Fidenatium qui fuperfunt, ad urbem Fidenas tenduntur. Infert pavidos fuga in mediam eædem: obtruncantur in portarum aditus ab aquam compulfos gurgites ferunt: etiam pertos nandi laffitudo & vulnera & pavor degravant; pauci ex multis tranant. alterum agmen fertur per caftra in urbem: eodem & Romanos fequentes impetus rapit. Quintium maxime, & cum eo degreffos modo de montibus, recentibus animis ad laborem militem, quia ultimo prælio advenerat.

Cap. XXXIV. Hi poftquam miffi hoftibus portam intravere, in muros evadunt, fuifque capti opidi fignum ex muro tollunt. Quod ubi dictatori compexit, (ante enim & ipfe in deferta hoftium caftra penetraverat) cupientem militem difcurrere ad prædam, ipe injecta majoris in urbe prædæ, ad portam ducit; receptuique intra muros in arcem, quo ruere fugientium turbam videbat, pergit. Nec minor cædes in urbe, quam in prælio fuit: nonec abjectis armis, nihil præter vitam petentes, dictatori dedunt. Urbs caftraque diripiuntur. Poftero die fingulis captivis ab equite ad centurionem forte ductis, & quorum eximia virtus fuerat, binis; aliis fub corona venundatis, exercitum victorem opulentumque præda triumphans dictator Romam reduxit; juffuque magiftro equitum abdicare fe magiftratu, ipfe deinde abdicat die fextodecimo: reddito in pace imperio, quod in bello præditique rebus acceperat. Clafibus quoque ad Fidenas pugnatum cum Veientibus, quidam annales retulere: rem æque difficilem atque incredibilem; nec nunc lato fatis ad hoc animo; & rum aliquanto, ut à veteribus accepimus, arceffere. nifi in trajectu forte fluminis prohibendo aliquarum navium concurfum in majus (ut fit) deducrantes, navalis victoriæ vanum titulum appetivere.

Cap. XXXV. Infequens annus tribunos militares confulari poteftate habuit, A. Sempronium Atratinum, L. Quintilium Cincinnatum, L. Furium Medullinum, L. Horatium Barbatum. Velientibus annorum viginti induciæ datæ, & Æquis triennii, quum plurium annorum petiffent. Et ab feditionibus urbanis otium fuit. Annum infequentem neque bello foris, neque domi feditione inſignem, ludi bellum publicum confenfu vexerant, advenis gratius fuit. Poft ludos, conciones fedifiofæ tribunorum plebi fuerunt, objurgantium multitudinem, *quod admiratione eorum quos obiffet, ſtupens, in æterno ſeipſa teneret ſervitio: & non modo ad ſpem conſulatus in partem revocandam ſuffragium non daret, ſed ne in tribunis quidem militum creandis (quæ communia eſſent comitia 'Patrum ac plebis) au ſibi aut ſuorum meminiſſet. Deſineret ergo mirari, cur nemo de commodis plebis ageret: eo impendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos ſperetur. Nihil non egregiorum hominis, ſi magna præmia proponantur. Ut quidem aliquis tribunus plebis ruat cæcus in certamina parricidii ingenti, fructu nullo, ex quibus pro certo habeat, Patres, adverſus quos tenderet, bello inexpiabili ſe perſecutoros; apud plebem, pro qua dimicaverit, nihilo ſe honoratiorem fore, neque ſperandum in quenquam talem eſſe. Magnos animos, ingenis nobilis ſi fieri. neminem ſe plebeium contemptum, ubi contemni deſiſſent. Experiendam rem denique in uno aut altero ſe, ſume aliquis plebeius ferendo magno honori: an portento ſimile miraculoque ſit, fortem ac ſtrenuum virum aliquem exiſtere orturum ex plebe. Summa ei expugnatum eſſe, ut tribuni militum conſulari poteſtate & ex plebe crearentur. Periſſe cætos domi militiæque ſpectatos, priſcis avanti legibus, repulſos, riſui Patribus fuiſſe: daſſe poſtremo præbere ad contumelias os. Nec ſe videre cur non lex quoque abrogetur, qua id licuit quod nunquam futurum ſit. minorem quippe ruborem fore in juris iniquitate, quam ſi per indignitatem ipſorum præteriantur.*

Cap. XXXVI. Hujus generis oratio-

orationes cum assensu audiret, incitavere quoddam ad petendum tribunatum militum, alium alia de commodis plebis laturum se in magistratu profitentem. Agri publici dividendi, coloniarumque deducendarum ostentatæ spes: & vectigali possessoribus agrorum imposito, in stipendium militum erogandi æris. Captatum deinde tempus ab tribunis militum, quo per discessum hominum ab urbe, quum Patres clandestina denunciatione revocati ad diem certam essent, senatusconsultum fieret ab tribunis tribunisque plebis, ne quominus Volsces in Hernicorum agros prædatum exiret, fama esset, ad rem inspiciendam tribuni militum proficiscerentur, consulariaque comitia haberentur. Profecti Appium Claudium, filium decemviri, præfectum urbis reliquerunt; imolgrum juventem, & jam inde ab immunibus tribunum odio tribunorum plebisque. tribunis plebis nec cum absentibus iis, qui senatusconsultum fecerant, nec cum Appio transacta re quod contenderent, fuit.

Cap. XXXVII. Creati consules, C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. Peregrina res, sed memoria digna traditur, eo anno facta: Vulturnum Etruscorum urbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam: Capuanque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a campestri agro appellatam. Capere autem, prius bello quæsitis Etruscis, in societatem urbis agrorumque accepti: deinde festo die graves somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna cæde adorti. His rebus actis, consules iis, quos diximus, Idibus Decembribus magistratum occepere. Jam non Etrusum qui ad Id missi erant, reculerant imminere Volscum bellum; sed legati quoque ab Latinis & Hernicis nunciabant, Non ante unquam Volsces nec ducibus legendis, nec exercitui scribendo intentiores fuisse. Vulgo fremere, aut in perpetuum arma belliumque oblivioni danda, aut pugnoque accipiendum: aut iis cum quibus de Imperio certerur, nec virtute, nec patientia, nec disciplina rei militaris cedendum esse. Haud vana attulere: sed nec perinde Patres mori sunt, & C. Sempronius, cui ea provincia forte evenit, tanquam conii tertiana re, fortuna fretus, quod victoris populi exercitum adversum victos duxisset. omnia temere ac negligenter egit. adeo ut disciplinæ Romanæ plus in Volsco exercitu, quam in Romano esset. Ergo fortuna, ut sæpe alias, virtutem est secura. Primo prœlio quod ab Sempronio incaute inconsulteque commissum est, non subsidiis armata acie, non equite ante locato, conciurum est. clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura esset. excitatior crebriorque ab hoste tublatus, ab Romanis dissensus, impar, segnis, sæpe iteratus, incerto clamore prodidit pavorem animorum. Eo ferocior illatus hostis, urgere fcutis, micare gladiis: altera ex parte nutant circumspectantibus galeæ, & incerti trepidant, applicantque se turbæ. Signa nunc retinentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos recipiuntur. nondum fuga certa, nondum victoria erat. tegi magis Romanus quam pugnare. Volscus inferre signa, urgere aciem, plus cædis hostium videre, quam fuge.

Cap. XXXVIII. Jam omnibus locis ceditur, nequicquam Sempronio consule obiurgante atque hortante; nihil nec imperium, nec majestas valebat: denique nox tarda hostibus fuerat, ni Sex. Tempanius, decurio equitum, labente jam re, præsenti animo subvenisset. qui quum magna voce exclamasset, ut equites, qui salvam rempublicam vellent esse, ex equis desilirent; omnium turmarum equitibus, velut ad consilii imperium mortis. *Mihi hacc*, inquit, *comitati cohors fistat impetum hostium, actum de imperio est. Sequimini pro vexillo cupidem meam. ostendite Romanis Volscisque neque equitibus vobis ullos esse, nec pedibus esse pedites pares.* Quum clamore comprobata adhortatio esset, vadit atque cupidem gerens, quacunque incedunt, vi viam faciunt: eo se inferunt obiectis parmis, ubi fuorum plurimum laborem vident. restituitur omnibus locis pugna, in quæ eos imperus fuit: nec dubium erat, quin fi tam pauci simul obire omnia possent, tegi statum hostis sucerunt.

Cap. XXXIX. Et quum jam parte nulla fustinerentur, dat signum Volscis imperator, ut parmatis, novæ cohorti hostium locus detur, donec impetu illati ab suis excludantur. Quod ubi est factum, interclusi equites, nec perrumpere eadem, qua transierant, posse; ibi maxime confertis hostibus, qua viam fecerant: & consul legionesque Romanæ, quum, quod tegumen modo omnis exercitus fuerat, nusquam videretur; ne tot fortissimos viros interclusos opprimeret hostis, rendunt se quacunque data via. Divisi Volsci, hinc cumulem ac legiones sustinere: altera fronte instare Tempanio atque equitibus. qui quum sæpe conari nequissent perrumpere ad suos, rumulo quodam occupato, in orbem se munabantur; nequaquam inuiti. Nec pugnæ finis ante noctem fuit. consul quoque nunquam remisso certamine, dum quicquam superfuit lucis, hostem tenuit. nox incertos diremit: tan-

tisque ab imprudentia eventus utraque castra tenuit parvor, ut relictis fauciis, & magna parte impedimentorum, ambo pro victis exercitus se in montes proximos reciperent. Tumultus tamen circumsessis ultra medium noctem est. quum circumsedentibus nunciatum esset, castra deserta esse, victos rati suos, & ipsi qua quemque in tenebris pavor tulit, fugerunt. Tempanius, meru insidiarum, suos ad lucem tenuit. digressus deinde ipse cum paucis speculatum, quum ab fauciis hostibus scilicitando compertisset castra Volscorum deserta esse, letus ab tumulo suos devocat, & in castra Romana penetrat ubi quum vasta deserraque omnia, atque eandem quam apud hostes fecunditatem invenisset, perinquam Volsos cognitus e re metuque, quibus poterat fauciis ductis secum, ignarus quam regionem consul petisset, ad urbem proximis itineribus pergit.

Cap. X L. Jam eo fama pugnæ adverse castrorumque deiectorum perlata erat: & ante omnia deplorari erant equites, non privato magis quam publico luctu. Fabiusque consul terrore urbi quoque injecto, stationem ante portas agebat: quum equites procul viri, non sine terrore ab dubiis, quinam essent, mox cogniti tantam ex metu lætitiam fecere, ut clamor urbem pervaderet, gratulantium, salvos victosque redisse equites: & ex mœstis paulo ante domibus, quæ conclamaverant suos, procurreretur in vias, pavidæque matres ac conjuges, oblitæ præ gaudio decoris, obviam agminis occurrerent; in suos quoque simul corpore animoque vix præ gaudio compotes effusæ. Tribunis plebi, qui M. Postumio & T. Quintio diem dixerant, quod ad Veios eorum opera male pugnatum esset, concilio visa est per recens odium Semproniī censulis renovandæ in eos invidiæ. Itaque, advocata concione, quum proditam Veios rempublicam esse ab ducibus, proditum deinde, quia illis impune fuerit, in Volscis ab consule exercitum, tradosad eadem fortissimos equites, deserta fœde castra, vociferari essent; C. Julius unus ex tribunis Tempanium quærere vocat justum coramque eis, *Sexte Tempani, inquit, quæro de te, arbitrisne C. Sempronium consulem, aut in tempore pugnam intulisse, aut firmasse fiducias dictum, aut illo bono consulis functum officio? &, tunc ipse victis legionibus Romanis, tuto consilio equitum ad pedes deduxeris, restituerisque pugnam? excusso deinde ab acie nostra tibi atque equitibus, num aut consul ipse subvenerit, aut miserit præsidium? postero denique die quid præsidii ut-*

quam habueris? an tu cohortatus in castra vestra virtute perturbata? eoquem in castris consulem, eoquem exercitum inveneritis? an deserta castra, relictos fauciosmilites? Hæc pro virtute tua fidesque, qua una hoc bello respubl. steterit; dicenda tibi sunt hodie. Denique, ubi C. Sempronius, ubi legiones nostræ sint? desertus sis, an desiderus consulem exercitumque? victi denique sumus, an victoriosus?

Cap. X L I. Adversus hæc Tempanii oratio incompta fuisse dicitur: certe eum militaliter gravis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta: *Quanta prudentia res bellicæ in C. Sempronio esset, non militis de imperatore æstimationem esse, sed populi Romani fuisse, quum eum consulibus consulem legerei. Itaque ne ab se imperatoria consilia, nec consiliatoris artes requirerent, quæ pensitanda quoque natura sua atque ingenio essent; sed quod ex exercitu referre posse. Vitiisse autem se prius quam ab acie interlueretur, consulem in prima acie pugnantem, adhortantem, inter signa Romana telaque hostilium versantem: posteaab conspectu eorum abductum, & strepitu tamen & clamore sensisse usque ad noctem extractum certamen: nec ad tumultum, quem ipse tenuerat, præ multitudine hostium credere potuisse potuisse. Exercitus ubi is esset scire: desiderari nullus ipse tu re trepidæ loci præsidii se usque ex tutatus, sic consilium consulis, exercitus causis loca tuitoria castris capisse. Nec ullorum meliores res esse credere, quam populi Romani fortunam. noctemque omnia erroris mutui implesse. precantemque deinde, ne se tenuum labore ac vulneribus tenerent; cum ingenti virtutis magis quam moderationis admirationem. Quum hæc agerentur, jam consul via Lavicana ad fanum Quietis erat. eo missa plaustra jumentaque alia ab urbe, exercitum affectum proelio ac via nocturna excepere. Paulo post in urbem eit ingressus consul, non ab re magis enixe encevens culpam, quam Tempanium meritis laudibus fecens. Mœstæ civitati ab re male gesta, & fratæ ducibus, M. Postumius reus objectus, qui tribunus militum pro consule ad Veios fuerat, decem millibus aeris gravis damnatur. T. Quintium collegam ejus, quia & in Volscis consul ampliato dictatoris Postumi turberti & ad Fidenas legatus dictatoris alterius Mamerci Æmilii, res propere gesserat, totam culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absolverunt. profusis ei Cincinnati patris memoria delicta, venerabilis viri, & exactæ jam ætatis Capitolinus Quintius, suppliciter orans, ne se brevi*

reliquo ætatis spatio tam tristem nunciam ferre ad Cincinnatum patentur.

Cap. XLII. Plebs tribunos plebis abiciates, Sex. Tempanium, A. Sebellium, L. Antistium, Sex. Pompilium, fecit. quos & pro centurionibus sibi præfecerant Tempanio auctore omnes, Senatus, quum odio Semproniii, comitiare nomen fieri deberet; tribunos militum consulari potestate creari iussit. creati sunt L. Manlius Capitolinus, Q. Antonius Merenda, L. Papirius Mugillanus. Principio statim anni L. Hortensius tribunus plebis C. Sempronio consuli anni prioris diem dixit. quem quum quatuor collegæ insperante populo Romano orarent; ne imperatorem suum innoxium, in quo nihil præter fortunam reprehendi posset, vexaret; ægre Hortentius parti, tentationem eam credens esse periculosæ fuæ; nec precibus tribunorum, quæ in speciem modo iactentur, sed auxilio cohidere reum. itaque modo ad eum conversus, *Ubi illi patricii spiritus, ubi subigiens & fidens innocentiæ animus esset*, quærebat. *Sub tribunicia umbra consilia rem clandestina?* modo ad collegas. *Vos autem si eruptum ius populo, & eversum tribunitiam potestatem?* Quum illi, & de Sempronio, & de omnibus summam populi Romani potestatem esse dicerent; nec se judicium populi tollere aut velle aut posse sed si preces libris pro imperatore, qui sibi parentis esset loco, non valuissent, se vestem cum eo mutaturos: tum Hortentius, *Non videbit*, inquit, *plebs Romana fortidatos tribunos suos. C. Sempronium nihil morat, quando hoc est in imperio consecutus, ut tam caras esset militibus.* Nec pietas quatuor tribunorum, quam Hortensii tam placabile ad iustas preces ingenium, pariter plebi Patribusque gratior fuit. Non diutius fortuna Æquis indulsit, qui ambiguam victoriam Volscorum pro sua amplexi fuerant.

Cap. XLIII. Proximo anno Numerio Fabio Vibulano, T. Quintio Capitolini filio Capitolino consulibus, ductu Fabii, cui sorte ea provincia evenerat, nihil dignum memoratu actum. quum trepidam rantum ostendissent aciem Æqui, turpi fuga funduntur, hanc magno consulis dacore. Itaque triumphus magnus fuit. Ceterum, ob Sempronianæ cladis levatam ignominiam, ut ovans urbem intraret consilium est. Quemadmodum bellum minore quam timuerant, dimicatione erat perfectum, sic in urbe ex tranquillo nec opinata moles discordiarum inter plebem ac Patres exorta est; cœpta ab duplicando quæstorum numero. quam rem, ut præter duos urbanos quæstores, duo consulibus ad ministeria belli præfto essent; à consulibus relatam, quum & Patres summa ope approbassent; consulibus tribuni plebis certamen intulerunt, ut pars quæstorum (nam ad id tempus patricii creari erant) ex plebe fierent. Adversus quam actionem primo & consules & Patres summa ope adnisi sunt: concedendo deinde, ut quemadmodum tribunis consulari potestate creandis uti iunt, adæque in quæstoribus liberum esset arbitrium populi, quum parum proficerent, eorum rem de augendo quæstorum numero omittunt. Excipiunt emtiam tribuni, aliæque subinde, inter quas & agrariæ legis, seditiosæ actiones exiitunt: propter quos motus quum senatus consules quam tribunos creari malier, neque posset per intercessiones tribunicias senatusconsultum fieri; respublica à consulibus ad interregnum, neque id ipsum (nam colere patricios tribuni prohibebant) sine certamine ingenti, rediit. Quum pars major infequentis anni per noves tribunos plebis, & aliquot interreges, certaminibus extracta esset, modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus, ne senatusconsultum de comitiis consularibus faceret; postremo L. Papirius Mugillanus proditus interrex, adfigando nunc Patres, nunc tribunos plebis: *desertam omissamque ab hominibus rempublicam Deorum providentia curaque exceptam* memorabat *Deientibus Inducis, & cunctatione Æquorum ftare. Unde & quid increpet terrotis, sine patricio magistratu placere remp. publicam, non Deos scribendo exercitui esse. an bello intestino bellum externum propulsaturos? Quæ sit in unum conveniant, nisi Deorum opibus quin obruatur Romana res, repisti posse. quin diu remittendo de summa quæsque iuris, medios opulenti concordiam? Patres patiendo tribunos militum pro consulibus fieri: tribuni plebis non intercedendo. quo minus quatuor quæstores promiscue de plebe ac Patribus libero suffragio populi fierent.*

Cap. XLIV. Tribunicia primum comitia sunt habita. creati tribuni consulari potestate omnes patricii, L. Quintius Cincinnatus tertium, L. Furius Medullinus iterum, M. Manlius, A. Sempronius Atratinus. Hoc tribuno comitia quæstorum habente, petentibusque inter aliquot plebeios filio Antistii tribuni plebis, & fratre alterius tribuni plebis Sex. Pompilii, nec potestas, nec suffragatio horum valuit: quin quorum patres avoque consules viderant:

derant : eos nobilitate præferrent. Furere omnes tribuni plebis, ante omnes Pompilius Anti[illegible]tique, repulsi suorum accenti, *Quidnam id rei esset ? non suis beneficiis, non Patrum injuriis, non denique ufurpandi libidine, quum liceat quod animo non licuerit. Si non tribunum militarem, ne quisforum quidem quemquam creatum. non Valeriis patris pro filio, patris pro fratre proces, tribunorum plebis, potestatis sacrosanctæ ad auxilium libertatis creatæ. Fraudem profecto in re esse, & A. Sempronium comitiis plus artis adhibuisse, quàm fidei. Ejus injuria queri hos honores dejectos.* Itaque quum in ipsum & innocentia tutum, & magistratu, in quo tunc erat, Imperus fieri non posset, flexere iras in C. Sempronium patruelem Atratini : eique ob ignominiam Volfci belli aditore collega M. Canuleio diem dixere. Nihilque ab eisdem tribunis remissio in senatu de agris dividendis illata est : cui actioni semper acerrime C. Sempronius restiterat : rariis id quod erat, aut depolita causa leviorem fæturum apud Patres reum, aut perseverantem sub judicii tempus plebem offensfurum. Adversus hæc objici maluit, & fuse nocere cauſſæ quam publicæ deesse : steritque in eadem sententia. *Ne qua largitio cessura in trium gratiam tribunorum foret. nec rium agrum plebi, sed sibi invidiam quæri. Se quoque sibi tum tempestatem sonti animo. nec senatui tanti fecisse, aut quemquam alium debere esse, ut in parem invidi malum publicum fiat.* Nihilo deinibiore animo, quum dies venit, cauſſa ipſe pro se dicta, ne quicquam omnia expertis Patribus ut mitigarent plebem, quindecim millibus aris damnarur. Eodem anno Postumia virgo Vestalis de incestu cauſſam dixit : crimine innoxia ; eb ſuſpicionem propter cultum amœnierem, ingeniumque liberius quam virginem decet, parum abhorrens famam. Amplatam, deinde absolutam pro collegii ſententia pontifex maximus, abſtinere jocis, quibus unde potius quam fcite juſſit. Eodem anno à Campanis Cumæ, quum Græci tum urbem tenebant, capiuntur. Infequens annus tribunos militum conſulari poteſtate habuit, Agrippam Menenium Lanatum, P. Lucretium Tricipitinum, Sp. Nautium, C. Servilium.

Cap. XLV. Annus felicitate populi Romani periculo potius ingenii, quam clade insignis. Servitia urbem ut incenderent diſtantibus locis, conjurarent ; populoque ad opem paſim ferendam rectis intento, ut arcem Capitoliumque armari occuparent. Avertit nefanda conſilia Jupiter : indicioque duorum comprehenſi fontes, pœnas dederunt. Indicibus dena millia gravis æris, quæ tum divitiæ habebantur, ex ærario numerata, & libertas præmium fuit. Bellum inde ab Æquis reparari cœptum : & novos hoſtes Lavicanos conſilia cum veteribus jungere, haud incertis auctoribus Romani ad allatum. Æquorum jam velut annis verſariis armis aſſuerat civitas. Lavicos legati miſſi quum reſponſa inde de retuliſſent dubia, quibus necdum bellum parari, nec diuturnam pacem fore appareret : Tuſculanis negotium datum *adverterent animos, ne quid novi tumultus Lavicis oriretur.* Ad inſequentis anni tribunos militum conſulari poteſtate, inito magiſtratu, legati ab Tuſculo venerunt, L. Sergium Fidenatem, M. Papirium Mugillanum, C. Servilium Priſci filium, quo dictatore Fidenæ captæ fuerant. Nuncibant legati Lavicanos arma cepiſſe, & cum Æquorum exercitu depopulatos agrum Tuſculanum, caſtra in Algido poſuiſſe. rum Lavicanis bellum indictum : fa.toque fenatuſconſulto, ut duo ex tribunis ad bellum proficiscerentur, unus res Romæ curaret ; certamen fuisse inter tribunos eiorum, ſe quiſque belli ducem potiorem ferre, curam urbis ut ingratam ignobilemque aſpernari. Quum parum decorum inter collegas certamen miraburidi Patres conſpicerent, Q. Servilius ; *Quando nec ordinis hujus ulla*, inquit, *nec rsip. eſt controversia, patrii mihi ſpes literationem ipſam dirimet. filius meus extra fortem urbi præerit. Bellum utinam qui appetunt, conſideratus concordiſque quam cupiunt, gerant.*

Cap. XLVI. Delectum haberi non ex toto paſtim populo olacuit : decem tribus ſorte ductæ ſunt, ex his ſcriptos juniores duo tribuni ad bellum duxere. Cœpta inter eos in urbe certamina, cupiditate eadem imperii, multo impenſius in caſtris accendi : nihil ſentire idem, pro ſententia pugnare : ſua conſilia velle, ſua imperia ſola rata eſſe. contemnere invicem & contemni, donec caſtigantibus legatis tandem ita comparatum eſt, ut alternis diebus ſummam imperii haberent. Quæ quum allata Romam eſſent, dicitur Q. Servilius, ætate & uſu doctus, precatus ab Diis immortalibus, ne diſcordia tribunorum damnoſior Reipubl. eſſet, quam ad Veios fuiſſet : & velut haud dubia clade imminente, inſtitiſſe filio, ut milites ſcriberet, & arma pararet. Nec fallus vates fuit. nam ductu L. Sergii, cujus dies imperii erat, loco iniquo ſub hoſtium caſtris, quum, quia ſimulato metu receperat ſe hoſtis ad vallum, ſpes vana expu-

gnandi castra eo traxisset, repentino imperu Æquorum per supinam vallem fuga inita, Tullique in ulteriorem majore quam fuga oppressi obtruncatique: castraque eo die ægre retenta, postero die circumfusis jam magna ex parte hostibus, per averam portam fuga turpi deferuntur. duces legatique & quod circa signa erubuit de exercitu fuit. Tullique in castris. Dictatori alii per agros passim multis itineribus, majoris quam accepta erat cladis nuncii Romam contenderunt. Minus trepidationis fuit, quod eventus rumori hominum congruens fuerat: & quod subsidia, quæ recipierent in re trepida, præparata erant tribuno militum; postquam eruditem per minores magistratus, sedato in urbe tumultu, speculatores propere missi nunciavere, Tusculi duces exercitumque esse; hostem castra loco non movisse. & quod plurimum animorum fecit, dictator ex denunciatione dictus, ad arma omnis iuventus; vi, cuius providentiam in rebus quam multis aliis tempestatibus ante experta civitas erat, tum eventu ejus belli, quod uni certamen tribunorum fuit, etiam ante rem male gestam fuerat; magistro equitum creato, à quo ipse tribuno militum dictator erat dictus, filio suo, ut tradidere quidam, (nam alii Ahalam Servilium magistrum equitum eo anno fuisse scribunt) novo exercitu profectus ad bellum, accitis qui Tusculi erant, duo millia passuum ab hoste locum castris cepit.

Cap. XLVII. Transierat ex re bene gesta superbia negligentiaque ad Æquos, quæ in Romanis ducibus fuerat. Itaque primo statim proelio quum dictator equitatu immisso antecellignanos hostium turbasset, legionum inde signa inferri propere jussit, signiferumque ex suis unum cunctum occidit. Tantus ardor ad dimicandum fuit, ut Imperum Æqui non tulerint: victique acie quum fuga effusa perissent castra, brevior tempore & certamine minor castrorum oppugnatio fuit, quam proelium fuerat. Capta quoque ea castris, quum prædam dictator militi concessisset, secutique fugientem ex castris hostem equites, renunciassent omnes Lavicanos victos, magnam partem Æquorum Lavicos confugisse; postero die ad Lavicos ductus exercitus: oppugnatumque corona circumdatum. Icalis captum ac direptum est. Dictator exercitu victore Romam reducto, die octavo quam creatus erat, magistratu se abdicavit; & opportune senatus, prius quam ab tribunis plebi agrariæ seditiones mentione illata de agro Laviciano dividendo fierent, coniuit frequens, *coloniam Lavicos deducendam*. coloniab urbe millie & quinquenti missi bina jugera acceperunt. Captis Lavicis, ac deinde tribunis militum confulari potestate, Agrippa Menenio Lanato, & L. Servilio Structo, & P. Lucretio Tricipitino, iterum omnibus his, & Sp. Rutilio Crasso, & insequenti anno A. Sempronio Atratino tertium, & duobus iterum M. Papirio Mugillano, & Sp. Nautio Rutilio, biennium tranquillæ externæ res, discordia domi ex agrariis legibus fuit.

Cap. XLVIII. Tunbatores vulgi erant Sp. Macilius quartum, & Merillius tertium, tribuni plebis ambo adientes crati. & quum rogationem promulgassent, ut ager ex hostium captus viritim divideretur, magnaque parris nobilium eo plebiscito publicarentur fortunæ (nec enim ferme quicquam agri, ut in urbe alieno fitio, quod non ex hostis factum erat: nec quod veniret assignaturnve publice esset, præterquam plebs habebat) atrox plebi Patribusque propositum videbatur certamen: nec tribuni militum nunc in senatu, nunc in conciliis privatis principum cogitabant, consilii inveniebant, quum Ap. Claudius, nepos ejus, qui decemvir legibus scribendis fuerat, minimus natu ex Patrum concilio, dicitur dixisse, *Vetus se ac familiare consilium domo afferre. proavum enim suum Appium Claudium odio plebis Patricios civium animos diffidendæ tribunitiæ potestatis per collegarum intercessionem. Facile homines novos auctoritate principum de sententia deduci, si temporum interdum potius quam majestatis memor adtribuatur oratio. Ere fortuna illis animos esse, ubi obtinuerit collegas principes regendæ reipublicæ omnem ad plebem præoccupasse, nec locum in ea relictum sibi; haud gravate acclinaturos fore causam senatus, per quam universo ordini cum primoribus se Patrum conciliant.* Approbantibus cunctis, & ante omnes Q. Servilio Structo, quod non degeneraret ab stirpe Claudia, collaudante juvenem, negotium datur, ut, quos quisque posset ex collegio tribunorum ad intercessionem perliceret. Missio senatu prensantur à principibus tribuni: laudendo, monendo, pollicendoque gratum id singulis privatim, gratum universo senatui fore, fex ad intercessionem comparavere. Postero que die quum ex compolito relatum ad senatum esset de seditione; quam Macilius Metiliusque largitione pessimi exempli concirent; ex orationes à primoribus Patrum habitæ sunt, ut pro se quisque iam nec consilium sibi suppetere diceret, nec se ullam opem cernere aliam ut quam, præterquam in tribunicio auxilio.

xilio, in ejus potestatis fidem circumventum remo. tamquam privatum inopem confugere. Præclarum ipsis potestatique esse, non ad vexandum senatum, discordiamque ordinum movendam, plus in tribunatu virium esse, quam ad resistendum improbis collegis. Fremitus deinde universis senatus ortus, cum ea omnibus partibus curiæ tribuni appellarentur. tum silentio facto, ii qui præparati erant gratia principum, quam rogationem à collegis promulgaram senatus censeat difficilvendæ republ. esse, ei se intercessuros ostendunt. Gratiæ intercessoribus ab senatu actæ. Latore rogationis concione advocata, præditores plebis commodorum, ac servos consularium appellantes, aliaque truci oratione in collegas invecti, actionem deposuere.

Cap. XLIX. Duo alioqui bella insequens annus habuisset, quo P. Cornelius Cossus, & Cn. Domitius, Quintius Cincinnatus, Numerius Fabius Vibulanus, tribuni militum coniulari potestate fuerunt: ni Veiens bellum religio principum distulisset; quorum agros Tiberis super ripas effusus maxime ruinis villarum vastavit. Simili sequius crienio ante acceptæ cladis prohibuit Volanis, sue gentis populo, præsidium ferre. Excursiones inde in confinem agrum Lavicanum factæ erant, novisque colonis bellum illatum. quam noxam quum se consensu omnium Æquorum defensuros iperaffent; deserti ab his memorabili quidem bello, per obsidionem levemque unam pugnam, & oppidum & fines amisere. Tentatum ab L. Sextio tribuno plebis, ut rogationem ferret, qua Volas quoque, sicut Lavicos, coloni mitterentur, per intercessionem collegarum, qui nihil plebi sistrum, nisi ex auctoritate senatus passuros se perferri ostenderunt, discussum est. Velis insequente anno recepris, Æqui colonisque eo deducta, novis viribus oppidum firmarunt, tribunis militum Romæ consulari potestate Cn. Cornelio Cosso, L. Valerio Potito, Q. Fabio Vibulano ireruni, M. Postumio Rutilionti. Huic bellum adversus Æquos permissum est, pravæ mentis homini; quam tamen victoria magis, quam bellum offendit. Nam exercitu impigre scripto, ductoque ad Volas, quum levibus prœliis Æquorum animos fregisset, petenti in oppidum irrupit. deinde ab hostibus in cives certamen vertit: & quum inter oppugnationem prædam militis fore edixisset, capto oppido, fidem mutavit. Eam magis adducor ut credam iræ causam exercitui fuisse, quam quod in urbe nasci diresta colonia nova, minus præditatione tribuni præde fuerit. Auxit eam iram, postquam ab collegis arcessitus propter seditiones tribunicias, in urbem reverti. Audita vox ejus in concione flolida, ac prope vecors: quia Sextio tribuno plebis legem agrariam ferenti, simul Volas quoque ut mitterentur coloni laturum se dicenti, dignos enim esse qui armis cepissent, eorum urbem agrumque Volanum esse: *Malum quidem militibus meis*, inquit, *nisi quieverint.* quod auditum, non concionem magis, quam mox Patres offendit: & tribunus plebis, vir acer nec inscundus, nachus inter adversarios superbum ingenium, nunc alicunque linguam, quam irritando agitandoque in eas impelleret voces, quæ invidiæ non ipsi tantum, sed cauffe atque universo ordini essent, neminem ex collegio tribunorum militum sæpius quam Postumium in disceptationem trahebat. Tum vero secundum tam lævum atque inhumanum dictum, *Audiris*, inquit, *Quirites, sicut servis malum minantem militibus? tamen hæc bellua aignior vobis tanto honore videtur, quam qui vos urbe agrisque donatos in colonias mittunt, qui sedem sentitus vestræ propiciunt, qui pro vestris commodis adversus tam crudeles superbosque adversarios depugnant. Incipite deinde mirari, cur pauci jam vestram sisciplinam caussam. quid ut à vobis sperent? an honores: quos adversus vestris potius quam populi Romani propagatoribus datis. Ingenuisse nobis cave hujus audita. quid id refert? Jam sustragium detur, hunc qui malum vobis minatur, iis qui agros sedesque ac fortunas stabilire volunt, præferetis.*

Cap. L. Perlata hæc vox Postumii ad milites, multo in castris majorem indignationem movit. Prædone interceptorem fraudatoremque etiam malum minitari militibus? Iræque quum fremitus aperte esset, & quæstor P. Sestius eadem violentia coërceri putaret seditionem posse qua mota erat; missio ad vociferantem quendam militem literes, quum inde clamor & jurgium oriretur, saxo ictus turba excedit: insuper increpante qui vulneraverat, *habere quæstorem, quod imperator esset militibus minatus.* Ad hunc tumultum accitus Postumius, asperiora omnia feris acerbisque questionibus, crudelibus supplitiis, postremo quum modum iræ nullum faceret, ad vociferationem eorum, quos necari sub crate jusserat, concursu facto, ipse ad interpellantes pœnam vecors de tribunali decurrit. Tibi quum fremoventes pasim lictores centurionesque vexarent turbam, eo indignatio erupit, ut tribunus militum ab exercitu suo laudibus cooperiretur.

Quod tam atrox facinus postquam est Romam nunciatum, tribunis militum de morte collegæ per senatum quæstiones decernentibus, tribuni plebis intercedebant. sed ea contentio ex certamine alio pendebat: quod cura inceptæ a Patribus ne inceptum quæstionum plebs irata, tribunos militum ex plebe crearet: tendebantque summa ope, ut consules crearentur. Quum senatusconsultum fieri tribuni plebis non paterentur, illdem intercederent consularibus comitiis, res ad interregnum rediit. victoria deinde penes Patres fuit.

Cap. LII. Q. Fabio Vibulano interregæ comitia habente, consules creati sunt M. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus. His consulibus principio anni senatusconsultum factum est, ut de quæstione Postumianæ cædis tribuni primo quoque tempore ad plebem ferrent: plebesque præheerent quæstioni quem veller. A plebe consensu populi consulibus negotium mandatur. qui summa moderatione ac lenitate per patrum supplicium, quos tibimetipsos conscisse mortem satis creditum est, transactare; nequivere tamen consequi, ut non aggerrime id plebs ferret, facere tamdiu irritas sanctiones quæ de suis commodis ferrentur: quum interim de sanguine ac supplicio tuo latam legem confestim exerceri, & tantam vim habere. Aptissimum temporis erat, vindicatis seditionibus desiimentum animis Volani agri divisionem objici: quo facto minuissent desiderium agrariæ legis, quæ possesso per injuriam agro publico Patres pellebat. Tum hæc ipsa indignitas angebat animos: non in retinendis modo publicis agris, quos vi tenerer, pertinacem nobilitatem esse: sed ne vacuum quidem agrum nuper ac hostilis captum plebi dividere: mox paucis, ut cærera, fururum prædæ. Eodem anno adversus Volscos, populantes Hernicorum fines, legiones ductæ a Furio consule, quum hostem ibi non invenissent, Ferentinum, quo magna multitudo Volscorum se contulerat, cepere. Minus prædæ quam speraverant, fuit: quod Volsci postquam spes tuendi exigua erat, subitis rebus nocte, oppidum reliquerunt. postero die prope defertum capitur. Hernicis ipse ager donatus.

Cap. LIII. Annum modestia tribunorum quietum excepit trib. pleb. L. Icilius, Q. Fabio Ambusto. C. Furio Pacilo consulibus. Is tum principio statim anni, velut pensum nominis familiæque seditiones agrariis latibus promulgandis cieret; pestilentia coorta, minacior tamen quam perniciosior, cogitationes hominum a foro certaminibusque publicis ad domum curamque corporum natrierendorum avertit. minuique eam damnosam fuisse quam seditio futura fuerit, credunt. Defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus, pestilentem annum, Inopia frugum neglecto cultu agrorum (ut plerumque fit) excepit, M. Papirio Attatino, C. Nautio Rutilo consulibus. Jam fames quam pestilentia tristior erat: ni dimissis circa omnes populos legatis, qui Etruscum mare, quibuque Tiberim accolunt, ad frumentum mercandum, annonæ foret subventum. Superbe ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumasque, legati prohibiti commercio sunt: contra ea benigne ab Siculorum tyrannis adjuti. maximos commeatus summo Etruriæ studio Tiberis devexit. Solutudinem in civitate ægra experti consules sunt: quum in legationes non plus singulis senatoribus invenientes, coacti sunt binos equites adjicere. Præterquam ab morbo annonaque, nihil eo biennio intestini externive incommodi fuit. at ubi hæ sollicitudines discessere, omnia quibus turbari solita erat civitas, domi discordia, foris bellum exortum.

Cap. LIII. Mamerco Æmilio, C. Veterio Porito, consulibus, bellum Æqui parabant: Volscis, quanquam non publico consilio capessentibus arma, voluntariis mercede fœcutis militiam. Ad quorum famam hostium (jam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum) delectum habentem Valerium consulem M. Mœnius tribunus plebis legis agrariæ lator, quum impediret, auxilioque tribuni nemo invitus sacramento diceret: repente nunciatur, Carventanos ab hostibus occupatam esse. Ea ignominia accepta, quum apud Patres invidiæ Mœnia fuit, tum cæteris tribunis jam ante præparatis intercessoribus legis agrariæ, præbuit justiorem causam resistendi collegæ. Itaque quum res diu ducta per altercationem esset; consulibus Deos hominesque testantibus, quicquid ab hostibus cladis ignominiæque aut jam acceptum esset aut immineret culpam penes Mœnium fore, qui delectum impediret; Mœnio contra vociferante, si injusti domini possessione agri publici cederent, se moram delectui non facere; decreto interpolito inter tribuni sublatum certamen, pronunciaverunt ex collegii sententia, *C. Valerio consuli se, quominus aliamque coërcitionem, adversus intercessionem collegæ delectus caussa detractantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse.* Hoc decreto consul armatus, quum paucis appellantibus tribunum, collum torquesque meru

capori

cæteri sacramento dixere. Ductus exercitus ad Carventanam arcem, quamquam invisus infestusque consulibus erat, impigre primo statim adventu, dejectis qui in præsidio erant, arcem recepit. prædatores ex præsidio per negligentiam dilapsi, occasionem aperuere ad invadendum. Prædæ ex affiduis populationibus, quod omnia in locum tutum congesta erant, fuit aliquantum. Quidam sub hasta consuli in ærarium redigere quæstores jussit; tum prædicans participem prædæ fore exercitum, quum militiam non abnuissent. Auctæ inde plebis ac militum in consulem iræ, fraque quum ex senatusconsulto urbem ovans, introiret, alternis inconditi versus militari licentia jactari: quibus consul increpitus, Mænii celebre nomen laudibus fuit, quum ad omnem mentionem tribuni, favor circumstantis populi plausuque & assensu cum vocibus militum certaret. Plusque ea res, quam prope solennis militum lascivia in consulem, curæ Patribus injecit. Ita tamquam haud dubius intertribunos militum honos Mænii, si peteret, consularibus comitiis est exclusus.

Cap. LIV. Creati consules sunt Cn. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus iterum. Non alias ægrius plebs tulit, tribunicia fibi comitia non comitiis, cum dolorem quæstoriis comitiis simul offendit & ulta est; tunc primum plebeiis quæstoribus creatis: ita, ut in quatuor creandis, uni patricio Cæsoni Fabio Ambusto relinqueretur locus: tres plebeii, Q. Silius, P. Ælius, P. Pupius, clarissimarum familiarum juvenibus præferrentur. Auctores fuisse tam liberi populo suffragii Icilios accipio, ex familia infestissima patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos, multarum magnarumque rerum molem avidissimo adeo populo ostentantes: cum affirmassent nihil te moturos, si ne quæstorius quidem comitiis, quæ sola premebant plebi Patribusque reliquisset senatus, satis animi populo esset ad id, quod tandiu velient, & per leges liceret. Pro ingenti itaque victoria id fuit plebi. quæsturamque eam non honoris ipsius fine æstimabant: sed parefactus ad consulatum ac triumphos locus: novis hominibus viam aperiebant. Patres contra, non pro communicatis, sed pro amissis honoribus fremere: negare, Si ea ita sint, liberos tollendos esse: qui pulli majorum loco, cernentesque alios in possessione dignitatis suæ, Salii, Flaminesque nuiquam alio, quam ad sacrificandum pro populo fine imperiis ac potestatibus relinquantur. Irritatis utriusque partis animis, quum & spiritus plebes sumpsisset, & tres ad populares causas celeberrimi nominis haberet, duces; Patres omnia quæstoriis comitiis, ubi utrumque plebi licuerit, similia fore cernentes, rendere ad consulum comitia, quæ nondum promiscua essent. Icilii contra tribunos militum creandos dicere, & tandem aliquando impartiendos plebi honores.

Cap. LV. Sed nulla erat consularis actio, quam impediendo, id quod petebant, exprimerent: quum tanta opportunitate Volsci & Æqui præda tum extra fines exisse in agrum Latinum Hernicumque, assertur. ad quod bellum ubi ex senatusconsulto consules delectum habere occipiunt: obstare tunc enixe tribuni, fibi plebique eam fortunam oblatam memorantes. Tres erant, & omnes acerrimi viri, generosique etiam ut in inter plebeios, duo singuli singulos fibi consules affervandos affidua opera desumunt. uni concionibus data nunc detinenda, nunc concienda plebs. Nec delectum consules, nec comitia quæ petebant, tribuni expediebant. inclinante deinde fortuna ad causam plebi nunciatum est, arcem Carventanam, dilapsis ad prædam militibus qui in præsidio erant, Æquos interfectis paucis custodibus arcis invasisse. alios recurrentes in arcem, alios palantes in agris cæsos. Ea adversa civitati res, vires tribunicias affixit adjecit. nunquicquam enim tentari, ut tum denique desisterent impediendo bello, postquam non cessere nec publicæ tempestati, nec suæ invidiæ; pervincunt, ut senatusconsultum fiat de tribunis militum creandis: certo tamen pacto, ne cujus ratio haberetur qui eo anno tribunus plebis esset: neve quis referendum in annum tribunus plebis: haud dubie Icilios denotante senatu, quos mercedem seditioni tribunatus petere consulatum insimulabant. Tum delectus habet, bellumque omnium ordinum consensu apparari cœptum. Consules ambo profecti sint ad arcem Carventanam, an alter ad comitia habenda subsiderit, incertum diversi auctores faciunt: illa pro certo habenda, in quibus non dissentiunt, ab arce Carventana quum diu nequicquam oppugnata esset, recessum: Verruginem in Volscis deinde exercitu recepta, populationesque & prædas & in Æquis & in Volsco agro ingentes factas.

Cap. LVI. Romæ sicut plebis victoria fuit in eo, ut quæ mallent, comitia haberent: ita eventu comitiorum Patres vicere. namque tribunal militum consulari potestate contra spem omnium tres patricii creati sunt, C. Julius Iulus, P. Cornelius Cossus, C. Servilius Ahala. Ariam adhibitam ferunt a patriciis (cu-

ius eos Idilli tum quoque Inimulabant) quod tribum indignorum candidatorum intermiscendo dignitatidio fordium in quibusdam, indignium, populum, plebeiis avertiffent. Volfcos deinde & Æquos feu Carventana arx retenta, in fpem, feu Verrugine amiffum prædium, ad iram compulifle, fama affertur, fumma vi ad bellum coortos: eaque rerum Antiates effe. eorum legatos utriufque gentis populos circumiiffe, caithaginenfi ignaviam. Quod abditi intra muros populabundes in agris vagari Romanos priore anno, & opprimi Verruginis præfidium, paffi eflent. jam non exercitus modo armatos, fed colonias etiam in fuos fines mitti: nec ipfos modo Romanes tua divifa habere, fed Terentinum etiam de fe captum Hernicis donaffe. Ad hæc quum inflammarentur animi, ut ad quofque ventum erat, numerus Juniorum conferibebatur. Ita omnium populorum juventus Antium contracta, ibi caftris portis hoftem opperiebantur. Quæ ubi tumultu majore etiam quam res erat, nunciantur Romam, fenatus extemplo (quod in rebus trepidis ultimum conffilium erat) dictatorem dici juffit. quam rem ægre paffos, Julium Corneliumque ferunt: magnoque certamine animorum rem actam: quum primores Patrum nequicquam conqueifti, non effe in auctoritate fenatus tribunos militum, poftremo etiam tribunos plebi appellarent, & conffilibus quoque ab ea poteftate vim fuper tali re inhibiram referrent; tribuni plebi læti difcordia Patrum, nihil effe in his auxilii dicerent, qui non civium, non denique hominum numero eflent. fi quando promiffi honores, communicata iefpubl. eflet; tum fe animadverfuros, ne qua fuperbia magiftratuum irrita fenatufconfulta eflent. Interim patricii foluti legum magiftratuumque verecundia, per fe quoque tribaniciam poteftatem agerent.

Cap. LVII. Hæc contentio minime idoneo tempore, quum tantum belli in manibus eflet, occupaverat cogitationes hominum: donec ubi diu alternis Julius Cornelinfque, quum ad id bellum ipfi fatis idonei auctores eflent, non eflet æquum, mandarum fibi à populo eripi honorem, differuere; tum Ahala Servilius tribunus militum, *Tacitufe fe tamdiu, ait, non quia incertus fententiæ fuerit: (quem enim bonum civem fecernere fua a publicis conjilia?) fed quia maluerit collegas fuos fponte credere auctoritati fenatus, quam tribunitiam potefiatem adverfus fe impotenti patterentur. Tum quoque, fi res fineret, libenter fe dafturum tempus his fuiffe ad recipiendum nimis perturbatos fententias. fed quum belli neceffitates non exfpectent humana conffilia, poturum fibi collegarum gratia rempubl. fore. & fi maneat in fententia fenatus, dictatorem nocte proxima dicturum: ac fi quis interceffat fenatufconfulto, auctoritate fe fore contentum.* Quo facto, quum haud inaniter iram laudem gratiamque apud omnes tuliffet, dictatore P. Cornelio dicto, ipfe ab eo magifter equitum creatus exemplo fuit collegas eumque intuentibus, quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus eflent. Bellum haud memorabile fuit. uno atque eo facili prælio cafi ad Antium hoftes. victor exercitus depopulatus Volfcum agrum, caftellum ad lacum Fucinum vi expugnarum: atque in eo tria millia hominum capta, æreris Volfcis intra mœnia compulfis nec defendentibus agros. Dictator bello ita geffo, ut tantum non defuiffe fortunæ videretur, feliciter quam gloria majoribus fuis dilata, magiftratuque fe abdicavit. Tribuni militum mentione nulla comitiorum conffularium habita (credo ob iram dictatoris creati) tribunorum militum comitia edixerunt. Tum vero gravior cura Patribus incefit; quippe quum prodi cauffam ab fuis fentirent. Itaque ficut priore anno, per indignifimos ex plebeiis candidatos omnium etiam dignorum fædium fecerant; fic tum primoribus Patrum fplendore gratiaque ad petendum præparatis, omnia ibea obtinuere; ne cui plebejo aditus eflet. Quamquam treis fiunt, omnes jam funfti eo honore, C. Furius Medullinus, C. Valerius Potitus, Numerius Fabius Vibulanus, C. Servilius Ahala. hic refectus continuato honore, quum ob alias virtutes, tum ob reccatem favorem unica moderatione partum.

Cap. LVIII. Eo anno, quia tempus inducium cum Veienti populo exierat, per legatos fecialefque res repeti cœptæ. quibus venientibus ad finem, legatio Veientium obviam fuit. Petiere, ne prius quam ipfi fenatum Romanum adiffent, Veios iretur. Ab fenatu imperatum, quia difcordia intrinfeca laborarent Veientes, ne res ab iis repeterentur. tantum abfuit ut ex incommodo alieno fua occafio peteretur. Et in Volfcis accepta clades, amiffo Verrugine præfidio. ubi tantum in tempore fuit momenti, ut quum, præcantibus opem militibus qui ibia Velicis defenderentur, fuccurrit, fi maturatum eflet, potuiffet; ad id venerit exercitus fubfidio miffus, ut ab recenti cæde palati ad prædandum hoftes, opprimerentur. Tarditatis cauffa, in fenatu magis fuit quam in tribunis, qui, quia fumma vi retare renunciabantur,

bantur, parum cogitaverunt, nulla virtute superari humanarum virium molem. Fortissimi milites, non tamen nec vivi, nec poti mortem inulti fuere. Insequenti anno, P. & Cn. Cornelius Cossus, Numerio Fabio Ambusto, L. Valerio Potito, tribunis militum consulari potestate, Veiens bellum motum, ob superbum responsum Veientis senatus, qui legatis repetentibus res, ni facesserent propere urbe finibusque daturos quod Lars Tolumnius dedisset, respondeti jussit. Id Patres aegre passi, decrevere, ut tribuni militum de bello Indicendo Veientibus primo quoque die ad populum ferrent. Quod ubi primo promulgatum est, fremere juventus, *Nondum debellatum cum Volsces esse: modo duo praesidia occidione occisa, & cum periculo retinuit. Nullum annum esse, quo non acie dimicetur. & tamquam parentem laboris, novum hostem petere? Quem populo potentissimo parari, qui omnem Etruriam sit concitaturus.* Haec sua fonte agitata, insuper tribuni plebis accendunt. *Maximum bellum patribus cum plebe esse* dictitant: *cum de industria nexandam militia, truncandamque ingeniis objici: eam prodi urbe habeti atque abligari, ne domi per otium memor libertatis colonias mumque, aut agri publici aut suffragii libere ferendi consilia agitet:* plenasque veteranos stipendia cujusque, & vulnera ac cicatrices numerabant: quid jam integri esse in corpore loci ad nova vulnera accipienda, quid super sanguinis qui dari pro republica posset? rogitantes. Haec quum in sermonibus, concionibusque interdum agitantes, avertisset plebem ab suscipiendo bello, proferitur tempus ferendae legis: quam, si subjecta invidiae esset, antiquari apparebat.

Cap. LIX. Interim tribunos militum in Volscum agrum ducere exercitum placuit. Cn. Cornelius unus Romae relictus. Tres tribuni, postquam nullo loco castra Volscorum esse, nec commissum de proelio apparuit, triparito ad devastandos fines dissessere: Valerius Antium petit, Cornelius Ecetras, quacumque incessere, late populati sunt tecta agrosque, ut distinerent Volscos. Fabius, quod maxime petebatur, ad Anxur oppugnandum sine ullo populatione accedit. Anxur fuit quae nunc Tarracinae sunt; urbs prona in paludes, ab ea parte Fabius oppugnationem ostendit. Circumsissae quatuor cohortes cum C. Servilio Ahala, quum imminentem ibi collem cepissent: ex loco altiore, qua nullum erat praesidium, ingenti clamore ac tumultu mentis invasere. ad quem tumultum obstupefactis qui adversus Fabium urbem Anxinam tuebantur, locum dedere fatales admovendi, plenaque hostium cuncta erant, & in muris diu caedes pariter fugientium ac resistentium armatorum atque inermium fuit. Capiebantur itaque virti, quia cedentibus spei nihil erat, pugnam inire: quum pronunciatum repente, ne quis praeter armatos violaretur, reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit armis: quorum ad duo millia & quinginti vivi capiuntur. à caetera praeda Fabius militem abstinuit, donec collegae venirent: ab illis quoque exercitibus captum Anxur dictatus esse, qui caeteros Volsces à praesidio ejus loci avertissent. Qui ubi venerunt, oppidum vetere fortuna opulentum, tres exercitus diripere: eaque primum benignitas imperatorum, plebem Patribus conciliavit. Additum deinde omnium maxime competivo principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis tribunorumve decerneret senatus, aut stipendium miles de publico acciperet, quum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset.

Cap. LX. Nihil acceptum unquam à plebe tanto gaudio traditur. Concursum itaque ad curiam esse, prensatasque exeuntium manus, & Patres vere appellatos: effectum esse fatentibus, ut nemo pro tam munifica patria, donec quicquam virium superesset, corpori aut sanguini suo parceret. Quum Anxur dirus juvare rem familiarem saltem acquisiverit eo tempore, quo corpus addictum atque operarum reipubl. esset; tum quod ultro sibi oblatum esset, non à tribunis plebis umquam agitatum, non suis sermonibus effagitatum: id efficiebat multiplicabatque laudium, gratiarumque gratiam rei. Tribuni plebis communis ordinum laetitiae concordiaeque soli exortes, negare, *Tam id latium Patribus unive sis, nec profecerim fore quam ipsi credrent: consilium ipsi eis potius meliusque fuisse quam usu apparuisse. Unde enim eam pecuniam conflari posse, nisi tributo populo indicto? ex alieno igitur alios largitos. nequid etiam si caeteri ferant, passuros eos, quibus jam emerita stipendia essent, meliore conditione alios militare quam ipsi militassent. & cessuros in sua praemia impensas fuisse, & in aliorum facere.* His vocibus moverunt partem plebis. postremo indicto jam tributo, obtinuerunt etiam tribuni, auxilio se futuros, si quis in militare stipendium tributum non contuliset. Patres bene concordam rem perseverantes tueri: conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, aes grave plaustris quidam ad aerarium convehentes,

ſpecioſam etiam collationem faciebant. Quum ſenatus ſumma fide ex cenſu contuliſſet, primores plebis, nobilium amici, ex compoſito conferre incipiunt. quos quum & a Patribus collaudari, & a militari ætate tamquam bonos cives conſpici vulgus hominum vidit, repente ſpreto tribunicio auxilio, certamen conferendi exortum. & lege perlata de Indicendo Veientibus bello, exercitum magna ex parte voluntarium novi tribuni militum conſulari poteſtate Veios duxere.

Cap. L X I. Fuere autem tribuni T. Quintius Capitolinus, P. Quintius Cincinnatus, C. Julius Iulus iterum, A. Manlius, L. Furius Medullinus iterum, Manius Æmilius Mamercinus. Ab his primum circumſeſſi Veii ſunt, ſub cujus initium obſidionis quum Etruſcorum concilium ad fanum Volumnæ frequenter habitum eſſet, parum conſtitit, bellone publico gentis univerſæ tuendi Veientes eſſent. Et oppugnatio ſegnior inſequenti anno fuit, parte tribunorum exercituique ad Volſcum avocata bellum. Tribunos militum conſulari poteſtate is annus habuit C. Valerium Potitum tertium, Manium Sergium Fidenatem, P. Cornelium Maluginenſem, Cn. Cornelium Coſſum, Cæſonem Fabium Ambuſtum, Sp. Nautium Rutilum iterum. Cum Volſcis inter Ferentinum atque Ecetram ſignis collatis dimicatum: Romanis ſecunda fortuna pugnæ fuit. Artena inde Volſcorum oppidum ab tribunis obſideri cœpta. inde inter eruptionem tentatam compoſito in urbem hoſte, occaſio data eſt Romanis irrumpendi, præterque arcem cætera capta. in arcem munitam natura globus armatorum conceſſit. Infra arcem cæſi captique multi mortales. arx deinde obſidebatur: nec aut vi capi poterat, quia pro ſpatio loci ſatis præſidii habebat; aut ſpem dabat deditionis, omni publico frumento, priuſquam urbs caperetur, in arcem convecto. tædioque receſſum inde foret, ni ſervus arcem Romanis prodidiſſet. ab eo milites per locum arduum accepti, cepere. à quibus quum cuſtodes trucidarentur, cætera multitudo repentino pavore oppreſſa, in deditionem venit. Diruta & arce & urbe Artena, reductæ legiones ex Volſcis; omniſque vis Romana Veios converſa eſt. Proditori, præter libertatem, duarum familiarum bona in præmium data. Servius Romanus vocitatus. Sunt, qui Artenam Veientium, non Volſcorum fuiſſe credant. Præbet errorem, quod eiuſdem nominis urbs inter Cære atque Veios fuit: ſed eam reges Romani delevere, Cæretumque non Veientium fuerat. Altera hæc nomine eodem in Volſco agro fuit, cujus excidium eſt dictum.

EPI-

EPITOME LIBRI V.

IN obsidione Veiorum hibernacula militibus facta sunt. ea res quum esset nova, indignationem tribunorum plebis movit, querentium non dari pleb. nec pro plenem militiæ requiem. Equites tum primum equis suis merere coperunt. quum inundatio ex lacu Albano facta esset, vates qui eam rem interpretaretur, de hostibus captus est. Furius Camillus dictator decem annos obsessos Veios cepit: simulacrum Junonis Romam transtulit: decimam partem prædæ Delphos Apollini misit. Idem tribunus militum, decimam Falisios obsideret, prodito hostium filios parentibus remisit: statimque deditione facta, Falisiorum victoriam justitia consecutus est. Quum alter ex censoribus, C. Fulius decessisset, in locum ejus M. Cornelius substitutus est. nec id posthac factum est: quoniam eo lustro à Gallis Roma capta est. Furius Camillus, quum ei dies à L. Appuleio tribuno plebis dicta esset, in exilium abiit. Quum Senones Galli Clusium obsiderent, & legati à Senatu missi ad componendam inter eos & Clusinos pacem, pugnantes contra Gallos in acie Clusinorum sterilient; hoc facto eorum concitati Senones urbem infesto exercitu petierunt, jussisque ad Alliam fluvium Romanis, capere urbem. præter Capitolium, in quod fessi venturos contuderat: majores natu cum insignibus honorum, quos quisque gesserat, in sedibus eburneis sedentes occiderunt & quum per aversam partem Capitolii jam in summum evasissent, proditi clangore auserum, M. Manlii præcipue opera dejecti sunt. coactis deinde propter famem Romanis descendere, ut mille pondo auri darent, & hoc pretio finem obsidionis emerent; Furius Camillus dictator absens creatus, inter pendendum aurum cum exercitu venit: & Gallos post sextum mensem urbe expulit, ceciditque. Ædes Alio Loquutio facta, quo loco ante urbem capitam voce audita erat, adventare Gallos. Dictum est ad Veios migrandum esse, propter incensum & captum urbem. quo consilium Camillo auctore discussum est. Movit populum vocis quoque omen ex censurione audita, qui, quum in forum veniisset, manipularibus suis dixerat, Sta miles, hoc optime manebimus.

CAPUT I.

PACE alibi parta, Romani Veiique in armis erant, tanta ira odioque, ut victis finem adesse appareret. Comitia utriusque populi longe diversa ratione facta sunt. Romani auxere tribunorum militum consulari potestate numerum. octo, quot nunquam antea, creati, Manius Æmilius Mamercinus iterum, L. Valerius Potitus tertium, Ap. Claudius Crassus, M. Quintilius Varus, L. Julius Julus, M. Postumius, M. Furius Camillus, M. Postumius Albinus. Veientes contra tædio annuæ ambitionis, quæ interdum discordiarum causa erat, regem creavere. Offendit ea res populorum Etruriæ animos, non majore odio regni quam ipsius regis. gravis jam is antea genti fuerat opibus superbiaque, quia solennia ludorum, quos intermitti nefas est, violenter diremisset: quum ob iram republicæ, quod suffragio duodecim populorum alius sacerdos ei prælatus esset, artifices, quorum magna pars ipsius servi erant, ex medio ludicro repente abduxit. Gens itaque ante omnes alias eo magis dedita religionibus, quod excellerat arte colendi eas, auxilium Veientibus negandum, donec sub rege esset, decrevit. cujus decreti suppressa fama Veiis propter metum regis; qui à quo tale quid dictum referretur, pro seditionis eum principe, non vani sermonis auctorem habebat. Romanis etsi quietæ res ex Etruria nunciabantur, tamen, quia omnibus conciliis eam rem agitari afferebatur, ita munisbant, ut anxipitia munimenta essent. alia in urbem & contra oppidanorum eruptiones versa: aliis frons in Etruriam spectans auxilis, si qua forte inde venirent, obtruebatur.

Cap. II. Quum spes major imperatoribus Romanis in obsidione quam in oppugnatione esset, hibernacula eriam, res nova militi Romano, ædificari cœpta: consiliumque erat, hiemando continuare bellum. quod postquam tribunis plebis, jamdiu nullam novandi res causam invenientibus, Romam est allatum, in concionem prosiliunt, sollicitant plebis animos, *Hoc illud esse dictitantes, quod ars militiæ sint constituta. nec se fefellisse, id demum triumphorum vicinos illium fore. Veniße libertatem plebis: remotam in perpetuum & ablegatam ab urbe & ab republ. juventutem, jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere, ac domos & res invisere suas. Quam putarent contin-*

nunciæ militiæ causſam eſſe? nullam profecto aliam inveniuros, quam ne quid ſer frugentiam eorum, in quibus vires omnes plebis eſſent, agi de commodis eorum poſſet. Vexari præterea & ſubjici multo acrius, quam Volſcos aut Æquos illos hiemem ſub tectis ſuis agere, egregiis municipiis ſituque naturali urbem tutantes: militiam Romanum in otio & labore, ſub armis tentabilibus, ad obviam ſub pellibus durare, ne hiemis quidem ſpatio, quæ omnium bellorum terra marique ſit quies, arma deponentem. Hoc neque reges, neque ante tribuniciam poteſtatem creatam ſuperbos illos conſules, neque triſte dictatoris imperium, neque decemviros inſinuiſſe ſervitutis, ut perennem militiam faceremus, quod tribuni militum in plebe Romana regnum coercerent. Quidnam illi conſules dictatoreſve facturi eſſent, qui præconſulatum imaginem tam ſævam ac truculentam fecerint? Sed accidere haud immerito, non cauſſe minus, qui eum tribunis militum locum ubi plebeio. Antea trium loca cum concentiſſe ſummæ patricioi empore ſolitos: nunc jam octojuges ad imperia obtinendaſve: & ne in turba quidem habere plebicum quemquam: qui, ſi nihil aliud, admonuit collegas, ſibi heros, & eroes quoque, non ſervos militare, quos hieme ſaltem in domos ac tecta reduci oporteat: & aliquo tempore anni parentes liberoſque ac conjuges invifere, & uſurpare libertatem, & creare magiſtratus. Hæc, taliaque vociferantes, adverſarium haud inparem nacti ſunt. Ap. Claudium, relictum a collegis ad tribunicias ſeditiones comprimendas; virum imbutum jam ab juventa certaminibus plebeiis: quem auctorem aliquot annis ante fuiſſe, memoratum eſt per collegarum interceſſionem tribunicia potestatis diſſolvendæ.

Cap. III. Is tum jam, non promptus ingenio tantum, ſed uſu etiam exercitatus, talem orationem habuit: *Si nunquam dubitatum eſt, Quirites, utrum tribunis plebis, veſtra an ſua cauſſa ſeditionum ſemper auctores fuerint, id ego non amplius dubitari, verum habeo. & quum Iætor tandem longi erroris vobis finem tristum eſſe, tum quod ſecundis potiſſimum vejtris rebus hic error eſt ſublatus, & vobis, & præter vos reipublicæ gratulor. An eſt qui ſuam qui dubiter, nullis injuriis vejtris, ſi quæ forte aliquando fuerunt, animam æque quam munere Patrum in plebem, quum æra militantibus conſtituta ſint, tribunos plebis offenſos ac conciliatos eſſe? quid illos aliud aut tum timuiſſe creditis, aut hodie turbare velle, niſi concordiam ordinum, quam diſſolvendæ maxime tribunicie poteſtatis ventus eſſet? Sic, hercule, tanquam artifices improbi, opus quærunt, qui & ſemper ægri aliquid eſſe in republ. volunt, ut ſit ad cujus curationem a nobis adhibeantur. Utrum enim defenditis, an impugnatis plebem? utrum militantium adverſarii eſtis, an cauſſam agitis? Niſi forte hoc dicitis, Quicquid patres cuncti, abſtinent; ſive illud pro plebe, ſive contra plebem eſt. Et quem admodum ſervus ſuis vetant domini quicquam rei cum alienis hominibus eſſe, pariterque in iis beneficio ac maleficio abſtineri, æquum cenſent; ſic vos interdictis Patribus commercio plebis: ne non comitate ac munificentia noſtra provocemus plebem, nec plebs nobis dicto audiens atque obediens ſit. Quanto tandem, ſi quicquam in vobis; non dico civilis, ſed humani eſſet, favere vos magis, & quantum in vobis eſſet, indulgere potius conciliati Patrum atque populi poteſtis opportuna? Perpetua concordia ſit, quis non ſpondere auſit, maximum hoc imperium inter ſimilimos brevi futurum eſſe?

Cap. IV. Atque ego, quam hoc conſilium collegarum meorum ſub adducere infecta re a Veiis exercitum noluerunt, non utile ſolum, ſed etiam neceſſarium fuerit, non poſtea cauſſam: nunc de ipſa conditione militantium dicere libet. Quam orationem, non apud vos ſolum, ſed etiam in caſtris ſi habeatur, ipſo exercitu diſceptante, aquam arbitror videri poſſe. In qua ſi mihi ipſi nihil, quod dicerem, in mentem venire poſſet, ſupervacuum certe orationibus contentus eſſem. Negavant nuper danda eſſe æra militibus, quia nunquam data eſſent. quonam modo igitur nunc indignari poſſimus, quibus aliquid novi adjectum commodi ſit, eis laborem etiam novum pro portione hujus? Æquum ne operæ pro emolumento, nec emolumentum ferme ſine impenſa opera eſt. Labor voluptaſque diſſimillima natura, ſocietate quadam inter ſe naturali ſunt junctæ. Moleſte antea ferebat miles, ſe ſuo ſumptu operam reipubl. præbere; gaudebat idem paterni anni le agrum ſuum colere, vinetere unde domi militiæque ſe ac ſuos tueri poſſet. Gaudet nunc fructui ſibi reſpublicam eſſe, & lætus ſtipendium accipit. æquo igitur animo patiatur ſe ab domo, ab re familiari, cui gravis impenſa non eſt, paulo diutius abeſſe. An ſi ad calculos eum reſpubl. vocet, non merito dicat: annua æra habes, annuam operam dde? An tu æquum cenſes militiæ ſemeſtri ſolidum te ſtipendium accipere? Invitus in hac parte orationis, Quirites, moror: ſic enim ægere debent qui mercenario militie ututur. at nos tanquam cives civibus agere volumus: adjuvet tamquam cum patria nobiſcum, æquum cen-

cernemus. Aut non suscepti bellum oportuit; aut geri pro dignitate populi Romani, & perfici quam primum oportet. Perficietur autem, si urgemus obsessos: si non ante absfediimus, quam spei nostræ finem captis Veiis imposuerimus. Si hercule, nulla alia caussa, ipsa inita nitas perseverantiam imponere debuit. Decem quondam annos urbs opugnata est ab unam ultierem ob injuriam Graecia: quam procul ab domo & quot terras, quot maria distans? Nos intra vicesimum lapidem, in conspectu prope urbis nostræ annuam oppugnationem perferre piget. Scilicet, quia levis caussa belli est, nec satis accensum justi doloris animis ad perseverandum stimulet. Sapies rebellarunt, in pace nunquam pii fuerunt. agros nostros milites depopulati sunt: Fidenates deficere a nobis cogerunt: colonos nostros ibi interfecerunt: auctores fuere contra jus gentium cædis lingua legatorum nostrorum. Structum omnem adversus nos concitare voluerunt, hodieque id moliuntur: res repetentes legatos nostros haud procul abfuit quin violarent.

Cap. V. *Cum his moliter & per dilationes bellum gerí oportet? Si nos tam justum odium adsidue servet, nec id quidem, oro vos, nostra, sed Veiorum ingentibus septa muris est, quibus intra muros coercetur bellis. agrum non coluit, & cultæ evastatæ sunt bello. Si reducimus exercitum, quis est qui dubitet illos, non a cupiditate solum ulciscendi, sed etiam necessitate imposita ex nostris finibus, quum sua amiserint, agrum nostrum invasuros? non differimus igitur bellum ipso consilio, sed intra fines nostros accipimus. Quid? illud quod proprie ad milites pertinet, quibus bovi tribunt pleois quum stipendium exsoluturi videbantur? Quæ corpora tum reperiri volunt, quale est Italium fessumque ingentis utriumque rei imperii, per tantum spatii auxerunt: castella primo pauca, post exercitu auctu crebervime fecerunt: munitiones non in urbem modo, sed in singularum etiam urbium, si quæ vade auxilia veniant, opposuere. Quid? tot tam variis vitiones tejuam sque, & ad eum oppugnandum urbium apparatum, lo-quet? Quam tantum labo is exhaustum sit, & adhuc jam operis tantum pervenium; relinquendane hæc omnia, ut ad alterum post nos annos de integro bis hastiendi exercitus labor? Quanto est minus opera tueri facta, & instare, & perseverare, de-funcque cura? Brevis enim profectores est, si uno tenore peragitur, nec ipsi per intermissiones his interpellantibus leniorem sui nostrum faciunt. Iuquor de opere, & de ulciscendi satietate. Quid? periculi quod differendo bello adimus, num obliviscí nos hac tam crebra Etruriæ concilia de mittendis Veios auxiliis putamus? Ut unus ex se habet, Itali sunt, odium, negant missuros: quantum in illis est, capere Veios licet: quis est, qui spondeat, eundem, si differtur bellum, animum populo fore? quum, si laxamentum dederis, major frequentiorque legatio iterum sit: quum, si quod nunc offenditur, id quoque differas Veiis, spatio mutari interposito possit, vel consensu civicaris, ut eo reconcilient Etruriæ animos, vel ipsius voluntate regis, qui obstare regnum suum saluti civium nolit. Videre quot res, quam inutiles, sequantur illam etiam consuli jactura operum tanto labore factorum: castella in-nimens finium nostrorum: Etruscum bellum pro Veiente concitatum. Hæc sunt, tribuni, consilia vestra, non, hercule, diurnalia, ac si quis ægro, qui curari se fortiter passus, extemplo concedi cere posset, cibi gratia præsentis aut potionis, longinquitatem & sorsitan insanabilem morbum essiciat.*

Cap. VI. *Si mediis fidius ad hoc bellum nihil pertinere, ad disciplinam certe militiæ plurimum interesse, insuescere militem nostrum, non solum parta victoria frui, sed & rem etiam & virtutem pati laborem; & quamvis sæne spei exitum expectare, sin non sit stare perfectum bellum, hiemem opperiri, nec sinere æstivos æstivos, statim autumno tecta ac pectus circumspicere. Obsero vos, venandi studium ac voluptas hominem per nives ac pruinas in montes silvasque rapit: belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel luxus ac voluptas elicere solet? Adeone effeminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeo molles animos, ut hiemem unam dare in castris ab-sisi ab domo nos possimus? tanquam navale bellum, tempestatibus captandis & observando tempore annt, geranr. non æstus, non frigora pati possint? Perfectum profecto, si quis eis hoc objiciat: consensumque, & animis, & corporibus sub virilem patientiam labi. & si quæ hiemis atque æstate actio esse potest, nec ea paroculatim molestia laboriosque manifesta tribunis, & meminisse hanc ipsam potejiatem non in umbra nec in tectis majores suos exercisse. Hæc virtus militum nostrorum, hæc Romanus animus fecit, quod ceteris vetustissimum, hoc bellum instruxit, quod instat: sed famam & ad alia bella & ad ceteros populos in posterum quærere. An medíocre discrimen opinionis sequiturum ex hac re putatis? utrum tandem finitimi populi Romanum cum esse putent, cujus si qua urbs petimum illum brevissimi temporis sustinuerit impetum, nihil deinde timeat? an hic sit terror nominis nostri, ut exer-*

exercitum Romanum non tædium longinquæ oppugnationis, non vis hiemis ab urbe circumsessa semel amovere potuit, nec unquam ullum aliud belli quam victoriam novere: nec impetu potius bella quam perseverantia gerasi Quæ in omni quidem genere militiæ, maxime tamen in obsidentis urbibus necessaria est: quarum plerasque munitissimus, ut a natura sic ita in expugnabiles, fame, fatique tentans ipsum vincit atque expugnat; sicut Veios expugnabit: nisi auxilio hostibus tribuni plebis fuerint, & Romæ invenerint præsidia. Velentes, quæ nequiquam in Etruria quæsiuit. An est quicquam quod Veientibus opitulari atque continere possit quam ut seditionibus primum urbs Romana, deinde velut ex contagione castra impleantur? At, hercule, apud hostes tanta modestia est, ut non obsidionis tædio, non denique regni, quicquam apud eos novatum sit: non nequitia Camilla, vir Etruscis bellicosior animos, mortetur ortus exemplo, quisquique erit seditionis auctor. nec cuiquam dicere ea licebit, quæ apud nos impune dicuntur. Fuguarium more iit, qui signa relinquit, aut præsidio decessit. Auctores signa relinquendi, & adcedendi castra, non nisi qui alteri militi ad ministeria exercitium, palam in concione audiuntur. adeo quicquid tribunus plebi iussitur; esti prodendæ partis, assolvendæque reipublicæ est, assilentis audire; & dulcedine potestatis ejus capti, quæ tibet sub ea sedentia latere fruitia. Reliquum est, ut ea hic occiperatur, eadem in castris & apud milites agant: & exercitus corrumpant auctoribusque parere non patiantur. quoniam ea demum Romæ libertas est, non senatum, non magistratus, non leges, non mores majorum, non instituta Patrum, non disciplinam veteri militiæ.

Cap. VII. Par jam etiam in concionibus erat Appius tribunis plebis, quum subito, unde minime quis crederet, accepta calamitas apud Veios, & superiorem Appium in causa, & concordiam ordinum majorem ardoremque ad obsidendos pertinacius Veios fecit. Nam quum agger promotus ad urbem, vineæque tantum non jam injunctæ mœnibus essent; dum opera interdiu fiunt intentius, quam nocte custodiuntur; patefacta repente porta, ingens multitudo, facibus maxime armata, ignes conjecit. horæque momento fumul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit: multique ibi mortales nequicquam opem ferentes, ferro ignique absumpti sunt. Quod ubi Romam est nunciatum, mœstitiam omnibus, senatui curam metumque injecit, ne tum vero sustineri nec in urbe fodilio, nec in castris posset, & tribuni plebis velut ab se victæ relp. insultarent: quum repente, quibus census equester erat, equi publici non erant assignati, consilio prius inter se habito, senatum adeunt; fatetque dicendi potestate, *equos se suis stipendiis sudiros promittunt.* Quibus quum amplissimis verbis gratiæ ab senatu actæ essent, famaque ea forum atque urbem pervasisset, subito ad curiam concurtus fit plebis. *Pedestris ordinis se juvant nunc esse, operamque reipublicæ extra ordinem polliceri; seu Veios, seu quo alio ducere velint. si Veios ducti sint,* negant, *se inde prius quam capta urbe hostium, redituros esse.* Tum vero jam superfandenti se leritæ vix temperatum est. non enim sicut equites, dato magistratibus negotio, laudari justi; neque aut in curiam vocati, quibus responsum daretur, aut limine curiæ continebatur senatus: sed pro se quisque ex superiore loco ad multitudinem in comitio stantem, voce manibusque significare publicam lætitiam. Bearam urbem Romanam & invictam, & æternam illa concordia dicere: laudare equites, laudare plebem: diem ipsum laudibus ferre: vix etiam esse fatis cumulatem benignitatem reipublicæ fenatus. Certatim Patribus plebique manare gaudio lacrimæ; donec revocatis in curiam Patribus, fenatusconsultum factum est, *Ut tribuni militares concione advocata pedibus equitibusque gratias agerent: memorem dictatis eorum ea, a patribus conscriptis fenatum fore, placere autem omnibus pro voluntariam extra ordinem profectis militiam ea procedere.* & equiti certus numerus aeris est assignatus. Tum primum equis merere equites cœperunt. Voluntarius ductus exercitus Veios, non amissa modo restituit opera, sed nova etiam instituit. ab urbe commeatus intentiore quam antea fubvehi cura; ne quid tam bene merito exercitui ad utum deesset.

Cap. VIII. Insequens annus tribunos militum consulari potestate habuit, C. Servilium, L. Virginium, Q. Sulpicium, A. Manlium iterum, Manium Sergium iterum. his tribunis dum cura omnium in Veiens bellum intenta est, neglectum Anxuri præsidium vacationibus militum, & Volsci mercatores vulgo receptando, prodiri repente portarum custodibus oppressum est. minus militum periit, quia præter ægros lixarum in modum omnes per agros vicinasque urbes negotiabantur. Nec Veiis mellus gesta res, quod tum caput omnium curarum publicarum erat. nam & duces Romani plus inter se iræum, quam adversus hostes animi habuerunt: & quietum est bellum adventu repentino Ca-

Capenatium atque Falisc orum. Hi duo Etruriæ populi, quia proximi regione erant, desidiis Veiis, bello quoque Romano fe proximos fore credentes: Falisci propria etiam causa infesti, quod Fidenati bello se jam antea immiscuerant, per legatos ultro citroque missos jurejurando inter se obligati, cum exercitibus nec opinato ad Veios adesse. Forte ea regione, qua Manius Sergius tribunus militum præerat, castra adorti sunt: ingentemque terrorem intulere: quia Etruriam omnem excitam fedibus magna mole adesse Romani crediterant eadem opinio Veientes in urbe concitavit. Ita anciditi prœlio castra oppugnabantur, cum maximeque, quum huc atque illuc signa transferrent, nec Veientem satis cohibere intra munitiones, nec fuis munimentis arcere vim, ac tueri se ab exteriore poterant hostem, una spes erat, si ex majoribus castris subveniretur, ut diversæ legiones, aliæ adversus Capenatem, ac Falisc os, pars maxima eruptionem oppidanorum pugnarent. Sed castris præerat Virginius, privatim Sergio invisus infestusque. is quum pleraque castella oppugnata, superatas munitiones, utrimque invehi hostem nunciaretur, in armis militari tenuit: id copiis fore utilius, collegam dictitans ad fe missurum. Hujus arrogantiam pertinacia alterius æquabat; qui ne quam opem ab inimico videretur petisse, vinci ab hoste quam vincere per civem maluit. Diu in medio cæu milites, postremo, desertis munitionibus perpauci in majora castra, pars maxima atque ipse Sergius Romam perterenderunt. ubi quum omnem culpam in collegam inclinaret, acciri Virginium ex castris, interea præesse legatos placuit. Acta deinde in senatu res est, certatumque inter collegas maledictis, pauci reipublicæ, huic atque illi, ut quoque studium invidiam aut gratia occupaverunt, adsunt.

Cap. IX. Primores Patrum, sive culpa, sive infelicitate imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset, censuere, Non exspectandum justum tempus comitiorum; sed extemplo novos tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octob. magistratum occiperent. In quam sententiam quum pedibus iretur, cæteri tribuni militum nihil contradicere. at enim vero Sergius Virginiusque, propter quos pœnitere magistratuum ejus anni senatum apparebat: primo deprecari ignominiam, deinde intercedere senatusconsulto: negare, Se ante Idus Decembres, solennem ineundis magistratibus diem, honore abituros esse. Inter hæc tribuni plebis, quum in concordia hominum secundisque rebus civitatis inviti silentium tenuissent, feroces repente, minari tribunis militum, nisi in auctoritate senatus essent, se in vincula eos duci jussuros esse. Tum C. Servilius Ahala tribunus militum: *Quod ad vos attinet, tribuni plebis, minaſque vestras, nec ego libenter experirer quam non plus in his juris quam in vobis animi esset. Sed nefas est tendere adversus auctoritatem senatus, proinde quos vos decuit inire pro nostra clementia locum injuriæ quærere; & collegæ aut facient quod censet senatus, aut, si pertinacius tendent, dictatorem extemplo dicam, qui eos abire magistratu cogat.* Quum omnium assensu comprobata oratio esset, gauderentque Patres, sine tribuniciæ potestatis terricullis inter se agi, illum vim majorem ad coercendos magistratus, vieti consensu omnium comitia tribunorum militum habuere, qui Kalendis Octob. magistratum occiperent: seque eam ante diem magistratu abdicavere.

Cap. X. L. Valerio Potito quartum, M. Furio Camillo, Manio Æmilio Mamercino tertium, Cn. Cornelio Cosso iterum, Cæsone Fabio Ambusto, L. Julio Iulo, tribunis militum consulari potestate, multa domi militiæque gesta. nam & bellum multiplex fuit eodem tempore, & ad Veios, & ad Capenam, & ad Falisc os, & in Volscis, ut Anxur ab hostibus recuperaretur. & Romæ simul delectu, simul tributo conferendo, laboratum est: & de tribunis plebi cooptandis contentio fuit: & haud parvum motum duo judicia eorum, qui paulo ante consulari potestate fuerant, excitere. Omnium primum tribunis militum fuit, delectum haberi; nec juniores modo conscripti, sed seniores etiam coacti nomina dare, ut urbis custodiam agerent. Quantum autem augebatur militum numerus, tanto major pecunia in stipendium opus erat: eaque tributo conferebatur, invitis conferentibus, quod omni remanebant, quia tuentibus urbem opera quoque militari laborandum serviendumque reipublicæ erat. Hæc per se gravia, indigniora ut videretur, tribuni plebis seditiosis concionibus faciebant; ideo æra militibus constituta esse, arguendo, ut plebis partem militia, partem tributo conficerent. *Unum bellum annum jam tertium trahi, & consultu male geri, ut diutius gerant. in quatuor deinde bella uno delectu exercitus scriptos & pueros quoque ac senes extractos. Jam non ætatis nec hiemis ulli crimen esse, me uka quies unquam militiæ plebi sit: quæ nunc etiam vectigalis ad ultimum facta sit, ut quum confecta labore, vulneribus, postremo ætate corpora retulerint, inculcatque omnia diutino dominorum desiderio domi invenerint, tributum ex affecta re familiari pendant: æraque militia,*

tia, velut favore accepta, multiplicia reipubl. retulant. Inter delectum tributumque & occupatos animos majorum rerum curis, comitia tribunorum plebis numerus expleri nequivit. Pugnatum inde, in loca vacua ut patricii cooptarentur. postquam obtineri non poterat, tamen labefactandæ legis Trebonianæ causa effectum est, ut cooptarentur tribuni plebis C. Laterius & M. Acutius, haud dubie patriciorum ejus rogibus.

Cap. XI. Fors ita tulit, ut eo anno trib. pleb. C. Trebonius esset, cui nomini ac familiæ debitum præstare videretur Trebonię legis patronicium. is quod pertinent Patres quidam, primo incepto repulsi, tamen tribunos militum exquæsitos vociferans, *legem Trebonium violatam, & cooptatos tribunos plebis non suffragiis populi, sed imperio patriciorum: & eo devolvi rem, ut aut patricii, aut patriciorum assecłæ habendi tribuni plebis sint. Tripi facinus esse, exequeri tribunicium potestatem. id fraude patriciorum, delecta de plebe collegarum factum arguere.* Quum arderent invidia, non Patres modo, sed etiam tribuni plebis, coopetati pariter, & qui cooptaverant; tum ex collegio tres, P. Curatius, M. Metilius, & M. Minucius, trepidi rem humanam, in Sergium Virginiumque priora anni tribunos militares incurrunt: in eos ab se iram plebis invidiamque die dicta avertunt. Quibus delectus, quibus tributum, quibus diutina militia, longinquæque belli fit gravis, qui clade accepta ad Veios dolent, qui amissis liberis, fratribus, propinquis, amissibus, lugubres domos habeant; iis publici privatique doloris exequendi, jus potestasemque ex duobus noxiis capitibus datum, ab se memorant. *Omnium navarum majorum in Sergio Virginioque causas esse: nec id accusato vos magis arguere, quam fatori rei: qui nostri ambo, alter in alterum cauśam conferant, fugam Sergii Virginius, Sergius proditionem increpans Virginii. Quorum adeo incredibilem amentiam fuisse, ut multo verisimilius sit compacto eam rem & communi fraude patriciorum actam. Ab his & primo datum locum Veientibus ad tractanda opera, bella trahendi causa: & nunc proditum exercitum: tradita Falisci Romana castra. Omnia fieri, ut consenescat ad Veios juventus: nec de agris, nec de aliis commodis plebis ferre ad populum tribuni, frequentisque urbana celebrare actiones & restitutæ comitiationi patriciorum possint. Præjudicium jam de reis & ab senatu, & à populo Romano, & ab ipsorum collegis factum esse nam & senatusconsulto eos ab republ. remotos esse, & recusantes abdicare se magistratu, alte-*

ris metu ab collegis coërcitos esse: & populum Romanum tribunos creasse, qui non latius Decembribus diebus, sed exemplo Kalend. Octob. magistratum occiperent: quia spatium diutius reipubl. his mendatibus in magistratu non posset. Et tamen eos tot judiciis consolles præadmanitosque venire ad populi judicium: & existimare defunctos se esse, si sisque potestatem secissent, quam diuturnam illis tutis privati fecit sint. Neque intelligere, nocendi sibi diutius tum potestatem ereptam esse, non pœnam irrogatam; quippe & collegis abrogatum imperium, qui certe nihil deliquissent. Illos repeterent animos Quirites, quos recenti clade accepta habuissent, quum pro victoria, pleno senatusconsulto de pace incidentes portis exercitum viderint; non fortunam, aut quemquam Deorum, sed hos duces accusantem. Pro certo se habere, neminem in contione stare, qui illo die non caput, domum, fortunasque L. Furii Camilli, Servii Sulpicii, M. Manlii restituisset. Minime convenire, quibus iratos quisque Deos precatus sit, in iis tua potestate, quam liceat & oporteat, non uti. Numquam Deos ipsos admonere nocentibus mentes, satis esse, si occasione ulciscendi lasos armet.

Cap. XII. His orationibus incitata plebs denis millibus æris gravis reos condemnat: nequicquam Sergio Martem communem belli fortunamque accusante: Virginio deprecante, Ne infelicior domi, quam militiæ esset. In hos versa ira populi, cooptationis tribunorum fraudisque contra legem Trebonian factæ memoriam obscuram fecit. Victores tribuni ut præstent mercedem judicii plebes haberet, legem agrariam promulgant, tributumque conferri prohibent: quum tot exercitibus stipendio opus esset, reique militiæ ita prospere gerendæ, ut nihil belli quærendi causa timeri spei. namque Veiis castra, quæ amissa erant, recuperato castellis præsidisque firmantur. Præerant tribuni militum M' Æmilius & Cæso Fabius. A. M. Furio in Falisciis & Cn. Cornelio in Capenate agro hostes nulli extra mœnia inventi: prædæ ac incendia, queque villarum ac frugum vastari fines: oppida nec oppugnata, nec obsessa sunt. At in Volscis depopulato agro Anxur nequicquam oppugnatum, loco alto situm, & postquam vis irrita erat, vallo & fossa obsideri cœptum. Valerio Potito Volsci provincia evenerat. Hoc statu militarium rerum, sedítio intestina majore mole coorta, quam bella tractabantur. & quum tributum conferri per tribunos non posset, nec stipendium imperatoribus mitteretur, æraque militaria ægitaret miles; haud procul erat, quin castra quoque urbanæ seditionis con-

gio-

glone turbarentur. Inter has iras ple-
bis in Patres, quum tribuni plebis
nunc illud tempus esse dicerent ita-
bilienda libertatis, & ab Sergiis Vir-
giniisque ad plebeios vires fortes ac
strenuos transferendi summi hono-
ris: non tamen ultra processum est,
quam ut unus ex plebe, usurpandi
juris causa, T. Licinius Calvus tri-
bunus militum consulari potestate
crearetur: cæteri patricii creati P.
Mænius, L. Titinius, P. Mælius, L.
Furius Medullinus, L. Publilius Vol-
sus. Ipsa plebes mirabatur se tan-
tam rem obtinuisse, non is modo qui
crearus erat; vir nullis ante honori-
bus usus, vetus tantum senator, &
setate jam gravis. Nec satis constat,
cur primus ac potissimus ad novum
delibandum honorem fit habitus. A-
lii Cn. Cornelii fratris, qui tri-
bunus militum priore anno fuerat, tri-
plexque stipendium equitibus dede-
rat, gratia extractum ad tantum ho-
norem credunt. alii orationem ipsum
tempestivam de concordia ordinum,
Patribus plebique gratam habuisse.
Hac victoria comitiorum exultantes
tribuni plebis, quod maxime rem-
publ. impediebat, de tributo remise-
runt. collatum obedienter missumque
ad exercitum est.

Cap. XIII. Anxur in Volscis bre-
vi receptum est, neglectis die festo cu-
stodiis urbis. Insignis annus hieme
gelida ac nivosa fuit: adeo ut viæ claus-
æ, Tiberis innavigabilis fuerit. An-
nona ex ante convecta copia nihil
mutavit. Et quia P. Licinius, ut ce-
perat haud numquam exercitatum
majore gaudio plebis, quam indigna-
tione Patrum, ita etiam gessit; dulce-
do invasit proximis comitiis tribuno-
rum militum plebeios creandi. Unus
M. Veturius ex patriciis candidatis
locum tenuit. plebeios alios tribunos
militum consulari potestate omnes
fere centuriæ tulere, M. Pomponium, C. Duilium, Voleronem Publilium, Cn. Genucium, L. Atilium. Tristem hiemem, sive ex intemperie
cœli, raptim mutatione in contrarium facta, sive alia qua de causa, gravis pestilentiæ omnibus animalibus ætas excepit, cujus infandabili pernicie quando nec causa nec finis inve-
niebatur, libri Sibyllini ex senatusconsulto aditi sunt. Duumviri sacris faciundis, lectisternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem, Latonamque & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum, tribus quam amplissime tum apparari poterat, stratis lectis placavere. Privatim quoque id sacrum celebratum est. tota urbe patentibus januis, promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito, notos ignotosque passim advenas in hospitium ductos ferunt: & cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habitos, jurgiis ac litibus temperatum. Vinctis quoque dempta in eos dies vincula, religioni deinde fuisse, quibus eam opem Dii tulissent, vinciri. Interim ad Veios terror multiplex fuit; tribus in unum bellis collatis. namque eodem quo antea modo, circa munimenta, quum repente Capenates Faliscique rubidio venissent, adversus tres exercitus ancipiti prœlio pugnatum est. Ante omnia adjuvit memoria damnationis Sergii & Virginii. itaque majoribus castris, unde antea cessatum fuerat, brevi spatio circumductæ copiæ. Capenates in vallum Romanum versis ab tergo aggrediuntur. Inde pugna cœpta & Falisci inlato terrorem, trepidantesque eruptio ex castris opportune facta averterit. repulsos deinde insecuti victores, ingentem ediderunt cædem. Nec ita multo post jam palantes, veluti forte oblati, populatores Capenatis agri, reliquias pugnæ absumpsere: & Veientium refugientes in urbem multi ante portas cæsi, dum præmetu, ne simul Romanus irrumperet, objectis foribus extremos fuorum excluserе.

Cap. XIV. Hæc eo anno acta. Et jam comitia tribunorum militum aderant, quorum prope major Patribus quam belli cura erat: quippe non communicatum modo cum plebe, sed prope amissum cernentibus summum imperium. Itaque clarissimis viris ex compoto præparatis ad petendum, quos præterendi verecundiam crederent fore; nonnullos ipsi, perinde ac si omnes candidati essent, cuncta experientes, non homines modo, sed Deos etiam excipiebant; in religionem vertentes comitia biennio habita: priore anno intolerandam hiemem, prodigiisque divinis similem coortam, proximo non prodigia, sed jam eventus pestilentiam agris urbique illatam, haud dubia ira Deum, quos pestis ejus arcendæ caussa placandos esse in libris Fatalibus inventum sit. Comitiis, auspicato quæ fierent; indignum Diis visum honores vulgari, discriminaque gentium confundi. Præsequam majestate peterentur, religione etiam attoniti homines, patricios omnes, partem magnam honoratissimum quemque, tribunos militum consulari potestate creavere, L. Valerium Potitum quintum: M. Valerium Maximum, M. Furium Camillum iterum, L. Furium Medullinum tertium, Q. Servilium Fidenatem iterum, Q. Sulpicium Camerinum iterum. His tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum est. tota vis in popularibus fuit. Duo summi imperatores, Potitus & Valerius, Camillus & Capena prædas ingentes egere; nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni nocere posset.

Cap.

Cap. XV. Prodigia interim multa nunciari; quorum pleraque, & quia fingulī auctores erant, parum credita. Ipretaque: & quia hostibus Etruscis, per quos ea procurarent, aruspices non erant, in unum omnium curae verfae funt, quod lacus in Albano nemore fine ullis coelestibus aquis cauffave qua alia, quae rem miraculo eximeret, in altitudinem indolitum crevit. Quidnam eo Dii portenderent prodigio, miffi fcifcitatum oratores ad Delphicum oraculum: fed propior interpres fatis obfcurus fenior quidam Veiens, qui inter cavillantes in ftationibus ac cuftodiis milites Romanos Etruscofque, vaticinantis in modum cecinit, *Prius quam ex lacu Albano aqua emiffa foret, numquam poftturum Veios Romanum.* Quod primo velut remere jactum fperni, agitari deinde fermonibus coeptum eft; donec unus exftatione Romana percunctarus proximum oppidanorum (jam per longinquitatem belli commercio fermonum fublato) quidnam is effet, qui per ambages de lacu Albano jaceret; poftquam audivit aruspicem effe, vir haud intacti religione animi, cauffatus, de privati portenti procuratione, fi operae illi eſſet, conſulere velle, ad colloquium vatem elicuit. Quumque progreſſi ambo a fuis longius eſſent locumque haud alto metu; praevalens juvenis Romanus fenem infirmum in conſpectu omnium rapuit, nequicquam tumultuantibus Etruſcis ad ſuos tranſtulit. qui quum perductus ad imperatorem, inde Romam ad ſenatum miſſus eſſet, ſcifcitantibus quidnam id eſſet, quod de lacu Albano dictuiſſet; ſic refpondit. *Profecto iratos Deos Veienti populo illo fuiſſe die, quo ſibi eam mentem objeciſſent, ut excidium patriae fatale prodiret. Itaque quae tum occinerit divino fi iritu inſtinctus, ea ſe nec, ut inaſtella ſint, revocare poſſe; & jacendo ſoſtum quae Dii immortales vulgarint, haud uſquaquam recta landa eſſando. Nefas contrahi. Sic igitur libris fatalibus, ſic diſciplina Etruſca traditum eſſe, ut quando aqua Albana abundaſſet, tum, ſi eam Romanus rite emiſiſſet, victoriam de Veientibus dari. Antequam id fiat, Deos monita Veientium deſturos non eſſe.* Exſequebatur inde quae ſolennis derivatio eſſet. Sed auctorem levem, nec fatis ſidum ſuper tanta re Patres rati, decrevere legatos ſortefque oraculi Pythici exſpectandas.

Cap. XVI. Priuſquam a Delphis oratores redirent, Albanive prodigii picrula invenirentur, novi tribunī militum conſulari poteſtate, L. Julius Julus, L. Furius Medullinus quartum, L. Sergius Fidenas, A. Poſtumius Regillenſis, P. Cornelius Maluginenſis, A. Manlius, magiſtratum inierunt. Eo anno Tarquinienſes, novi hoſtes exorti, quia multis ſimul bellis, Volſcorum ad Anxur, ubi praeſidium obſidebatur, Aequorum ad Lavicos, qui Romanam ibi coloniam oppugnabant, ad hoc Veienti quoque & Falifco, & Capenati bello occupatos videbant Romanos, nec intra muros quietiora negotia eſſe certaminibus Patrum ac plebis, in hoc locum injuriae rati eſſe; praedatum in agrum Romanum cohortes expeditas mittunt. aut enim paſſuros inultam eam injuriam Romanos, ne novo bello ſe onerarent: aut exiguo, eoque parum valido exercitu, perfecturos. Romanis indignatas major quam cura populationis Tarquinienſium fuit, eo nec magno conatu ſuſcepta, nec in longum dilata res eſt. A. Poſtumius, & L. Julius non juſto delectu (etenim ab tribunis tribus plebis impediebantur) ſed prope voluntariorum, quos adhortando incitaverant, coacta manu per agrum Caeretem obliquis tramitibus egreſſi, redeuntes a populationibus gravemque praeda Tarquinienſes oppreſſere. multos mortales obtruncant, omnes exuunt impedimentis: & receptis agrorum ſuorum ſpoliis, Romam reverruntur. Biduum ad recognoſcendas res datum dominis: tertio incognita (erant autem ea pleraque hoſtium ignorum) in haſta venire; quod ita inde redactum, nobilibus eſt diviſum. Caetera bella, maximeque Veiens, incerti exitus erant. Jamque Romani, deſperata ope humana, fata & Deos ſpectabant, quum legati ab Delphis venerunt; ſortem oraculi afferentes, congruentem refponſo capti vatis. *Romanae quam Albanam cave lacus contineri. cave in mare manare ſito flumine ſinus. emiſſam per agros rivabis, diſſipatamque rivis extingues. Tum tu inſiſte audax hoſtium muris; memor quam per tot annos obſides urbem, ex ea tibi bis, quae nunc punditur, fatis victoriam datum. Ita perfecto, donum amplum victor ad mea templa portato: ſacraque patria, quorum omiſſa cura eſt, inſtaurata, ut aſſolet, facito.*

Cap. XVII. Ingens inde haberi captivus vates coeprus, eumque adhibere tribuni militum Cornelius Poſtumiusque de prodigii Albani procurationem ac Deos rite placandos coepere. Inventumque tandem eſt, ubi neglectas caerimonias, intermiſſumve ſolenne Dii arguerent, nihil profecto aliud eſſe, quam magiſtratus vitio creatos, Latinas, facrumque in Albano monte non rite conceptum. Unam expiationem eorum eſſe, ut tribuni militum abdicarent ſe magiſtratu: auſpicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur. Ea ita facta fuit ex ſenatuſconſulto. Inter-

xges tres deinceps fuere. L. Valerius, Q. Servilius Fidenas, M. Furius Camillus. Numquam destitit interim turbari, conitia interpellantibus tribunis plebis, donec conveniffet prius, *ut major pars tribunorum militum ex plebe crearetur.* Quæ dum aguntur, concilia Etruriæ ad fanum Voltumnæ habita. poftulantibusque Capenatibus ac Falifcis, ut Veios communi animo conftituque omnes Etruriæ populi ex obtidione eriperent, refponfum eft: *antea fe id Veientibus negaffe, quia unde conftium non petiffent fuper tantare, auxilium petere non deberent. nunc jam pro fe fortunam fuam illis negare. maxime in ea parte Etruriæ gentem inuftatam, nobos accolas Gallos effe, cum quibus nec pax fatis fida, nec bellum pro certo fit: fingultu tamen nominique ex præfentibus periculis conflandi animorum id dari, ut fi qui juventutis fuæ voluntate ad id bellum eant, non impediant.* Eum magnum adventiffe hoftium numerum, fama Romæ erat. eoque miferiore diffordia inteftinæ mœu commuit, ut fit, coeptæ.

Cap. XVIII. Haud invitis Patribus P. Licinium Calvum prærogativa tribunum militum non petentem creant, moderationis experiæ in priore magiftratu virum, cæterum jam rum exactæ ætatis: omnesque deinceps ex collegio tribuni militi renici apparebat, L. Titinium, P. Mænium, P. Mælium, Cn. Genucium, L. Atilium, qui, priufquam renunciarentur, jure vocatis tribubus, permiffu interregis, P. Licinius Calvus ita verba fecit: *Omen concordiæ, Quirites, vei maxime in hoc tempus utili, memoria nofri magiftratus, quo his comitiis petere in infequentem annum video, fi collegas eofdem reficiris, etiam ufu meliores facios. Me jam non eundem fed umbram nomenque P. Licinii relictum videris. vires corporis affecta: fenfus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtufus. Ea vobis*, inquit, *juventem filium tenens, effigiem atque imaginem ejus, quem vos antea tribunum militum ex plebe primum feciftis. Hunc ego inftitutum difciplina mea, vicarium pro me Reipub. do atque fubjicio quæfo, Quirites, ut adulum mihi illius honorem huic perenti, melfque pro eo adjectis precibus mandetis.* Datum id perenti patri, filiufque ejus P. Licinius tribunus militum conflari poteftate, cum iis quos fupra fcripfimus, declaratus. Titinius Genuciusque tribuni militum, profecti adversus Falifcos Capenatefque: dum bellum majore animo geruntur, quam conflio, præcipitavere in inflidias. Genucius morte honefta remeritatem luens, ante ftigna inter primores cecidit. Titinius in editum tumulum ex multa trepidatione militibus collectis aciem reftituit: nec ibi ramen æquo loco hoftli commiit. Plus ignominiæ erat quam cladis acceptum; quæ prope in cladem ingentem vertit; tanrum inde terroris noa Romæ modo, quo multiplex fama pervenerat, fed in caftris quoque fuit ad Veios. Ægre ibi miles retentus a fuga eft, quum pervafiffe caftra rumor, ducibus exercituque cæfo victorem Capenatem ac Falifcum, Etruriæque omnem juventutem haud procul inde abeffe. His tumultuofis ra Romæ, jam caftra ad Veios oppugnari, jam partem hoftium tendere ad urbem agmine infefto crediderant: concurfumque in muros eft, & matronarum, quas ex domo conciverat publicus pavor, obfecrationes in templis factæ: precibusque ab Diis petirum, ut exitium ab urbis tectis templifque ac Romanis mœnibus arcerent, Veiofque eum averterent terrorem, fi facra renovata rite, fi procurata prodigia eflent.

Cap. XIX. Jam ludi Latinæque inftauratæ erant: jam ex lacu Albano aqua emiffa in agros, Veiofque fata appetebant. Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis fervandæque patriæ, M. Furius Camillus dictator dictus, magiftrum equitum P. Cornelium Scipionem edixit. Omnia repentium mutaverat imperator mutatus. alia fpes, alius animus hominum, fortuna quoque alia urbis videri. Omnium primum in eos qui à Veiis in illo pavore fugerant, more militari animadvertit, effecrique ne hoftis maxime timendus militi eflet. deinde indicto delectu in diem certam, fide interpofita Veios ad confirmandos militum animos intercurrit: inde Romam adfcribendum novum exercitum redit, nullo detrectante militiam. Peregrina etiam juventus Latini Hernicique, operam fuam pollicentes, ad id bellum venere: quibus quum gratias in fenatu egiffet dictator, Latii jam omnibus ad id bellum paratis, ludos magnos ex fenatufconfulto vovit Veiis captis fe facturum: ædemque Maturæ matris refectam dedicaturum, Jam ante ab rege Servio Tullio dedicatam. Profectus cum exercitu ab urbe exfpectatione hominum majore quam ipse in agro primum Nepefino cum Falifcis & Capenatibus figna confert. Omnia ibi fumma ratione conflioque acta, fortuna etiam, ut fit, fecuta eft. non procilio tantum fudit hoftes, fed caftris quoque exuit, ingentique præda eft potitus: cujus pars maxima fed queftorem redacta eft: haud ita multum militi datum. Inde ad Veios exercitus ductus, denioraque caftella facta: & à procuftrionibus, quæ multæ remere inter murum ac vallum fiebant, edicto, ne quis injuffu pugnaret, ad opus milites ita-

traduſti. Operum fuit omnium longe maximum ac laboriosiſſimum, cuniculus in arcem hoſtium agi cœptus. quid ne intermitterem opus, neu quo ſub terra continuus labor eoſdem conficeret, in partes ſex munitorum numerum diviſit: ſenæ horæ in orbem operi attributæ ſunt: nocte ac die nunquam ante omiſſum, quam in arcem viam faceremus.

Cap. X X. Dictatore quum jam in manibus videret victoriam eſſe, urbem opulentiſſimam capi, tantumque prædæ fore quantum non omnibus in unum collatis ante bellis fuiſſet. ne quam inde aut militum iram ex malignitate prædæ partiræ, aut invidiam apud Patres ex prodiga largitione caperet, ſenatum ad ſe frequentandum ſibi ſit. *Deum immortalium benignitate, ſuis conſiliis, patientia militum, Veios jam fore in poteſtate populi Romani. quid de prædæ facienda cenſerent?* Duæ ſenatum diſſimilem ſententiæ: ſenis P. Licinii, quem primum dictiſſe a filio interrogatum ferunt, edici palam placere populo, ut qui particeps eſſe prædæ veliet, in caſtra Veios iret: altera Ap. Claudii, qui largitionem novam, prodigam, inæqualem, inconſultam arguens, ſi ſemel nefas ducerent capram ex hoſtibus in ærario exhauſto bellis pecuniam eſſe, auctor erat reddi iſtam ea pecunia militi numerandi, ut eo minus tributi plebes conferret. Ejus enim doni locietatem ſenſu ita æqualiter omnium domos: non avidas in direptiones manus otioſorum urbanorum prærepturas fortium bellatorum præmia eſſe, quam ita ferme eventiat, ut ſegnior ſit animus, ut quisque laboris periculique præcipuam petere partem ſolerat. Licinius contra, ſuſpectam & invifam ſemper eam pecuniam fore ajebat: cauſſaſque criminum ad plebem ſeditionum inde ac legum novarum movitum eam. *Satius igitur eſſe reconciliari eo donec lætus animus, exhauſtis atque exinanitis tributo tot annorum ſuccurri: ſic ſentire prædæ ſtudium ex eo bello, in quo prope conſenuerint. gratius id fore, lætiſque, quod quiſque ſua manu ex hoſte captum domum retulerit, quam ſi multipliex alterius arbitrio accederet. Ipſum dictatorem ſegnem ſpectatorem ea re futurum, ni de ſententia ad ſenatum. Senatum quoque debere rejectam rem ad ſe permittere plebi, ac pati habere quod cuique ſors belli daderit.* Hæc tutior viſa ſententia eſt, quæ popularem ſenatum faceret. Edictum itaque eſt, ad prædam Veientem, quibus videretur, in caſtra ad dictatorem proficiſcerentur. Ingens profecta multitudo replevit caſtra.

Cap. X X I. Tum dictator auſpicato egreſſus, quum edixiſſet ut arma militia caperent, *Tuo auctu*, inquit, *Pythice Apolli, tuoque numine inſtinctus pergo ad delendam urbem Veios: tibique hinc decimam partem prædæ vovco. Te ſimul, Juno Regina, quæ nunc Veios colis, precor, ut nos victores in noſtram tuamque mox futuram urbem ſequare: ubi te, dignum amplitudine tua, templum accipiat.* Hæc precatus, ſuperante multitudine, ab omnibus locis urbem aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi ſenſus eſſet. Veientes ignari, ſe jam ab ſuis vatibus, jam ab extemis oraculis proditos, jam in partem prædæ ſuæ vocatos Deos, alios votis ex urbe ſua evocatos hoſtium templa novaſque ſedes ſpectare, ſequi ultimum illum diem agere; nihil minus timentes, quam ſubrutis cuniculo mœnibus arcem jam plenam hoſtium eſſe, in muros pro ſe quiſque armati diſcurrunt. mirantes quidnam id eſſet, quod quum tot per dies nemo ſe ab ſtationibus Romanis moviſſet, tum vero repentino lœti furore improvidi currerent ad muros. Inferitur huic loco fabula: immolante rege Veientium, vocem aruſpicis dicentis, qui ejus hoſtiæ exta profecuiſſet, ei victoriam dari, exauditam in cuniculo, moviſſe Romanos militares, ut adaperto cuniculo exta raperent, ac ferrent. Sed in rebus tam antiquis, ſi, quæ ſimilia veri ſunt, pro veris accipiantur, ſatis habeam. Hæc ad ostentationem ſcenæ gaudentis miraculis aptiora, quam ad fidem, neque affirmare, neque refellere operæ pretium eſt. Cuniculus delectis militibus eo tempore plenus, in ædes immundas, quæ in Veientana arce erat, armatos repente edidit. & pars averſos in muris invadunt hoſtes, pars clauſtra portarum revellunt: pars, quum ex rectis faxa regulæque a mulieribus ac ſervitiis lacerentur, inferunt ignes. Clamor omnia vastat: terroribus ac pavendum occibus, miſto mulierum ac puerorum ploratu, complet. Momento temporis dejectis ex muro undique armatis, patefactiſque portis, quum alii agmine irrucrent; alii deferros ſcanderent muros, urbs hoſtibus impleturr, omnibus locis pugnatur. Deinde, quum jam edita cæde, fenefit pugna: & dictator præcones edicere jubet, ut ab inermi abſtineatur. ii finis ſanguinis fuit. Dedi inde inermes cœpti: & ad prædam miles permiſſu dictatoris diſcurrit. quæ quum ante oculos ejus aliquantum ſpe atque opinione major, majoriſque pretii rerum ferretur, dicitur manus ad cœlum tollens precatus eſſe, *ut ſi cui Deorum hominumque invida ſua fortuna populique Romani videretur, ut eam invidiam lenire ſuo privato incommodo, quam minimo publico populi Romani liceret.* Conversentem ſe inter hanc veneratio-nem

nem traditur memoriæ, prolapsum cecidisse: idque omen pertinuisse postea eventu rei consectantibus victum ad damnationem ipsius Camilli; captæ deinde urbis Romanæ quod post paucos accidit annos, cladem. Atque ille dies cæde hostium ac direptione urbis opulentissimæ est consumptus.

Cap. XXII. Postero die libera corpora dictatur sub corona vendidit. ea sola pecunia in publicum redigitur, haud sine ira plebis, & quod retulere secum prædæ, nec duci qui ad fenatum malignitatis auctores quærendo, rem arbitrii sui rejecisse; nec senatui, sed Licinio familiæ, ex qua filius ad senatum retulisset, pater tam popularis sententiæ auctor fuisset, acceptum referebant. Quum jam humanæ opes egestæ à Veiis essent, amoliri tum Deum dona ipsisque Deos, sed colentium magis quam rationium modo, cœpere; namque delecti ex omni exercitu juvenes, pure lotis corporibus, candida veste, quibus decorandæ Romam Regina Juno allignata erat, venerabundi templum iniere, primo religiose admoventes manus: quod id signum more Etrusco nisi certæ gentis sacerdos attrectare non esset solitus. dein quum quidam seu fortuito divino actu, seu luvenis ludico, *Ibis ne Romam ire Juno?* dixisset, annuisse creteri Deam conclamaverunt: inde fabulæ adjectum est, vocem quoque dicentis, Velle, auditam. motam certe fede sua parvi molimenti admiculis, sequentis modo accessimus levem ac facilem translatu fuisse. integram que in Aventinum æternam fedem suam, quo vota Romani dictatoris vocaverant, perlatam, ubi templum ei postea idem, qui voverat, Camillus dedicavit. Hic Veiorum occasus fuit, urbis opulentissimæ Etruici nominis, magnitudinem suam vel ultima clade indicavit: quod decem æstates hiemesque continuas circumsessa, quum plus aliquanto cladim intulisset quam accepisset, postremo jam, fato tum denique urgente, operibus tamen, non vi, expugnata est.

Cap. XXIII. Romam ut nunciarum est Veios captos, quamquam & prodigia prodiurata fuerant, & varia responsa, & Pythicæ sortes notæ, & quantum humanis adjuvari consiliis potuerat res, ducem M. Furium maximum imperatorum omnium legerant; tamen quia tot annis variebibi bellatum erat, multæque clades acceptæ, velut ex inspirato immensum gaudium fuit. & primum senatus decerneret, plena omnia templa Romanarum matrum grates Diis agentium erant. Senatus in quatriduum, quot diebus nullo ante bello, supplicationes decernit. Adventui quoque dictatoris omnibus ordinibus obviam effusis celebratior, quam ullius unquam antea fuit: triumphusque omnem contuetum honorandi usque diei modum aliquantum excessit. Maxime conspectus ipse est, curru equis albis juncto urbem invectus: parumque id non civile modo, sed humanum etiam visum. Jovis Solisque equis æquiparari dictatorem in religionem etiam trahebant: triumphusque eo etiam unam maxime rem clarior quam gratior fuit. Tum Junoni reginæ templum in Aventino locavit, dedicavitque Matutæ matri. atque his divinis humanisque rebus gestis, dictatura se abdicavit. Agi deinde de Apollinis dono cœptum. cui se decimam vovisse prædæ partem quum diceret Camillus, altrices salvendum religione populum conferent; haud facile initabat ratio jubendi referre prædam populum, ut ex ea pars debita in sacrum fecerneretur. tandem eo quod leviffimum videbatur, decurfum est, ut qui se domumque vovisset, is quod voverit, quum fibimetipse prædam æstimassit suam, decimæ pretium partis in publicum deferret: ut ex eo donum aureum, dignum amplitudine templi, ac numine Dei ex dignitate populi Romani fieret. Ea quoque collatio plebis animos à Camillo alienavit. Inter hæc pacificantium legati à Volcis & Æquis venerunt: imperrataque pax, magis ut fessa tam diutino bello acquiesceret civitas, quam quod digni peterent.

Cap. XXIV. Veiis captis, sex tribunos militum consulari potestate inferiorum annus habuit, duos Publios Cornelios, Cossum & Scipionem, M. Valerium Maximum iterum, Cæsonem Fabium Ambustum tertium, L. Furium Medullinum quintum, Q. Servilium tertium. Cornelius Fallifcum bellum, Valerio ac Servilio Capenas forte evenit. ab iis non urbes vi aut operibus tentatæ, fed ager est depopulatus, prædaque rerum agrestium æstæ. nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. Ea clades Capenatem populum subegit. pax petentibus data. In Falifcis bellum restabat. Romæ interim multiplex fedilio erat, cujus leniendæ causa coloniam in Volscos, quo tria millia civium Romanorum scriberentur, deducendam censuerant: triumvirique ad id creati, terna jugera & septunces viritim dividerant. Ea largitio sperni cœpta; quia loci majoris averrendæ solatium objectum censebant. Cur enim relegari plebem in Volscos, quum pulcherrima urbs Veii agerque Veientanus in conspectu sit, uberior ampliorque Romano agro? Urbem quoque urbi Romæ, vel sim, vel magnificentia publicorum privatorumque tectorum ac locorum, præponebant.

illa quoque actio movebatur, quæ post captam utique Romam à Gallis celebratior fuit transmigrandi Veios. Cæterum, partim plebi, partim senatui destinabant habitandos Veios; dualque urbes communis republicæ incoli a populo Romano posse. Adversus quæ quumtoptimates ita tenderent, ut morituros se citius diceren, in conspectu populi Romani, quam quicquam earum rerum rogaretur. *quippe nunc in una urbe tantum dissessionum esse, quid in duabus fore? Victumne ut quisquam victrici patriæ præferret, sinsecutæ majorem fortunam captis esse Veiis, quam incolumibus fuerit? Postremo, si retinenti à civibus in patria posse, ut linquanti patriam atque cives, nullum cum unquam fubaciturum: & T. Sicinium* (is enim ex tribunis plebis rogationis ejus lator erat) *conditorem Veios sequantur, relicto Deo Romulo, Dei filio, parente & auctore urbis Romæ.*

Cap. XXV. Hæc quum fœdis certaminibus agerentur, (nam partem tribunorum plebis Patres in fuam fententiam traxerant) nullæres alia manibus temperare plebem cogebat, quam quod ubi rixæ commiltendæ causfa clamor orus esset, principes inermatus primi turbæ offerentes se, peti, ferirl, atque occidi jubebant. ab horum ætatibus dignitatibusque & honoribus violandis dum abstinebatur, & ad reliquos timiles conatus verecundia iræ obstabat. Camillus identidem omnibus locis concionabatur, *Haud mirum id quidem esse: furere civitatem, quæ damnata voti omnium rerum priorem curam, quam religione se exsolvendi, habeat. Nihil de collatione dicere, stipis veetus, quam decimæ: quando ea se quisque privatim obligaverit, liberatus sit populus. Enimvero illud se tacere, fuam conscientiam non pati: quod ex ea tantum præda, qua rerum movantium sit, decima designetur. urbis atque agri capti, quæ & ipsa voto contineatur, mentionem ullam fieri.* Quum ea difceptatio anceps senatui vifa, delegara ad pontifices effet, adhibito Camillo, vifum collegio, quod eius ante conceptum votum Veientium fuisset, & poft votum in potestatem populi Romani venisset, ejus partem decimam Apollini sacram esse. Ita in æstimationem urbs ageque venit: pecunia ex ærario prompta, & tribunis militum confularibus ut quorum ex ea coemerent, negotium datum. cujus quum copia non esset, matronæ coetibus ad eam rem conflitandam habitis, & communi decreto pollicitæ tribunis militum, aurum & omnia ornamenta fua, in ærarium detulerunt. Grata ea res, ut quæ maxime senatui unquam fuit, honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut silento ad sacra ludosque, carpentis festo profeitoque uterentur. Pondere ab singulis auri accepto, æstimatoque ut pecuniæ solverentur, crateram aream neri placuit; quæ donum Apollini Delphos portaretur. Simul ab religione animos remitterunt, integrant ledi tribuni plebis: incitatur multitudo in omnes principes; ante alios in Camillum. Eum præsum Veientanam publicando facrandoque ad nihilum redegisse absentes ferociter increpant: præfentium, quum fe ultro iratis offerrent, verecundiam habent. Simul extrahi rem eo anno viderent; tribunos plebis latores legis in annum eosdem refleiunt, & Patres hoc idem de intercessionibus legis annis. Ita tribuni plebis magna ex parte iidem refecti.

Cap. XXVI. Comitiis tribunorum militum Patres summa ope evicerunt, ut M. Furius Camillus creareturpropter bella simulabant parari ducem, sed largitioni tribunicize adversarius quærebatur. Cum Camillo creati tribuni militum consulari potestate, L. Furius Medullinus fextum, C. Æmilius, L. Valerius Potitus, Sp. Postumius, P. Cornelius iterum. Principio anni tribuni plebis nihil moverunt: donec M. Furius Camillus in Falifcos, cui id bellum mandatum erat, proficiscereturus. differendo deinde elanguit res: & Camillo, quem adverfarium maxime metuerant, gloria in Falifcis crevit. Nam quum primo incenibus fe hostes tenerent, tutiffimum id rati, populatione agrorum atque incendiis villarum coegit eos egredi urbe; sed timor longius progredi prohibuit. Mille fere paffuum ab oppido castra locant; nulla re alia fidentes ea latis tuta esse, quam altiffimitate adfitus. Abeo conregerat fuos circa, & partim arctis, partim arduis viis. Cæterum Camillus captivum indicem ex agris fecutus ducem, castris multa nocte motis, prima luce aliquanto superioribus locis fe offendit. Trifriam Romani muniebant. alius exercitus præsidio in promtu ftabat. Ibi impedire opus conatos hostes fundit, fugatque: tantumque inde pavoris Falifcis injectum eft, ut effufa fuga castra fua, quæ propiora erant, prælari, urbem peterent. Multi casi vulnerarique, priusquam paventes portis includerent. castra capta, præda ad quæstores redacta, cum magna militum ira: sed severitate imperii victi, eandem virtutem & oderant, & mirabantur. Obsidio inde urbis, & muniriones, & interdum per occasionem impetus oppidanorum in Romanas ftationes prœliaque parva fieri: & tori tempus, neutro inclinata spe; quum frumentum, copiaque aliæ ex ante

ante convecto largius obsessis quam obtidentibus suppeterent. Videbaturque æque diuturnus futurus labor, ac Veiis fuisset; ni fortuna imperatori Romano, simul & cognitæ rebus belli cis virtutis specimen, & maturam victoriam dedisset.

Cap. XXVII. Mos erat Falisciis, eodem magistro liberorum & comitem uti: simulque plures pueri, quod hodie quoque in Græcia manet, unius curæ demandabantur. principium liberos, sicut fere hi, qui scientia videbatur præcellen es, erudiebat. Is quum in pace instituisset pueros ante urbem lusus exercendique causa producere, nihil eo more per belli tempus intermisso, tum modo brevioribus, modo longioribus spatiis trahendo eas à porta lutu tormentibusque variatis longius ledito; ubi res dedit, progressus, inter ludiones eos hostium castraque inde Romana in prætorium ad Camillum perduxit. ibi scelesto facinori sceleftiorem sermonem addidit: Falerios se in manus Romanis tradidisse: quando eos pueros, quorum parentes capita illi rerum sint, in potestatem habuerit. Quæ ubi Camillus audivit, *Non ad similem*, inquit, *tui nec populum, nec imperatorem scelestius ipso cum scelesto munere venisti. Nobis cum Falisciis, quæ pacto ut humano, societas non est, quam ingenerauit natura, utriusque est, erit amicitia. Sunt & belli, sicut pacis jura: justeque ea non minus quam fortiter dimicimus gerere. Arma habemus, non adversum eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur: sed adversus armatos, & ipsos, qui nec læsi, nec lacessiti à nobis, castra Romana ad Veios oppugnarunt. Eos tu quantum in te fuit, novo scelere vicisti: ego Romanis artibus, virtute, opere, armis, sicut Veios, vincam.* Denudatum deinde eum, manibus post tergum illigatis, reducendum Falerios pueris traditi: virgisque eis, quibus proditorem agerent in urbem verberantes, dedit. Ad quod spectaculum concurfu populi primum facto, deinde à magistratibus de re nova vocato senatu; tanta mutatio animis est injecta, ut qui modo efferati odio iraque, velentium exitum, pene quam Capenatium pacem mallent, apud eos pacem universa poscret civitas. Fides Romana, justitia imperatoris, in foro & curia celebrantur: consentiuque omnium legati ad Camillum in castra, atque inde permissu Camilli Romam ad senatum, qui dederent Falerios, proficiscuntur. Introducti ad senatum ita locuti traduntur: *Patres conscripti, victoria, cui nec Deus, nec homo quisquam invideat, usi à nobis & imperatore vestro dedimus nos nobis: rati, quo nihil victori pulchrius est, melius nos sub imperio vestro, quam legibus nostris victoros. Eventu hujus belli duo salutaria exempla prodita humano generi sunt. Vos fidem in bello, quam præsentem victoriam malutistis: nos hac provocati, victoriam ultro detulimus. Urbs dilione vestra sumus. Mittite, qui armis, qui vosmet, qui urbem patentibus portis accipiant. Nec nos fidei nostræ, nec nos imperii vestri pænitebit.* Camillo, & ab hostibus, & a civibus gratiæ actæ. Falisci in stipendium militum ejus anni, ut populus Romanus tributo vacaret, pecunia imperata. Pace data, exercitus Romam reductus.

Cap. XXVIII. Camillus meliore multo laude, quam quum triumphantem albi per urbem vexerant equi, insignis justitia fideque, hostibus victis quum in urbem rediisset, tactæ ejus verecundiam non tulit senatus, nisi in fine mora voti liberaretur: crateramque auream donum Apollini Delphos legati qui ferrent, L. Valerius, L. Sergius, A. Manlius missi longa una nave, haud procul freto Siculo à piratis Liparensium exceperi devehuntur Liparas. Mos erat civitati illi publico latrocinio partam prædam dividere. forte eo anno in summo magistratu erat Timasitheus quidam, Romanis vir similior quam suis, qui legatorum nomen donumque, & Deum, cui mitterentur, & doni causam veritus ipse, multitudinem quoque quæ semper ferme regenti est similis, religionis justæ implevit: adductoque in publicum hospitium legatos, cum prædidio etiam navium Delphos profecutus, Romam inde sospites restituit. Hospitium cum eo senatusconsulto est factum: donaque publice data. Eodem anno in Æquis varie bellatum. adeo ut in incerto fuerit, & apud ipsos exercitus & Romæ, vicissent victine essent. Imperatores Romani fuere ex tribunis militum C. Æmilius, Spurius Postumius. Primo rem communiter gesserunt: fusis inde acie hostibus, Æmilium prædidio Verrugianem obtinere placuit, Postumium fines vastare. Ibi eum incomposito agmine negligentius ab re bene gesta, euntem adorti Æqui, terrore injecto in proximos compulere tumulos: pavorque inde Verrugineni etiam ad prædidium alterum est perlatus. Postumius fuis in rutum receptis, quum concione advocata terrorem increparet ac fugam: futos esse ab ignavissimo & fugacissimo hoste; conclamat universus exercitus, merito se ea audire, & fateri admissum flagitium: sed eosdem correctiros esse, neque diuturnum id gaudium hostibus fore. Poscentes ut confestim inde ad castra hostium duceret (in conspectu erant posita in plano) nihil pœnæ recusabant, ni ea ante noctem

exsuagnasient. Collaudatos, corpora curare paratosque esse quarta vigilia jubet, & hostes, nocturnam fugam ex tumulo Romanorum ut ab ea via, quæ ferebat Verruginem, excluderent, fuere obvii. præcluimque ante lucem (sed luna pernox erat) commissum est prælio fuit. Sed clamor Verrugienses perlatus, quum castra Romana crederent oppugnari, tantum injecit pavoris, ut, nequicquam retinente atque obsecrante Camillo, Tusculum palati fugerent. Inde fama Romam perlata est, Postumium exercitum duce occidum. Qui, ubi prima lux quemque invidiarum effuse sequentibus fustulit, quum perequitasset aciem promissa repetens, tantum injecit ardoris, ut non ultra fustinuerint impetum Æqui. Cædes inde fugientium, qualis ubi ira magis quam virtute res geritur, ad pœnam hostium factæ est, tribusque ab Tusculo nuncium, nequicquam exterrita civitate, literæ à Postumio laureatæ sequuntur: victoriam populi Romani esse, Æquorum exercitum delerum.

Cap. XXIX. Tribunorum plebis actiones quia nondum inveneram finem, & plebs continuare latoribus legis tribunarum, & Patres inacere intercessiones legis annui sunt. Sed plus fuis comitiis plebs valuit. quem dolorem ulti Patres sunt, senatusconsulto facto, ut consules, invisus plebi magistratus, crearentur. Annum post quintum decimum creati consules L. Lucretius Flavus, Servius Sulpicius Camerinus. Principio hujus anni ferociter, quia nemo ex collegio intercessurus erat, coortis ad referendam legem tribunis plebis, nec segnius ob id ipsum consulibus resistentibus, omnique civitate in unam eam curam conversa, Vitelliam colonian Romanam in suo agro Æqui expugnant. colonorum pars maxima incolumis, quia nocte proditione oppidum captum, liberam per averta urbis fugam dederat, Romam perfugere. L. Lucrerio consuli ea provincia evenit. is cum exercitu profectus, acie hostes vicit: victorque Romam ad majus aliquanto certamen redit. Dies dicta erat tribunis plebis biennii superioris A. Virginio & Q. Pomponio: quos defendi Patrum consensu, ad fidem senatus pertinebat. neque enim eos aut rem ullo crimine alio aut gesti magistratus quisquam arguebat; præterquam quod gratificantes Patribus rogationi tribuniciæ intercessissent. Vicit tamen gratiam senatus plebis ira: & pessimo exemplo innoxii, deuis millibus gravis aris condemnati sunt. id agere passi Patres. Camillus palam scelcris plebem arguere: quæ jam in suos versa, non intelligeret se pravo judicio de tribunis intercessionem fustulisse. intercessione sublata, tribuniciam potestatem evertisse. Nam quod illi negarent se frenatam licentiam ejus magistratus Patres laurus, falli eos. Si tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum Patres inventuros esse. Consulesque increpabat, quod fide publica decipi tribunos eos tacuit tulissent, qui senatus auctoritatem secuti essent. Hæc propalam concionabundus indies magis incitabat ira hominum.

Cap. XXX. Senatum vero incitare adversus legem haud dubitabat: *ne aliter defenderent in forum, quam dies serenæ legis veniret, quam ut qui meminissent sibi pro aris, focisque & Deum templis, ac solo in quo nati essent, dimicandum esse. Non quod ad se privatim attinaret; si sua gloria sui inter dimicantium patriæ meminisse sit fas, sibi amplum quoque esse; subeat ab se captam frequentari, quotidie se frui monumento gloriæ suæ, & ante oculos habere urbem Veiorum in templo Jun. Regine, omnes vestigiis laudum suarum. sed vetus dicere desertam ac relictam ab Diis immortalibus incoli urbem: & in captivo solo habitare populum Romanum, & victrice patriæ vicam mutari.* His adhortationibus principis concitari Patres fere juventique, quum ferretur lex, agmine facto in forum venerunt: diffugere per tribus, suos quisque tribules prensantes, orare cum lacrimis cœpere, Ne eam patriam, pro qua fortissime felicissimeque ipsi ac patres eorum dimicassent, deseterent: Capitolium, sedem Vestæ aras circa templa Deorum obtestantes. Ne exulem, extorrem populum Romanum ab solo patrio, ac diis penatibus, in hostium urbem agerent: eoque rem adducerent, ut melius fuerit non capi Veios, ne Roma defereretur. Quia non vi agebant, sed precibus: ire inter preces multa locorum mentio erat, religionisque patri maxime fuit & legem una plures tribus antiquarunt, quam jusserunt. Adeoque ea victoria læta patribus fuit, ut postero die referentibus consulibus senatusconsultum fieret, ut agri Veientani septena jugera plebi dividerentur: nec patribus familiæ tantum, sed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur: vellentque in eam spem liberos tollere.

Cap. XXXI. Eo munere delinita plebe, nihil certarum est, quo minus consularia comitia haberentur. creati consules L. Valerius Potitus, M. Manlius, cui Capitolino postea etiam fuit cognomen. Hi consules magnos ludos fecere, quos M. Furius dictator voverat Veienti bello. Eodem anno ædes Junonis Reginæ

Reginæ ab eodem dictatore eodemque bello vera dedicatur: celebratæque dedicationem ingenti matronarum studio tradunt. Bellum haud memorabile in Algido cum Æquis gestum est; fuisse hostibus prius pene quam manus conferrent. Valerio, quod perseverantior cædendis in fuga fuit, triumphus; Manlio, ut ovans ingrederetur urbem, decretum est. Eodem anno novum bellum cum Volsiniensibus exortum: quo propter famem, pestilentiamque in agro Romano, ex licentiæ calo-ibusque nimiis orram, exercitus duci nequivit. ob quæ Volsinienses Sabinatibus adjunctis superbia elati, ultro agros Romanos incursavere. Bellum inde duobus populis indictum. C. Julius censor decessit: in ejus locum M. Cornelius suffectus. quæ res postea religioni fuit: quia eo luctro Roma est capta. Nec deinde umquam in demortui locum censor dictus est: consulibusque malo Inspiciis placuit per interregnum renovari auspicia. Ita que quum ex senatusconsulto consules magistratu se abdicassent, interrex creatur M. Furius Camillus, qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit: ab eo creati tribunitii militum consulari potestate. Ut etiam si cui eorum incommoda valetudo fuisset, copia magistratuum reipubl. esset.

Cap. XXXII. Kalendis Quintilibus magistratum occepere L. Lucretius, Servius Sulpicius, M. Æmilius, L. Furius Medullinus septimum, Agrippa Furius, C. Æmilius iterum. Ex his L. Lucretio & C. Æmilio Volsiniensis provincia evenit: Sabinates Agrippæ Furio, & Servio Sulpicio. Prius cum Volsiniensibus pugnatum est: bello numero hostium ingens, certamine haud sane alperum fuit. Fusa concursu primo acies in fugam, millia octo armatorum ab equitibus intercluta, pedites armis, in deditionem venerunt. Ejus belli fama effecit, ne se pugne committerent Sabinates. Omnibus armati ita tentantes. Romani prædas passim & ex sabinati agro, & ex Volsiniensi, nullo cum vim arcente, egerunt: donec Volsiniensibus tedis bello, ea conditione ut res populo Romano redderent, si eadem que ejus anni exercitui præfuerant, in vigilia anni sequentis. Eodem anno M. Cædicius de plebe nunciavit tribunis, se in nova via, ubi nunc facellum est, supra ædem Vestæ, vocem noctis silentio audisse clariorem humana, quæ magistratibus dici juberet, Gallos advenire. Id ut sit, proceres auctoris humilitatem spretum, & quod longinqui, eoque ignotior, gens erat. Neque deorum modo monita ingruente fato spreta: sed humanam quoque opem, quæ una erat, M. Furium ab urbe auferentem. qui die dictæ ab L. Appuleio tribuno plebis, propter prædam Veientanam, filio quoque adolescente per idem tempus orbatus, quum accitis domum tribulibus & clientibus, quæ magna pars plebis erat, percunctatus animos eorum, reipsonsum tulisse se collaturos quanti damnatus esset; absolvere eum non posse, in exilium abiit: precatus ab Diis immortalibus; *Si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui civitati iniuriae facturent.* abiens quindecim millibus gravis æris damnatur.

Cap. XXXIII. Expulso cive, quo manente, si quicquam humanorum certi est, capi Roma non potuerat; adventante fatali urbi ciade, legati ab Cluinis veniunt, auxilium adversus Gallos petentes. Fam gentem fraditur fama, duduine ferocem, maximeque vini nova tum voluptate captam, Alpes transisse, gregisque ab Etrusciis ante cultos possedisse: & invexisse in Galliam vinum illiciendæ gentis causa. Arruntem Clusinum, ira corruptæ uxoris ab Lucumone, qui tutor is fuerat ipse, præpotente juvene, & aquo ea re pene, nisi externa vis quadita esset, nequirent. hunc transeuntibus Alpes ducem, auctoremque Clusini oppugnandi fuisse. Equidem haud abnuerim, Clusium Gallos ab Arunte, seu quo alio Clusino, adductos: sed eos qui oppugnaverint Clusium, non fuisse qui primi Alpes transierint, satis constat. ducentis quippe annis ante, quam Clusium oppugnarent, ubique Romam caperent, in Italiam Galli transcenderunt: nec cum his primum Etruscorum, sed multo ante cum illis, qui inter Apenninum Alpesque incolebant, sepe exercitus Gallici pugnavere. Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere. mari supero inferoque, quibus Italia insulæ modo cingitur, quantum potuerint, nomina sunt argumento, quod alterum Tuscum commune vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare, ab Adria Tuscorum colonia, vocavere Italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. Ii in utrumque mare vergentes incolere urbibus duodecim terras: prius cis Apenninum, ad inferum mare postea trans Apenninum totidem, quot capita originis erant, coloniis missis. quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui sinum circumcolunt maris, usque ad Alpes tenuere. Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo est, maxime Rhetis: quos loca ipsa efferarunt, ne quid ex antiquo, præter sonum linguæ, nec eum incorruptum, retinerent.

Cap. XXXIV. De transitu in Italiam Gallorum hæc accepimus: Prisco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia est, penes Bituriges summa imperii fuit. Ii regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunaque quum sua tum publica prepollens, quum tuæ imperio ejus Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur posse. Hic magno natu ipse jam, exonerare prægravante turba regnum cupiens, Bellovesum ac Sigovesum, sororis filios, impigros juvenes, miserum se esse in quas Dii dedissent auguriis sedes, obtendit. Quantum ipsi vellent numerum hominum, excirent, ne qua gens arcere advenientes posset. Tum Sigovesio sortibus dati Hercinii saltus: Bellovesio haud paulo lætiorem in Italiam viam Dii dabant. Is, quod eis ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos, Senones, Æduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, excivit. Profectus ingentibus peditum equitumque copiis, in Tricastinos venit. Alpes inde oppositæ erant, quas inexsuperabiles vias, haud equidem miror, nulla dum via (quod quidem continens memoria est) nisi de Hercule fabulis cælere libet) superatas. Ibi quum velut sepros montium altitudo teneret Gallos, circumspectarentque quanam per junita cœlo juga in alium orbem terrarum transirent, religio etiam tenuit: quod allatum est, advenas quærentes agrum ab Salyum gente oppugnari. Massiliensis erant hi, navibus a Phocæa profecti. Id Galli fortunæ hæc omen rati adjuvere, ut quem primum in terram egressi occupaverant locum, parentibus silvis communirent. ipsi Taurino saltu invias Alpeis transcenderent et subjecte acie Tuscis, haud procul Ticino flumine, quum in quo confederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognomine Insubribus pago Heduorum, ibi, omen sequentes loci, condidere urbem: Mediolanum appellarunt.

Cap. XXXV. Alia subinde manus Cænomanorum Elitrovio duce vestigia priorum secuta, eodem saltu, favente Bellovesio, quum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt (locos tenuere Libui) considunt. port hos Saluvii, prope antiquam gentem Leevos, Ligures, incolentes circa Ticinum amnem. Boiorino deinde Boii, Lingonesque transgressi, quum jam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Padoratibus trajecto, non Etruscos modo, sed etiam Umbros agro pellunt: intra Appenninum tamen sese tenuere. Tum Senones, recentibus advenarum, ab Utente flumine usque ad Æsim fines habuere. Hanc gentem Clusium, Romamque inde venisse comperio. id parum certum est, follamne, an ab omnibus Gallis pinorum Gallorum populis adductam. Cluſini novo bello externo, quum multitudinem, quam formas hominum inusitatas cernerent, & genus armorum, audirentque sæpe ab iis eis Padum ultraque, legiones Etruscorum fasas, quamquam adversus Romanos nullum eis jus focietatis amicitiæve erat, nisi quod Veientes confanguineos adversus populum Romanum non defendissent, legatos Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere. De auxilio nihil impetratum. legati tres M. Fabii Ambusti filii missi, qui senatus, populique Romani nomine agerent cum Gallis. Ne à quibus nullam injuriam accepissent, locis populi Romani atque amicos oppugnarent. Romanis cos bello quoque, si res cogat, tuendos esse. sed nullius visum bellum ipsum amoveri, si posset: & Gallos, novam gentem, pace potius cognosci, quam armis.

Cap. XXXVI. Mitis legatio ni præferoces legatos, Gallifque nagis quam Romanis similes, habuisset. quibus postquam mandata ediderunt in concilio Gallorum, datur responsum: *Esse novum nomen audiant Romanorum, tamen credere, viros fortes esse, quorum auxilium a Clusinis, tibi crepida sit imploratum. & quoniam legatione adversus se maluerint quam armis tueri socios, ne se quidem pacem quam illi afferant, aspernari, si Gallis egentibus agro, quem latius possideant quam colant Clusini, partem finitimi concedant. aliter pacem impetrari non posse. Et responsum coram Romanis se accipere velle: & si negetur ager, coram ipsem Romanis dimicaturos, ut nunciare domum possent, quantum Galli virtute cæteros mortales præstarent. Quodnam id jus esset, agrum a possessoribus petere, aut minari armis? Romanis quærentibus, & quid in Etruria rei Gallis esset? quum illi se in armis jus ferre, & omnia fortium virorum esse, ferociter dicerent, accensis utrimque animis ad arma discurritur, & prælium conseritur. Ibi, jam urgentibus Romanam urbem fatis, legati contra jus gentium arma sumunt. nec id clam esse potuit, quum ante signa Etruscorum tres nobilissimi fortissimique Romanæ juventutis pugnarent: tantum eminebat peregrina virtus. Quin etiam Q. Fabius evectus extra aciem equo, ducem Gallorum ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem, latus transfixum hasta occidit, spoliaque eius legentem Galli agnovere, perque totam aciem, Romanum legatum esse, signum datum est. Omissa inde in Clusinos ira, receptui canunt, minantes*

nantes Romanis. Erant, qui exemplo Romam eundum censerent. vicere seniores, ut legati prius mitterentur quæstum injurias, postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur. Legati Gallorum quum ea, sicut erant mandata, exposuissent, senatui nec factum placebat Fabiorum, & jus potiulare barbari videbantur. sed ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis viris, ambitio obstaret. Itaque ne penes ipsos culpa esse cladis forte Gallico bello acceptæ, cognitionem de postularis Gallorum ad populum rejiciunt. ubi tanto plus gratia atque opes valuere, ut quorum de pœna agebatur, tribuni militum consulari potestate in insequentem annum crearentur. Quo facto, haud dubie quam dignum erat, infensi Galli, bellum propalam minantes, ad suos redeunt. Tribuni militum cum tribus Fabiis creati Q. Sulpicius Longus, Q. Servilius quartum, Ser. Cornelius Maluginensis.

Cap. XXXVII. Quum tanta moles mali instaret (adeo occæcat animos fortuna, ubi vim suam ingruentem refringi non vult) civitas, quæ adversus Fidenatem & Veientem, alioque finitimos populos ultima experiens auxilia, dictatorem multis tempestatibus dixisset; ea tunc inulitato atque inaudito hoste, ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente, nihil extraordinarii imperii aut auxilii quæsivit. Tribuni, quorum temeritate bellum contractum erat, summæ rerum præerant: delectumque nihilo accuratiorem quam ad media bella haberi solitus erat, (ne renuantes etiam famam belli) habebant. Interim Galli, postquam accepere, ultro honorem habitum violatoribus juris humani, elusamque suam legationem esse, flagrantes ira, cujus imporens est gens, confestim signis convulsis, citato agmine iter ingrediuntur. Ad quorum pervenerunt raptim tumultum quum exteritæ urbes ad arma concurrerent, fugaque agrestium fieret, Romam sese, magno clamore significabant. quacunque ibant, equis virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci. Sed antecedente fama, nunciisque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum, plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit. quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto, ægre ad undecimum lapidem occurtum est, qua flumen Allia Crustuminis montibus præalto defluens alveo, haud multum infra viam Tiberino amni miscetur. Jam omnia contra circaque hostium plena erant, & nata in vanos tumultus gens, truci cantu, clamoribusque variis, horrendo cuncta compleverant sono.

Cap. XXXVIII. Ibi tribuni militum, non loco castris ante capto, non præmunito vallo, quo receptus esset, non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicato, nec litato, instruunt aciem diductam in cornua, ne circumveniri multitudine hostium possent. nec tamen æquari frontes poterant, quum extenuando, infirmam & vix cohærentem mediam aciem haberent. Pudor erat ab dextera editi loci: quem subsidiariis repleri placuit: eaque res ut initium pavoris ac fugæ, sic una salus fugientibus fuit. Nam Brennus regulus Gallorum, in paucitate hostium artem maxime timens, ratus ad id captum superiorem locum, ut ubi Galli cum ea fronte recta fronte concurrissent, subsidia in averios transversosque impetum darent, ad subsidiarios signa convertit: si eos loco depulisset, haud dubius facilem in æquo campi tantum superanti multitudine victoriam fore adeo non fortuna modo, sed ratio etiam cum barbaris stabat. In altera acie nihil simile Romanis, non apud duces, non apud milites erat. pavor fugaque occupaverat animos, & tanta hominum oblivio, ut multo major pars Veios in hostium urbem, quam Tiberis arceret, quam echo itinere Romam ad conjuges ac liberos ferrent. Parumper subsidiarios tutatus est locus. in reliqua acie, simul est clamor proximus ab latere, ultimis ab tergo auditis, ignotum hostem prius pene quam viderent, non modo non tentato certamine, sed ne clamore quidem reddito integri integrique fugerunt. Nec ullis cædes pugnantium fuit. terga cæsa fuomet ipsorum certamine in turba impedientium fugam. Circa ripam Tiberis, quo armis abjectis totum sinistrum cornu defugit, magna strages facta est: multoque imperitos natandi, aut invalidos gravis armis alii fuque regminibus haustere gurgites. maxima tamen pars incolumis Veios perfugit; unde non modo præsidii quicquam, sed ne nuncius quidem cladis Romam est missus. Ab dextro cornu, quod procul a flumine, & magis sub monte steterat; Romanos omnes petiere, & ne clausis quidem portis urbis in arcem confugerunt.

Cap. XXXIX. Gallos quoque velut obstupefactos, miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit. & ipsi pavore defixi primum steterunt, velut ignari quid acciidisset. deinde insidias vereri, postremo cæsorum spolia legere, armorumque cumulos, ut mos eis est, coacervare. Tum demum postquam nihil usquam hostile cernebatur, viam ingressi, haud multo ante Solis occasum ad urbem Romam pervenjunt. ubi quum prægredi

equites, non portas clausas, non stationem pro portis excubare, non armatos esse in muris, retulissent; aliud prorsus simile miraculum eos fugisse: nec quemquam venisse, & ignotæ sitim urbis, inter Romam atque Aricinum consecutos; exploratoribus missis circa mœnia aliasque portas: quanam hostibus in perdita re consilia essent. Romani, quum pars major ex acie Veios perfugisset, nemo superesse quemquam credebant eos, qui Romam refugerant, crederet, complorari omnes pariter vivi mortuique, totam prope urbem lamentis implevisse. Privatos deinde luctus stupefecit publicus pavor, postquam hostes adesse nunciatum est. moxubilarius circa mœnia humanum augurii, sus circa mœnia humanum barbarii, audiebant. Omne inde tempus suspentos ita tenuit animos usque ad lucem alteram, ut identidem jam in urbem futuros videretur imperus primo adventu, quo accepit animad urbem. signifusos enim ad Allian fatisse. nihil hominum coniectura fuit. Deinde tub occasum Solis quia haud multum dici supererat, ante noctem rati fe invasuros; tum in noctem dilatum consilium esse, quo plus pavoris inferrent. Postremo lux appropinquans exsolvit metus: timorique perpetuo spem maiorum conjectura fecit, quum signa nunquam portis sint illata. Necquam tamen ea nocte, neque insequenti die tumultus illi, quæ ad Allian tam pavide fugerat civitas fuit. Nam quum defendi urbem posse, tam parvis relictis manu hoc nulla esset, placuit cum conjugibus ac liberis juventutem militarem, in Capitolium robur, in arcem Capitoliumque confendere: armisque & frumento collatis: ex loco inde munito Deos hominesque & Romanum nomen defendere. Flaminem, sacerdotesque Vestales, sacra publica à cade ab incendiis procul auferre: nec ante desiri cultum eorum, quam non superesset qui colerent. Si arx, Capitoliumque fedes Deorum, si Senatus caput publici consilii, si militaris juventus superfuerit imminenti ruinæ urbis, facile jacturam esse seniorum, relictæ in urbe utique perfurore turbæ. Sic quid æquiore animo de plebe multitudo ferret, senes triumphales consulareque simul se cum illis palam dicere obituros: nec his corporibus, quibus non arma ferre, non tueri patriam possent, oneraturos inopiam armatorum.

Cap. XL. Hæc inter seniores mortui destinatos jactata folatia. Verse inde adhortationes ad agmen juvenum; quos in Capitolium atque in arcem profequebantur, *commendantes virtuti eorum juventaque urbis per trecentos sexaginta annos omnibus bellis victricis, quæcunque res*

qua esset, fortunam. Digredientibus qui ipsum omnem atque opem secum ferebant ab iis qui captæ urbis non superesse flebantur exitio; quum ipsis res ipsesque miserabilis erat, tum muliebris fletus & concurtatio incerta, nunc hos nunc illos sequentium, regit antiumque viros nato quæ, cui te fato dare nt, nihil quod humanis superesse malis, relinquebant. magna pars tamen earum in arcem fuos profecturæ sunt, nec prohibente ullo, nec vocante: quia quod utile obsessis ad minuendam imbellem multitudinem, id parum humanum erat. Alia maxime plebis turba, quam nec cæræ e nec exiguus cellis nec arcere intra portas inopia frumenti poterat, ea ubi e civitas velut agmine jam uno periit Janiculum. inde pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas; sine ullo duce aut ce nentium, fuam quisque ipsum, ita consilia, communibus deplorantis, exsequentes. Ardea in interiore Quirinalis virginisque Vestales, omnia rerum fuarum curaque sacrorum secum ferendas, quæ (quia vires ad omnia ferendas deerant) relinquenda esse ratus consultantes, quibus ea locus fidelissime servaturus custodia esse; opplimum ducunt, credita ei cellis facello proximo ædibus fianinis Quirinalis, ubi nunc despui religio est, de fodere: cærera inter se onere partito fervunt, via quæ publicio ponte ducit ad Janiculum. In eo clivo casu um L. Albinius de plebe Romana homo conspexisset, plaustro conjugem ac liberos vehentes inter cetera turbam, quæ inutilis bello urbe excedebat; falvo etiam rum diffirimine divinarum humanarumque rerum; intelligiosum ratus sacerdotes publicos ficraque populi Romani pedibus ire, ferrique; se ac suos in vehiculo conspici; defendere incommoda pueros juttis, virginesque ætate in plaustrum impositi: se Cære, quo iter sacerdotibus erat, pervexit.

Cap. XLI. Romæ interim, satis jam omnibus, ut in tali re, ad tuendam arcem compositis, turba seniorum domos regressa, adventum hostium opperiebatur ad mortem animo exspectabat, qui eorum curules gesserant magistratus, ut in fortunæ priftinæ honorumque aut virtutis insignibus moriorentur, quæ augustissima vestis est thensas ducentibus, triumphantibusve, ea vestiti medio ædium obtinebant fedes. Sedet, qui M. Fabio Pontifice maximo præfante carmen, devovisse eos se pro patria, Quiritibusque Romanis tradant. Galli, & quia interpolita nocte à contentione pugnæ remiserant animos, & quod nec in acie ancipiti usquam cervaverant pvello, nec tum imperu aut vi capiebant urbem, sine ira, sine ardore animorum ingressi

Ingressi postero die urbem, patente Collina, orta in forum perveniunt; circumsentes oculos ad templa Deum, arcemque solam belli speciem renentem. Inde medio relicto præsidio (re quis in diffisatos ex arce aut Capitolio impetus fieret) dilapsi ad prædam vacuis occurfu hominum viis, pars in proxima quæque tectorum agmine ruunt: pars, ultima, vefut ad demum intacta & referta præda, petunt. inde rurfus ipsa folitudine abterriti, ne qua fraus hostilis vagos excipere, in forum ac propinqua foro loca congregati redibant: ubi eos, plebis ædificiis obfessis, parentibus atriis principum, major prope cunctatio tenebat, aperta quam clausa invadendi. adeo haud secus quam venerabundi intuebantur in ædium vestibulis sedentes viros, præter ornatum habitumque humano augustiorem; majestate etiam, quam vultus gravitasque oris præ se ferebat, similimos Diis. Ad eos veluti simulacra versi quum starent, M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti, scipione eburneo in caput incusso iram movisse: atque ab eo initium cædis ortum, cæteros in sedibus suis trucidatos. Post principum cædem, nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhaustis inijci ignes.

Cap. XLII. Cæterum, seu non omnibus delendæ urbis libido erat, seu ita placuerat principibus Gallorum, & ostentari quædam incendia, terroris causa, fi compelli ad deditionem caritate sedium suarum obsessi possent, & non omnia concremari tecta, ut quedeunque fuj, effet urbis id plenus ad sustendos hostium animos haberent; ea magnam partem perinde atque in castra urbe prima die aut passim aut late vagatus est ignis. Romani ex arce plenam hostium urbem cernentes, vagosque per vias omnes cursus, quum alia atque alia parte nova aliqua clades oriretur, non mendibus tantum, quippe, sed & auribus quidem atque oculis satis constare poterant. Quocunque clamor hostium, mulierum puerorumque plorarus, sonitus flammæ, & fragor ruentium tectorum avertisset, paventes ad omnia, animos oraque & oculos flectebant: velut ad spectaculum a fortuna positi occidentis patriæ; nec ullius rerum suarum relicti, præterquam corporum, vindices. tanto ante alios miserandi magis, qui unquam obsessi sunt, quod intercluli a patria obsidebantur; omnia sua cernentes in hostium potestate. Nec tranquillior nox diem tam fæde actum excepit: lux deinde nocte inquietam est, nec ullum erat tempus, quod a novæ semper cladis alicujus spectaculo cessaret. Nihil tamen tot onerari atque obruti malis flexerunt animos: quin, etsi omnia flammis ac ruinis ejuata vidissent, quamvis inopem parvumque, quem tenebant, cœlum, libertati relictum, virtute defenderent; & jam, quum eadem quotidie acciderent, velut assueti malis, abalienarent ab hostibus animos; arma tantum ferrumque in dextris, velut tolas reliquias spei fuæ, intuentes.

Cap. XLIII. Galli quoque per aliquot dies in tecta modo urbis nequicquam bello gesto, quum interim incendia ac ruinæ captæ urbis nihil supereisse præter armatos hostes videret, nec quicquam tot cladibus territos, nec flexuros ad deditionem animos, ni vis adhiberetur; experiri ultima & impetum facere in arcem statuunt. Prima luce signo dato, multitudo omnis in foro instruitur. inde clamore sublato ac redintegrata fecta, subeunt. adversus quos Romani nihil temere nec trepide, ad omnes aditus stationibus firmatis, qua signa ferri videbant, ea robore virorum oppolito scandere hostem sinunt: quo sicuteeferit magis in arduum, eo pelli posse per proclive facilius rati. Medio fere clivo retinere: atque inde ex loco superiore, qui prope sua sponte in hostem inferebat, impetu facto, strage ac ruina fudere Gallos: ut numquam postea nec pars nec universi tentaverint rursus pugnæ genus. Omissa itaque spe per vim atque arma subeundi, obsidionem parant, cujus ad tempus immemores, & quod in urbe fuerat frumentum, incendiis urbis absumpserant, & ex agris per ipsos dies raptum omne Veios erat. Igitur exercitu diviso, partim per finitimos populos prædari placuit, partim obsideti arcem; ut eadem tribus frumentum populatores agrorum præberent. Proficiscentes Gallos ab urbe ad Romanam experiendam virtutem, fortuna ipsa Ardeam, ubi Camillus exulabat, duxit. qui mœstior ibi fortuna publica quam sua, quum Dijs hominibusque accusandis fenesseret, indignando mirandoque ubi illi viri essent, qui secum Veios Falerisque copissent, qui alia bella fortius semper quam felicius gessissent; repente audit Gallorum exercitum adventare atque de eo pavidos Ardeates consultare. nec secus quam divino spiritu tactus, quum se in mediam concionem intulisset, abstinere suetus ante talibus consiliis;

Cap. XLIV. *Ardeates, inquit, veteres amici, novi etiam cives mei, quamvis & vestrum beneficium ita fuit, & fortuna: hoc erit meum, nemo nostrum conditionis meæ obliitum me huc processisse putet: sed res, ac periculum commune cogit, quod qui-*

quisque possit in re trepida præsidii, in medium conferre. Et quando ego vobis, pro tantis vestris in me meritis gratiam referam, si nunc esse vivere? aut ubi ipsis erit mei vobis si in bello non fuerit? Hac arte in patria fieri: & in civicus bello, in pace ab ingratis civibus pulsus fum. Vobis autem, Ardeates, fortuna oblata est, & pro tantis præsidiis populi Romani beneficiis, quantis ipsi mentibus? (nec enim exprobranda apud memores sunt) gratia referenda; & huic urbi decus ingens belli ex hoste communi parienti. Quæ essio animo adveniat gens est, cui natura corpora animasque magna magis quam prava dederit. eo in certamen omne plus terroris quam vianum ferunt. Argumento sit clades Romana, patentem capere urbem; ex arce Capitolioque his exigua resistitur manu. Jam obsidionis tædio victi abscedunt, cæpisque per agros palantur, cibo vinoque raptim hausto repleti. Ubi nox adpetit, prope vicus aquarum, sine munimento, sine statu hostibus ad insidias palam forarum ritu sternuntur: nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti. Si vobis in animo est, tueri mœnia vestra, nec pati hæc omnia Galliam fieri; prima vigilia capite arma frequentes. Ate sequimini ad cædem, non ad pugnam, nisi victos somno, velutí pecudes, trucidandos tradidero; non recuso eundem Ardeæ rerum mearum exitium, quem Romæ habui.

Cap. XLV. Æquis iniquisque perfuasum erat, tantum bello virum neminem usquam ea tempestate esse. Concione dimissa, corpora curant, incenti quam maxi signum daretur, quo daro, primæ noctis silentio ad portas Camillo præsto fuere. Egressi haud procul urbe, sicuti prædictum erat, castra Gallorum intuta neglectæque ab omni parte nacti, clamore invadunt. Nusquam præsium, omnibus locis cædes est: nuda corpora, & soluta somno truncidantur. extremos tamen pavor cubilibus suis excitos, quæ aut undevis esset ignaros in fugam, & quosdam in hostem ipsum improvidos tulit. magna pars in agrum Antiatem delati, incursione ab oppidanis in palatos facta, circumveniuntur. Similis in agro Veienti Tusculano facta strages est: qui urbis jam prope quadringentesimum annum vicinæ, oppressæ ab hoste inusitato inauditoque, adeo nihil miserti sunt, ut in agrum Romanum eo tempore incursiones facerent, plenique prædæ Veios etiam prædidumque, & ipsem ultimam Romani nominis in animo habuerint oppugnare. Videbant eos milites Romani vagantes per agros, & congregatos agmine prædam præ se agentes, & castra cernebant haud procul Veiis posita. Inde primum miseratio sui, deinde indignitas, atque ex ea ira animos cepit, Etruscine etiam æquibus bellum Gallicum in se verti? sat, ludibrio esse clades suas? Vix temperavere animis, quin extemplo impetum facerent, compressique à Cædicio Centurione, quem sibimetipsi præfecerant, rem in noctem sultinuere. Tantum par Camillo defuit auctor, cæteia eodem ordine eodemque fortunæ eventu gesta, quin etiam ducibus captivis, qui cædi noctumæ superfuerant, ad aliam manum Tusculum ad Salinas profecti, nocte insequenti ex improviso majorem cædem edidere: duplicique victoria ovantes Veios redeunt.

Cap. XLVI. Romæ interim plerumque nihil hi fegnis, utrimque filentium esse; ad id tantum intentis Gallis, ne quis hostium evadere inter stationes posset: quum repente juvenis Romanus admiratione in se cives hostesque convertit. Sacrificium erat statum in Quirinali colle genti Fabiæ. ad id faciendum C. Fabius Dorso, Gabino cinctu, sacra manibus gerens, quum de Capitolio descendisset, per medias hostium stationes egressus, nihil ad vocem cujusquam terroremve motus, in Quirinalem collem pervenit. ibique, omnibus solenniter peractis, eadem reversus similiter constanti vultu gradusque, latis fperans, propinquos fuæ Deosque rum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset, in Capitolium ad suos rediit: seu attonitis Gallis miraculo audaciæ, seu religione etiam motis, cujus haudquaquam negligens est gens. Veiis interim, non animi tantum indies, sed etiam vires crescebant: nec Romanis satis ea conveniebius ex agris, qui aut præcipio adverso aut clade captæ urbis palati fuerant, sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus, ut in parte prædæ essent. Maturum jam videbatur, repeti patriam, eripique ex hostium manibus: sed corpori valido caput deerat. Locus ipse admonebat Camilli, & magna pars militum erat, qui ductu auspicioque ejus res pro spere gesserant: & Cædicius negare, se commissurum, cur sibi aut Deorum aut hominum quisquam imperium fi niret potius, quam ipse memor ordinis sui poseret imperatorem. Consensu omnium ab senatu ad Camillum acciri; sed antea consulto Senatu, qui Romæ esset. adeo regebat omnia pudor, diterminaque rerum prope perditis rebus servabant. Ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat, ad eam rem Pontius Cominius, impiger juvenis, operam pollicitus, incubans cortici, secundo Tiberi ad urbem defertur. inde qua proximum fuit à ripa, per præruptum eoque neglectum hostium custodia saxum, in Capitolium evadit:

dit: &c, ad magistratus ductus, mandata exercitus edit. Accepto inde Senatus decreto, ut & comitiis curiatis revocatus de exilio, justu populi Camillus dictator extemplo diceretur, militesque haberent imperatorem quem vellent, eadem degressus, nuncius Veios contendit: insistque Ardeam legati ad Camillum, Veios eum perduxere: seu, (quod magis credere liber, non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam: quod nec injussu populi mutari finibus posset, nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere;) lex curiata lata est, dictatorque absens dictus.

Cap. XLVII. Dum hæc Veiis agebantur, interim arx Romæ Capitoliumque in ingenti periculo fuit. namque Galli, lyo vestigio notato humano, qua nuncius à Veiis pervenerat, seu fua sponte animadverso ad Carmentis saxum ascensu æquo, nocte sublustri, quum primo inermem, qui tentaret viam, præmisissent, tradentes inde arma, ubi quid insiqui esset, alterni innixi, sublevantesque invicem & trahentes alii alios, prout postularet locus; tantus exercitus in summum evasere, ut non custodes solum fallerent: sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos stre pitus, excitarent. Anseres non fefellere, quibus sacris Junoni, in summa inopia cibi, tamen abstinebatur. quæ res saluti fuit. Namque clangore eorum excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat, vir bello egregius, armis arreptis simul ad arma cæteros ciens vadit. & dum cæteri trepidant, Gallum, qui jam in summo constiterat, umbone ictum deturbat. Cujus casus prolapsi quum proximos sterneret, trepidantes alios, armisque missilis, saxa, quibus adhærebant, manibus amplexos, trucidat. jamque & alii congregati telis missilibusque saxis prorutbare hostes, ruinaque tota prolapsi acies in præceps deferri. Sedato deinde tumultu, reliquum noctis (quantum in turbatis mentibus poterat, quum præteritum quoque periculum sollicitaret) quieti datum est. Luce orta, vocatis clasfico ad concilium militibus, ad tribunos, quum & recte perperam facto pretium deberetur; Manlius primum ob virtutem laudatos donatosque, non ab tribunis solum militum, sed consensu etiam militari: cui universi fælibras farris, & quartarios vini, ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt. rem dictu parvam, cæterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis, cum le quisque victu suo fraudando, detractum corpori atque usibus necessariis ad honorem unius viri conferret. Tum vigiles ejus loci, qua fefellerat ascendens hostis, citati: & quum in omnes more militari se animadverfurum Q. Sulpicius tribunus militum pronunciasset; consentiente clamore militum, in unum vigilem conjicientium culpam, deterritus, à cæteris abstinuit: reum haud dubium ejus noxæ approbantibus cunctis de laxo dejecit. Inde intentiores utrimque custodiæ esse & apud Gallos, quia vulgatum erat inter Veios Romanque nuncios commeare: & apud Romanos ab nocturni periculi memoria.

Cap. XLVIII. Sed ante omnia obsidionis bellique mala, fames utrimque exercitum urgebat: Gallos pestilentia eriam, quum loco jacente inter tumulos castra habentes, tum ab incendiis torrido & vaporis pleno, cinereque, non pulverem modo ferente, quum quid venti motum esset. quorum intolerantissima gens humoreque & frigori assueta; quum æstu & angore vexaret, vulgatis velut in pecua morbis, morerentur; jam pigritia singulos fepeliendi, promiscue acervatos cumulos hominum urebant: buftorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere. Indicia deinde eum Romanis factæ, & colloquia per tribunos imperatorum habita: In quibus quum identidem Galli famem objicerent; eaque neceffitate ad deditionem vocarent; dicitur avertendæ ejus opinionis causa multis locis panis de Capitollo jactatus esse in hostium stationes. Sed jamque diffimulari, neque ferri ultra fames potuit. Itaque dum dictator deiectum per se Ardeæ habet, magistrum equitum L. Valerium à Veiis abducere exercitum jubet, parat instruitque quibus haud impar adoriatur hostes: interim Capitolinus exercitus stationibus vigiliisque fessus, superatis tamen humani omnibus malis, quum tamen vana natura vinci non sineret: diem de die prospectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret; poftremo ipe quoque jam, non solum cibo, deficiente, &, quum stationes procederent, prope obruentibus infirmum corpus armis; vel dedi, vel redimi se, quacumque pactione possent, justit: jactantibus non obscure Gallis, haud magna mercede se adduci posse, ut obsidionem relinquant. Tum senatus habitus, tribunisque militum negotium datum, ut paciscerentur. Inde inter Q. Sulpicium tribunum militum, & Brennum regulum Gallorum colloquio transacta res est, & mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum. Rei fœdissimæ per se, adjecta indignitas est. ponderi ab Gallis allata iniqua, &, tribuno recusante, additus ab insolente Gallo ponderi gladius: audiaque intoleranda Romanis vox, *Væ victis esse.*

Cap. XLIX. Sed Diique & homines prohibuere redemptos vivere Romanos. nam parte quadam, prius quam infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenso, dictator intervenit; auferique aurum de medio, & Gallos submoveri jubet. Quum illi reniterentes, pactos dicerent esse, negat eam pactionem ratam esse, quæ post quam ipse dictator creatus esset, injussu suo ab inferioris juris magistratu facta esset: denunciatque Gallis, ut ad prœlium expediant. Suos in aciem conjicere farcinas, & arma aptare, ferroque non auro recuperare patriam jubet; in conspectu habentes sua Deum, & conjuges, & liberos, & solum patriæ deforme bello malis, & omnia quæ defendi repetique & ulcisci fas fit. Instruit deinde aciem, ut loci natura patiebatur, in semiruræ solo urbis, & natura inæquali, & omnia quæ arte belli secunda fieri eigi præterire, properans, providit. Galli nova re trepidi arma capiunt, iraque magis quam consilio in Romanos incurrunt. Jam vertere fortuna, jam Deorum opes humanaque consilia rem Romanam adjuvabant igitur primo concursu haud magnæ momento clades facta sunt, quam ad Allium vicerant. Jutiore altero deinde prœlio ad octavum lapidem Gabina via, quo se ex fuga contulerant, ejusdem ductu auspicioque Camilli vincuntur. Ibi cædes omnia obtinuit, castra capiuntur, & ne parricius quidem clades relictus. Dictator, recuperatæ ex hostibus patriæ, triumphans in urbem redit: interque jocos militares, quos incondites jaciunt, Romulus ac pater patriæ conditorque alter urbis, haud vanis laudibus appellatur. Servatam deinde bello patriam, iterum in pace haud minus servavit, quum prohibuit migrari Veios: & tribunis rem intentius agentibus post incensam urbem, & per seinclinata magis plebe ad id consilium, eaque causa fuit non abdicandæ post triumphum dictaturæ, senatu obsecrante, ne rempublicam in incerto relinquerat Ratu.

Cap. L. Omnium primum, ut erat diligentissimus religionum cultor, quæ ad Deos immortales pertinebant, retulit: & senatusconsultum fecit: *Rama omnia, quod ea hostes possedissent, rostitucrentur, templaque eorum in locis per dumnitos quæ erant.* Cum Caerelitus publice hospitium fuerat, quod sacra populi Romani ac sacerdotes recepissent, benefacioque ejus populi non paternissimus bonos Deum immortalium esset: huic Capitolini fuerant quod Jupiter optimus maximus suam sedem atque aremque populi Romani in re trepida tutatus esset: colleguntque ad eam rem M. Furius dictator constituerat, ex his qui in Capitolio atque arce habitarent. Explandæ etiam vocis nocturnæ, quæ nuncia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque esset, mentio illata, justumque templum in Nova via Alo Locutio fieri. Aurum quod Gallis pro auro datum quodque ex aliis templis inter trepidationem in Jovis cellam collatum, quum in quæ referri oporteret, centa memoria esset, sacrum omne judicarium, & sub Jovis sella poni jussum. Jam ante in eo religio civitatis adparuerat, quod quum in publico deoiset aurum, ea qua summa pactæ mercedis Gallis conficret, à matronis collatum acceperant, ut sacro auro abstinerentur. Matronis gratiæ actæ, honosque additus, ut earum fiscut virorum, post mortem laudatio esset. His peractis quæ ad Deos pertinebant, quum senatum tum agi peterant; tum demum, agitantibus tribunis plebem adsidiis concionibus, ut relictis ruinis in urbem paratam Veios transmigrarent; in concionem, universi senatu propeque quente, descendit, atque ita verba fecit:

Cap. LI. *Adeo mihi acerba fuit, Quirites, concio ista, quum tribunis plebis, ut nec trepidimi exitii paludatum aliud habuerim, quod Ardeæ vixi, quam quod procul ab his cerasmimibus eram: & ob eadem hæc non, nisi me senatusconsulto populique jussu revocaretis, rebiturus tumquam fuerim. Nec nostra, ut videtis, mea voluntas mutata, sed nostra fortuna populit, quippe ut in sua sede manseie patria, id agebatur: non ut eo utique in patria esset: & nunc quidem ac tacerem libenter, nisi hæc quoque pro patria æmicatio ex adversa fortuna fuisset, ab illis turbe, camillo etiam nolus est. Quid enim repetimus? quid obsessam ex hostium manibus eripuimus, si reuperatam ipsi desertimus? & cum victoribus Gallis capta tota urbe, Capitolium tamen atque arcem Dique & homines Romani tenuimus, habitavimus ni; victoriam Romani recuperata urbe, arce quoque & Capitolium defuitur: & plus vigilitatis huic urbi secuta nostra fortuna faciet, quam adversa fecit. Equidem si nobis cum urbe simul posse traditaque per manus religiones nullo fuisset, non tam exilium nunc mihi, de compositæ rebus affuit Romanis, ut omnium negligentium divini cultus exemplum hominibus putem. Innumini enim horum deinceps animorum vel secundas res vel adversas; incommoditis omnia prospere evenisse sementibus Deos, adversa pravis. Jam omnium primum Veiens bellum (per quot annos, quantis labore gestum!) non ante cepit finem, quam monitus*

mônitu Deorum aqua ex lacu Albano emissa est. Quid hæc tandem urbis nostræ clades nova? num ante exorta est, quam ſpreta vox cælo emiſſa de Senone Gallorum, quæ tua gentium ſines ab legatis noſtris violatius quam à nobis, quum vindicari deberet, eadem negligentia Deorum præterniſſum? Iritur victi captique ac redemti tantum panarum Diis hominibuſque dediſtis, ut terrarum orbi documento eſſemus. Adverſa deinde res admonuit nos reſtituendi. Conſiſtens in Capitolium ad Deos, ad Sedem Jovis optimi maximi: facra in ruina rerum noſtrarum alia terræ celavimus, alia avecta in finitimas urbes amovimus ab hoſtium oculis. Deorum cultura, deſerti ab Diis hominibuſque tanto non interpellamus. Reddidere legiones patriam, & victoriam: & antiquum belli decus amiſſum: & in hoſtes, qui cæci avaritia in pondere auri fœdus ac ſidem ſeſtimarunt, verterunt terrorem, ſugamque & cædem.

Cap. LII. Hæc cuî neglectis quæ numinis tanta nominem? in rebus humanis cernentes, ecquid ſentis, Quirites, quantum vitiorum ex naufragiis priorîs culpæ claſſisque emergentes, parentus nefas? Urbem auſpicato inauguratoque conditam habemus: muros locis in ea non reſpectantibus Deorum? Ludi ſæ-ſtiniis ſolennibus non dies magis ſtati quam loca ſunt. In quibus fiunt. Hos omnes Deos, publicos privatoſque, Quirites, deſertui eſtis? Quam parvo veſtrum factum eſt, quod in obſidione nuper in agrogio adoleſcente C. Fabio, non minus ſolliciti ſuiſtis de urbe quam caſtra, de pectum eſt; quum inter Gallica tela degreſſus ex arce ſolenne Fabiæ gentis in colle Quirinali obiit? An gentilicia ſacra ne in bello quidem intermiſi, publica ſacra & Romanos Deos etiam in pace deſeri placet? Quæ ſolennia ſtatuimus ne diſcentiones publicarum religionum eſſe, quam privatas in ſolenni gentis fuerit? Forſitan aliquis dicat, aut Ivis ea nos facturos, aut hæc inde miſſuros ſacerdotes noſtros. qui faciant: quorum nemini dari ſacris certimenti poteſt. Quis omnia generatim ſacra omneſque perſenſim Deos, in Jovis ſpolio, num alibi, quam in Capitolio putavit ſuſcipi poteſſe? Quid de æternis Veſtæ ignibus, ſi noque, quod imperii pignus cuſtodiri ejus templi tenetur, loquar? quid de auſpiciis veſtris, Mars Gradive tuque Quirine pater? hæc omnia in profano deſeri placet ſacra, aqua-ſtilia uſui, quædam vetuſtiora origine urbis? Et videte quid inter nos ac majores intereſſit. illi ſacra quædam in monte Albano Lavinioque miſſa ſuſcepta tradiderunt. An ex poſtilio urbibus Romam ea nos tranſferi ſacra religioſum fuit: hinc fine placulo in hoſtium urbem Veios tranſferemuſs? Recordamini agitatum quoties ſacra inſtaurentur, quia aliquid ex patrio ritu negligentius celſeve prætermiſſum eſt. Modo quæ res, poſt prodigium Albani lacus, niſi inſtauratio ſacrorum auſpiciorumque renovatio, affecta Veientî bello reipublicæ remedio fuit? At etiam, tamquam veterum religionum memores, & peregrinos Deos tranſtulimus Romam, & inſtitutimus novos. Juno Regina tranſvecta à Veiis nuper, in Aventino, quam inſigni ob excellens matronarum ſtudium, celebrique dedicata eſt die? Ab Loculio templum propter exiſtum vocem exaudiſam in Nova via juſſimus peri. Capitolino ludos celebrari ollis additimus? collegiumque ad id novum, auctore ſenatu, conditimus. Quid horum opus fuit ſuſcipi, ſi una cum Gallis urbem Romanam reliſſent ſulmus? ſi non voluntate manſimus in Capitolio per tot menſes obſidionis? ſi ab hoſtibus ritus patrios hunc? De ſacris loquimur, & de templis: quid tandem de ſacerdotibus? Nonne in mentem venit, quantum piaculi committatur? Veſtalibus nempe una illa ſedes eſt, ex qua ea nihil umquam poterit egiam tuos capta movit. Flaminî dialî nefas unam noctem extra urbem meſas eſt. Hos Velentes pro Romanis faciuri eſſis ſacerdotes, & Veſtales ine te deſerent Veſta? & Flamen peregre habitando, in ſingulas noctes tantum ſibi reique publicæ placuit contrahere? Quid alia, quæ auſpicato agimus omnia, ſine intra pomerium, cui oblivioni, aut cui negligentiæ damus? Comitia curiata, quæ rem militarem continent; comitia centuriata, quibus conſules tribunoſque militares creatis, ubi auſpicato, niſi ubi adſolent, fieri poſſunt? Veſtone hæc tranſferemus? an comitiorum cauſſa populus tanto incommodo in deſertam hanc ab Diis hominibuſque urbem conveniet?

Cap. LIII. Sed res ipſa cogit noſtam incendiis ruinisque reliquere urbem, & ad interna omnia Veios migrare. Hæc tandem ratio una placet vexare. Hanc autem facilari magis cauſſam, quam verum eſſe, ut ego non dicam, apparet vobis, Quirites, puto, qui meminiſtis ante Gallorum adventum, ſalvis tectis publicis privatisque, ſtante Capitolio urbe, hanc eandem rem natam eſſe, ut Veios tranſmigraremus. Et videte, quantum inter meam ſententiam veſtramque interſit, tribui. Vos etiam ſi tunc faciendum non fuerit, nunc utique faciendum putatis: ego contra (nec id mirari ſitis, priusquam, quale ſit, audiſtis) etiamſi tunc migrandum ſuiſſet

incolumi tota urbe, nunc has ruinas reliquendas non censerem. Quippe tum causa nobis in urbem capiam migrandi victoria esset, gloriosa nobis ac posteris nostris; nunc hæc migratio nobis misera ac turpis, Gallis gloriosa est. non enim reliquisse victores, sed amisisse victi patriam videbimur. hoc ad Alliam fuga, hoc capta urbis hoc circumsessum Capitolium necessitatis imposuisse, ut deseremus penates nostros, exitiumque ac fugam nobis ex eo loco consciscremus, quem tueri non possemus. & Galli evertere potuerunt Romam, quam Romani restituere non videbuntur potuisse? Quid restat, nisi ut jam nostis copiis veniant. (constat enim vix credibilem multitudinem esse) & habitare in capta ab se, deserta a nobis, hac urbe velint. finatis? Quid si non Galli hoc, sed veteres hostes vestri, Æqui Volscive faciant, uti commigrent Romam? Velitiæ illos Romanos, vos Veientes esse? an malitis hanc solitudinem vestram, quam urbem hostium esse? non equidem video quid magis nefas sit. hæc scelera, quia piget readificare, hæc dedecora, pati parati estis? Si ista urbe nullum melius ampliusve tectum fieri possit, quam casa illa conditoris est nostri, non in casis ritu pastorum agrestium, sed in domibus habitare sat patiis inter sacra penatesque deos est, quin excolatum publice ire? Majores nostri convene pastoresque, quum in his locis nihil præter silvas paludesque esset, novam urbem tam brevi ædificaverint: nos capitolio, arce incolumi, stantibus templis Deorum, ædificare incensam pigeat? & quod simul faciunt Fabii, si ædes nostræ desiccassent, hoc in publico incendio universi recusamus facere?

Cap. LIV. Quid tandem, si fraude, si casu Veiis incendium ortum sit, ventoque (ut fieri potest) diffusa flamme magnam partem urbis absumat; Fidenas inde aut Gabios, aliamve quam urbem quæsituri sumus, quo transmigremus? Adeo nihil tenet solum patriæ? nec hæc terra quam matrem appellamus? sed in superficie tigujusque caritas nobis patriæ pendet? Equidem, fatebor vobis, esse minus injuriæ vestræ quam meæ calamitatis meminisse juvat; quum abessem, quotiescunque patria in mentem veniret, hæc omnia occurrebant, colles, campique, & Tiberis, & assueta oculis regio, & hoc cælum sub quo natus educatusque essem. quæ vos, Quirites, nunc moveant potius caritate sua, ut maneatis in sede vestra, quam posteaquum reliqueritis ea, macerent desiderio. Non sine causa Dii hominesque hunc urbi condendæ locum elegerunt; saluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur, quo maritimi commeatus accipiantur: mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum: regionem Italiæ medium, ad incrementum urbis natum unice locum. Argumento est ipsa magnitudo tam novæ urbis. trecentesimus sexagesimus quintus annus urbis, Quirites, agitur: inter tot veterrimos populos tamdiu bella gerimus, quum interea, ne singulas loquar urbes, non conjuncti cum aliquis Volsci, tot tam validæ oppidum, non universa Etruria tantum terra marique pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ, bello vobis par est. Quod quum ita sit, quæ (malum) ratio est expertis alia experiri, quum jam, ut virtus vestra tranquillo possit, fortuna certe hoc hujus transferri non possit? Hic Capitolium est, ubi quondam capite humano invento respondsum est, eo loco caput rerum summamque imperii fore. hic, quum augurato hoberaretur Capitolium, Juventas Terminusque maximo gaudio patrum nostrorum moveri non passi. hic Vestæ ignes, hic Ancilia cælo demissa, hic omnes propitii manentibus vobis Dii.

Cap. LV. Moviste eos Camillus tum alia oratione, tum ea quæ ad religiones pertinebat, maxime dicitur. sed rem dubiam decrevit opportune vox emissa, quæ quum senatus nobilissimo quisque de rebus in curia Hostilia haberetur, cohortesque ex prætidiis revertentes, forte agmine forum transirent, centurio in comitio exclamavit: Signifer, statue signum: hic manendo optime. qua voce audita, & senatus, accipere se omen, ex curia egressus, conclamavit, & plebes circumfusa approbavit. Antiquata deinde lege, promiscue urbs ædificari cœpta. Tegula publice præbita est: saxi materiæque cædendæ, unde quisque veller, jus factum: prædibus acceptis eo anno ædificia perfectoros. Festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omisso sui alieniique discrimine, in vacuo ædificant. Ea est causa, ut veteres cloacæ, primo per publicum ductæ, nunc privata passim subeant tecta: formaque urbis fit occupando magis, quam divisæ similis.

EPITOME

LIBRI VI.

Res adversus Æquos & Volscos & Prænestinos prospere gestas continet. Quatuor tribus additæ, Stellatina, Sabatina, Tromentina, Narniensis. M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat: quum obstrictos ære alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine affectati regni damnatus; de saxo Tarpeio dejectus est: in cujus notam Senatusconsultum factum, ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset. C. Licinius, & L. Sextius trib. pleb. legem promulgarunt, ut consules etiam ex plebe fierent, qui ex Patribus creabantur. eamque legem cum magna contentione repugnantibus Patribus, quum eidem trib. plebis per quinquennium toti magistratus fuissent, pertulerunt; & primus ex plebe consul L. Sextius creatus est. Lata est altera lex, ne cui plus quingentis jugeribus agri liceret possidere.

CAPUT I.

QUæ ab condita urbe Roma ad captam eandem urbem Romani sub regibus primum, consulibus deinde ac dictatoribus, decemvirisque ac tribunis consularibus gessere, foris bella, domi seditiones, quinque libris exposui; res quum vetustate nimia obscuras, veluti quæ magno ex intervallo loci vix cernuntur: tum quod & raræ per eadem tempora literæ fuere; una custodia fidelis memoriæ rerum gestarum: & quod etiam si quæ in commentariis pontificum, aliisque publicis privatisque erant monumentis, incensa urbe pleræque interiere. Clariora deinceps certioraque ab fecunda origine. velut ab stirpibus lætius feraciusque renatæ urbis, gesta domi militiaque, exponuntur. Cæterum quo primo admiculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe stetit. neque eum abdicare se dictatura, nisi anno circumacto passi sunt. Comitia in insequentem annum tribunos habere, quorum in magistratu capta urbs esset, non placuit: res ad Interregnum rediit. Quum civitas in opere ac labore assiduo reficiendæ urbis teneretur, interim Q. Fabio, simul primum magistratu abiit, ab C. Marcio tribuno plebis dicta dies est, quod legatus in Gallos, ad quos missus erat orator, contra jus gentium pugnasset. cui judicio eum mors, adeo opportuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit. Interregnum initum. P. Cornelius Scipio interrex, & post eum M. Furius Camillus iterum. Is tribunos militum consulari potestate creat, L. Valerium Poplicolam iterum, L. Virginium, P. Cornelium, A. Manlium, L. Æmilium, L. Postumium. Hi ex Interregno quum extemplo magistratum inissent, nulla de re prius quam de religionibus Senatum consuluere. In primis fœdera ac leges (erant autem ea duodecim tabulæ, & quædam regiæ leges) conquiri quæ comparerent, jusserunt: alia ex eis edita etiam in vulgus; quæ autem ad sacra pertinebant, à pontificibus maxime, ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa. Tum de diebus religiosis agitari cœptum, diemque a. d. xv. Kalendas Sextiles duplici clade insignem (quo die ad Cremeram Fabii cæsi: quo deinde ad Alliam cum exitio urbis fœde pugnatum) à posteriore clade Allienlem appellarunt, insignemque rei nulli publicæ privatimque agendæ fecerunt. Quidam, quod postridie Idus Quintiles non litasset Sulpicius tribunus militum, neque inventa pace Deum post diem tertium objectus hosti exercitus Romanus esset, etiam postridie Idus rebus divinis supersederi jussum: inde ut postridie Kalendas quoque ac Nonas eadem religio esset, traditum, parum.

Cap. II. Nec diu licuit quietis consilia erigendæ ex tam gravi casu relp. secum agitare. Hinc Volsci veteres hostes ad extinguendum nomen Romanum arma ceperant, hinc Etruriæ principum ex omnibus populis conjurationem de bello ad fanum Voltumnæ factam, mercatores afferebant. novus quoque terror accesserat defectione Latinorum Hernicorumque, qui post pugnam ad lacum Regillum factam, per annos prope centum numquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant. Itaque quum tanti undique terrores circumstarent, apparebat quem ex his, non odio solum apud hostes, sed contemtu etiam inter socios nomen Romanum laboraret; placuit eisdem auspiciis defendi rempublicam, quibus recuperata esset, dictatoremque dici M. Furium Camillum. Is dictator C. Servilium Ahalam magistrum equitum dixit: justitioque indicto, delectum juniorum habuit; ita ut senio-

seniores quoque, quibus aliquid roboris supereſſet, in verba iuratos conturiaret. Exercitum conſcriptum armatumque trifariam diuiſit. partem unam in agro Veiente Etruriæ oppoſuit; alteram ante urbem caſtra locare iuſſit. tribunus militum his A. Manlius, illis qui adverſus Etruſcos mittebantur, L. Æmilius, præpoſitus: tertiam partem ipſe ad Volſcos duxit, nec procul ab Lanuvio (*ad Marcium* is locus dicitur) caſtra oppugnare eſt adortus. Quibus ab contemtu (quod prope omnem deletam à Gallis Romanam iuventutem crederent) ad bellum profectis, tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo ſe ipſi, vallum congeſtis arboribus ſepirent, ne qua intrare ad munimenta hoſtis poſſet. Quod ubi animaduerſit Camillus, ignem in obiectam ſepem conjici iuſſit: & forte erat vis magna venti verſa in hoſtem. Itaque non æneruit ſolum incendio viam, ſed flamoſis in caſtra redactis globis, pauore etiam ac fumo, crepituque viridis materiæ flagrantis ita conternauit hoſtes; ut minor moles ſuperantibus vallum in caſtra Volſcorum Romanis fuerit, quam tranſcendentibus ſepem incendio abſumptam fuerat. Fuſis hoſtibus ceſſiſque, quum caſtra impetu capiſſet dictator, prædam militi dedit; quo minus ſperatam à minime largitore duce, eo militi gratiorem. perſecutus deinde fugientes, quum omnem Volſcum agrum depopulatus eſſet, ad deditionem Volſcos LXX demum anno ſubegit. Victor ex Volſcis in æquos tranſit, & ipſos bellum molientes: exercitum eorum, ad Bolas oppreſſit; nec caſtra modo, ſed urbem etiam aggreſſus, imperu primo capit.

Cap. III. Quum in ea parte, in qua caput rei Romanæ Camillus erat, ea fortuna eſſet, aliam in partem terroris ingens ingrauabat. Etruria prope omnis armata Sutrium ſocios populi Romani obſidebat: quorum legati opem rebus afflictis orantes, quum ſenatum adiiſſent, decretum tulere, ut dictator primo quoque tempore auxilium Sutrinis ferret. Cujus ſibi nouiam quum pati fortuna obſeſſorum non poteſſet, confectaque celeritas opoldanorum, opere, vigiliis, vulneribus, quæ ſemper eoſdem urgebant, per paucionem urbe hoſtibus tradita, inermes cum ſingulis emiſti veſtimentis, miſerabili agmine penates relinquerent; eo forte tempore Camillus cum exercitu Romano intercenit. cui omni ſe meſta turba ad pedes prouoluiſſet, principumque orationem neceſſitate ultima expreſſam, ſletus mulierum ac puerorum, qui exiſti comites trahebantur, exoſſiſſet; parcere lamentis Sutrinos iuſſit: Etruſcis ſe luctum lacrimaſque ferre. Sarcinas inde deponi, Sutrinoſque ibi conſidere modico præſidio relicto, arma ſecum capere imperat iubet. Vbi expedito exercitu, profectus ad Sutrium, id quod rebatur, ſolutæ omnia rebus (ut fit) ſecundis inuenit: nullam ſtationem ante mœnia, patentes portas, victorem vagum prædam ex hoſtium tectis egerentem. Iterum luctur eodem die Sutrium capitur: victos Etrusci paſſim truncidantur ab novo hoſte, neque ſe conglobandi coëundique in unum, aut arma capiendi datur ſpatium. quum pro ſe quiſque tenderent ad portas, ſi qua forte ſe in agros eſſicere poſſent, clauſas (id enim primum dictator impetraverat) portas inueniunt. Inde alii arma capere, alii quos forte armatos tumultus occupaverat, convocare ſuos ut prœlium inirent. quod accenſum ab deſperatione hoſtium fuiſſet, ni præcones per urbem dimiſſi, poni arma, & parci inermi juſſiſſent, nec prater armatos quenquam parci. Tam magno animi in ſpe ultima obſtinati ad decertandum fuerant, poſtquam data ſpes vitæ eſt, jactare paſſim arma: inermeſque, quod rutius fortuna fecerat, ſe hoſti offerre. Magna multitudo in cuſtodias diuiſa: oppidum ante mœnem reditum Sutrinis inviolatum. Eo quumque ab omni clade hoſtili, quia non vi captum, ſed traditum per conditiones fuerat.

Cap. IV. Camillus in urbem triumphans redit, trium ſimul bellorum victor. Longe plurimos captivos ex Etruſcis ante currum duxit, quibus ſub haſta venundatis, tantum æris redactum eſt, ut pretio pro auro matronis perſoluto, ex eo quod ſupererat, tres pateræ aureæ factæ ſint: quas cum titulo nominis Camilli ante Capitolium incenſum, in Jovis cella conſtat ante pedes Junonis poſitas fuiſſe. Eo anno in civitatem accepti, qui Veientibus, Capenatibus, ac Falliſcorum pars ea bella tranſfugerant ad Romanos, agerque iis novis civibus aſſignatus. Revocati quoque in urbem ſenatuconſulto à Veiis, qui ædificandi Romæ gigriria, occupatis ibi vacuis tectis, Velos ſe contulerant. Sic primo tremitus fuit aſpernantium imperium: dies deinde præſtitura, capitaliſque pœna, qui non remigraſſet Romam, ex ferocibus univerſis ſingulos metu ſuo quemque obedientes fecit. Et Roma cum frequentia crefcere, tum tota ſtimul exſurgere ædificiis. & reſpublica impenſas adjuvante, & ædilibus vi publicum exigentibus opus, & ipſis privatis (admonebat enim deſiderium uſus) feſtinantibus ad effectum operis. intraque annum nova urbs ſtetit. Exitu anni comitia tribunorum militum conſulari poteſtate habita. Creati T. Quintius Cincinnatus, Q. Servilius

lius Fidenas quintum, L. Julius Julus, L. Aquilius Corvus, L. Lucretius. Tricipitinus, Ser. Sulpicius Rufus. Exercitum alterum in Æquos, non ad bellum (victos namque se fatebantur) sed ab odio ad pervastandos fines, ne quid ad nova consilia relinquerent virium, duxere: alterum in agrum Tarquiniensem. Ibi oppida Etruscorum Cortuosa & Contenebra vi capta diruuntur. Ad Cornetum mihi certaminis fuit. Improviso adorti, primo clamore atque impetu cepere: direptum oppidum atque incensum est. Contenebra paucos dies oppugnationem sustinuit: laborque continuus, non die non nocte cessavit: subegit eas; quum in sex partes divisus exercitus Romanus, senis horis in orbem succedere proelio, oppidanos eosdem integro semper certamini pauciles fessos obtulerat. cedere tandem, locutque invadendi urbem Romanis datus est. Publica pro eodem tribunis rogabatur: fides imperandi consilium segnius fuit, dum cunctantur, iam militum prada erat; nec nisi per invidiam adimi poterat. Eodem anno, ne privatis tantum operibus crescerent urbs, Capitolium quoque saxo quadrato fulciebatur ei operi vel in hac magnificentia urbis conveniebat.

Cap. V. Jam Sextribuni plebis civitate ædificando occupata, conciones suas frequentare legibus agrariis conabantur. ostentabatur in eam Pomptinus ager, tum primum post accisis à Camillo Volscorum res, possessionis haud ambiguæ. Crimabantur, *multo cum insciorem agrum ab nobilitate esse quam a Volscis fuerit; ab illis enim tantum, quod vires & arma habuerint, incursiones eo fiscas. nobiles homines in possessionem agri publici graffari: nec nisi ante omnia occupatis, divisis sit, locum ibi plebi fore.* Haud magnopere plebem moverant, Sic inde quentem in foro, propter ædificandi curam, & eodem exhaustam impensis: eoque agri immemorem: ad quem instruendum vires non essent. In civitate plena religionum, tum etiam ab recenti clade superstitiosa principibus, ut renovarentur auspicia, res ad interregnum rediit. Interreges deinceps, M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpicius Camerinus, L. Valerius Potitus. Hic demum tribunorum militum consulari potestate comitiis habuit. L. Furius, M. Cornelium, C. Sergium, L. Æmilium iterum, L. Menenium, L. Valerium Poplicolam tertium creat. hi ex interregno magistratum occepere. Eo anno ædes Martis Gallico bello vota, dedicata est à T. Quintio duumviro sacris faciundis. Tribus quatuor ex novis civibus additæ; Stellatina, Tromentina, Sabatina, Narnientis; eoque viginti quinque tribuum numerum explevere.

Cap. VI. Per eos Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum ad frequentiorem jam populum, mobiliorem que ad cupiditatem agri quam fuerat. Et de Latino Hernicoque bello mentio facta in senatu, majoris belli curaquod Etruria in armis erat: aliata ea est. Res apud Camillum tribunum militum consulares spectare rediit. collegæ addiri quinque, Ser. Cornelius Maluginensis, Q. Servilius Fidenas sextum, L. Quintius Cincinnatus L. Horatius Pulvillius, P. Valerius. Principio anni aversæ curæ hominum simul à bello Etrusco: quod fugientium ex agro Pomptino agmen repente illatum in urbem attulit, Antiates in armis esse, Latinorumque populos juventutem subsumisse ad id bellum. eo abnuentes publicum fuisse consilium; quod non prohibitos tantummodo voluntaries dicerent militare ubi velient. Detorant jam ulla animi bella. itaque fenatus Dii sagere gratias, quod Camillus in magistratu esset. Dictatorem quippe dicendum cum fuisse, si privatus esset: Sc collegæ fateri, *rejinem omnium rerum, ubi quid bellici timoris ingruit, in civitate una esse. idque sefignificatum in Arvina esse, Camillo dubitasse imperium. nec quisquam de majestate ejus detractum credere, quod majestati ejus viri concessisset.* Collaudatis ab senatu tribunis Sc ipse Camillus confusi animo, gratias egit. *Ingens*, inde ait, *onus à populo Romano sit, qui se dictatorem jam quartum accepisset. magnum à senatu talibus de se judiciis ejus ordinis, maximum tam honoratorum collegarum ob sequio jungi. Itaque si quid laboris vel illis rumque adjici potest, certantem secum ipsum, animi bonum, ut tanto de se consensu decretis opinionem suam maxima fit. etiam constantem effecturum. Quod ad bellum attinet Antiates attineat: plus id minarum, quam periculi esse. se tamen, ut nihil timeni si, sic nihil contemnendi auctorem esse. Circumsideri urbem Romanam ab invidia & ambitione bonorum: & arcessiri exercitus plurimos & exercitibus administratorem tantum remitti. esse, Te, inquit, P. Valeri, spectum imperii consilique: legiones meum ad versus Antiatum hostem ducere placet: te, Q. Servili, alterum exercitum instructo panctoque in urbe agros tutare; instaurum, sive Etruria se intorquebit, sive nova hæc cura, Latini atque Hernici, movebunt. Pro certo habeo ita rem gesturum, ut patre avo, que ipso ac fex tribunationibus dignum est. Tertium exercitum ex cassitatis fuisortibus que à L. Cupitio scribatur, qui urbi manibusque præsidio sit. L. Horatius, arma, tela, frumentum, quæque belli alia tempora*

pescent, providenti. Te, Servi Cornéli, præsidem hujus publici consilii, custodem religionum, comitiorum, fori, rerum omnium urbanarum, collegæ facimus. Cunctis in partes muneris sui benigne pollicentibus operam, Valerius socius imperii lectus, adjecit, *M. Furium sibi pro dictatore, sequi ei pro magistro equitum futurum. Proinde quam opinionem de unico imperatore, eam spem de bello haberent. Se vero bene sperare, patres, & de bello, & de pace universaque republica*, erecti gaudio fremunt: *nec dictatore unquam opus fore reipublicæ, si tales viros magistratu habeat, tam concordibus animos animis; parere atque imperare juxta paratos: laudemque conferendes potius in medium, quam ex commenti ad se trahentes.*

Cap. VII. Justitio indicto, delectuque habito, primus ac Valerius ad Sarcinum profecti; quo non Volscorum modo juventutem Antiates ex nova subole lectam, sed Ingentem Latinorum Hernicorumque convexerant ex integerrimis diutina pace populis. itaque novus hostis veteri adjunctus commovit animos militis Romani. Quod ubi aciem jam instruenti Camillo centuriones renunciaverunt, *turbatas militum mentes esse, feriter arma capta, quodammodo & resistentes egressos castris esse. quin voces quoque audiri. cum contenis hostibus singulos pugnaturos: & agre invermenis tantam multitudinem, nedum armatam sustinere posse*; in equum insilit, & ante signa obversus in aciem, ordines interequitans, *Quæ tristitia, milites, hæc, quæ insolita cunctatio est? Hostem, an me, an vos ignoratis? Hostis est quidem aliud quam perpetua materia victoriæ, ceteraque insignia? Vos contra, me duce, (ut Valerios Horatiosque captos, & in capita parcia Gallorum legiones cæsas taceam) modo tria gemina victoriæ tripliceum triumphum ex his ipsis Volscis & Æquis, & ex Etruria egistis. An me, quod non dictator vobis sed tribunus signum dedi, non agnositis ducem? neque ego maxima imperia in vos desidero; & vos in me nihil præter me ipsum intueri decet. neque enim dictatura mihi unquam animos fecit, ut ne exilium quidem ademit. Idem igitur omnes sumus: & quum eadem omnia in hoc bellum afferamus quæ in priora attulimus, eundem eventum belli exspectemus. Simul concurreritis, quod quisque didicit ac consuevit, faciet. Vos vincetis, illi fugient.*

Cap. VIII. Dato deinde signo, ex equo desilit, & proximum ingiferum manu arreptum secum in hostem rapit; *infer miles*, clamitans, *signum*. quod ubi videre ipsum Camillum, jam ad munera corporis, fe-

necta invalidum, vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes, clamore sublato: *Sequere imperatorem*, pro se quique clamantes. Similum etiam signum Camilli jussu in hostium aciem ferunt: itaque ut repeterentur, concitatos antetignanos. Ibi primum pulsum Antiatem, terrorem que non in primam tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios perlatum. nec vis tantum militum movebat excitata præsentia ducis, sed quod Volscorum animis nihil terribilius erat, quam ipsius Camilli forte oblata species. Ita concussum ut intuliter, victoriam secum haud dubiam trahebat. maxime id evidens fuit, quum in lævum cornu prope jam pulsum, arrepto repente equo cum sciuro pedestri advectus, conspectu suo prælium restituit; ostentans vincentem ceteram aciem. Jam inclinata res erat, sed turba Antium & fuga impediebatur, & longa cede conficienda multitudo tanta fessa militi erat: quum repente ingentibus procellis fusus imber, certam magis victoriam quam prælium diremit. Signo deinde receptui dato, nox insecuta, quietis Romanis, perfecit bellum. Lata namque & Hernici, relictis Volsci, domos profecti sunt; malis consiliis pares adepti eventus. Volsci ubi se defertos ab eis vidore, quorum fiducia rebellaverant; relictis castris, mœnibus Satrici se includunt. quos primo Camillus vallo circumdare & aggere atque operibus oppugnare est adortus. Quæ postquam nulla eruptione impediri videt; minus esse animi ratus in hoste, quam ut in eo tam lentæ spei victoriam exspectaret; cohortatus milites, ne tanquam Veios oppugnantes in opere longinquo fessi terentur, victoriam in manibus esse; ingenti militum alacritate mœnia undique aggressus scalis, oppidum cepit. Volsci abjectis armis sese dediderunt.

Cap. IX. Cæterum animus ducis rei majori, Antio, imminebat. id capurt Volscorum, eam fuisse originem proximi belli. Sed quia nisi magno apparatu, tormentis machinisque, tam valida urbs capi non poterat; relicto ad exercitum collega, Romam est profectus, ut fenatum ad excidendum Antium hortaretur. Inter sermonem ejus (credo rem Antiatem diuturniorem mamer. Diis cordi esse) legati ab Nepete ac Sutrio auxilium adversus Etruscos perentes veniunt; brevem occasionem esse ferendi auxilii memorantes. eo vim Camilli ab Antio fortuna avertit. Namque quum ea loca oppofita Etruriæ, & velut claustra inde portaque esset; & illis occupandi ea, quum quid novi moliretur, & Romanis recuperandi tuendique cura erat. Igitur senatui cum Camillo agi placuit, ut

ut omisso Antio bellum Etruscum sumeret. Legiones urbanæ, quibus Quintius præfuerat, ei decernuntur. quamquam expertum exercitum, assuetumque imperio, qui in Volscis erat, mallet, nihil recusavit: Valerium tantummodo imperii socium deposcebat. Quintius Horatiusque successores Valerio in Volscis missi. Profecti ab urbe Sutrium Furius & Valerius, partem oppidi jam captam ab Etruscis invenere: ex parte altera interfectis itineribus ægre oppidanos vim hostium ab se arcentes. Cum Romani auxilii adventus, tum Camilli nomen celeberrimum apud hostes fociosque, & in præsentia rem inclinatam sustinuit, & spatium ad opem ferendam dedit. Itaque divisо exercitu Camillus, collegam, eam in partem circumductis copiis quam hostes tenebant, mœnia aggredi jubet: non tanta ipse facilis capi urbem posse, ni maximas eo hostibus, & oppidanis jam pugnando fessis, laxaretur labor, & ipse spatium intrandi sine certamine mœnia haberet. Quod quum simul utrimque factum esset, ancepsque terror Etruscos circumstaret, & mœnia summa vi oppugnari, & intra mœnia hostem videret; porta se, qua una forte non obsidebatur, trepidi uno agmine ejecere. Magna cædes fugientium, & in urbe & per agros est facta. plures a Furianis intra mœnia cæsi: Valeriani expeditiores ad persequendos fuere: nec ante noctem, quo conspectum ademit, finem cædendi fecere. Sutrio recepto, restituroque sociis, Nepete exercitus ductus, quod per deditionem acceptum jam totum Etruscі habebant.

Cap. X. Videbatur plus in ea urbe retinendi laboris fore; non in eo reciperandi. Sed hostium erat, sed etiam quod parte Nepesinorum prodente civitatem, facta erat deditio. Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut fecerneret se ab Etruscis: fidemque quam imploraſient ab Romanis, ipsi præstarent. Unde quum responsum esset, nihil sine potestatis esse, Etruscos, mœnia custodiaſque portarum tenere; primo populationibus agri terror est oppidanis admotus: deinde postquam deditionis quam societatis fides sanctior erat; fabricius tarmentorum ex agro collatis ductus ad mœnia exercitus, completisque fossis scalas admovet, & clamore primo imperuque oppidum capitur. Nepesinis inde edictum, ut arma ponant, parcique jussum inermi. Etrusci pariter armati atque inermes cæsi. Nepesinorum quoque auctores deditionis securi percussi: innoxiæ multitudini redditæ res, oppidumque cum præsidio relictum. Ita duabus sociis urbibus ex hoste receptis, victorem exercitum tribuni cum magna gloria Romam reduxerunt. Eodem anno, ab Latinis Hernicisque res repetitæ, quæsitumque, cur per eos annos militem ex instituto non dedissent? Responsum frequenti utriusque gentis concilio est, *nec culpam in eo publicam, nec consilium fuisse, quod suæ juventutis aliqui apud Volscos militaverint. eos tamen ipsos pravi consilii panam habere, nec quemquam ex his redisse esse. Militis autem non dati causſam, terrorem assiduum a Volscis, fuisse, quam pestem adhærentem lateri suo tot saepe alia alias bellis exhauriri nequisse.*

Cap. XI. Quæ relata Patribus, magis tempus, quam causſam, non vilia belli habere. Insequenti anno A. Manlio, P. Cornelio, T. & L. Quintiis Capitolinis, L. Papirio Cursore iterum, C. Sergio iterum tribunis consulari potestate, grave bellum foris, gravior domi seditio exorta: bellum a Volscis adjuncta Latinorum atque Hernicorum defectione: seditio, unde minime timeri potuit, a patriciæ gentis viro, & inclitæ famæ, M. Manlio Capitolino: qui nimium animi, quum alios principes premeret, uni invideret, eximio simul honoribus atque virtutibus M. Furio; ægre ferebat solum eum in magistratibus, solum apud exercitus esse; *tantum jam eminere, ut ipsiem auſpiciis creatos, non pro collegis, sed pro ministris habeat. quum interim, si quis vere essſe imperatorem velit, a M. Furio patriæ ex obsidione postium non potuerit, nisi a se prius Capitolium atque arx servata esset. & ille, inter aurum accipiendum. & spem pacis solutis animis, Gallos degressus sit: ipse armatos capientesque arcem deposuerit. illius gloriæ civis esse quam omnes milites sit. qui simul vicerint, suæ victoriæ neminem omnium mortalium socium esse.* His opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque ingenii vehemens, & impotens, postquam inter Patres, non quantum æquum censebat, excellere suas opes animadvertit; primum omnium ex Patribus popularis factus, cum plebis magistratibus consilia communicare; criminando Patres, alliciendo ad se plebem, jam aura non consilio ferri, famæque magnæ malle quam bonæ esse; & non contentus agrariis legibus, quæ semper tribunis plebi seditionum fuisſet: fidem moliri cœpit: *æriores quippe æris alieni stimulos esse. qui non egestatem modo atque ignominiam minuntur, sed nervo ac vinculis corpus liberum territent.* & erat æris alieni magna vis, redamnosiſſima etiam divitibus, ædificando contracta. Bellum itaque Volscum, grave per se, oneratum Latinorum atque Hernicorum defectione, in speciem causſæ jactatum, ut major

potestas quæreretur. Sed nova consilia Manlii magis compulere senatum ad dictatorem creandum. Creatus A. Cornelius Cossus magistrum equitum dixit T. Quintium Capitolinum.

Cap. XII. Dictator, etsi majorem dimicationem propositam domi quam foris cernebat, tamen, seu quia celeritate ad bellum opus erat, seu victoria triumphoque dictatura lasi viries se additurum rantus, delectu habito in agro Pomptino, quo à Volscis exercitum indictum audierat, pergit. Non dubito præter fatietatem tot jam libris asciduas bella cum Volscis gesta legentibus, illud quoque occurrisse (quod nihil perconsenti propiores temporibus harum rerum auctores; miraculo fuit) unde toties victis Volscis Æquis sufficerint milites, quod quum ab antiquis tacitum præterminimque sit, cujus tandem ego rei præter opinionem, quæ sua cuique conjectanti esse potest, auctor sim? Simile veri est, aut interualle bellorum, ferme nunc in delectibus fit Romanis, aliarque alia subole juniorum ad bella instruenda totiesusos esse: aut non ex iisdem semper populis exercitus scriptos; quanquam eadem semper gens bellum intulerit: aut innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuisse locis, quæ nunc vix seminario exiguo militum relicto, servitia Romana ab solitudine vindicant. Ingens certe (quod inter omnes auctores convenit) quamquam nuper Camilli ductu atque auspicio accisæ res erant, Volscorum exercitus fuit, ad Velitras Hernicique accessarat, & Circeiensium quidam, & coloni etiam à Velitris. Romanus dictator castris eo die positis, postero cum auspicato prodisset, hostiaque cæsa pacem Deum adorasset; Iteris ad milites, Jam arma ad pronosticum pugnæ signum, fuisse edictum erat, hiceprima cujusque processit: *Nostra victoria est, milites*, inquit, *si quid Dii natesque eorum in futurum videnti. itaque, ut decet certæ rei memores, & cum impetibus manus conferturos, pilis ante pedes positis, gladio tantum dextræ armatos: ne procerri quidem ab acie velim, sed nonnisi vos stabili gradu impetum hostium excipere. Ubi illi vana injecerint missilia, & effusi stantibus vobis se intulerint, tum micmigladii, & venite in memoriam istaque, Deos esse, qui secundis auspiciis in prælium miserint. Tu, T. Quinti, equitem intentus ad primum initium noti certaminis tenias: ubi hærere jam aciem collato pede videris, tum terrorem equestrem occupatis alio pavore infer: invectus-*

que ordines pugnantium dissipa. Sic eques, sic pedes, ut præceperat, pugnatum: nec dux legiones, nec fortuna fefellit ducem.

Cap. XIII. Multitudo hostium nulli rei præterquam numero freta, & oculis utram ne meriens aciem temere prælium inire. temere omisit: clamore tantum missilibusque telis, & primo impetu ferox; gladios & collatum pedem, & vultum hostis ardere animi micantem ferre non potuit. Imoulsa frons prima, & trepidatio subsidiis illata, & suum terrorem intulit eques: rupti inde multis locis ordines, motaque omnia, & diuctuanti simili acies erat. deinde, postquam cadentibus primis, jam ad se quisque perventuram cædem cernebat, terga vertunt. Instare Romanus; & donec armati confertique abibant; peditum labor in persequendo fuit: postquam jactari arma palam, fugique agros spargi acies hostium animadversum est, tum equitum rumæ emissæ. dato signo, ne in fugulerum morando cædæ spatium ad evadendum interim multitudini darent. faris esse missilibus ac terrore impediri curium, obequitandoque agmen eneri, dum assequi pedes non queat. Ita cede conferre hostem posset. Fugæ sequendique non ante noctem finis fuit: capta quoque ac direpta eodem die castra Volscorum, prædaque omnis, præter libera corpora, militi concessa est. Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit: nec hominum ea plebe, ut credi posset mercede militasse, sed principes quidam juventutis inventi; manifesta fides publica ope Volscos hostes adiutos. Circeiensium quoque quidam cogniti, & colonia Velitris: Romamque omnes milii, percunctantibus cognitoribus patrum, eadem, quæ dictatori, defectionem sui quisque populi haud perplexe indicavere.

Cap. XIV. Dictator exercitum in stativis tenebat; minime dubius hostium cum his populis Patres jusiuros: quum major domi exorta moles cogit accire Romam eum: glisceute indies seditione, quam ei litio magis metuendam auctor faciebat, non enim jam orationes modo Manlii, sed facta popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent, intuebatur. Centuriones, nobilem militaribus fatis, judicatum pecuniæ quum duci vidisset; medio foro cum caterva sua accurrit, & manum injecit: vociferatusque de fiuerbia Patrum, ac crudelitate fœneratorum, & miseriis plebis, virtutibus ejus viri fortunaque: *Tum vero ego*, inquit, *nequicquam hæc dextra Capitolium arcemque servaverim, si civem commilitonemque meum, tanquam Gallis victori-*

Scribus captum, in servitutem ac vincula duci videam. Inde rem creditori palam populo solvi, librague ære & ære liberatum emittit: Deos atque homines obtestantem, *ut M. Manlio, liberatori suo, parenti plebis Romanæ, gratiam referant*. Acceptus est templo in tumultuolam turbam, & ipse tumultum augebat; cicatrices acceptas Veienti, Gallicis, denique bellicis bellis ostentans. *Se militantem, se restituentem everso penates, multiplici jam sorte exoluta mergentibus semper sortem usuris, obrutum fœnore esse. Videre lucum, forum, civium ora, M. Manlii opera: omnia parentibus beneficia ab illo liberæ: illi ipsorum corpora obnoxiaque ac sanguinis quod superest. quodcumque sibi cum patria, penatibus publicis ac privatis juris fuerit; id cum uno homine esse*. His vocibus intincta plebes quum jam unius hominis esset; addita alia commotioris ad omnia turbanda consilii res. Consulum in Veienti, caput patrimonii, subjecit præconi: *Nequam usurum, inquit, Quirites, donec quicquam in re mea supererit, judicatum addicturumve duci patiar*. Id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secturi vindicem libertatis viderentur. Ad hoc domi, conclamantis in foro, sermones pleni criminum in Patres: inter quos, cum omisso discrimine, vera an vana jacerent, thesaurus Gallici auri occultari à Patribus jecit: nec jam posse indensis publicis agris contentos esse, nisi pecuniam quoque publicam avertant. Ea res in palam fiat, exsolvi plebem ære alieno posse. Quæ ubi objecta spes est, enimvero indignum facinus videri, quum conferendum ad redimendam civitatem à Gallis aurum fuerit, tributo collationem factam: idem aurum ex hostibus captum in pauperum prædam celebrari. Itaque exsequentur quærendo ubi tantæ rei furtum occultaretur: differenteque, & tempore suo se indicaturum dicente; ceteris omisis eo verse erant omnium curæ: apparebatque nec veri indicii gratiam medium, nec falsi offentionem fore.

Cap. XV. Ita suspensis rebus dictator acctus ab exercitu, in urbem venit. postero die senatu habito, quum satis peracitatus voluntates hominum, discedere senatum ab se tuissset; stipatus ea multitudine, sella in comitio posita, viatorem ad M. Manlium mittit, qui dictatoris justu vocarius, quum signum suis dedisset adesse certamen, agmine ingenti ad tribunal venit. Hinc senatus, hinc plebs suum quisque inantes ducem, velut in acie constiterant. Tum dictator, silentio facto, *Utinam*, inquit, *mihi Patribusque Romanis ita de præteris rebus cum plebe conveniat, quemadmodum quod ad te attinet, eamque rem, quam de te sum quæsiturus, conventurum satis confido. Spem faciam à te civitati video, fide inviolumi ex thesauris Gallicis, quos primores Patrum occultent, creditum solvi posse. Cui ego rei tanum abesse impedimento fina, ut contra te, M. Manli, adhortor libores fienore plebem Romanam: & ipsos incubantes publicis thesauris ex præda clandestina evolvas. Quod nisi facis, sive ut & ipse in parte prædæ sis, sive quia vanum indicium est; in vinculatæ ducis jussio: nec diutius patiar à te multitudinem callaci ipe conciliari*. Ad ea Manlius, nec se fefellisse, ait, non adversus Volsco iories hostes, quoties Patribus expediat, nec adversus Latinos Hernicique, quos saltis criminibus in arma agant; sed adversus se ac plebem Romanam effectarum tyrannidem esse. Jam omisso bello, quod simulatum sit, in se impetum feri: jam dictatorem protheri patrocinium fœneratorum adversus plebem: jam sibi ex favore multitudinis crimen & perniciem queri. Offensit, inquit, te, A. Corneli, quoque Patres conscripti, circa illa turba tacendo? cujus eam diducitis ame singuli vestris beneficiis, intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo judicatos addictosque duci; ex eo, quod affultis opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum? Sed quid ego vos, de vestro impendatis, horter? Sortem alium ferte, de capite deducite quod usuris pernumerarum est: jam nihilo mea turba, quam ultius, conspectior erit. At enim, quid ita solus ego civium curam ego? nihilo magis quod respondeam, habeo, quam si quæras, quid ita solus Capitolium arcemque servaverim? Eadem, quicquam potui, opem tuli, & nunc singulis feram. Nam quod ad thesauros Gallicos attinet, rem simple natura facilem, difficilem interrogatio facit. cur enim quærtis quod scitis? cur quod in sinu vestro est, excuti jubetis potius, quam ponatis? nisi aliquis fraus subest, quo magis argui præstigias iubetis vestras, eo plus vereor ne absolveritis observantibus etiam oculos. Itaque non ego vobis, ut inaitem prædas vestras, sed vos id cogenti estis: ut in medium proferatis.*

Cap. XVI. Quum mitteremandages, dictator jubet eum & sat peragere verum indicium cogeret, aut fateri facinus insimulati falso crimine senatus, oblatæque vani furti invidiæ; negantem arbitrio inimicorum se locuturum, in vincula duci jussit. Arreptus à viatore, *Jupiter*, inquit, *optime maxime, Junoque Regina, & Minerva, ceterique Dii Deaque, qui Capitolium arcemque incolitis; siccine vestrum militem ac præsi-*

dem finitis vocari ab inimicis? Hæc dextra, qua Gallos finat a deluberi vestris, jam in vinculis & catenis erit? Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant: sed invicta sibi quædam patientitima Justi Imperii civitas fecerat. nec adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipsa plebs, attollere oculos aut hiscere audebant. Conjecto in carcerem Manlio, fatis constat, magnum partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse, obversatamque vestibulo carceris mœstam turbam. Dictator de Volscis triumphavit: invidiæque magis triumphus quam gloriæ fuit. Quippe domi, non milliæ, partum eum; actumque de civibus, non de hoste, invenebant: unum defuisse tantum superbæ, quod non M. Manlius ante currum sit ductus. Jamque haud procul seditione res erat: cujus leniendæ causa, postulante nullo, largitor voluntarius repente senatus factus, Sarsinum colonum duo millia æris ex agris Romanorum deduci jussit: bina jugera & semisses agri assignati. Quod quum & parvum & paucis datum. & mercedem esse prodendi M. Manlii interpretarentur; remedio irritatur seditio: & jam magis insignis sordibus & facie reorum turba Manliana erat. amotusque posit metus a dictatore judicatione dictaturæ terror & linguam & animos liberaverat hominum.

Cap. XVII. Audiebantur itaque propalam voces exprobrantium multitudini, quod defensores suos in præcipitem semper locum favore tolleret. deinde in ipso discrimine periculi destituat. Sic Sp. Cassium in agros plebem vocantem, sic Sp. Mælium ab ore civium famem suis impensis propulsantem, oppressos: sic M. Manlium, mersam & obrutam fœnore patrem civitatis in libertatem ac lucem extrahentem, proditum inimicis. Sæpius plebem populares fuos ut ingulentur. Hoccine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non respondere vir consilaris? Fingerent mentitum ante, atque ideo non habuisse quod tum responderet: cui servo unquam mendacii pœnam vinculaffuisse? Non obmersatam esse manibus noctis illius, quæ pene ultima atque æterna nomini Romano fuerit? non speciem agminis Gallorum, per Tarpeiam rupem scandentis? non ipsius M. Manlii qualem cum armatum, plenum fudoris ac sanguinis, ipso pene fœde erepto ex hostium manibus vidisse? Servatorem patriæ gratiam servatori patriæ relatam? & quem prope cœlestem, cognomine certe Capitolino Jovi parem fecerint, eum pati vinctum in carcere, in tenebris, obnoxium carnificis arbitrio videre animum? Adeo in uno omnibus satis auxilii fuisse, nullam opem in tam multis uni esse? Jam ne notæ quidem turba ex eo loco dilabebatur, refractoriosque carcerem minabantur: quum remisso, id quod ereperturi erant, ex senatusconsulto Manlius vinculis liberatur. quo facto non seditio finita, sed dux seditioni datus est. Per eosdem dies Latinis & Hernicis, simul colonis Circensibus, & a Velitris purgantibus se Volsci crimine belli, caprivoque reperitibus, ut suis legibus in eos animadverterent, tristia responsa redditta: tristiora colonis, quod cives Romani patriæ oppugnandæ nefanda consilia iniissent. Non negatum itaque tantum de captivis; sed in quo ab sociis ramen temperaverant, denuntiatum senatus verbis, facessèrent propere ex urbe, ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis jus, externo non civi comparatum, regeret.

Cap. XVIII. Recrudescente Manliana seditione, sub exitu anni consulatu habita, quæ tribuni militum consulari potestate ex Patribus Ser. Cornelius Maluginensis tertium, P. Valerius Potitus iterum, M. Furius Camillus quintum, Ser. Sulpicius Rufus iterum, C. Papirius Crassus, T. Quinrius Cincinnatus secundum. Cujus principio annis, & Patribus & plebi peropportune externa pax data: plebi, quod non avocata delectu spem cepit, dum tam potentem haberet ducem, fœnoris expungnandi: Patribus, ne quo externo terrore avocarentur animi ab sanandis domesticis malis. Igitur quum pars utraque acrior aliquanto contra esset; jam in propinquum certamen aderat: & Manlius, advocata domum plebe, cum principibus novandarum rerum interdiu noctuque consilia agitat; plenior aliquanto animorum iraruinque, quam antea fuerat. Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto, spiritus dabat, quod nec ausus esset idem in se dictator, quod in Sp. Mælio Cincinnarus Quintius fecisset: & vinculorum fuorum invidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugisset, fed ne senatus qui tem fuit tinere potuisset. His simul instantibus, exacerbatior crudelem ea pro libertate quam illos pro dominatione certaturos. Quot enim clientes circa singulos fuisse patronos, tot nunc adversus unum hostem erittis. Ostendite modo bellum, pacem habebitis. Videant vos paratos ad vim, ipsi remittent. Audendum est aliquid uni-

uersis, aut omnia singulis patienda. Quousque me circumsi ectabitis? Ego quidem nulli vestrum deero. ut fortuna mea defit, videte. Ipse viuidus vester, ubi vsum inimicis esse, nullus repente fui, & vindicta in vincula duci universi eum, qui à singulis vobis vincula depuleram. Quid iperem, si plus in me audeant inimici? an exitum Caesii Malitiae expectem? Bene facitis, quod abominamini: Dii prohibeduint hoc: sed nunquam propter me excidendant. Vobis dent mentem oportet, ut prohibeatis: sicut mihi dederunt armato togatoque, ut vos à barbaris hostibus, & superbis defenderem civibus. Tam parvus animus tanti populi est, ut semper vobis auxilium adversus inimicos satis sit, nec ullum, nisi quitarnus imperari vobis finatis, certamen adversus Patres moritis? Nec hoc natura insitum vobis est, sed ipsi possimemini. Cur enim adversus externos tantum animorum geritis, ut imperare illis aequum censeatis? quia consuestis cum eis pro imperio certare, adversus hos tentare magis quam tueri libertatem. Tamen qualescunque estis hostibus, qualescunque ipsi fuistis, omnia adhuc quantacunque petistis, obtinuistis; seu vis, seu fortuna vestra tempus est jam majora conari. Experimini modo & vestram felicitatem, & me (ut spero) feliciter experiemi: minore periculo, qui tribunus vobis, imponetis, quam qui resisteremi imperantibus, impositis. Solo equando sunt dictatura consulatusque, ut capiat attollere Romana plebes posit. Proinde adeste, prohibete jus de pecuniis dici. ego me patronum profiteor plebis, quod mihi cura mea & fides nomen indulit. Ad quae tuenda magis imperii honorisque nomine vestrum appellabitis ducem, eo utemimi potentiore ad obtinenda ea quae vultis. Inde de regno agendi ortum initium dicitur: sed nec cum quibus, nec quem ad finem consilia pervenerint, fat planum traditum.

Cap. XIX. At in parte altera fenatus de feceffione, in domum privatam, plebis, forte etiam in arce positam, & imminenti mole libertati, agitat. Magna pars vociferantur, Servilio Ahala opus esse, qui non in vincula duci iubendo irritet publicum hostem, fed unius jactura civis, finiat interstinum bellum. Decurritur ad leniorem verbis sententiam; vim tamen eandem habentem, Ut videant magistratus, ne quid ex perniciosis consiliis M. Manlii respublica detrimenti capiat. Tum tribuni consulari potestate, tribunisque plebi (nam & quia eundem & suae potestatis quem libertatis omnium finem cernebant, Patrum auctoritati se dedideranr) hi tum omnes quid opus facto sit, consultant. Quum praeter vim & caedem nihil cuiquam occurreret; eam autem ingentis dimicationis fore apparet; tum M. Manlius & Q. Publilius tribuni plebis. *Quid Patrum & plebis certamen facimus, quod civitatis esse adversus unum pestiferum civem debes? Quid cum plebe aggredimur eum, quem per ipsam plebem tutius aggredi est, ut sui ipse oneratus viribus ruat? Diem dicere ei nobis in animo est, nihil minus populare quam regnum est. Simul multitudo illa nos secum certari viderint, & ex advocatis judices fieri erunt, & accusatores de plebe, patricium reum intuebuntur, & regni crimen in medio; nulli magis quam libertati favebunt suae.*

Cap. XX. Approbantibus cunctis, diem Manlio dicunt. quod ubi est factum, primo commota plebs est, utique postquam fordidatum reum viderunt: nec cum eo non modo patrum quemquam, sed ne cognatos quidem aut affines, postremo ne fratres quidem A. & T. Manlios: quod ad eum diem nunquam usu venisset, ut in tanto discrimine non & proximi vestem mutarent. Appio Claudio in vincula ducto, C. Claudium inimicum, Claudiamque omnem gentem fordidatum fuisse. consensu opprimi popularem virum: quod primus à Patribus ad plebem defecisset. Quum dies venit, quae praeter coerus multitudinis deditiosaque voces, & largitionem & fallax indicium, pertinentia proprie ad regni crimen, ab accusatoribus objecta sint reo, apud neminem auctorem invenio. nec dubito haud parva fuisse, quum damnandi mora plebi non in causa, sed in loco fuerit. Illud notandum videtur, ut sciant homines, quae & quanta decora foeda cupiditas regni, non ingrata solum, sed invisa etiam reddiderit. Homines prope quadringentos produxisse dicitur, quibus fine honore expensus pecunias rustifer, quorum bona venire, quos duci addictos prohibuisset. Ad haec, decora quoque belli non commemoraste tantum, sed protulisse etiam conspicienda; spolia hostium caeforum ad triginta, dona imperatorum ad quadraginta: in quibus insignes duas murales coronas, civicas octo. Ad haec servatos ex hoste duos eives produxisse; inter quos C. Servilium magistrum equitum abientem nominatum. & quum ea quoque, quae bello gesta essent, pro fastigio rerum oratione etiam magnifica facta dictis aequando memoraret; nudasse pectus insigne cicatricibus bello acceptis; & identidem Capitolium spectans, Jovem Deosque alios devocasse ad auxilium fortunarum suarum: precarusque esse, ut quam mentem sibi Capitolinam arcem protegenti ad salutem populi Romani dedissent, eam populo Romano in suo discrimine

ne

ne darent: & oraſſe ſingulos univerſoſque, ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad Deos immortales verſi, de ſe judicarent. In tanto Mantio quum centuriatim populus citaretur, & reus ad Capitolium manus rendens, ab hominibus ad Deos preces avertiſſet; apparuit tribunis, niſi oculos quoque hominum liberaſſent ab tanti memoria decoris, numquam fore in præcoquantis beneficio animis vero criminis locum. Ita prodicta die, in Petelinum lucum extra portam Flumentanam, unde conſpectus in Capitolium non eſſet, concilium populi indictum eſt. ibi crimen valuit, & obſtinatis animis triſte judicium inviſumque etiam judicibus factum. Sunt qui per duum virûm, qui de perduellione anquirerent, creationem auctores ſint. damnatum tribuni de ſaxo Tarpeio dejecerunt: locuſque idem in uno homine & eximiæ gloriæ monimentum, & pœnæ ultimæ fuit. Adjectæ mortuo notæ ſunt: rublica una; quod, quum domus eius fuiſſet, ubi nunc ædes atque officina Monetæ eſt, tribuni plebei, qui populum eſt, ne quis mansionis in arce aut Capitolio habitaret: gentilicia altera; quod gentis Manliæ decreto caurum eſt, ne quis deinde M. Manlius vocaretur. Hunc exitum habuit vir, niſi in libera civitate natus eſſet, memorabilis. Poſtquam is brevi, poſtquam periculum ab eo nullum erat, per ſe ipſas recordantem virtutes defiderium ejus tenuit. peſtilentia etiam brevi conſecuta, nullis occurrentibus tantæ cladis cauſſis, ex Manliano ſupolicio magnæ parti videri orta: *Volatum Capitolium eſſe ſanguine ſervatum, nec Diis cordi fuiſſe penam ejus oblatam prope oculis ſuis, a quo ſua templa erepta & manibus hoſtium eſſent.*

Cap. XXI. Peſtilentiam inopia frugum, & vulgatam utriuſque mali famam, anno inſequente multiplex bellum excepit, L. Valerio quartum, A. Manlio tertium, Ser. Sulpicio tertium, L. Lucretio, L. Æmilio tertium, M. Trebonio, tribunis militum conſulari poteſtate. Hoſtes novi, præter Volſcos, velut ſorte quadam prope in æternum exercendo Romano militi dati. Circeienſibus & Veliternis colonias; jamdiu molientes defectionem, & ſuſpectum Latium, Lanuvini etiam, quæ fidelißima urbs fuerat, rubito exorti. Id Patres irati contemptu accidere, quod Veliternis civibus ſuis tamdiu impunita defectio eſſet; decreverunt, ut primo quoque tempore ad populum ferretur de bello eis indicendo. ad quam militiam quo paratior plebes eſſet, quinque viros Pomptino agro dividendo, & triumviros Nepete coloniæ deducendæ creaverunt. Tum ut bellum juberent, latum ad populum eſt: & nequicquam diſſuadentibus tribunis plebis, omnes tribus bellum ſuſſerunt. Apparatum eo anno bellum eſt: exercitus propter peſtilentiam non eductus. eoque cunctatio colonis ſpatium dederat deprecandi ſenatum: & magna hominum pars eo, ut legatio ſupplex Romam mitteretur, inclinabat. ni privato (ut fit) periculo publicum implicitum eſſet, auctoreſque defectionis ab Latinis, metu ne ſoli crimini ſubjecti, placula iræ Romanorum dederentur, avertiſſent colonias à conſiliis pacis. Neque in ſenatu ſolum per eos legatio impedita eſt, ſed magna pars plebis inclinata. ut prædatum in agrum Romanum exirent. hanc nova injuria exturbavit omnem ſpem pacis. Per Præneſtinorum quoque defectione eo anno primum fama exorta: arguentibuſque eos Tuſculanis, & Gabinis, & Lavicanis, quorum in fines incurſatum erat, ita placide ab ſenatu reſponſum eſt, ut minus credi de criminibus, quia nollent ea vera eſſe, appareret.

Cap. XXII. Inſequenti anno Sp. & L. Papirii, novi tribuni militum conſulari poteſtate, Velitras legiones duxere; quatuor colleſis Ser. Cornelio Maluginenſe quartum, Q. Servilio, Ser. Sulpicio. L. Æmilio quartum, tribus ad patriſidium urbis, & ſi quid ex Etruria novi motus nunciaretur (omnia enim inde ſuſpecta erant) relictis. Ad Velitras adverſus majora pene auxilia Prænestinorum, quam ipſum colonorum multitudinem fecundo proelio pugnatum eſt; ira ut prosinquitas urbis bonis & cauſſa manendi fuga, & unum ex fuga receptaculum eſſet. Oppidi oppugnatione tribuni abſtinuere; quia & anceps erat, nec in perniciem colonia pugnandum cenſebant. Literæ Romam ad ſenatum cum victoriæ nuncii ſeriores in Prænestinum quam in Veliternum hoſtem, miſſæ. Itaque ex ſenatuconſulto, populique juſſu, bellum Prænestinis indictum: qui conjuncti Volſcis anno inſequente Sarticum coloniam populi Romani pertinaciter à colonis defenſam vi expugnarunt, fœdeque in captis exercentes victoriam. Eam rem ægre paſſi Romani. M. Furium Camillum ſeptimum tribunum militum creaverc. additi collegæ, A. & L. Pettumii Regilienſes, ac L. Furius, cum L. Lucretio, & M. Fabio Ambuſto. Volcum bellum M. Furio extra ordinem decretum. adjutor ex tribunis fore L. Furius datus; nec tam è republica quam ut collegæ materia ad omnem laudem eſſet: & publice, quod rem temeritate ejus prolapſam reſtituit: & privatim, quod ex errore gratiam potius ejus ſibi quam ſuam gloriam petiit. Exactæ jam ætatis Camillus erat, comitiſque jurare parato

rare in verba excusandæ valetudini solita, consensus populi restituerat: sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris sensibus, & civiles jam res haud magnopere obeuntem bella excitabant. Quatuor legionibus quaternuna militum scriptis, exercitu inlecto ad portam Esquilinam in posterum diem, ad Satricum profectus; ibi eum expugnatores coloniæ haudquaquam perculsi, fidentes militum numero, quo aliquantum præstabant, opperiebantur. postquam appropinquare Romanos senserunt, exemplo in aciem procedunt; nihil dilaturi quin periculum summæ rerum facerent: ita pauciori hostium, nihil artes imperatoris uniet, quibus solis confiderent, profuturas esse.

Cap. XXIII. Idem ardor & in Romano exercitu erat, & in altero duce: nec prudentia dispariore fortunam ullà res, præterquam unius viri consilium atque imperium, moderabatur: qui occasionem juvandarum ratione virium trahendo belli quærebat. Eo magis hostis instare: nec jam pro castris tantum fuit explicare aciem, sed procedere in medium campi, & vallo prope hostium signa inferendo, superbam iuducian virium ostentare. Id ægre patiebatur Romanus miles: multo ægrius alter ex tribunis militum L. Furius fe ox quum ætate & ingenio, tum multitudinis, ex incertissimo fumentis animos, sic instigabat. Hic pedites militesque lectatos insuper instigabat, elevando, qua una poterat, atate auctoritatem collegæ: *Juventibus bella data dictians, & cum corporibus vigere & destorescere animos; Cunctatorem ex acertino bellatore fautum: & qui adolescentes castra hostium spectatino impetu rapere sit solitus, eum ipsum intra vallum tempus terere: quid acceptum fatis, deceptumque hostium viribus sperantem? quam occasionem, quod tempus, quem infestis substrundis locum? frigere ac torpere sensu consilia. Sed Camillo, tum vitæ fatis, tum gloriæ esse: quid attinere cum mortali corpore vim civitatis, quam immortalem esse decuit, pati consenescere vires? His sermonibus tota in se avertebat castra. & quum omnibus locis posceretur pugna, sistere, inquit, M. Furi non possumus militum impetum: & hostis, cujus animos cunctando auximus, non minime toleranda superbia insolescit. Cede us omnib s, & patere te vincit consilio, ut maturius bello vincas.*

Ad ea Camillus, *Ego bella sub unius auspicio gesta ad eam diem esse, nec ausim eas neque te neque populum Romanum, aut consilii sui, aut fortunæ pœnituisse. nunc scire te collegam habere jure imperioque parem, vigore ætatis præstantem. Itaque se quod ad exercitum attinet, regere consentio, non rego. collegis imperium se non posse impedire. Dis bene juvantibus agere, quod e republica duxeret. Ætati suæ se veniam etiam petere, ne in prima acie esset. quæ senum munia in bello sint, iis se non detrectarum. Id a Dis immortalibus precari, ne qui casus finem consilium laudabile effectat.* Nec ab hominibus falutaris sententia, nec ab Diis tam pie preces auditæ sunt. primam aciem auctor pugnæ infert, subsidia Camillus firmat, validamque stationem pro castris opponit. ipse edito loco spectator intentus in eventu alieni consilii constitit.

Cap. XXIV. Simul primo concursu concrepuere arma, hostis dolo, non metu, pedem retulit. lenis ab tergo clivus erat inter aciem & castra: & quod multitudo suppeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instituebant reliquerant, quæ inter commissum jam certamen, ubi vallo appropinquasse hostis, erumperent. Romanus cedentem hostem effuse sequendo, in locum iniquum perractus, opportunus huic eruptioni fuit. versus itaque in vicem terror. & novo hoste, & supina valle Romanum inclinavit aciem. Instant Volsci recres, qui de castris imperum fecerant, integrant & illi pugnam, qui simulata cesserant fuga. Jam non recipiebat se Romanus miles, sed immemor recentis ferociæ veterisque decoris, terga passim dabat; atque effuso cursu castra reperebat, quum Camillus, subjectus à circumstantibus in equum, & raptim subsidiis oppositis, *Hæc est, inquit, milites, pugna quam poposcitis? Quis homo, q. is Deus est, quem accusare possitis? vestra illa temeritas, vestra ignavia hæc est. Secuti alium ducem, sequimini nunc Camillum, & quod auctu meo fecistis, crite. Cui vallum & castra spectantis? nonnem vestrum illa, nisi victores, receptura sunt.* Pudor primo tenuit efusos: inde, ut circumagi signa obvertique aciem viderunt in hostem, & dux, præterquam quod tot insignis triumphis, etiam ætate venerabilis, inter primas signa (ubi plurimus labor periculumque erat) se offerebat; increpare singuli se quisque & alios, & adhortatio invicem totam alacri clamore pervasit aciem. Neque alter tribunus rei defuit: sed militis à collega restituente peditum aciem ad equites, non cattigando (ad quam rem leviorem auctorem eum cujæ societas fecerat) sed ab imperio totus ad preces versus, orare singulos universosque, *ut se rerum fortunæ ejus diei crimine exhiberent. Abnuente ac prohibente collega, tementitas me omnium potius fortuna, quam unius prudentiæ decet.*

Camillus in utroque vestra fortuna fuam gloriam vidit: ego, ni restituitur pugna (quod misereimum est) fortunam cum omnibus, infamiam solus feram. Optimum vilum eft in tuctuantem aciem tradi equos, & pedeftri pugna invadere hoftem. Eunt inligines armis animifque, qua premi parte maxime peditum copias videnti. nihil neque aquod duces, neque apud milites remittitur a fummo certamine animi. Senfit ergo equeftris virtutis emixae opem: & Volfci, qua modo fimulato metu ceffarant, ea in veram fugam effufi, magna pars & in ipfo certamine, & poft in fuga cafi: cæteri in caftris, quæ capta eodem impetu funt, plures tamen capti quam occifi.

Cap. XXV. Ubi in recenfendis captivis quum Tufculani aliquot noficitarentur, fecreti ab aliis ad tribunos adducuntur: percunctantibufque faffi, publico conflio fe militaffe. cujus tam vicini bellimetu Camillus motus; extemplo fe Romam caprivos ductuvum aiit, ne Patres ignari finr Tufculanos ab fociorum deficifle. caftris exercituique interim, fi videatur, præfit collega. Documento unus dies fuerat, ne jua conflia neglioribus præferrer. nec tamen aut ipfi, aut in exercitu cuiquam fatis placato animo Camillus laturus culpam ejus videbatur, qua data in tam præcipitem cafum refpublica effet; & tum in exercitu, tum Romæ conflantes omnium fama erat, quum varia fortuna in Volfcis geffa res effet, adverfæ pugnæ fugæque in L. Furio culpam, fecundæ decus omne penes M. Furium effe. Introductis in fenatum captivis, quum bello perfequendos Tufculanos Patres cenfuiffent, Camilloque id bellum mandaffent; adjuturorem fibi ad eam rem unum petit: permifioque, ut ex collegis optaret, quem vellet, contra fpem omnium L. Furium optavit. qua moderatione animi quum collega levavit infamiam, rum fibi gloriam ingentem peperit. Nec fuit cum Tufculanis bellum: pace conflanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant. Intrantibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineri locis, non cultus agrorum intermiffus: patentibus portis urbis, rogati obviam fequentes imperatoribus proceffere: commeantes exercitui comiter in caftra ex urbe & ex agris devehitur. Camillus caftris ante portas poftris, eademne forma pacis, quæ in agris oftentaretur, etiam intra mœnia effet, fcire cupiens, ingreffus urbem, ubi patentes januas, & cabernis apertis propofita omnia in medio vidit, intentoique opifices fuo quemque operi, & ludos literarum ftrepere difcentium vocibus, ac repletas femitas; inter vulgus aliud puerorum & mullerum huc atque illuc euntium, qua quemque fuorum ufuum cauffæ ferent: nihil ufquam, non pavidis modo, fed ne minantibus quidem fimile; circumfpiciebat omnia, inquirens oculis, ubinam bellum fuiffet: adeo nec amotæ rei ufquam, nec oblatæ ad tempus veftigium ullum erat: ited ita omnia conflante tranquilla pace, ut eo vix fama belli perlata videri poffet.

Cap. XXVI. Victus igitur patientia hoftium, fenatum eorum vocari juffit. *Soli adhuc*, inquit, *Tufculani vera arma, veraſque vires, quibus ab ira Romanorum veftra tutaremini, invenifiis. ite Romam ad fenatum. æſtimabunt Patres, utrum plus ante pene, an nunc venia meriti fitis. non præcipiam gratiam publici beneficii. deprecanti poteſtatem a me habueritis, precibus eventum veſtris ſenatus, quem videbitur, dabit.* Poftquam Romam Tufculani venerunt, fenatufque paulo ante fidelium fociorum mœftus in veftibulo curiæ eft confpectus, moti exemplo Patres: *vocari eos jam tum hofpitaliter magis, quam hoftiliter juffere.* Dictator Tufculanus ita verba fecit: *Quibus bellum indixiſtis, intuliſtiſque, Patres conſcripti, ſicut nunc videtis nos ſtantes in veſtibulo curiæ veſtræ, ita armati paratique obvium imperatorem Romanique veſtris proceſſimus. Hic noſter, bic plebis noſtræ habitus fuit, eritque ſemper, niſi ſi quando a vobis proque vobis, arma acceperimus. Gratias agimus & ducibus veſtris & exercitibus, quod oculis magis quam auribus credidere unt: & ubi nihil hoſtile erat, ne ipſi quidem fecerunt. Pacem quam nos præſtitimus, eam a vobis petimus; bellum eo, ſicubi eſt, averſaris precamur. In nos quid arma polleant veſtra, ſi patiendo experiundum eſt, inermes experiemur. Hæc mens noſtra eſt; Dii immortales faciant, tam felix quam pia. Quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixiſtis; eſſe rendita rebus, verbis confutare nihil attinet; tamen etiamſi vera ſint, vel fateri nobis ea, quum tam evidenter panituerit, turpe cenſemus. Peccetur in vos, dum dignl ſitis, quibus ita ſatisfiat.* Tantum fere verborum ab Tufculanis factum. Pacem in præfentia, nec ita multo poft civitatem etiam impetraverunt. ab Tufculo legiones reducte.

Cap. XXVII. Camillus conflilio & virtute in Volfco bello, felicitare in Tufculana expeditione, utrobique fingulari adverfus collegam patientia & moderatione infignis, magiftratu abiit; creatis tribunis militaribus in infequentem annum, L. & P. Valerijs, Lucio quintum, Publio tertium, & C. Sergio tertium, L. Menenio

mento secundum, Sp. Papirio, Scr. Cornelio Maluginense. Censoribus quoque eguit annus: maxime propter incertam famam eris alieni: aggravantibus summam etiam invidiæ ejus tribunis plebis, quum ab iis elevaretur, quibus fide magis quam fortuna debentium laborare creditum videri expediebat. Creati censores, C. Sulpicius Camerinus, Sp. Postumius Regillensis. cœptaque jam res morte Postumii, quia collegam suffici censori religio erat, interpellata est. Igitur quum Sulpicius abdicasset se magistratu, censores alii vitio creati non gesserunt magistratum. tertios creari (velut Dius non accipientibus in eum annum censuram) religiosum fuit. Eam vero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant. *Fugere senatum tesles, tabulas publicas, census cujusque, quia nolint conspici summam æris alieni, quæ indicatura fit, si quis parentem à parte civitatis: quum interim obæratam plebem objectari aliis atque aliis hortibus. Passim jam sine ullo discrimine bella queri. ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tusculum legiones ductas. Latinis, Hernicis, Prænestinis jam intentari arma; civium medios quosque etiam odio, ut in armis terant plebem, nec respirare in urbe, aut per otium libertatis meminisse sinant, aut confitere in concione, nisi aliquando audiant vocem tribuniciam de levando fœnore, & sine ullarum injuriarum egestate. Quæ si sit animus plebi memor patrum libertatis, se nec addici quemquam civem Romanum ob creditam pecuniam passuros; neque delectum haberi, donec inspecto ære alieno, initaque ratione minuendi ejus, scitat unusquisque quid sui, quid alieni sit: superesse sibi libertam corpus, an id ipsum obnoxium.* Merces seditionis propolita confestim seditionem excitavit: nam & addicebantur multi, & ad Prænestini famam belli novas legiones scribendas Patres censuerant. quæ utraque simul auxilio rebuncio, & consensu plebis impediri coepta. Nam neque duci addictos tribuni finebant, neque juniores nomina dabant, quum Patribus minor præsens cura creditæ pecuniæ juris exsequendi, quam delectus esset: quippe jam a Prænestæ profectos hostes in agro Sabino confedisse nunciabatur. Interim tribunos plebis fama ea ipsa irritaverat magis ad fuscepturn certamen quam deterruerat. neque aliud ad seditionem exstinguendam in urbe, quam prope illatum moenibus iptis bellum valuit.

Cap. XXVIII. Nam quum esset Prænestinis nunciatum nullum exercitum conscriptum Romæ, nullum ducem certum esse, Patres ac plebem in semetipsos versos: occasionem rati duces eorum, raptim agmine ocio pervastatis protinus agris, ad portam Collinam signa intulere. Ingens in urbe trepidatio fuit. conclamatum *ad arma*, concursumque in muros atque portas est: tandemque ab seditione ad bellum versi, dictatorem T. Quintium Cincinnatum creavere. Is magistrum equitum A. Sempronium Atratinum dixit. Quod ubi auditum est, (rantus ejus magistratus terror erat) simul hostes à moenibus recessere, & juniores Romani ad edictum sine detrectatione convenere. Dum conscribitur Romæ exercitus, cattra interim hostium haud procul Allia flumine posita, inde agrum late populantes fatalem se urbi Romanæ locum cepisse, inter se jactabant: *similem pavorem inde ac fugam fore, ac bello Gallico fuerit. Etenim, si diem contactum religione, insi nemque nomine ejus lacrimasse Romani quanto magis Alliensis ille dium ipsum, monumentum tantæ cladis, reformidaturos? Species profecto his ibi truces Gallorum, fonumque vocis, in oculis atque in auribus fore.* Has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes, fortunæ loci delegaverant finas. Romani contra, *Ubicunque esset Latinus hostis, satis scire eum esse, quem ad Regillum lacum devicium, centum annorum pace obnoxia tenuerint. Locum insignem memoria cladis, irritaturum se potius ad delendam memoriam dedecoris, quam ut timorem faciat. nec qua terra, ut nefasto victoriæ suæ. Quin ipsi Galli si offerantur, illo loco se ita pugnaturos, ut Romæ pugnaverint in repetenda patria, ut posiero die ad Gabios; tunc, quum effecerint, ne quis hostis, qui mentia Romana intrasset, nuncium secundæ adversaque fortunæ domum perferret.*

Cap. XXIX. His utrimque animis ad Alliam ventum est. Dictator Romanus, postquam in conspectu hostes erant Initructi intentique, *Videsne tu*, inquit, *A. Semproni, loci fortuna illos freros ad Alliam constitisse? nec illis Dii Immortales certioris quicquam fiducia majorive quod sit auxilii dederint. At tu, fretus armis animisque, concitatis equis invade medium aciem: ego cum legionibus, in turbatos trepidantesque inferam signa. Adeste Dii rectes faderis: & expetite pœnas debitas simul vobis violatis, nobisque perfidum numen deceptis.* Non equitem, non peditem sustinuere Prænestini. primo impetu ac clamore diffipati ordines sunt. Dein: postquam nullo loco constabat acies, terga vertunt: conservatique, & præter castra etiam sua pavore prælati, non prius se ab effuso cursu sistunt, quam in con-

spectu Prænestæ fuit. Ibi ex fuga dissipati, locum, quem tumultuario opere communierent, capiunt: ne, si intra mœnia se recepissent, extemplo urgeretur ager, depopulatisque omnibus obsidio urbi inferretur. Sed postquam direptis ad Allian castris victor Romanus aderat, id quoque munimentum relictum: & vix mœnia tuta rati, oppido se Prænestæ includunt. Octo præterea oppida erant sub ditione Prænestinorum, ad ea circumlatum bellum: deinceps haud magno certamine captis, Velitras exercitus ductus. Eæ quoque expugnatæ. tum ad caput belli Prænestæ ventum. Id non vi, sed per deditionem receptum est. T. Quintius semel acie victor, binis castris hostium, novem oppidis vi captis, Prænestæ in deditionem accepto, Romam revertit: triumphantique signum Prænestæ devectum Jovis Imperatoris in Capitolium fulit. Dedicatum est inter cellam Jovis ac Minervæ: tabulaque sub eo inscripta, monumentum rerum gestarum, hic ferme incisa literis fuit: *Jupiter atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quintius dictator oppida novem caperet.* Die vigesima quam creatus erat, dictatura se abdicavit.

Cap. XXX. Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate: quibus æquatis paucitatem plebeiorum numerus. Ex patribus creati, P. & C. Manlii, cum L. Julio: plebes C. Sextilium, M. Albinium, L. Antistium dedit. Manlii, quod genere plebeios, gratia Julium antebant, Volsci provincia, sine sorte, sine comparatione extra ordinem data: cujus bellum, postmodo, & Parres, qui dederant, pænituit. Inexplorato, pabulatum cohortes misere. quibus velut circumventis, quum id falso nunciatum esset; dum, præsidio ut essent, citati feruntur, ne auctore quidem afservato, qui eos, hostis Latinus pro milite Romano, fruftratus erat; ipsi in insidias præcipitavere. Ibi dum iniquo loco sola virtute militum restantes eduntur cædunturque, castra interim Romana jacentia in campo, ab altera parte hostes invasere. Ab ducibus utrobique proditæ temeritate atque inscitia rei, quicquid superfuit fortunæ populi Romani, id militum etiam sine rectore stabilis virtus rutata est. Quæ ubi Romam sunt relata, primum dictatorem dici placebat: deinde, postquam quietæ res ex Volscis afferebantur, & appariit nescire eos victoria & tempore uti, revocari etiam inde exercitus ac duces: otiumque inde, quantum a Volscis, fuit. Id modo extremo anno tumultuatum, quod Prænestini concitatis Latinorum populis rebellarunt. Eodem anno, Setiam ipsis querentibus penuriam hominum, noti coloni ascripti. Rebusque haud prosperis bello, domestica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia majestatique inter fuos obtinuit, solatium fuit.

Cap. XXXI. Infequentis anni principia statim seditione ingenti arsere; tribunis militum consulari potestate, Sp. Furio, Q. Servilio secundum, C. Licinio, P. Cloelio, M. Horatio, L. Geganio. Erat autem & materia & causa seditionis eas alienum: cujus nofcendi gratia, Sp. Servilius Priscus, Q. Cloelius Siculus censores facti, ne rem agerent, bello impediti sunt. namque trepidi nunciі primo, fuga deinde ex agris legiones Volscorum ingressas hres populatasque passim Romanum agrum, arrulere. In qua trepidatione tantum abfuit, ut civilia certamina terror externus cohiberet, ut contra eo violentior potestas tribunicia impediendo delectui esset: donec conditiones impositæ Patribus, ne quis quoad bellum esset, tribunum agrum, aut jus de pecunia credita diceret. Eo laxamento plebi sumptum ira delecti non est facta. Legionibus novis scriptis, placuit duos exercitus in agrum Volscum legionibus divisis duci. Sp. Furius, M. Horatius dextrorsus maritimam oram atque Antium, Q. Servilius & L. Geganius læva ad montes Ecetram pergunt. Neutra parte hostis obvius fuit. Populatio itaque non illi vage hostilis, quam Volscus latrocinii more, discordia hostium fretus, & virtutem metuens, per trepidationem raptim fecerat: sed ab jubo exercitu justa ira facta. Antio quoque temporis gravior. Quippe à Volscis timentibus, ne interim exercitus ab Roma exiret, incursiones in extrema finium factæ erant: Romano contra etiam in hostico morandi erat causa, ut hostem ad certamen eliceret. Itaque omnibus passim certis agrorum, vicifque etiam quibuldam exustis, non arbore frugifera, non fatis in spem frugum relictis, omni, quæ extra mœnia fuit, hominum pecudumque præda abacta, Romam utrinque exercitus redusti.

Cap. XXXII. Parvo intervallo ad respirandum dehito tribus dato, postquam quietæ res ab hostibus erant, celebrari de integro jurisdictio: & tantum abesse ipes veteris levandi fœneris, ut tributo novum fœnus contraheretur, in murum à censoribus locatum saxo quadrato faciendum, cui succumbere oneri coacta plebes; quia quem delectum impedirent, non habebant tribuni plebis. Tribunos etiam militares patricios omnes coacta principum opibus fecit, L. Æmilium, P. Valerium quartum, C. Veturium, Ser. Sulpicium,

clum, L. & C. Quintios Cincinnatos. Iisdem opibus obrinuere, ut adversus Latinos, bellicosissimos, qui conjunctis legionibus ad Sarricum castra habebant, nullo impediente omnibus junioribus sacramento adactis, tres exercitus scriberent: unum, ad præsidium urbis; alterum, qui si qui alibi motus exstitisset, ad subita belli mitteretur; tertium longe validissimum P. Valerius & L. Æmilius ad Sarricum duxere. ubi quum aciem instructam hostium, loco æquo invenissent, extemplo pugnatum: & ut nondum satis claram victoriam, sic prosperæ spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit. Postero die iterata pugna: & aliquamdiu æqua virtute fortunaque Latinæ maxime lectiones, longa focietate militiam Romanam edoctæ, reitabant. eques immissus ordines turbavit; turbatis signa peditum illata: quantunque Romana fe inclinatura cernerent hostes gradu demoti. & ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat. Fusi hostes, quum Sarricum, quod duo millia inde aberat, non castra peterent, abequitatu maxime cesi. castra capta, direptaque. Ab Sarrico hostes, quæ proxima erant, Antium: & quum paucis ex fuga fimili agmine petunt Antium: & quum Romanus exercitus prope vestigiis sequeretur, plus tamen timor, quam ira celeritatis habuit. Prius itaque mœnia intravere hostes, quam Romanus extrema agminis capere aut morari posset. Inde aliot alios vastando agro absumpti; nec Romanis satis instructis apparatu bellico ad mœnia aggrediendum, nec illis ad subeundum pugnæ casum.

Cap. XXXIII. Sedibi tum inter Antiates Latinosque coorta, quum Antiates, quæ pars hostium bello, in quo & nati essent & contenderant, deditionem faciebant. Latinos ex diutina pace nova defectio recentibus adhuc animis ferociores ad perseverandum in bello faceret. finis certaminis fuit, postquam utrique apparuit, nihil per alteros stare, quo minus inceptæ perficerentur. Latini profecti, a focietate pacis, ut rebantur, inhonestæ, sese vindicaverunt. Antiates incommodis arbitris salutarium consiliorum remotis, urbem agrosque Romanis dedunt. Ita & rabies Latinorum, qui nec Romanis bello nec Antio Volsco in armis retinere potuerant, eo erupit, ut Sarricum urbem, quæ recepta culum primum eis adversæ pugnæ fuerat, igni concremarent: nec aliud tectum ejus superfuit urbis (quum faces pariter sacris profanisque injicerent) quam matris Matutæ templum. Inde eos nec sua religio, nec verecundia Deum arcuisse dicitur, sed vox horrenda edita templo cum ritibus minis, ni nefandos ignes procul delubris amoviffent. Incensos exrabie, imperus Tufculum tulit; ob iram, quod deserto communi concilio Latinorum, non in focietatem modo Romanam, sed etiam in civitatem se dedissent. Patentibus portis quum improvifo incidissent, primo clamore perculsos, præter spem captum est, in arcem oppidani refugere cum conjugibus ac liberis: nunciosque Romam, qui certiorem de suo casu senatum facerent, misere. Haud segnius, quam fide populi Romani dignum fuit exercitus Tufculum ductus. L. Quintius & Servius Sulpicius tribuni militum duxere. Cunctis portas Tusculi, Latinosque simul obtidentium atque obsessorum animo hinc mœnia tueri videnti, illinc arcem opeturanæ; terrere una ac pavere. Adventus Romanorum mutaverat utriusque partis animos. Tusculanos ex ingenti metu in fiduciam restituerat: Latinos ex prope certa fiducia mox capiendæ arcis, quoniam oppido potirentur, in exiguam de seipsis spem verterat. Tollitur ex arce clamor ab Tusculanis: excipitur aliquanto majore ab exercitu Romano. Utrimque augentur animi: nec imperus Tusculanorum diutius quam ex superiore loco sustinent: nec Romanos subeuntes mœnia, molientesque obices portarum, arcere possunt. Scalis prius mœnia capti; inde effracta claustra portarum. & quum anceps hostis & a fronte & a tergo urgeret; nec ad pugnam ulla spes, nec ad fugum loci quicquam superesset; in medio esti ad unum omnes. Recuperato ab hostibus Tusculo, exercitus Romam est remissus.

Cap. XXXIV. Quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant, tanto in urbe vis Patrum bodiemque plebis discrepabant; quum eo ipso, quod necesse erat solvi, facultas solvendi impediretur. Itaque quum jam ex re nihil dari posset, fama & corpore judicati atque addicti creditoribus satisfaciebant, pœnaque in vicem fidei cesserat. Adeo ergo obnoxios fuos tenebant animos, non intimi solum, sed principes etiam plebis, ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, quod tanta vi, ut liceret, tenderebant; sed neadplebeios quidem magistratus capessendos petendosque ullo obnoxios fuerint animos esset: possessionemque honoris usurpari modo a plebe per paucos annos, recuperasse in perpetuum Patres viderentur. Ne id nimis lætum parti alteri esset, parva (ut plerumque solet) rem ingentem motiundi causa intervenit. M. Fabii Ambusti potentis virl, quum inter fui corporis hominis, tum etiam ad plebem,

quod haudquaquam inter id genus contemptor eius habebatur, filia duæ nuptæ. Ser. Sulpicio majori, minori C. Licinio Stolonis erat; illustri quidem viro, tamen plebeio: eaque ipsa affinitas haud spreta gratiam Fabio ad vulgum quæsierat. Forte ita incidit, ut in Ser. Sulpicii tribuni militum domo fœnores Fabiæ, quum inter se (ut fit) fermonibus tempus tererent, victor Sulpicii, quum is de foro se domum reciperet, foream (ut mos est) virga percuteret. quum ad id, moris ejus insueta, expavidet minor Fabia, risui fœrori fuit; miranti ignorare id sororem. Cæterum is risus simulos parvis mobili rebus animo mulierbri subdidit: frequentia quoque profequentium rogantiumque, nunquid vellet, credo fortunatum marrimonium ei fororis visum: fuisque ipsam malo arbitrio, quo à proximis quisque minime anteiri vult, pœnituisse. Confusam eam ex recenti morsu animi, quum pater forte vidisset, percunctatus, *satin' salva* averteretur, causam doloris (quippe nec satis piam adversus fororem, nec admodum in virum honorificam) elicuit, comiter fidicitando, ut fateretur, eam esse causam doloris, quod junčta impari esset; nupta in domo, quam nec honos nec gratia iniuare posset. Consilium inde utilium ambitus, bonum animum habere jussit, eosdem propediem domi visuram honores, quos apud fœrorem videat. Inde consilia inire cum genero cœpit, adhibito L. Sextio, strenuo adolescente, & cujus spei nihil præter genus patricium deesset.

Cap. X X V. Occasio videbatur rerum novandarum propter ingentem vim æris alieni, cujus levamen mali plebis, nisi suis in summo imperio locatis nullum speraret. Accingendum ad eam cogitationem esse conando agendoque jam eo gradum feciste plebeios, ut nisi quod omnia tenent, pervenire ad summam. & Patribus æquari tam honore quam virtute possent. In præsentia tribunos plebis fieri placuit, quo in magistratu sibimetipsi viam ad cæteros honores aperirent. creatique tribuni C. Licinius & L. Sextius, promulgavere leges omnes adversus ores patriciorum, & pro commodis plebis: unam de ære alieno, ut deducto eo de capite quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio æquis portionibus penolvercur. alteram de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret: tertiam, ne tribunorum militum comitia fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur. cuncta ingentia & quæ sine certamine maximo obtineri non possent. Omnium igitur simul rerum, quarum immodica cupido inter mortales est, agri, pecuniæ, honorum, discrimine propolito, conterriti Patres quum trepidassent, publicis privatisque consiliis nullo remedio alio præter expertam multis jam ante cerraminibus intercessionem invento; collegas adversus tribunicias rogationes compararerunt. qui ubi tribus ad suffragium ineundum citari à Licinio Sextioque viderunt; stipati Patrum præsidiis, nec recitari rogationes, nec solenne quicquam aliud ad scitendum plebi fieri, passi sunt. Jamque frustra sæpe concilio advocato, quum pro antiquaris rogationes essent; *Bene habet*, inquit Sextius, *quandoquidem tantum intercessionem pollere placuit, ipse ipso telo cuidabimur plebem. Agitedum, comitia inducite Patres tribunis militum creandis. faxo ne juvet vox ista,* VETO, *qua nunc concinentes collegas nostros tam læti audistis.* Haud irritæ cecidere minæ: comitia, præter ædilium tribunorumque plebis, nulla junt habita. Licinius Sextiusque tribuni plebis refecti, nullos curules magistratus creari passi sunt, eaque solitudo magistratuum, & plebe reficiente duos tribunos, & his comitia tribunorum militum tollentibus, per quinquennium urbem tenuit.

Cap. X X V I. Alia bella opportune quievere: Veliterni coloni, gesientes otio, quod nullus exercitus Romanus esset, & agrum Romanum aliquoties incursavere, & Tusculum oppugnare adorti sunt. eaque res Tusculanis, vereribus sociis, novis civibus, opem orantibus, verecundia maxime non Patres modo, sed & plebem movit. Remittentibus tribunis plebis comitia per interregem sunt habita: creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, P. & C. Valerii. haudquaquam tam obedientem in delectu, quam in comitiis plebem habuere: ingratique contentione exercitu scripto profecti, non ab Tusculo modo submovere hostem, sed intra suamet ipsum mœnia compulere. obsidebantque haud paulo vi majore Veliterræ quam Tusculum obsessum fuerat: nec tamen ab eis, quibus obsideri cœptæ erant, expugnari potuere. Ante novi creati sunt tribuni militum, Q. Servilius, C. Veturius iterum, A. & M. Cornelii. Q. Quintius, M. Fabius. nihil ne ab his quidem tribunis ad Velitras memorabile factum. In majore discrimine domi res verebantur: nam præter Sextium Licinium que latores legum, jam octavum tribunos plebis refectos, Fabius quoque tribunus militum Stolonis focer, quarum legum auctor fuerat, earum suaforem se haud dubium ferebat. & quum octo ex collegio tribunorum plebis primo intercessiones legum suffirent, quinque soli erant: & (ut ferme solent, qui

à suis

a suis deficiunt) capti, & stupentes animi, vocibus alienis id modo quod domi præceptum erat: intercessioni suæ prætendebant. Velitris in exercitu plebis magnam partem abesse: in adventum militum comitia differri debere, ut universa plebes de suis commodis suffragium ferret. Sextius Licinius que, cum parte collegarum, & uno ex tribunis militum Fabio, artifices jam rei annorum usu tractandi animos plebis, primores Patrum productos, interrogando de singulis quæ ferebantur ad populum, fatigabant: *Audierunt postulare, ut quum bina jugera agri plebi dividerentur, ipsis plus quinquenta jugera habere liceret? & singuli pro trecentorum capitum pondere agros, plebeio homini vix ad tectum necessarium, aut locum sepulturæ, suus pateret ager? An placeret fenore circumventam plebem, ni potius quam sortem creditum solvat, corpus in nexum ac supplicia dare? & gregatim quotidie in jus adductos duci, & retineri vinctos nobiles domos? & ubicunque patricius habitet, ibi carcerem privatum esse?*

Cap. XXXVII. Hæc indigna miserandaque auditu, quum apud timentes sibi nec tipsos majore audientium indignatione quam sua increpuissent: *atqui nec agros dividendi modum, nec fenore truci tandi plebem alium Patribus unquam fore affirmabant: nisi alterum ex plebe consulem, custodem suæ libertatis, plebs fecisset. Contenini jam tribunos plebi, quippe quæ potestas jam suam ipsa vim frangat intercedendo. Non posse quod vere ac serio agi, omnes ejusdem illos, penes se auxilium tantum sit. nisi imperio communicato, nunquam plebem in parte pari reipublicæ fore: nec esse quod quisquam satis putet, si plebeiorum ratio comitiis consularibus habeatur. nisi alterum consulem utique ex plebe necesse sit, nemineni fore. An jam memoriæ excisse, quum tribunos militum licirco potius quam consules creari placuisset, ut & plebeiis patere summos honos, quatuor & quadraginta annis nominem ex plebe tribunorum militum creatum esse? Cui crederent, duobus ne in locis sua voluntate imperitaturi plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare sibi sint? & ad consulatum, quem fieri passuros, qui tribunatum septum tam diu habuerint? Lege obtinendum esse, quod comitiis per gratiam nequeat: & sponendum extra certamen alterum consulatum, ad quem plebi sit aditus. quoniam in certamine relictus, præmium (emper potentiori futurus sit. Nec jam posse dici id, quod antea jactare soliti sint, non esse in plebeiis idoneos viros ad curules magistratus. Nunquid enim secordiæ, aut segnitiæ reipublicæ administrari post P. Licinii Calvi tribunatum, qui primus ex plebe creatus sit, quum per eos annos pejus fit, quibus præter patricios nemo tribunus militum fuerit? quin contra patriciis aliquot damnatos post tribunatum, neminem plebeium. Quæstores quoque, sicut tribunos militum, paucis ante annis ex plebe captos creari: nec militiæ aerarii populum Romanum pænituisse. Consulatum superesse plebeiis: eam esse arcem libertatis, id columen. si eo perventum sit, tum populum Romanum vere exactos ex urbe reges, & stabilem libertatem suam existimaturum. Quippe ex illa die in plebem ventura omnia, quibus patricii excedant; imperium atque honorem, glortam belli, genus, nobilitatem, magna ipsis fruenda majora liberis relinquenda.* Huius generis orationes ubi accipi videre; novam rogationem promulgant, ut pro duumviris sacris faciundis decemviri creentur: ita ut pars ex plebe, pars ex Patribus fiat: omnique earum rogationum comitia in adventum ejus exercitus differunt, qui Velitras obtiebat.

Cap. XXXVIII. Prius circumactus est annus quam à Velitris reducerentur legiones. ita suspensa de legibus res, ad nova tribunos militum dilata. nam plebis tribunos eosdem, duos utique qui legum latores erant, plebes reficiebat. Tribuni militum creati T. Quintius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpicius, Sp. Servilius, L. Papirius, L. Veturius. Principio ftatim anni, ad ultimam dimicationem de legibus ventum: & quum tribus vocarentur, nec intercessio collegarum latoribus obstaret; trepidi Patres ad duo ultima auxilia, summum imperium summumque ad civem decurrunt, Dictatorem dici placet. dicitur M. Furius Camillus, qui magistrum equirum L. Æmilium coopiat. Legum quoque latores, adversus tantum apparatum adversariorum, & ipsi cauffam plebis ingentibus animis armant: concilioque plebis indicto, tribus ad suffragium vocant. Quum dictator stipatus agmine patriciorum, plenus iræ minasque con'edisset, atque ageretur res solito primum certamine inter se tribunorum plebi, ferentium legem intercedentiumque, & quanto jure potentior intercessio erat, tantum vinceretur favore legum ipsarum, latorumque. & *Uti rogas*, primæ tribus dicerent, tum Camillus, *Quandoquidem, Quirites, jam vos tribunicia libido, non potestas, regit, & intercessionem secessione quondam plebis partam, vobis eadem vi facitis irritam, qua peperistis; non reipublicæ magis universæ, quam vestra cauffa dictator intercessioni adero:*

que simque vestrum auxilium imperio intutior. Itaque si C. Licinius & L. Sextius interessioni eorum cedunt, nihil patricium magistratum inferam consilio plebis. Si adversus intercessionem, tamquam capite civitati, leges imponere tentent, etiam tribunitiam à scelpta distrahi non patiar. Adverfus ea quum contemptim tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent: tum perciliis ea, camillus, fatetur, qui de medio plebem emoverent, milit. & addit minas: si pergerent, sacramento omnes iuniores adacturum, nec citra quae extremo ex nobe edacturum. Terrorem ingentem inuisse plebi: duobus quidem his accedit magis certamine animos, quam minuit. Sed re neutro inclinata, magistratu se abdicavit: seu quia vitio creatus erat, ut scripsere quidam: seu quia tribuni plebis timuerunt ad plebem, idque plebes favit ut si M. Furius pro dictatore quid egisset, quibus ipse rogationibus esset, Sed auspicii magis quam novi exempli regatione dictatorium ut notius credam, quum ipsius viri facit ingenium, tum quod ei indictus est exemplo P. Manlius dictator: quem quid crari attribuebat ad id certamen, quo M. Furius adversus se usus fuerat eundem M. Furium dictatorem inequens annus habuit; inuid sine pudore certe dictum prione anno in se imperium repetiturum: simul quod eo tempore, quo promulgatum de multa ius tradituri, aut & huic rogationi, qua de in ordinem cogi videbatur, obstiterunt: aut ne illas quidem, propter quas & hae lata erat, impedire: & quoad usque ad memoriam nostram tribunicijs consularibusque certamen viribus est, dictaturae semper artius fastigium fuit.*

Cap. XXXIX. Inter priorem dictaturam abdicatam, novamque à Manlio initam, ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito, apparuit, quae ex promulgatis plebi, quae latoribus gratiora essent. nam de fenore atque agro rogationes jubebant, de plebeio consulatu antiquabant. Se perfecta utraque re effe. ni tribuni se in omnia simul consulere plebem dixissent. P. Manlius deinde dictator rem in causam plebis inclinavit; C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magistro equitum de plebe dito. Id aegre Patres pasos accipio: dictatorem unum è quinque cognatione Licinii se apud Patres excusare solitum; simul negantem magistri equitum majus, quam tribuni consularis imperium esse. Licinius Sextiusque, quum tribunorum plebi creandorum indicta comitia essent, ita se gerere, ut negando jam sibi velle continuari honorem acerrime accederent ad id, quod dissimulando petebant, plebem. *Nonum se annum jam actu; in acie adversus optimates maximo privatim periculo, nullo publice emolumento stare. consumisse jam secum, & rogationes promulgatas, & quam omnem tribunitiam potestatis. Primo intercessione collegarum in leges suas pugnatum esse. deinde obligatione jurisdictus ad Feliciorum bellum: postremo di latorium fulmen in se intonatum. Jam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem objicere; quippe qui etiam omen plancio consuli, magistro equitum ex plebe dicendo dederit. Ceterum plebem, & commodo memori fuit. Liberum virum ac fortem à creatoribus liberos agros ab ingressis posse. Id eos, si velit, habere posse. Quae mercede quando tandem satis grato animo aestimaturos, si inter accipiendas de suis commodis rogationes, item honoris latoribus curam incidant? non esse molestae populi scita, si ipsi id populares tribuni plebis velint fovere; & in agrum injuria possessum à potentibus inuacuatum; per quos ea conjecturam sit, fames tribunicios non sine honore tantum sed etiam sine honoris reliquiae. Proinde, ipsi primum statuerent apud animos quid velint: deinde ut compotes voluntatis fecissent voluntatem. Si contunctim ferri ab se promulgata rogationes vellent, esse quod eosdem repetent triumos plebis: perlaturos enim quae promulgaverint. sin quod cuique privatim opus sit. ita modo accipi velint; opus esse nihil hortatore exercitatione honoris; nec se tribunatum, nec illos ea quae promulgata sint, habituros.*

Cap. XL. Adverfus tam obstinatam orationem tribunorum, quum, prae indignitate rerum, stupor, silentiumque inde ceteros Patrum denixisset: App. Claudius Crassus, nepos decemviri, dicitur odio magis iraque, quam spe, ad diffuadendum processisse; & locutus in hanc fere sententiam esse: *Nonae novum, neque inopinatum mihi, ut, Quirites, si quod unum fuit in nostra semper objectum est ab iniquis tribunis. Id nunc ego quoque audeam: Claudiae genti jam inde ab initio nil antiqui in republica Patrum majestate fuisse: semper plebis commodis adversatos esse. Quorum alterum neque nego, neque inficias eo nos ex quo alteri themas simul in civitatem & Patres, quae optanda videbantur, per nos aucta pati: quam laminuta majestas earum gentium, inter quas nos esse nolueris, alei vere possit. Illud alterum pro me majorumque meis contendere ausim, Quirites, (nisi quae pro amicis verba reipublicae, haud ea plebi tantopere dilecta incolenti urbem adversa quis putet) nihil nos neque privatos, neque in magistratibus, quod incommodum plebi*

plebi esset, scientes feciſſe: nec ullum factum dicturos noſtrum contra utilitatem eorum (ſi quidem contra voluntatem fuerint) referri poſſe. An hoc, ſi vilitudine familiæ non ſim, nec ex patricii ſanguine ortus, ſed unus Quiritium quilibet, qui modo me nobis ingenuis ortum, & vivere in libera ciuitate ſciam, retinere poſſim? L. Ilium Sextium & C. Licinium perpetuos (ſi Dis placet) tribunos, tantum libertatis nouem annis, quibus regnant, ſumpſiſſe, ut vobis negent poteſtatem liberam ſuffragii, non in comitiis, non in legibus iubendis, ſe permiſſuros eſſe? Sub conditione, inquit, nos reſpicietis acrimun tribunos. Quid eſt aliud dicere, quod petunt olim, nos a vobis ſolitos eſſe impetrare? quæ magna non accipiamus. Sed quæ tandem iſta merces eſt, qua vos ſemper tribunos plebis habeamus? ut rogationes inquit, noſtras, ſiue placent, ſiue diſpliacent, ſeu utiles, ſeu inutiles ſunt, omnes cunctantim accipiatis. Id ſi non vos, qui tribuni plebis, putate me ex media concione unum ciuem ſuccłamare: Bona verba noſtra tuetur ex his rogationibus legere, quas ſalubres nobis conſentes eſſe, antiquare aſtas. Non, inquit, licebit. Tu de ſenore atque egris, quod ad eos omnes pertinet, iubeas: & hoc pereant quibus fuit, prædæ Romanæ, uti L. Sextium atque hunc C. Licinium conſules quos indignaris, quod abominaris, videas? Aut omnia accipe: aut nihil fero. Ut ſi quis ci. quem urget fames, venenum ponat cum cibo, & cui abſtinere eo quod ſalutare ſit, mortiferum vitali admiſceat. Ergo ſi eſſet libera hæc ciuitas, non tibi frequentes ſuccłamaſſent, Abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tuis: quid ſi non tuleras, quod commodum eſt populo accipere, nemo erit qui ferat illud? Si quis patricius ſi quis (quod iuſi volunt hendiadyin eſſe) Quidnam dicerat, Aut omnia accipite, aut nihil fero; quis veſtrum, Quirites, ferret? Nunquamne vos res potius quam auctores ſpectabitis, ſed omnia ſemper, quæ magiſtratus ille dicet, ſecundis auribus, quæ ab noſtrum quo dicentur, adiecteſſ accipietis? At hercule, ſermo eſt minime ciuilis. Quid? Romano qualis eſt, quam a vobis antiquatam indignantur? ſermoni, Quirites, ſimilima. Conſules, inquit, ro. o. ne vobis, quos voletis, facere liceat. An aliter rogat, qui utique alterum ex plebe fori conſulem jubet: nec duos patricios creandi poteſtatem vobis permittit? Si hodie bella ſint, quale Etruſcum Iuſt, quum Porſena Ianiculum iſſedit, quale Gallicum modo, quum prater Capitolium atque arcem omnia hoſtium erant, & conſulatum cum hoc M. Fario aut quolibet alio ex Patribus L. ille Sextius peteret, poſtetiſne ferre Sextium haud pro deuto conſulem eſſe, Camillum de capta dimcare? Sectine iſ in communi honores vocare, ut duos plebeios fieri conſules liceat, duos patricios non liceat? & alterum ex plebe creari neceſſe ſit, utrumque ex Patribus præterire liceat? Quenam iſta ſocietas, quænam conſortio eſt? Parum eſt, ſi cuius pars tua nihil adhuc fuit, in partem ejus venis, niſi partem petendo, totum traxeris? Vineo, inquit, ne ſi duos licebit creari patricios, neminem creetis plebeium. Quid eſt dicere aliud, niſi: quis iniquos noſtra voluntate creaturi non eſtis: neceſſitatem vobis creandi quos non vultis, imponam? quid ſequitur, niſi ut ne beneficium quidem deberat populo, ſi cum duobus patriciis unus petierit plebei is, & lege ſe, non ſuffragio, creatum dicat?

Cap. XLI. Quomodo extorqueant, non quomodo petant honores, quærunt: & ita maxima iunt adepturi, ut nihil ne pro nihilo quidem debeant: & occaſionibus potius quam virtute petere honores malint. Eſſe aliquis qui ſe inſtici, æſtimaris ſatisfiat? qui cœtus ſibi uni honores inter cimicantes competitores æquum conſcat eſſe? qui ſe arbitrio veſtro non ſit ſuæ quæque neceſſitatis ſuffragia pro voluntatis & ſervia pro liberis faciat? Omitto Licinium Sextiumque, quorum annos in perpetua poteſtate, tanquam regum in Capitolio numerabis: quis eſt hodie in ciuitate tam humilis, cui non olim ad conſulatum facilior per iſtius legis rogationem quam nobis ac liberis noſtris ſit? ſi quidem nos, ne quum voluerimus quidem, creare interdum poteritis, iſtos etiam ſi nolueritis, neceſſe ſit. De indignitate ſatis dictum eſt (etenim dignitas ad homines pertinet) quid de religionibus atque auſpiciis, quæ propria Deorum immortalium contemnito atque iniuria eſt, loquar? auſpicijs hanc urbem conditam eſſe, auſpicijs bello ac pace, domi militiaque omnia geri, quis eſt qui ignoret? Penes quos igitur ſunt auſpicia more majorum? penes Patres. nam plebeios quidem magiſtratus nullis auſpicijs creatur. Nobis adeo proprie ſunt auſpicia, ut non ſolum quos populus creat patricios magiſtratus, non aliter quam auſpicato creet; ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicio tabernaculum prodamus, & privatim auſpicia habeamus, quæ ſi ne in magiſtratibus quidem habent. Quid igitur aliud quam volit ea ciuitate auſpicia, qui plebeios conſules creando, a Patribus qui ſcit ea habere poſſunt, auferr? Eludant nunc licenter religiones. Quid enim eſt, ſi pulli

non paſcentur? ſi ex cavea tardius exierint? ſi occinuerit avis? Parva ſunt haec: ſed parva ipſa non contemnendo, majores noſtri maximam hanc rem fecerunt. Nunc nos, tamquam jam nihil nisi Deorum opus ſit, omnes exremonias poſtumus. Vitio ergo pontifices, augures, ſacrificuli reges creantur: cuilibet apicem dialem, dummodo homo ſit, imponamus: praedamus ancilla, penetralia, Deos Deorumque curam, quibus nefas eſt. non leges auſpicato ferantur, non magiſtratus creantur: nec centuriatis comitiis Patres auctores fiant. Sextius & Licinius, tamquam Romulus ac Tatius, in urbe Romana regnent, quia pecunias alienas, quia aegros dono dant. Tanta dulcedo eſt ex alienis fortunis praedandi: nec in mentem venit, alterā lege ſolitudinis vaſtas in agris fieri pellendo finibus dominos: altera fidem abrogari, cum qua omnis humana ſocietas tollitur. Omnium rerum cauſſa vobis antiquanda cenſeo iſtas rogationes. Quod faxitis, Deos velim fortunare.

Cap. X L I I. Oratio Appii ad id modo valuit, ut tempus rogationum jubendarum proferretur. Refecti decimum lidem tribuni Sextius & Licinius, de decemviris ſacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere. creati quinque Patrum, quinque plebis: graduque eo jam via facta ad conſulatum videbatur. Hac victoria contenta plebes ceſſit Patribus, ut in praeſentia conſulum mentione omiſſa, tribuni militum crearentur. creati A. & M. Cornelii iterum: M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius ſextum. Quum praeter Velitrarum obſidionem, fardi magis rem exitus quam dubii, quietae externae res Romanis eſſent; fama repens belli Gallici allata, perpulit civitatem, ut M. Furius dictator quintum dicereretur. is T. Quinctium Pennum magiſtrum equitum dixit. Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen, auctor eſt Claudius: inclitamque in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum, cum quo provocatus manus conſeruit, in conſpectu duorum exercituum caeſum torque ſpoliavit, tum pugnatam. Pluribus auctoribus magis adducor, ut credam, decem haud minus poſt annos ea acta: hoc autem anno in Albano agro cum Gallis dictatore M. Furio ſigna collata. Nec dubia, nec difficilis Romanis (quamquam ingentem Galli terrorem memoria priſtinae cladis attulerant) victoria fuit. multa millia Barbarorum in acie, multa captis caſtris caeſa: palari alii Apullam maxime petentes, quum fuga ſe longinqua, tum quod paſſim eos ſimul pavor terrorque diſtulerant, ab hoſte ſeſe rutati ſunt. Dictatori, conſenſu Patrum plebiſque, triumphus decretus. Vix dum perfunctum eum bello, atrocior domi ſeditio excepit: & per ingentia certamina dictator ſenatuſque victus, ut rogationes tribuniciae acciperentur: & comitia conſulum adverſa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus C o s. factus. Et ne is quidem finis certaminum fuit, quia patricii ſe auctores futuros negabant, prope ſeceſſionem plebis res terribileque alias minas civilium certaminum venit: cum tamen per dictatorem conditionibus ſedatae diſcordiae ſunt, conceſſumque ab nobilitate plebi de conſule plebeio: à plebe nobilitati de praetore uno, qui jus in urbe diceret, ex Patribus creando. Ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus, quum dignam eam rem ſenatus cenſeret eſſe, meritoque id, ſi quando unquam alias, Deum immortalium cauſſa libenter factu ros fore, ut ludi maximi fierent, & dies unus ad triduum adjiceretur; recuſantibus id munus aedilibus plebis, concinatum à patriciis eſt juvenibus, ſi id honoris Deum immortalium cauſſa libenter acturos, ut aediles fierent. Quibus quum ab univerſis gratiae actae eſſent, factum ſenatuſconſultum, ut duo viros aediles ex Patribus dictator populum rogaret: Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent.

EPI-

EPITOME

LIBRI VII.

DUo novi magistratus adjecti sunt? prætura & ædilitas curulis. Tesa-tantia civitas laboravit, eamque insignem fecit mors Furii Camilli, cujus remedium & finis quum per novas religiones quæreretur, luat scenict tunc primum satisfi sunt. Quum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis, propter delectum acerbe actum: & T. Manlium filium, relegatum sine ullo crimine; adolescens ipse, cujus relegatio patri objicielebatur, venit in cubiculum tribuni, strictoque gladio coegit eum in verba sua jurare, Non perseveraturum se in accusatione. Cum telluris hiatu rota ad ultimum patria territa foret, nunc omnia pretiosa missa sunt in patentem voraginem urbis Romanæ. In eam Curtius ornatus sedens equo se præcipitavit, eaque expleta est. T. Manlius adolescens qui patrem a tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis, in singulare certamen descendit, eique occiso, torquem aureum detraxit: quem ipse postea tulit, & ex eo Torquatus est nuncupatus: Duæ tribus additæ, Pomtina & Publilia. Licinius Stolo lege ab ipso lata damnatus est, quod plus quingentis jugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallico, a quo provocatus erat, insidente galeæ corvo, & unguibus rostroque hostem infestante, interemit, & ex eo Corvi nomen accepit; consulque proximo anno creatus est ob virtutem, quum vigesimum tertium ageret annum. Amicitia cum Carthaginiensibus juncta. Campani, quum urgerentur a Samnitibus bello, auxilio adversus eos a senatu petito; quum id non impetrarent, urbem atque agros populo Romano dedidernnt, ob quam causam ea, quæ populi Romani facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. Cum ab A. Cornelio consule exercitus in iniquum locum deduceretur, in magno discrimine esset. T. Decii Muris tribuni militum opera servatus est; qui occupato colle superiori jugum, in quo Samnites considerant, occasionem consuli in æquiorem locum eundendi dedit: ipse ab hostibus circumsessus erupit. Milites Romani, qui Capuæ in præsidio erant relicti, quum de ea occupanda urbe conspirassent, & detecto consilio, metu supplicii a populo Romano defecissent; per M. Valerium Corvum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat, patriæ restituti sunt. Res præterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Privernates, & Tarquinienses, & Samnites, & Volscos prospere gestas continet.

CAPUT I.

ANNUS hic erit insignis novi hominis consulatu, insignis novis duobus magistratibus, prætura, & curuli ædilitate. Hos sibi patricii quæsivere honores, pro concesso plebi altero consulatu. Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit: Patres prætorem Sp. Furio M. filio Camillo, ædilitatem Cn. Quintio Capitolino, & P. Cornelio Scipioni, suarum gentium viris, gratia campestri ceperunt. L. Sextio collega ex Patribus datus Lucius Æmilius Mamercinus. Principio anni, & de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari jam fama erat, & de Hernicorum defectione, agitata mentio. Quum de industria omnia, ne quid per plebeium consulem ageretur, proferrentur, silentium omnium rerum, ac justitio simile otium fuit: nisi quod non patientibus tacitum tribunis, quod pro consule uno plebeio tres patricios magistratus curulibus sellis prætextatos tamquam consules sedentes nobiliras sibi sumsisset; prætorem quidem etiam jura reddentem, & collegam consulibus, atque iisdem auspiciis creatum; verecundia inde imposita est senatui, ex Patribus jubendi ædiles curules creari. primo ut alternis annis ex plebe fierent, convenerat: postea promiscuum fuit. Inde L. Genucio & Q. Servilio consulibus, & ab seditione & a bello quietis rebus, ne quando a metu ac periculis vacarent, pestilentia ingens orta. Censorem, ædilem curulem, tres tribunos plebis mortuos ferunt: pro portione & ex multitudine alia multa funera fuisse. maximeque eam pestilentiam insignem mors quam matura, tam acerba, M. Furii fecit, fuit enim vere vir unicus in omni fortuna; principeps pace belloque, prius quam exulatum iret: clarior in exilio; vel desiderio civitatis, quæ capta absentis imploravit opem, vel felicitate, quæ restituras in patriam, secum patriam ipsam restituit. Par deinde per quinque & viginti annos (tot enim postea

vasit) titulo tantæ gloriæ fuit, dignusque habitus, quem fecundum à Romulo conditorem urbis Romanæ ferrent.

Cap. II. Et hoc & insequenti anno C. Sulpicio Patico, C. Licinio Stolone, consulibus, pestilentia fuit, eo nihil dignum memoria actum; nisi quod pacis Deum expofcendæ causfa tertio nam post conditam urbem lectisternium fuit. & quum vis morbi, nec humanis consiliis nec ope divina levaretur, victis superstitione animis, ludi quoque scenici, nova res bellicofo populo (nam circi modo fpectaculum fuerat) inter alia cœlestis iræ placamina instituti dicuntur. Cæterum parva quoque (ut ferme principia omnia) & ea ipsa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos faltando haud inconditos motus more Tufco edebant. imitari deinde eos juventus, simul inconditis inter se jocularia fundentes verfibus, cœpere; nec absoni à voce motus erant. Accepta itaque res, sæpisque usurpando excitata, vernaculis artificibus; quia hister Tufco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum: qui non sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis jaciebant; sed impletas modis saturas; deferipto jam ad tibicinem cantu, motusque congruenti, peragebant. Livius post aliquot annos, qui ab saturis ausus est primus argumento fabulam ferere, (idem fcilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor) dicitur, quum sæpius revocatus vocem obtudisset, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem unum staturisse, canticum egisse aliquanto magis vigenti motu, quia nihil voci usus impediebat. Inde ad manum cantari histrionibus cœpum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta. Postquam lege hac fabularum ab risu & soluto joco res avocabatur; & ludus in artem paullatim vertebat; juventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsi inter se more antiquo ridicula inrexta versibus jactitare cepit: quæ inde exodia postea appellata, confertaque fabellis potissimum Atellanis fuere. Quod genus ludorum ab Ofcis acceptum tenuit juventus: nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet, ut actores Atellanarum, nec tribu moveantur, & stipendia, tanquam experres artis ludicræ, faciant. Inter altarum parva principia rerum, ludorum quoque prima origo penenda vita est: ut appareret: quam ab sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit.

Cap. III. Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit. quin etiam quum medios forte ludos circus Tiberi superfuto irrigatus impedisset; id vero, velut auctifis jam Dîis, aspernantibusque placanina iræ, terrorem ingentem fecit. Itaque Cn. Genucio, L. Æmilio Mamercino fecundum, consulibus, quum placulorum magis conquisitio animos quam corpora morbi afficerent, repertum ex senlorum memoria dicitur, pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo fedatam. Ea religione adductus senatus, dictatorem clavi figendi causfa dici jussit. dictus L. Manlius Imperiosus, L. Pinarium magistrum equitum dixit. Lex vetusta est priscis literis, verbisque scripta, ut qui prætor maximus sine sollibus Septembribus clavum pangat. Fixus fuit dexiro lateri ædis Jovis optimi maximi, ea ex parte qua Minervæ templum est. Eum clavum, quia rara per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuisse ferunt: eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus Minervæ inventum sit. Vetustinis quoque clavis indices numeri annorum, fixes in templo Nortiæ Etruscæ Deæ, comparere, diligens talium monimentorum auctor Cincius affirmat. M. Horatius consul, ex lege templum Jovis optimi maximi dedicavit; anno post nescio exactos, à consulibus postea ad dictatores, quia majus imperium erat, solenne clavi figendi tranfiatum est. Intermisso deinde more, digna etiam per se visa est res, propter quam dictator crearetur. qua de causfa creatus L. Manlius, perinde ac reipublicæ gerendæ, ac non fel endæ religione, gratia creatus esset, bellum Hernicum affectans, delectu acerbo juventutem agitavit; tandemque omnibus in eum tribunis plebis coortis, seu vi seu verecundia victus, dictura abiit.

Cap. IV. Neque eo minus principio insequentis anni Q. Servilio Ahala, L. Genucio fecundum consulibus, dies Manlio dictur à M. Pomponio tribuno plebis. Acerbitas in delectu, non damno modo civium, sed etiam laceratione corporum lata, partim virgis cæsis, qui ad nomina non respondissent, partim in vincula ductis, invifa erat: & ante omnia invisum ipsum ingenium arrox, cognomenque Imperiosi grave liberæ civitati, ab ostentatione facilitæ addictum; quam non magis in alienis, quam in proximis acerbaque ipse fuo exerceret. criminique ei tribunus inter cætera dabat, *Quod filium juvenem nullius probri compertum, exterret, urbe, domo, patri-*

natibus, foro, luce, congressu aequalium prohibitum, in opus servile, prope in carcerem atque in ergastulum dederit: ubi saepius loco natus dictatorius juvenis quotidiana militaria assiverit, vere imperioso patre se natum esse. At quam ob noxam? quia infacundior sit, & linguae impromptus. Quod naturae damnum unquam nutrientibus patri (si quidquam in eo humani est) an castigandum, ex vexatione insigne factinum fuisse? ne mutas quidem bestias nisi duras alere, ac fovere, quin ex progenie sua parum prosperum sit. At, hercle. L. Manlium, malum malo augere filii; & taciturnitatem ingenii insuper premere: & si quid in eo eximium naturalis vigoris fit, id extinguere vita agresti & rustico cultu, inter pecudes habendo.

Cap. V. Omnium potius his criminationibus, quam ipsius juvenis irritatus est animus: quin contra se quoque parenti causam invidiae atque criminum esse aegre passus; ut omnes Dii hominesque scirent, se parenti opem latam quam inimicis ejus metuile; cauae conjugium, rudis quidem atque agrestis animi, & quamquam non civilis exempli, tamen pietate laudabile. Inficientibus cunctis cultro succinctus, mane in urbem, atque à porta demum confestim ad M. Pomponium tribunum pergit: Janitori, quo ipse fit bili domino ejus nomen exemplo, ait, nunciaret T. Manlium Lucii filium esse. Mox introductus (eternum percitum ira in parentem spes erat aut criminis aliquid novi, aut consilii ad rem agendam deferre) falute accepta redditaque, esse ait, quae ea re agere arbitrum remotis velit. Procul inde omnibus abire Justis, cultrum stringit; & super lectum stans ferro intento, nisi in quae ipse concepisset verba, juraret, *se patris ejus occidendi causa concilium plebis nunquam habiturum*, se eum exemplo transfixurum miserum. Pavidus tribunus (quippe qui ferrum ante oculos micare, se fovum, inermem, illum praevalidum juvenem, & quod haud minus timendum erat, stolide ferocem viribus fuis corneret) adjurat in quae adactus est verba; & ore se deinde fuo, quae juslubuerat, fe incepe, fe dictitasse. Nec perinde, ut maluisset plebes, tibi fuffragii ferendi de tam crudeli & superbo reo potestatem fieri; ita aegre habuit filium id pro parente asum, eoque id laudabilius erat, quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil à pietate avertisset. Itaque non patri modo remissa caussa dictio est, sed ipsi etiam adolescenti ea res honori fuit. & quum eo anno primum placuisset tribunos militum ad legiones suffragio ferri (nam & antea sicut nunc, quos Ruffulos vocant, imperatores ipfi faciebant) fecundum in fex locis tenuit, nullis domi militiaeque ad concilianda gratiam meritis; ut qui rure, & procul coetu hominum juventam egisset.

Cap. V I. Eodem anno seu motu terrae, seu qua vi alia, forum medium ferme fpecu vasto collapsum in immenfam altitudinem dicitur: neque eam voraginem conjectu terrae, quum pro fe quifque gereret, expleri potuisse prius, quam Deum monitus quaesti caelestes, quo plurimum populus Romanus posset: id enim illi loco dicandum vates canebant, fi rempublicam Romanam perpetuam esse vellent. Tum M. Curtium juvenem bello egregium, castigasse ferunt dubitantes, an ullum magis Romanum bonum, quam arma virtusque esset. Silentio facto, templa Deorum immortalium, quae foro imminent, Capitoliumque intuentem, & manus nunc in caelum, nunc in patentes terrae hiatus ad Deos manes porrigentem, fe devovisse. equo denique quum poterat maxime exornato infidentem, armatum fe in forum immisisse, donaque ac fruges super eum à multitudine virorum ac mulierum congestas: lacumque Curtium, non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metio, fed ab hoc appellatum. Cura non deesse, fi qua ad verum via inquirentem ferre: nunc famae rerum ftandum est, ubi certam derogat vetustas fidem. & lacus nomen ab hac recentiore insignitius fabula est. Poft tanti prodigii procurationem, eodem anno de Hernicis consultus senatus, quum feciales ad res repetendas nequicquam missset, ut primo quoque die finirent ad populum de bello indicendo Hernicis censuit: populusque id bellum frequens justit. L. Genucio consuli ea provincia forte evenit. In expectatione civitas erat, quod primus ille de plebe consul bellum fuis auspiciis gesturus esset; perinde ut si veniret res, ita communicares honores pro bene aut secus consulto habitura. Forte ita tulit caslus ut Genucius ad hostes magno conatu profectus, in insidias praecipitaretur; legionibus nec opinato pavore fusis, consul circumventus ab insidiis, quem interfecissent, occideretur. Quod ubi Romam nunciatum, nequaquam tantum publica calamitate maesti Patres, quantum feroces infelici consulis plebeii ductu, fremunt omnibus locis, *ireut, creatent consules ex plebe, transferrent auspicia quo nefas esset. Potuisse Patres plebiscito pelli honoribus fuis: numquam in Deos immortales inauspicatam legem valuisse? vindicasse ipsos suum numen, sua auspicia. quae ut primum contacta sint ab eo, a quo*

nec jus nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuisse. ne deinde, turbato gentium jure, comitia haberentur. His vocibus curia & forum personat. Appium Claudium, quia diffuaserat legem, majore nunc auctoritate eventum reprehendi ab re consilii incusantem, dictatorem consensu patriciorum Servilius consul dicit, delectusque & justitium indictum.

Cap. VII. Priusquam dictator legionesque novæ in Hernicos venirent, ductu C. Sulpicii legati res per occasionem gesta egregie est. In Hernicos morte consulis contemptim ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes, hortante legato, & plenis iræ atque indignitatis militum animis, eruptio est facta. Multum ab spe adeundi valli res Hernicis abfuit: adeo turbatis inde ordinibus abscessere. Dictatoris deinde adventu novus vereri exercitus jungitur, & copiæ duplicantur. & pro concione dictator laudibus legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, primum audientibus laudes matrias, tollit animus: simul cæteros ad æmulandas virtutes acuit. Neque fegnius ad hostes bellum apparatur, qui & parti ante decoris memores, neque ignari auctarum virium hostis, suas quoque vires augent. Omne Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur. quadringentariæ octo cohortes, lecta robora virorum scribuntur. Hunc eximium florem juventutis, eo etiam, quod ut duplex acciperent stipendium, decreverant, spei animorumque implevere. Immunes quoque operum militarium erant; ut in unum pugnæ laborem refervari, primi sibi quam pro virili parte animi tendum scirent. Extra ordinem etiam in acie locari, quo conspectior virtus esset. Duum millium planicies castra Romana ab Hernicis dirimebat: ibi pari ferme utrimque spatio in medio pugnarum est. Primo iterit ambigua spe pugna; nequicquam sæpe conatis equitibus Romanis impetu turbare hostium aciem. Postquam equestris pugna effectu quam conatibus vanior erat; consulto prius dictatore equites, permissu deinde ejus, relictis equis, clamore provolant ante signa, & novam integrant pugnam. neque sustinere poterant, ni extraordinariæ cohortes pari corporum animorumque robore se objecissent.

Cap. VIII. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. quicquid hinc aut illinc communis Mars belli ausert, multiplex quam pro numero damnum est: vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum suum in virtute aliena ponit. multi utrimque cadunt, plures vulnera accipiunt. Tandem equites alius alium increpantes, *quid deinde restaret, quæsando, si neque ex equis pepulissent hostem, neque pedites quicquam momenti fecerent. Quam tertiam expectarent pugnam? quid ante signa feroces profudissent, & alieno pugnarent loco?* His inter se vocibus concitati, clamore renovato, inferunt pedem: & pri mum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt; postremo jam haud dubie averterunt; neque tam vires pares quæ superaverit res, facile dictu est, nisi quod perpetua fortuna utriusque populi, & excellere animos, & minuere potuit. Usque ad castra fugientes Hernicos Romanus sequitur: castrorum oppugnatione, quia serum erat diei, abstinuere. Diu non perstitarum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset: eo in noctem tractum erat certamen. Postera die deserta fuga castra Hernicorum, & sauci relicti quidam inventi: agmenque fugientium ab signis, quum præter mœnia eorum infrequentia signa conspecta essent, pluribus acer spectaculo trepida fuga palatum est. Nec Romanis incruenta victoria fuit: quarta pars militum amissa. & ubi haud minus Jacturæ fuit, aliquot equites Romani cecidere.

Cap. IX. Insequenti anno quum L. Sulpicius & C. Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxissent, neque inventis in agro hostibus, Ferentinum urbem eorum vi cepissent, revertentibus inde eis, Tiburtes portas claudere. Ea ultima fuit causa, quum multæ antea querimoniæ ultro citroque jactatæ essent, cur per feciales repetitis bellum Tiburti, populi indicerent. Dictatorem T. Quintium Pennum eo anno fuisse satis constat, & magistrum equitum Servium Cornelium Maluginensem. Macer Licinius, comitiorum habendorum causa, & ab Licinio consule dictum scribit, quia collega comitia bello præferre festinante, ut continuaret consulatum, obviam eundum pravæ cupiditati fuerit. Quæstita ea propriæ familiæ laus, leviorem auctorem Licinium facit. quum mentionem ejus rei in vetustioribus annalibus nullam inveniam, magis ut belli Gallici causa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. & certe anno Galli ad primum lapidem Salaria via transpontem Anienis castra habuere. Dictator, quum tumultus Gallici causa justitium edixisset, omnes Juniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab urbe profectus, in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons erat medio erat; neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset. Proelia de occupando ponte crebra erant;

nec

nec qui potirentur, incertis viribus satis discerni poterat. Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallius processit: & quantum maxima voce potuit, *Quem nunc*, inquit, *Roma fortissimum virum habet, procedat agedum ad pugnam, ut nostrorum duorum eventus ostendat, utra gens bello sit melior.*

Cap. X. Diu inter primores juvenum Romanorum silentium fuit, quum & abnuere certamen verererentur, & præcipuam sortem petiisse petere nollent. tum T. Manlius L. filius, qui parem à vexatione tribunicia indignatione averat, ex stratione ad dictatorem pergit: *Injussu tuo*, inquit, *imperator, extra ordinem numquam pugnaverim, non si certam victoriam videam. Si tu permittis, volo ego illi belluæ ostendere, quando adeo ferox præsultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quæ Gallum hunc agmen ex rupe Tarpeia dejecit.* Tum dictator, *Macte virtute*, inquit, *ac pietate in patrem patriamque, T. Manli, esto. Perge, & nomen Romanum invictum, juvantibus Diis, præsta.* Armant inde juvenem æquales. pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam. Armatum adornatumque adversus Gallum stolide lætum, & (quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est) linguam etiam ab irrisu exerentem, producunt. Recipiunt inde se ad stationem: duo in medio spatii, spectaculi magis more, quam lege belli destituuntur; nequaquam visu ac specie æstimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium, verticosori veste, pictisque & auro cælatis refulgens armis: media in altero militaris statura, modicaque in armis habilibus magis quam decoris specie. non cantus, non exultatio, armorumque agitatio vana, sed pectus animorum iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis dituleral. Ubi constitere inter duas acies, tor circa mortalium animis ipse metuque pendentibus; Gallus, velut moles stuperne imminens, projecto læva scuto in advenientis arma hostis, vanum cæsim cum ingenti sonitu ensem dejecit. Romanus, mucrone surrecto, quum scutum scuto imum perculisset, totoque corpore interior periculo vulneris factus, infimusset te inter corpus armaque, uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit, & in spatium ingens ruentem porrexit hostem. Jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione intactum, uno torque spoliavit: quem respersum cruore, collo circumdedit suo. Defixerat pavor cum admiratione Gallos. Romani alacres ab statione obviam militi suo progressi, gratulantesque laudantesque ad dictatorem perducunt. Inter carminum prope modum incondita quædam militariter jocularites, Torquati cognomen auditum; celebratum deinde posteris etiam, familiaque honori fuit. Dictator coronam auream addidit donum, mirifique proinde cunctis pugnam laudibus tulit.

Cap. XI. Et, Hercle, tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte, relictis trepide castris, in Tiburtem agrum, atque inde foederate belli fœda, commeaturque benigne ab Tiburtibus adjutus, mox in Campaniam transierit. Ea fuit causa cur proximo anno C. Pœtelius Balbus consul, quum collegæ ejus M. Fabio Ambusto Hernici provincia evenisset, adversus Tiburtes justu populi exercitum ducerer. ad quorum auxilium quum Galli ex Campania redissent, fœdæ populationes in Lavicano, Tusculanoque, & Albano agro, haud dubie Tiburtibus ducibus, sunt factæ. Et quum adversus Tiburtem hostem duce consule contenta respublica esset, Gallicus tumultus dictatorem creari coëgit. creatus Q. Servilius Ahala, T. Quintium magistrum equitum dixit: & ex auctoritate Patrum, si prospere id bellum evenisset, ludos magnos vovit. Dictator ad continendos proprio bello Tiburtes consulari exercitu justo manere, omnes juniores nullo detrectante militiam, frequentes adegit. Pugnatum haud procul porta Collina est totius viribus urbis, in conspectu parentum conjugumque ac liberorum. quæ magna, etiam absentibus, hortamenta animi, rum subjecta oculis, simul verecundia miserecordiaque militem accendebant. Magna utrimque virtus edita cædes: avertitur tandem acies Gallorum. fuga Tibur, sicut arcem belli Gallici, perunt: palati à consule Pœtelio haud procul Tibure excepti, egressis ad opem ferendam Tiburtibus, simul cum his intra portas compelluntur. Egregie quum de dictatore, tum ab consule res gesta est. Et consuli alter Fabius procelsis primum parvis, postremo una infigni pugna quum hostes toris adorti coplis essent, Hernicos devicit. Dictator consulibus in senatu & apud populum magnifice collaudatis, & suarum quoque rerum illis remisso honore, dictatura se dicavit. Pœtelius de Gallis Tiburtibusque geminum triumphum egit. Fabio satis visum, ut ovans urbem iniret. Irridere Pœtelii triumphum Tiburtes: *Ubi enim eum secum acie conflixisse, spectatores paucos fugæ trepidationisque Gallorum, extra portas egressos, postquam in sequendo fieri impetum viderint, & sine discrimine obvios cædi, recepisse se intra*

intra urbem. Eam rem triumpho dignam visam Romanis? ne nimis mirum magnunque conferent, tumultum excitare in hostium portis, majorem ipsos trepidationem ante mania sua visuros.

Cap. XII. Itaque insequenti anno M. Popilio Lænate, Cn. Manlio consulibus primo silentio noctis ab Tibure agmine infesto profecti ad urbem Romam venerunt. terrorem repente ex somno excitatis subita res & nocturnus pavor præbuit: ad hoc multorum inscitia, qui aut unde, hostes advenissent. Conciatarium tamen celeriter ad arma est, & portæ stationibus muricque præsidiis firmati. & ubi prima lux mediocrem multitudinem ante mœnia, neque alium quam Tiburtem hostem ostendit: duabus portis egressi consules, utrimque aciem subeuntium jam muros aggrediuntur. apparuitque occasione magis, quam virtute fretos venisse. adeo vix primum imperum Romanorum sustinuere. Quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat, orienremque jam sedirionem inter Patres & plebem, metu tam propinqui belli compressam. Alius adventus hostium fuit proximo bello, agris quam urbi terribilior. Populabundi Tarquinienses, fines Romanos, maxime qua ex parte Etruriam adjacent, peragravere: rebusque nequicquam repetentibus, novi consules, C. Fabius & C. Plautius justu populi belli indixere; Fabioque ea provincia. Plautio Hernici evenere Gallici quoque belli fama increbrescebat. sed inter multos terrores solatio fuit pax Latinis petentibus data, & magna vis militum ab iis, ex fœdere veruste, quod multis intermiserant annis, accepta. quo præsidio, non falsa res Romana esset, levius fuit, quod Gallos mox Præneste venisse, atque inde circa Pedum consedisse auditum est. Dictatorem dici C. Sulpicium placuit, consul ad id accitus C. Plautius dixit. magister equitum dictatori additus M. Valerius. Hi roborata militum, ex duobus consularibus exercitibus electa, adversus Gallos duxerunt. Lentius id aliquanto bellum, quam parti utrique placebat, fuit. quum primo Galli tantum avidi certaminis fuissent, deinde Romanus miles ruendo in arma ac diuturnitatem, aliquantum Gallicum ferocium vinceret: dictatori neutiquam placebat, quando nulla cogerer res, fortunæ se committere adversus hostem, quem tempus deterioreme indies & locus alienus faceret, sine præparato commeatu, sine firmo munimento morantem. ad hoc his animis eorporibusque, quorum omnis in impetu vis esset, parva eadem languefieret mora. His consiliis dictator bellum trahebat, gravemque edixerat pœnam si quis injussu in hostem pugnasset. Milites ægre id patientes, primo in stationibus vigilibusque inter se dictatorem fermonibus carpere inverdum patres communiter increparе, quod non jussissent per consules geri bellum. Electum esse eximium imperatorem, unicum ducem, qui nihil agenti sibi de cœlo devolaturam in sinum victoriam censeat. Eadem deinde hæc interdiu propalam, ac ferociora his factare; & injussu imperatoris, aut dimicaturos aut agmine Romam ituros. Immiscerique militibus centuriones: nec in circulis modo fremere, sed jam in principiis ac prætorio in unum sermones confundi; atque in concionis magnitudinem crescere turba, & vociferari ex omnibus locis, ut extempio ad dictatorem ducatur. verba pro exercitu facerer Sex. Tullius, ur virtute ejus dignum esset.

Cap. XIII. Septimum primum pilum jam Tullius ducebat, neque erat in exercitu, qui quidem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior. is prærecedenti murmure agmen, ad tribunal pergit, mirantibus Sulpicio, non turbam magis quam turbæ principem Tullium, imperiis obedientissimum militem: *Scilicet dictator*, inquit, *condemnatum se universus exercitus acrimonia ritus, & propediminentie causa destitutum se arnis, exarsit ira. Num castiganti apud te aperem. Equidem scubi loco cessium, si tempa data hosti, si signa fuse amissa objici nobis passimur, tamen hoc a te imperari æquum censeren. ut nos virtute culpam nostram corrigere, & abolere flagitii memoriam nostri cupientes patiaris. Quod si Alienæ legiones, eandem quam per pavorem amiserant patriam, profecte posiea ab Velis virtute recuperavere. nobis Deum beni nitate, felicitate tua, populique Romani, & res & gloria est integra. Quanquant de gloria vixe libere ausim, si nos & hostes haud scias quam saminas adonios intra vallum omnibus contumeliis eludunt: & ut imperator nester, quod ægrius patimur, exercitum tuum, sine animis, sine armis, sine manibus, justicas esse: & prius quam experius nos esses, ac nobis ita desperasti, ac te maxime ipse dictum dictum judicemus esse. Quid enim aliud esse causse credemus, cur veteranus dux, fortissimus bello, compressis, quod aiunt, manibus sedeas? utcumque enim se habeat res, te de nostra virtute dubitasse alteri quam nos de tua veritus est. Sin autem nos tuum illud, sed publicum est consilium & consensus alienus Patrum, non Gallicum bellum nos ab urbe, a penatibus nostris, abiegatos tenet; quæso ut eæquæ dicam, non a militibus*

bus imperatori dicta censeas: sed a plebe Patribus, quæ, sicut vos vestra habeatis consilia, sic se sua habiturum dicat. Quis tandem fasciculos milites nos esse, non servos vestros? ad bellum, non in exilium, missos? si quis det signum, in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum sit, pugnaturos: si nihil armis opus sit, otium Romæ potius quam in castris agitaturos. hæc dicta sine Patribus. Te, imperator, milites tui orabunt, ut nobis pugnandi copiam facias. tum vincere cupimus, tum ducem vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire. tuum sequentes currum Jovis Opt. Max. templum gratantes ascendisse, quæ adire, libationem. Tullii excedentis preces multitudinis: & undique ut signum daret, ut capere arma juberet, clamabant.

Cap. XIV. Dictator, quamquam rem benam exemplo haud probabili actam cernebat, tamen fectum quod mallent, fieri aut, se recepit: Tulliumque secreto, quamnam hæc res sit, aut quo acta more, percunctatur. Tullius magnopere a dictatore petere, ne se oblitum disciplinæ militaris, ne sui, neve imperatoriæ maiestatis, crederet: *Ab itaudini cunctatæ, quæ forme discordiam fecerit, non dictatorem esse fecisse* dicem: ne quis alius, quales mota creare multitudo soleret, existeret. nam se quidem nihil non arbitrio imperatoris acturum. illi quoque tamen videndum magnopere esse, ut exercitum ip potissime habeant. Differendo pugnam concitatos animos, ipsos sibi locum ac tempus pugnandi sumpturos, si ab imperatore non detur. Dum hæc loquuntur, jumenta forte pascenia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. In eos ira conjectu Gallis: deinde ab Romana statione clamor ortus, ac procursum utrimque est. Jamque haud procul justo prælio res erant, ni celeriter diremptum certamen per centuriones esset. Affirmara certe eo casu Tullii apud dictatorem fides est. nec recipiente jam dilationem re, in posterum quem deiciatur, acie pugnaturos. Dictator ramen, ut qui magis animis quam viribus fretus ad certamen descenderet, omnia circumspicere atque agitare cœpit, ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret. Solerti animo rem novam excogitat, quæ deinde multi nostri arque externi imperatores, nostra quoque quidam ætate usi sunt. Mullis strata derrahi juber: binisque tantum centunculis relictis, agasones, partim captivis, partim ægrorum armis ornacos imponit. His fere mille effectis, centum admisit equites, & nocte super castra in montes evadere, ac silvis se occultare jubet: neque inde ante moveri, quam ab se acciperent signum. Ipse ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit sedulo, ut adversus montes consisteret hostis. Instructo jam vani terroris apparatu, qui quidem terror plus pene veris viribus profuit; primo credere duum Gallorum non defensuros in æquum Romanos; deinde ubi degressos repente viderunt, & ipsi avidi certaminis in prælium ruunt: priusque pugna cœpit, quam signum ab ducibus daretur.

Cap. XV. Acrius invafere Galli dextrum cornu: neque sustineri posse intelligens, ni forte eo loco dictator esset, Sex. Tullium nomine increpans rogitansque: *Siccine pugnatorus militis spopondisti? Ubi illi clamores sint arma poscentium? ubi minæ invisis imperatoris prælium inturos? Eu ipsum imperatorem clamore vocant, ut primitias tre armarum ante primæ signa. Ecquis sequatur eorum, qui modo decuriri fuerint; in castris feroces, in acie pavidi?* Vera audiebant. itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela alienatis à memoria periculi animis. Hæc primo impetu prope vexere turbavit hostes: eques deinde emissus rursus aversit. Ipse dictator, postquam labantem una parte vidit aciem, signa in lævum cornu confert, quo turbam hostium congregari cernebat; & iis, qui in monte erant, signum quod convenerat, dedit. Ubi inde quoque novus clamor ortus, & tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt; tum metu, ne excluderentur, omissa pugna est, cursuque effuso ad castra ferebantur, ubi quum occurrisset eis M. Valerius, magister equitum, profligato dextro cornu obequitabat hostium munimentis) ad menres sivasque vertunt fugam: plurimique ibi à fallaci equitum specie, agasonibusque excepti sunt: & eorum, quos pavor perstulerat in silvas, arrox cædes post sedatum certamen fuit. Nec alius post M. Furium, quam C. Sulpicius, justiorem de Gallis egit triumphum, auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato sertum in Capitolio sacravit. Eodem anno Sca COss. varie eventu bellatum nam Hermici à C. Plautio devicti subactique sunt. Fabius collega ejus incaute arque inconsulte adversus Tarquinienses pugnavit. nec in acie tantum ibi cladis accepium, quam quod trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt: qua feritate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignior fuit. Accesit ad eam cladem & vastatio Romani agri, quam

Pri-

Privernates, Veliterni deinde incursione repentina fecerunt. Eodem anno duæ tribus, Pomptina & Publilia additæ. Ludi votivi, quos M. Furius dictator voverat, facti: & de ambitu ab C. Pœtelio, tribuno plebis, auctoribus Patribus, tum primum ad populum latum est. eaque rogatione noverum maxime hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire soliti erant, compressam credebant.

Cap. XVI. Haud æque læta Patribus insequenti anno C. Marcio, Cn. Manlio consulibus, de unciario fœnore à M. Duilio, L. Mœnio tribunis plebis rogatio est perlata: & plebs aliquanto eam cupidius scivit, accepitque. Ad bella nova, priore anno destinata, Falisci quoque hostes exorti, duplici crimine: quod & cum Tarquiniensibus juventus eorum militaverat: & eos, qui Faleriospersugerant, quum male pugnatum est, repetentibus fecialibus Romanis non reddiderant. Ea provincia Cn. Manlio obvenit, Marcius exercitum in agrum Privernatem, integrum pace longinqua, induxit: militemque prædæ implevit. Ad copiam rerum addidit munificentiam, quod nihil in publicum fecernendo, augenti rem privatam militi favit. Privernates, quum ante mœnia sua castris permunitis consedissent; vocatis ad concionem militibus, *Castra nunc*, inquit, *vobis hostium, urbemque prædæ do; si mihi pollicemini vos fortiter in acie operam navaturos: nec prædæ magis, quam pugnæ paratos esse.* Signum poscunt ingenti clamore: celeque & de hac haud dubia feroces in prœlium vadunt. Ibi ante signa Sex. Tullius, de quo ante dictum est, exclamat: *Ascite imperator*, inquit, *quemadmodum exercitus tuus tibi promissa præstet:* pilloque posito, stricto gladio in hostem impetum fecit. Sequuntur Tullium antesignani omnes, primoque impetu averrere hostem: fusum inde ad oppidum persecuti, quum jam scalas mœnibus admoverent, in deditionem urbem acceperunt. triumphus de Privernatibus actus. Ab altero consule nihil memorabile gestum: nisi quod legem, novo exemplo, ad Sutrium in castris tributim de vicesima eorum, qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi ærario additum esset, auctores fuerunt. Cæterum tribuni plebis, non tam lege quam exemplo moti, ne quis posthæc populum fœnerare, capite sanxerunt. nihil enim non per milites juratos in consulis verba, quamvis perniciosum populo, si id liceret, ferri posse. Eodem anno C. Licinius Stolo, à M. Popillio Lænate sua lege decem millibus æris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset.

Cap. XVII. Novi consules Inde, M. Fabius Ambustus secundum, & M. Popillius Lænas iterum, duo bella habuere. Facile alterum cum Tiburtibus quod Lænas gessit: qui hostem in urbem compulso, agros vastavit. Falisci. Tarquiniensesque alterum consulem prima pugna fuderunt. Inde terror maximus fuit, quod fœderatores eorum facibus ardentibus anguibusque prælatis incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie: & nunc quidem velut limphati & attoniti munimentis suis tres ibi agminc inciderunt: deinde ubi consules legatique ac tribuni, puerorum ritu vana miracula paventes irridebant increpabantque; vertit animos repente pudor: & in ea ipsa, quæ fugerant, velut cæci ruebant. Dissusso itaque vano apparatu hostium, quum in ipsos armatos se intulissent, averterunt terrum omnem: castrisque etiam eo die potiti, prædaingenti parta victores reverterunt; militaribus jocis, quum apparatum hostium, tum suum increpantes pavorem. Concitatur deinde omne nomen Etruscum, & Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad Salinas perveniunt. Adversus eos terribus dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus, magistrum equitum, item de plebe C. Plautium dixit. Id vero Patribus indignum videri, etiam dictaturam jam in promiscuo esse: omnique ope impediebant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur, paratusve eo promptus esset, ferente dictatore, populus jussit. Profectus ab urbe, utraque parte Tiberis, ratibus exercitu, quocumque fama hostium ducebat, trajecto; multos populatores agrorum vagos palantes oppressit. Castra quoque, necopinato aggressus, cepit: decem millia hostium cæsa, cæteris aut cæsis, aut ex agro Romano fugatis, sine auctoritate Patrum, populi jussu, triumphavit. Quia nec per dictatorem plebeium, nec per consulem, comitia consularia haberi volebant, & alter consul Fabius bello retinebatur; res ad interregnum redit. Interreges deinceps Q. Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Æmilius, Q. Servilius, M. Fabius Ambustus. In secundo interregno orta contentio est, quod duo patricii consules creabantur: intercedentibusque tribunis, interrex Fabius ajebat in duodecim tabulis legem esse, ut quodcumque postremum populus jussisset, id jus ratumque esset, jussum populi se suffragia esse. Quumque intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent comitia, valuissent; duo patricii consu-

les

tes creati sunt, C. Sulpicius Præticus tertium, M. Valerius Publicola: eodemque die magistratum inierunt.

Cap. XVIII. Quadringentesimo anno, quam urbs Romana condita erat, quinto ricesimo quam à Gallis reciperata, ablato post undecimum annum à plebe consulatu, patricii consules ambo ex interregno magistratum iniere, C. Sulpicius Præticus tertium, M. Valerius Publicola. Empulum eo anno ex Tiburtibus haud memorando certamine caprum; sive eorum consilium auspicio bellum ibi gestum est, ut scripsere quidam; seu per idem tempus Tarquinienfium quoque sunt vastati agri ab Sulpicio consule, quo Valerius adversus Tiburtes legiones duxit. Domi majus certamen consulibus cum plebe ac tribunis erat. Fidei jam fuæ, non solum virtutis, videbantur esse: vim accepissent duo patricii consulatum, ita ambobus patriciis mandare. quin aut toto cedendum esse, si plebeius jam magistratus consulatus fiat, aut totum posidendum, quam possessionem integram à Patribus accepissent. Plebes contra ferox. Sæpe esse victore, quid in parte civium transferi, si quod duorum hominum vitio, L. Sextii, ac C. Licinii, parum sit, id obtinere universi non possint? Vel reges, vel decemviros, vellsi quod tristius fit imperii nomen patiendum esse potius, quam ambos patricios consules videant? nec tempora parentur atque imperetur, sed pars altera in æterno imperio locata plebem nusquam alio natam quam ad servitiendum putet. Non desunt tribuni auctores turbarum: sed inter concitatos per se omnes, vix duces eminent. Aliquoties frustra. In campum descensum quum esset, multisque per ædilitiones actæ comitiales dies; postremo victæ perseverantia consulum plebis, eo dolor erupit, ut tribunos actum esse de libertate vociferantes, relinquendumque non campum jam solum, sed etiam urbem captam atque oppressam regno patricio rum, mersta plebs sequeretur. Consules relicti à parte populi, per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt. creati consules ambo patricii, M. Fabius Ambustus tertium, T. Quintius. In quibusdam annalibus pro T. Quintio, M. Popillium consulem invenio.

Cap. XIX. Duo bella eo anno prospere gesta: cum Tiburtibusque ad dedirionem pugnatum. Saffula ex his urbs capta. Cæreraque oppida eandem fortunam habuissent, ni universa gens positis armis in fidem consulis venisset. Triumpharum de Tiburtibus: alioquin mitis victoria fuit. In Tarquinienses acerbe sævitum; multis mortalibus in acie cæsis, ex ingenti captivorum numero, trecenti quinquaginta octo delecti nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur: vulgus aliud trucidatum. Nec populus in eos, qui missi Romam erant, mitior fuit. medio in foro omnes virgis cæsi ac securi percussi. id pro immolatis in foro Tarquiniensium Romanis pœnæ hostibus redditum. Res bello bene gestæ, ut Samnites quoque amicitiam peterent, effecerunt. Legatis eorum, comiter ab senatu responsum: fœdere in sodietatem accepti. Non eadem domi quæ militiæ fortuna erat plebi Romanæ. namque ager Pontinus, unciario fœnore facto levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. eo nec patricios ambo consules, nec comitiorum curam, publicave studia præ privatis incommodis plebs ad animum admittebat. Consulatus utercque apud patricios manet. Consules creati C. Sulpicius Præticus quartum, M. Valerius Publicola iterum. In bellum Etrusfum intentam civitatem, quia Cæritem populum misericordia consanguinitatis Tarquinienfibus adjunctum fama ferebat, legati Latini ad Volsfos converere. nunciatum patribus, eorum conspiratum armatumque jam suis finibus imminere. deinde populabundos in agrum Romanum venturos esse. Consuli igitur senatus, neutram negligendam rem esse: utroque legiones scribi, consulesque sortiri provincias jussit. Inclinavit deinde pars major curæ in Etrusfum bellum: postquam literis Sulpicii consulis, cui Tarquinii provincia evenerat, cognitum est, depopulatum agrum circa Romanas Salinas, prædæque partem in Cæritum fines avectam: & haud dubie juventutem ejus populi Inque prædatores ire. Itaque Valerium consulem, Volsfis oppositum, castraque ad finem Tusculanum habentem, revocatum inde senatus dictatorem dicere jussit. T. Manlium Lucii filium dixit. Is, quum sibi magistrum equitum A. Cornelium Cossum dixisset, consulari exercitu contentus, ex auctoritate Patrum ac populi jussu, Cæritibus bellum indixit.

Cap. XX. Tum primum Cærites, tanquam in verbis hostium vis major ad bellum fignificandum, quam in suis factis, qui per populationem Romanos lacessierant, esset, veris bellі terror invasit: & quam non suarum virium ea dimicatio esset, cernebant. Pœnitebatque populationis, & Tarquinienses execrabantur defectionis auctores. nec arma, aut bellum quisquam apparare, sed pro se quisque legatos mitti jubebat ad petendam erroris veniam. Legati senatum quum adissent; ab senatu rejecti ad populum, Deos rogaverunt, quorum sacra bello Gallico accepta rite

rire procurassent, ut Romanos florentes ea fui miliercordia caperet, quæ se rebus ad fœtis quondam populi Romani cepisset, conversique ad delubra Vestæ, hospitium Flaminum Vestibiumque ab iis casse ac religiose cultum invocabant. *Esne meritos crederet quisquam, hostes repente sine causis factos? aut si quid hospitibus fecissent consilio, id magis, quam furore lapsos fecisse, ut sua vetera beneficia, locata præsertim apud tam gratos, novis corrumperent maleficiis, florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi dissimularent hostem, cujus affinitatem amicitiam cepissent? ne appellarent consilium, quæ vis ac necessitas appellanda esset. Transcendere animo infesto per agrum suum Tarquinienses, quum præter eum nihil possiderent, recusasse etiam transitum per ostium, quæ fibi civilibi detur, comites. Eos, fui dedi placeat, dedere se paratos esse: seu supplicio affici, dationes pœnas. Cære, sacravium populi Romani. diversorium sacerdotum ac receptaculum Romanorum sacrorum, intuliste hostilem impetum in civitatem hospitio hostitio usitatique ante alios dare.* Movit populum non tam causa præsens, quam vetus meritum, ut maleficii quam beneficii potius immemores essent. Itaque pax populo Cæriti data, induciasque in centum annos factas, in senatusconsultum referri placuit. In Faliscos eadem noxios crimine vis belli conversa est: sed hostes nusquam inventi. Oppidum populatione peragrati fines essent, ab oppugnatione urbium temperatum: legionibusque Romam reductis, reliquum anni muris turribusque reficiendis consumptum, & ædes Apollinis dedicata est.

Cap. XXI. Extremo anno comitia consularia certamen patrum ac plebis dirimit; tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Licinium legem haberentur; dictatore obstinato tollere potius totum e republi. consulatum, quam promiscuum Patribus ac plebi facere. Profectandis igitur comitiis, quum dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit. Infestam inde Patribus plebem interreges quum accepissent, ad undecimum interregem seditionibus certarum est. Legis Licinia patronum tribuni tadabant. Propior dolor plebi fenore ingravescentis erat: cumque privatæ in certaminibus publicis erumpebant. Quorum tædio Patres L. Cornelium Scipionem interregem, concordiæ causa obfervare legem Licinam, comitiis consularibus fusse. P. Valerio Publicola dictatore & plebe collega C. Marcius Rutilus. Inclinatis semel in concordiam animis, novi consules fœnebrem quoque rem quæ diutiuere animos videbatur, levare aggressi; solutionem alieni æris in publicum curam verterunt: quinque argentarios, quos mensularios appellabant, creandi. Meriti æquitate curaque sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent. Fuere autem C. Duilius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publilius, & Ti. Æmilius, qui rem difficilimam tractans, & pleumque patriti utrique, semper certe alteri, gravem, tamen alia moderatione, tum impendio magis publico, quam jactura sustinuerunt. tarda enim nomina, & impeditiora hertia debitorum quam facultatibus: aut ærarium menfis cumere in foro positis, dissolvit, ut populus eius caveretur: aut æstimatio æquis rerum pretiis liberavit: ut non modo fine injuria, sed etiam fine querimoniis partis utriusque exhausta vis ingens æris alieni sit. Terror inde vanus belli Etrusci, quum conjurasse duodecim populos fama esset, dictatorem dici coegit. dictus is Cæthegus eo enim ad consulem missum senatusconsultum est) C. Julius, cui magister equitum adjectus L. Æmilius.

Cap. XXII. Caterum foris tranquilla omnia fuere. Tentatum domi per dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. duo interreges C. Sulpicius, & M. Fabius, interpositi obtinuere, quod dictator frustra retenderat, mitiore jam plebe ob recens meritum levati æris alieni, ut ambo patricii consules crearentur. creati ipse C. Sulpicius Patricus, qui prior interregno abiit, & T. Quintius Pennus, quididem Cincinnus, alii Capum nomen Quintio adiiciunt. Ad bellum ambo profecti, Falisci um Quintius, Sulpicius Tarquinienfe, nusquam acie congressi hostes, cum agris magis quam cum hominibus utendo populato quoque gesserunt bellum. tribus leniæ velut tabis fenore victa utriusque perfinacia populi est, ut primum à consulibus, dein permissu eorum ab senatu inducias peterent. in quadraginta annos impetraverunt. Ita pestifera diuturnum bellorum quæ imminebant cura, dum aliqua ab armis quies esset; quia foluto æris alieni multarum rerum causa verat dominos; centum agi placuit. caterum quum consoribus creandis indicta comitia essent; professus censuram se petere C. Marcius Rutilus, qui primus dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbavit, quod videbatur quidem tempore alieno fecisse: quia ambo tum forte patricii consules erant, qui rationem ejus se habituros negabant. Sed & ipse constantia inceptum obtinuit. & tribuni omni vi recuperando jus consularibus comitiis amissum, adjuvere; & quum ipsius viri majestas nullius

nullius honoris fastigium non æquabat, tum per eundem, qui ad dictaturam aperuisset viam, censuram quoque in partem vocari plebes volebat. Nec variatum comitiis est, quin cum Manlio Cnæo centor Marcius crearetur. Dictatorem quoque his annus habuit M. Fabium; nullo terrore bellí, sed ne Licinia lex omnibus consularibus obtineret magister equitum dictatori additus Q. Servilius. nec ramen dictatura potentiorem eum consensum Patrum consularibus comitiis fecit, quam censoris fuerat.

Cap. XXIII. M. Popillius Lænas, e plebe consul, à Patribus L. Cornelius Scipio datus. Fortuna quoque illustriorem plebeium consulem fecit. Nam quum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino castra posuisse nunciatum esset; Scipione gravi morbo implicito, Gallicum bellum Popilio extra ordinem datum. Is impigre exercitu scripto, quos omnes extra portam Capenam ad Martis ædem convenire armatos juniores jussisset, signaque eodem quæstores ex ærario deferre, quatuor expletis legionibus, quod superfuit militum, P. Valerio Publicolæ prætori tradidit: auctor Patribus ferebant alteris exercitus, quid ad incertos belli eventus subsidium reipublicæ esset. Ipse jam satis omnibus intructis comparatisque, ad hostem pergit: cujus ut prius nosceret vires quam periculo ultimo tentaret; in tumulo, quem proximum castris Gallorum capere potuit, valium ducere cœpit. Gens ferox, & ingenii avidi ad pugnam, quum, procul viris Romanorum fignis, ut exemplo prœlium intura explicuisset aciem; postquam neque in æquum demitti agmen vidit, & quum loci altitudine, tum vallo etiam tegi Romanos: pernicilis pavore rata femur opportunitates quod intenti tum maxime operi essent, truci clamore aggreditur. Ab Romanis nec opus intermissum, (triarii erant, qui muniebant) & ab hastatis principibusque qui pro munitoribus intenti armatique steterant, prœlium initum. Prater virtutem loci, quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastaque, non tanquam ex æquo missa, vana (quod plerumque fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur, oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut prægravata inhærentibus gerebant scuta, aquum currere pene in adversum subissent, primo incerti retinere: dein quum ipsa cunctatio & his animos minuisset & auxisset hosti, impulsi retro ruere alii super alios; stragemque inter fossæde lofa fœdiorem dare. adeo præcipiti turba obtrili plures, quam ferro necati.

Cap. XXIV. Necdum certa Romanis victoria erat. alia in campum degressis supererat moles. Namque multitudo Gallorum sensum omnem talis damni exsuperans, velut nova rursus exorienteæie, integrum militem adversus victorem hostem cliebat. steritque suppresso impetu Romanus; & quia iterum festis subeunda dimicatio erat, & quod consuli, dum inter primores incautus agitat, lævo humero matari prope trajecto, cesserat parumper ex acie. Jamque omissa cunctando victoria erat, quum consul vulnere alligato revectus ad prima signa: *Quid stas miles?* inquit. *Non cum Latino Sasinoque hoste res est, quem victum armis socium ex hoste facias. In belluæ ferinumque ferrum. hauriendus aut dandus est sanguis. Propulsis à castris, supina valle præcipites egisti, stratis corporibus hostium superstatis. Completo eadem strage campos quamnostes replyis. Nolite ex spectare dum stantes eos fugiant inferenda sunt signa, & evadendum in hostem.* His adhortationibus iterum coorti, pellunt loco primos manipulos Gallorum: cuneis deinde in medium agmen perrumpunt. Inde barbari dissipati, quibus nec certa imperia, nec fides esset, verterunt impetum in suos: fusique per campos, & præter castra etiam sua fuga prælati, quod editissimum inter æquales tumulos occurrebat oculis, arcem Albanam petunt. Consul non ultra castra insecutus, quia & vulnus degravabat, & subiicere exercitum pugna festum non lætiori volebat, & persequendo hoste continuir; tumulis ab hoste occupatis. Præda omni castrorum, militi data, victorem exercitum, opulentumque Gallicis spoliis, Romam reduxit. Moram triumpho vulnus consulis attulit. eademque causa dictatoris deinde fuit, senatui fecit, ut effet qui ægris consulibus comitia haberet. Dictator L. Furius Camillus dictus, addito magistro equitum P. Cornelio Scipione, reddidit Patribus possessionem priitinam consulatus. Iose ob id meritum ingenti Patrum studio creatus consul, collegam Ap. Claudium Crassum dixit.

Cap. XXV. Priusquam inirent novi consules magistratum, triumphus à Popillio de Gallis actus magno favore plebis: mussantesque inter se rogitabant, num quem plebeii consulis pœnitoret? simul dictatorem increpabant, qui legis Licinix spretæ mercedem consulatum privata cupiditate, quam publica injuria fœdiorem, cepisset, ut se ipse consulem dictator crearet. Annus multis variisque motibus fuit infignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis vim pati nequiverant, per campos maritimaque loca vagi populabantur. Mare lafestum classibus Græcorum erat: crasque littoris Antiatis, Laurentique

ter-

tractus, & Tiberis ostia: ut prædones maritimi cum terrestribus congressi, ancipiti semel prœlio decertarent; dubiique diffeserint in captiva Galli. Græci retro ad naves, victos se an victores putarent. Inter hæc longe maximus extitit terror, concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinæ habita: responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, abstinerent imperare illis, quorum auxilio egerent. Latinos pro sua libertate potius, quam pro alieno imperio laturos arma. Inter duo simul bella externa, defectione etiam sociorum senatus anxius, quum cerneret metu tenendos, quos fides non teneuisset; extendere omnes imperii vires consules delectu habendo justit. civili quippe standum exercitu esse, quando socialis cœtus defereret. Undique, non urbana tantum, sed etiam agrestis juventute, decem legiones scriptæ dicuntur, quaternum millium & ducenorum peditum, equitumque trecenorum. quem nunc novum exercitum, si qua externa vis ingruat, hæ vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractæ in unum haud facile efficiant: adeo in quæ laboramus sola crevimus, divitias, luxuriamque. Inter cætera tristia ejus anni, consul alter Ap. Claudius in ipso belli apparatu moritur. relieraneque res ad Camillum: cui unico consuli vel ob aliam dignationem haud subjiciendam dictaturæ, vel ob omen fausum ad Gallicum tumultum cognominis, dictatorem arrogari haud satis decorum visum est Patribus. Consul duabus legionibus urbi præpositis, octo cum L. Pinario prætore civili ob aliam paternæ virtutis, Gallicum ubi bellum extra sortem sumit: prætorem maritimam oram rurari, Græcosque arcere littoribus justit. & quum in agrum Pomptinum defendisset, quia neque in campis congredi nulla cogente re volebat, & prohibendo populationibus, quos tapso vivere necessitas cogeret, satis domari credebat hostem; iocum idoneum stativis delegit.

Cap. XXVI. Ubi quum stationibus quieti tempus reterent, Gallus processit magnitudine atque armis insignis: quatiensque scutum hasta, quum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis, qui secum ferro decernat. M. erat Valerius tribunus militum, adolescens, qui haud indigniorem eo decore se quam T. Manlium rarus, prius scisciatas consulis voluntatem, in medium armatus processit. Minus insigne certamen humanum; numine interposito Deorum factum. namque conserenti jam manum Romano corvus repente in galea consedit, in hostem versus; quod primo ut augurium cœlo missum, lætus accepit tribunus. precatus deinde; *Si divus esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset.* Dicta mirabile, tenuit non solum ales captam semel sedem, sed quotiescumque certamen intuit est. levans se alis, os oculosque hostis rostro & unguibus appetit: donec territum prodigii talis visu oculisque simul ac mente turbatum, Valerius obtruncat. corvus e conspectu elatus orientem petit. Hactenus quietæ utrimque stationes fuere, postquam spoliare corpus cæsi hostis tribunus cœpit; nec Galli se stationem tenuerunt. & Romanorum cursus ad victorem etiam ocior fuit. Ibi circa jacentis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. Jam non manipulis proximarum stationum, sed legionibus utrimque effusis res geritur. Camillus lætum militem victoria tribuni, lætum tam præsentibus ac secundis Diis, ire in prœlium jubet: ostentansque insignem spoliis tribunum, *Hunc imitare miles*, ajebat: *& circa jacentem dicem sterne Gallorum cadavera.* Dii hominesque illi fuere pugnæ; ita pugnatumque haud quaquam certamine ambiguo cum Gallis est. adeo duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, utraque acies animis perceperat. Inter primos, quorum concursus allos exciverat, atrox prœlium fuit: alia multitudo, priusquam ad conjectum telli veniret, terga vertit. Primo per Volscos Falernumque agrum dissipati sunt: inde Apuliam ac mare inferum petierunt. Consul, concione advocata, laudatum tribunum, decem bobus aureaque corona donat. ipse justus ab senatu bellum maritimum curare, cum prætore Manlio. Antium, nulla res trahi segnitia Græcorum non committentium se in aciem videbatur, dictatorem conditionum causa T. Manlium Torquatum ex auctoritate senatus dixit. Dictator, magistro equitum A. Cornelio Cosso dicto, consularia comitia habuit, æmulumque decoris sui abientem M. Valerium Corvum (id enim illi deinde cognominis fuit) summo favore populi tres & viginti natum annos consulem renunciavit. collega Corvo de plebe, M. Popillius Lænas quartum consul futurus datus est. Cum Græcis à Camillo nulla memorabilis gesta res: nec illi terra, nec Romanus mari bellator erat. Postremo quum littoribus arcerentur, aqua etiam præter cætera necessaria usui deficiente, Italiam reliquere. Cujus populi ea, cujusque gentis clasis fuerit, nihil certi est. maxime Sicilia fuisse tyrannos crediderim. nam ulterior Græcia ea tempestate intestino fessa bello, jam Macedonum opes horrebat.

Cap.

Cap. XXVII. Exercitibus dimissis, quum & foris pax & domi concordia ordinum otium esset, ne nimis lætæ res essent, petulentia civitatem adorta coegit senatum imperare decemviris, ut libros Sibyllinos inspicerent: eorumque monitu lectisternium fuit. Eodem anno Satricum ab Antiatibus colonia deducta, restitutaque urbs, quam Latini diruerant. & cum Carthaginiensibus legatis ad renovandum fœdus ictum, quum amicitiam ac societatem petentes venissent. Idem otium domi forisque mansit T. Manlio Torquato, C. Plautio consulibus: semunciarium tantum ex unciario fœnus factum, & in pensiones æquas triennii, ita ut quarta præsens esset, solutio æris alieni differebatur. & fit quibusdam parte plebis affecta, fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit. Levatæ maxime res, quia tributo ac delectu fuere sessum. Tertio anno post Satricum restitutum à Volscis, M. Valerius Corvus secundum consulem C. Petreium fecit, quum ex Latio nuncium esset, legatos ab Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum; priusquam plus hostium fieret, Volscis arma inferre jussus, ad Satricum exercitu infesto pergit. quo quum Antiates aliique Volsci præparatum ante, ut cæpit ab Roma moveretur, copiis occurrissent, nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta est. Volsci, ferocior ad rebellandum quam ad bellandum gens, certamine victi, fuga effusa Satrici mœnia petunt. & ne in muris quidem satis firma spe, quum corona militum cinctæ portis caperentur urbs, ad quatuor millia militum præter multitudinem imbellem, sese dedidere. Oppidum dirutum atque incensum: ab æde tantum Matris Matutæ abstinuere ignem. Præda omnis militi data. Extra prædam quatuor millia deditorum habita, eos vinctos consul ante currum triumphans egit: venditis deinde magnam pecuniam in ærarium redegit. Sunt qui hanc multitudinem captivam fervorum fuisse scribant: idque magis verisimile est, quam deditos veniisse.

Cap. XXVIII. Hos consules secuti jam M. Fabius Dorso, Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncum inde bellum ab repentina populatione cœptum. meruque ne id factum populi unius consilium omnis nominis Latini esset, dictator velut adversus armatum jam Latium L. Furius creatus, magistrum equitum Cn. Manlium Capitolinum dixit. & quum (quod per magnos tumultus fieri solitum erat) justitio indicto, delectus sine vacationibus habitus esset, legiones, quantum maturari potuit, in Auruncos ducta. ibi prædonum magis, quam hostium animi inventi. Prima itaque acie debellatum. Dictator tamen, quia & ultro bellum intulerant, & sine detrectatione se certamini offerebant; Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem, ædem Junoni Monetæ vovit: cujus damnatus vori quum victor Romam revertisset, dictatura le abdicavit. Senatus duumviros ad eam ædem pro amplitudine populi Romani faciendam creari jubit. locus in arce destinatus, quæ area ædium M. Manlii Capitolini fuerat. Consules dictatoris exercitu ad bellum Volscum usi, Soram ex hostibus, incautos adorti, ceperunt. Anno postquam vota erat, ædes Monetæ dedicatur, C. Marcio Rutilo tertium, T. Manlio Torquato secundum consulibus. Prodigium extemplo dedicationem secutum, simile vetusto montis Albani prodigio. namque & lapidibus pluit, & nox interdiu visa intendi: libriisque inspectis, quum plena religione civitas esset, senatui placuit, dictatorem ob feriarum constituendarum causa dici. Dictus P. Valerius Publicola. magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est. Non tribus tantum supplicatum ire placuit, sed finitimos etiam populos: ordoque iis, quo quisque die supplicarent, statutus. Judicia eo anno populi tristia in fœneratores facta, quibus ab ædilibus dicta dies esset, traduntur. Et res, haud ulla insigni ad memoriam causa, ad interregnum rediit. Ex interregno, ut id actum videri posset, ambo patricii consules creati sunt, M. Valerius Corvus tertium, A. Cornelius Cossus.

Cap. XXIX. Majora jam hinc bella, & viribus hostium, & longinquitate, vel regionum, vel temporum spatio, quibus bellatum est, dicentur. namque eo anno adversus Samnites, gentem opibus armisque validam, intora arma Samnitium bellum, antequid Marte gestum, Pyrrhus hostis, Pyrrhum Pœni secuti. Quanta rerum moles? quoties in extrema periculorum ventum, ut in hanc magnitudinem, quæ vix sustinetur, erigi imperium posset? Belli autem causa cum Samnitibus, Romanis, quum societate amicitiaque juncti essent, extrinsecus venit, non orta inter ipsos est. Samnites Sidicinis injusta arma, quia viribus plus poterant, quum intulissent, coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere, Campanis sese conjungunt. Campani magis nomen ad præsidium fœderum quam vires quum attulissent, fluentes luxu, ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro, in se deinde molem omnem belli verterunt. namque Samnites, omissis Sidicinis, ipsam arcem finitimorum Campanos adorti; unde æque facilis victoria, prædæ at-

que

que gloriæ plus esset; Tifata imminentes Capuæ colles, quum præsidio firmo occupassent; defendunt inde quadrato agmine in planitiem, quæ Capuam Tifataque interjacet. Ibi rursus acie dimicatum: adversoque prœlio Campani intra mœnia compulsi. Quum robore juventutis suæ accîso, nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxilium.

Cap. XXX. Legati introducti in senatum, maxime in hanc sententiam locuti sunt: *Populus non Campanus legatos ad vos, Patres conscripti, misit; amicitiam in perpetuum, auxilium præsens a vobis petitum, quam si secundis rebus nostris petissemus, sicut capta celeritas, ita infirmiore vinculo contracta esset. tunc enim, ut qui ex æquo nos venisse in amicitiam mentiri simus, forte fortuna partibus ac nunc alii jecti atque obnoxii vobis minus essemus. nunc misericordia vestra conciliati, auxiliique in dubiis rebus defensi beneficium quoque accepisse videamur oportet. ne iratus, cui æque omni ope divinâ humanaque indigent, adhibuisse videatur. Neque illorum quod tum priores amici facitique vobis facti sunt, ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam accipiamur: sed ut vetustate & gradu honoris nos præstent neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum est. Fuit quidem apud vos semper satis justa causa amicitiæ, nulle unquam vobis amicum esse, qui vos appetoret. Campani, cui fortuna prælusa magnifice loqui prohibet, non urbis amplitudine, non agri ubertate, ulli populo præterquam vobis cedentes, haud parva (ut arbitror) accessio belli nobis vestris, in amicitiam vestram. Sequi fortissimique exercitus hostibus hujus urbis, quandocunque se moverint, ab tergo erimus: & quod vos pro salute nostra pleres faciebatis: id nos pro imperio vestro & gloria semper faciemus. Subactis iis gentibus, quæ inter nos eosque sunt, quod postdum futurum spondeo & certus & fortuna vestra, continuus imperium usque ad nos habebitis. Acerbum ac miserum est quod fateri nos fortuna nostra cogit. Eo ventum est, Patres conscripti, ut aut amicorum aut inimicorum Campani simus. Si defenditis, vestri: si deseritis, Samnitium erimus. Captum ergo, & Campaniam omnem vestris an Samnitium viribus accedere mavitis, deliberate. Omnibus quidem, Romani, vestram misericordiam, vestræque auxilium æquum est patere: iis tamen maxime, qui exemplorum vim dant aliis, auxilium duvit supra vires suas præstant: omnes ipsi in hanc necessitatem venerunt. quamquam pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, quum videremus fixitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti: & ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse. Nec enim nunc, quia stolent injuriam acceptam Samnites, sed quia gaudent oblatam sibi esse caussam, oppugnatum nos venisse. An si ultio iræ hæc, & non occasio cupiditatis explendæ esset, parum fuit, quod Jemel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa legiones nostras cecidere? Quæ est ista tam insatiata ira, quam per duas gentes fusus sanguis explere non potuerit? Adde huc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudum actas, incendia villarum ac ruinas, omnia ferro igneque vastata. Hiscene ira exiperi non potuit? Sed cupiditas explenda est. ea ad oppugnandam Capuam capit, aut decore urbis pulcherrimam, aut ipsi possidere volunt. Sed vos potius, Romani, beneficio vestro occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis. Non loquor apud reciusantem justi belli populum: sed tamen si offenderistis auxilium, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Usque ad nos contemtus Samnitium pervenit, supra non escendit. Itaque umbra vestri auxilii, Romani tegi possumus: quicquid deinde habuerimus; quicquid ipsi fuerimus, vestrum id omne existimatote. Vestra arabitur tellus, vestra Capua, vobis Campani urbs frequentabitur: conditorum, parentum. Deorum immortalium numero nobis eritis. Nulla colonia vestra erit, quæ nos obsaudio erga vos hasque superet. Annuite, Patres Conscripti, nutum numenque vestrum invicium Campani sequentur. & ubicunque consulum Capuam futuram. Qua frequentia omnium gentium multitudinis profequente creditis nos illinc profectos? quam omnia votorum lacrimarumque plena reliquisse? in qua nunc exsecrationes fenatum populumque Cajo nomen, conjugesque liberosque nostros esse? ita per omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem profectantes certum habeo quid illi nos, Patres Conscripti, solliciti ac pendentibus animi renunciare jubeatis. Alterum responsum salutem, victoriam, uterum ab liberatam ex hostibus animari hortabor, quæ ferat. Proinde ut aut de vestris futuris sociis atque amicis aut nusquam aliis futuris nobis, consulite.*

Cap. XXXI. Summotis deinde legatis, quum consultus senatus esset, esti magnæ parti urbs maxima opulentissimaque Italiæ uberrimus ager marique propinquus ad varietates annonæ horreum populi Romani fore videbatur; tamen tanta utilitate fidei antiquior fuit, respondirique ita ex auctoritate senatus Consul: *Auxilio*

sellis vos, Campani, dignos censet se natos: sed ita vobiscum amicitiam instituit par est, ne qua vetustior amicitia ac societas obsoleuerit. Samnites vobiscum fadere iuncti sunt, itaque arma, Deos pitos quam homines vicolatina: adversus Samnites vobis negamus. Legatos sicut fas iusque est, ad socios atque amicos precatum mittentes, ne qua vobis vis fiat. Ad ea princeps legationis (sic enim domo mandatum attulerant) Quamobrem, inquit, nostra tueri adversus vim atque iniuriam nulla vis non multis, vestra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deum, diuina humanaque omnia in nostram, Patres Conscripti, populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinceps patimur, dediticii cogis passuri. Sub haec dicta, omnia manus ad Coelestendentes, pleni lacrimarum in vestibulo curiae procubuerunt. Commoti Patres vice fortunarum humanarum: si ille praeptens opibus populus, luxuria superbiaque clarus, a quo paulo ante auxilium finitimi petiuerant, adeo infractos gerere animos, ut se ipse inaeque ac quod potestatis alienae faceret; tum jam fides agi vitaliditos non prodi, nec factiurum aequa Samnitium populum censebant, si agrum urbemque per deditionem factam populi Romani, oppugnarent. Legatos itaque exemplo mitti ad Samnites placuit, data mandata, ut preces Campanorum, reiiciendo sanctus amicitia Samnitium memor, deditionem postremo factam, Samnitibus exponerent. Peterent pro societate amicitiaque, ut dedititiis suis parcerent: neque in eum agrum, qui populi Romani factus esset, hostili animo inferendi bellum: finitimo parum proficerent, denunciarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis, ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent. Hae legati agentibus in concilio Samnitum, adeo est ferociter responsum, ut non solum gestuos se laetarentur id bellum, sed magistratus eorum e curia praecipitantibus legatis praefectos comitum vocarent: illique clara voce imperarent; ut praedatum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur.

Cap. XXXII. Hac legatione Romam relata, positis omnium aliarum rerum curis, Patres fecialibus ad res repetendas missis, bellogue, quia non redderentur, solenni more indicto, decreverunt, ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur: Jussuque populi consules ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium: ille ad montem Gaurum, hic ad Saticulam castra posuit. Prior Valerio Samnitium legiones (eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant) occurrunt, simul in Campanos, stimulabat ira, tam promptos nunc ad feriendum, nunc ad arcessenda adversus auxilia. Ut vero castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces poscere, affirmate, eadem fortuna Romanum Campanae latarum opem, qua Campanus Sidicino fuit. Valerius levibus certaminibus, tentandi hostis causa haud ita multos moratus dies, signum pugnae proposuit; paucis hus adhortatus: Ne novum bellum eos, novusque hostis terreret, quidquid ab urbe hostibus proferrent arma, magis magisque in medio gentes eos proiire. Ne Sidicinarum Campanorumque cladibus Samnitium aestimarent virtutem, qualiscunque inter se certaverint, neceſſe fuiſſe alteram partem vinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus relaxa, mollitiaque fua, quam ut bellorum vicios esse. Quid autem esse, adeo prospera in tot seculis bella Samnitium, adversus tot decora populi Romani, qui triumphos pene plures quam annos ab urbe condita numeret? qui omnia circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos Hernicos, Aequos, Volscos, Aurunecos, domita armis habeat? qui Gallos tot proelis caesos, postremo in mare ac navues, fuga compulerit? Quam gloria belli ac virtute sua quemque fretos ire in aciem debere, tum etiam intueri, cujus ducku auspicioque ineunda pugna sit. utrum qui audendius dimaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers; an qui ea ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat? Facta mea, non dicta vos, milites, inquit, sequi volo: nec disciplinam modo, sed exemplum etiam a me petere. Non factionibus modo, nec per cotiones usitatas nobilium, sed hac dextra mihi tres consulatus summosque honores peperi. Fuit, quum hoc dici posset: Patricius enim eras, & a liberatoribus patriae ortus: & eodem anno familia ipsa consulatum, quo urbs hac conseslem habuit. Nunc jam nobis Patribus, nobisque plebeis promiscuus consulatus patet; nec generis, ut ante, sed virtutis ejus praemium, postquide summum quoque spectate, milites, decus. Non si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus homines dedisti, Publicolarum vetustum familia nostra cognomen memoria excessit. Semper ego plebem Romanam militiae domique, privatus, in magistratibus parvis magnisque, aequi tribunus ac consul, eodem tenore per omnes demeque consulatus, colo atque colui. nunc quod instat, Diis bene juvantibus, novum atque integrum de Samnitibus triumphum mecum portite.

Cap. XXXIII. Non alias militi

familiarior dux fuit; omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo. In ludo præterea militari, quum velocitatis viriumque inter ipse æquales certamina ineunt, comiter facilis, vincere ac vinci vultu eodem; nec quemquam alpernari parem qui se offerret; factus benigna in pro re, dictis haud minus libertatis alienæ quam suæ dignitatis memor: &c. quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, illidem gerebat. Itaque universus exercitus, incredibili alacritate adhortationem profectus duci, castris egreditur. Prœlium, ut quod maxime unquam, pari spe, utrimque æquis viribus cum fiducia fui, fine contemptu hostium, committum est. Samnitibus ferociam augebant novæ res gestæ, & paucos ante dies geminata victoria. Romanis contra, quadringentorum annorum decora, & conditæ urbi æqualis victoria. Utrisque tamen novus hostis tarum addebat pugnæ indicio fuit, quos gesserint animos. namque ita confixerunt, ut aliquamdiu in neutram partem inclinarent acies. Tum consul, trepidationem injiciendam ratus, quando vi pelli non poterant; equitibus immissis turbare prima signa hostium conatur. quos ubi nequiquam tumultuantes in ipatio exiguo volvere turmas vidit, nec posse aperire in hostes viam; revectus ante antesignanos legionum, quum desiluisset ex equo: *Nostrum*, inquit, *pedituum illud, milites, est opus: agiteum, ut me videritis quacumque incessero, in aciem hostium ferro viam facientem. sic pro se quisque ubi eos, sternite. Illa omnia, quæ nunc erecta micant hastæ, pateficta strage vasta cernetis.* Hæc dicta dederat, quum equites consulis jussu discurrunt in cornua, legionibus in mediam aciem aperiunt viam. Primus omnium consul invadit hostem: & eum quo forte contulit gradum, obtruncat. Hoc spectaculo accensi, dextra lævaque ante se quisque memorandum prœlium ciet. Stant obnixi Samnites, quamquam plura accipiunt quam inferunt vulnera. Aliquamdiu jam pugnatum erat: arrox cædes circa signa Samnitium, fuga ab nulla dum parte erat. adeo morte sola vinci destinaverant animis. Itaque Romani quum effuere jam lassitudine vires sentirent & diei haud multum superesse, accensi ira concitant se in hostem. Tum primum referri pedem atque inclinari rem in fugam apparuit; tum cæpi occidi Samnis. nec superfuissent multi, ni nox victoriam magis quam prœlium diremisset. Et Romani fatebantur, numquam cum pertinaciore hoste confictum. &c Samnites, quum quæreretur quænam prima causa tam obstinatos moviset in fugam? *oculos sibi Romanorum ardere visos, jebant, ne sanè que vultus & furentia ora: inde plusquam ex alia ulla re terroris ortum.* quem terrorem non pugnæ solum eventus, sed nocturna profectione confessi sunt. Postero die vacuis hostium castris, Romanus potitur: quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit.

Cap. XXXIV. Caterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio fœdatum est. nam ab Saricula profectus Cornelius consul exercitum incaute in saltum cava valle pervium, circaque infestum ab hoste induxit: nec prius quam recipi turo signa non poterant, imminentem capiti hostem vidit. Dum id metus Samnitibus est, quoad torum in vallem infimam deinterrent agmen, P. Decius tribunus militum, conspicit unum editum in saltu collem, imminentem hostium castris, aditu ardum impedito agmini, expeditis haud difficilem. Itaque consuli tertio anni. *I, inquit, tu inquit, & Consul, occupa istum collem, dum hostem? Arce illa est spei salutisque nostræ, si eam, quam cæci reliquere Samnites, impigre capimus. Nec tu mihi plus quam unius legionis principes hastatosque dederis. cum quibus ubi evaserо in summum, perge hinc omni impetu: teque & exercitum ferox, neque ex alto moveri hostis subjectus nobis ad omnes ictus, sine jua pernicie poterit. Nos deinde aut fortuna populi Romani, aut nostra virtus expediet.* Collaudatus ab consule, accepto præsidio valdit occultus per saltum: nec prius ab hoste est visus, quam loco quem petebat appropinquavit. Inde admirantes paventibus cunctis, quum omnium in se vertisset oculos; & sparium consuli dedit ad subducendum agmen in æquiorem locum. Se ipse in summo constitit vertice. Samnites dum hinc illuc signa vertunt, utriusque rei amissa occasione, neque insequi consulem, nisi per eandem vallem, quæ ipsa paulo ante subjectus eum telis fuis huserant, possunt: nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum. Sed quum ira in hos magis qui fortunam gerendæ rei eripuerant, tum propinquitas loci, atque ipsa pauciras incitat: & nunc circumdare undique collem armatis volunt, ut à consule Decium intercludant: nunc viam patefacere, ut degressos in vallem adoriantur. incertos quid agerent, nox oppressit. Decium primum spes tenuit, cum subeuntibus in adverfum collem ex superiore loco se pugnaturum: deinde admiratio incessit, quod nec pugnam iniret, nec si ab eo consilio iniquitate loci deterreretur, opere se vallo circumdarent. Tum centurionibus ad se vocatis, *Quanam illa inscitia belli accipitis est? aut quonam modo isti ex Statinis Campanisque victoriam reportarunt? Huc atque illuc signa moveri, ac modo in unum con-*

conferri, modo educi videtis. opus quidem incipit nemo; cum jam circumdati vallo posuerimus esse. Tum vero nos similes ijsdem simus, si ultius hic moremur, quam commodum sit. Agitedum, ite mecum ad illum locum, ubi nostri superest, quibus locis praesidia ponam, qua patent itinera, exploremus. Haec omnia iisdem gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustravit.

Cap. XXXV. Vigilijs deinde dispositis, ceteris omnibus tesserandi jubet: sub secundae vigiliae buccina datum signum esset, armari cum silentio ad se venirent. Quo ubi citus editum erat, taciti convenerunt. *Hoc silentium, milites,* inquit, *omisso militari assensu, ita me audiendo servandum est. ubi sedentibus meam vobis peregero, tum quibus eorum placebunt, in dextram partem taciti transibitis: quae pars major erit, eo stabitur consilio. Nunc quae mente agitem, audite. Non fuga delatos, nec inertia relictos hic vos censuerunt hostis. virtute cepistis locum, virtute hinc oportet evadatis. Vestimdo hoc, exercitum egregium populi Romani servaturi: erumpendo hinc, vosmet ipsos servate. digni estis qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis. Cum eo hoste res est, qui hosterno die delendi omnis exercitus fortuna per focordiam ipsius non fuit, hunc tam opportunum collem imminentem capiti suo non videri, quam capium a nobis: nos tam paucos tot ipsi millibus hominum nec accensu arcuerint; nec tenentes locum, quin diei tantum superesset, vallo circumdederint. quem videntem ac vigilantem sic eliserittis, sopitum oportet fallatis. Imus necesse est. In eo enim loco res sunt nobis, ubi vobis ego magis necessitatis vestrae indexi, quam consilii auctor sim. neque enim mandatis, an abeatis hinc, deliberari potest; quum praeter arma & animos armorum memores, nihil vobis fortuna reliqui fecerit, famaque & fides mortalium sit, si plus quam viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. Ergo una est salus, erumpere hinc atque abire. id aut interdiu aut nocte palamus oportet. Ecce autem aliud minus dubium. quippe si lux expectetur, quae spes est, non vallo perpetuo quaque nos septurum hostem? qui nunc corporibus fessis, animis imbecillis circumsteterunt videtis collem. Atqui si nox opportuna est eruptioni, sicut est, hac profecto noctis aptissima hora est. Signo secundae vigiliae conveniis, quod tempus mortales somno altissimo premit. per corpora sopita vadetis; vel silentio incautos fallentes, vel sententibus clamore subito pavorem injecturi. Me modo sequimini, quem secuti estis. ego eandem quae exibit hinc sequar fortunam. Quibus haec salutaria videntur, agitedum, in dextram partem pedibus transite.*

Cap. XXXVI. Omnes transierunt, vadentemque per intermissa cuttodijs loca, Decium secuti sunt. Jam evaserant media castra, quum superscandens vigilum tvrata somno corpora miles, offenso scuto praebuit silentium: quo excitatus vigil, quum proximum movisset, erectique alios concitarent, ignari cives an hostes essent, praesidium erumperet, an consul castra cepisset; Decius quum non fallerent, clamorem tollere justis militibus, repidos somno, insuper pavore exanimat; quo praepediti, nec arma impigre capere nec obsistere nec insequi poterant. Inter trepidationem tumultumque Samnitum, praefidium Romanum, obvlis cuite dibus caesis, ad castra consulis pervadit. Aliquantum superexerat noctis: jamque in tuto videbantur esse, quum Decius, *Mactii virtute,* inquit, *milites Romani este. vestrum iter ac reditum omnia secula laudibus ferent. Sed ad conspiciendam tantam virtutem, lucet ac die opus est. nec vos digni estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium de nox tegat. hic lucem quiete opperiamur.* Dictis obtemperatum, atque ubi primum illuxit, praemisso nuncio ad consulem in castra, ingenti gaudio concitantur: & tessera data, incolumes reverti, qui sua corpora pro salute omnium haud dubio periculo objecissent, pro se quisque obviam effusi laudant, gratulantur, singulos universosque ferrores suos vocant: Diis laudes grateque agunt, Decium in coelum ferunt. Hic Decii castrensis triumphus fuit, incedentis per media castra cum armato praedio, conjectis in eum omnium oculis, & omni honore tribunum consuli aequantibus, nec ad praetorium ventum est, consul classico ad contionem convocat: orfusque meritas Decii laudes, interfante ipso Decio, diffulit concionem: qui auctor omnia posthabendi, dum occalio in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes, & noctis no pavore attonitos, & circa collem castellatam dissipatos, aggredetur. credere etiam aliquos ad fe fiequendum emissos, per saltum vagari. Justae legiones arma capere: egreffaeque castris, quum per exploratores notior jam saltus esset, via patentiore ad hostem ducuntur. quem incantum improvifo adortae, quum palari passim Samnitium milites, plerique inermes, nec coire in unum, nec arma capere, nec recipere intra vallum fe posse, paventem primum in castra compellunt: deinde castra ipsa turbaris ftationibus capiunt. Per fertur circa collem clamor: fugatque ex fuis quemque praesidijs. Ita magna pars abienti

hosti cessit, quos intra vallum egerat pavor (fuere autem ad triginta millia) omnes cæsi. castra direpta.

Cap. XXXVII. Ita rebus gestis, consul, advocata concione, P. Decii non ceptas solum ante, sed cumulatas nova virtute laudes peragit: & præterea militaria alia dona, aurea corona eum, & centum bobus, eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat. Milites, qui in præsidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in præsentia singulis bobus, binisque privis tunicis donati. Secundum consulis donationem, legiones gramineam coronam obsidionalem, clamore donum oppugnantes. Decio imponunt. altera corona ejusdem honoris Index à præsidio fuse impolita est. His decoratus insignibus, bovem eximium Marti immolavit, centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant. iisdem militibus legiones libras farris, & sextarios vini conferunt, omniaque ea cingenti alacriorate per clamorem militarem, indicem omnium assensus, gerebantur. Tertia pugna ad Suessulam commissa est, qua fugatus à M. Valerio Samnitium exercitus, omni robore juventutis domo accito, certamine ultimo fortunam experiri statuit. Ab Suessula nunchi repulsi Capuam, Inde equites citati ad Valerium consulem, opem oratum veniunt. Confectim signa mota: relictisque impedimentis castrorum valido præsidio, raptim agitur agmen: nec procul ab hoste locum perexigum (ut quibus præter equos cæterorum jumentorum caloumque turba abesset) castra cepit. Samnitium exercitus, velut haud ulla mora pugnæ futura esset aciem instruit; deinde postquam nemo obvius ibat, infestis signis ad castra hostium succedit. ibi ut militem in vallo vidit, missique ab omni parte exploratorum, quam in exiguum orbem contracta castra essent, paucitatem inde hostium colligentes, retulerunt; fremere omnis acies, complendas esse fossas, scindendumque vallum, & in castra irrumpendum. transfactumque ea re meritate bellum foret, ni duces continuissent imperum militum. Cæterum, quia multitudo sua connectibus gravis, & prius fedendo ad Suessulam, & cum certaminis mora, haud procul ab rerum omnium inopia esset; placuit dum inclusus paveret hostis, frumentatum per agros militem duci. interim & Romano, qui expeditus, quantum humeris inter arma geri posset, frumenti secum attulisset, defutura omnia. Consul palatos per agros quum vidisset hostes, stationes infrequentes relictas, paucis milites adhortatus, ad castra oppugnanda ducit. quæ quum primo clamore atque impetu cepisset, pluribus hostium in tentoriis suis, quam in portis vallo-

loque cæsis, signa captiva in unum locum conferri jussit; relictisque duabus legionibus, custodiæ & præsidii causa, gravi edicto monitis, ut donec ipse revertisset, præda abstinerent; profectus aguine instructo, quum præmissus eques velut indagine diffipato Samnites ageret, eadem ingenti fecit. nam neque quo signo coirent inter se, neque utrum castra peterent, an longiorem intenderent fugam, territis constare poterat. Tantumque fugæ ac formidinis fuit, ut ad quadraginta millia scutorum, nequaquam tot cæsis, & signa militaria cum iis, quæ in castris capta erant, ad centum septuaginta ad consulem deferentur. Tum in castra hostium redit: ibique omnis præda militi data.

Cap. XXXVIII. Hujus certaminis fortuna, & Falisci, quum in inducias esset, fœdus petere ab senatu coegit: & Latinos jam exercitibus comparatis, ab Romano in Pelignum vertit bellum. Neque ita rei gestæ fama Italiæ se finibus tenuit: sed Carthaginenses quoque legatos gratulatum Romanis misere, cum coronæ aureæ dono, quæ in Capitolio Jovis sacella ponerentur. fuit pondo viginti quinque. Consules ambo de Samnitibus triumpharunt; sequente Decio insigni cum laude, donisque: quum incondito militari joco, haud minus tribuni celebre nomen, quam consulum esset. Campanorum deinde Suessanorumque audita legationes: præcantibusque datum, ut præsidium eo in hiberna mitteretur, quo Samnitium excursiones arcerentur. Jam tum minime salubris militari disciplinæ Capua, inftrumento omnium voluptatum delinitos militum animos avertit à memoria patriæ: inhabnarurgue confilia in hibernis eodem scelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent: *neque immerito suum ipsorum exemplum in eos verfurum. Cur autem potius Campani agrum Italiæ uberrimum, dignum agro urbem, qui nec se, nec sua tutari possint, quam ejctor exercitus haberet, qui suo sudore ac sanguine ante Samnites depulisset? An aquum esse, dedititios suos illa fertilitate atque amœnitate perfrui; se, militando pessos, in pestilenti atque arido circa urbem solo luctari, aut in urbe insidentem zabem crectantis indies fenoris pati?* Haec agitando, in conjurationibus, nec dum vulgata in omnes consilia, invenit novus consul C. Marcius Rutilus: cui Campania sorte provincia evenerat; Q. Servilio collega ad urbem relicto. Itaque quum omnia ea, fuit gesta erant, per tribunos comperta haberet, & ætate & usu doctus (quippe qui jam quartum consul esset, dictatorque & censor fuisset)

set) optimum ratus, differendo ipsem quandocumque vellent consilii exequendi, militarem imperium frustrari; rumorem dissipat, in iisdem oppidis & anno post præfidia hibernatura. divisa enim erant per Campaniæ urbes, manuaverantque a Capua consilia in exercitum omnem. Eo lavamento cogitationibus dato; quievit in præsentia fedition.

Cap. XXXIX. Consul, eductо in æstiva milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare missionibus tirudinemorum hominum instituit; aliis emerita dicendo stipendia esse, aliis graves jam ætate, aut viribus parum validos. quidam in commeatus mittebantur, singuli primo, deinde & cohortes quædam, quia procul ab domo ac rebus suis hibernassent. Per speciem etiam militarium tuum quam aliis alio mittererentur, magna pars abiegati. Quam multitudinem consilia in Roma, præterquæ, alias ex aliis fingendo moras, retinebat. Et primo quidem ignari ludificationis, minime inviti domos revisebant. postquam neque reverti ad signa primos, nec ferme alium quam qui in Campania hibernassent, præcipuosque ex iis seditionis auctores miti videruntur; primum admiratio, deinde haud dubius timor incessit animos, consilia sua emanasse: *jam quæstiones, jam judicia, jam occulta jugulorum supplicia, impotensque & crudele consilium ac Patrum in se regnum passuros.* hæc qui in castris erant, occultis sermonibus ferunt; nervos conjurationis ejectos arte consulis cernentes. Cohors una, quum haud procul Anxure esset, ad Laurulas saltu angusto inter mare ac montes coniectis ad excipiendos quos consul aliis atque aliis (ut ante dictum est) causis mittebat, parva valida admodum numero manus erat, nec quicquam ad justi exercitus formam, præter ducem, deerat. incompositi itaque prædantes in agrum Albanum perveniunt, & sub jugo Albæ longæ castra vallo cingunt. Perfecto inde opere, quum ad diei imperatore sumendo, sententiis decertant; multi ex præsentibus fatis fidentes. *Quem autem ab Roma posse excire? quem Patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo scientes offerat, aut cui ex injuria tot insontesti exercitus causa recte committatur?* Posteo die quum eadem deliberatio teneret, ex prædatoribus vagis quidam comperium attulerunt, T. Quintium in Tusculano agrum colere; urbis honorumque immemorem. Patriciæ hic vir genitis erat, cui quum militiæ magna cum gloria actæ finem per alies ex vulnere claudus fecisset, rurigere vitam procul ambitione ac foro constituit. Nomine audito, extemplo agnovere virum: & quod bene vene-

ret, acciri jusserunt. Sed parum ipsi erat, voluntate quicquam factum: vim adhiberi ac metum placuit. Ita que silentio noctis, quum tectum villæ, qui ad id missi erant, intrasset; somno gravi Quintium oppressum, nihil medium, aut imperium atque honorem, aut ut ubi resistaret, mortem, nisi sequeretur, denunciantes, in castra pertraxerunt. Imperator extemplo adveniens appellatus: insigniaque honoris exterrito subitæ rei miraculo deferunt, & ad urbem ducere jubent. Sao magis inde impetu, quam consilio ducis, convulsis signis infelto agmine, ad lapidem octavum viæ, quæ nunc Appia est, pervenitur: silentque confestim ad urbem, ni venit e contra exercitum, dictatoremque adversus se M. Valerium Corvum dictum, audiffent, & magistrum equitum L. Æmilium Mamercinum.

Cap. XL. Ubi primum in conspectum ventum est arma, signaque agnovere; extremplo omnium memoria patri e ivas permulsit. Nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem, nec præter externa noverant bella: ultimaque rabies fecessio ab suis habebatur. itaque jam duces, jam milites utrimque, congressus quærere ad colloquia. Quintius, quum armorum etiam pro patria fatietas teneret, nedum adversus patriam; Corvus omnes caritate cives, præcipue milites: & ante alios suum exercitum complexus; ad colloquium procesit. Cognito ei extemplo haud minor ab adversariis verecundia, quam ab suis filentium datum: *Deos, inquit, immortales, milites, vestros, publicos, meosque, ab urbe proficiscens ita adoravi, veniamque supplex poposci, ut mihi de vobis concordiæ partæ gloriam, non victoriam, darent. Satis fuit erroris, ante bellum deos parcitare; hinc pax petenda est. Quod boni immortales inter nuncupanda vota exposci, ejus me compotem voti facere potestis; si meminisse vultis, non vos in Samnio, nec in Volscis, sed in Romano solo castra habere. si illos colles, quos cernitis, patriæ vestræ esse, si hunc exercitum civium vestrorum: si me consulem vestrum, cujus auctus auspiciisque priore anno bis legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis. Ego sum M. Valerius Corvus, milites, cujus vos nobilitatem beneficiis ergavos, non injuriis, senstis, nullius superbæ in vos legi, nullius crudelis Senatus consulti usi sum: in omnibus meis imperiis in me severior, quam in vos. Ac si cui genus, si cui fua virtus, si cui etiam majestas, si cui honores subdere spiritus potuerunt: iis eram natus, id specimen mei dederam, ea ætate consulatum adeptus eram, ut potuerim, tres evicinti annos natus, consul Patribus quoque ferox esse, non solum plebi.*

Quod meum factum dicturosne consulis gravius quam tribuni audisse? eodem tenore duo subsequentes consulatus geſſi, eodem hac imperioſa dictatura geretur: ut neque in hos meos & patriæ meæ milites mitior, quam in vos horrendi essem. Ergo vos prius ita me ſtrinxeritis ferrum, quam in vos ego. ijtine ſigna canent, iſtine clamor prius incipiet atque impetus, ſi dimicandum eſt. Inducite in animum, quod non inducere aut patres avique veſtri: non illi, qui in Sacrum montem ſeceſſerunt, non hi, qui poſtea Aventinum inſederunt. Expectate dum vobis ſingulis, ut olim Corioloano, matres, conjugeſque cruibus paſſis obeatis ad urbe venient. Tum Volſcorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieverunt: vos Romanus exercitus non deſtiterit impio bello? T. Quinti quocunque iſte loco, ſive volens ſeu invitus, conſtitiſti, ſi dimicandum erit, tum in noviſſimos te recipito: fugeris cetium honeſtius, terguntque civi decet is quam pugnaverit contra patriam. Nunc ad pacificandum bene atque honeſte inter primos ſtabis, & colloqui hujus ſalutaris interpres fueris. Poſtulate aqua, & ferte, quamquam vel iniquis ſtandum eſt potius, quam impias inter nos conſeramus manus. T. Quintius plenus lacrimarum, ad ſuos verſus. *Me quoque,* inquit, *milites, ſi quis uſus mei eſt, meliorem pacis quam belli habetis ducem. Non enim illa modo Volſcus aut Samnis, ſed Romanus verba fecit: veſter conſul, veſter imperator, milites: cujus auſpicia pro vobis experti, noſtre adverſus vos vele experiri. Qui pugnaverint veſtri cum infeſtius, & alios duces ſenatus habuit: qui maxime vobis ſuis militibus parcere, cui plurimum vos imperatori veſtro credere tis, eum elegit. Pacem, etiam qui vincere poſſunt, volunt. quid nos velle oportet? quin, omiſſis ira & ſpe ſaltationibus auctoribus, nos ipſos reſpeſque omnia cognitæ permittimus fidei?*

Cap. X L I. Approbantibus clamore cunctis, T. Quintius ante ſigna progreſſus, in poteſtate dictatoris milites fore dixit: oravitque, ut cauſſam miſerorum civium ſuſcipere: ſuſceptamque eadem fide, qua remouabilem administrare ſolitus eſſet, tueretur. *Sibi ſe privatum nihil cavere. Nolle aliſi, quam in innocentia ſuem habere. Militibus cavendum, quod apud Patres ſemel plebi, iterum legionibus cautum ſit, ne ſi quid ſeceſſio eſſet.* Quintio cellaudato, cæteris bonum animum habere juſſis, dictator equo citato ad urbem revectus, auctoribus Patribus tulit ad populum in luco Petelino, ne cui militum fraudi ſeceſſio eſſet. oravit etiam bona venia Quirites, ne quis eam rem joco ſeriove cuiquam exprobraret. Lex quoque facta militaris lata eſt, ne cujus militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente deleretur. additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. Id propter P. Salonium poſtulatum eſt ab centurionibus: qui alternis prope annis, & tribunus militum, & primus centurio erat, quem nunc primipili appellant. Huic infenſi milites erant, quod ſemper adverſatus nonvis conſiliis fuiſſet, nec particeps eorum eſſet, qui ab Lautulis fugiſſent. Itaque quum hoc unum propter Salonium ab ſenatu non impetraretur; tum Salonius, obteſtatus Patres Conſcriptos, ne ſuum honorem pluris quam concordiam civitatis æſtimarent, perpulit, ut id quoque ferretur. Æque imperens poſtulatum fuit, ut ſtipendio equitum merebant autem triplex ea tempeſtas in æra denerentur, quod adverſati conjunctioni fuiſſent.

Cap. X L I I. Præter hæc invenio apud quoſdam, L. Genucium, tribunum plebis, tuliſſe ad populum, ne fœnerare liceret. item aliis plebiſcitis cautum, ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet: neu duos magiſtratus uno anno gereret, utique liceret conſules ambos plebeios creari. quæ ſi omnia conceſſa ſunt plebi, apparet haud parvas vires defectionem habuiſſe. Aliis annalibus proditum eſt, neque dictatorem Valerium dictum, ſed per conſules omnem rem actam: neque antequam Romam veniretur, ſed Romæ, eam multitudinem conjuratorum ad arma conſternatam eſſe, nec in T. Quintil villam, ſed in ædes C. Manlii nocte impetum factum: eumque à conjuratis comprehenſum, ut dux fieret: inde ad quartum lapidem proceſſos loco munito conſedisſe: nec ab ducibus mentionem concordiæ ortam, ſed repente, quum in aciem armati exercitus proceſſiſſent, ſalutationem factam: & permiſſos dextras jungere, ac completi inter ſe lacrimantes milites cœpiſſe, coactoſque conſules, quum vidierent averſos à dimicatione militum animos, reruliſſe ad Patres de concordia reconciliandæ. adeo nihil, præterquam ſeditionem fuiſſe, eamque compoſitam, inter antiquos rerum auctores conſtat. Et hujus fama ſeditionis, & ſuſceptum cum Samnitibus grave bellum, aliquot populos ab Romana ſocietate avertit, & præter Latinorum inſidium jam diu fœdus, Privernates etiam Norbam atque Setiam, finitimas colonias Romanas, incurſione ſubita depopulati ſunt.

EPI-

EPITOME

LIBRI VIII.

Latini cum Campanis defecerunt, & missis legatis ad senatum conditionem tulerunt, ut, si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. Qua legatione perlata, prætor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est, ut examinaretur. T. Manlius consul filium, quod contra edictum adversum Latinos, quamvis prospere, pugnasset, securi percussit. Laborantibus in acie Romanis, P. Decius tunc consul cum Manlio: de vestis se pro exercitu: & concitato equo quum in medios hostes se intulisset, interfectus, morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverso, nemo ex juventute obviam processit. Minucia virgo Vestalis, incesti damnata est. Ausonibus victis: in oppidum ex iis captum Cales colonia deducta est. Item Fregellæ colonia deductæ sunt. Veneficium complurium matronarum deprehensum: quarum plurima statim epotis medicaminibus perierunt. Lex de veneficio tunc primum constituta. Privernatibus, quum rebellassent, victis civitas data est. Palæpolitani, bello & obsidione victi, in deditionem venerunt. Q. Publilio, qui eos obsederat primo prorogato imperium, & pro consule decretus triumphavit. Plebs nexu liberata est, propter L. Papirii creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre voluerat. Quum L. Papirius dictator reversus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum, occasione rei bene gerendæ invitatus, contra edictum ejus prospere adversus Samnites pugnavit. Ob eam causam quum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus videretur, Fabius Romam profugit: & quum causa parum prospexet, populi precibus donatus est. Res præterea contra Samnites prospere gestas continet.

CAPUT I.

IAM consules erant C. Plautius secundum, L. Æmilius Mamercinus, quum Setini Norbanique Romam, nuncii defectionis Privernatium cum querimoniis acceptæ cladis venerunt, Volscorum item exercitum duce Antiati populo consedisse ad Satricum, allatum est. utrumque bellum Plautio sorte evenit. Prius ad Privernum profectus, extemplo acie confixit. haud magno certamine devicti hostes: oppidum captum, redditumque Privernatibus, præsidio valido impositio: agri partes duæ ademptæ. Inde victor exercitus Satricum contra Antiates ductus. Ibi magna utrimque cæde atrox prœlium fuit, & quum tempestas eos neutro inclinata spe dimicantes, diremisset. Romani, nihil eo certamine tam ambiguo fessi, in posterum diem prœlium parant. Volscis recensentibus quos viros in acie amisissent, haudquaquam idem animus ad iterandum periculum fuit. nocte pro victis Antium agmine trepido, sauciis ac parte impedimentorum relicta, abierunt. Armorum magna vis tum inter cæsa corpora hostium, tum in castris inventa est. *Ea Lucæ matri dare se* consul dixit; finesque hostium usque ad oram maritimam est depopulatus. Alteri consuli Æmilio ingresso Sabellum agrum, non castra Samnitium, non legiones usquam oppositæ ferro igneque vastantem agros legati Samnitium pacem orantes adeunt, à quo reiecti ad senatum, postulate facta dicendi, potiis ferocibus animis, pacem sibi ab Romanis, bellique jus adversus Sidicinos petierunt. *quæ se eo justius petere, quod in amicitiam populi Romani secundis suis rebus, non adversis, ut Campani, venissent: & adversus Sidicinos sumerent arma, suas semper hostes, populi Romani munquam amicos. qui nec, ut Samnites, in pace amicitiam nec, ut Campani, auxilium in bello petissent, nec in fide populi Romani nec dictione essent.*

Cap. II. Quum de postulatis Samnitium Ti. Æmilius prætor senatum consuluisset, reddendumque his fœdus Patres censuissent, prætor Samnitibus respondit: *Nec, quo minus perpetua cum eis amicitia esset, per populum Romanum stetisse: nec contradici, quin quoniam ipsos belli culpa sua contracti tadium ceperit, amicitia de integro reconcilietur. Quod ad Sidicinos attinet, nihil intercedi, quo minus Samniti populo patere bellique liberum arbitrium sit.* Fœdere icto quum domum revertissent, extemplo inde exercitus Romanus deductus; annuo stipendio, & trium mensium frumento accepto; quod pepigerat consul ut tempus induciis daret, quoad legati redissent. Sa-

mnites, coelli filiem, quibus uti adversus Romanum bellum fuerant, contra Sidicinos profecti, haud in dubia spe erant mature urbis hostium potiundæ. Tum ab Sidicinis deditio prius ad Romanos coepta fieri est, dein, postquam Patres, ut fieram eam, ultimaque tandem necessitas expressam, absumbantur, ad Latinos jam sua fiducia animos fecta est. Ne Campani quidem (adeo injuriæ Samnitium, quam beneficii Romanorum memoria præsentior erat) his se armis abstinuere. Ex his tot populis, unus ingens exercitus, duce Latino, finis Samnitium ingressus, plus populationibus quam proeliis cladium fecit. Et quamquam superiores certaminibus Latini erant, haud inviti, ne tæpius diminicandum foret, agro hostium excesserc. Id spatium Samnitibus datum est Romam legatos mittendi, qui quum admissi senatum, conquesti eadem se fœderatos pari, quare hos eligerent pacis, proclium infimo petiere, *ut satis diserum Romani victoriam quam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoste eripuissent: ne nimci etiam se ab ignavissimis populis finerent. Latinos Campanosque si sub ditione populi Romani essent, pro imperio arcerent Samniti agro: si hostes forent, armis coercerent.* Adversus hæc responsum anceps datum, quia fateri pigebat, in potestate sua Latinos jam non esse, timebantque ne arguendo ablicnarent, *Campanorum aliam conditionem esse, qui non fœdere, sed per deditionem in fidem amissent: itaque Campani, seu velint, seu nolint, subjectos: in fœdere Latino nihil esse, quo bellare cum quibus ipsi velint, prohibcantur.*

Cap. III. Quod responsum, sicut dubios Samnites, quidnam fæturum Romanum conferent, dimisit: ita Campanos metu Samnitium Latinosque, velut nihil jam non concedentibus Romanis, ferociores fecit. Itaque per speciem adversus Samnites belli parandi, crebra concilia indicentes, omnibus consultationibus inter se principes occulte Romanum coquebant bellum. huic quoque adversus servatores suos bello Campanus adcrat. Sed quamquam omnia de industria celabantur, prius que quam moverentur Romani, tolli ab tergo Samnitem hostem volebant; tamen per quotidiani, privatis hospitiis necessitudinibusque conjunctos, indicia conjurationis ejus Romam emanarunt. justisque ante tempus consulibus abdicare fe magistratu, quo maturius novi consules adversus tantam molem belli crearentur; religio incessit ab eis quorum imminutum imperium esset, comitia haberi. Itaque interregnum initum. duo interreges fuerunt, M. Valerius ac M. Fabius. Is creavit consules, T. Manlium Torquatum tertium, P. Decium Murem. Eo anno Alexandrum, Epiri regem, in Italiam classem appulisse constat. quod bellum, si prima fatis prospera fuissent, haud dubie ad Romanos pervenisset. Eadem ætas rerum Magni Alexandri fuit, quem, priore anno ortum, in alio tractu orbis invictum bellis juvenem fortuna morbo eximuit. Ceterum Romani cti defectio fœderum nominisque Latini haud dubia erat, tamen, tanquam de Samnitibus, non de se, curam agerent; decem principes Latinorum Romam evocaverunt, quibus imperarent quæ vellent. Prætores tum duos Latini habebant, L. Annium Setinum, & L. Numicium Circeiensem; ambo ex colonis Romanis: per quos præter Signiam Velitrasque, & ipsas colonias Romanas, Volsci etiam acti ad mentem erant, nominatim evocari placuit. Haud cuiquam dubium erat super qua re acciri rentur. itaque concilio prius habito prætores, quam Romam proficiscerentur, evocatos se ab senatu docent Romano, & quæ actum sit fœderum credant, quidnam ad ea responderi placeat, perorant.

Cap. IV. Quum aliud alii censerent, tum Annius: *Quamquam ipse ego retuli quid re ponderi placeret, tamen magis ad summam rerum nostrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quam quid loquendum sit. facile erit, explicatis consiliis, etiam commodate rebus verba. Nam si etiam nunc sub umbra fœderis æqui servitutem pati possumus; quid abest, quin proditis Sidicinis, non Romanorum solum, sed Samnitium quoque dicto pareamus, respondeamusque Romanis, nos, ubi imperarint, posseros armis? Quod si aderant tandem libertatis desiderium remordet animos, si fœdus est, si societas æquato jure est, si consanguineos nos Romanorum esse, quod olim pudebat, nunc gloriari licet, si socialis illis exercitus is est, quo adjuncto duplicent vires suas; quem ego censeo ab se CO S S. postulandum: ponendis fumendisque nobis; cur non omnia aquantur? cur non alter ab Latinis consul detur? ubi pars virium, ibi & imperii pars est? Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum: quippe concedentibus Romanam capiat Latium. sed ut amplum cadeat posset, diuturna patientia fecimus. Aiqui si quando unquam consociandi imperii, usurpande libertatis tempus optasiis; en hoc tempus adest, & virtute nostra, & Deum benignitate vobis datum. Tentatis patientiam negando militem, quis dubitat exarsisse eos, quum plus ducentorum annorum morem solveremus? per-*

pertulerunt tamen hunc dolorem. Bellum nostro nomine cum Pelignis gessimus: qui ne nostrorum quidem finium nobis per nos tuendorum jus antea dabant, nihil interc[illegible]serunt. Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab [illegible]ac ad nos descisse, exercitus nos parare adversus Samnites fœderatos sibi audierunt, nec moverunt [illegible]ab urbe. Unde hæc illis tanta modestia, nisi à conscientia virium & nostrarum & suarum? Idoneos auctores habeo, quærentibus de nobis Samnitibus, ita responsum ab senatu Romano esse, ut facile appareret, ne ipsos quidem jam postulare, ut Latium sub Romano imperio sit. Usurpate modo postulando eo, quod illi vobis taciti concedunt. Si quem hoc dicere metus prohibet, en ego ipse, audiente, non populo Romano modo finatique, sed Jove ipso qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum, ut si nos in fœdere ac societate esse velint, conditionem illorum se non recusaturum partem accipiant. Hæc ferociter non suadenti solum, sed poscenti, clamore & assensu omnes permiserunt, ut agere[illegible]diceretque, quæ è republica nominis Latini indeque sua videretur.

Cap. V. Ubi eft Romam ventum, in Capitolio ei senatus datus eft. Ibi quum T. Manlius consuluisset cum eis ex authoritate Patrum, ne Samnitibus fœderatis bellum inferrent; Annius, tanquam victor armis Capitolium cepisset, non legatus, jure gentium rutus loqueretur, *Tempus erat*, inquit, *T. Manli, vosque Patres Conscripti, tandem aliquando consulere nihil pro imperio agere, quum florentissimum Deum benignitate nunc Latium armis virisque, Samnitibus bello victis, Sidicinis Campanisque sociis, nunc etiam Volscis adjunctis, videretis: colonias quoque vestras Latinum Romano pretiosiſſe imperium. Sed quoniam vos regno impotenti finem ut imponatis, non inducitis in animum; nos, quamquam armis possumus asserere Latium in libertatem, consanguinitati tamen hoc dabimus, ut conditiones pacis feramus æquas utrique: quoniam ut res quoque gestæ sunt, Dii immortales placuit. Consulem alterum Roma, alterum ex Latio creare oportet: senatus partem æquam ex utraque gente esse: unum populum, unam rempublicam fieri: & ut imperii eadem sedes sit idemque omnibus nomen. quoniam ab alterutra parte concedi necesse eſt, quod utrique bene vertat, sit hæc tibi ne patria potior, & Romani omnes vocemur.* Forte ita accidit, ut parem ferociæ huius & Romani Consulem T. Manlium haberent: qui adeo non tenuit iram, ut si tanta dementia Patres Conscriptos cepisset, ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in senatum venturum se esse putaret. Quamquam in curia Latinum videret, sua manu interempturum, & conversus ad simulacrum Jovis, *Audi Jupiter hæc scelera, inquit, Audite vos fasque Peregrinos Consules & peregrinum senatum in tuo, Jupiter augurato templo, captus, atque ipse oppressus, visurus es? Hæcine fœdera Tullus Romanus vester, vos Albani Patribus vestris, Latini, hæc L. Tarquinius vobis cum posteaſ fecit? Non venit in mentem pugna apud Regillum lacum? adeo & cladium veterum vestrarum, & beneficiorum nostrorum ergo vos oblii estis?*

Cap. VI. Quum consulis vocem Latinus fecuta Patrum indignatio esset, proditur memoriæ, adversus crebram imploorationem Deum, quos testes fœderum sepius invocabant Consules, vocem Anni ſpernentis numina Jovis Romani auditam. certe quum commotus ira se ab vestibulo templi citato gradu proriperet, lapsus per gradus, capite graviter offendit, humi Deum ita eſt saxo, ut sopiretur. Examinatum auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in incerto relictum sit: ficut inter fœderum ruptorum testationem ingenti fragore cœli procellam effiſſum. nam & vera esse, & apte ad res perfectandam iram Deum ficta poſſent. Torquatus, missus ab senatu ad dimittendos legatos, quum jacentem Annium vidiſſet, exclamat, ita, ut populo Patribuſque audita vox pariter sit, *Bene habet. Dii, pium movete bellum, Fas cæleſte numen! es meæ gentis Jupiter! hanc fruſtra te patrem Deum hominumque hactenus fuiſſe credimus. Quia ceſſatis, Quirites, vosque Patres Conſcripti, arma capere diis ducibus? Sic ſtratas legiones Latinorum dabo, quemadmodum legatum jacentem videtis.* Assensu populi excepta vox consulis, tantum ardoris animis fecit, ut legatos proficiscentes cura magistratuum magis, qui justis consulis profequebantur, quam jus gentium ab ira imperatque hominum tegeret. Consensit & senatus bellum: consulsque duobus scriptis exercitibus per Marsos Peligno[illegible]que profecti, adjuncto Samnitium exercitu, ad Capuam, quo jam Latini feliciore conveneram, castra locant. Ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species viri majoris, quam pro humano habitu, augustiorisque; dicentis: *Eo una acie imperatorem, ea altera exercitum diis manibus matrique Terra deberi: utrius exercitus imperator legiones hostium, superque eas se devovuſſet, ejus populi partisque victoriam fore.* Hos ubi nocturnos visus inter se consules contulerunt; placuit averruncanda Deum iræ victimas cædi: simul, ut si extis eadem quæ somno visa fuerant, portenderentur, alteruter consulum fata imolaret. Ubi responſa

aruspicum infidenti jam animo tacitæ religioni congruerunt; tum adhibitis legatis tribunisque, & imperiis Deum propalam expositis, ne mors voluntaria consulis exercitum in acie terreret; comparant inter se, ut ab utra parte cederet Romanus exercitus cæpisset. Inde se consul devoveret pro populo Romano, Quiritibusque. Agitatum etiam in consilio est, ut si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores. Cognoscebat, quod adversus Latinos bellandum erat; lingua, moribus; armorum genere, instituris ante omnia militaribus congruentes, milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis compares, collegaque iisdem præditis, sæpe iisdem manipulis permisti fuerant. per hæc ne quo errore milites caperentur, edictum consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.

Cap. VII. Forte inter cæteros turmarum præfectos, qui exploratum in omnes partes dimisi erant, T. Manlius Consulis filius super castra hostium cum suis turmalibus evaliit, ita ut vix teli jactu ab statione proximus abesset. ibi Tusculani erant equites, præerat Geminius Metius, vir tum genere inter suos, tum factis, clarus. Is ubi Romanos equites insignemque inter eos præcedentem consulis filium (nam omnes inter se, utique illustres viri, noti erant) cognovit, *Unane, ait, turma Romani cum Latinis facit? quæ bellum gesturi estis? quid inter ea consules, quid duo exercitus consulares agent? Aderunt in tempore*, Manlius inquit, *& cum illis aderit Jupiter ipse fœderum avolis violatorum testis, qui plus potest pollentque. Si ad Regillum lacum, ad fatidicam cæstram pugnavimus, hic quoque efficiemus proclio. ne nimis diries vobis & collata signa nobiscum cordi sint.* Ad ea Geminius paululum ab iisis eo provectus, *Visne igitur dum dies ista venit, qua magno conatu exercitus moveatis, interea tu ipse congredi mecum, ut nostro duorum jam hinc conatu cernatur quantum cæteri Latinos Romano præstet?* Movet ferocem animum juvenis, seu ira, seu detrectandi certaminis pudor, seu inexsuperabilis vis fati. oblitus itaque imperii patrii, consulumque edicti, præceps ad id certamen agitur; quo vinceret an vinceretur, haud multum interesset. equitibus cæteris velut ad spectaculum summotis, spatio, quod vacui interjacebat campi, adversus concitant equos: & quum infestis cuspidibus concurrissent, Manlii cuspis super galeam hostis, Metii trans cervicem equi elapsa est. Circumactis deinde equis, quum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset; spiculum inter aures equi fixit. ad cujus vulneris sensum quum equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quaereret, excussit equitem: quem cubide parmaque inuixum, arrollentem se ab gravi casu, Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit, spoliisque lectis ad suos revectus, cum ovante gaudio turma in castra, atque inde ad prætorium ad patrem tendit; ignarus fati futuriique laus an pœna merita esset, *Ut me omnes, inquit, pater tuo sanguine ortum vere ferrent, provocatus equestria hæc spolia capta ex hoste cæso porto.* Quod ubi audivit consul, extemplo filium aversatus, concionem classico advocari jussit. quæ ubi frequens convenit, *Quandoquidem, inquit, ut T. Manli, neque imperium consulare, neque auctoritas patria vestros animos, adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti: & quantum in te fuit, disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res, solvisti, meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut reipubl. mihi, aut mei moriumque obliti fuisse videamur, non patiar nostro delicto plectemur, quam respublica tanto suo damno nostra peccata luat. triste exemplum, sed in posterum salubre juvenum erimus crimus. Ma quidem quum ingenita caritas liberum, tum speciosa ipsa virtutis deceptum vana imagine decoris in te movet. Sed quum aut morte tua sanciendæ sint consulum imperia, aut impunitate in perpetuum abrogandæ; ne te quidem, si quid in te nostri sanguinis est, recusare censeam, quin disciplinam militarem culpa tua prolapsam, pœna restituas. Lictor, deliga ad palum.* Examinati omnes tam atroci imperio, nec aliter quam in re quisque distrectam cernentes fecurim; metu magis quam modestia quievere. Itaque, velut emerso ab admiratione animo, quum silentio defixi stetissent, repente postquam cervice cæsa fusus est cruor; tum libero conquestu coortæ voces sunt, ut neque lamentis, neque execrationibus parceretur: spoliisque contectum juvenis corpus, quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest, structo extra vallum rogo cremaretur: Manlianaque imperia non in præsentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent.

Cap. VIII. Fecit tamen atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem: & præterquam quod custodiæ vigiliæque & ordo stationum intentioris utique curæ erant, in ultimo etiam certamine, quum defensum in acie est, ea feveritas profuit. Fuit enim civili maxime bello pugna similis. adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana re, præter animos, erat.

erat. Clypeis antea Romani usi sunt. deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere: & quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coepit esse. Postremo in plures ordines instruebantur. ordo sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. prima acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicum spatium: manipulis leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. leves autem qui hastam tantum gestaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem juvenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas, totidem manipulorum, quibus principibus est nomen, hos sequebantur, scutati omnes, insignibus maxime armis. hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat. earum unamquamque primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis conflabat. vexillum centum octoginta sex homines erant. Primum vexillum triarios ducebat; veteranum militem spectatæ virtutis: secundum rorarios; minus roboris ætate factisque: tertium accensos; minimæ fiduciæ manum. eo & in postremam aciem reiiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. tum principum pugna erat; hastati sequebantur. triarii sub vexillis considebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus quam vallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud satis stare posset pugnatum, à prima acie ad triarios sensim referebantur. inde rem ad triarios, rediisse quum laboratur, proverbio increbuit. Triarii consurgentes, ubi in intervalla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus velut claudebant vias: unoque continente agmine, jam nulla spe poti relicta, in hostem incidebant: id erat formidolosissimum hosti, quum velut victos insecuti, novam repente aciem exsurgentem, auctam numero cernebant. Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis. alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine instruxerant acies: nec vexilla cum vexillis tantum, univerti hastati cum hastatis, principes cum principibus; sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebat. Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant: Romanus, corpore haud quaquam satis valido, cæterum strenuus vir peritusque militiæ: Latinus, viribus ingens, bellatorque primus: notissimi inter se, quia semper pares ordines duxerant. Romano haud satis fidenti viribus, jam Romæ permissum erat ab consulibus, ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno delinato hoste. itque juvenis in acie oblatus, ex centurione Latino victoriam tulit. Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat.

Cap. IX. Romani consules prius quam educerent in aciem, immolaverunt. Decio caput jecinoris à familiari parte cæsum aruspex dicitur ostendisse: aliqui acceptam Diis hostiam esse, Manlium egregie litasse. *Atqui bene habet*, inquit Decius, *si ab collega litatum est.* Instructis, sicut ante dictum est, ordinibus, processere in aciem. Manlius dextro, Decius lævo cornu præerat. primo utrinque æquis viribus, eadem ardore animorum gerebatur res: deinde ab lævo cornu hastati Romani, non ferentes impressionem Latinorum ite ad principes recepere. In hac trepidatione Decius consul M. Valerium magna voce inclamat: *Deorum*, inquit, *opus, Valeri, opus est. agedum pontifex publicus populi Romani præi verba, quibus me pro legionibus devoveam.* Pontifex eum togam prætextam sumere jussit, & velato capite manu subter togam ad mentum exerta, super telum subjectum pedibus stantem sic dicere: *Janc, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, Divi Novensiles, Dii indigetes, Divi, quorum est potestas nostrorum, hostiumque. Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto feroque, uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis: hostesque populi Romani Quiritium, terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legionis auxiliisque hostium, mecum, Dis manibus Tellurique devoveo.* Hæc ita precatus, lictores ire ad T. Manlium jubet: matureque collegæ se devotum pro exercitu nuncupare. Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit. Conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu, sicut cœlo missus piaculum omnis Deorum iræ, qui pestem ab suis averSam in hostes ferret. Ita omnis terror, pavorque cum illo latus, signa primo Latinorum

turbavit: deinde in totam penitus aciem pervasit. Evidentissimum id fuit, quod quacumque equo invectus est, ibi haud secus quam pestifero fidere itri pavebant: ubi vero corruit obrutus telis, inde jam haud dubie confidentiate cohortes Latinorum, fugam ac vallitatem late fecerunt. Simul & Romani exsultis religione animis, velut tum primum signo dato coorti pugnam integram ediderunt. nam & rorarii procurrebant inter antepilanos, additerantque vires hastatis ac principibus: & triarii genu dextero innixi, nutum consulis ad confligendum exspectabant.

Cap. X. Procedente deinde certamine, quum aliis partibus multitudo superaret Latinorum, Manlius consul, audito eventu collegæ, quum, ut jus fasque erat, lacrimis non minus quam laudibus debitis profectus tam memorabilem mortem ejus pauliper adhibuisset, ut confligendi jam triariis tempus esset: deinde melius ratus integros eos ad ultimum discrimen servari, accensos ab noviissima acie ante signa procedere jubet. Qui ubi subiere, extemplo Latini, tanquam idem adversarii fecissent, triarios suos excitarunt: qui aliquandiu pugna atroci quum & semeripsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent, pellerent vi ramen hostem, debellatum jam rati, perventumque ad extremam aciem; tum consul triariis, *Consurgite nunc*, inquit, *memores pristinæ fortitudinis & conjugum ac liberorum: memores consulis pro vestra victoria morte occumbentis.* Ubi triarii confurrexerunt integri, refulgentibus armis, nova ex improviso exorta acies, receptis in intervalla ordinum antepilanis, clamore tollato principia Latinorum perturbant: hastisque ora fodientes, primo robore virorum cæso per alios manipulos velut inermes prope intacti evadere: tantaque cæde perrupere cuneos, vix quartam partem relinquerent hostium. Samnites quoque sub radicibus montis procul instructi præbuere terrorem Latinis. Cæterum inter omnes cives lociosque præcipua laus ejus belli penes consules fuit: quorum alter omnes minas periculaque ab Diis superis inferisque in se unum vertit: alter ea virtute eoque consilio in prœlio fuit, ut facile convenerit inter Romanos Latinosque, qui eius pugnæ memoriam posteris tradierunt, utrius partis T. Manlius dux fuisset, ejus futuram haud dubie fuisse victoriam. Latini ex fuga se Minturnas contulerunt. castra fecundum prœlium capta, multique mortales ibi vivi oppressi, maxime Campani. Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quærentes oppressit. Postero die inventum inter maximam hostium stragem coopertum telis: funusque ei par morti, celebrante collega, factum est. Illud adjiciendum videtur, licere consuli, dictatorique, & prætori, quum legiones hostium devoverit, non utique se, sed quem velint ex legione Romana scripta civem devovere, *si is homo qui devotus est: moritur, probe factum videri: ni moritur, tum signum septem pedes altum, aut majus in terram defodi, & piaculum hostia cædi. Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum ejusve fas non esse.* Sin autem ipse devovere volet, ficuti Decius devovit: *ni moritur, neque stans, neque equo, neque publicum divinum pure fecisse, qui se devoverit. Vulcano arma, sive cui alii divo devovere volet, sive hostia, sive quo alio volet, jus est. Tela, super quod stans consul precatus est, hostem potiri, fas nefas est: is patietur, ubicunque illa jacuerint, piaculum fieri.*

Cap. XI. Hæc (etsi omnis divini humanique moris memoria abolevit, nova peregrinaque omnia priscis ac parriis præferendo) haud ab re duxi verbis quoque ipsis, ut tradita nuncupatoque sunt, scribere. Romanis post prælium dimensi factum Latinantes veniæ subsidio, exspectato eventu pugnæ, apud quosdam auctores invenio. Latinis quoque ab Lavinio auxilium, dum deliberando terunt rempus, victis demum ferri cœptum. & cum jam portis prima signa, & pars agminis esset egressa, nuncio allato de fide Latinorum quum conversis signis retro in urbem redirentur; prætorem eorum nomine Millionium dixisse ferunt, *pro pauculis mea magnam mercedem Romanis esse solvendam.* Qui Latinorum pugnæ superfuerant, multis irineribus dissipati, quum & in unum conglobari sent, Velitras urbs eis receptaculum fuit. Ibi in conciliis Numitius imperator eorum, affirmando *communem vere Martem belli utramque aciem pari cæde prostravisse; victoriæque nomen tantum penes Romanos esse, veteram pro vitiis fortunam & illos gerere: famosa duo consulum prætoria, alterum parricidio nili, alterum consulis devoti cæde: truncatum exercitum omnem: cæsos hastatos principes que ipsa signa & ante signa & post signa faciam: triarios postremo rem restituisse. Latinorum esse pariter accisæ copiæ sint, tamen supplemento vel Latium propriæ vires esse, quæ aucti Romani, lacque sint ætatur eis, se ex Latinis & ex Volscis populis juventute propere excita, redituram infesto exercitu Capuam esse: Romanosque nihil tum ultius quam prælium exspectantes, nec opinato adventu periculosum.* Fallacibus literis circa id tempus nomenque Volscum missis, quia qui non interfuerant pugnæ, ad credendum temere facilliores erant, tumul-

tua-

tuarius undique exercitus raptim conscriptus convenit. Huic agmini Torquatus consul ad Trifanum (inter Sinuessam Minturnasque is locus est) occurrit, prius quam castris locus caperetur, farcinis utrimque in acervum conjectis, pugnatum debellatumque est, adeo enim acciſe res tunt, ut consul victorem exercitum ad deoppulandos agros eorum ducenti ederent se omnes Latini: deditionemque eam Campani sequerentur. Latium Campaque agro mulctari. Latinus ager Privernati addito agro: & Falernus, qui populi Campani fuerat, usque ad Vulturnum flumen, plebi Romanæ dividitur. bina in Latino jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent. data: terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adjectis. Extra poenam fuere Latinorum Laurentes, Campanorumque equites, quia non defciverant. Cum Laurentibus renovari foedus jussum. renovaturque ex eo quotannis usque ad bellum Latinarum. Equitibus Campanis civitas data: monumentoque ut esset, æneam tabulam in æde Castoris Romæ fixerunt. vestigal quoque eis Campanus populus jussus pendere in singulos quotannis (fuere autem mille, & sexcenti) denarios nummos quadringenos quinquagenosque.

Cap. XII. Ita bello gesto, præmiis pœnaque pro cujusque merito persolutis, T. Manlius Romam redit: cui venienti seniores tantum obviam exisse constat: juventutem, & tunc, & omni vita deinde, averſatam eum exercitamque. Antiates in agrum Ostiensem, Ardeatem, Solonium incursiones fecerunt. Manlius consul, quia ipse per valetudinem id bellum exequi nequiverat, dictatorem L. Papirium Crassum, qui tum forte erat prætor, dixit: ab eo magister equitum L. Papirius Cursor dictus. Nihil memorabile adversus Antiates ab dictatore gestum est, quam aliquot maritimas civitas in agro Antiati habuisset. Anno insigni victoria de tot ac tam potentibus populis, ad hoc consulum alterius nobili morte, alterius sicut truci, ita claro ad memoriam imperio, successere consules T. Æmilius Mamercinus, & Q. Publilius Philo: neque in similem materiam rerum, & ipsi aut fuarum rerum, aut partium in republica magis quam patriæ memores. Latinos ob iram agri amissi rebellantes in campis Fenetanis fuderunt, castrisque exuerunt. Ibi Publilio, cujus dictu auspicioque res gestæ erant, in deditionem accipienti Latinos populos, quorum ibi juventus cæsa erat; Æmilius ad Pedum exercitum duxit. Pedanos tuebantur Tiburs, Præneſtinus, Veliternusque populus: venerant & ab Lavinio Antioque auxilia. Ubi quum prælia quidem superior Romanus esset, ad urbem ipsam Pedum, castraque ſociorum populorum, quæ urbi adjuncta erant, integer labor restaret; bello infecto repente omisso, consul, quia collegæ decrerum triumphum audivit, ipse quoque triumphi ante victorem flagitator Romam rediit. Qua cupiditate offensis Patribus, negantibusque, nisi Pedo capto aut deditо, triumphum, hinc alienatus ab senatu Æmilius, fictiosis tribunatibus, similem deinde consulatum gessit. Nam neque quoad fuit consul, criminari apud populum Patres desistit, collega haudquaquam adversante, quia & ipse de plebe erat: (materiam autem præbebat criminibus ager in Latino Falernoque agro maligne plebei divisus) & postquam senatus finire imperium consulibus cupiens, dictatorem adversus rebellantes Latinos dici jussit: Æmilius, cujus tum fasces erant, collegam dictatorem dixit: ab eo magister equitum Junius Brutus dictus. Dictatura popularis, & orationibus in Patres criminosis fuit. & quod res leges incundilimas plebei, adversas nobilitati tulit: unam, ut plebiscita omnes Quirites tenerent: alteram, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum auspicium Patres auctores fierent: tertiam, ut alter utique ex plebe, quotannis eo ventum fit ut utrumque plebeium consulem fieri liceret, censor crearetur. Plus eo anno domi acceptum cladis ab consulibus, ac dictatore, quam ex victoria eorum bellicisque rebus foris auctum imperium. Patres credebant.

Cap. XIII. Anno insequenti L. Furio Camillo, C. Mænio consulibus, quo insignitius omissa res Æmilio superioris anni consuli exprobraretur, Pedum armis, virisque & omni vi expugnandum ac delendum, senatus fremit: coactique novi consules omnibus eam rem præverti, proficiscuntur. Jam Latio is status erat rerum, ut neque bellum neque pacem pati possent. ad bellum odio desistit; pacem ob agri adempti dolorem aspernabantur. Mediis consiliis stando videbatur, ut oppidis se tenerent; ne lacessitus Romanus causam belli haberet: & cujus oppidi obsidio nunciata esset, undique ex omnibus populis auxilium obsessis ferretur. Neque tamen nisi admodum a paucis populis Pedani adjuti sunt. Tiburtes. Præneſtinique, quorum ager propior erat, Pedum pervenere. Aricinos, Lavinioque, & Velitenos Antiatibus Volscis se conjungentes ad Astura flumen, Mænius improviso adortus fudit. Camillus ad Pedum cum Tiburtibus, maxime valido exercitu, majore mole, quamquam æque prospero eventu, pugnat. Tumultum maxime repentina inter prælium eruptio oppidanorum fecit: in quos par-

te exercitus conversa Camillus, non compulit folum eos intra mœnia, sed eodem etiam die, quum ipsos auxiliaque eorum perculisset, oppidum scalis cepit. Placuit inde jam majore conatu animoque ab uniuscujusque tione urbis ad perdomandum Latium victorem circumducere exercitum: nec quievere ante, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere. Præfidiis inde difpofitis, per receptra oppida, Romam ad deftinatum omnium confenfu triumphum decefsere. additus triumpho honos, ut ftatuæ equeftres eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur. Prius quam comitiis in infequentem annum confules rogarent, Camillus de Latinis populis ad fenatum retulit, atque ita differuit: *Patres Conscripti, quod bello armisque in Latio agendum fuit, id jam Deum hominumque ope virtute militum ad finem venit. cæsa ad Pedum Asturamque sunt exercitus hostium: oppida Latina omnia, & Antium ex Volscis, aut vi capta, aut recepta in deditionem. præsidia tenentur vestris. Reliqua consultatio est, quonam rebellando sæpius nos solicitarint, quamnam modo perpetua pace quietos obtinemus. Dii immortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt, ut sit Latium deinde, an non sit, in vestra manu positurum. Itaque pacem vobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum, vel sæviendo vel lenocinando, potestis. Vultis crudeliter consulere in deditos, vicisque? licet delere omne Latium: vastas inde solitudines facere, unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque sæpe usi estis. Vultis exemplo majorum augere rem Romanam, victos in civitatem accipiendo? materia crescenti per hominum gloriam suppeditabit. certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent. Sed maturato opus est, quicquid statuere placet. tot populos inter spem metumque sustensos animi habetis: & vestram itaque de eis curam quam primum absolvi, & illorum animos, dum exspectatione stupent, seu præmia, seu beneficio, præoccupari oportet. Nostrum enim fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset. vestrum est decernere quod optimum vobis reique publicæ sit.*

Cap. XIV. Principes fenatus relationem confulis de fumma rerum laudare. fed quum aliorum cauffa alia eſſet, ita expediri poſſe conſilium dicere, ut oro merito cujuſque ſtatueretur, ſi de ſingulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de ſingulis, decrerumque. Lanuvinis civitas data: ſacraque ſua reddita cum eo, ut ædes lucuſque Sofpitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano eſſet. Aricini, Nomentanique, & Pedani, eodem jure, quo Lanuvini in civitatem accepti. Tuſculanis ſervata civitas, quam habebant: crimenque rebellionis à publica fraude in paucos auctores verſum. In Veliternos, veteres cives Romanos, quod toties rebellaſſent graviter fævitum: & murî dejecti, & ſenatus inde abductus: juſſique trans Tiberim habitare: ut ejus, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, uſque ad mille pondo clarigatio eſſet: nec priuſquam ære perſolvato, is qui cepiſſet, extra vincula captum haberet. In agrum ſenatorum coloni miſſi: quibus adſcriptis, ſpeciem antiquæ frequentiæ Velitræ receperunt. Et Antium nova colonia miſſa, cum eo, ut Antiatibus permitteretur, ſi & ipſi adſcribi coloni vellent. naves inde longæ abactæ: interdictumque mari Antiati populo eſt. & civitas data. Tiburtes, Præneſtinique agro multati: neque ob recens tantum rebellionis, commune cum aliis Latinis crimen, ſed quod, tædio imperii Romani, cum Gallis, gente efferata, arma quondam conſociaſſent. Cæteris Latinis populis connubia commerciaque & concilia inter ſe ademerunt. Campanis equitum honoris cauſſa, qui cum Latinis rebellare noluiſſent, Fundanique, & Formianis, quod per fines eorum tuta pacataque ſemper fuiſſet via, civitas ſine ſuffragio data. Cumanos, Sueſſulanoſque ejuſdem juris conditionisque cujus Capuam eſſe placuit. Naves Antiatium, partim in navalia Romæ ſubductæ, partim incenſæ, roſtrifque earum ſuggeſtum, in foro exſtructum, adornari placuit: Roſtraque id templum appellatum.

Cap. XV. C. Sulpicio Longo, P. Ælio Pæto, conſulibus, quum omnia non opes magis Romanæ, quam beneficiis parta gratia bona pace obtineret, inter Sidicinos Auruncoſque bellum ortum. Aurunci à T. Manlio conſule in deditionem accepti; nihil deinde moverant: eo petendi auxilii ab Romanis cauſſa juſtior fuit. Sed prius quam conſules ab urbe (juſſerat enim Senatus defendi Auruncos) exercitum educerent, fama affertur: Auruncos motu oppidum defeciſſe, profugoſque cum conjugibus ac liberis, Sueſſam communiſſe (quæ nunc Aurunca appellata) mœnia antiqua eorum, urbemque ab Sidicinis deletam. Ob ea infenſus conſulibus ſenatus, quorum cunctatione proditi ſocii eſſent, dictatorem dici juſſit. dictus C. Claudius Regillenſis, magiſtrum equitum C. Claudium Hortatorem dixit. Religio inde injecta de dictatore: & quum augures vitio creatum videri dixiſſent, dictator magiſterque equitum ſe magiſtratu abdicarunt. Eo anno Minucia Veltalis,

lis, ſuſpecta primo propter mundiorem juſto cultum, inſimulata deinde apud pontifices ab indice ſervo; quum decreto eorum juſſa eſſet ſacris abſtinere, familamque in poteſtate habere; facto judicio, viva ſub terram, ad portam Collinam dextra via ſtrata deſoſſa Scelerato campo. credo ab incesto id ei loco nomen factum. anno Q. Publilius Philo prætor primum de plebe, adverſante Sulpicio conſule, qui negabat, rationem ejus ſe habiturum, eſt factus; ſenatu, quum in ſummis imperiis id non obtinuiſſet, minus in prætura tendente.

Cap. XVI. Inſequens annus, L. Papirio Craſſo, Cæſone Duilio conſulibus, Auſonum magis novo quam magno bello fuit inſignis. ea gens Cales urbem incolebat. Sidicinis finitimis arma conjunxerat: unoque prælio haud ſane memorabili duorum populorum exercitus fuſus, propinquitate urbium & ad fugam promior, & in fuga ipſa tutior fuit. nec tamen omiſſa ejus belli cura Patribus, quia toties jam Sidicini, aut ipſi moverant bellum, aut moventibus auxilium tulerant, aut cauſſa armorum fuerant. Itaque omni ope annixi ſunt, ut maximum ea tempeſtate imperatorem T. Valerium Corvum conſulem quartum facerent: collega additus Corvo M. Atilius Regulus. & ne forte caſu erraretur, petitum ab conſulibus, ut extra fortem Corvi ea provincia eſſet. Exercitu victore à ſuperioribus conſulibus accepto ad Cales, unde bellum ortum erat, profectus, quum hoſtes ab ſuperioris etiam certaminis memoria pavidos clamore atque impetu primo fudiſſet; mœnia ipſa oppugnare eſt aggreſſus. & militum quidem is erat ardor, ut jam inde cum ſcalis incedere ad muros vellent, eruturoſque contendere. Corvus, quia id arduum factu erat, labore militum potius quam periculo, peragere incœptum voluit. Itaque aggerem & vineas egit, turreſque muro admovit: quarum uſum forte oblata opportunitas præverrit. namque M. Fabius, captivus Romanus, quum per negligentiam cuſtodum feſto die vinculis ruptis, per murum inter opera Romanorum, religata ad pinnam muri reſte ſuſpenſus, manibus ſe demiſiſſet; perpulit imperatorem ut vino epulisque ſopitos hoſtes aggrederetur. nec majore certamine captæ eum urbe Auſones ſunt, quam acie fuſi erant. Prædæ capta ingens eſt. præſidioque impoſito Calibus reductæ Romam legiones. Conſul ex Senatuſconſulto triumphavit: & ne Atilius expers gloriæ eſſet, juſſi ambo conſules adverſus Sidicinos ducere exercitum. Dictatorem ante ex Senatuſconſulto comitiorum habendorum cauſſa dixerunt L. Æmilium Mamercinum, is magiſtrum equitum Q. Publilium Philonem dixit. Dictatore comitia habente, conſules creati ſunt T. Veturius, Sp. Poſtumius. Etſi belli pars cum Sidicinis reſtabat; tamen ut beneficio præverterent deſiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt: factoque ſenatuſconſulto, ut duo millia quingenti homines eo ſcriberentur, triumviros coloniæ deducendæ, agroque dividundo creaverunt Cæſonem Duilium, T. Quintium, M. Fabium.

Cap. XVII. Novi deinde conſules, Veteribus exercitu accepto, ingreſſi hoſtium fines, populando uſque ad mœnia atque urbem perveneruntIbi, quia ingenti exercitu comparato Sidicini, & ipſi pro extrema ſpe dimicaturi enixe videbantur, & Samnium fama erat conciri ad bellum; dictator ab conſulibus ex auctoritate ſenatus dictus P. Cornelius Rufinus: magiſter equitum M. Antonius. Religio deinde inceſſit, vitio eos creatos: magiſtratuque ſe abdicaverunt. & quia peſtilentia inſecuta eſt, velut omnibus eo vitio contactis auſpiciis, res ad interregnum rediit. ab interregno inito per quintum dictum interregem M. Valerium Corvum creari conſules A. Cornelius iterum, & Cn. Domitius. Tranquillis rebus, fama Gallici belli pro tumultu valuit, ut dictatorem dici placeret. Dictus M. Papirius Craſſus, & magiſter equitum P. Valerius Publicola. à quibus dum delectus intentius quam adverſus finitima bella haberetur, exploratores miſſi attulerunt, quieta omnia apud Gallos eſſe. Samnium quoque jam alterum annum turbari novis conſiliis ſuſpectum erat. eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non eſt deductus. Cærerum Samnites bellum Alexandri Epirenſis in Lucanos traxit, qui duo populi adverſus regem exſcenſionem à Peſto facientem ſignis collatis pugnaverunt. eo certamine ſuperior Alexander, incertum qua fide cultus, ſi perinde cærera proceſſiſſent, pacem cum Romanis fecit. Eodem anno cenſus actus novique cives centitribus propter eos additæ. Mæcia & Scaptia: cenſores addiderunt, Q. Publilius Philo, Sp. Poſtumius. Romani facti Acerrani lege ab L. Papirio prætore lata, qua civitas ſine ſuffragio data. hæc eo anno domi militiæque geſta.

Cap. XVIII. Fœdus inſequens annus, ſeu intemperie cœli, ſeu humana fraude fuit. M. Claudio Marcello, C. Valerio conſulibus. Flaccum Potitumque, varie in annalibus cognomen conſulis invenio: cæterum in eo parvi refert quid veri ſit: illud pervelim (nec omnes auctores ſunt) proditum falſo eſſe, venenis abſumptos, quorum mors infamem annum peſti-

pestilentia fecerit. sicut proditur tamen res, ne cui auctorum fidem abrogaverim, exponenda est. Quum primores civitatis similibus morbis, quodemque fermè omnes eventu moverentur; ancilla quædam ad Q. Fabium Maximum ædilem curulem, indicaturam se causam publicæ pestis professa est; si ab eo fides sibi data esset, haud futurum noxæ indicium. Fabius confestim rem ad consules, consultos ad senatum, referunt: consentisque ordinis fides indici data. Tum patefactum, muliebri fraude civitatem premi: matronasque ea venena coquere; & si sequi exemplo velint, manifesto deprehendi posse. Secuti indicem, & coquentes quædam medicamenta, & recondita alia, invenerunt. quibus in forum delatis, & ad viginti matronis apud quas deprehensa erant, per viatorem accitis, duæ ex eis, Cornellia ac Sergia, patriciæ utraque gentis, quum ea medicamenta salubria esse contenderent, ab consultante indice bibere jussæ, se falsum commentam arguerent; spatio ad colloquendum sumpto, quum summoto populo in conspectu omnium rem ad cæteras retulissent: haud abnuentibus & illis bibere, epoto medicamento, suamet ipsæ fraude omnes ingerierunt. comprehensæ extempio earum commentes, magnum numerum matronarum indicaverunt: ex quibus ad centum septuaginta damnatæ. Neque de veneficiis ante eam diem Romæ quæsitum est. prodigii ea res loco habita; captisque magis mentibus quam consceleratis, similis visa. Itaque memoria ex annalibus repetita, in sacerdotibus quondam plebis, clavum ab dictatore fixum, alienatisque discordia mentes hominum eo placulo compotes sui fecisse, dictatorem clavi figendi causa creari placuit. creatus Cn. Quintilius magistrum equitum L. Valerium dixit: qui fixo clavo magistratu se abdicarunt.

Cap. XIX. Creati consules L. Papirius Crassus iterum, L. Plautius Venno. cujus principio anni legati ex Volscis Fabraterni & Lucani Romam venerunt; orantes ut in fidem reciperentur. si à Samnitium armis defensi essent, se fidi imperio populi Romani fideliter atque obedienter futuros. Missi tum ab senatu legati denunciarumque Samnitibus, eorum populorum finibus vim abstinerent. valuitque ea legatio, non tam quia pacem volebant Samnites, quam quia nondum parati erant ad bellum. Eodem anno Privernas bellum initum: cujus socii Fundani, dux etiam Fundanus fuit, Vitruvius Vaccus; vir non domi solum, sed etiam Romæ clarus. ædes fuere in Palatio ejus, quæ Vaccigrata, diruto ædificio publicatoque solo appellata. Adversus hunc, vastantem effuse Setinum Norbanumque & Coranum agrum, L. Papirius prosectus haud procul castris ejus confedit. Vitruvio, nec ut vallo se teneret adversus validiorem hostem, sana constare mens, nec ut longius à castris dimicaret, animus sapperere. vix tota extra portam castrorum explicata acie, fugam magis retro quam prælium aut hostem spectante millite, sine consilio, sine audacia depugnat, & ut levi momento, nec ambigue est victus, ita brevitate ipsa loci, facilque receptu in tam propinqua castra, haud ægre militem à multa cede est fugatus: nec fere quisquam in ipso certamine, pauci in turba fugæ extremæ, quum in castra ruerent, cæsi, primisque tenebris Privernum inde Petirum agmine trepido, ut muris potius quam vallo sese tutaretur. A Priverno Plautius, alter consul, pervastatis agriis prædaque acta, in agrum Fundanum exercitum inducit. Ingredienti fines senatus Fundanorum occurrit, *negant se pro Vitruvio sectamque ejus secutis precatum venisse, sed pro Fundano populo, quem extra culpam belli esse ipsum Vitruvium judicasse, quum se receptaculum fugæ Privernum habuerit, non patriam Fundos. Privverni igitur hostes populi Romani queverulos perfequendosque esse, qui simul à Fundanis ac Romanis utrisque patriæ immemores defecerint. Fundanis pacem esse, & animos Romanos, & gratam memoriam accepte civitatis. Orare se consulem, ut bellum ab innocio populo abstineat: agros, urbem corpora ipsorum conjugumque ac liberorum suorum, in potestate populi Romani esse fatuuraque.* Collaudatis Fundanis consul, literifque Romam missis, in officio Fundanos esse, ad Privernum flexit iter. Prius quam advertim in eos, qui capita conjurationis fuerant, à consule scribit Claudius: ad trecentos quinquaginta ex conjuratis vinctos Romam missos: eamque deditionem ab senatu non acceptam; quod egentium atque humillum pœna dedingi velle Fundanum populum censuerint.

Cap. XX. Privernum duobus consularibus exercitibus quum obsideretur, alter consul comitiorum causa Romam revocatus. Carceres eo anno in circo primum statuti. Nondum perfunctos cura Privernaris bello, tumultus Gallici fama arrox invasit: haud ferme unquam neglecta Patribus. Extemplo igitur consules novi, L. Æmilius Mamercinus, & C. Plautius, eo ipso die Kalendis Quintilibus, quo magistratus inierunt, comparare inter se provincias jussi: & Mamercinus, cui Gallicum bel-

bellum evenerat, scribere exercitum fine ulla vacationis venia. quin opificum quoque vulgus, & stellularii, minime militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Velosque ingens exercitus contractus, ut inde obviam Gallis iretur. longius discedi, ne alio itinere hostis fulleret ad urbem incessens. ea non placuit Paucos deinde post dies, satis explorata temporis ejus quiete, à Gallis Privernum omnis conversa vis. Duplex inde fama est, alii vi captam urbem, Vitruvium quæ vivum in potestatem venisse: alii, priusquam ultima adhiberentur vis, ipsos se in deditionem consulis cadu ceum præferentes permissse, auctores sunt, Vitruvium quæ ab suis traditum. Senatus, de Vitruvio Privernatibusque consultus, consulem Plautium, ditutis Privernimuris, præsidioque valido impolito, ad triumphum arcessit; Vitruvium in carcerem asservari justit. consul redisset; tum verberatum necari. ædes ejus quæ essent in Palatio, diruendas, bona Semoni Sanco censuerunt consecranda: quodque æris ex eis redactum est, ex eo æneï orbes facti; positi in sacello Sancï veteris ædem Quirini. De agro Privernate ita decretum, ut qui senator Privernï post defectionem ab Romanis manisset, trans Tiberim, lege eadem qua Veliterni, habitarer. His ita decretis, usque ad triumphum Plautii silentium de Privernatibus fuit: post triumphum consul necato Vitruvio, focisque ejus noxa, apud fatiatos jam suppliciis nocentium, tutam mentionem de Privernatibus rata; *Cquoniam auctores defectionis*, inquit, *meritas pœnas, & ab Diis Immortalibus & à vobis habent, Patres Conscripti, quid placet de communi multitudine? Equidem essi mœ partes exquirendæ magis sententiæ: quam dandæ sunt; tamen, quum videam Privernates vicinos Samnitibus esse, unde nunc nobis incertissima pax est: quam minimum interim inter nos illo, quæ relinqui velim.*

Cap. XXI. Quum ipsa per se res anceps esset; prout cujusque ingenium erat, atrocius mitiusve suadentibus; tum incertiora omniaannus ex Privernatibus legatis fecit; magis conditionis in qua natus esset, quam præsentis necessitatis timentes. qui interrogarus à quodnam tristioris sententiæ auctore *quam Romam meritos Privernates censeret eam*, inquit, *quam merentur qui se libertate dignos censent.* cujus quum feroci responso infestiores factos videret consul eos, qui ante Privernatium causam impugnabant; ut ipse benigna interrogatione mitius responsum elicteret, *quid, si pœnam*, inquit, *remittimus vobis, qualem nos paxm vobiscum habituros putemus? Si bonam dederitis*, inquit, *& fidam, & perpetuam: si malam, haud diuturnam.* Tum vero minari; nec id ambigue, Privernatem quidam, & illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos. Parumelior sententia quæ melioris responsis trahere. Ne dicero, *Ut ira, & tibere, tacem auditam. an credi posse ullum populum, aut hominem denique, in ea conditione, cuius cum pœniteat, dutius quam necesse sit. manusumat. ubi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacti sint: neque eo loco, ubi servitutem esse velint, fidem sperandam esse.* In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos, identidem ad principes sententiarum consulares, uti exaudiri posset à pluribus. dicendo, *Eos demum, qui nihil præterquam de libertate cogitant, dignos esse qui Romani fiant.* Itaque & in senatu causam obtinuere, & ex auctoritate Patrum latum ad populum est, ut Privernatibus civitas daretur. Eodem anno Anxur trecenti in coloniam missi sunt: bina jugera agri accepernunt.

Cap. XXII. Securus est annus nulla re belli domive insignis, P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula consulibus; præterquam quod Fregellas (Sidicinorum is ager, deinde Volscerum fuerat) colonia deducta: & populo vifceratio data à M. Flavio in funere matris. Erant qui per speciem honorandæ parentis, meritam mercedem populo retinere interpretarentur, quod eum die dicta ab ædilibus crimine stupratæ matrisfamiliæ absolvisset. Data visceratio in præteritam judicii gratiam, honoris etiam ei causa fuit tribunatumque plebei. proximis comitiis, absens petentibus præfertur. Palæpolim haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est, duabus urbibus populus idem habitabar. Cumis erant oriundi. Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt. Classe, qua advecti ab domo fuerant, multum in ora maris ejus, quod accolunt, potuere. Primo in insulas Æmariam & Pithecusas egressi, deinde in continentem auxi sedes transferre. Hæc civitas, quum suis viribus, tum Samnitium infida adversus Romanos societate freta, sive pestilentiæ, quæ Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens, multa hostilia adversus Romanos, agrum Campanum vastumque incolentes, fecit. Igitur, L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone iterum consulibus, fecialibus Palæpolim ad res repetendas missis, quum relatum esset à Græcis, gente lingua magis strenua, quam factis, feroxresponsum; ex auctoritate Patrum populus Palæpolitanis bellum fieri iussit. Inter consules provinciis comparatis, bello Græci persequendi Publilio evenerunt, Cornelius alter-

altero exercitu Samnitibus, si qua se moverent, oppositus. Fama autem erat, defectioni Campanorum imminentes admoturos castra. Ibi optimum visum Cornelio statua habere. Ab utroque consule exiguum spem pacis cum Samnitibus esse, certior fit senatus.

Cap. XXIII. Publilius duo millia Nolanorum militum & quatuor Samnitium, magis Nolanis cognitibus quam voluntate Græcorum, recentia Palæopoli miserat: Cornelius delectum indictum a magistratibus: universum Samnium erectum: ac vicinos populos, Privernatem Fundanumque & Formianum, haud ambigue sollicitari. Ob hæc quum legatos mitti placuisset prius ad Samnites, quam bellum fieret; responsum redditur ab Samnitibus ferox. Vires incufabant injurias Romanorum: neque eo negligentius ea quæ ipsis objicerentur, curgabant. *Haud illo publico consilio auxiliove juvari Græcos: nec Fundanum Formianumve à se sollicitatos, quippe minime punitos se virium suarum, si bellum placeat. Cæterum non posse dissimulare, æque pati civitatem Samnitium, quod Fregellas, ex Volscis capt as diruta-que ab se, restituerit Romanus populus, coloniamque in Samnitium agro imposuerit, quam coloni eorum Fregellæ appellent. Eam se contumeliam injuriamque, ni sibi ab iis qui fecerint, donatur, ipsos omni ui depulsuros esse.* Quum Romanus legatus ad disceptandum eos ad communes socios atque amicos vocaret: *Quid perplexe agimus?* inquit, *nostra certamina, Romani, non verba legatorum, nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo conserere nobis est, & arma, & communis Mars belli decernet. Proinde inter Capuam Suessulamque castra castris conseramus: & Samnis Romanusne imperio Italiam regat, decernamus.* Legati Romanorum quum se non quo hostis vocasset, sed quo imperatores sui duxissent, ituros esse respondissent; jam Publilius inter Palæpolim Neapolimque loco opportune capto, diremerat hostibus societatem auxilii mutui: qua ut quisque locus premeretur, inter se usi fuerant. Itaque quum & comitiorum dies instaret, & Publilium imminentem hostium muris, avocari ab spe capiendæ indies urbis reipublicæ esset; actum cum tribunis est, ad populum ferrent, ut quum Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret, quod debellarum cum Græcis esset. L. Cornelio (quia ne eum quidem in Samnium jam ingressum revocari ab imperio belli placebat) literæ missæ, ut dictatorem comitiorum caussa diceret. dixit M. Claudium Marcellum. ab eo magister equitum dictus Sp. Postumius. Nec tamen ab dictatore comitia sunt habita, quia vitiose creatus esset, in diquisitionem venit, consulibus augurres, vitiosum videri dictatorem, pronunciaverunt. Eam rem tribuni fuspectam infamemque criminando fecerunt. *Nam neque facile fuisse id vitium nosci, quum consul oriente nocte silentio diceret dictatorem: neque ab consule cuiquam publice privatimve de ea re cognitum esse, quemquam mortalium exstare, qui se vidisse aut audisse quid dicat, quod auspicium dirimeret: neque augures divinare Romæ sedentes potuisse, quid in castris consuli vitii obvenisset. Cui non apparere, quod plebeius dictator sit, id vitium auguribus obstare?* Hæc, aliaque ab tribunis nequaquam jactata: tamen ad interregnum res redit: dilatisque aliis atque aliis de caussa comitiis, quartusdecimus demum interrex Lucius Æmilius consules creat, C. Pœtelium, L. Papirium Mugillanum. Curforem in aliis annalibus invenio.

Cap. XXIV. Eodem anno Alexandrium Ægypto proditum conditam: Alexandrumque Epiri regem, ab exule Lucano interfectum, sortes Dodonæi Jovis eventu affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam, data dictio erat, caveret Acheruisam aquam, Pandosiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari. Eoque ocius tranfmisit in Italiam, ut quam maxime procul abesset urbe Pandosia in Epiro & Acheronte amni, quem ex Molosside fluentem in stagna inferna accipit Thesprotius sinus. Cæterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur) quum Æpe Bruttias Lucanasque legiones fudisset; Heraeleam Tarentinorum coloniam, Consentiam ex Lucanis Sipontumque, Bruttiorum Terinam, alias inde Metapontum ac Lucanorum cepisset urbes, & trecentas familias illustres in Epirum, quas obsidum numero habuerat, misisset; haud procul Pandosia urbe imminentes Lucanis ac Bruttiis finibus treis tumulos aliquantum inter se distantes insedit, ex quibus incursiones in omnem partem agri hostilis faceret. & ducentos ferme Lucanorum exsules circa se pro fidis habebat; ut pleraque eius generis ingenia sunt, cum fortuna mutabilem gerentes animum. Imbres continui campis omnibus inundantes, quum intercluissent trifariam exercitum à mutuo inter se auxilio; duo præsidia, quæ sine rege erant, improviso hostium adventu opprimuntur: deletisque eis, ad ipsum obsidionem omnes converti. Inde ab Lucanis exsulibus ad suos nuncii missi sunt: pactoque reditu, promissum est, regem, aut vivum, aut mortuum, in potestatem daturos. Cæterum cum deleeti-

dis ipſe egregium facinus auſus, per medios erumpit hoſtes, & ducem Lucanorum cominus congreſſum obtruncat. conſcendit hinc fluos ex fuga palatos, pervenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis aquæ abſtulerat, indicantem iter. quem quum incerto vado tranſiret agmen, feſſus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis, Jure Acheros vocaris, inquit, quod ubi ad aures accidit regis; adjecit extemplo animum fariſfuis, fubſtititque dubius, an tranſiret. Tum Sotimus miniſter ex regiis pueris, quid in tanto diſcrimine periculi cunctaretur interrogans; indicat Lucanos inſidiis quæreie locum. Quos ubi reſpexit rex procul grege facto venientes, ſtringit gladium, & per medium amnem tranſmittit equum. Jamque in vadum egreſſum, eminus veruto Lucanus exul tranſigit. Ipſum inde cum inhærente telo corpus examine detulit amnis in hoſtium præſidia. Ibi fœda laceratio corporis facta, manibus, præciſis medio, partem Conſentinæ miſere: pars ipſis rerenta ad ludibrium. quæ, quum jaculis fixiſque procul inceſſeretur; mulier una, ultra humanam irarum fidem fævienti turbæ immiſta, ut parumper ſuſtineret precata, ſtens ait, virum tibi liberoſque capta apud hoſtes eſſe. ſperare, corpore regio utcumque mulcato, ſe ſuos redempturam. Is finis laceratieni fuit. ſepulturæ Conſentiæ, quod membrorum reliquum fuit, curatæ mulieris unius: oſſaque Metapontum ad hoſtes remiſſa: inde Epirum devecta ad Cleopatram uxorem, ſororemque Olympiadem; quarum mater Magni Alexandri altera, ſoror altera fuit. Hæc de Alexandri Epirenſis triſti eventu, quamquam Romano bello fortuna eum abſtinuit, tamen quia in Italia bella geſſit, pauciis dixiſſe fatis fit.

Cap. XXV. Eodem anno lœtiſſimum Romæ quinto poſt conditam urbem, iiſdem, quibus ante, placandis habitum eſt Diis. Novi deinde conſules juſſu populi eum miſiſſent, qui indicerent Samnitibus bellum: & ipſi majore conatu quam adverſus Græcos cuncta parabant; & alia nova nihil tum animo tale agitantibus acceſſerunt auxilia. Lucani atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt: arma virofque ad bellum pollicentes. fœdere ergo in amicitiam accepti. Eodem tempore etiam in Samnio res proſpere geſta. tria oppida in poteſtatem venerunt; Allifæ, Gallifæ, Ruffrium: aliuſque ager primo adventu conſulum longe lateque eſt pervaſtatus. Hoc bello tam proſpere commiſſo, alteri quoque bello, quo Græci olim debebantur, jam finis aderat. nam præterquam quod interſeptis munimentis hoſtium pars parti abſciſſa erat, fœdiora aliquanto intra muros iis, quibus hoſtis terrabatur, patiebantur: & velut capti à ſuiſmetipſis præſidiis, indigna jam liberis quoque ac conjugibus, & quæ captarum urbium extrema ſunt, patiebantur. Itaque, quum & à Tarento & à Samnitibus fama eſſet nova auxilia venturæ, Samnitium plus quam velient, intra mœnia eſſe rebantur: Tarentinorum juventurem Græci Græcos, haud minus per quos Samniti Nolanoque, quam ut Romanis hoſtibus reſiſteret, exſpectabant. Poſtremo, leviſſimum malorum deditio ad Romanos viſa. Charilaus & Nymphius principes civitatis, communicato inter ſe conſilio, partes ad rem agendam diviſere, ut alter ad imperatorem Romanorum tranſfugeret, alter ſubſitteret ad præbendam opportunam conſilio urbem. Charilaus fuit, qui ad Publium Philonem venit: & *quod bonum, faustum, felixque Populo Romano ſe, ait, mœnia ſtatuiſſe. Eo facto, utrum ab ſe proditam an ſervatam patriam videatur; in fide Romana poſitum eſſe. ſibi privatim nec paciſci quicquam, nec petere: publice prius quam paciſci magis, ut ſi ſucceſſiſſet inceptum, cogitaret populus Romanus, potius cum quanto ſtudio periculoque reditum in amicitiam ſuam eſſet, quam qua ſtultitia & temeritate de officio deceſſum.* Colladatus ab imperatore, tria millia millium ad occupandam eam partem urbis, quam Samnites inſidebant, accepit: præſidio eſt L. Quintius tribunus militum præpoſitus.

Cap. XXVI. Eodem tempore & Nymphius præterem Samnitium arte aggreſſus perpulerat, ut quoniam omnis Romanus exarcitus, aut circa Palæpolim aut in Samnio eſſet, ſineret ſe clam circumvehi ad Romanum agrum; non orum modo maris, ſed ipſi urbi propinqua loca depopulaturum. Sed ut falleret, nocte proficiſcendum eſſe, exemplo que naves deducendas. quod quo maturius fierent, omnis juventus Samnitium, præter neceſſarium urbis præſidium, ad littus miſſa. ubi dum Nymphius, in tenebris & multitudine ſemeripſa impediente, foldalis aliis alia imperia turbans, terit tempus, Charilaus ex compoſito ab ſocliis, in urbem receptus; quum ſumma urbis Romano militi impleſſet, tolli clamorem juſſit. ad quem Græci ſigno accepto à principibus, quievere. Nolani per averſam partem urbis via Nolam ferente effuſlunt. Samnitibus excluſis ab urbe, ut expeditior in præſentia fuga, ita fœdior, poſtquam periculo evaſerunt.

nuat, visa: quippe qui inermes nulla rerum fuarum non relicta inter hostes; ludibrium non externis modo, sed etiam popularibus, fpectaci atque egentes domos rediere. Haud ignarus opinionis alterius, qua haec prodita ab Samnitibus facta traditur; quum auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi eft, tum foedus Neapolitanum eo enim deinde fumma rei Graecorum venit) humillus vero fuit, poftq in amicitiam redifle. Publili Philonis decretus: quod fatis credebatur oftidione domitos hoftes in fidem venifle. Duo fingularia haec ei viro primum contigere, prorogatio imperii non ante in ullo facta, & acto honore triumphus.

Cap. XXVII. Aliud fubinde bellum cum alteribus orae Graecis exortum. namque Tarentini quum tum Paleopolitanam vana ipe auxilii aliquamdiu fuftinuiffent, poftquam Romanos urbe portos accepere, velut deftitutae non qui iuti deftituiffent, increpare Paleopolitanos, ira atque invidia in Romanos furentes etiam quod Lucanos & Apulos (nam utraque eo anno focietas coepta eft) in fidem populi Romani venifle allarum eft. *quippe propemodum per ventum ad fe effe: famque in eo rem fore, ut Romani ne hoftes aut fervitii habendi fint. Difciplina profecto rerum fanarum in bello Samnitium exercitaque ejus aetati. eam folam gentem reftare, nec eam ipfam fatis validam, quando Lucanus defecerit. quem revocari adhuc, impellique ad abolendam focietatem Romanam poffe, fi qua ei fpecudia difcordiis adhibeantur.* Haec conflia quum apud cupidos rerum novandarum valuiffent; ex juventute quidam Lucanorum prelio acciti, clari magis inter populares quam honefti, inter fe mulcari ipfi virgis, quum corpora nuda intuliffent in civium coetum, vociferari funt, fe, quod caftra Romana ingredi auti eifent, a confule virgis caefos, ac prope fecuri percuffos effe. Deformis fuapte natura res, quum fpeciem injuriae magis quam doli prae fe ferret; concitati homines cognt clamore fuo magiftratus fenatum vocare: & alii circumftantes concilium, bellum in Romanos poftcere: alii ad coercendam in arma mulrirudinem agreftium difcurrunt: tumultuque, etiam fanos conflernante animos, decernitur, ut focietas cum Samnitibus renovaretur, legatique ad eam rem mittantur. Repentina res, quis quam cauffim nullam, tam ne fidem quidem habebat; coacti a Samnitibus & obsides dare, & praefidia in loca munita accipere. caeci fraude & ira nihil recufarunt. Dilucere deinde brevi fraus coepit, poftquam criminum falforum auctores Tarentum commigravere: fed amiffa omni de fe poteftate, nihil ultra quam ut poenitere ftultitiae, reitabat.

Cap. XXVIII. Eo anno plebi Romanae, velut aliud initium libertatis factum eft, quod ligari lexi deierunt: mutatum autem jus ob unius faeneratoris fimul libidinem, fimul crudelitatem infignem. L. Papirius is fuit. cui quum is C. Publilius ob aes alienum paternum nexum dedifler, quae aetas formaque miferi cordiam elicere poterat, ad libidinem & contumeliam animum accendere: & florem aetatis ejus fructum adventicium crediti ratus, primo pellicere adolefcentem fermone inceito eft conatus: dein poftquam afpernabantur flagitium aures, minis terrifare, atque identidem admonere fortunae: poftremo, quum ingenuitatis magis, quam praefentis conditionis memorem videret, nudari jubet, verberaque afferri. Quibus laceratus juvenis, quum fe in publicum proripuiffet, libidinem crudelitatemque conqueretur faeneratoris; ingens vis fimul iracundiae, quum miferiae atque indignitate injuriae accenfa, tum fuae conditionis, liberumque fuorum refpectu, in forum, atque inde, agmine facto, ad curiam concurrit. & quum confules tumultu repentino coacti fenatum vocarent, introeuntibus in Curiam Patribus, ceteratum juvenis tergum, procumbentes ad fingulorum pedes oftentabant. Victum eo die ob importentem injuriam unius ingens vinculum fidei: juftique confules ferre ad populum, ne quis niti, qui noxam meruiffet, donec poenam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur. Pecuniae creditae, bona debitoris, non corpus obnoxium eiiet. Ita nexi foluti: cautumque in poftcrum, ne necteretur.

Cap. XXIX. Eodem anno quum fatis per feipfum Samnitum bellum, & defectio repens Lucanorum auctoreque defectionis Tarentini follicitos haberent Patres; acceffit, ut & Veftinus populus Samnitibus fefe conjungeret. quae res, ficut eo anno fermonibus magis paftim hominum jactata, quam in publico ullo concilio eft: ita infequentis anni conluibus L. Furio Camillo iterum, Manlio Bruto Scaevae, nulla prior portorque vifa eft, de qua ad fenatum referrent. & quamquam nova res erat, tamen tanta cura Patres incefit, ut pariter eam fufceptam neglectamque rimerent: ne aut impunitas eorum lafcivia fuperbiaque, aut bello poenae expetitae merae propinquo atque ira, concirent finitimos populos. Er erat genus omne abunde bello Samnitibus par: Marfi Peligniae & Marrucini: quos, fi Veftinus attingeretur, omnes habendos hoftes. Vicit tamen pars, quae in praetentia videri poruit majo-

majoris animi, quam consilii: sed eventus docuit, fortes fortunam juvare. Bellum ex auctoritate Patrum populus adversus Veientes justit. Provincia ea Bruto, Samnium Camillo sorte evenit. Exercitus utroque ducti, & cura tuendorum finium hostes prohibiti conjungere arma. Caeterum alterum consulem L. Furium, cui major moles rerum imposita erat, morbo gravi implicitum fortuna bello subtraxit: justusque dictatorem dicere rei gerendae causa, longe clarissimum bello ea tempestate dixit L. Papirium Cursorem, à quo Q. Fabius Maximus Rullianus magister equitum est dictus; par nobile rebus in eo magistratu gestis: discordia tamen, qua propè ad ultimum dimicationis ventum est, nobilius. Ab altero consule in Veientis multiplex bellum, nec usquam vario eventu gestum est. nam & pervastavit agros, & populando atque urendo recta hostium, saraque, in aciem invitos extraxit: & sopita pristino accidit Veiiorum res: (haud quaquam tamen incruento milite suo) ut non in castra solum refugerent hostes, sed jam ne vallo quidem ac fossis freti, dilaberentur in oppida, situ urbium moenibusque defensuri. Postremo, oppida quoque vi oppugnare adortus, Furinam (antiquissimi ardore militum aut vulnerum ira, quod haud fere quisquam integer proelio excesserat, scalis cepit: deinde Cingiliam. utriusque urbis praedam militibus, quod eos neque portae, neque muri hostium arcuerant, concessit.

Cap. XXX. In Samnium, incertis litum auspiciis est: cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit. namque Papirius dictator à pullario monitus, quum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum denunciavit, ut sese loco teneret, neu absente se cum hoste manum conferret. Fabius quum post profectionem dictatoris per exploratores comperisset, perinde omnia soluta apud hostes, ac si nemo Romanus in Samnio esset; feu ferox adolescens indignitate accensus, quod omnia in dictatore viderentur reposita esse; seu occasione bene gerendae rei inductus; exercitu instructo paratoque profectus ad Imbrinium (ita vocant locum) acie cum Samnitibus conflixit. ea fortuna pugnae fuit, ut nihil relictum sit, quo is affuisset dictator, res melius gesturi potuerit: non dux militi, non miles duci defuit. Eques etiam, auctore L. Cominio tribuno militum, qui aliquoties imperu capto perrumpere non poterat hostium agmen, detraxit frenos equis: atque ita concitatos calcaribus permisit, ut fustinere eos nulla vis posset. per arma, per viros late stragem dedere. Secutus pedes impetum equitum, turbatis hostibus intulit signa. Viginti millia hostium caesa eo die traduntur. Auctores habeo, bis cum hoste signa collata dictatore absente, bis rem egregie gestam. Apud antiquissimos scriptores, una haec pugna invenitur: in quibusdam annalibus tota res praeterissa est. Magister equitum, ut ex tanta caede multis potirus spoliis, consecta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit: seu vorum id Deorum cuipiam fuit; seu credere libet Fabio auctori, eo factum, ne sua gloriae fructui dictator caperet, nomenque ibi scriberet, aut spolia in triumpho ferret. Literae quoque de re prospere gesta ad senatum, non ad dictatorem missae; argumentum fuere minime cum eo communicantis laudem. Ira certe dictator id factum accepit, ut laetis aliis victoria parta, prae se ferret iram subitis tristumque. Missio itaque repente senatu, se ex curia proripuit: tum vero, non Samnitium magis legiones quam majestatem dictatoriam & disciplinam militarem à magistro equitum victam & everfam dictitans, si illi impune spretum imperium fuisset. Itaque plenus minarum iraeque, profectus in castra quum maximis itineribus esset; non tamen praevenire famam adventus sui potuit. Procucurrerant enim ab urbe, qui nunciarent dictatorem avidum poenae venire, alternis penè verbis T. Manlii factum laudantem.

Cap. XXXI. Fabius concione extemplo advocata, obtestatus milites est, *ut qua virtute rempubl. ab infestissimis hostibus defendissent, eadem se cujus ductu auspicioque vicissent, ab impotenti civilitate dictatoris tutarentur. Venire amentem invidia, tratum virtuti alienae felicitatique, ferere, quod se absentes res publica egregie gesta esset: malle, si mutare fortunam posset, apud Samnites, quam Romanos victoriam esse. Imperium dictitare spretum, tanquam non eadem mente pugnari vetuerit, qua pugnatum soleat: & tunc invitata impudice cupiditate alienarum voluisse, cupidissimique arma ablaturum fuisse militibus, ne se absente moveri possent: & nunc id furere, id aegre pati, quod sine L. Papirio, non inermes, non manci milites fuerint, quod se Q. Fabius magistrum equitum auxerit, ac non accensum dictatorie. quid illum facturum fuisse, si quod belli casus ferunt, Marsique communis, adversa pugna evenisset: qui sibi devictis hostibus, republica bene gesta, ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit, supplicium magistro equitum minetur? Neque illum magistro equi-*

equitum infestiorem, quam triumvis militum, quam consulibus, quam militibus esse. si passit, in omnes se virtutem fusse: quia id nequeat, in unum favire. Etiam invidiam tam quam ignem summa petere, in caput consilii, in ducem incurrere. si se primus cum gloria rei gestæ extinxisset, tum victorem victi in capite exercitu dominaturum, quicquid licuisset in magistro equitum, in militibus auxurum. Proinde in sua causa omnium libertati. Si consensum exercitus eundem, qui in prælio fuerit, in tuenda victoria videat, & salutem unius omnibus curæ esse; inclinaturum ad clementiorem sententiam animum. Postremo se vitam, fortunasque suas illorum fidei virtutique permittere.

Cap. XXXII. Clamor è tota concione ortus, uti bonum animum haberet: neminem illi vim allaturum salvis legionibus Romanis. Haud multo post dictator advenit: clatiscoque extemplo ad concionem adscivit. Tum silentio facto, præco Q. Fabium magistrum equitum citavit. qui simul ex inferiore loco ad tribunal accessit, tum dictator: *Quæro, inquit, de te, Q. Fabi, quum summum imperium dictatoris sit, præeuntque ei Consules, regia potestas, pratores istidem auspicatis quibus Consules creati: equum censeas, necne, magistrum equitum dicto audientem esse? Itemque illud interrogo, quum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, utrum mihi turbatis legionibus respubl. in discrimen committenda fuerit, an auspicia repetenda, ne quid dubiis Diis agerem? Simul illud, quæ dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit, num ea magister equitum solutus ac liber potuerit esse? Sed quid ego hæc interrogo, quum si ego tacitus abissem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meæ dirigenda tua sententia fuerit. Quin tu respondes, cunctorumne te quicquam rei me absente egere? vetuerimne signa cum hostibus conferre? Quo tu imperio meo spreto, incertis auspiciis, turbatis religionibus, adversus morem militarem, disciplinamque majorum, & numen Deorum, ausus es cum hoste confligere? Ad hæc, quæ interrogatus es, responde. extra ea cave vocem mittas. Accede lictor.* Adversus quæ singula Q. Fabio quum respondere haud facile esset, & nunc quererentur, eundem accusatorem capitis sui, ac Judicem esse; modo vitam sibi eripi civius, quam gloriam rerum gestarum posse, vociferaretur & purgaretque se invicem, atque ultro accusaret; tunc Papirius, redintegrata ira, spellari magistrum equitum, ac virgas & secures expediri jussit. Fabius fidem militum implorans, lacerantibus vestem lictoribus, ad triarios, tumultum jam in concione miscentes, ieje recepit. Inde clamor in totam concionem est perlatus: alibi preces, alibi minæ audiebantur. qui proximi forte tribunal fleterant, quia subjecti oculis imperatoris noscitari poterant, orabant ut parceret magistro equitum, neu cum eo exercitum damnaret. Extrema concio. & circa Fabium globus, interpellandi inclementem dictatorem. nec procul fedition aberant: ne tribunal quidem satis quietum erat. Legati circumstantes fellam orabant, ut rem in potestatem diem differret, & iræ fuæ spatium, & consilio tempus daret: *Satis castigatam adolescentiam Fabii esse; satis deformatum victoriam: ne ad extremum finem supplicii tenderet: neu unico juveni, nei patri ejus clarissimo viro, nei Fabiæ genti eam injungeret ignominiam.* Quum parum precibus, parum causa proficerent, *intueri faciemque concionem jubebant. Ita irritatis militum animis subdere ignem, ac materiam seditioni, non esse ætatis, non prudentiæ ejus. neminem id Q. Fabio pœnam deprecanti suam vitio versurum, sed dictatori, si occasatus tra infestam multitudinem in se pravo certamine movisset. Postremo, ne id gratiæ dare Q. Fabii crederet, se jusjurandum dare paratos esse; non videri è republica in Q. Fabium eo tempore animadverti.*

Cap. XXXIII. His vocibus quum in se magis incitarent dictatorem, quam in magistrum equitum placarent, jussi de tribunali descendere legati: & silentio nequicquam per præconem tentato, quum præ strepitu ac tumultu nec ipsius dictatoris, nec apparitorum ejus vox audiretur; nox, velut in prœlio, certamini finem fecit. Magister equitum, jussus postero die adesse; quum omnes affirmarent infestius Papirium exarsurum, agitatum contentione ipsa, exacerbaturumque; clam ex castris Romam profugit: & patre auctore *M. Fabio*, qui ter jam consul dictatorque fuerat, vocato extemplo senatu, quum maxime conquereretur apud Patres vim atque injuriam dictatoris, repente strepitus ante curiam lictorum subito ventium auditur. & ipse infestus aderat; postquam comperit profectum ex castris, cum expedito equitatu secutus. Iterata deinde contentio est: & prendi Papirius Fabium jussit. Ubi quum deprecantibus primoribus Patrum, atque universo senatu peritaret in incepto animitis animus; tum pater *M. Fabius*, *Quid agis tam, inquit, apud te nec auctoritas senatus, nec atas mea, cui orbitatem paras; nec virtus nobilisque magistri equitum à te ipso nominati valet, nec preces, quæ sape hostem*

bostem mitigavere, quæ Deorum iras placant; tribunos plebis appello, & provoco ad populum. eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium, judicem do, qui certe tuum plus quam tua dictatura potest polletque. Videro cessurusne provocationi sis, cui Rex Romanus Tullus Hostilius cessit. Ex curia in concionem itur. quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magister equitum queritur sese effugisse; deduci eum de rostris Papirius in partem inferiorem jubet. Secutus pater, Bene agis, inquit, quum eo nos deduci jussisti, unde & privati vocem mittere possemus. Ibi primo, non tam perpetuæ orationes, quam altercatio exaudiebantur. Vicit deinde strepitum vox & indignatio Fabii senis. Increpuit is superbiam crudelitatemque Papirii, Se quoque dictatorem Romæ fuisse, nec a se quemquam, ne plebis quidem hominem, non centurionem, non militem, violatum; Papirium tanquam ex hostium ductibus, sic ex Romano imperatore dictatum & triumphum ire. Quantum interesset inter moderationem antiquorum, & novam superbiam crudelitatemque. Dictatorem Quintium Cincinnatum, in L. Minucium consulem, ex obsidione a se ereptum, non ultra fæviisse, quam ut legatum eum ad exercitum pro consule relinqueret. M. Furium Camillum, in L. Furio, qui contempta sua senectute & auctoritate, fundi simo cum eventu pugnasset, non solum in præsentia moderatum iræ esse, ne quid de collega secus populo, aut senatui scriberet; sed quum revertisset, potissimum ex tribunis consularibus hausisse, quem ex omnibus optaverat, quamque data, socium sibi imperii delegerit. Nam populi quidem, penes quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem unquam atrociorem fuisse in eos, qui temeritate atque insciti exercitus amisissent, quam ut pecunia eos multaret. capite unquam in re pro bello male gestam, de imperatore nullo ad eam diem esse. Nunc ducibus populi Romani, quæ ne victis quidem bello fas fuerit, virgas & secures victoribus, & justissimos meritis triumphos intentari. Quid enim tandem passurum fuisse filium suum, si exercitum amisisset, si fulmine fugatus, castris exutus fuisset; quo ultra iram violentiamque ejus excessuram fuisse, quam ut verberaret necaretque? Quam convenions esse, propter Q. Fabium civitatem in lætitia, victoria, supplicationibus, ac gratulationibus esse, quo, propter quem Deum delubra pateant, aræ fœcundis fumant, honore, donis cumulentur, nudatum virgis lacerari in conspectu populi Romani; intuentem Capitolium atque arcem, Deosque ab se duobus prælits haud frustra adnixos? Quid animo exercitum, qui ejus ducis auspicio rediisset, laturum? quem lætitiam in castris Romanis, quam lætitiam inter hostes fore? Hæc simul jurgans, querens, Deum hominumque fidem obtestans, & complexus filium, plurimis cum lacrimis agebat.

Cap. XXXIV. Stabat cum eo senatus majestas, favor populi, tribunicium auxilium, memoria absentis exercirus. Ex parte altera, *imperium invictum populi Romani*, & disciplina rei militaris, & dictatoris edictum pro numine semper observatum, & manliana imperia, & postbabita filii caritas publicæ utilitati, jactabantur. Hoc etiam L. Brutum, consitorem Romanæ libertatis, antea in duobus liberis fecisse. nunc patres comes, & senes faciles, de alieno imperio spreto, tamquam rei parvæ, disciplinæ militaris exercæ juventuti gratiam facere. Se tamen perstaturum in incepto; nec ei, qui adversus dictum suum tuendæ religionem, ac dubiis auspiciis pugnasset, quicquam ex justa pœna remissurum. Majestas imperii perpetua ne esset, non esse in sua potestate. L. Papirium nihil de ejus jure daminuturum. optare, ne potestas tribunicia, inviolata, ipsa violet intercessione sua Romanum imperium. non populus Romanus in potissimum dictatorem & jus dictaturæ extinguat. Quod si fecisset, non L. Papirium, sed tribunos, sed prævum populi judicium nequicquam posteros accusaturos: quum pollutæ semel militari disciplinæ, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus consulis, non magister equitum, dictatoris pareat imperio: nemo hominum, nemo Deorum verecundiam habeat: non edicta imperatorum, non auspicia observentur. sine commeatu vagi milites in pacato in hostice erent; immemores sacramenti, licentia sola se, ubi velint, exuant; nec infrequentia deserantur signa, neque conveniatur ad edictum, nec discernatur interdiu nocte, æquo iniquo loco, jussu injussu imperatoris pugnent: & non signa, non ordines servent. latrocinii modo cæca, & fortuita, pro solemni & sacrata militia sit. Horum criminum vos reos in omnia secula offerte tribuni plebi. vestra obnoxia capita pro licentia Q. Fabio objicite.

Cap. XXXV. Stupentes tribunos, & suam jam vicem magis anxios, quam ejus cui auxilium ab se petebatur; liberavit onere conscriptus populi Romani ad preces & obtestationem versus, ut tibi pœnam magistri equitum dictator remitteret. Tribuni quoque inclinaram rem in preces rublecuti, orare dictatorem instituunt,

ut

ut veniam errori humano, veniam adolescentiæ Q. Fabii daret. satis eum pœnarum dedisse. Jam ipse adolescens, jam pater M. Fabius contentionis oblitus, procumbere ad genua, & iram deprecari dictatoris. Tum dictator silentio facto: *Bene habet*, inquit, *Quirites, vicit disciplina militaris: vicit imperii majestas. quæ in discrimine fuerunt, an ulla post hanc diem essent. Non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnavit: sed, noxæ damnatus, dandur populo Romano, donatur tribunitiæ potestati: peccatium non justum auxilium ferenti. Vive, Q. Fabi, felicior hoc consensu civitatis ad tuendum te, quam qua paulo ante exultabas victoria. vive, id facimus ausus, cujus tibi ne parens quidem, si eodem loco fuisset, quo fuit L. Papirius, veniam dedisset. Meum ut volet, reverteris in gratiam: populo Romano, cui vitam debes, nihil majus præstiteris, quam si hic tibi dies satis documenti dederit, ut bello ac pace pati leditima imperia possis.* Quum se nihil morari magistrum equitum pronunciasset, degressum cum templo Lætus Ignatius, lætior populus, circumfusi, ac gratulantes hinc magistro equitum, hinc dictatori, profecuti sunt: firmatumque imperium militare haud minus periculo Q. Fabii, quam supplicio miserabili adolescentis Manlii videbatur. Forte ita eo anno evenit, ut quotiescunque dictator ab exercitu recessit, hostes in Samnio moverentur. cæterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato, qui cattris præerat, ne quam vim hostium magis, quam trucem dictatoris iram timeret. Itaque frumentatores, quum circumventi ex insidiis, in eo loco inique essent, creditum vulgo est, subvenire eis ab legato potuisse, ni tristia edicta exhorruissent. ea quoque ira alienavit a dictatore militum animos, Jam ante infensos, quod implacabilis Q. Fabio fuisset: & quod suis precibus negasset, ejus populo Romano veniam dedisset.

Cap. XXXVI. Postquam dictator præposito in urbe L. Papirio Crasso magistro equitum, Q. Fabio vertto quicquam pro magistratu agere, in castra redit; neque civibus latis lætus adventus ejus fuit, nec hostibus quicquam armilit terroris. namque postero die, seu ignari essent discessurum, seu, desertum abesse, parvi faciendo, instructa acie ad castra accesserunt. Cæterum tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut si ducis consilia favor subsecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus potuisse, pro haud dubio habitum sit. ita insistruxit aciem loco, ne subsidiis: ita omni arte bellica firmavit, cessarum à milite, ac de industria, ut obtrectatetur laudibus ducis, impedita victoria est. Flures Samnitium cecidere: plures Romani vulnerari sunt. Senit peritus dux, quæ res victoriæ obstaret: temperandum ingenium suum esse: & feverirarem militem dam comitari. Itaque adhibitis legatis ipse circum saucios milites inferens in tentoria caput, singulos ut sese haberent rogitans, curam eorum nominatim legatis, tribunisque, & præfectis dem andabat: rem per se populatem ita dexter egit, ut medendis corporibus animos multo prius militum imperatori reconciliaretur: nec quicquam ad salubritatem efficacius fuerit, quam quod grato animo ea cura accepta est. Refecto exercitu, cum hoste congressus, haud dubia spe sua militumque; ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis dies conferendi signa cum dictatore fuerit. Inceflit deinde, qua duxit prædæ spes, victor exercitus: perlustravitque hostium agros; nulla arma, nullam vim nec apertam, nec insidiis experrus. Addebat alacritatem, quod dictator prædam omnem edixerat militibus: nec ira magis publica, quam privatum compendium in hostem acuebat. His cladibus subacti Samnites, pacem ab dictatore petiere: cum quo pacti, ut singula vestimenta militibus, & annuum stipendium darent; quum ire ad senatum justi essent, fecuturos se dictatorem responderunt, unius ejus fidei virtutisque causam suam commendantes. ita deductus ex Samnitibus exercitus.

Cap. XXXVII. Dictator triumphans urbem est ingressus: & quum se dictatura abdicare vellet, justu Patrum prius quam abdicaret, consules creavit C. Sulpicium Longum iterum, Q. Æmilium Cerretanum. Samnites, infecta pace, quia de conditionibus agebatur, inducias annuas ab urbe rerulerunt. nec earum ipsarum sancta fides fuit: adeo postquam Papirium abiisse magistratu nunciatum est, arrecti ad bellandum animi sunt. C. Sulpicio, Quinto Æmilio (Autium quidam annales habent) consulibus, ad defectionem Samnitium, Apulum novum bellum accessit. Utroque exercitus missi: Sulpicio Samnites, Apuli Æmilio sorte evenerunt. Sunt qui non ipsis Apulis bellum illatum, sed focios ejus gentis populos ab Samnitium vi atque injuriis defensos scribant. Cæterum fortuna Samnitium vix à seipsis eo tempore propulsantium bellum, propius ut sit vero facit; non Apulis ab Samnitibus arma illata, sed cum utraque simul gente bellum Romanis fuisse. nec tamen res ulla memorabilis acta inter Apulos, Samniumque evastatum: hostes nec hic nec illic inventi. Romæ nocturnus terror ita ex somno trepidam repente civitatem excitavit, ut Capitolium atque

atque arx, moeniaque & portae plena armatorum fuerint. & quum concurfatum conclamatumque ad arma omnibus locis esset, prima luce nec auctor, nec causa terroris comparuit. Eodem anno de Tusculanis Fla. ta rogatione populi fuit judicium. M. Flavius Tribunus plebis tum ad populum, ut in Tusculanos animadverteretur: quorum eorum ope ac consilio Veliterni Privernatesque populo Rom. bellum fecissent. Populus Tusculanus cum conjugibus ac liberis Romam venit: ea multitudo veste mutata, & specie reorum tribus circuitugenibus se omnium advolvens, plus itaque misericordia ad poenae veniam impetrandam, quam causa ad crimen purgandum valuit. Tribus omnes, praeter Pollian, antiquarunt legem. Pollia sententia fuit, puberes verberatos necari; conjuges liberosque sub corona lege belli venire. memoriamque ejus diei Tusculanis in poenam atrocis auctores manifeste patrum aetatem constat: nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum.

Cap. XXXVIII. Insequenti anno Q. Fabio, L. Salvio Consulibus, A. Cornelius Arvina dictator, & M. Fabius Ambustus magister equitum, meru graviores in Samnio belli (conducta enim pretio à finitimis juventus dicebatur) intenniore delectu habito, egregium exercitum adversus Samnites duxerunt. Castra in hostico infuriose ira posita, tamquam procul abesset hostis: quum subito advenere Samnitium legiones; tanta feroci, ut vallum usque ad stationem Romanam inferrent. Nox jam appetebat: id prohibuit munimenta adoriri. nec dissimulabant orta luce pugnaturi. dictator uti proclivem ejus dissimulationem vidit, ne militum virtuti damno locus esset, ignibus crebris relictis qui conspectum hostium fruitrarentur, silentio legiones eduxit: nec tamen fallere propter propinquitatem castrorum potuit. Eques exemplo insecutus, ita instituit agminia, ut donec lucesceret, proelio abstineret, ne pedestres quidem copiae ante lucem castris egrederentur. Eques luce demum auctus incursare in hostem carpendo novissimos, premendoque iniquis ad transitum locis, agmen detinuit. Interim pedes equitem adjecutus, & toris jam copiis Samnis urgeant. Tum dictator, postquam tempus magno incommodo pugnandi non poterat, eum ipsum, in quo consisterat, locum, castris dimetari jussit. id vero circumfuso undique equitatu, ut vallum peteretur, opusque inciperet, fieri non poterat. Itaque, ubi neque eundi neque manendi coplam esse videt, instituit acies, impedimentis ex agmine remotis. instruunt contra & hostes; & animis & viribus pares, auderat id maxime animos, quod ignari loco iniquo non hosti cedum, velut fugientes ac territos terribiles ipsi secuti fuerant. Id aliquamdiu aequavit pugnam; jam pridem deinceto Samnite clamorem Romani exercitus pati. At hercule illo die ab hora diei tertia ad octavam incepta dicitur certamen acterisse, ut neque clamor, ut primo semel concurtu est sublatus, iteratus sit, neque signa promota loco retrove recepta, neque resultum ab ulla sit parte. In tuo quilque gradu obnixi, urgentes scutis sine respiratione ac respectu pugnabant. fremitus aequalis tenorque idem pugnae in defatigationem ultimam aut noctem spectabat. Jam viris vires, jam ferro sua vis, jam consilia ducibus deerant, quum subito Samnitium equites, cum, turma una longius provecta, accepissent impedimenta Romanorum procul ab armatis fine praesidio fore munimentum itare, avidi-tate praedae impetum faciunt. Quod ubi dictatori trepidus nuncius attulit; *Sine modo*, inquit, *sese praeda praepediant.* alii deinde super alios, dirupti passim ferrique fortunas militum vociferabantur. Tum magistro equitum accito, *Vides tu*, inquit, *M. Fabi, ab hostium equite omissam pugnam? haerent impediti impedimentis nostris. Aggredere: quod inter praedandum omni multitudini evenit, dissipatos, raros equis insidentes, raros quibus servum in manu sit, invenies: equosque dum praeda onerat, caede inermes, praetentamque illis praedam redde. Mihi legiones, peditumque pugna curae erunt: penes te equestre sit decus.*

Cap. XXXIX. Equitum acies, qualis quae esse infructissima potest, invecta in dissipatos impeditosque hostes, caede omnia replet. Inter sarcinas omissas repente obiacentes pedibus fugientium, conterminationemque equorum, neque pugnae, neque fugae satis potentes caeduntur. Tum, deleto prope equitatu hostium, M. Fabius, circumductis paullulum alis, ab tergo pedestrem aciem adoritur. clamor inde novus accidens, & Samnitium terruit animos, & ultrator, ubi respectantes hostium auteligranes, turbataque signa, & fluctuantem aciem vidit, tum appellare, tum adhortari milites, tribunos principesque ordinum nominatim ad iteandam fecum pugnam vocare. Novato clamore signa inferuntur: & quicquid progredi batur, magis magisque turbatos hostes cernebant. Eques ipse jam primis erat in conspectu: & Cornelius, respiciens ad manipulos militum, quod manu, quod voce poterat, monstrabat, vexilla se suorum parmasque cernere equitum. Quod tibi audirum simulque visum est, adeo repente laboris per diem prae-

totum tolerati vulneribusque obliti sunt, ut haud secus quam ti rum integri è castris signum pugnæ acceptissent, concitaverint se in hostem. nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum peditumque vim potuit: partim in medio cæsi, partim in fugam dissipati sunt. Pedes restantes, ac circumventos cecidit: ab equite fugientium strages est facta: inter quos & ipse imperator cecidit. Hoc demum præsidium Samnitium res ita infregit, ut omnibus concilijs fremerent, *minime id quidem mirum esse, si impio bello, & contra fœdus suscepto, infestioribus merito Dijs quam hominibus, nihil prospere agerent. expiandum id bellum magna mercede, luendumque esse. id referre tantum, utrum supplicia noxia paucorum, an omnium innoxio prabeant sanguine*: audebantque jam quidam nominare auctores armorum. Unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur. vir nobilis, potensque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor. De eo coacti referre prætores decretum fecerunt, *Ut Brutulus Papius Romanis dederetur: & cum eo præda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur, quæque res per feciales ex fœdere reperiæ essent, secundum jus fasque restituerentur.* Feciales Romam, ut censuerunt, missi, & corpus Brutuli exanime: ipse morte voluntaria, ignominiæ se ac supplicio subtraxit. Placuit cum corpore bona quoque ejus dedi: nihil tamen earum rerum præter captivos ac siqua cognita ex præda sunt, acceptum est: cæterarum rerum irrita fuit deditio. dictator ex Senatusconsulto triumphavit. Hoc bellum à Coss bellarum quidam auctores sunt, eosque de Samnitibus triumphasse: Fabium etiam in Apuliam processisse, atque inde magnas prædas egisse.

Cap. XL. Nec discrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit. id ambigitur, belline gerendi causa creatus sit, an ut esset qui ludis Romanis, quia L. Plautius prætor gravi morbo forte implicitus erat, signum mittendis quadrigis daret, functusque eo haud sane memorandi imperii ministerio, se dictatura abdicaret, nec facile est aut rem rei, aut auctorem auctori præferre. Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quæque famam rerum gestarum, honorumque faliente mendacio trahunt. Inde certe & singulorum gesta, & publica monimenta rerum confusa. nec quisquam æqualis temporibus illis scriptor extat, quo fatis certo auctore fretur.

EPI-

EPITOME

LIBRI IX.

Titum Veturium & Sp. Postumium apud Caudinas Furcas, deducto in locum arctum exercitu, quum nulla spes invadendi esset, fœdere cum Samnitibus facto, & sexcentis equitibus Romanis obsidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub iugum mitterentur. Ildemque, auctore Sp. Postumio consule, qui in Senatu suaserat, ut eorum dedi-tione, quorum culpa tam deforme fœdus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis, & omnibus qui fœdus sponderant, dederi Samnitibus, non sunt recepti. nec multo post sussis à Papirio Cursore Samnitibus, & sub iugum missis, receptisque sexcentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus. Tribus duæ adjectæ sunt, Ufentina & Falerina. Sinuessa & Pontia coloniæ deductæ sunt. Ap. Claudius censor aquam Claudiam perduxit: eidem stravit, quæ Appia vocata est: libertinorum filios in Senatum legit. Ideoque quoniam is ordo celebratus in-quinatus indignis, sequentis anni consules in Senatu legendo observaverunt, quemadmodum ante per proximos censores observatum fuerat. Res prætereà contra Apulos, Etruscos, Umbros, Marsos, Peligno, Æquos & Samnites, quibus fœdus erat restitutum, prospere gestas continet. Flavius Scriba, liber-tino patre natus, ædilis curulis fuit; per forensem factionem creatus: quæ turbare, à Q. Fabio censore in quatuor tribus redacta est, quas urbanas appel-lavit. Eaque res Fabio Max. nomen dedit. In hoc libro mentio Alexandri Magni, qui temporibus his fuit, & æstimatis populi Romani viribus quæ tunc erant, colligit, si Alexander in Italiam trajecisset, non tam facilem et victoriam de populo Romano fore, quam de iis gentibus quas ad Orientem imperio suo subjecerat.

CAPUT I.

SEQUITUR hunc annum nobilis cla-de Romana Caudina pax, T. Veturio Cal-vino, Sp. Postumio consulibus. Samnites eo anno imperatorem Caium Pontium He-rennii filium habue-runt, patre longe prudentissimo na-tum, primum ipsum bellatorem du-cemque. Is, ubi legati, qui ad dedendas res missi erant, pace infecta re-dierunt, *Ne nihil adhuc*, inquit, *hac legatione censeatis, expiatum est quicquid ex fœdere rupto iratum in nos cœlestium fuit. Satis scio, qui-buscunque Dîis cordi fuit, subigi nos ad necessitatem dedendi res, quæ à nobis ex fœdere repetitæ fuerant; is non fuisse cordi tam superbe ab Ro-manis fœderis expiationem spretam. Quid enim ultra fieri ad placandos Deos mitigandosque homines potuit, quam quod nos fecimus? Res hostium in prædâ captas, quæ belli jure nostræ videbantur, remisimus: auctores beli-i, quia vitiosi non potuimus, perfun-ctos jam fato dedidimus: bona eorum, ne quid ex contagione noxæ remanen-ret penes nos, Romam portavimus. Quid ultra tibi, Romane, quid fœ-deri, quid Dîis arbitris fœderis de-beo? quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem fe-ram? Neminem neque populum, ne-que privatum fugio. Quod si nihil cum potentiore juris humani reliu-quitur inopi, at ego ad Deos cunctos intolerandæ superbiæ confugiam: & precabor, ut iras suas vertant in eos, quibus non sua redditæ res, non alie-næ accumulatæ satis sint: quorum scelestam non mors noxiorum, non dedi-tio examinatorum corporum, non bona sequentia domini deditio-nem exsatient: placari nequeant, ni-si hauriendum sanguinem lanianda-que viscera nostra præbuerimus. Ju-stum est bellum, Samnites, quibus ne-cessarium: & pia arma, quibus nul-la nisi in armis relinquitur spes. Proinde, quum rerum humanarum maximum momentum sit, quam pro-pitiis rem, quam adversis agant Dîis; pro certo habete, priora bella adver-sus Deos magis, quam homines ges-sisse: hoc, quod instat, cuibus ipsos Dîis gestiros.*

Cap. II. Hæc non læta magis quam vera vaticinatus, exercitu eductò circa Caudium castra, quam potest oc-cultissime locat: inde ad Calatiam, ubi jam consules Romanos, castraque esse audiebat, milites decem pasto-rum habitu mittit, pecoraque diver-sos alium alibi haud procul Romanis pascere jubet præsidiis: ubi incide-rint in prædatores, ut idem omnibus sermo conster, legiones Samnitium in Apulia esse: Lucerlam omnibus co-piis circumsedere. nec procul abesse,

quin vi capiant. Jam is etiam rumor ante de indufiria vulgarus venerat ad Romanos, fed fidem auxere captivi; eo maxime, quod fermo inter omnes congruebat. Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret; bonis ac fidelibus focis; fimul ne Apulia omnis ad praetentem terrorem decederet. ea modo, qua erant, confultatio fuit. Duae ad Lucerlam ferebant viae, altera praeter oram fuperi maris patens apertaque; fed quanto rutior, tanto fere longior: altera per Furculas Caudinas brevior. Sed ita natus locus eft: faltus duo alii anguftis fitvelutque funt; montibus circa perpetuis inter fe junfti. jacet inter eos fatis patens clauftis in medio campus herbidus, aquofufque, per quem medium iter eft. fed ante quam ventas ad eum, intrandae primae anguftiae funt, & aut eadem, qua te intimuaveris, retro via repetenda: aut fi ire porro pergas, per alium faltum altiorem impediftoremque evadendum. In eum campum via alia per cavam rupem Romani demifio agmine, quum ad alias anguftias protinus pergerent, feptas dejectu arborum fixorumque ingentium objacente mole invenere. quum fraus hoftilis apparuiffet, praefidium etiam in fummo faltu confpicitur. Citati inde retro qua venerant, pergunt repetere viam. eam quoque clauftam ita obice armifque invenfunt. fiftunt inde gradum fine ullius imperio, ftuporque omnium animos, ac velut torpor quidam infolitus membra tenet: intuentefque alii alios (quum alterum quifque magis mentis ac comporem ac conflii duceret) diu immobiles ftlent. Deinde, ubi praetoria conflum erigi videre, & expedire quofdam utilia operi, quamquam lubidrio fore munientes perditis rebus ac fpe omni adempta cernebant; tamen ne culpam malis adderent, pro fe quifque, nec hortante ullo nec imperante, ad muniendum verfi, caftra propter aquam vallo circumdant. fua ipfi opera, laboremque irrirum (praeterquam quod hoftes fuperbe increpabant) cum miferabili confeffione cludentes. Ad conflules moeftos, ne advocantes quidem in conflium (quando nec conflilio nec auxilio locus erfet) fua fponte legati, ac tribuni convenium: militefque in praetorium verfi, opem, quam vix Dii immortales ferre poterant, ab ducibus expofcunt.

Cap. III. Querentes magis quam conflularmes non opprefiit, quum pro ingenio quifque fremerent: alius *per obices viarum*; alius *per adverfa montium, per filvas, qua ferri arma poterant, cameos. Modo ad hoftem pervenire liceat, quem per anxias jam prope triginta victimas; omnia aequa ac plani eeone Romano, in perditum Samnitem pugnanti.* alius, *quo, aut qua eamus? Num montes moliri fede fua paramus? Duae hae immittabiti juga, qua tu ad hoftem ducis? Armati, inermes, fortes, ignavi, pariter omnes capti atque victi fumus. Ne ferrum quidem ad bene morlendum oblatarum eft hoftis. Jedens pudum confpicit.* His invicem fermonibus, qua cibi qua quietis immemor, nox fraudata eft. Ne Samnitibus quidem conflilium in tam laetis fuppetebat rebus. itaque univerfi Herennium Pontium patrem imperatoris per literas conflulendum cenfent. Jam is gravis annis, non militaribus folum fed civilibus quoque abfceflerat muneribus: in corpore tamen affecto vigebat vis animi, conflilique. Is ubi accepit, ad Furculas Caudinas inter duos faltus clauftos effe exercitus Romanos, conflultus ab nuncio filii, conflilit omnes inde quam primum inviolatos dimittendos. quae ubi intentum animum eft, iterumque eodem remeante nuncio conflulebatur, cenfuit ad unum omnes interficiendos. Quae ubi tam difcordia inter fe, velut ex ancipiti oraculo, refponfa dare funt; quamquam filius ipfe in primis jam animum quoque patris confenfilie in affecto corpore rebatur; tamen confenfio omnium victus eft, ut ipfum in conflium accirret. Nec gravarus fenex, plauftro in caftra dicitur advectus: vocatefque in conflilium, ita ferme locutus effe, ut nihil fententiae fuae mutarer; cauffas tantum adjiceret: *Priore consilio, quod optimum duceret, cum potenti imo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem, aviterniamque: altero conflilio, in mutitas aetates, quibus amiffis duobus exercitibus haud facile recepturus vires Romana res effet, bellum differre, tertium nullum conflilium eft.* Quum filius aliique principes percunctando exfequerentur, *Quid fi media via conflili capereris? ut & dimitteretur incolumis, & leges iis jure belli victis imponeretur?* Ita, quidem fententia. inquit. *ea eft; quae neque amicos parat, neque inimicos tollit. Servatae modo, quas ignominia irritaveritis, ea eft Romana gens, quae victa quietissere nefciat. Vivet semper in pectoribus illorum quicquid ipsae praesens necessitas inusserit: neque eo ante multiplices poenas expetitas a vobis quieseret.*

Cap. IV. Neutra fententia accepta. Herennius domum a caftris eft avectus. Et in caftris Romanis quum fruftra multi conatus ad erumpendum capti effent, & jam omnium rerum inopia effet; victi neceffitate legatos mittunt, qui primum pacem aequam peterent, fi pacem non impetrarent, uti provocarent ad pugnam. Tum Pontius, *acerbiorem effe* refponfit:

dit : & quoniam ne vobis quidem ac capti fortunam fateri fciremus, inermes cum singulis vestimentis sub jugum missurum : alias conditiones pacis æquas victis ac victoribus foremus ; agro Samnitium dederetur, colonia abducerentur, suis vtendi legibus Romanum ac Samnitem æquo fœdere vterentur. His conditionibus paratum se esse fœdus cum Consulibus ferire : si quid eorum displiceat, legatos redire ad se vetuit. Hæc quum legatio renunciaretur, tantus gemirus omnium fuisse exortus est, tantaque mœstitia incessit, ut non gravius accepturi viderentur, si nunciaretur omnibus eo loco mortem opperiendam esse. Quum diu silentium fuisset, nec consules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam necessarium hiscere possent ; tum L. Lentulus, qui tum princeps legatorum virtute æquus erat : Patrem meum, inquit, Consules, sæpe audivi memorantem, se in Capitolio unum non fuisse auctorem Senatui retinendæ auro a Gallis civitatis, quando nec posse valoque ab ignavissimo ad opera accuratissimum hoste clausi sedere, quumque se non sine periculo magno, tamen sine certa pernicie posse. Quod si ut illis decurrere ex Capitolio armatis in hostem licuit (quo sæpe modo obsessi in obsidentes erupere) ita nobis æquo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset, non mihi parentibus nostris ita consilia Deos defuisse. Equidem mortem pro patria præclaram esse fateor : & me vel devovere pro populo Romano legionibusque, vel in medios me immittere hostes paratus sum. Sed hic patriam video : hic quicquid Romanarum legionum est, quæ nisi pro se ipsæ ad virtutem vivere volunt, quid habent quod morte sua servent ? Tecta urbis dicat aliquis, & mania ? & eam turbam, aqua urbis incolitur. imo hercule prodiuntur ea omnia deleto hoc exercitu, non servantur. Quis enim ea tuebitur ? Imbelles ætate atque inermi multitudo, tam hercule, quam a Gallorum impetu defendit. An a Veiis exercitum, Camillumque ducem implorabunt ? Hic omnes spes opesque sunt : quas servando, patriam servamus : dedendo ad necem patriam deserimus, ac proditis. At fœda atque ignominiosa dicitis esse. fed ea carilas patria est, ut tam ignominia eam quam morte nostra, si opus sit, servemus. Subeatur ergo ista quantacumque est indignitas : & paratur necessitati, quam ne Dii quidem superant. Ite Consules, redimite armis civitatem, quam auro majoris vestri redemerunt.

Cap. V. Consules profecti ad Pontium in colloquium, quum de fœdere victor agitaret, negarunt, injussu populi fœdus fieri posse : nec sine fecialibus cæremoniaque alia solenni. Itaque, non, ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit, fœdere pax Caudina fed per sponiones facta est. Quid enim aut sponioribus in fœdere opus esset aut obsidibus, ubi precatione res transigitur ? per quem populum fiat, quo minus legibus dictis fietur, ut eum ita Jupiter feriat, quem admodum a fecialibus porcus feriatur ? Sponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militum nominaque omnium, qui sponderunt, extant : ubi si ex fœdere acta res esset, præterquam duorum fecialium non extarent, & propter necessariam fœderis dilationem obsides etiam fexcenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur. Tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo. Redintegravit luctum in castris consulum adventus, ut vix ab iis abstineret manus, quorum remeritate in eum locum deducti essent : quorum ignavia fœdius inde quam venissent abituri. Illis non decem locorum, non exploratorum fuisse iter : beluarum modo per occultos saltus missos. Alli alios incueri, contemplari arma mox tradenda, & inermes futuras dextras, obnoxiaque corpora hosti. proponere fibimetipsi ante oculos jugum hostile, & ludibria victoris, & vultus superbos, & per armatos inermium iter. Inde fodi agminis miserabilem visum : per locorum urbes reditum in patriam, ac parentes, quo saepe ipsi majoreque eorum triumphantes venissent. Se tolos sine vulnere, sine ferro, sine acie victos : sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre : sibi nequicquam arma, nequicquam vires, nequicquam animos datos. Restare mentibus hora fatalis ignominiæ advenit ; omnia tristiora experiundo factura, quam quæ præceperant animis. Jam primum cum singulis vestimentis inermes extra vallum exire jussi : & primi tradiri obsides, atque in custodiam abduci. Tum a consulibus abire lictores jussi, paludamentaque detracta ; tantam inter ipsos, qui paulo ante eos execrantes, deiendos lacerandosque censuerant, miserationem fecit, ut fuæ quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majestatis, velut ab nefando foedo facto, averteret oculos.

Cap. V I. Primi consules prope seminudi sub jugum missi : tum ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiæ objectus : tum deinceps singulæ legiones. circumstabant armati hostes exprobrantes, eludentesque. gladii etiam plerisque intentati : & vulnerari quidam, necatique, si vultus eorum indignitate rerum acrior vitorem offendisset. ita tradueti sub

jugum, &c, quod pene gravius erat, per hostium oculos. Quum ex falsa evasissent, etsi velut ab inferis extracti tum primum lucem aspicere videbantur; tamen ipsa lux ita deforme ignominiosumque agmen omni morte tristior fuit. Itaque quum ante noctem Capuam pervenire possent, incerti de fide sociorum, &c, quod pudor præpediebat, circa viam haud procul Capua omnium egeni corpora humi profravernunt. Quod ubi Campani nunciatum, evicit miseratio justa fociorum superbiam ingenitam Campanis. confestim insignia fua consulibus, fasces, lictores, arma, equos, vestimenta, commeatus militibus benigne miserunt: & venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressi, justis omnibus hospitalibus privatisque & publicis fungitur officiis: neque illis fociorum comitas, vultusque benigni, & alloquia non modo sermonem elicere, sed ne ut oculos quidem attollerent, aut consolantes amicos contra intuerentur, effecere poterant. adeo super mœrorem pudor quidam fugere colloquia & cœtus hominum, cogebat. Postero die, quum juvenes nobiles, missi a Capua, ut proficiscentes ad finem Campanum profequerentur, revertissent; vocatique in curiam, percunctantibus majoribus natu, multo sibi mœstiores & abjectioris animi visos referrent; adeo filens, ac prope mutum agmen incessisse: *tacere indolem illam Romanam, ablatosque cum armis animos, non reddere salutem non salutantibus dare responsum, non hiscere quemquam præ metu potuisse; tamquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, sub quod emissi essent. Habere Samnites victoriam, non pacem, etsi eam foedus, ac prope mutum agmen incessisse:

quicquam ex ea, præterquam corpora nostra, debentur Samnitibus. Dedamur per feciales nudi vinctique. exsolvamus religione populum, si qua obligavimus; ne quid divini humanive obstet, quo minus justum plumque de integro ineatur bellum. Interea consules exercitum scribere, armare, educere placet: nec prius ingredi hostium fines, quam omnia justa in deditionem nostram perfecta erunt. Vos, Dii immortales, precor quæsoque, si vobis non fuit cordi Sp. Postumium, T. Veturium consules, cum Samnitibus prospere bellum gerere, at vos satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos, vidisse sponsione infami obligatos, videre nudos vinctosque hostibus deditos, omnem iram hostium nostris capitibus excipientes. Noxios consules ignominiosque Romanæ majestatis gerere bellum velitis, ut omnia ante nos consules bella gesta sunt. Quæ ubi dixit, tanta simul admiratio miseriatioque viri incessit homines, ut modo vix crederent illum eundem esse Sp. Postumium, qui auctor tam fœdæ pacis fuisset, modo miserarentur, quod vir tam strenuus, etiam præcipuum apud hostes fuppilum passurus esset, ob iram diremptæ pacis. Quum omnes laudibus modo profequentes virum in sententiam ejus pedibus irent; tentata pauliper interceflio est ab L. Livio, & C. Mælio, tribunis plebis: qui neque exsolvi religione populum, nisi omnia Samnitibus, quæ ita apud Caudium fuissent, restituerentur: neque se pro eo, quod spondendo pacem, servavissent exercitum populi Romani, pœnam ullam meritos esse: neque ad extremum, quum ignominiosa essent, dedi hostibus violatæve esse.

Cap. IX. Tum Postumius: Interea dedite, inquit, profanos nos, quos salva religione potestis. Dedetis deinde & ipsos sacrosanctos, quum primum magistratu abierint. Sed, si me audiatis, prius quam dedamur, hic in comitio vorgis caput: hanc jam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant. Nam quod deditione nostra negant exsolvi religione populum, id istos magis ne dedantur, quam quia ita se res habeant, dicere, quis adeo juris fecialium expers est, quod ignoret? Neque ego mirabilis Patres Conscripti, tam sponsiones quam fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur: sed injussu populi nego quicquam sancti posse, quod populum teneat. An si eadem superbia, qua sponsionem istam expresserunt nobis Samnites, coegissent nos verba legitima dedentium urbes nuncupare, dedi tum populum Romanum vos tribuni dicetis, & hanc urbem, templa, delubra, fines, aquas, Samnitium esse? Omitto deditionem, quoniam de sponsione agitur. quid tandem, si sponondissemus urbem hanc reliquumque populum Romanum? si inconsultum? si magistratus, si senatum, si leges non habiturum? si sub regibus futurum? Dii meliora, inquis? atqui non indignitas rerum sponsionis vinculum levat. Si quid est, in quod obligari populus possit, in omnia potest. & ne illud quidem, quod quidam sortitan movent, refponsi, consuli an dictator, an prætor sponderit. Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt, quibus non fuit satis Consules spondere, sed legatos, quæstores, triounos militum sponderé coegerunt. Nec a me nunc quisquam quæsiverit, quid ita spoponderim: quum id nec consulibus licuisset, nec illis spondere pacem, quæ mei non erat arbitrii, nec pro vobis, qui nihil mandaveratis, possem. Nihil ad Caudium, Patres Conscripti, humanis consiliis gestum est. Dii immortales & vestros & hostium imperatorum mentem dimoverunt. nec nos in bello satis cavimus, & illi male partam victoriam male perdiderunt: dum vix locis, quibus vicerant, credunt, dum quacunque conditione arma viris in arma natis auferre festinant. An si sana mens fuisset, difficile illis fuit, dum fenes ad domum consulitant, arcessitum mittere Romam legatos, cum senatu, cum populo, de pace, fœdere, agere? Tridui iter expeditis erat. interea in inducils res fuisset, donec ab Roma legati aut victoriam illis certam, aut pacem afferrent. ea demum fponsio esset, quam populi jussu spopondissemus. nos nostro nos tulissetis, nec nos spopondissemus: nec fas fuit aliam rerum exitum esse, quam ut & illi velut somnio lætiore, quam quod mentes eorum capere possent, nequicquam eluderentur: & nostrum exercitum eadem qua impederat fortuna, expediret: vanam victoriam vanior iritam faceret pax: sponsio interneretur, quæ nemininm præter sponsorem obligaret. Quid enim vobiscum, Patres Conscripti, quid cum populo Romano actum est? quis vos appellare potest? quis se a vobis dictore deceptum? hostis? an civis? Hosti nihil spopondistis: civem nemineni spondere pro vobis jussistis. Nihil ergo vobis, nec nobiscum est, quibus nihil mandastis: nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos sumus, rei satis locupletes tria, quod nostram est: in id, quod præstare possumus, corpora nostra, & animos. in hæc fervant, in hæc ferrum, in hæc iras acuant. Quod ad triumos plebis attinet, consulite,

rerum præsens deditio eorum fieri possit, an in diem differatur, nos interim, T. Veturi, vosque cæteri, vilia hæc capita lucndæ sponsionis feramus, & nostro supplicio liberemus Romanæ arma.

Cap. X. Movit Patres Conscriptos. tum caudi, tum auctor: nec cæteros fefellit fedtribunos etiam plebis, ut se in senatus dicerent fore potestate. Magistratu inde se extemplo abdicaverunt: traditique fecialibus cum cæteris Caudium ducendi. Hoc fœdus senatusconsulto, lux quædam affulsse civitati visa est. Postmunis in ore erat: cum laudibus ad cœlum ferebant: deinde orationi P. Decii Consulis, aliis claris facinoribus æquabant. Emersisse civitatem ex obnoxia pace, illius consilio & opera. Ipsum se cruciatibus & hostium ire efferre, placiaque pro populo dare Romano. Anna cuncti flectant, & bellum. Ea unquam fortuna, ut concitati armatis cum Samnite ligat? in civitate, ira odioque ardente, delectus omnium prope voluntarium fuit. Perfringe ex eodem milite novæ legiones, ductusque ad Caudium exercitus. Pragresti fe tales, ubi ad portam venere, ubi deinde pacis sponsoribus iubant, manus post tergum vinciri. Quum asperior verecundia maiestatis Postumium laxe vinciret. *Quin tu*, inquit, *adducis lorum, ut iusta fiat deditio?* Tum ubi in cœtum Samnitium, & ad tribunal ventum Pontii est, A. Cornelius Arvina fecialis ita verba fecit. *Quandoque hice homines iniquo Samnitium populi Romani Quiritium fœdus ictum iri spondendorum, atque ob eam rem nocuam necuerunt; ob eam rem, quo populus Romanus fœlere impii sit solutus, hosce homines vobis dedo.* Hæc dicenti feciali, Postumius genu ferit, quanta maxime poterat vi percussit, & clara voce ait, *se Samnitem eium esse, illum legatum, fecialem a se contra ius gentium violatum: eo iustius bellum gesturos.*

Cap. XI. Tum Pontius, *Nec ego istam deditionem accipiam, inquit, nec Samnites eam habebunt. Quin tu, Spuri Postumi, si Deos esse censes, aut omnia irrita facis, aut pacto stas? Samnitis populo omnes, quos in potestate habuit, aut pro eis, pax debetur. Sed quid ego te, appello, aut te captum videor? cum qua potes fide, restituis? Populum Romanum appello, quem si sponsione ad Furculas Caudinas lactæ pænitet, restituat legiones intra saltum, quo septæ fuerunt. Nemo quemquam deceperit, omnia pro infecto sint: recipiant arma, eae per pactionem tradiderunt: nemini in castra sua, quisquis reddere habuerunt quam in colloquium est ventum, habeant. tum bellum & fortia consilia placeant, tunc sponsio & pax repudietur. Ea fortuna, sis lecta, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum. nec populus Romanus consulum sponsionem, nec nos eadem populi Romani accusemus. Nunquamne consilia iebet re, cur ea-vit pacto non pecis? Obsides Porsennæ dedidimus fuga eos pubsuxilitis: auro civitatem a Gallis redemistis; inter accipientum aurum casi sunt: pacem nobis eripuistis, ut legiones vobis castas restitueremus; eam pacem iritam fecistis, & semper antiquam fraudi sceleri iurie imputastis. Nunc primum populus Romanus ignominiosa pace legiones servatas? pacem sui habeat, legiones captas victori restituat: hoc fate, hoc faciebitis, hoc fecialibus cæremoniis dignum erat. Ut tu quidem, quod certisi, per pactionem habeas, per eiusce ipse iuranda, pacem, quam hosti iis? remittendo pactus sum, non habeam? hoc tu, A. Corneli, hoc vos feciales iuris gentibus dicite? Ego vero istos, quos dedi sanctatis, nec accipio, nec deli arbitror, nec mecum, quo minus in civitatem oblatum sponsione mea satisfiat Romanis, Dijs quorum eluditur numen, redeant. Gerite bellum, quando Sp. Postumius modo legatum fecialem genii peculit. Ita Dii credent Samnitem civem Postumium, non civem Romanum esse, & a Samnite locatum Romanum populum, eo modo iustum in eum fadum esse bellum. Hæc ludibria religionum non pudese in lucem proferre, & vix pueris dignas ambages senes ac consulares fedendæ fidei exquirere? I illico, deme vincla Romanis, moratus sit nemo, quo minus ubi visum sit, abeant.* Et illi quidem, solutam & publica, sua certe liberata fide, ab Caudio in castra Romana inviolati redierunt.

Cap. XII. Samnitibus pro superba pace infestissimum cernentibus renarum bellum, omnia, quæ delinde venerunt, non in animis solum sed prope in oculis esse: & sero ac nequicquam laudare fenis Pontii utraque consilia, inter quæ se media lapsos, victoriæ possessionem pace incerta mutasse, & beneficii & malefacti occasione amissa, pugnaturos cum eis, quos petuerint in perpetuum vel inimicos tollere, vel amicos facere: adeoque nullo dum certamine inclinatis viribus post Caudinam pacem animi muraverant, ut clariorem inter Romanes deditio Postumium, quam Pontium incruenta victoria inter Samnites faceret: & geri posse bellum Romani pro victoria certa haberent: Samnites simul rebellasse & vicisse credierent Romanum. Inter hæc Satricani ad Samnites defecerunt; & Fregellæ colonia nec-

necopinato adventu Samnitium (fuisse & Satricanos cum iis satis constat) nocte occupata est. timor inde nutrius utrosque usque ad lucem quietos tenuit: lux pugnæ initium fuit. quam aliquamdiu æquam, & qua ex tectis adjuvabat imbellis multitudo, tamen Fregellani sustinuerunt. Fraus deinde rem inclinavit, quod vocem audiri præconis passi sunt; Incolumem abiturum qui arma posuisset. ea spes remisit à certamine animos, & passim arma jactari coepta. Pertinacius armata per aversam portam erupit, rutiorque eis audacia fuit, quam incautus ad credendum cæteris pavor: quos circumdatos igni, nequicquam Deos fidemque invocantes, Samnites concremaverunt. Consules inter se partiti provincias, Papirius in Apuliam ad Lucerianos pergit, ubi equites Romani obsides ad Caudium dati custodiebantur: Publilius in Samnio subsistit adversus Caudinas legiones. Distendit ea res Samnitium animos, quod nec ad Lucerium ire, nec a tergo intlarer hostis, nec manere ne Lucerini permanimaretur, satis audebant. Optimum visum est committere rem fortunæ, & tranigere cum Publilio certamen. Itaque in aciem copias educunt.

Cap. XIII. Adversus quos Publilius consul quum dimicaturus esset, prius alloquendos milites ratus, concionem advocat: Juffit. Exterum sicut ingenti alacritate ad præstorium concursum est, ita præ clamore pocentium pugnam nulla adhortatio imperatoris audita est. Suus cuique animus memor ignominiæ adhortator aderat. Vadunt igitur in præsidium integres infestos: & ne mora in concursu pilis emittendis stringendisque inde gladiis esset; pila velut dato ad id signo abjiciunt, strictisque gladiis cursu in hostem feruntur. Nihil illic Imperatoriæ artis ordinibus aut subsidiis locandis fuit: omnia ira militaris prope vesano impetu egit. Itaque non fuit modo hostes sunt, sed ne castris quidem fuis fugam impedire ausi, Apuliam dissipati petiere: Lucerlam tamen coacto rursus in unum agmine est perventum. Romanos ira eadem, quæ per medium aciem hostium rulerat, & in castra protulit. ibi plus quam in acie sanguinis ac cædis factum, præsque pars major ita corrupta. Exercitus alter cum Papirio consule locis maritimis perveneneral Arpos, per omnia pacata; Samnitium magis injuriis & odio, quam benefício ullo populi Romani. Nam Samnites ea tempestate in montibus vicatim habitantes, campestria & maritima loca, contempto cultorum molliore, atque, ut evenit fere, loci simili genere, ipsi montani atque agrestes despopulabantur. quæ regio si sida Samnitibus fuisset, aut pervenire Arpos exercitus Romanus nequisset, aut inter jecta inter Romam & Arpos, penuria rerum omnium, excluso à commeatibus ablumisset. Tum quoque profecto inde ad Lucerium juxta obsidentes obsessioque inopia vexavit. omnia ab Arpis Romanis suppeditabantur: cæterum adeo exigue, ut militi occuparo stationibus vigilisque & opere, eques folliculis in castra ab Arpis frumentum veheret; interdum occursu hostium coegerunt abjecto ex equo frumento, pugnare. & obsessis, prius quam alter Consul victore exercitu advenit, & commeatus ex montibus Samnitium invecti erant, & auxilia intromissa. Arctiora omnia adventus Publilii fecit, qui subsidione delegata in castram colleges, vacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat. Itaque quum ipses nulla esset diutius obsessos inopiam laturos; coacti Samnites, qui ad Lucerium castra habebant, undique contractis viribus signa cum Papirio conferre.

Cap. XV. Per id tempus Samnitibus utrisque se ad prælium, legati Tarentini interveniunt, denunciantes Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent. per utros stetisset, quo minus discederetur ab armis, adversus eos se pro alteris pugnaturos. Ea legatione Papirius audita, prinde ac motus dictis eorum, cum collega se communicaturum respondit: accitoque eo ouum tempus omne in apparatu pugnæ consumpsisset, collocurus de re haud dubia, signum pugnæ proposuit. Agentibus divina humanaque, quæ assolent quum acie dimicaturi est, Consulibus, Tarentini legati occurrere, reiponsum expectantes, quibus Papirius ait: *Auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius nunciat. Itaque præterea est egregie. auticipatos Dijs, ut videtis, ad rem gerendam prohibemur.* Signa inde ferri justit. Se copias eduxit vanissimam increpans gentem, quæ suarum imootens rerum, præ domestici seditionibus discordiisque, aliis modum pacis ac belli facere æquum censeret. Samnites, ex parte altera, quum omnem curam belli remisissent, quia aut pacem vere cupiebant, aut expedichat simulare, ut Tarentinos sibi conciliarent, quum instructos repente ad pugnam Romanos consexissent, vociferari *se in auctoritate Tarentinorum manere, nec descendere in actionem, nec extra vallum arma ferre. Deceptos potius quodcumque casus ferat passuros, quam ut stetisse pacis auctores Tarentinos videantur.* Accipere se omen, Consules

ajunt, & eam precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem defendant. Ipsi inter fe partitis copiis fuccedunt hoftium munimentis, & simul undique adorti, quum pars fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in fossas proruerent, nec virtus modo intra, fed ira etiam exulceratos ignominia ftimularet animos! caftra inquiens: & pro fe quisque, non hoc Furculas, nec Caudium, nec faltus invios esse, ubi errorem fraus superbe vicisset, fed Romanam virtutem, quam nec vallum, nec fossæ arcerent, memorantes; cædunt pariter refidentes, fufoique, inermes atque armatos, fervos, liberos, puberes, impuberes, homines, jumentaque. nec ullum superfuisset animal, ni confules receptui fignum dedissent, avidosque cædis milites è caftris hoftium imperio ac minis expulissent. Itaque apud infenfos, ob interpellatam dulcedinem iræ, confeftim oratio habita est, ut doceretur miles, *Minime cuiquam militum consultos esse in hostis cæsibe, aut cæsuros, quia facere, sicut belli, ita infatiabilis supplicii furores fuisse, ni respectus equitum sexcentorum, qui Lucerinæ obsides reverentur, præpedisset animos: ne desperata omni hostes cæsos in supplicia eorum agerent, perdere prius quam parire, optarent.* Laudibus militaribus lætarique; obviam ium iræ fuæ esse. Fateri; omnia patienda potius, quam proderetur falus tot principum Romanæ juventutis.

Cap. XV. Dimissa concione consilium habitum, omnibusne copiis Lucerìam præmerent, an altero exercitu & duce. Apuli circa, gens dudùm ad id voluntatis, tentarentur. Publius consul ad peragrandum profectus Apuliam, aliquot expeditione una populos aut vi fubegit, aut conditionibus in focietatem accepit. Papirio quoque, qui obsessor Lucerìæ reftiterat, brevi ad fpem eventus refpondit. nam Antiefiis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio fubvehebantur, fame domiti Samnites qui Lucerìæ in præfidio erant, legatos mifere ad confulem Romanum, ut receptis equitibus, qui cauffa belli essent, abiisteret obfidione. His Papirius ita refpondit: *Deditisse eos Pontium Herennii filium, quo auctore Romanos jubo jugum missuri, consulere, quid victis patiendum conferet. caterum, quoniam ab hostibus in se æqua statui, quam in se ipsi ferre maluerint, nunciare Lucerìam justit, arma, farcinas, jumenta, multitudinem omnem imbellem intra mœnia relinquerent. militem se cum singulis vestimentis sub jugum missurum; ulciscentem illatam, non novam infercentem ignominiam.* Nihil recufatum. feptem millia militum fub jugum missa, prædaque ingens Lucerìæ capta; receptis omnibus fignis, armisque quæ ad Caudium amiserant: & quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos plagnora pacis custodiendos Lucerìam Samnites dederant. Haud ferme alia mutatione fubita rerum clarior victoria populi Romani eft: fiquidem eriam (quod quibufdam in annalibus inveniturr) Pontius Herennii filius, Samnitium Imperator, ut ex expiaret Confulum ignominiam, fub jugum cum cæteris eft missus. Cæterum id minus miror, obfcurum esse de hoftium duce dedito missoque fub jugum. id magis mirabile eft ambigi, Lucius ne Cornelius dictator cum L. Papirio Curfore, magiftro equitum, eas res ad Caudium, atque inde Luceriam gesserit, ultoroque unicus Romanæ ignominiæ, haud fciam an juftiffimo triumpho ad eam ætatem fecundum Furium Camillum triumphaverit, an consulum Papirioque præcipuum id decus fit. Sequitur hunc errorem alius error, Curfor ne Papirius proximis comitiis cum Q. Aulio Cæretano iterum ob rem bene geftam Lucerìæ, continuato magiftratu conful terrium creatus fit; an L. Papirius Mugillanus; & in cognomine errarum fit.

Cap. XVI. Convenit jam inde per confules reliqua belli perfecta. Aulius cum Cærentanis uno fecundo prælio debellavit: urbemque ipfam, quo fe fufa contulerat acies, obfidibus imperatis in deditionem accepit. Pari fortuna conful alter cum Satricanis, qui cives Romani poft Caudinam cladem ad Samnites defecerant, præfidiumque eorum in urbem acceperant, rem geffit: nam quum ad necessaria Satrici admotus esset exercitus, legatique miffis ad pacem cum precibus petendam, trifte refponfum ab Confule redditum esset, nifi præsidio Samnitium interfecto aut tradito, ne ad fe remearent; plus ea voce, quam armis illati terroris colonis injecerunt. itaque fubinde refequentes quærendo à confule legati, quonam fe pacto paucos & infirmos crederet, præfidio tam valido & armato vim allaturos: ab iisdem consilium petere juffi, quibus auctoribus præsidium in urbem accepiffent. difcedunt: agregque imperatum, ut de ea re consuli fenatum refponfaque ad fe referri fineret, ad fuos redeunt. Duæ factiones fenatum diftinebant: una, cujus principes erant defectionis à populo Romano auctores; altera, fidelium civium. certatum ab utrifque tamen eft, ut ad reconciliandam pacem consulis opera novaretur. Pars altera (quum præsidium Samnitium, quia nihil fatis præparati erat ad obsidionem tolerandam, exceffurum proxima nocte esset) enunciare consuli fatis habuit, qua noctis hora, quaque porta,

porta, & quam in viam egrefſurus hoſtis foret. altera, quibus invitis deſcitum ad Samnites erat, eadem nocte portam etiam Nolanis aperuerant, armatoſque clam hoſtes in urbem acceperunt. Ita duplici proditione & præſidium Samnitium infeſtis circa viam ſilveſtribus locis, necopinato oppreſſum eſt: & ab urbe plena hoſtium clamor ſublatus, momentoque unius horæ Samnis cæſus, Satricanus captus, & omnia in poteſtate Conſulis erant. Qui, quæſtione habita, quorum opera defectio eſſet facta; quos ſontes comperit, virgis cæſos ſecuri percuſſit: præſidioque valido impoſito, arma Satricanis ademit. Inde ad triumphum deceſſiſſe Romam Papirium Curſorem ſcribunt, qui eo duce Lucerinam receptam, Samnitefque ſub jugum miſſos, auctores ſunt. Et fuit vir haud dubie dignus omni bellica laude; non animi ſolum vigore, ſed etiam corporis viribus excellens. Præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit: victoremque curſu omnium ætatis ſuæ fuiſſe ferunt. Sæpe viginti, ſæpe excercitatione multa, cibi vinique eundem capaciſſimum: nec cum ullo aſperiorem (quia ipſe invicti ad laborem corporis eſſet) fuiſſe militiam pediti pariter equitique. Equites etiam aliquando auſos ab eo petere, ut ſibi pro re bene geſta laxaret aliquid laboris: quibus ille, *Ne nihil remiſſum dicatis, remitto*, inquit. *neutique dorſum demulcearis, quum ex equis deſcenderis.* & vis erat in eo viro imperii ingens pariter in ſocios civeſque. Præneſtinus prætor per tiimorem ſegnius ex ſubſidiis ſuos duxerat in primam aciem. quem quum inambulans ante vernaculum vocari juſſiſſet; lictorem expedire ſecurim juſſit. ad quam vocem examini ſtante Præneſtino, *Agedum lictor, excide radicem hanc*, inquit, *incommodam ambulantibus*: perfuſumque ultimi ſupplicii metu, mulcta dicta eliminit. Haud alibi illa ætate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana ſtaret. quin eum parem deſtinarant animis Magno Alexandro ducem, ſi arma Aſia perdomita in Europam vertiſſet.

Cap. XVII. Nihil minus quæſitum à principio hujus operis videri poteſt, quam ut plus juſto ab rerum ordine declinarem, varietatibuſque diſtinguendo opere, & legentibus velut diverticula amœna & requiem animo meo quærerem: tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus ſæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium: ut quærere libeat, quinam eventus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellarum, futurus fuerit. Plurimum in bello pollere videntur, militum copia & virtus, ingenia imperatorum, fortuna, per omnia humana, maxime in res bellicas, potens. Ea & ſingula intuenti, & univerſa, ſicut ab aliis regibus gentibuſque, ita ab hoc quoque facile præſtant invictum Romanum imperium. Jam primum, ut ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem abnuo egregium ducem fuiſſe Alexandrum; ſed clariorem tamen eum facit, quod tutus fuit, quod adoleſcens, in incremento rerum, nondum alteram fortunam expertus, deceſſit. Ut alios reges claros ducesque omittam, magna exempla caſuum humanorum; Cyrum, quem maxime Græci laudibus celebrant, quid niſi longa vita, ſicut Magnum modo Pompeium, vertenti præbuit fortunæ; Recenſeam duces Romanos, nec omnes omnium ætatum, ſed ipſos eos cum quibus conſulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum: M. Valerium Corvum, C. Marcium Rutilum, C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem, L. Papirium Curſorem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L. Volumnium, Manium Curium. Deinceps ingentes ſequuntur viri: ſi Punicum Romano præverſiſſet bellum, ſenioruque in Italiam trajeciſſet. Horum in quoliber tum indoles eadem quæ in Alexandro erat animi ingenique; tum diſciplina militaris jam inde ab initiis urbis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat. Ita reges geſſerant bella: ita deinde exactores regum Junii Valeriique: ita deinceps Fabii, Quintii, Cornelii: ita Furius Camillus, quem juvenes etiam, quibus cum Alexandro dimicandum erat, ſenem videbant. Militaria opera pugnando obeunti Alexandro, (nam ea quoque haud minus clarum eum faciunt) ceſſiſſet videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Corvus; infignes ante milites, quam duces: ceſſiſſent Decii, devoris corporibus in hoſtem ruentes, ceſſiſſet Papirius Curſor, illo corporis robore, illo animi: victus eſſet conſiliis juvenis unius, ne ſingulos nominem, ſenatus ille, quem qui ex regibus conſtare dixit, unus veram ſpeciem Romani ſenatus cepit? Id vero erat periculum, ne ſolertius quam quilibet unus, ex iis quos nominavi, captis locum caperet, commeatus expediret, ab inſidiis præcaveret, tempus pugnæ deligeret, aciem inſtrueret, ſubſidiis firmaret. Non cum Dario rem eſſe dixiſſet: quem mulierum ac ſpadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum oneratum forrumæ ſtæ apparatibus prædam verius quam hoſtem, nihil aliud quam bene auſus vana contemnere, incruentus devicit. Longe alius Italiæ, quam Indiæ, per quam temulento agmine comiſſabun-

dus incesſit, viſus illi habitus eſſet; ſaltus Apuliæ ac montes Lucanos cernenti, & veſtigia recentia domeſticæ cladis, ubi avunculus ejus nuper Epiri rex Alexander abſumptus erat.

Cap. XVIII. Et loquimur de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit, qui ſi ex habitu novæ fortunæ, novique, ut ita dicam, ingenii, quod ſibi victor induerat, ſpectetur; Dario magis ſimilis quam Alexandro in Italiam veniſſet, & exercitum Macedoniæ oblitum degenerantemque jam in Perſarum mores adduxiſſet. Referre in tanto rege piget luperbam mutationem veſtis, & deliderata humi jacentium adulationes; etiam viſcis Macedonibus graves, nedum victoribus: & fœda ſupplicia, & intervinum & epulas cædes amicorum, & vanitatem enentiendæ itinis. Quid ſi vini amor indies fieret acrior, quid ſi trux ac præfervida ira (nec quicquam dubium inter ſcriptores refert) nullane hac damna imperatoris virtutibus ducimus? Id vero periculum erat, quod levitiam ex Græcis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriæ favent, dicitare ſolent, ne majeſtatem nominis Alexandri (quem ne fama quidem illis notum arbitror fuiſſe) intimere non potuerit populus Romanus, & adverſus quem Athenis, in civitate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, concionari libere auſi ſint homines (id quod ex monumentis orationum pater) adverſus eum ne no ex tot proceribus Romanis vocem liberam miſſurus fuerit. Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit; colleta paulo plus decem annorum felicitate: quam qui eo excellunt, quod populus Romanus eſſi nullo bello, multis tamen præliis victus ſit, Alexandro nullius pugnæ non ſecunda fortuna fuerit; non intelligunt, & hominis res geſtas, & eius juvenis, cum populi jam octingentenam bellantis annum rebus conferre. Miremur, ſi quum ex hac parte ſecula plura numerentur, quam ex illa anni, plus in tam longo ſpatio quam in ærate tredecim annorum fortuna variaverit. Quin tu hominis cum homine, & ducis cum duce ſic ferzuam cum fortuna confers. Quot Romanos duces nominem, quibus nunquam adverſa fortuna pugnæ fuit, paginas in annalibus magiſtratuum, faſtiſque percurrere licet, conſulam, dictatorumque, quorum nec virtutis, nec fortunæ ullo die populum Romanum pœnituit. Et quo ſint mirabiliores, quam Alexander, aut quiſquam rex; denos, vicenoſque dies quidam dictaturam, nemo plusquam annum conſulatum pepit: ab tribunis plebis delectus impediti ſunt: poſt tempus ad bella ſeruntur: ante tempus, comitiorum cauſa revocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus: collegæ nunc temeritas, nunc praviras, impedimento aut damno fuit: male geſtis rebus alterius ſucceſſum eſt: tirronem, aut mala diſciplina inſtitutum exercitum acceperunt. At, Hercule, reges, non liberi ſolum impedimentis omnibus, ſed domini rerum temporumque, trahunt conſillis cuncta, non ſequuntur. Invictus ergo Alexander cum invictis ducibus bella geſſiſſet, & eadem fortunæ pignora in diſcrimen deruliſſet, imo etiam eo plus periculi ſubiiſſet, quod Macedones unum Alexandrum habuiſſent; multis cariſſus non ſolum obnoxium, ſed etiam offerentem ſe: Romanis multi fulſſent Alexandro, vel gloria vel rerum magnitudine pares; quorum ſuo quiſque fato, ſine publico diſcrimine viveret, moreretur que.

Cap. XIX. Addat, ut copiæ copiis comparentur, vel numero, vel militum genere, vel multitudine auxiliorum. Centebantur ejus ætatis luſtris ducena quinquagena millia capitum. Itaque in omni defectione ſociorum Latini nominis, urbano prope delectu decem ſcribebantur legiones, quaternæ, quini que exercitus ſepe per eos annos, in Etruria, in Umbria Gallis hoſtibus adjunctis: in Samnio, in Lucanis gerebant bellum. Latium deinde omne cum Sabinis, & Volſcis, & Æquis, & omni Campania, & parte Umbriæ Etruriæque, & Picentibus & Marſis, Peligniſque, ac Veſtinis atque Apulis, adjunctaque omni ora Græcorum inferi maris à Thuriis Neapolim: & Cumas, & inde Antio atque Hoſtia tenus Samnites, aut ſociis validos Romanis, aut hoſtes bello invenimus hoſtes. Ipſe trallectiſſet mare cum veteranis Macedonibus, non plus triginta millibus hominum, & quatuor millibus equitum, maxime Theſſalorum: hoc enim roboris erat. Perſas, Indos, aliaſque ſi adjunxiſſet gentes, impedimentum majus quam auxilium traheret. Adde, quod Romanis ad manum domi ſuppleméntum erat. Alexandro (quod poſtea Annibali accidit) alieno in agro bellanti, exercitus conſenuiſſet. Arma, clypeus, faciſſeque illis: Romano ſcutum, majus corpori tegumentum, & pilum, haud paulo quam haſta vehementius ictu mittuque celum. Statarius utroque miles, ordines ſervans: ſed illa phalanx immobilis, & unius generis: Romana acies diſtinctior, ex pluribus partibus conſtans: facilis partienti

fienti quacunque opus esset, facilis jungenti. Jam in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborem melior? Uno prælio victus Alexander, bello victus esset. Romanum, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregisset acies? Nullile læsæ, etiam ii prima prospere evenissent, Persis & Indos, & imbellem Asiam quæsiisset, & cum fœminis sibi bellum fuisse dixisset: quod Epiri regem Alexandrum mortifero vulnere ictum dixisse ferunt; sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc lujo juvene cum sua conferentem. Equidem quum per annos quatuor & viginti, primo Punico bello classibus certarum cum Pœnis recordor, vix ætatem Alexandri sufficturam fuisse reor ad unum bellum. & forsitan quum & fœderibus vetustis juncta Punica res Romanæ esset, & timor par adversus communem hostem, duas potentissimas armis virisque urbes armaret, simul Punico Romanoque obstarus bello esset. Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus; sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem adversus Antiochum Philippum, Persen, non modo cum dolo nulla, sed ne cum periculo quidem suo. Absit invidia vero, & civilia bella fiesant, numquam ab equite hoste, numquam a pedite, nunquam aperta acie, numquam æquis, utique numquam notitis locis laboravimus. Equitem, sagittas, saltus impeditos, avia commeatibus loca, gravis armis miles timere potest. Mille acies graviores quam Macedonum atque Alexandri, avertit, avertetque; modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor, & civilis cura concordiæ.

Cap. XX. M. Fostius Flaccinator inde, & L. Plautius Venno consules facti. Eo anno ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renovando legati quum senatum humi strati movissent, rejecti ad populum, haud quaquam tam efficaces habebant preces. Itaque de fœdere negatum: inducto biennii, quum per aliquot dies fatigassent singulos precibus, imperatæ. Erat Apulia Theanenses Canuinique populationibus fessi, obsidibus L. Plautio Consuli datis, in deditionem venerunt. Eodem anno primum præfecti Capuæ creari cœpti; legibus ab L. Furio prærore datis: quum ut rumpere ea pro remedio ingeris rebus discordia intestina petissent. Et duæ Romæ additæ tribus, Ufentina ac Falerina. Inclinatis semel in Apulia rebus, Theates quoque Apuli ad novos Consules, C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam fœdus petitum venerunt, pacti per omnem Apuliam præstande populo Romano au bores. id audacter spondendo imperraverunt, ut fœdus daretur: neque ut æquo tamen fœdere, sed ut in ditione populi Romanesset. Apulia perdomita (nam Forento quoque valido oppido Junius positus erat) in Lucanos perrectum. inde repentino adventu Æmilii Consulis, Nerulum vi captum. Et postquam res Capuæ stabilitas Romana difficilina, fama per socios vulgavit, Antiatibus quoque, qui se fine legibus certis, fine magistratibus agere querebantur, dati ab senatu ad jura statuenda ipsis coloniæ patroni: nec arma modo, sed jura etiam Romana late pollebant.

Cap. XXI. C. Junius Bubulcus, & Q. Æmilius Barbula Consules, exitu anni non Consulibus ab se creatis, Sp. Naurio, & M. Popillio, cæterum dictatori L. Æmilio, legiones tradiderunt. Is cum L. Fulvio magistro equitum Saticulam oppugnare adortus, ab Samnitibus auxilium Saticulanis deditt. Duplex inde terror illatus Romanis. hinc Samnis magno exercitu coacto ad eximendos obsidione socios, haud procul castris Romanorum castra posuit. hinc Saticulani magno cum tumultu, patefactis resessæ portis, in stationes hostium incurrerunt. Inde pars utraque spe alieni magis auxilii, quam viribus freta suis, justo mox prælio inito Romanos urgent. & quamquam anceps dimicatio erat: tamen utrinque turam aciem dictator habuit: quia & locum haud facilem ad circumveniendum capit, & diversa ab turba signa. Infestior tamen in erumpentes incessit: nec magno certamine intra mœnia compulit. Tum toram aciem in Samnites obvertit. Ibi plus certaminis fuit. Victoria sicut fera, ita nec dubia, nec varia fuit. Fuit in castra Samnites, extinctis nocte legibus, tecto agmine abeunt: & spe abjecta Saticulæ tuendæ, Plittiam ipti socios Romanorum, ut parem dolorem hosti redderent, circumsidunt.

Cap. XXII. Anno circumacto, bellum deinceps ab dictatore Q. Fabio gestum est. Consilia novi, sicut superiores Romæ manserunt: Fabius ad accipiendum ab Æmilio exercitum, ad Saticulam cum supplemento venit. neque enim Samnites ad Plittiam manserant: sed accitis ab domo novis militibus, multitudine freti, castra eodem quo ante loco posuerunt: hac tantum re prælii Romanos avertere ab obsidione conabantur. Eo intentius dictator in mœnia hostium versus, id bellum tantum ducere quod urbem oppugnabat: fecurior ab Samnitibus agere, stationibus modo oppositis, ne qua in castra vis fieret. Eo feroclus obequitare Samnites vallo, neque eo ium patis & quum jam prope in portis castrorum esset hostis, nihil consulto dicta-

tore magister equitum Q. Aulius Cerretanus magno tumultu cum omnibus turmis equitum evectus, summovit hostem. tum in minime pertinaci genere pugnæ, hic fortuna exercuit opes, ut infignis utrimque clades, & clara ipforum ducum ederet funera. Prior Samnitium imperator, aggere patientes quo tam ferociter adequitabat, inde fe fundi fugæque, orando hortandoque equites prælium integravit. in quem infignem inter fuos cientem pugnam, magister equitum Romanus infesta cuspide ita permisit equum, ut uno ictu examinem equo præcipitaret: nec, ut fit, ad ducis casum perculsa magis, quam irritata eft multitudo. Omnes, qui circa erant, in Aulium temere invectum per hoftium turmas tela conjecerunt, fratri præcipuum decus ulci Samnitium imperatoris dederunt. is victorem detractum ex equo magistrum equitum, plenus mororis atque iræ trucidavit: nec multum abfuit quin corpore etiam, quia inter hoftiles ceciderat turmas, Samnites potirentur. Sed extemplo ad pedes defcenfum ab Romanis eft, coactique idem Samnites facere. & repentina acies circa corpora duum pedeitre prælium iniit, quo haud dubie fuperat Romanus: recuperatumque Aulii corpus milta cum dolore lætitia victores in castra referunt. Samnites, duce amiffo, & per equeftre certamen tentatis viribus, omiffa Saticula, quam nequicquam defendi rebantur, ad Plistiæ obfidionem redeunt: intraque paucos dies Saticula Romanus per deditionem, Pliftia per vim Samnis potitur.

Cap. XXIII. Mutata inde belli fedes eft. ad Soram ex Samnio Apuliaque traductæ legiones. Sora ad Samnites defecerat; interfectis colonis Romanorum. quo quum prior Romanus exercitus ad ulciscendam coloniam magnis irinteribus prævenifiet, & fparfi per vias fpeculatores, fequi legiones Samnitium, nec jam procul abeffe, alii fuper alios nunciarent; obviam irum hofti, atque ad Lautulas ancipiti prælio dimicatum eft. non cædes, non fuga alterius partis, fed nox incertos victi victoresne effent, diremit. Invenio apud quosdam, adverfam eam pugnam Romanis fuiffe, atque in ea cecidiffe Q. Aullum, magiftrum equitum. Suffectus in locum Aulii C. Fabius magister equitum, cum exercitu novo ab Roma advenit: & per præmiffos nuncios consulto dictatore, ubi fubfifteret, quove tempore, & qua ex parte hoftem aggrederetur, fubfiftit occultus, ad omnia fatis exploratis consiliis. Dictator quum per aliquot dies poft pugnam continuiffet fuos intra vallum, obiecti magis quam obfidentis modo; fignum repente pugnæ propofuit, & efficacius ratus ad accendendos virorum fortium animos, nullam alibi, quam in femetipfo cuiquam relictam fpem, de magistro equitum, novoque exercitu militem celavit. & tanquam nulla, nili in eruptione fpes effet, Locis, inquit, angustis, milites, deprehenfi, nisi quam victoria patefecerimus, viam nullam habemus. Stativa noftra munimento satis tuta sunt, sed inopia cadem infesta. nam & circa omnia defecerunt, unde subvehi commeatus poterant; & si homines invehunt, iniqua loca sunt. Itaque non fruftra hoc ego vos, caftra hic relinquendo, in quæ infecta victoria, sicut priftino die, vos recipiatis. armis munimenta, non munimentis arma tuta effe debent. Caftra habeant reliquiæque, quibus opera eft trahere bellum: nos omnium rerum refpectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus. Ferte fignа in hoftem: ubi extra vallum agmen excefferit, caftra quibus imperatum eft, incendant: damna veftra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum præda farcientur. Ea oratione dictatoris, quæ neceffitatis ultimæ index erat, milites accenti, vadunt in hoftem: & refpectus ipfe ardentium caftrorum, quamquam proximis tantum (ita enim jufferat dictator) ignis eft fubditus, haud parvum fuit irritamentum. Itaque velut vecordes illati figna primo impetu hoftium turbant, & in tempore poftquam ardentia procul vidit caftra magister equitum (id convenerat fignum) hoftium terga invadit. ita circumventi Samnites, qua poteft quifque fugam per diversa petunt, ingens multitudo in unum metu conglobata ac femetipfam turba impediens, & in medio cæfa. Captra hoftium caftra direptaque; quorum præda onuftum militem in Romana caftra dictator reducit; haudquaquam tam victoria lætum, quam quod præter exiguam deformatam incendio partem, cætera contra fpem falva invenit.

Cap. XXIV. Ad Soram inde reditum, novique Confules M. Poetelius, C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt; magna parte veterum militum dimiffa, novique cohortibus in fupplementum additis. Cæterum quum propter difficilem urbis fitum nec oppugnandi facta certa ratio inferetur, & aut temporis longinqua, aut præceps periculo victoria effet; Soranus transfuga clam ex oppido profectus, quum ad vigiles Romanos penetraffet, duci fe extemplo ad confules jubet; deductufque, traditurum urbem promittit. Vifus inde (quum quonam modo id præstaturus effet, percunctantes

doceret) haud vana afferre, perpulit, prope adjuncta mœnibus Romana castra ut sex millia ab oppido removerentur: fore ut minus intentæ in custodiam urbis diurnæ stationes ac nocturnæ vigiliæ essent Ipse insequenti nocte sub oppido silvestribus locis cohortibus insidere jussis, decem milites delectos ducibus per aduna ac prope invia, in arcem ducit; pluribus quam pro numero virorum missilibus telis eo collatis. Ad hæc saxa erant, & temere jacentia (ut fit) in asperitis, & de industria etiam, quo locus turtior esset, ab oppidanis congesta. Ubi quum confluxisset Romanos, semitamque angustam & arduam erectam ex oppido in arcem ostendisset: *Hoc quidem ascensu*, inquit, *vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint. Vos & decem numero, & quod plus est, Romani, Romanorumque fortissimi viri estis, & loca pro cohibendis hostium copiis omnia ex incerto majora territis ostentat. Ego jam terrore omnia imprimebo: vos arcem intenti tenete.* Decurrit inde quanto maxime poterat cum tumultu, *ad arma*, & *pro vestram fidem cives!* clamitans. *Arx ab hostibus capta est, ite, defendite.* Hæc incidens principum foribus, hæc obviis, hæc excurrentibus in publicum pavidis increpat. Acceptum ab uno pavorem plures per urbem ferunt. Trepidi magistratus, missis ad arcem exploratoribus, quum tela & armatos renere arcem multiplicato numero audirent, avertunt animos à spe recuperandæ arcis, quam cuncta complentur, portæque ab semisomnis, ac maxima parte inermibus refringuntur: quarum per unam prædidium Romanum clamore excitatum irrumpit, & concursantes per viam pavidos cædit. Jam Sora capta erat; quum consules primo luce advenere; & quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, in deditionem accipiunt. Ex his ducentos viginti quinque, qui omnium consensu destinabantur, & infandæ colonorum cædis & defectionis auctores, vinctos Romam deducunt. cæteram multitudinem incolumem præsidio impositio Soræ relinquunt. Omnes, qui Romam deducti erant, virgis in foro cæsi, ac securi percussi summo gaudio plebis: cujus maxime intererat, rutam ubique, quæ passim in colonias mitteretur, multitudinem esse.

Cap. XXV. Consules ab Sora profecti, in agros atque urbes Ausonum bellum intulerunt. mota namque omnia adventu Samnitium, quum apud Lautulas dimicatum est, fuerant, conjurationesque circa Campaniam passim factæ, nec Capua ipsa crimine caruit: quin Romam quoque & ad principum quosdam inquirendos ventum est. cæterum Ausonum gens proditione urbium, sicut Sora, in potestatem venit. Ausona, & Minturnæ, & Vescia, urbes erant: ex quibus principes juventutis duodecim numero in proditionem urbium suarum conjurati ad consules veniunt: docent, *suos sanxisse, exoptantes Samnitium adventum, fuisse ad Lautulas pugnatum audierunt, pro victis Romanos habuisse, juventute & armis Samnites juvisse. fugatis inde Samnitibus, incerta pace agere, nec claudentes portas Romanis, ne arcessisant bellum, & obstinatos claudere, si exercitus advocentur. In ea titubatione animorum, opprimi incautos posse.* His auctoribus mota propius castra: missique eodem tempore circa tria oppida milites; partim armati, qui occulti propinqua mœnibus insiderent loca; partim togati, rectis vestis gladiis, qui sub lucem aperiis portis urbes ingrederentur. Ab iis simul custodes trucidari cœpti, simul datum signum armatis, ut ex insidiis concurrerent. ita pertæ occupatæ, triaque oppida eadem hora, eodemque consilio, capta. Sed quia absentibus ducibus impetus est factus, nullus modus cædibus fuit: deleraque Ausonum gens vix certo defectionis crimine, perinde ac si internecino bello certasset.

Cap. XXVI. Eodem anno, prodito hostibus Romano præsidio, Luceria Samnitium facta. nec diu proditoribus impunita res fuit. Haud procul inde exercitus Romanus erat: cujus primo impetu urbs, tira in plano, capitur. Lucerini ac Samnites, ad internecionem cæsi. eoque ira procesit, ut Romæ quoque quum de colonis mitterndis Lucerjam consulererur senatus, multi delendam urbem censerent. Præter odium, quod execrabile in his actibus erat, longinquitas, quoque abhorrere à relegandis tam procul ab domo civibus inter tam infestas gentes cogebat. Vicit tamen sententia, ut mitterentur coloni. duo millia & quingenti milii. Eodem anno, quum omnia intida Romanis essent, Capuæ quoque occultæ principum conjurationes factæ. De quibus quum ad senatum relatum esset, haud quaquam neglecta res est. quæstiones decretæ: dictatoremque quæstionibus exercendis dici placuit. C. Mænius dictus. is M. Fostium magistrum equitum dixit. Deinde ejus erat magistratus ejus terror. itaque sive timore ejus, seu conscientia Calavios, Ovium Noviumque (ea capita conjurationis fuerant) prius quam nominarentur apud dictatorem, mors haud dubie ab ipsis consciia, judicio subtraxit. Deinde ut quæstioni Campanæ materia decessit, versa Romam interpretando res: non no-

minatim qui Capuæ, sci in universum, qui usquam coissent, conjurassentve adversus rempublicam quæ-ri senatum justisse: & coitiones honorum adipiscendorum causa factas, adversus rempublicam esse: latiorque & re & personis quæstio fieri: haud abnuente dictatore sine fine ulla quæstionis fuæ jus esse. Postulabantur ergo nobiles homines. appellantibus tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur. Inde nobilitas, nec ii modo in quos crimen intendebatur, sed universi simul negare nobilium id crimen esse, quibus si nulla obtegatur fraude, pateat via ad honorem, sed hominum novorum. ipsos adeo dictatorem magistrumque equitum, reos magis quam quæsitores idoneos ejus criminis esse. intellecturoque ita id esse, simul magistratu abissent. Tum eximvero Manlius jam famæ magis quam imperio memor, progressus in concionem, ita verba fecit; *Et omnes antehac vitæ vos consciis habeo, Quirites, & hic ipse homos delatus ad me, testis est innocentiæ meæ. neque enim quod sape alias, quia ita tempora postulabant reipublicæ, vobis dixi, clarissimus esse, sed qui maximo procul ab his coitionibus vitam egisset. dictator deligendus exercendis quæstionibus fuit. Sed quoniam quidam nobiles homines (qua de causa vos existimare, quam me pro magistratu quilquam incompertum dicere malim) est primum illud exercere quæstionem: nemo qui animi sui dein, postquam ad id parum potentes erant, no causam dicerent, in præsidia adversariorum, appellationem & tribunicium auxilium, patricii confugerunt. postremo repulsi inde (adeo omnia tutiora, quam in innocentiam fuam fuerunt, visa) in me unum irruerunt, & privatis dictatorem posse reum revocandæ non fuit: ut omnes Dii hominesque sciant, ab illis, etiam quæ non possint, tentari, ne rationem vitæ reddant; me obnoxium ire crimini, & offerre me iniquis reum, dictaturæ me abdico. Vos quæso, Quirites, si mobis datum ab senatu negotium fuerit, in me primum & hinc M. Foslium quæstiones exercentis, ut appareat innocentia nostra nos, non majestate honoris, tutos à criminationibus ipsis esse.* Abdicat inde se dictatura. & post eum confestim Postlius magisterio equitum: primique apud consules (iis enim ab senatu mandata res erat) rei facti adversus nobilium testimonia, egregie absolvuntur. Publilius etiam Philo multiplicatis summis honoribus post res tor domi belloque gestas, æternum invisus nobilitati, causam dixit, absolutusque est. Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat, quæstio, pec clara nomina reorum vigulit. inde labi cœpit ad viliora capita: donec coitionibus factionibusque, adversus quas comparata erat, oppressa est.

Cad. XXVII. Earum fama rerum magis tamen spe Campanæ defectionis, in quam conjuratum erat, Samnites in Apuliam versos rursus ad Caudium revocavit: ut inde ex propinquo, si qui motus occasionem aperirent, Capuam Romanis eriperent. Eo consules cum valido exercitu venerunt. Se primo circa falsus, quum utrimque ad hostem iniqua via esset, cunctati sunt: deinde Samnites per aperta loca brevi circuitu in loca plana, Campanos campos, agmen demittunt, ibique primum castra in conspectu hostibus data: deinde levibus prælis, equitum fapius quam pedium utrimque periculum factum: nec aut eventus eorum Romanum, aut moræ, qua trahebant bellum, pœnitebat. Samnitium contra ducibus, & carpi parvis quotidie damnis, & fenescere dilatione belli vires sue videbantur. itaque in acien procedunt; equitibus & in cornibus divisis: quibus præceptum erat, intentiores ad respectum castrorum, ne qua eo vis fieret. quam ad prælium starent. aciem pediti tutam fore. Consules Sulpicius in dextro, Poetelius in lævo cornu consistunt. Dextra pars, qua & Samnites rarli ordinibus, aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumirentur, consisterant, latius patefacta sterit. Sinisteis, præterquam quod confertiores steterant: repentino consilio Poetelii consulis additæ vires: qui subsidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ casus reservabantur, in primam aciem extemplo emittit, universisque hostem primo impetu viribus impulit. Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam succedit. in hunc transversio agmine inter duas acies se inferentem Romanus equitatus concitat equos: signaque & ordines pedituin atque equitum confundit, donec universam ab ea parte averit aciem. In eo cornu noa Poetelius solus, sed Sulpicius etiam hortator affuerat; avectus ab suis nondum conserentibus manus, ad clamorem ab sinistra parte prius exortum. unde haud dubiam victoriam cernens, quum ad illum cornu tenderet cum mille ducentis viris, strictissimam ibi fortunam invenit: Romanos loco pulsos, victorem hostem signa in perculsos inferentem. Cæterum omnia mutavit repente consulis adventus. nam & conspectu ducis refectus militum est animus: & majus quam pro numero auxilium advenerat, fortes viri: & partis alterius victoria audita, mox vifa etiam, prælium restituit. Tota deinde jam vincere acie Romanus,

&

& omisso certamine, cædi capique Samnites: nisi qui Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est, perfugerunt. Ad triginta millia cæsa aut capta Samnitium, proditum memoriæ est. Consules egregia victoria parta, protinus inde ad Bovianum oppugnandum legiones ducunt. ibique hiberna egerunt, donec ab novis consulibus L. Papirio Cursore quintum, C. Junio Bubulco iterum, nominatus dictator C. Poetelius cum M. Follio magistro equitum, exercitum accepit. Is quum audisset arcem Fregellanam ab Samnitibus captam, omisso Boviano ad Fregellas pergit. unde nocturna Samnitium fuga, sine certamine receptis Fregellis, præsidioque valido impositio, in Campaniam redirum, maxime ad Nolam armis reperendam. eo se intra mœnia sub adventum dictatoris Samnitium omnis multitudo & Nolani agrestes, contulerant. Dictator urbis situ circumspecto, quo apertior aditus ad mœnia esset, omnia ædificia (& frequenter ibi habirabarur) circumjecta muris incendit: nec ita multo post finem Pœnico dictatore fiveab C. Junio Consule, (nam utrumque traditur) Nola est capta. Qui captæ deus Nolæ ad Consulem trahunt, adjiciunt, Arinam & Calatiam, ab eodem capras: Poetelium autem pestilentia orta clavi figendi causa dictatorem dictum. Sucsii, & Pontii, eodem anno coloniæ deductæ sunt. Suessa, Auruncorum fuerat: Volsci Pontias insulam sitam in conspectu littoris sui incolucrant. Intesamna & Calinum & deducerentur coloniæ, senatusconsultum factum est. sed triumviros creavere, ne misere colonum quatuor millia, infecuntes consules, M. Valerius, P. Decius.

Cap. XXIX. Profligato fere Samnitium bello, prius quam ea cura decederet Patribus Romanis, Etrusci belli fama exorta est: nec erat ea remodstate gensalia, cujus, secundum Gallicos tumultus, arma terribiliora essent; quum promiscuitate agri, tum multitudine hominum. Itaque altero consule in Samnio reliquias belli perfequente, P. Decius, qui gravior ager Romæ resideret, auctore senatu dictatorem C. Junium Bubulcum dixit. Is, prout rei magnitudo postulabat, ex omnibus juniores facramento adigit: arma, quæque alia res poscit, summa industria parat; nec tantis apparatibus clatus, de inferendo bello agitat: quieturus haud dubie, nisi ultro arma Etrusci inferrent. Eadem in comparando conibendoque bello consilia & apud Etruscos fuere. neuter finibus egressi. & censura clara eo anno Appii Claudii, & C. Plautii fuit: memoriæ tamen felicioris ad posteros nomen Appi, quod viam munivit, & aquam in urbem duxit, eaque unus perfecit: quia ob infamem, atque invidiosam senatus lectionem verecundia victus collega, magistratu se abdicaverat. Appius jam inde antiquitus intus pertinaciam familiæ gerendo, solus censuram obtinuit. Eodem Appio auctore Potitia gens, cujus ad aram Maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, servos publicos ministerii delegandi caussa, solennia ejus sacri docuerat. Traditur inde dictu mirabile, & quod dimovendis sturu suo sacris religionem adferre facile possit, quum duodecim familiæ ea tempestate Potitiorum essent; puberes ad triginta, omnes intra annum eum stirpe extinctos: nec nomen tanrum Potitiorum interisse, fed cenforem etiam Appium, mentori Deum ira, nec post aliquot annos luminibus cæcum.

Cap. XXX. Itaque consules, qui eum annum secuti sunt, C. Junius Bubulcus tertium, & Q. Æmilius Barbula iterum, initio anni questi apud populum, deformatum ordinem prava lectione senatus, ejus potiores aliquot lectu præterita essent; nagaverunt eam lectionem se, quæ sine recti pravique discrimine ad gratiam & libidinem fasta esset, obsservaturos. & senatum exemplo citaverunt eo ordine, qui ante cenfores Appium Claudium & C. Plautium fuerat. Et duo imperia eo anno in duo caput per populum; utraque pertinentia ad rem militarem: unum, ut tribuni militum fenideni in quatuor legiones à populo crearentur, quæ antea perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum & consulum ferme fuerant beneficia. Tulere eam rogationem tribuni plebei L. Atilius, C. Marcius: alterum, ut duumviri navales classis ornandæ reficiendæque caussa idem populus juberet. Iator huius plebisciti fuit M. Decius tribunus plebis. Ejusdem anni rem dictu paryam præterirem, ni ad religionem vitii eius pertinere. Tibicines, quia prohibiti à privatis conviribus erant in æde Jovis velei, quod traditum antiquitus erat, ægre passi, Tibur uno agmine abierunt: adeo, ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis præcineret. Ejus rei religio tenuit Senatum. Legatosque Tibur miserunt, ut darent operam, ut bi hominnes Romanis restituerentur. Tiburtini benigne polliciti, primum accitos eos in curiam hortati sunt, ut reverterentur Romam: postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos agreadimunt. Die festo alii sacrifices per speciem celebrandarum cantu epularum caussa invitant, & vino, cujus avidum ferme genus est, oneratos sopiunt: atque ita in

in plaustra somno victos conjiciunt, ac Romam deportant. nec prius sensere; quam plaustris in foro relictis plenos crapulæ duces lux oppressit. Tunc concursus populi factus, impetratoque ut manerent dictum, ut tridiuum quorannis ornari, cum cantu, atque hac, quæ nunc solennis est, licentia per urbem vagarentur: restitutumque in ædes vescendi ius iis, qui fueris præcinerent. Hæc inter duces ingentium bellorum curam gerebantur.

Cap. XXXI. Consules inter se provincias partiti; Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria sorte obvenit. In Samnio Cluviam præfidium Romanum quia nequiverat vi capi, obsidium fame in deditionem acceperant Samnites, verberibusque fœdum in modum laceratos occiderant deditos. Huic infensus crudelitati Junius, nihil antiquius oppugnarione Cluviana ratus, quo die aggressus est mœnia, vi cepit; atque omnes puberes interfecit. Inde victor exercitus Bovianum duderat: caput hoc erat Pentrorum Samnitium longe ditissimum atque opulentissimum armis virisque. Ibi quia haud tantum irarum erat, spe prædæ milites accensi, oppido potiuntur. minus iraque sevitum in hostes est: prædæ plus pene, quam ex omni Samnio un quam egestum: benignequeomnis militi concessa. Et postquam præpotentem armis Romanum nec acies subsistere ullæ, nec caitra, nec urbes poterant; omnium principum in Samnio eo curæ sunt intentæ, ut infidis quærererur locus, si qua licentia populando effusius exercitus, excipi ac circumveniri posset. Transfugæ agrestes, & captivi quidam, pars fortè, pars consilio oblati, congruentia ad consulem afferentes, quæ & vera erant, pecoris vim ingentem in saltum avium compulsam esse, perpulerunt ut prædatum eo expediræ ducerentur legiones. Ibi ingens hostium exercitus itinera oculis insidebat, & postquam intrasse Romanos vidit saltum, repente exortus cum clamore ac tumultu incautos invadit. & primo nova res trepidationem fecit, dum arma capiunt, farcinas congerunt in medium: dein, postquam ut quisque liberaverat se onere, aparatusque armis, ad signa undique coibant, & notis ordinibus in veteri disciplina militiæ, jam sine præcepto ullius sua sponte struebarur acies: Consul ad incipitem maxime pugnam advectus, desilit ex equo, & *Jovem, Martemque atque alios tutelares Deos, se nullam fuam gloriam inde, sed prædam militi quærentem, in eum locum devenisse, neque in se aliud, quam nimiam ditandi ex hoste militis curam reprehendi posse. Ab eo se dedecore nullam rem aliam, quam virtutem militum vindicaturam: comniteretur modo uno animo omnes, incautos hostium, ritium acie, castris exitum, nudatum urbibus, ultimam ipsam furto insidiarum tentantem, & loco non armis tretum. Sed quem esse jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum?* Fregellana arx, Soranaque, & ubicunque iniquo successium erat loco, memorabantur. Hiscentes milites omnium immemor difficultatum, vadit adversus imminentem hostium aciem, ubi paululum laboris fuit, dum in adversum clivum erigitur agmen: cæterum postquam prima signa planiciem summam ceperunt; sensitque acies æquo se jam institisse loco, versus extemplo est terror in insidiatores, eafdemque latebras, quibus se paulo ante texerant, palati atque inermes fuga repetebant: sed loca difficilia hosti quasita, ipsos tum sua fraude impediebant. Itaque ergo perpaucis effugium patuit: cæsa ad viginti millia hominum, victorque Romanus ad oblatam victoriam, ab hostis prædam pecorum discurrit.

Cap. XXXII. Dum hæc geruntur in Samnio, jam omnes Etruriæ populi, præter Aretinos, ad arma ierant, ab oppugnando Sutrio, quæ urbs socia Romanis velut claustra Etruriæ erat, omnes orti bellum. Eo alter consulum Æmilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit. Advenientibus Romanis, Sutrini commeatus benigne in castra ante urbem posita advexere. Etrusci diem primum consultando: maturarent, traherentne bellum, tradux erunt. Postero die, ubi celeriora quam tutiora consilia magis placuere ducibus, sole orto signum pugnæ propositum est: armatique in aciem procedunt. Quod postquam consuli nunciatum est, extemplo tesseram dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat: dictoque parere. Quibus ubi armatos paratosque vidit, signa extra vallum proferri jussit, & haud procul hoste intruxit aciem. Aliquamdiu intenti utrimque steterunt, exspectantes ut ab adversariis clamor & pugna incideret. & prius fol meridie se ostenderit, quam telum hinc aut illinc emissum est. inde, ne infecta re abiretur, clamor ab Etruscis oritur, concinuntque tubæ, & signa inferuntur. Nec segnius ab Romanis pugna initur, concurrunt infensis animis, numero hostis, virtute Romanus superat. Anceps pars telium multos utrimque. & fortissimum quemque absumit: nec prius inclinata res est, quam secunda acies Romana ad prima signa, integri fessis succesterunt. Etrusci, quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit, ante signa circaque omnes ceciderunt, nullo unquam prælio fugæ minus

minus nec plus cædis fuisset, ni obstinatos mori Tuscos nox texisset: ita, ut victores prius quam victi pugnandi finem facerent. Post occasum solis signum receptui datum est: nocte ab utroque in castra reditum. Nec deinde quicquam eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium gestum est: quia & ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno prælio fuerat, subsidiariis modo relictis, vix quod satis esset ad castrorum præsidium: & apud Romanos tantum vulnerum fuit, ut plures post prælium caduci decesserint, quam ceciderant in acie.

Cap. XXXIII. Q. Fabius insequentis anni consul, bellum ad Sutrium excepit, collega Fabio C. Marcius Rutilus datus est. Eum & Fabius supplementum ab Roma adduxit: & novus exercitus domo accitus Etruscis venit. Permulti jam anni erant; quum inter patricios magistratus tribunosque plebis nulla certamina fuerant: quum ex ea familia, unæ velut fatalis tum tribunis ac plebi erat, certamen oritur. Claudius censor, circumactis decem & octo mensibus, quod Æmilia lege finitum censuræ spatium temporis erat, quum C. Plautius collega ejus magistratu se abdicasset, nulla vi compelli, ut abdicaret, potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis, qui finiendæ censuræ intra legitimum tempus actionem susceperat; non popularem magis quam justam, nec in vulgus, quam optimo cuique gratiorem. Is quum identidem legem Æmiliam recitaret, auctoremque ejus Mamercum Æmilium dictatorem laudibus ferret, qui quinquatribus ante censuram, & longinquitate potestatem dominantem, intra sex mensium & anni coegisset spatium: *Dic agedum*, inquit, *Ap. Claudi, quidnam factiuris fueris, si eo tempore, quo C. Furius & M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses? Negare Appius interrogationem tribuni quidquam opere ad causam pertinere putam. nam etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset; quia post illos censores creatos eam legem populus jussisset, quodque postremum jussisset, id juris habiturum esset; non tamen aut se, aut eorum quemquam, qui post eam legem latam creati censores essent, teneri ea lege potuisse.*

Cap. XXXIV. Hæc sine ullius affensu cavillante Appio. *En*, inquit, *Quirites, illius Appii progenies, qui decemvir in annum creatus, altero anno se ipse creavit: tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus falsos imperium obtinuit. nec ante continuando abstitit magistratu, quam obtinuit eum male parta, male gesta, male retenta imperia. Hæc est eadem familia, Quirites, cujus vi atque injuriis compulsi extorres patria Sacrum montem cepistis: hæc, adversus quam tribunicium auxilium vobis comparastis: hæc, propter quam duo exercitus Aventinum insedistis: hæc, quæ funebres leges, hæc quia agrariæ semper impugnavit: hæc connubia Patrum & plebis interrupit: hæc plebi ad curules magistratus iter obsepit: hoc est nomen multo quam Tarquiniorum, infestius vestræ libertati. Itane tandem, Appi Claudi, quum centesimus jam annus sit ab Mamerco Æmilio dictatore, vos censores fuerint nobilissimi fortissimique viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? Nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit? Nemo vero omnes sciverunt. & ideo Æmilia potius lege parueritur, quam illi antiquæ, qua primum censores creati erant, quia hanc postremam jusserat: & quia ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ obrogat nova. An hoc dicis, Appi, non teneri Æmilia lege populum? an populum teneri, te unum exlegem esse? Tenuit Æmilia lex violentos illos censores, C. Furium & C. Geganium, qui quid ipse magistratus in republica mali facere posset, indicarunt: quum ira finita potestatis, Mamercum Æmilium principem ætatis sue belli domique, æratium fecerunt. Tenuit deinceps omnes censores intra tentum annorum spatium, tenet C. Plautium collegam tuum, illiusne arbitrio, eodem jure creatum. An hunc non ut qui optimo jure censor creatus esset, populus creavit? tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum ac singulare valeat. Quem tu regem sacrificiorum crees, amplexus regni nomen, ut qui primo jure rex Romæ creatus sit, creatum se dicat? quem semestri dictatura, quam interregno quinque dierum contentum fore putes? quem clavi figendi, aut lustrum causa dictatorem audabter creas? Quam isti sordidos ac socordes videri cupiditis eos qui intra octogesimum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicaverunt, aut qui vitio creati abierunt magistratu? Quid ego antiqua repetam? Nuper intra decem annos C. Manius dictator, quia quum quæstiones severi se quum quibusdam potentibus tum erat, exercere, quum eo ejus, quod quærebat, ipsi crimini objectatus ab humicis est, ut privatus obviam tret crimini, dictatura se abdicavit. Nolo eo ipsum in te modestiam: ne degeneraveris a familia impiissima & superbissima: non dic, non hoc ratibus, quam nec esse est, magistratu abieris, modo ne excedas finitum tempus. Satis est, aut diem aut mensem censuræ adjicere. Triennium, inquit, & sex menses ultra quam licet Æmilia lege, censuram geram, & solus geram. hoc quidem jam re; no*

regno fuisse est. An collegam subrogabit, quam ne in demortui quidem locum suffragari fas est? Imminet enim quod auctoritatem summo solemne, & solum ab ipso, cui hic, instituto Dei, ab nobilissimis antistitibus ejus sacri ad sacrorum ministerium religiosus censor deduxisti: gens antiquior originibus urbis nostræ, post ipsa Deorum immortalium sacula proxior ac ita quam conditarum vetera omnium ab stirpe extincta est: nisi universum reipubl. eo nefario obstrinxeris, quod animani eriam reformidat animus. Urbs eo ruitro capta est, quo, demortuo collega C. Sulla censore L. Papirius Cursor. ne altero magistratu, M. Cornelium Maluginensem collegam magistratu abdicaret. Te nec quod alter ex tribu cupiditas fuit, quam tui, Appi? Nec solus. nec ultra limitem lege tempus L. Papirius censuram gessit. tamen neminem invenit qui se postea successorem sequeretur. omnes deinceps censores post mortem collegæ magistratu abdicarunt. Te nec quod alter ex tribu censurus, nec quod collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor coërcet: virtutem in superbia, in audacia, in contempta Deorum hominumque potes. Eo te, Appi Claudi, pro ipsius magistratus majestate ac vereundia quem gessisti, non modo manus violatum, sed ne verbo quidem inclementiori a me appellatum vellem: sed & hæc quæ adhuc egi, pervicacia tua & superbia coegit me loqui: & nisi Æmilius legi parueris, te in vincula duci jussero. Nec, quum ita comparatum a majoribus sit, ut comitiis censoriis, nisi duo conficerint legitima suffragia, non renunciato altero comitia absignari jure; ego te, qui solus censor creari potis, solum censuram gerere patiar. Hæc taliaque quum dixisset, prendi censorem, & in vincula duci jussit. Approbantibus sex tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt: summaque invidia omnium ordinum totius censuram gessit.

Cap. XXXV. Dum ea Romæ geruntur, jam Sutrium ab Etruscis obsidebatur: consilioque Fabio imis montibus ducenti ad ferendam opem locis, tentandaque munitiones, si qua posset, aciei hostium intrusta occurrit; quorum ingentem multitudinem quum offendisset subjecta late planicies, Consul, ut loco paucitatem suorum adjuvaret, flexit paullulum in clivos agmen: asperaque erant strata saxis) inde signa in hostem obvertit. Etrusci omnium, præter suum multitudinis suæ, qua soli freti erant, immemores, prælium ineunt, adeo raptim & avide, ut, abjectis missilibus, quo celerius manus conferrent, stringerent gladios, vadentes in hostem. Romanus contra, nunc tela, nunc falces, quibus eos affatim locus ipse armabat, ingerere. Igitur scuta, galeæque ictæ, quum eriam quos non vulneraverant, turbarent (neque subire erat facile ad propiorem pugnam, neque missilia habebant, quibus eminus rem gererent) stantes & expositos ad ictus quum jam satis nihil regieret, quosdam etiam pedem referentes, fluctuantemque & instabilem aciem, redintegrato clamore ictricti, gladiis hastati & principes invadunt. eum imperum non tulerunt Etrusci, verterunque signis fuga effusa castra repetunt. Sed equites Romani prævecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent, omisso ad castra itinere, montes petunt. Inde inermi pene agmine, ac vexato vinteribus, in silvam Ciminiam penetrarum. Romanus multis millibus hostium, cæsis, duodequadraginta signis militaribus captis, castris eriam hostium cum præda ingenti potitur.

Cap. XXXVI. Tum de perfequendo hoste agitari cœptum. Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici saltus: nulli ante eum diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud fere quisquam præter ducem ipsum audebat. aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria abolescerat. Tum ex his deterant, (consulis fratrem Fabium Cæsonem alii, C. Claudium quidam matre eadem, qua Consulem genitum tradunt) Cæsonem, quum in juventa professus, brevique omnia certa aliaturum. Cære educatus apud hospites, Etruscis indite literis eruditus erat: linguamque Etruscam probe noverat. Habeo auctores, vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Græcis, ita Etruscis literis eruditi fuisse. Sed propius est vero præcipuum aliquid fuisse in eo, qui se tam audaci simulatione hostibus immiscuerit. fervus ei dicitur comes unus fuisse nutritus una, eoque haud ignarus linguæ etiusdem: nec quicquam aliud proficiscentes, quam summatim regionis, quæ intranda erat, naturam, ac nomina principum in populis accepere: ne qua inter colloquia intigni nota hæsitantes deprehendi possent. Iere paftorali habitu, agrestibus telis, fadibus gallicæ binis armati. Sed neque commercium linguæ nec vestis, memorumve habitus pervium texit, quam quod abhorrebat à fide, quemquam externum Ciminios saltus intraturum. Utique ad Camertes Umbros penetrasse dicuntur. ibi, qui essent, fateri Romanum ausum: introductumque in senatum, consulis verbis egisse de spectatæ amicitiæ: atque inde comi hospitio acceptum, nunciare Romanis jussum, commeatum exercitui dierum triginta præsto fo-

re,

se, si ea loca intrasset: iuventurem-
que Camertium Umbrorum: in ar-
mis paratam imperio futuram. Hæc
quum relata consuli essent, impedi-
mentis prima vigilia præmisit, legio-
nibus post impedimenta ire iussit,
ipse subsistit cum equitatu: & luce
orta postero die obequitavit stationi-
bus hostium, quæ extra saltum dispo-
sitæ erant, & quum satis diu tenuis-
set hostem, in castra sese recepit: por-
taque altera egressus, ante noctem
agmen assequitur. Postero die, luce
prima, juga Ciminii montis tenebat.
Inde contemplatus opulenta Etruriæ
arva, milites emittit. Ingenti jam ab-
acta præda tumultuari et agrestium Et-
truscorum cohortes, repente à princi-
pibus regionis ejus concitatæ, Roma-
nis occurrunt: adeo incompositæ, ut
vindices prædarum prope ipsi prædæ
fuerint. Cæsis fugatisque iis, late de-
populato agro victor, opulentisque rerum omnium copia, in
castra rediit. Eo forte quinque legati
cum duobus tribunis plebis vene-
rant; denunciatum Fabio fenatus
verbis, ne saltum Ciminium transiret.
Lætati serius se, quam ut impedire bel-
lum possent, venisse, nuncii victoriæ
Romam revertuntur.

Cap. XXXVII. Hac expeditione
ne consulis, motum latius erat quam
profligatum bellum. Vastationem
namque sub Ciminii montis radicibus
jacens ora senserat: conciverat-
que indignatione non Etruriæ modo
populos, sed Umbriæ finitimæ. Ita-
que quantus non umquam antea,
exercitus ad Sutrium venit: neque in
silvis tantummodo promota castra, sed
etiam aviditate dimicandi quam pri-
mum in campos delata acies: deinde
instructa primo suo stare loco, relicto
hostibus ad instruendam contra spa-
cio: deinde, postquam detrectare hos-
tem sensere pugnam, ad vallum subi-
eunt. Ubi postquam stationes quo-
que receptas intra munimenta sense-
re, clamor repente cieca duces orsus,
ut eo sibi è castris cibaria ejus diei
deferre juberent, manfuros fe sub ar-
mis: & nunquam, aut certe luce pri-
ma castra hostium invasuros. Nihilo
quietior Romanus exercitus imperio
ducis continetur. decima erat fere
diei hora, quum cibum capere consul
milites jubet, præcipit ut in armis
sint, quascumque diei noctisve hora
signum dederit. Paucis milites allo-
quitur, Samnitium bella extollit, ele-
vat Etruscos: nec hoftem hosti, nec
multitudinem multitudini comparan-
dam ait esse. Præterea telum aliud
occultum fcituros in tempore. inter-
ea taceri opus esse. His ambagibus
prodi simulabat hostes, quo animus
nihilum multitudine territus restitu-
tuereturi & quod sine munimento
consederant, verisimilius erat quod
simulabatur. Curati cibo corpora
quieti dant, & quarta fere vigilia si-
ne tumultu excitati arma capiunt.
Dolabræ calonibus dividuntur ad
vallum proruendum, fossæque im-
plendas: intra munimenta instruc-
turæ acies: delectæ cohortes ad porta-
rum exitus collocantur. dato dein-
de signo paulo ante lucem, quod æ-
stivis noctibus sopitæ maxime quie-
tis tempus est, proruto vallo erupit
acies: stratos passim invadit hostes:
alios immobiles, alios semisomnos
in cubilibus suis, maximam partem
ad arma trepidantes, cædes sopressit:
paucis armandi se datum spa-
cium est. Eos ipsos non signum cer-
tum, non ducem sequentes, fundit
Romanus, fugatos eques perlequi-
tur. ad castra ad silvas diversi tende-
bant. Silvæ tutius dedere refugium.
nam castra in campis sita eodem die
capiuntur: aurum argentumque juf-
sum referre ad consulem: cætera præ-
da militis fuit. Cæsa aut capta eo die
hostium millia ad sexaginta. Eam tam
claram pugnam trans Ciminium fil-
vam ad Perusiam pugnatam, quidam
auctores sunt, metuque in magno
civitatem fuisse, ne interclusus exer-
citus tam infesto saltu, coortis un-
dique Tuscis Umbrisque, opprime-
retur. Sed ubicunque pugnatum est,
res Romana superior fuit: itaque à
Perusia, & Cortona, & Aretio,
quæ ferme capita Etruriæ popolo-
rum ea tempestate erant, legati pa-
cem fecerunt, quæ ab Romanis petен-
tes, inducias in triginta annos impe-
traverunt.

Cap. XXXVIII. Dum hæc in
Etruria geruntur, Consul alter C.
Marcius Rutilus Allifas de Samni-
tibus vi cepit. multa alia castella,
vicique, aut deleta hostiliter, aut
integra in potestatem venere. Per
idem tempus & clastis Romana à
P. Cornelio, quem senatus mariti-
mæ oræ præfecerat, in Campaniam
acta, quum appulsa Pompeios esset;
socii inde navales ad depopulandum
agrum Nucerinum profecti, proxi-
mis raptim vastatis, unde redirus ad
naves essent, dulcedine (ut sit) præ-
dæ longius progressi, excivere hostes.
Palatis per agros nemo obvius fuit,
quum occidione occidi possent: re-
deuntes agmine incauto haud pro-
cul navibus assecuti agrestes, exce-
runt præda, partem etiam occide-
runt: quæ superfuit cædi trepida
multitudo, ad naves compulsa est.
Profectio Q. Fabii trans Ciminiam
silvam quantum Romæ terrorem fe-
cerat, ad lætam famam in Sa-
mnium ad hostes tulerat: intercluſum
Romanum exercitum obsidet-
ri: cladisque imaginem Furculas
Caudinas memorabant. eadem re-
meritate avidam ulteriorum semper
gentem in saltus invios inducta;
septam non hostium magis armis,
quam

quam locorum iniquitatibus esse. Jam gaudium invidia quadam miscebatur: quod belli Romani duces ab Samnitibus fortuna ad Etruscos avertisset. itaque armis virtuque ad obtinendum C. Marcium conjugem concurrit: protinus inde Etruriam per Marsos ac Sabinos petituri; ti Marcius dimicandi potestatem non faciat. Obvius iis consul fuit. dimicatum proelio utrimque atroci, atque incerto eventu est: & quum anceps caedes fuisset, adversae tamen rei fama in Romanos vertit, ob amissos quosdam equestris ordinis, tribunosque militum, atque unum legatum, & (quod infigne maxime fuit) consulis ipsius vulnus. Ob haec etiam aucta fama (ut solet) ingens terror Patres invasit: dictatoremque dici placebat: nec quin Curior Papirius diceretur, in quo tum summa rei bellicae ponebatur, dubium cuiquam erat: sed nec in Samnium nuncium perferri, omnibus infestis, ruto posse: nec vivere Marcium consulem satis fidebant. Alter consul Fabius infestus privatim Papirio erat: quae ne ira obstaret bono publico, legatos ac consularium numero mittendos ad eum senatus censuit: qui sua quoque eum, non publica solum auctoritate, moverent, ut memoriam simultatum patriae remitteret. Profecti legati ad Fabium, quum senatusconsultum traditissent, adjecissentque orationem convenientem mandatis, consuli demissis in terram oculis, tacitus ab incertis quidnam esset acturus legatis recessit. nocte deinde silentio (ut mos est) L. Papirium dictatorem dixit, cui quum ob animum egregie victum legati gratias agerent, obstinatum silentium obtinuit, ac fine responso ac mentione facti sui, legatos dimisit: ut appareret infignem dolorem ingenti comprimi animo. Papirius C. Junium Bubulcum magistrum equitum dixit: atque ei legem curiatam de imperio ferenti, triste omen diem difficit, quod Fauciae curiae fuit principium, duabus infignis cladibus, captae urbis, & Caudinae pacis: quod utroque anno ejusdem curiae fuerat principium. Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit.

Cap. XXXIX. Dictator postero die auspiciis reperiis permulit legem, & profectus cum legionibus, ad terrorem traducti silvam Cimiam exercitus nuper scriptis, ad Longulam pervenit: acceptisque à Marcio consule veteribus militibus, in aciem copias eduxit: nec hostes detrectare visi pugnam. instructos deinde, armatosque (quum ab neutris proelium inciperet) nox oppressit. Quieti alidquamdiu, nec suis diffidentes viribus, nec hostem spernentes, stativa in propinquo habuere. Interea res in Etruria gestae, nam & cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est: fusi tamen magis quam caesi hostes, quia coeptam acriter non tolerarunt pugnam, & ad Vadimonis lacum Etrusci lege sacrata coacto exercitu, quum vir virum legisset, quantis nunquam alias ante simul copiis, simul animis dimicarunt. tantoque irarum certamine res gesta est, ut ab neutra parte emissa tint tela; gladiis pugna coepit, & acerrime commissa, ipso certamine quod aliquamdiu anceps fuit, accenta est: ut non cum Etruscis totties victis, sed cum aliqua nova gente videretur dimicatio esse. Nihil ab ulla parte movetur fugae, cadunt antesignani: & ne nudentur propugnatoribus signa, fit ex fecunda prima acies. Ab ultimis deinde subsidiis cietur miles: adeoque ad ultimum laboris ac periculi ventum est, ut equites Romani, omissis equis, ad primos ordines pedirum, per arma, per corpora, evaferint: ea velut nova inter fessos exorta acies, turbavit signa Etruscorum. Secuta deinde imperterrum omnium, ut omnia ancipia erant, caetera multitudo, tandem perrumpit ordines hostium. Tunc vinci pertinacia coepta, & averti manipuli quidam: &, ut semel dedere terga, etiam certiorem capessere fugam. Ille primum dies fortuna veteri abundantes Etruscorum fregit opes. casum in acie quod roboris fuit, castra eo impetu capta, diripiaque.

Cap. XL. Pari subinde periculo gloriaeque eventu bellum in Samnitibus erat, qui, praeter caeteros belli apparatus, ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus, fecerunt. Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento calebant. Forma erat: scuti: summum latius qua pectus atque humeri teguntur, fastigio aequali: ad imum cuneatior, mobilitatis causa: spongia pectori regumentum: & sinistrum crus ocrea tectum: galeae cristatae, quae speciem magnitudini corporum adderent. tunicae auratis militibus versicolores. argentatis linteae candidae. his dextrum cornu datum: illi in sinistro constiterunt. Notus jam Romanis apparatus infignium armorum fuerat: doctique à ducibus erant, *horridum militem esse debere; non caelatum auro & argento, sed ferro & animis fretum, quippe qui praedam veriis, quam arma esse; nitentia ante rem, deformia inter sanguinem & vulnera. Virtutem esse militis decus, & omnia illa victoriam sequi: & ditem hostem quamvis pauperis victoris praemium esse.* His Curior vocibus instinctos milites in proelium ducit. dextro ipse cornu consistit: sinistro praefecit magistrum equitum. Simul est concursum, ingens fuit cum hoste cer-

certamen; non segnius inter dictatorem & magistrum equitum, ab utra parte victoria inciperet. Prior forte Junius commovit hostem, lævo dextrum cornu, facratos more Samnitium milites, eoque candida vestie, & paribus candore armis insignes. eos fe Orco mactare Junius dictitans, quum intulisset signa, turbavit ordines, & haud duble impulit aciem. Quod ubi sensit dictator, *Ab lævone cornu victoria incipiet?* inquit: *& dextrum cornu, dictatoris acies, aliquam pugnam sequetur, non partem maximam victoriæ trahet?* Concitat millites. nec peditum virtuti equites, aut legatorum studia ducibus cedunt. M. Valerius à dextro, P. Decius ab lævo cornu, ambo consulares, ad equites in cornibus positos evehuntur: adhortatique eos, ut partem scutum capesserent decoris, in transversa latera hostium incurrunt. Is novus additus terror, quum ex parte utraque circumvallisset aciem, & ad terrorem hostium legiones Romanæ redintegrato clamore intulissent gradum; tum fuga à Samnitibus cœpta. Jam strage hominum armorumque infignium campi replebantur, primo pavidos Samnites caftra fua accepere: deinde ne ea quidem retenta. captis direptisque ante noctem injectus ignis. Dictator ex Senatusconsulto triumphavit. cujus triumpho longe maximam speciem captiva arma præbuere. tantum magnificentiæ visum in iis, ut aurata curuta dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur. inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus, quum thenæ ducerentur. Et Romani quidem, ad honorem Deûm insignibus armis hostium usi sunt: Campanis ab superbia & vadio Samnitium, gladiatores, (quod ipsorum equitum equitas erat,) eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine compellarunt. Eodem anno cum reliquis Etruscorum ad Perusiam, quæ & ipsa inducias clarum fidem ruperat, Fabius Consul nec dubia, nec difficili victoria dimicat. ipsum oppidum (nam ad mœnia victor accesit) cepisset: ni legati dedentes urbem exissent. Præsidio Perusiæ impolito, legationibus Etruriæ amicitiam petentibus præ se Romam ad senatum missis, Consul, præstantiore etiam quam dictator victoria triumphans, urbem est invectus. Quin etiam devictorum Samnitum decus magna ex parte ad legatos, P. Decium & M. Valerium, est versum: quos populus proximis comitiis ingenti consensu Consulem alterum, alterum prætorem declaravit.

Cap. XLI. Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur consulatus: Decius collega datur. Valerius prætor quartum creatus. Consules partiti provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit. Is profectus ad Nuceriam Alfaternam; tum pacem petentes, quod uti ea quum daretur, nolui ssent, afpernatus, oppugnando ad deditionem subegit. Cum Samnitibus acie dimicatum: haud magno certamine hostes victi. neque ejus pugnæ memoria tradita foret, ni Marfi eo primum prælio cum Romanis bellassent. Secuti Marsorum defectionem Peligni, eandem fortunam habuerunt. Decio quoque alteri consuli fecunda belli fortuna erat. Tarquiniensem metu subegerat fruimentum exercitui præbere, atque inducias in quadraginta annos petere: Volsiniensium caftella aliquot vi cepit: quædam ex iis diruit, ne receptaculo hostibus esient: circumferendoque passim bello, tantum terrorem sui fecit, ut nonnen omne Etruscum fœdus ab Consule peteret. Ac de eo quidem nihil impetratum. induciæ annuæ datæ: stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annum pensum, & binæ tunicæ in militem exactæ. ea merces inducias fuit. Tranquillas res jam Etruscis turbavit repentina defectio Umbrorum; gens integræ à cladibus belli, nisi quod transitum exercitus ager sensérat: Ii concitata omni juventute sua, & magna parte Etruscorum ad rebellionem compulsa, tantum exercitum fecerant, ut relicto post se in Etrurio Decio, ad oppugnandam inde Romam iturus, magnifice de se, ac contemptim de Romanis loquentes, jactarent. Quod incœptum eorum ubi ad Decium Consulem perlatum est, ad urbem ex Etruria magnis itineribus pergit: & in agro Pupinienfi ad famam intentus hostium consedit. Nec Romæ spernebatur Umbrorum bellum: & ipsa militaris metum fecerant, expertis à Gallica clade quam intutam urbem incolerent. Itaque legati ad Fabium missi sunt: ut, si quid laxamenti à bello Samnitium esset, in Umbriam propere exercitum duceret. Dicto paruit Consul, magnisque itineribus ad Mevaniam, ubi tum copiæ Umbrorum erant, perrexit. Repens adventus consulis, quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros, ut alii recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum censerent. Plaga una (Materinam ipsi appellant) tota continuit majores natu eros in armis, sed confestim ad certamen egit. castra vallantem Fabium adorti sunt. Quos ubi effusos ruere in munimenta consul vidit, revocatos milites ab opere, prout loci natura tempusque patiebatur, ita instruxit: cohortatusque prædicatione vetera qua in Tuscis qua in Samnio partorum decorum, exiguam appendicem Etrusci belli conficere jubet: & vocis

vocis impiæ pœnas expetere, qua se urbem Romanam oppugnaturos, minati sint. Hæc tanta fuit alacritate militum audita, ut clamor tua sponte ortus loquentem interpellaverit ducem. ante imperium deinde, concentu tubarum ac cornuum, curtu effuso in hostem feruntur. Non tamquam in vires, aut animatos incurrunt, mirabilia dictu, signa primo erupti cœpta signiferis: deinde ipsi signiferi trahi ad conflem, armatique milites ex acie in aciem transferri. & ficubi est certamen, scutis magis quam gladiis gerit ur res. Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes. plus capitur hominum, quam cæditur: at que una vox ponere arma jubentium per totam fertur aciem. Itaque inter ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli. postero inde cuncta bus que diebus, & coteri Umbronum populi dedebantur. Orficulani sponsione in amicitiam accepti.

Cap. XLII. Fabius allenæ fortis victor belli, in suam provinciam exercitum reduxit. itaque ei ob res tam feliciter gestas, sicut priore anno populus continuaverat consulatum; ita Senatus insequente anno, qua Ap. Claudius, L. Volumnio Consules fuerunt, prorogavit, maxime Appio adversante, imperium. Appium consorem petisse consulatum, comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata, donec se censura abdicavit, in quibusdam annalibus invenio. Cæsarus comitil, quum e collega novum bellum, Salentini hostes, decernerentur, Romæ manfit, ut urbanis artibus opes augeret, quando bellidecus penes alios esset. Volumnium provincia haud pœnituit. multa fecunda prælia fecit: aliquot urbes hostium vi cepit. prædæ erat largitor, & benignitatem per se gratiam comitate adjuvabat, militemque iis artibus fecerat & periculi & laboris avidum. Q. Fabius proconsul ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu signis collatis confligit. minime ambigua res fuit. Fusi hostes, atque in castra compulsi. nec castra forent retenta, ni exiguum superfuisset diei: ante noctem tamen sunt circumsessa, & nocte custodita, ne quis elabi posset. Postero die, vix dum luce certa, deditio fieri cœpta: & pacti, qui Samnitium forent, ut cum singulis vestimentis emitterentur. Hi omnes sub jugum missi. sociis Samnitium nihil cautum: ad septem millia sub corona venere. qui se eiem Hernicum dixerat, seorsum in custodia habitus. Eos omnes Fabius Romam ad senatum misit: & quum quæsitum esset, delectu, an voluntarii pro Samnitibus adversus Romanos bellasient; per Latinos populos custodiendi dantur. judicique eam integram rem novi consules, P. Cornelius Arvina, Q. Marcius Tremulus (ii enim jam creati erant) ad senatum referre. id ægre passi Hernici; concilium populorum omnium habentibus Anaginnis, in circo, quem Maritimum vocant, præter Alatrinatem Feuentinamque, & Verulanum, omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt.

Cap. XLIII. In Samnio quoque, quia deceserat inde Fabius, novi motus exorti. Calatia & Sora, præsidiaque quæ in iis Romana erant, expugnata; & in captivorum corpora militum fœde sævitum. itaque ex P. Cornelius cum exercitu missus. Marcio novi hostes (jam enim Anaginnis Hernicisque allis bellum jussum erat) decernuntur. Primo ita omnia opportuna loca hostes inter consulum castra interceperunt, ut pervadere expeditus nuncius non posset, & per aliquot dies incerti rerum omnium, insperantique de Marte alterius, utrumque consul ageret, Romamque is metus manaret: adeo, ut omnes juniores sacramento adigerentur, atque ad subita rerum duo justi scriberentur exercitus. Cæterum Hernicum bellum nequaquam pro præsenti terrore ac vetustate gentis ferox fuit, nihilque quam dicta dignum auti, trinis castris intra paucos dies exuti, triginta diebus inducias, ita ut ad senatum Romam legatos mitterent, pacti sunt bimestri stipendio frumentoque, & singulis in militem tunicis. Ab senatu ad Marcium rejecti, cui Senatuiconsulto permissum de Hernicis erat: isque eam gentem in deditionem accepit. Er in Samnio alter consul superior viribus, locis impeditior erat. Omnia itinera obsepierant hostes: saltusque pervios ceperant, ne qua subveni commeatus posset: neque eos quum quotidie signa in aciem conful proferret, pellere ad certamen poterat. tatisque apparebat neque Samnitem certamen præsens, nec Romanum dilationem belli laturum. Adventus Marcii, qui Hernicis subactis maturavit collegæ venire auxilio, moram certaminis hosti exemit. nam, ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen crediditient pares, conjungi utique passi duo consulares exercitus, nihil crederent superesse spei; advenientem incomposito agmine Marcium aggrediuntur. Raptim collatæ farcinæ in medium: & prout tempus patiebatur, instructa acies. Clamor primum in dextra per latus, dein conspectus procul pulvis tumultum apud alterum consulem in castris fecit. isque confestim arma capere jussis, raptimque eductis in aciem militibus, trami versam hostium aciem, atque allo certamine occupatam, invadit: clamitans *summum flagitium fore, si alterum exercitum ex tali que victoria ex tempore compotem finerent fieri; nec ad se sui belli vindicandi decus.*

Qua

qua impetum ederent, perrumpit: aciemque per mediam in castra hostium tendit, & vacua defensoribus capit atque incendit. Quæ ubi flagrantia Marcianus miles conspexit, & hostes retrexere, rum pasim fuga capta Samnitium fieri. sed omnia ostentat cædes: nec ita ullam partem tutam perfugium est. Jam trigintà millibus hostium cæsis, signum receptui consules dederant, colligebatque in unum copias, invicem inter se gratantes: quum repente vitæ procul hostium novæ cohortes, quæ in supplementum scriptæ fuerant, integraverè eadem, in quas nec justu consulum, nec signo accepto victores vadunt; malo tirocinio imbuendum Samnirem, clamitantes. Indulgent Consules legionum ardori, ut qui probe scirent novum militem hostium inter perculsos fuga victoranos, ne tentando quidem latis certaminibus fore. Nec eos opinio fefellit. omnes Samnitium copiæ veteres novæque, montes proximos fuga capiunt. eo & Romana erigitur acies: nec quicquam satis tuti loci victis est. & de jugis, quæ ceperant, funduntur; jamque una vice omnes pacem petebant. Tum trium mensium feliciter imperato, & annuo stipendio ac singulis in militem tunicis, ad senatum pacis oratores missi. Cornelius in Samnio relictus. Marcius de Hernicis triumphans, in urbem rediit: statuaque equestris in foro decreta est, quæ ante templum Castoris posita est. Hernicorum tribus populo Romano civitatem, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam civitatem, fuæ leges redditæ: connubiumque inter ipsos, quod aliquandiu Hernicorum soli habuerunt, permissum. Anagninis, quique arma Romanis intulerant, civitas sine suffragii latione data: concilia communiaque adempta, & magistratibus, præterquam sacrorum curatione, interdictum. Eodem anno ædes Salutis à C. Junio Bubulco censore locata est: quam consul bello Samnitium voverat. ab eodem collegaque ejus M. Valerio Maximo vitæ per agros publica impensa factæ. Et cum Carthaginiensibus eodem anno fœdus tertio renovatum: legarique eorum, qui ad id venerant, comiter munera missa.

Cap. X L I V. Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, cum magistro equitum P. Decio Mure. his, propter quæ creati erant, comitia consularia habita, quia neuter consulum potuerat bello abesse. Creati consules L. Postumius, T. Minucius. Hos consules Piso Q. Fabio & P. Decio suggerit, biennio exempto, quo Claudium Volumniumque, & Cornelium cum Marcio consules factos traditimus: memoria ne fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules fallos ratus transcenderit, incertum est. Eodem anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium incursiones factæ: itaque ambo consules in Samnium missi. Quum diversas regiones, Tifernum Postumius, Bovianum Minucius petissent; Postumii prius ductu ad Tifernum pugnatum. Alii haud dubie Samnites victores, ac viginti millia inde hominum capta tradunt; alii Martæquo discessum, & Postumium metum simulantem retro itinere clam in montes copias deduxisse: hostes fecutos duo millia inde locis munitis & ipsos consedisse. Consul, ut stativa tuta, copiosque (& ira erant) pertisse videretur; postquam & munimentis castra firmavit, & omni apparatu rerum utilium instruxit; relicto firmo præsidio de vigilia tertia, qua duci proxime potest, expeditas legiones ad collegam, & ipsum adversus alios fedentem, ducit. ibi auctore Postumio Minucius cum hostibus signa conferi; & quum anceps prælium in multum diei processisset, tum Postumius integris legionibus defessam jam aciem hostium improviso invadit. Itaque quum lassitudo ac vulnera fugam quoque præpedissent; occidione occisi hostes, signa unum & viginti capta: atque inde ad castra Postumii perrectum. Ibi duo victores exercitus perculsum jam famæ hostem adorti fundunt fugantque: signa militaria sex & viginti capta, & imperator Samnitium Statius Gellius, multique alii mortales, & castra utraque capta: & Bovianum, ubi postero die cœptum oppugnari, brevi capitur. magnaque gloria rerum gestarum consules triumpharunt. Minucium consulem cum vulnere gravi relatum in castra mortuum, quidam auctores sunt, & M. Fulvium in locum ejus consulem suffectum: & ab eo quum ad exercitum Minucii missus esset, Bolam captam. Eodem anno Sora, Arpinum, Cenfennia, receptæ ab Samnitibus. Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum, dedicatumque.

Cap. X L V. P. Sulpicio Saverrione, P. Sempronio Sopho consulibus, Samnites, seu finem, seu dilationem belli quærentes, legatos de pace Romam misere. quibus simpliciter agentibus reponitum est, *ipsis sæpe bellum parantes pacem petiffent Samnites, oratione ultro citroque habita, de pace tranfigi potuisse. nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus standum esse. P. Sempronium consulem cum exercitu brevi in Samnio fore: eum ad bellum pacem ne inclinent animi, fatis non posse. Comperta omnia Samnitui relaturum. accepturos ex Samnio conditiones legati fequerentur.* Eo anno quum pacatum Samnium exercitus Romanus benigne præbito commeatu peragraffet, fœdus antiquum Samnitibus reddi-

tum. Ad Æquos inde veteres hostes cæterum permultos annos ſub ſpecie inſidæ pacis quietos, verſa ætima Romana: quod Inconſulum Hernico nomine militaverant ſimul cum iis Samnitri auxilia; & poſt Hernicos ſubactos, univerſa prope gens, ſine diſſimulatione conſilii publici, ad hoſtes deſciverat: & poſtquam ictu Romæ cum Samnitibus fœdere, ſeciales venerant, res repetitum, *renationem*, ajebant, *eſſe, ut terrore incuſſo bello Romanos ſe fieri paterentur, quod quantoperè optandum foret, Hernicos docuiſſe: quum quibus itcureit, ſuas leges Romæ civitati præoptaverint: quibus legendi quid mallent, copia non fuerit, pro pœna neceſſariam civitatem fore.* Ob hæc, vulgo in conciliis jactata, populus Romanus bellum fieri Æquis juſſit: conſulesque ambo ad novum profecti bellum, quatuor millibus à caſtris hoſtium conſederunt. Æquorum exercitus (ut qui ſuo nomine permultos annos imbelles egiſſent) tumultuario ſimilis, ſine ducibus certis, ſine imperio trepidare. alii exeundum in aciem, alii caſtra tuenda cenſent: movet plerique vaſtatio futura agrorum, ac deinceps cum levibus prædidiis urbium relictarum excidia. Itaque poſtquam inter multas ſententias una, quæ omiſſa cura communium ad reſpectum ſuarum quemque rerum vertiſſet, audita; ut prima vigilia diverſi è caſtris ad deportanda omnia tuendaque mœnibus in urbes abirent; cunctí eam ſententiam ingenti aſſenſu accepere. Palatis hoſtibus per agros, prima luce Romani ſignis prolatis in acie conſiſtunt: & ubi nemo obvius ibat, pleno gradu ad caſtra hoſtium tendunt. Cæterum, poſtquam ibi neque ſtationes pro portis, nec quemquam in vallo: nec frementum confuſcum caſtrorum animadverterunt; inſolito ſilentio moti, metu inſidiarum ſubſiſtunt. tranſgreſſi deinde vallum, quum deſerta omnia invenìſſent, pergunt hoſtem veſtigiis ſequi: ſed veſtigia in omnes æque ferentia partes, ut in diſpatis paſſim, primo errorem faciebant; poſt, per exploratores compertis hoſtium conſiliis, ad ſingulas urbes circumferendo bello, unum & quadraginta oppida intra dies quinquaginta omnia opougnando ceperunt: quorum pleraque diruta, atque incenſa, nonemque Æquorum prope ad internecionem deletum. De Æquis triumphatum, exemploque eorum clades fuit, ut Marrucini, Marſi, Peligni, Frentani, mitterent Romam oratores pacis petendæ, amicitiæque. Iis populis ædus petentibus datum.

Cap. X L V I. Eodem anno C. Flavius Cn. filius ſcriba, patre libertino, humili fortuna ortus, cæterum callidus vir & facundus; ædilis curulis fuit. Invenio in quibuſdam annalibus, quum apparet ædilibus, ferìque ſe pro tribu ædilem videret, neque accipi nomen, quia ſcriptum faceret; tabulam potuiſſe, & juraſſe, ſe ſcriptum non facturum. quem aliquanto antea deſiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius, tribunatu anteacto, triumviratibuſque; nocturno altero, altero coloniæ deducendæ. Cæterum (id quod haud diſcrepat) contumacia adverſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certavit. civile jus repoſitum in penetralibus pontificum evulgavit, faſtoſque circa forum in albo propoſuit, ut quando lege agi poſſet, ſciretur: ædem Concordiæ in area Vulcani ſummæ invidia nobilium dedicavit; coactuſque conſenſu populi Cornelius Barbatus Pontifex maximus verba præire, quum more majorum negaret, niſi Conſulem aut Imperatorem poſſe templum dedicare. Itaque ex auctoritate ſenatus latum ad populum eſt, ne quis templum aramve injuſſu ſenatus aut tribunorum plebei partis majoris dedicaret. Haud memorabilem rem per ſe, niſi documentum ſit adverſus ſuperbiam nobilium plebeiæ libertatis, referam. Ad collegam ægrum viſendi cauſſa Flavius quum veniſſet, conſenſuque nobilium adoleſcentium, qui ibi aſſidebant, aſſurrectum ei non eſſet; curulem afferri ſellam eo juſſit, ac ſede honoris iis anxios invidia inimicos ſpectavit. Cæterum Flavium dixerat ædilem forenſis factio, Ap. Claudii cenſura vires nacta, qui ſenatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat. & poſteaquam eam lectionem nemo rato habuit, nec in curia adeptus erat, quas petierat opes urbanas; humilibus per omnes tribus diviſis, forum & campum corrupit. tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos & phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes diſceſſit civitas. aliud integer populus fauter & cultor bonorum, aliud forenſis factio tenebat; donec Q. Fabius & P. Decius cenſores facti. Fabius ſimul concordiæ cauſſa, ſimul ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem foreniem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanaque eas appellavit. adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Ab eodem inſtitutum dicitur, ut equites lidibus Quinctilibus tranſveherentur.

EPI-

EPITOME
LIBRI X.

Colonie deducte sunt Sora ac Alba. Carseoli Marsi in deditionem accepti. Collegium augurum amplitatum est, ut essent novem, cum antea quaterni fuissent. Lex de provocatione ad populum, A Valerio consule tunc tertium lata est. Duæ tribus adjectæ sunt, Aniensis & Terentina. Samnitibus bellum indictum; & adversus eos saepe pro bene pugnatum. Quum adversus Etruscos, Umbros, Samnites, Gallos, P. Decio & Q. Fabio ducibus, pugnaretur. Romanusque exercitus in maximo esset discrimine, P. Decius, secutus exemplum patris, devovit se pro exercitu, & morte sua victoriam ejus pugnæ populo Romano dedit. Papirius Cursor, Samnitium exercitum, qui jurejurando obstrictus, quo majore constantia virtutem pugnaret, in aciem descenderat, fudit. Census actus est. Lustrum conditum. censa sunt civium capita ducenta sexaginta duo millia, & trecenta viginti duo.

CAPUT I.

LUCIO Genucio, Ser. Cornelio Consulibus, ab externis ferme bellis otium fuit. Soram atque Albam colonias deductæ. Albam in Æquos sex millia colonorum scripta. Sora agri Volsci fuerat; sed possederant Samnites. eo quatuor millia hominum missa. Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque civitas data. Fruminates tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis sollicitos compertum: capitaque conjurationis ejus quæstione ab consulibus ex Senatusconsulto habita, virgis cæsi ac securi percussi. Tamen ne prorsus imbellem agerent annum, parva expeditio in Umbria facta est: quod nunciabatur ex speluncа quadam excursiones armatorum in agros fieri. In eam speluncam penetratum cum signis est: & ex eo loco obscuro multa latinera accepta maximeque lapidum ictu, donec alterò specus ejus ore (nam pervius erat) invento, utræque fauces congestis lignis accensæ: ita intus fumo ac vapore ad duo millia armatorum, ruentia novitate in ipsas flammas, dum evadere tendunt, absumpta. M. Livio Denire, & Æmilio consulibus redintegratum Æquicum bellum. Coloniam ægre patientes velut arcem suis finibus impositam, summa vi expugnare adorti, ab ipsis colonis pelluntur. Cæterum tantam Romæ terrorem fecere, quia vix credibile erat, tam affectis rebus solos per se Æquos ad bellum coortos, ut tumultus ejus caussa dictator diceretur C. Junius Bubulcus: cum M. Titinio magistro equitum profectus, primo congressu Æquos subegit, ac die octavo triumphans in urbem quum rediisset, ædem Salutis, quam Consul voverat, censor locaverat, dictator dedicavit.

Cap. II. Eodem anno classis Græcorum, Cleonymo duce Lacedæmonio, ad Italiæ litora appulsa, Thurias urbem in Salentinis cepit. Adversus hunc hostem Consul Æmilius missus. prælio uno fugatum, compulit in naves. Thuriæ redditæ veteri cultori: Salentinoque agro pax parta. Junium Bubulcum dictatorem missum in Salentinos, in quibusdam annalibus invenio: & Cleonymum prius, quam contingendum esset cum Romanis, Italia excessisse. circumvectus inde Brundusii promontorium, medioque sinu Hadriatico ventis latus, quum læva importuosa Italiæ littora, dextra Illyrii Liburnique & Istri, gentes feræ, & magna ex parte latrocinii maritimis infamis, terrerent, penitus ad litora Venetorum pervenit: ibi expositis paucis qui loca explorarent, quum audisset, tenue prætentum littus esse, quod transgressis, stagna ab tergo sint irrigua æstibus maritimis, agros haud procul proximos campestres cerni: ulteriora colles: inde esse ostium fluminis præalti, quo circumagi naves in stationem furam videsse, (Meduacus amnis erat) eo invectam classem subire flumine adverso justit. Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis. in leviora navigia transgressa multitudo armatorum, ad frequentes agros tribus maritimis Patavinorum vicis, colentibus eam oram, pervenit. Ibi egressi levi præsidio navibus relicto, vicos expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque prædas agunt; & dulcedine prædandi longius usque à navibus procedunt. Hæc ubi Patavium sunt nunciata (semper autem eos in armis accolæ Galli habebant) in duas partes juventutem dividunt. altera in regionem, qua effusa populatio nunciabatur: altera, ne cui prædonum obvia fieret, altero itine-

re ad ſtationem navium (millia autem quindecim ab oppido aberat) ducta. In naves parvas, cuttodibus interpoſitis, impetus factus, territique nautæ cognitur naves in alteram ripam omnis transjicere. &c, in terra proſperum æque in palatos prædatores præſidium fuerat: refugientibuque ad ſtationem Græcis, Veneti obſiſtunt. Ira in medio circumventi hoſtes cæſique, pars capti, claſſem indiſtanter regemque Cleonymum tria millia abeſſe. Inde captivis proximo vilco in cuſtodiam datis, pars fluviatiles naves ad ſuperanda vada ſtagnorum apte planis alveis fabricatas, pars captiva navigia armatis complent. profectique ad claſſem, immobiles naves, & loca ignora plus quam hoſtem timentes, circumvadunt: fugientesque in altum acrius quam repugnantes, uſque ad oſtium amnis perſecuti, captis quibuſdam incenſiſque navibus hoſtium, quas trepidatio in vada intulerat, victores reverruntur. Cleonymus vix quinta parte navium incolumi, multa regione maris Hadriatici proſpere adita, diſſeſſit. roſtra navium ſpoliaque Laconum in æde Junonis veteri fixa, multi ſuperſunt qui viderunt. Patavii monimentum navalis pugnæ eo die, qua pugnatum eſt, quotannis ſolenni certamine navium in flumine oppidi medio exercetur.

Cap. II. Eodem anno Romæ cum Veſtinis, petentibus amicitiam, ictum eſt fœdus. Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare ab Aretinorum ſeditionibus motu orto nunciabatur: ubi Cilnium, genus præpotens, diviriarum invidia pelli armis cœperum. ſimul Marſos agrum vi tueri in quem colonia Carſeoli deducta erat, quatuor millibus hominum ſcriptis. Itaque propter eos tumultus, dictus M. Valerius Maximus dictator, magiſtrum equitum ſibi legit M. Æmilium Paulum. id magis credo, quam Q. Fabium ea ætate atque eis honoribus Valerio ſubjectum. cæterum ex Maximi cognomine ortum errorem haud abnuerim. Profectus dictator cum exercitu, prælio uno Marſos fundit, compulſis deinde in urbes munitas, Milionem, Plutonium, Freſillam, intra dies paucos cepit: & parte agri mulctatis Marſis, fœdus veſtibuli. Tum In Etruſcos verſum bellum, & quum dictator auſpiciorum reperendorum cauſſa profectus Romam eſſet, magiſter equitum pabulatum egreſſus, ex Inſidiis circumvenitur: ſignisque aliquot amiſſis, fœda militum cæde ac fuga in caſtra eſt compulſus. qui terror non eo tantum a Fabio abhorret, quod ſi qua alia arte cognomen ſuum æquavit, rum maxime bellicis laudibus: ſed etiam, quod memor Papiriane ſæviti, numquam, ut dictatoris injuſſa dimicaret, adduci potuiſſet.

Cap. IV. Nunciata ea clades Romam, majorem quam res erat, terrorem excivit. nam ut exercitu deleto, ita juſtitium indictum: cuſtodiæ in portis, vigiliæ vicatim exactæ: arma, tela in muros congeſta. Omnibus junioribus facramento adactis, dictator ad exercitum miſſus, omnia ſpe tranquilliora & compoſita magiſtri equitum cura, caſtra in tutiorem locum redacta, cohortes, quæ ſigna amiſerant, extra vallum ſine tentoriis deſtitutas, Invenit: exercitum avidum pugnæ quo maturius ignominia abolereture. Itaque confeſtim caſtris inde in agrum Rufellanum promovit. Eo & hoſtes ſecuti. & quamquam ex bene geſta re, ſummam & in aperto certamine viriam ſpem habebant; tamen inſidiis quoque, quas feliciter experti erant, hoſtem tentant. Tecta ſemiruta vici per vaſtationem agrorum deuſti haud procul caſtris Romanorum aberant. ibi additis armaris, pecus in conſpectu prædidii Romani, cui præerat Cn. Fulvius legatus: propulſum. ad quam illecebram quum moveretur nemo ab Romana ſtatione; paſtorum unus progreſſus ſub ipſas munitiones, clamat alios cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes, quid ceſſarent, quum per media caſtra Romana tuto agere poſſent? Hæc cum legato Cærites quidam interpretarentur, & per omnes manipulos militum ingens eſſet indignatio, nec ramen injuſſu movere ſe audierent; jubet peritus linguæ attendere animum paſtorum ſermo agreſti an urbano propior eſſet. Quum referrent ſonum linguæ, & corporum habitum, & nitorem, cultiora quam paſtoralia eſſe, *ite igitur, dicite*, inquit, *deteſcant nequicquam conditas inſidias: omnia ſcire Romanum, nec magis jam dolo capi, quam armis vinci poſſe.* Hæc ubi audita ſunt, & ad eos qui confederant in inſidiis perlata, conſurrectum repente ex latebris eſt, & in patentem ad conſpectum undique campum prolata ſigna. Vita legato major acies, quam quæ ab ſuo prædidio ſtatim poſſet. Itaque propere ad dictatorem auxilia accitum mirrit, incerea ipſe impetus hoſtium ſuſtinet.

Cap. V. Nuncio allato, dictator ſigna ferri ac ſequi armatos jubet. ſed celeriora prope omnia imperio erant. Rapta extemplo ſigna armamaque, & vix ab impetu & curſu tenebantur. quam ira ab accepta nuper clade ſtimulabat, tum concitatior accidens clamor ab increſcente certamine. Urgent itaque alii alios, hortanturque ſigniferos, ut ocius eant. quo magis feſtinantes videt dictator, eo impenſius retentat agmen, ac ſen-

ſim

sim incedere jubet. Etrusci contra, principio excliti pugnæ, omnibus copiis aderant: & super alios alii nascuntur dictatori: omnes legiones Etruscorum capessisse pugnam: nec jam ab suis resisti posse. & ipse cernit ex superiore loco, in quanto discrimine prælidium esset. Cæterum satis freeus esse etiam nunc tolerando certamini legatum, nec se procul abesse periculi vindicem, quam maxime vult fatigari hostem, ut integris adoriatur viribus fessos. Quamquam lente procedunt, jam tamen ad impetum capiendum equiti utique modicum erat spacium. prima incedebant signa legionum, ne quid occultum aut repentinum hostis timeret: sed reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua satis laxo spacio equi permitti possent. Pariter fusiuit clamorem acies: & emissus eques libero cursu in hostem invehitur, incompositique adversus equestrem procellam subitum pavorem offundit. Itaque ut prope terram aquilinum jam penè circumventis, ira universa requies data est. integri accepere pugnam: nec ea ipsa longa aut anceps fuit. Fusi hostes castra repetunt, inferentibusque jam signa Romanis cedunt, & in ultimam castrorum partem conglobantur. Hærent fugientes in angustiis portarum: pars magna aggerem vallumque conscendunt; si aut ex superiore loco tueri se, aut superare aliqua & evadere possent. Forte quodam loco male dentatus agger pondere superantium in fossam procubuit: atque ea quum Deos pandere viam fuga conclamassent, plurimi per ea quam armati evadunt. Hoc prælio fracta iterum Etruscorum vires: & pacto annuo stipendio, & duum mensium frumento, permissum ab dictatore, ut de pace legatos mitterent Romam. Pax negata: inducis biennii datæ. dictator triumphans in urbem rediit. Habeo auctores, fine ullo memorabili prælio pacaram ab dictatore Etruriam esse; seditionibus tantum Aretinorum compositis, & Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto. Consul ex dictatura factus M. Valerius, non petentem, atque adeo etiam absentem, creatum credideres quidam; & per interregem ea comitia facta. id unum non ambigitur, consulatum cum Appuleio Pansa gestisse.

Cap. VI. M. Valerio & Q. Appuleio consulibus fatis pacatæ foris res fuere. Etrusci adversæ belli res, & inducias quietum tenebant: Samnitem, multorum annorum cladibus domirum, haud dum fœderis novi pœnitebat. Romæ quoque plebem quietam & exoneratam deducta in colonias multitudo præstabat. tamen ne undique tranquillæ res essent, certamen injectum inter primores civitatis, patricios plebeiosque, ab tribunis plebis Q. & Cn. Ogulniis. qui undique criminandorum Patrum apud plebem occasionibus quæritis, postquam alia frustra tentata erant, eam actionem susceperunt, qua non infirmam plebem accenderent, sed ipsa capita plebis, consulares triumphalesque plebeios: quorum honoribus nihil, præter facerdotia, quæ nondum promiscua erant, deesset. Rogationem ergo promulgarunt, ut, quum quatuor augures, quatuor pontifices ea rempestare essent, placeret que augeri facerdotum numerum; quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes adlegerentur. Quemadmodum ad quatuor augurum numerum, nisi morte duorum id redigi collegium potuerit, non invento: quum inter augures consset, imparem numerum debere esse, ut tres antiquæ tribus, Ramnes, Titienses, Luceres, suum quæque augurem habeant: ut si pluribus sit opus, pari inter se numero facerdotes multiplicent: sicut multiplicati sunt, quum ad quatuor quinque adjecti novem numerum, ut terni in singulas essent, expleverunt. Cæterum, quia de plebe adlegebantur, juxta eam rem actæ pasti Patres, quum quum consulatum vulgarent viderent. Simulabant ad Deos id magis, quam ad se pertinere: ipsos vitiuros, ne sacra sua polluantur, id se optare tantum, ne qua in rempublicam clades veniat. Minus autem terendere; assuesi jam tali genere certaminum vinci. & cernebant adversarios non id, quod olim vix desperarent, affectantes magnos honores, sed omnia jam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos; multiplices consulatus, censuraspue & triumphos.

Cap. VII. Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege inter Ap. Claudium maximè ferunt, & inter Publium Decium Murem, qui cum eadem ferme de jure Patrum ac plebis, quæ pro lege Licinia quondam contraque eam dicta erant, cum plebeiis consulatus regabatur, disserusset; retulisse dicitur Decius parentis sui speciem, qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, inclinatum Gabino cultu, super telum stantem, quo se habitu pro populo ac legionibus Romanis devovisset. *tum Publium Decium Cos. parum pium, quæque Dis immortalibus visum, aque ac si T. Manlius collega eius devoveretur. ergo P. Decium, qui sacra publica populi Romani faceret, legi rite non potuisse? id esse periculum, ne suas preces minus audirent Dii, quam Ap. Claudii, castius eum sacra privata facere, & religiosius Deos colere, quam se?*

quem panitere vetorum, quæ pro republica nunciaverint tot consules plebei, tot dictatores, aut ad exercitus euntes, aut inter ipsa bella? Numerarentur dicta eorum quorum quibus plebiorum ductu & auspiciis res geri captæ sunt. Numerarentur triumphi: jam ne nobilitatis quidem sua plebeios panitere, pro certo habere, si quod regnum bellum oriatur, non plus spei fore senatui populoque Romano in patritiis, quam in plebeio dictatore. Quod quam ita se habeat, cui Deorum hominumve indignum videri potest, inquit, eis viris, quos vos sellis curulibus, toga pretexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali laureata honoraritis, quorum domos spoliis hostium affixis insignes aliis faceritis, pontificalia atque augurala insignia adjicere? qui Jovis Optimi Maximi ornatu decoratus, curru aurato per urbem vectus in Capitolium ascenderit, si conspiciatur cum capide ac lituo, capite velato vitulinam cædat, augurium ex avium cepta? Cujus imaginis timeo consulatus, censuraque, & triumphus, æquo animo legetur; si augurium aut pontificatum adjecteritis, non sustinebunt tegentium oculi? Equidem (pace dixerim Deum) eos nos jam populi Romani beneficio effecimus, qui sacerdotia non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus; & Deorum ma- [illegible] causa excogitamus, [illegible] ne quos pritatim colimus, publice colamus.

Cap. VIII. *Quid autem ego sic adhuc egi, tamquam integra sit causa patriciorum de sacerdotiis, & non jam in possessione unius amplissimi simus sacerdotii? Decemviri sacris faciundis, carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus interpretes, antistites eosdem Apollinaris sacri ceremoniarumque allarum plebeios videmus. nec tum patritius ulla injuria facta est, quum duumviris sacris faciundis adjectus est propter plebeios numerus: & quum tribunus, vir fortis ac strenuus, quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit; in quæ plebeii nominentur, non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adjuvent vos homines plebeii divinis quoque rebus procurandis, sicut in ceteris humanis, parte vestri adjuvant. Noli erubescere, Appi, colligam in sacerdotio habere, quem in censura quem in consulatu collegam habere potuisti: cujus tam dictatoris magister equitum, quam magistri equitum dictator esse potes. Sabinum advenam principem nobilitatis vestræ, seu Attum Clausum seu Appium Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum accepevunt. Ne sastidieris nos in sacerdotium numerum accipere. multa nobiscum decora afferimus; imo omnia eadem, quæ vos superbos secerunt. L. Sextius primus de plebe consul factus. Caius Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilius primus & dictator & censor, Q. Publilius Philo primus prætor. Semper ista audita sunt eadem, penes nos auspicia esse, nos solos gentem habere, vos solos jussum imperium & jus agendi cum populo habere. Æquis adhuc populum plebium ac patricium fuit, porroque erit. En umquam fando audistis, patricios primo esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem ciere possent id est, nihil ultra quam ingenuos? Consulem vos patrem ciere possum, novumque non patritium filium meum. Nihil est aliud in re, Quirites, nisi ut omnia negata adhuc assumptaque, certamen tantum patricii petunt, nec curant quem eventum certaminum habeant. Eco hanc legem, quod bonum, faustum, felixque sit rebus ac reipublicæ, uti rogas jubendam, consco.*

Cap. IX. Vocare tribus extemplo populus jubebat, apparebatque accipi legem: ille tamen dies est intercessione sublatus. postero die deterritis tribunis, ingenti consensu accepta est. Pontifices creantur, fusior legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilus, M. Livius Denter. Quinque augures item de plebe, C. Genucius, P. Ælius Pætus, [illegible] Cn. Domitius, T. Publilius. Ita octo pontificum, novem augurum numerus factus. Eodem anno M. Valerius consul de provocatione legem tulit, diligentius sanctam, tertio ea tum post reges exactos lata est, semper à familia eadem. Causam renovandæ sæpius haud aliam fuisse reor, quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, poterant. Porcia ramen lex sola pro tergo civium lata videtur: quod gravi pœna, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit. Valeria lex, quum eum, qui provocasset, virgis cædi securique necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset, nihil ultra, quam improbe factum, adjecit. Id (qui tum pudor hominum erat) visum, credo, vinculum satis validum legis. nunc vix ferio ita minetur quisquam. Bellum ab eodem consule haudquaquam memorabile adversus rebellantes Æquos, quum prætor animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent, gestum est. Alter consul Appuleius in Umbria Nequinum oppidum circumsedit. locus erat arduus, atque in parte una præceps, ubi nunc Narnia sita est. Nec vi, nec munimento capi poterat. Itaque eam infectam rem M. Fulvius Pe-

Fastus, T. Manlius Torquatus novi consules acceperunt. In eum annum quum Q. Fabium consulem non petentem omnes dicerent centuriæ, ipsum auctorem fuisse Macer Licinius eo anno majori se usui reipubl. fore, urbano gesto magistratu. ita nec dissimulantem quid mallet, nec petentem tamen, ædilem curulem cum L. Papirio Cursore factum. Id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit: qui eo anno ædiles curules fuisse tradit C. Domitium, Cn. F. Calvinum, & Sp. Carvilium, Q. F. Maximum. Id credo cognomen errorem in ædilibus fecisse: secutamque fabulam militum ex ædilitiis & consularibus comitiis, convenientem errori. Et hujus eo anno condidum à P. Semproni Sopho, & P. Sulpicio Saverrione censoribus: tribusque additæ duæ, Anienfis ac Terentina.

Cap. X. Hæc Romæ gesta. Cæterum ad Nequinum oppidum quum fœni obsidione tempus terereretur, duo ex oppidanis, quorum erant ædificia juncta muro, occasionem facto ad stationes Romanas itinere occulto perveniunt: inde ad consulem deducti, præsidium armatum se intra mœnia & muros accepturos confirmant. Nec aspernanda res visa neque incauta credenda. cum altero eorum (nam alter obsides retentus) duo exploratores per cuniculum missi: per quos satis comperta re, trecenti armati transfuga duce in urbem ingressi, nocte portam, quæ proxima erat, cepere. qua refracta, consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere. Ita Nequinum in ditionem populi Romani venit. Colonia eo adversus Umbros missa, à flumine Narnia appellata, exercitus cum magna præda Romam reductus. Eodem anno ab Etruscis adversus inducias paratum bellum. sed eos alia molientes Gallorum ingens exercitus fines ingressus, paulisper à proposito avertit. Peculia deinde, qua multum poterant, freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur, ut eo adjuncto exercitu cum Romanis bellarent. De societate haud abnuunt barbari: de mercede agitur. qua pacta acceptaque, quum parata cætera ad bellum essent, sequique Etruscus juberet, insidias eunt, mercedem se belli Romanis inferendi pactos. quicquid acceperint, accepisse ne agrum Etruscum vastarent, armisque lacesserent cultores. Militaturos tamen se, si utique Etrusci velint, sed nulla alia mercede, quam ut in partem agri accipiantur. tandemque aliqua fide certa consistant. Multa de eo concilia populorum Etruriæ habita. nec perfici quicquam potuit, non tam, quia imminul agrum, quam quia accolas sibi quibque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebar. Ita dimissi Galli, pecuniam ingentem labe labore ac periculo parata remeterunt. Romæ terrorem præbuit fama Gallici tumultus ad bellum Etruscum adiecti: eo minus cunctanter fœdus ictum cum Picenti populo est.

Cap. XI. T. Manlio consuli Etruria provincia forte evenit, qui vix dum ingressus hostium fines, quum exercererur inter equites, ab rapido curfu circumagendo equo effusus, extemplo prope exspiravit. tertius ab eo casu dies finis vitæ consuli fuit. Quo velut omine belli accepto, Deos pro se commississe bellum memorantes Etrusci, fuitne ea animos. Romæ tum desiderio viri, tum incommoditate temporis tristis nuncius fuit: ut Patres ab jubendo dictatore, consulis subrogandi comitia, ex sententia principum habita, deterruerint. M. Valerium consulem omnes sententiæ centuriæque dicere, quem senatus dictatorem dici justurus fuerat. tum extemplo in Etruriam ad legiones proficisci justit. Advenrus ejus compressit Etruscos, adeo ut nemo extra munimenta egredi auderet, timorque ipsorum obsidioni similis esset. neque illos novus consul vastandis agris urendisque tectis, quam palam non vi, sed solum, sed frequentes quoque vici incendiis fumarent, elicere ad certamen potuit. Quum hoc segnius bellum opinione esset, alterius belli, quod multis invicem cladibus haud immerito terribile erat, fama Picentium novorum sociorum indicio exorta est: Samnites arma & res dilionem spectare, seque ab iis solicitatos esse. Picentibus gratiæ actæ, & magna pars curæ Patribus ab Etruria in Samnites versa est. Caritas etiam annonæ sollicitam civitatem habuit: ventumque ad inopiæ ultimum foret, ut scriptore quibus ædilem fuisse eo anno Fabium Maximum placet, ni ejus viri cura, qualis in bellicis rebus multis tempestatibus fuerat, rabis domi tum in annonæ dispensatione, præparando ac convehendo frumento, fuisset. Eo anno (nec traditur causa) Interregnum initum. Interreges fuere Appius Claudius, deinde P. Sulpicius. Is comitia consularia habuit, creavit L. Cornelium Scipionem, Cn. Fulvium consules, Principio hujus anni oratores Lucanorum ad novos consules venerunt, questum, *quia conditionibus pellicere se nequivissent ad societatem armorum, Samnites infesto exercitu ingressos fines suos vastare, belloque ad bellum cogere. Lucano populo satis superque erratum quondam: nunc ita obstinatos animos esse, ut omnia ferre ac pati*

tolerabilius aucant, quam ut unquam pejus nomen Romanum violent. Orare Patres, ut & Lucanos infidem accipiant, & vim atque injuriam ab se Samnitium arceant. Se, quanquam bello cum Samnitibus suscepto necessaria jam facta averfus Romanos fides sit, tamen oblivisci dare paratos esse.

Cap. XII. Brevis consultatio fenatus fuit. ad unum omnes jungendum fœdus cum Lucanis, refque repetendas ab Samnitibus, censent. Benigne responsum Lucanis: ictumque fœdus. Feciales missi, qui Samnitem decedere agro fociorum, ac deducere exercitum finibus Lucanis jubarent. quibus obviam missi ab Samnitibus qui denunciarent, *Si quod audierit in Samnio concilium, haud inconsultos abiturus.* Hæc postquam audita sunt Romæ; bellum Samnitibus & Patres consuerunt, & populus justit. Consules inter se provincias partiti sunt. Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt: diversique ad suum quisque bellum proficiscuntur. Scipioni segne bellum & simile prioris anni militiæ exspectanti, hostes ad Volaterras instructo agmine occurrerunt. Pugnatum majore parte diei, magna utrimque cæde: nox incerta qua data victoria esset, intervenit: lux insequens, victorem utrumque ostendit. Nam Etrusci silentio noctis castra reliquerunt. Romanus egressus in aciem, ubi prætectione hostium concessam victoriam videt, progressus ad castra, vacuis cum plurima præda (nam & captiva turpide deserta fuerant) potitur. Inde in Falifcum agrum copiis reductis, quum impedimenta Faleriis cum modico præsidio reliquisset, expedito agmine ad depopulandos hostium fines incedit. Omnia ferro ignique vastantur: prædæ undique actæ: nec solum modo vastatis hostii relictum, sed castellis etiam vicisque illatus ignis. urbibus oppugnandis temperatum, in quas timor Etrusfcos compulerat. Cn. Fulvii consulis clara pugna in Samnio ad Bovianum haudquaquam ambigue victoriæ fuit. Bovianum inde aggressus, nec ita multo post Aufidenam vi cepit.

Cap. XIII. Eodem anno Carseolos colonia in agrum Æquicolarum deducta. Fulvius consul de Samnitibus triumphavit. quum comitia consularia instarent, fama exorta, Etrusfcos Samnitesque ingentes conscribere exercitus: pulsam omnibus conciliis vexari principes Etrusfcorum, quod non Gallos quacumque conditione traxerint ad bellum: increpari magistratus Samnitium, quod exercitum adversus Lucanum hostem comparatum objecerint Romanis. Itaque suis fociorumque viribus confurgere hostes ad bellum & haudquaquam pari defungendum esse certamine. Hic terror, quum illustres viri consulatum peterent, omnes in Q. Fabium Maximum, primo, non petentem, deinde ut inclinata studia vidit, etiam recusantem, convertit: *Quid se jam senem ac perfunctum laboribus laborumque præmiis, solicitarent? Nec corpora, nec animi vigorem remanere eundem: & fortunam ipsam vereri, ne cui Deorum nimia jam in se, & constantior quam vellet humanæres videatur. Et se gloriæ seniorum successisse; & ad suam glorium consurgentes alios latum affecere. nec omnibus magnos fortibusque viris Roma, nec honoribus deesse fortes viros.* Acuebat hæc modestia tam justa studia, quæ verecundia legum restinguenda rarus, legem recitari justit, qua intra decem annos eundem consulem reiici non liceret. Vix præ stupitu audita lex est: tribuniciæ deinde, nihil impedimenti futurum ajebant: se ad populum laturos, uti legibus solveretur. Et ille quidem in recusando perstabat: quid ergo attineret leges ferri rogitans, quibus per eosdem qui tulissent, fraus fieret? Tum regi leges, non regere. Populus nihilominus intuitæ inhiar: & ut quoque intro vocata erat centuria, consulem haud dubie Fabium dicebat. Tum demum consensu civitatis victus, *Dii approbent, inquit, quod agitis, actumque ejis, Quirites. Caterum quoniam ita mi, quod vos omnis, faciatis, ejis, in collegæ fit mecum apud vos gratiæ locus. T. Decium expertum mihi concordi collegio virum, dignum vobis, dignum parente suo, quæso, mecum consulem faciatis.* Justa suffragatio vita. omnes quæ fuperarent centuriæ, Q. Fabium, P. Decium consules dixere. Eo anno plerique alii clari ab nobilibus, quia plus quam quod lege finirum erat, agri possiderent. nec quisquam ferme est purgatus: vinculumque ingens immodicæ cupiditatis injectum est.

Cap. XIV. Consules novi, Q. Fabius Maximus quartum, & P. Decius Mus tertium, quum inter se agitarent, ut alter Samnites hostes, alter Etrusfcos delegeret; quantæque in hanc aut in illam provinciam copiæ satis essent, & uter ad utrum bellum dux idoneus magis esset; ab Surrio, & Nepete, & Faleriis legati, auctores, concilia Etruriæ populorum de petenda pace haberi, tenuis belli molem in Samnium averterunt. Profecti consules quo expeditiores commeatus essent, & incertior hostis, quo venturum bellum foret; Fabius per Soranum, Decius per Sidicinum agrum in Samnium legiones ducunt. Ubi in hostium fines ventum est, uter que populabundus effuso agmine incedit, explorant tamen latius, quam populantur. Igitur non fefellere ad Tifernum bo-

hostes in occulta valle instructi, qua ingressos Romanos superiore ex loco adoriri parabant. Fabius impediimentis in locum rutum remotis, præsidiorque modico impositio præmonitis militibus adesse certamen, quadrato agmine ad prædictas hostium latebras ducendit. Samnites deperato improviso tumultu, quando in apertum semel diffcrimen evasura esset res, & ipsi acie justa maluerunt concurrere. itaque & in æquum descendunt, ac fortunæ se, majore animo quam ipse, committunt. Cæterum, sive quia omnium Samnitium populis, quodcunque robortis fuerat, contraxerant, seu quia diffcrimen summæ rerum augebat animos, aliquantum aperta quoque pugna præbuerunt terroris. Fabius, ubi nulla ex parte hostem loco moveri vider, M. Fulvium & M. Valerium, tribunos militum, cum quibus ad priman aciem procurrerat, ire ad equites jubet: & adhortari, ut si quando umquam equestri ope adjutam rempublicam meminerint; illo die annihantur, ut ordinis ejus gloriam invictam præstent. Peditum certamine immobilem hostem reddi animadvertunt quam spem in impetu esse equitum. & ipsos nominatim juvenes patricio more utrumque, nunc laudibus nunc promissis onerat. Cæterum quando ne ea quoque tentata vis proficeret, consilio grassandum, si nihil vires juvarent, ratus; Scipionem legatum, hastatos primæ legionis subtrahere ex acie, & ad montes proximos, quam possit occultissime, circumducere jubet: inde ascentu abdito à conspectu erigere in montes agmen, aversoque hosti ab tergo repente se offendere. Equites, ducibus tribunis, haud multo plus hostibus quam illis, ad impetum ante signa evecti, præbuerunt tumultus. Adversus incitatas turmas sterit immota Samnitium acies, nec parte ulla pelli aut perrumpi potuit. Et postquam irritum inceptum erat, recepti post signa prælio excesserunt. Crevit ex eo hostium animus, nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset, ni secunda acies justu consulis in primum succesisset. Ibi integræ vires sistunt invehentem se jam Samnitem: & tempore improvisa ex montibus signa, clamorque sublatus, non vero tantum metu terruere Samnitium animos. nam & Fabius, Decium collegam appropinquare exclamavit, & pro se quisque miles, adesse alterum consulem, adesse legiones, gaudio alacres fremunt; errorque utilis Romanis oblatus, fugæ formidinisque Samnites implevit, maximeque territos, ne ab altero exercitu integro intacteque sibi opprimerentur: & quia passim in fugam dissipari sunt, minor cædes, quam pro tanta victoria fuit. tria millia & quadringenti cæsi: capti ad trecentos ferme & triginta: signa militaria capta tria & viginti.

Cap. XV. Samnitibus Apuli se ante prælium conjunxissent, ni P. Decius consul illis ad Maleventum castra objecisset, extractos deinde ad certamen fudisset. Ibi quoque plus fugæ fuit quam cædis. duo millia Apulorum cæsa: spretoque eo hoste Decius in Samnium legiones duxit. Ibi duo consulares exercitus diversis vagari partibus, omnia spatio quinque mensium evastarunt. Quadraginta & quinque loca in Samnio fuere, in quibus Decii castra fuerunt: alterius consulis sex & octoginta. nec valli tantum, ac fossarum vestigia relicta, sed multo illis insigniora monimenta vastitatis circa, regionumque depopulatarum. Fabius etiam urbem Cimetram cepit: ibi capta armatorum duo millia quadringenti: cæsi ferme pugnantes ad quadringentos triginta. Inde comitiorum causa Romam profectus maturavit eam remagere quum primo vocatæ Q. Fabium consulem dicerent omnes centuriæ, Ap. Claudius consularis candidatus, vir acer & ambitiosus, non sui magis honoris causa, quam ut patricii recuperarent duo consularia loca, quum suis, tum torius nobilitatis viribus incubuit, ut se cum Q. Fabio consulem dicerent. Fabius primo, ut se eadem fere quæ priore anno dicendo, abnuere, circumstare sellam omnis nobilitas, orare ut ex cœno plebeio consulatum extraheret, majestatemque pristinam tum honori, tum patriciis gentibus redderet. Fabius silentio facto media oratione dubitationem fidei fit. facturum enim se fuisse dixit, ut duorum patriciorum nomina reciperet, si alium quam se consulem fieri videret: *nunc se sui rationem comitiis, quum contra leges futurum sit, tertium exemplo non habiturum.* Ita Lucius Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus; priore item consulatu inter se comparati. Nobilitas objectare Fabio, fugisse eum Appium Claudium collegam, eloquentia, civilibusque artibus haud dubie præstantem.

Cap. XVI. Comitiis perfectis, veteres consules justi bellum in Samnio gerere; prorogato in sex menses imperio. Itaque insequenti quoque anno L. Volumnio & Ap. Claudio consulibus, P. Decius, qui consul in Samnio relictus a collega fuerat, proconsul idem populari non destitit agros, donec Samnitium exercitum fugatum ac prælio committentem, postremo expulit finibus. Etruriam pulsi perie unt: & quod legationibus nequicquam saepe tentaverant, id se tanto agmine armatorum missis terrore precibus, acturos efficacius rati, postulaverunt principium

Etruriæ concilium. Quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt. *omnia exportos esse, si finimet ipsorum virtutes tolerare tantam molem belli possent: tentasse etiam haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petisse pacem a populo Romano, quum bellum tolerare non possent: rebellasse, quod pax seruientibus gravior, quam liberis bellum esset. Unam sibi spem reliquam in Etruscis reliquas. Scire genium Italiæ opulentissimam armis, viris, pecunia, esse: habere accolas Gallos inter ferrum & arma natos, feroces cuius subpte ingenio, tum adversus Romanum populum: quem captum a se auroque redemptum haud recta inclinantes memorent. Nihil obsolefe, si tantum Etruscis, qui Porsennæ quondam, majoribusque eorum fuerit: quin Romanos omni aere cis Tiberim pulsos dimicare pro salute sua, non de intolerando Italiæ regno cogant. Sammitem illis exercitum paratum. instructum armis, fipondet: vesse esse confestim secuturos, vel si ad ipsam Romanam urbem oppugnandam ducant.*

Cap. XVII. Hæc eos in Etruria jactantes, molientesque, bellum domi Romanum urebat. nam P. Decius ubi comperit per exploratores profectum Samnitium exercitum, avocato concilio: *Quid ego, inquit, agam, inquit, agamur, vicatim circumfrementes bellum? quin urbes & mœnia aggredimur? nullus jam exercitus Samnio præsidet. cesset finibus, ac sibimetipsi exilium conscivere.* Approbantibus cunctis, ad Murgantiam validam urbem oppugnandam ducit: tantusque ardor militum fuit, & caritate ducis, & spe majoris quam ex egrestibus popularionibus prædæ, ut uno die vi atque armis urbem caperent. Ibi duo millia Samnitium & centum pugnantes circumventi, captique: & alia præda ingens capta est. quæ ne impedimento gravibus agmen oneraret, convocari milites Decius jubet: *Haccine, inquit, victoria sola, aut hac præda contenti estis futuri? Veltis vos pro virtute ipsa gerere? omnes Samnitium urbes fortimaque in urbibus relicta, vestræ sunt; quando legiones eorum tot prælijs fusas, postremo finibus expulsas. Venalite ista, & illicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen. ego subinde suggeram quæ venditatis. Ad Romuleam urbem hinc eamus, ubi vos labor haud magnus, præda major manet.* Divendita præda, ultro adhortantes imperatorem, ad Romuleam pergunt. Ibi quoque sine opere, sine tormentis simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris, qua cuique proximum fuit, scalis raptim admotis in mœnia evasere. captum oppidum ac direptum est, ad duo millia & trecentos occisi; & sex millia hominum capta. & miles ingenti præda potitus; quam vendere, licut priorem, coactus; Ferentinum inde, quanquam nihil quietis dabatur, tamen summa alacritate ductus. Cæterum ibi plus laboris ac periculi fuit. nam & defensa summa vi mœnia sunt, & locus erat munimento, naturaque tutus: sed evicit omnia assuetus prædæ miles. ad tria millia hostium circa mœnia cæsa; prædæ millis fuit. Hujus oppugnatarum urbium decoris pars major in quibusdam annalibus ad Maximum trahitur. Murgantiam ab Decio, à Fabio Ferentinum Romuleamque oppugnatas tradunt: sunt qui novorum consilium hanc gloriam faciant. Quidam non amborum, sed alterius P. Volumnii: ei Samnium provinciam evenisse.

Cap. XVIII. Dum ea in Samnio, cujusque ductu auspicioque, gererentur; Romanis in Etruria literum bellum ingens multis ex gentibus concitum. cujus auctor Cæcilius Egnatius ex Samnitibus erat. Tuscî fere omnes concierant bellum: trahebat contagio proximos Umbriæ populos: & Gallica auxilia mercede follicitabantur. omnis ea multitudo ad castra Samnitium conveniebat. Qui tumultus repens postquam Romam ad patres est, quum jam L. Volumnius consul cum legionibus secunda ac tertia, sociorumque millibus quindecim profectus in Samnium esset, Ap. Claudium primo quoque tempore in Etruriam ire placuit. duæ Romanæ legiones secutæ, prima & quarta, & sociorum duodecim millia. castra haud procul ab hoste posita. Cæterum magis eo profectum est quod mature ventum erat, ut quosdam spectantes jam arma Etruriæ populos, metus Romani nominis comprimeret, quam quod ductu consulis quicquam ibi fatis scite, aut fortunate gestum sit. Multa prælia lacessendo temporibus iniquis commissa: spesque indies graviorem hostem faciebat. & jam prope erat, ut nec ducibus milites, nec militibus dux satis fideret. Literas ad collegam arcessendum ex Samnio missas in trinis annalibus invenio. piget tamen incertum ponere, quum ea ipsa inter consules pulsi Romani jam iterum eodem honore fungentes discrepario fuerit: Appio abnuente missas, Volumnio affirmante Appii se literis accitum. Jam Volumnius in Samnio tria castella ceperat, in quibus ad tria millia hostium cæsa erant: dimidium fere ejus captum. & Lucanorum fœditiones, à plebeiis & egentibus ducibus ortas, summa optimatium voluntate per Q. Fabium proconsulem, missum eo cum veteri exercitu, compressorat. Decio depopulando hostilium

situm agros relinquit. ipse cum suis copiis in Etruriam ad collegam pergit: quem advenientem læti omnes accepere. Appium ex confidentia sua credo animum habuisse haud immerito iratum, si nihil scripserat: illiberali, & ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem. Vix enim salute mutua reddita quum obviam egressus esset: *Satin' salvæ*, inquit, *Luci Volumni? ut sese in Samnio res habent? Quæ te caussa ut provincia tua excederes, indixit?* Volumnius in Samnio res prosperas esse ait: literis eius accitum venisse. quæ si falsæ fuerint, nec usus sui fit in Etruria, extemplo conversis fignis abiturum. *Tu vero abeas*, inquit, *neque te quisquam moretur: etenim minime consentaneum est: quum bello tuo forsitan vix sufficias, hic te ad otium fortasse inutilis gloriari veniffe. Bene Hercules vertet*, dicere Volumnius: *malle frustra operam insumptam, quam quicquam inciaſſe, cur non satis esset Etruriæ unus consularis exercitus.*

Cap. XIX. Digredientes jam consules legati tribunique ex Appiano exercitu circumsistunt: omnes imperatorem suum orare, ne collegæ auxilium, quod acciendum ultro fuerit, sua sponte oblatum spernereturr: plures abeunti Volumnio obsistere, atque obtestari, *ne præceptum collegæ certamine rempub. prodat. per quæ clades ipsi facta, desertori magis quam deserto noxiæ fore. Eorem addutiam, ut omnis rei bene aut secus gestæ in Etruria decus dedecusque ad L. Volumnium sit delegatum. neminem quæsiturum quæ verba Appii, sed quæ fortuna exercitus fuerit. Dimitti ab Appio autem, sed à republ. & exercitu veteri-neri. experiretur modo voluntatem militum.* Hæc monendo obtestandoque, prope restitantes consules in concionem pertraxerunt. Ibi orationes longiores habitæ. In eandem ferme sententiam, in quam inter paucos certatum verbis fuerat. Et quum Volumnius caussa superior, ne infacundus quidem adversus eximiam eloquentiam collegæ visus esset; cavillansque Appius *sibi acceptum referre diceret debere, quod ex muto atque elingui, facundum etiam consulatu habuerent: priore consulatu primis utique mensibus hiscere eum nequisse, nunc jam populares orationes ferere? Quam mallem*, inquit Volumnius, *tu à me strenue facere, quam ego abs te scite loqui didicissem. Postremo conditionem ferre, quæ decretura sit, non orator (neque enim id desideratæ rempublicam) sed imperator uter sit melior. Etruriam & Samnium provincias esse: utram mallet, eligeret. suo exercitu se vel in Etruria, vel in Samnio rem gesturum.* Tum militum clamor ortus, ut simul ambo bellum Etruscum susciperent. quo animadverso consensu Volumnius, *Quoniam in collegæ voluntate interpretandâ*, inquit, *erravi; non committam ut quid vos velitis, obscurum sit. manere, an abire me velitis, clamore significate.* Tum vero tantus est clamor exortus, ut hostes è castris exciret: armis arreptis in aciem descendunt. & Volumnius signa canere, ac vexilla efferri è castris jussit. Appium addubitasse ferunt, cæteretem, seu pugnante, seu quieto se, fore collegæ victoriam: deinde veritum, ne fuæ quoque legiones Volumnium sequerentur, & ipsum fugientibus fuis signum dedisse. Ab neutra parte satis commode instructi fuerunt. nam & Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat: suoque impetu magis milites quam cuiusquam ductu aut imperio pugnam capessebant. & Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit. Prius concurrit Volumnius, quam Appius ad hostem perveniret. itaque tantæ inæquali pugnæ finem est: & velut sorte quadam mutante æstuetos inter se hostes, Etrusci Volumnio, Samnites parumper cunctari, quia dux aberat, Appio occurrere. Dicitur Appius in medio pugnæ discrimine, ira ut inter prima signa manibus ad cœlum sublatis conspiceretur, ita precatus esse. *Bellonæ si hodie nobis victoriam duis, aßæo templum tibi voveo.* Hæc precatus, velut instigante Dea, & ipse collegæ & exercitus virtutem adæquavit. Ducis imperatoria opera exsequuntur; & milites, ne ab altera parte prius victoria inclinat, animantur. Ergo fundunt fugantque hostes, majorem molem haud facile sustinentes, quam cum qua manus conferere assueti fuerant. urgendo cedentes, insequendoque effusos compulere ad castra. Ibi, interventu Galli, cohortiumque Sabellarum, pauliper recruduit pugna. itis quoque mox fusis, jam à victoribus castra oppugnabantur: & quum Volumnius ipse portæ signa inferret, Appius Bellonam victricem identidem celebrans, accendere militum animos, per vallum, per fossas irruperunt. Castra capta, direptaque, prædaingens parta. & milites caesi quidem septem millia ac trecenti hostium occidi, duo millia & centum viginti capti.

Cap. XX. Dum ambo consules omnisque Romana vis in Etruscum bellum magis inclinat, in Samnio novi exercitus exorti ad depopulandos imperii Romani fines, per Veiicinos in Campanium Falernumque agrum transcendunt, ingentesque prædas faciunt. Volumnium magnis itineribus in Samnium redeuntem (jam enim Fabio Decioque prorogati im-

perii finis aderat) fama de Samnitium exercitu populationibusque Campani agri, ad nuendos foedus convertit. Ut in Calenum agrum venit, & ipse cernit recentia cladis vestigia, & Calani narrant tantum jam prædæ hostes trahere, ut vix explicari agmen possit: itaque jam propalam duces loqui, extemplo eundum in Samnium esse, ut relicta ibi præda in expeditionem redeant, nec tam contortum agmen dimicationi committant. Ea quanquam similia veris erant, certus tamen exploranda ratus, dimittit equites, qui vagos prædatores in agros palantes excipiant: ex quibus inquirendo, cognoscit, ad Vulturnum flumen federe hostem, inde tertia vigilia nostrorum iter in Samnium esse. His fatis exploratis profectus, tanto intervallo ab hostibus consedit, ut nec adventus suus propinquitate nimia nosci posset, & egredientem e castris hostem opprimeret. Aliquanto ante lucem ad castra accessit: granoque Oscæ linguæ exploratum quid agatur, mittit. Interminati hostibus (quod facile erat in nocturna trepidatione) cognoscunt infrequentia armatis signa egressa, prædam prædæque custodes exire; ignobile agmen, & sua quemque mollientem, nullo inter alios consentu, nec satis certo imperio. Tempus aggrediendi aptissimum visum est: & jam luce appellabat, itaque signa canere jussit: agmenque hostium aggreditur. Samnites, præda impediti, infrequentes armati, pars addere gradum ac præ se agere prædam: pars stare; in certi utrum progredi an regredi in castra tutius foret, inter cunctationem opprimuntur. Se Romani jam transcendere vallum, cædisque ac tumultus erat in castris. Samnitium agmen præterquam hostili tumultu, captivorum etiam repentina defectione turbatum erat: qui partim ipsi soluti vinctos solvebant: partim arma in sarcinis deligata rapiebant, tumultumque pretio ipso terribiliorem intermisti agmini præbebant. Memorandum deinde edidere facinus: nam Stajum Minatium ducem, adeuntem ordines hortantemque, invadunt, diffipatis inde equitibus, oni cum eo aderant, ipsum circumfistunt: infidentemque equo, captum, ad consulem Romanum rapiunt. Revocata ea tumultu prima signa Samnitium: præliumque jam profligatum integratum est, nec diutius sustineri potuit. Cæsa ad sex millia hominum: duo millia & quingenti capti: in eis tribuni militum quatuor: signa militaria triginta: & quod lætissimum victoribus fuit, caloborum recepta septem millia & quadringenti: præda ingens sociorum: accitique edicto dominiad res suas noscendas, recipiendasque. Præstituta die, quarum rerum non extitit dominus, militi concessæ: coactique vendere prædam, ne alibi quam in armis animum haberent.

Cap. XXI. Magnum ea populatio Campani agri tumultum Romæ præbuerat; & per eos forte dies ex Etruria allatum erat, post deductum inde Volumnianum exercitum, Etruriam concitam in arma, & Gellium Egnatium Samnitium ducem, & Umbros ad defectionem vocari; & Gallos prætio ingenti solicitari. His nunciis senatus conterritus, justitium indici, delectum omnis generis hominum haberi justit. nec ingenui modo aut juniores sacramento adacti, sed seniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati. Se defendendæ urbis consilia agitabantur; summaque rerum prætor P. Sempronius præerat. Cæterum parte curæ exonerarunt fenatum Lucii Volumnii consulis literæ, quibus cæsos fusosque populatores Campaniæ cognitum est. Itaque & supplicationes ob rem bene gestam consulis nomine decernendas, & justitium remittitur, quod fuerat dies decem & octo, supplicatioque perlata fuit. Tum de præsidio regionis depopulatæ ab Samnitibus, agitari cœptum. Itaque placuit, ut duæ coloniæ circa Vesinum & Falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii, quæ Minturnæ appellata: altera in saltu Vesino, Falernum contingente agrum: ubi Sinopæ dicitur Græca urbs fuisse; Sinuessa deinde ab colonis Romanis appellata. Tribunis plebis negotium datum est, ut plebiscito juberetur P. Sempronius prætor triumviros in ea loca colonis deducendis creare, qui nomina darent, facile inveniebantur, quia in stationem se prope perpetuam infestæ regionis, non in agros mitti rebantur. Avertit ab eis curis senatum Etruriæ ingravescens bellum; & crebræ literæ Appii, mementis, ne regionis ejus motum negligerent: *quatuor gentes conferre arma, Etruscos, Samnites, Umbros, Gallos: jam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non posset.* Ob hæc, (& jam apperebat tempus comitiorum) L. Volumnius consul Romam revocatus: qui prius quam ad suffragium centurias vocaret, in concione advocato populo, multa de magnitudine belli Etruici disseruit. *jam tum, quum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit: fuisse tantum bellum, ut nec duo imp., nec exercitu geri potuerit: accessisse postea dici Umbros, & ingentem exercitum Gallorum. Adesse, ses quatuor populos duos consules illo die delegi memineant. se nisi confideret eum consensu populi Romani consulem declaratum iri qui haud dubie tum primus omnium auctor habeatur, dictatorem fatisse exemplo dicturum.*

Cap. XXII. Nemini dubium erat quin

quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur, eumque Sc. prærogativæ, & primo vocatæ omnes centuriæ consulem cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio fuit, qualis biennio ante: deinde, ut vincebatur consensu, versa postremo ad collegam P. Decium postcendum. *Id senectuti suæ adminiculum fore: consensu, & studio quo consulatibus suis omnes certatim portum se, nil concordi collegio firmius ad rempubl. tuendam esse. novo imperii populo vix jam assuescere senilem animum posse. cum moribus natis facilius se communicaturum consilia.* Subscripsit orationi ejus consul cum meritis P. Decii laudibus, tum *quæ ex concordia consiliorum bona, quæque ex discordia mala in administratione rerum militarium evenirent*, memorando, *quam prope ad ultimum discrimen suis & collegæ certaminibus nuper ventum foret*: admonendo Decium. Fabiumque, *ut uno animo una mente decernerent. non vitiosa natos militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes. Ea ingenia consularia esse, callidos solertesque, juris atque eloquentiæ consultos, qualis Ap. Claudius esset, urbi ac foro præsides habendos, prætoresque ad reddenda jura creandos esse.* Iis agendis dies est consumptus. postridie ad præscriptum consulis & consularia & prætoria comitia habita. Consules creati Q. Fabius & P. Decius: Ap. Claudius prætor; omnes absentes: & L. Volumnio ex senatusconsulto & scito plebis prorogatum in annum imperium est.

Cap. XXIII. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum averruncandorum caussa supplicationes in biduum senatus decrevit. Publice vinum ac thus sacrificiis præbirum. supplicationi iere frequentes viri, fœminæque. Insignem supplicationem fecit certamen in sacello Pudititiæ patriciæ, quæ in foro boario est ad ædem rotundam Herculis, inter matronas ortum. Virginiam Aulli filiam, patricium plebeio nuptam Volumnia consuli, matronæ, quod è Patribus enupsisset, sacris arcuerant. Brevis altercatio inde, ex fracundia muliebri in contentionem animorum exarsit. quum se Virginia & patriciam & pudicam in patriciæ Pudicitiæ templum ingressam, & uni nuptam, ad quem virgo deducta sit; nec se viri, honorumve ejus ac rerum gestarum pœnitere, vero gloriaretur. Facto deinde egregio magnifica verba adauxit. in vico Longo, ubi habitabat, ex parte ædium quod satis esset loci modico sacello, excluit: aramque ibi posuit. & convocatis plebeiis matronis, conquesta injurium patriciarum, *Hanc ego aram, inquit, Pudicitiæ plebeiæ dedico: vosque hortor, ut quod certamen virtutis virus ita hac civitate tenet, hoc pudicitiæ inter matronas sit. detisque operam, ut hæc ara quam illa si quid potest, sanctius, & à castioribus coli dicatur.* Eodem ferme ritu & hæc ara, quod illa antiquior, culta est; ut nulla nisi spectatæ pudicitiæ matrona, & quæ uni viro nupta fuisset, jus sacrificandi haberet. Vulgata dein religio à polluti, nec matronis solum, sed omnis ordinis fœminis, postremo in oblivionem venit. Eodem anno Cn. & Q. Ogulnii ædiles curules aliquot fœneratoribus diem dixerunt, quorum bonis multatis, ex eo quod in publicum redactum est, ænea in Capitolio limina, & trium mensarum argentea vasa in cella Jovis vemuar in culmine cum quadrigis, & ad Ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum Urbis sub uberibus lupæ posuerunt: semiramque faxo quadrato à Capena porta ad Martis itraverunt, & ab ædilibus plebeiis L. Æmilio Pæto, & C. Fulvio Curvo, ex multaticia item pecunia, quam concesserunt pecuariis damnatis, ludi facti: paterræque aureæ ad Cereris positæ.

Cap. XXIV. Q. inde Fabius quinrum & P. Decius quartum, consulatum ineunt: tribus consulatibus, censuraque collegæ, nec gloria magis rerum, quæ ingens erat, quam concordia inter duos, quæ ne perpetua esset, ordinum magis quam ipsorum interest fertamen interveniste reor: patriciis tendentibus: ut Fabius Etruriam extra ordinem provinciam haberet: plebeiis auctoribus Decio, ut ad sortem revocaret. Fuit certe contentio in senatu, & postquam ibi Fabius plus poterat, revocata res ad populum est in concione. ut inter militares viros, & factis potius quam dictis fretos, pauca verba habita: Fabius *quam arborem conseruisset. Jubeea legere alium fructum, indignum esse*, dicere. *se aperuisse Ciminiam silvam, vixumque per devios saltus Romano bello fecisse. Quid se id ætatis solicitasse ut, si alio duce bellum gesturi essent? Nimirum adversarium se, non socium imperii leguse*, senim exorebrat: *& invidiose Decium concordibus collegiis tribus*, Postremo *se tendere nihil ultra, quam, ut si fortunam provincia decevent. in eam mitterent: in senatus arbitrio se fuisse, & in potestate populi futurum.* P. Decius senatus injuriam querebatur: *quoad potuerint Patres annisos, ne plebeiis additus ad magnos honores esset: postquam ipse virtute pervenerit, ne is ullo genere hominum inhonoratus esset. quæri, quemadmodum irrita sint, non suffragia modo populi, sed arbitria etiam fortunæ, & in paucorum potestatem pertantur. Omnes ante se consules sortitos provincias esse: nunc extra sortem Fabio senatum provinciam dare. Si honoris eius caussa: ita eum de se deque republica meritum esse,*

ut faveat Q. Fabii gloriæ: quæ modo non sua contumelia splendeat. Cui autem dubium esse, ubi unum bellum sit, asperum ac difficile, quum id alteri extra fortem mandetur, quin alter consul pro supervacuo atque inutili habeatur? Gloriari Fabium tribus in Etruria gestis, velle & P. Decium gloriari: & forsitan quem ille obruitum ignem reliquerit, ita ut toties novum ex improviso incendium daret, eum se extinxisse. Postremo se, collegæ honores præmiaque concessurum verecundia ætatis ejus majestatisque, quam periculum, quum dimicatio proposita sit, neque cedere sua sponte, neque cessurum. & si nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certe laturum, ut quod populi sit, populus jubeat potius, quam Patres gratificentur. Jovem optimum maximum, Deosque immortales se precari, ut ita fortem æquum sibi cum collega dent, si eandem virtutem felicitatemque in bello administrando dari sint. certe id & natura æquum, & exemplo utile esse, & ad famam populi Romani pertinere, eos consules esse, quorum utrolibet duce bellum Etruscum geri recte possit. Fabius nihil aliud precatus populum, quam ut prius quam intro vocarentur ad suffragium tribus, Ap. Claudii prætoris allatas ex Etruria literas audirent, comitio abit. nec minore populi consensu quam senatus, provincia Etruria extra sortem Fabio decreta est.

Cap. XV. Concursus inde ad consulem factus omnium ferme juniorum. & pro se quisque nomina dabant: tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. Qua circumfusis turba, *quatuor millia*, inquit, *peditum & sexcentos equites duntaxat scribere in animo est: hodierno & crastino die qui nomina dederitis, mecum dimicam. majori mihi curæ est, ut omnes locupletes reducam, quam ut multis rem geram militibus.* Profectus apto exercitu, & eo plus fiduciæ ac spei gerente, quod non desiderata multitudo erat, ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant, ad castra Appii prætoris pergit. paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt: qui ut illictores prægredi viderunt, Fabiumque esse consulem accepere, læti atque alacres Diis populoque Romano grates agunt, quod eum sibi imperatorem misissent. Circumfusi deinde quum consulem salutarent, quærit Fabius quo pergerent, respondentibusque, lignatum se ire: *Ain' tandem*, inquit, *num castra vallata non habetis!* Ad hoc quum fucclamatum esset: duplici quidem vallo, & fossa, & tamen in ingenti metu esse: *Habetis igitur*, inquit, *assitam ligneorum, redite, & vellite vallum.* Redeunt in castra, terroremque ibi vellentes vallum, & iis qui in castris remanserunt militibus, & Ipsi Appio fecerunt. Tum pro se quisque alii aliis dicere, Consulis se Q. Fabii facere jussu. Postero inde die castra mota: & Appius prætor Romam dimissus. inde nusquam stativa Romanis fuere. negabat utile esse uno loco sedere exercitum: itineribus, ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse. fiebant autem itinera, quanta fieri finebat hiems haud dum exacta. Vere inde primo relicta secunda legione ad Clusium, quod Cámars olim appellabant: præpositoque castris L. Scipione prætore, Romam ipse ad consultandum de bello rediit: sive ipse sponte sua, quia belium ei majus in conspectu erat, quam quantum esse famæ crediderat; sive fenatusconsulto accitus. nam in utramque auctores sunt. Ab Ap. Claudio prætore retractum quidam videri volunt: quum in senatu, & apud populum (id quod per literas asfidue fecerat) terrorem belli Etrusci augeret: *non sufficiturum ducem unum nec exercitium unum, adversus quatuor populos bellicosissimos esse, sive inacti unum premant, sive id adversi gerant bellum, ne ad omnia similia obire unus non possit. Duas se ibi legiones Romanas reliquisse: & minus quinque millia peditum equitumque cum Fabio venisse: sibi placere, T. Decium consulem, primo quoque tempore in Etruriam ad collegam proficisci. L. Volumnio Samnium provinciam dari. Si consul malit in suam provinciam ire; Volumnium in Etruriam ad consulem cum exercitu justo consulari proficisci.* Quum magnam partem moveret oratio prætoris, P. Decium consuisse ferunt, Ut omnia integra ac illæsa Q. Fabio servarentur: donec vel ipse is fi per commodum reipubl. posset, Romam veniffet, vel aliquem ex legatis miffiet: à quo differet senatus, quantum in Etruria belli esset: quantisque administrandum copiis & quot per duces esset.

Cap. XXVI. Fabius ut Romam rediit, & in senatu, & productus ad populum mediam orationem habuit, ut nec augere nec minuere videretur belli famam: magisque in altero assumendo duce aliorum indulgere timori, quam suo aut reip. periculo consulere: cæterum si sibi adjutorem belli, sociumque imperii daretur; quonam modo fe oblivisci P. Decii consulis per tot collegia experti posse? *Neminem omnium secum conjungi malle: & coptarium satis sibi cum P. Decio, & nunquam nimium hostium fore. Sin collega quid aliud malit; at sibi L. Volumnium darent admirem.* Omnium rerum arbitrium & à populo, & à senatu, & ab

ab ipso collega Fabio permissum est. & quum P. Decius se in Samnium, vel in Etruriam proficisci paratum esse oftendisset; tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur victoria animis, triumphusque non bellum decretum consulibus videretur. Invenio apud quosdam, extemplo consulatu inito, profectos in Etruriam Fabium Decium que, sine ulla mentione sortis provinciarum certaminumque inter collegas, quæ exposui. Sunt, quibus ne hæc quidem certamina exponere satis fuerit. adjecerunt & Appii criminationes de Fabio absente ad populum, & pertinaciam adversus præsentem consulem prætoris, & contentionem eque aliam inter collegas; tendente Decio, ut suæ quisque provinciæ sortem tueretur. Constare res incipit ex eo tempore, quo profecti ambo consules ad bellum sunt. Cæterum, antequam consules in Etruriam pervenirent, Senones Galli multitudine ingenti ab Clusio venerunt; legionemque Romanam castraque oppugnaturi. Scipio, qui castris præerat, loco adjuvandam paucitatem suorum militum ratus; in colle qui inter urbem & castra erat, aciem erexit. Sed, ut in re subita, parum explorato itinere ad jugum perrexit, quod ubi superarat, parte alia egressi, ita cæsa ab tergo legio: atque in medio, quum hostis undique urgeret, circumventa. Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non superesset, quidam auctores sunt: nec ante ad consules, qui jam haud procul a Clusio aberant, famam ejus cladis pervenisse, in conspectu fuere Gallorum equites, pectoribus equorum suspensa gestantes capita, & lanceis infixa, ovantesque moris sui carmine. Sunt qui Umbros fuisse, non Gallos tradant: nec tantum cladis acceptum. & circumventis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato Sciponem prætorem subsidium e castris tulisse, victoresque Umbros, redintegrato prælio, victos esse: captivosque eis ac prædam ademptam. Similius vero est, a Gallo hoste quam Umbro eam cladem acceptam, quod, quum sæpe alias, tum eo anno, Gallici tumultus præcipuus terror civitatem tenuit. Itaque præterquam quod ambo consules profecti ad bellum erant cum quatuor legionibus, & magno equitatu Romano, Campanisque mille equitibus delectis ad id bellum missis, & sociorum nominisque Latini majore exercitu, quam Romani; alii duo exercitus haud procul urbe Etruriæ oppositi; unus in Falisco, alter in Vaticano agro. Cn. Fulvius, & L. Postumius Megellus, prorætores ambo stativa in eis locis habere jussi.

Cap. XXVII. Consules ad hostes transgresso Apennino in agrum Sentinatem pervenerunt. Ibi quatuor millium ferme intervallo castra posita. Inter hostes deinde consultationes habitæ. atque ita convenit, ne unis castris miscerentur omnes, neve in aciem descenderent simul. Samnitibus Galli, Etrusci Umbri adjecti. dies indicta pugnæ: Samnitibus Gallisque delegata pugna. Inter ipsum certamen Etrusci Umbriaque jussi castra Romana oppugnare. Hæc consilia turbarunt transfugæ Clusini tres; clam nocte ad Fabium consulem transfressi. qui ediris hostium consiliis dimissi cum donis; ut subinde, ut quæque res nova decreta esset, exploratam referrent. Consules Fulvio, ut ex Falisco, Postumio, ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant, summaque vi fines hostium depopulentur, scribunt. Hujus populationis fama Etruscos ex agro Sentinate ad suos fines tuendos movit. Instare inde consules, ut absentibus iis pugnaretur: per biduum jacesseire prælio hostem. biduo nihil dignum dictu actum. Pauci utrimque cecidere: magisque irritati sunt ad justum certamen animi, quam ad discrimen summa rerum adducta. tertio die descensum in campum omnibus pilis est. Quum instructæ acies starent, cerva fugiens lupum è montibus exacta per campos inter duas acies decurrit: inde diversæ feræ, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit. Lupo data inter ordines via, cervam Galli conjxere. Tum ex antelignanis Romanus miles: *Illac fuga, inquit, & cades vertit, ubi sacram Dianæ feram jacentem videtis. Hinc victor Martius lupus, integer & intactus, gentis nos Martiæ & conditoris nostri admonuit.* Dextro cornu Galli, sinistro Samnites conflixerunt. adversus Samnites Fabius primam tertiam legiones pro dextro cornu, adversus Gallos pro sinistro Decius quintam & sextam instruxit. secunda & quarta cum L. Volumnio proconsule in Samnio gerebant bellum. Primo concursu, adeo æquis viribus gesta res est, ut, si adfuissent Etrusci & Umbri, aut in acie, aut in castris, quocumque se inclinassent, accipienda clades fuerit.

Cap. XXVIII. Cæterum, quamquam communis adhuc Mars belli erat, necdum discrimen fortuna fecerat, qua datura vires eiret: haudquaquam similis pugna, in dextro lævoque cornu erat. Romani apud Fabium arcebant magis quam inferebant pugnam: extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen. quia ita perfusum erat duci, & Samnites & Gallos primo impetu feroces esse, quos inti-

sustinerí sensim retro sit. Ionglore certamine sensim residere Samnitium animos: Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris atque aestus fuere, primaque eorum praelia plusquam virorum, postrema minus quam foeminarum esse. In id tempus igitur, quo vinci solebat hostis, quam integerrimas vires militi servabat. Ferocior Decius, & aetate & vigore animi; quantumcunque virium habuit, certamine primo effudit. & quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat: & ipse fortissimae juvenum turmae immixtus, orat proceres juventutis, ut secum in hostem imperum faciant. Duplicem illorum gloriam fore, si ab levo cornu & ab equite victoria incipiat. Bis avertere Gallicum equitatum. iterum longius evectos, & jam inter media equitum agmina praelium cientes, novum pugnae consurrit genus: essedis, carrisque superstans armatus hostis, ingenti sonitu equorum rotarumque advehitur. & insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos. Ita vilborem equitatum velut lymphatícus pavor dissipat: sternit inde ruentes equos virosque improvida fuga. Turbata hinc etiam signa legionum: multique impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti antesignani: & ut fortuna, ita mul territos hostes vidit, Gallica acies nullum spatium respirandi recipiendique se dedit. Vociferari Decius, *Quo fugerent? quamve in fuga spem haberent?* Obstitere cedentibus, ac revocare fusos. deinde ut nulla vi perculsos sustinere poterat, vertere in. Decium nomine compellans, *Quid ultra moror,* inquit, *familiare fatum? Datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piculia fimus. Jam ego meum legiones hostium mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo.* Haec locutus, M. Livium Pontificem, quem descendens in aciem digredi vetuerat ab se, praeire justit verba, quibus se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret. Devotus inde eadem precatione, eodemque habitu, quo parer Pontificis ad Veiernm bello fuerat, se justerat devoveri. Quum secundum solennes precationes adjecisset, *prae se agere sese, formidinem ac fugam, caedemque ac cruorem, coelestium inferorumque irae. Contestarium funebribus diris signa, tela, arma hostium: locumque eundem suae pestis & Gallorum ac Samnitium fore.* Haec execratus in se hostesque, qua confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferensque se ipse infestis telis interfectus est.

Cap. XXIX. Vix humanae inde opis videri pugna potuit. Romani, duce amisso, quae res terrori alias esse solet, sistere fugam, ac novam de integro velle instaurare pugnam. Galli, & maxime globus circumstans consule corpus, velut alienata mente vana incassum jactare tela. torpere quidam, & nec pugnae meminisse, nec fugae. At ex parte altera pontifex Livius, cui licitores Decius tradiderat, jusseratque proprartorem esse; vociferari, *Victisse Romanos, defunctos consules fato. Gallos Samnitesque Telluris matris ac Deorum Manium esse. Rapere ad se socare Decium devotam secum aciem; funestamque ac formidinis plenam omnia ad hostes esse.* Superveniunt deinde his restituentibus pugnam L. Cornelius Scipio & C. Marcius, cum subsidiis ex novissima acie; jussu Q. Fabii consulis ad praesidium collegae missi. ibi audiurr P. Decii eventus; ingens hortamen ad omnia pro republica audenda. Itaque quum Galli structis ante se scutis conferti starent, nec facilis pede collato videretur pugna; jussu legatorum collecta humi pila, quae strata inter duas acies jacebant, atque in testudinem hostium conjecta: quibus perfricque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus: ita, ut magna pars integris corporibus attoniti conciderent. haec in sinistro cornu Romanorum fortuna variaverat. Fabius in dextro cornu primo (ut ante dictum est) cunctando extraxerat diem. deinde, postquam nec clamor hostium, nec impetus, nec tela missa, eandem vim habere vita; praefectis equitum justis ad latus Samnitium circumducere alas, ut signo dato in transversos quanto maximo possent imperu incurrerent; sensim suos signa inferre justit. & convovere hostem. Postquam non resisti vidit, & haud dubiam lassitudinem esse, tum collectis omnibus subsidiis, quae ad id tempus reservaverat, & legiones concitavit & signum ad invadendos hostes equitibus dedit. Nec sustinuerunt Samnites impetum, praeterque aciem infam Gallorum, resistis in dimicatione focis, ad castra effuso cursu ferebantur. Galli testudine facta conferti stabant. Tum Fabius, audita morte collegae, Campanorum alam, quingentos fere equites, excedere acie jubet: & circumvectos a tergo Gallicam invadere aciem. tertiae deinde legionis subsequi principes, & qua turbatum agmen hostium videretur imperu equitum, instare ac territos caedere. Ipse eadem Jovi Victori, spoliaque hostium quum vovisset, ad castra Samnitium perrexit: quo

quo multitudo omnis conſternata agebatur ſub ipſo vallo. Quia tantum Samnitibus dienem portæ non recepere, tentata ab excluſis turba ſuorum pugna eſt. Ibi Gellius Egnatius Imperator Samnitium cecidit. compulſi deinde intra vallum Samnites: parvoque certamine capta caſtra, & Galli à tergo circumventi. Multitudinem vigintiquinque millia, octo capta, nec incruenta victoria fuit. Nam ex P. Decii exercitu caſa ſeptem millia; ex Fabii, mille ac ducenti. Fabius, dimiſſus ad quærendum collegæ corpus, ſpolia hoſtium conſecta in aceruum Jovi Victori cremavit. Conſulis corpus eo die, qua obrutum ſuperſtrauis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit. poſtero die inventum, relatumque eſt cum multis militum lacrimis. Intermiſſa inde omnium aliarum rerum cura, Fabius collegæ funus ornat honore laudibuſque meritis celebrat.

Cap. XXX. Et in Etruria per eos dies ab Cn. Fulvio proprætore res ex ſententia geſta; & præter ingentem inlatam populationibus agrorum hoſti cladem, pugnatum etiam egregie eſt: Perſuſinorumque & Clusinorum cæſa amplius octa millia, & ſigna militaria ad viginti capta. Samnitium agmen quum per Pelignum agrum fugeret, circumventum à Peligni eſt. ex millibus quinque ad mille cæſi. Magna ejus diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama eſt; ſed in ea quoque ſpecia mirabile, præcipiere quidam augendo fidem: qui in hoſtium exercitu peditum quadraginta millia trecentos triginta, equitum ſex millia, mille carpentorum ſcripſere fuiſſe: ſcilicet cum Umbris, Tuſciſque; quos & ipſos pugnæ affuiſſe. & ni Romanorum quoque augeretur copia, L. Volumnium proconſulem, conſulibus, exercitumque ejus legionibus conſulum adjiciunt. In pluribus annalibus duorum ea conſulum propria victoria eſt. Volumnius in Samnio interim res geſſit, Samnitiumque exercitum in Trifernino montem compulſum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque. Q. Fabius Deciano exercitu relicto in Etruria, ſuis legionibus deductis ad urbem, de Gallis Etruſciſque ac Samnitibus triumphavit. milites triumphantem ſecuti ſunt. Celebrata inconditis carminibus non magis victoria Q. Fabii, quam mors præclara P. Decii eſt: excitataque memoria parentis, æquata eventu publico privatoque filii laudibus. Data ex præda militibus æris octogeni bini, ſagaque & tunicæ; præmia illa tempeſtate militiæ haudquaquam ſpernenda.

Cap. XXXI. His ita rebus geſtis, nec in Samnitibus adhuc nec in Etruria pax erat. nam & Perufinis auctoribus poſt deductum ab conſule exercitum rebellatum fuerat: & Samnites prædatum in agrum Veſcinum Formianumque, & parte alia in Æſerniacum, quæ Vulturno adjacent flumini, deſcendere. Adverſus eos Appius Claudius prætor cum exercitu Deciano miſſus. Fabius in Etruria rebellante denuo, quatuor millia & quingentos Perufinorum occidit: cepit ad mille ſeptingentos quadraginta: qui redempti finguli æris trecenis decem. præda alia omnis militibus conceſſa. Samnitium legiones quum parum Ap. Claudius præſtet, partim L. Volumnius proconſul ſequeretur; in agrum Stellatem convenerunt. ibi & Samnitium legiones omnes conſidunt, & Appius Volumniuſque caſtra conjungunt. Pugnatum infeſtiſſimis animis; hinc ira ſtimulante adverſus rebellantes tories; illinc ab ultima jam diſſimulantibus ſpe. Cæſa ergo Samnitium ſexdecim millia trecenti, capta duo millia ſeptingenti. ex Romano exercitu cecidere duo millia ſeptingenti. Felix annis bellicis rebus, peſtilentia gravis, prodigiiſque ſolicitus. nam & terram multifariam pluiſſe, & in exercitu Appii Claudii priſcæque fulminibus ictos, nunciatum eſt, librique ob hæc aditi. Eo anno Q. Fabius Gurges conſulis filius aliquot matronas ad populum ſtupri damnatas pecunia mulctavit. ex quo multaticio ære Veneris ædem, quæ prope Circum eſt, faciendam curavit. Superſunt etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen, annumque ſexcrum & quadrageſimum, à M. Valerio, A. Cornelio conſulibus, qui primi Samnio arma inrulerunt, agimus: & ne tot annorum clades utriuſque gentis laboreſque actos nunc recenſendo, oribus nequiverint tamen duriora pectora vinci; proximo anno Samnites in Sentinati agro, Peligni, ad Trifernum, Stellatibus campis, ſuis ipſi legionibus, miſi alicnis, ab quatuor exercitibus quatuor, ducibus Romanis cæſi fuerant, imperatorem quidem unum gentis fuæ amiſerant: ſocios bello Etruſcos, Umbros, Gallos, in eadem fortuna videbant, qua ipſi erant, nec ſuis nec externis viribus jam ſtare poterant; tamen bello non abſtinebant, adeo ne infeliciter quidem defenſæ libertatis tædebat: & vinci, quam non tentare victoriam, malebant. Quinam ſit ille, quem non pigeat longinquitatis bellorum ſcribendo legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt?

Cap. XXXII. Q. Fabium, P. Decium, L. Poſtumius Megellus, & M. Atilius Regulus, conſules ſecuti ſunt. Samnium ambobus decreta provincia

vincia est, quia tres scriptos hostium exercitus, uno Etruriam, altero populationes Campaniæ repeti, verium tuendis parari finibus fama erat. Postumium valetudo adversa Romæ tenuit: Atilius cum exercitu exemplo profectus, ut in Samnio hostes (ita enim placuerat Patribus) nondum egressos opprimeret. Velut ex compositio ibi obvium habuere hostem: ubi & intrare, nedum vastare ipsi Samnitium agrum prohiberentur: & egredi inde in pacata sociorumque populi Romani fines Samnitem prohiberent. Quum castra castris collata essent, quod vix Romanus toties victor auderet, ausi Samnites sunt (tantum desperatio ultima temeritatis facit) castra Romana oppugnare. & quamquam non venit ad finem tam audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit. Nebula erat ad multum diei; densa adeo, ut lucis visum eriperet; non propectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu. Hac velut latebra infidiarum freti Samnites, vix dum satis certa luce, & eam ipsam premente caligine, ad stationem Romanam in porta segniter agentem vigilias perveniunt. Improviso oppressis, nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit. Ab tergo castrorum decumana porta impetus factus, itaque scutum quæstoribus: quæstoque ibi L. Opimius Pansa occisus, conclamatum inde ad arma.

Cap. XXXIII. Consul tumultu excitus, cohortes duas sociorum, Lucanam Suessanamque, quæ proximæ forte erant, tueri prætorium jubet: manipulos legionum principali via inducit. Vixdum satis aptatis armis, in ordines eunt: & clamore magis quam oculis hostem nosCunt: nec quantus numerus sit, æstimari potest. Cedunt primo ingenti fortunæ fugæ, & hostem introrsum in media castra accipiunt. inde quum consul vociferaretur, expulisse extra vallum, castra deinde sua oppugnaturi essent, rogitans; clamore sublato connixi primo resistunt: deinde inferunt pedem, urgentque, & impulsos semel terrore eodem agunt, quo cœperunt. Expelluntextra portam vallumque. Inde pergere ac perfequi (quia turbida lux merum circa infidiarum faciebat) non ausi, liberatis castris contenti, receperunt se intra vallum; trecentis ferme hostium occisis. Romanorum stationis primæ, vigilumque, & eorum qui circa quæstorium oppressi, periere ad ducentos triginta. Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit, & non modo proferre inde castra Romanum, sed ne pabulari quidem per agros suos patiebantur. retro in pacatum Soranum agrum pabulatores ibant. Quarum rerum fama, tumultuosior etiam, quam res erant, perlata Romam, coegit L. Postumium consulem, vix dum validum, proficisci ex urbe, prius tamen quam exire; militibus edicto soram justis convenire. Ipse ædem Victoriæ, quam ædilis curulis ex multaticia pecunia faciendam curaverat, dedicavit. Ita ad exercitum profectus, ab Sora in Samnium ad castra colleganperrexit. inde postquam Samnites, diffisi duobus exercitibus resistipossse, recesserunt; diversi consules ad vastandos agros urbesque oppugnandas discedunt.

Cap. XXXIV. Postumius Milioniam oppugnare adortus, vi primo atque impetu, deinde postquam ea parum procedebant, opere ac vineis admum injunctis munire cepit. Ibi capta jam urbe ab hora quarta usque ad octavam fere horam, omnibus partibus urbis diu incerto eventu pugnatum est. postremo potitur oppido Romanus. Samnitium cæsi tria millia ducenti: capti quatuor millia decem, præter præcæ aliam. Inde Ferentinum ductæ legiones. unde oppidani cum omnibus rebus suis, quæ ferri agique potuerunt, nocte per aversam portam silentio excesserunt. Igitur simul advenit consul, primo ira compositus instructusque mœnibus accessit; tanquam idem, quod ad Milioniam fuerat, certaminis foret: deinde ut silentium vastum in urbe, nec arma nec viros in turribus ac muris vidit, avidum invadendi deserta mœnia militem detinet; ne quam occultam in fraudem incautus rueret. Duas turmas sociorum Latini nominis cum equitare mœnia atque explorare omnia jubet. equites portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes conspiciunt, itineribusque iis vestigia nocturnæ hostium fugæ. Adequitant deinde sensim portis, urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conspiciunt: ad consulem referunt. excessum urbe solitudine haud dubia persuasum esse, & recentibus vestigiis fugæ, ac strage rerum in trepidatione nocturna passim relictarum. His auditis consul ad eam partem urbis, qua adierant equites, circumducit agmen: constitutisque haud procul porta signis, quinque equites jubet intrare urbem, & modicum spatium progressos, tres manere eodem loco, si tuta videantur: duos explorata ad se referre. Qui ubi redierunt, retulerunt que, eo se progressos, unde in omnes partes circumspectus esset, longe lateque silentium ac solitudinem vidisse; extemplo consul cohortes expeditas in urbem induxit: cæteros interim castra communire jussit. ingressi milites, refractis foribus, paucos graves ætate aut invalidos inveniunt, relictaque quæ migra-

migratu difficilia essent. Ea direpta, & cognitum ex captivis est, commutato consilio aliquot circa turbes conscisse fugam, suos prima vigilia profectos. credere eandem in aliis urbibus solitudinem inventuros. Dictis captivorum fides exstitit: desertis oppidis consul potitur.

Cap. XXV. Alteri consuli M. Atilio, sequaquam tam facile bellum fuit, quum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat. Ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. Ibi ira vires æquavit. Prælium varium & anceps fuit. tristius tamen eventu Romanis; & quia insueti erant vinci; & quia diligentiores magis quam in ipso certamine fenserunt, quantum in sua parte plus vulnerum ac cædis fuisset. Itaque is terror in castris ortus, qui ii pugnantes cepisset, infignis accepta clades foret. Tum quoque sollicita nox fuit; jam invitum castra Samnitem credentibus, qui prima luce cum victoribus conferendas manus. Minus cladis (cæterum non plus animorum) ad hostes erat. ubi primum illuxit, abire sine certamine cupiunt. Sed via una, & ea ipsa præter hostes, erat. qua ingressi, præbuere faciem fecta Samnitium ad castra oppugnanda. Consul arma capere milites jubet, & sequi se extra vallum. legatis, tribunis, præfectis fociorum imperat, quodcapud quemque facto opus est. Omnes affirmant, se quidem omnia facturos, sed militum jacere animos. tota nocte vineres, & gemitus morientium vigilatum esse. Si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse, ut relictæ signa fuerint: nunc pudore à fuga contineri, alioquin pro victis esse. Quæ ubi consul accepit, fibimetipsi circumeundos alloquendosque milites ratus, ut ad quoslibet generat. cunctantes arma capere, increpabat; Quid cessarent, rogitversari cunque? Hostem in castra venturum, nisi ibi extra castra exsistent: & protentorii suis pugnaturos, si pro vallo nollent. armatis dimicantibus haud dubium victoriæ esse. Qui nudus atque inermis hostem maneat, ei aut mortem, aut servitutem patiendam. Hæc jurganti increpantique respondebant, confectos se pugna hesterna esse: nec virium quicquam, nec sanguinis superesse. majorem multitudinem hostium apparere, quam pridie fuerit. Inter hæc appropinquabat agmen: & jam brevior intervallo certiora intuentes, vallum fecum portare Samnitem affirmant. nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint. Tunc enimvero consul indignum factum esse, vociferari, tantam contumeliam ignominiamque ab ignavissimo accipi bello. Etiam ne circumvallabimur, inquit, in castris, ut fame potius pro ignominiam, quam ferro, si necesse est, per virtutem moriamur? Dii bene verterent, facerentque quod se dignum quisque ducerent. Consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum adversus hostes: castramque inter signa Samnitium potius, quam circumvallari castra Romana videat. Dicta consulis, legati, tribunique, & omnes turmæ equitum, & centuriones primorum ordinum, approbavere. Tum pudore victus miles ingreditur arma capit, egreditur è castris egreditur. longo agmine, nec continenti, moesti ac prope victi profecunt versus hostem, nec spe, nec animo certiorem. Itaque simul conspecta sunt Romana signa, extemplo à primo Samnitium agmine ad novissimum fremitus perfertur. Exire, id quod timuerint, ad impediendum iter Romanos. Nullum inde fuga quidem patere viam. illo loco aut cadendum esse, aut stratis hostibus per corpora eorum evadendum.

Cap. XXXVI. In medio farcinas conjiciunt: armati suis quisque ordinibus instruunt aciem. Jam exiguum inter duas acies erat spatium: & stabant exspectantes duces ab utrisbus prius imperus, prius clamor inciperet. neutris aninus est ad pugnandum. Diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent. sua sponte inter invitos tergiversanteque ignis pugna, clamore incerto atque impari, copit: nec vestigio quisquam movebatur. Tum consul Romanus, ut ram excitaret; equitum paucas turmas extra ordinem immisit: quorum quum plerique delapsi ex equis essent, & alii turbati; & ab Samnitium acie ad opprimendos eos qui ceciderant, & ad suos tuendos ab Romanis procurfum est. Inde paullulum irritata pugna est, sed aliquanto & impigre magis, & plures procurrerunt Samnites: & turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcavit. hinc fuga cœpta totam avertit aciem Romanam. Jamque in terga fugientium Samnites pugnabant, quum consul equo prævectus ad portam castrorum, ac statione equitum ibi opposita, edicioque, Ut quicumque ad vallum pergeret, sive ille Romanus, sive Samnis esset, pro hoste haberent; hæc ipsa minitans, obstitit profuse tendentibus fuis in castra. Quo pergis, inquit, miles? & hic arma & viros invenies. nec vivo consule tuo nisi victor castra intrabis. Proinde eligo, cum cive, an hoste pugnare malis. Hæc dicente consule, equites infestis cuspidibus circumfunduntur, ac pedirem in pugnam redire jubent. Non virtus solum consulem,

sed fors etiam adjuvit; quod non insiterunt Samnites: spatiumque circumagendi signa. verteudique aciem à castris in hostem fuit. Tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inferre: & offendere suis, paucos & ordinibus incompositis etiamsi venire hostes. Inter hæc consul, manus ad cœlum attollens, voce clara ita ut exaudiretur, templum Jovi Statori vovet; si constitisset à fuga Romana acies, redintegratoque prælio ceciditse vicissetque legiones Samnitium. Omnes undique annisi ad restituendam pugnam, duces, milites, peditum equitumque vis. nunmen etiam Deorum refpexisse nomen Romanum vitum: adeo facile inclinata res, repulsique à castris hostes: mox etiam redacti ad eum locum, in quo commissa pugna erat. Ibi, obiecente farcinarum acervo, quas conjecerant in medium, hæsere impediti: deinde ne diriperentur res, orbem armatorum farcinis circumdant. Tum vero eos à fronte urgere pedites, à tergo circumvecti equites. ita in medio cæti capique. captivorum numerus fuit septem millium ac trecentorum, qui omnes nudi sub jugum missi. cæsos retulere ad quatuor millia octingentos. Ne Romanis quidem læta victoria fuit; recensente consule biduo acceptam cladem. amissorum militum numerus relatus septem millia trecenti. Duæ hæc in Apulia gerebantur, altero exercitu Samnitem Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina est, occupare conati; urbem non tenuerunt: agros depopulati quum prædam aliam inde missam hominum atque pecudum, colonosque captos agerent; in victorem incidunt consulem, ab Lucerio redeuntem: nec prædam deinde amittunt, sed ipsi longo ac impedito agmine incompositi cæduntur. Consul Interamnam, edicto dominis, ad res suas noscendas recipiendasque, revocatis, & exercitu ibi relicto, comitiorum causa Romam est profectus. Qui de triumpho agenti negatus honos: & ob amissa tot millia militum, & quod captivos sine pactione sub jugum mississet.

Cap. XXXVII. Consul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, in Etruriam traducto exercitu, primum pervadavetat Volsiniensem agrum: deinde cum egressus ad tuendos fines, haud procul mœnibus ipsorum depugnat. duo millia c c Etruscorum cæsi: cæteros propinquitas urbis rutara est. In Rosellanum agrum exercitus traductus: ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam exoppugnatum: capta amplius duo millia hominum, minus duo millia circa muros cæsa. Pax tamen clarior majorque, quam bellum in Etruria eo anno fuerat, parta est. Tres validissimæ urbes, Etruriæ capita, Volsinii, Perusia, Arretium, pacem petiere; & veltimentis militum, frumentoque pacti cum Consule, ut mitti Romam oratores liceret, inducias in quadraginta annos impetraverunt. mulcta pratens, quingentum millium æris in singulas civitates impolita. Ob hasce res gestas consul quum triumphum ab senatu moris magis causa, quam spe impetrandi petisset, videretque alios quod tardius ab urbe exisset; alios, quod injussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, partim suos inimicos, partim collegæ amicos, ad solatium æquatæ repulsæ tibi quoque negare triumphum; *Non ita*, inquit, *Patres Conscripti, vestra ambitio est memorata, ut me consulem esse obliviscar. eodem jure imperii, quo bella gessi, bellis feliciter gestis, Samnio atque Etruria subactis, victoria & pace parta triumphabo.* Ita senatum reliquit. Inde inter tribunos plebis contentio orta, pars intercessionem ne novo exemplo triumpharet, jiebant: pars auxilio se adversus collegas triumphanti futuros. Jactata res ad populum est: vocatusque eo consul, quum L. Horatium, Marcum Valerium consules, C. Marcium Rutilum nuper patres factos, qui nunc consulares, non ex auctoritate senatus, sed jussu populi triumphasse diceret; adjiciebat, *se quoque lautum fuisse ad populum, ni feliret mancipia nobilium tribunos plebis legem impeditoros: voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus justis esse, ac futurum.* Posteaquam die statuta tribunorum plebis trium, adversus intercessionem septem tribunorum, & consensum senatus, celebrante populo diem, triumphavit. Et hujus anni pacem constans memoria est. Postumium, auctor est Claudius, in Samnio carpis aliquot tribibus, in Apulia fuisse fugatumque. fauciumque ipsum cum paucis Luceriam compulsum: ab Attilio in Etruria res gestas; eumque triumphasse. Fabius, ambos Consules in Samnio, & ad Luceriam res gessisse scribit, traductumque in Etruriam exercitum (fed ab utro confule non adjecit) & ad Lucerium utrimque multos occisos, inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum, id est locus templo effatus, jam sacratus fuerat. Cæterum hoc demum anno, ut ædem etiam fieri senatus juberet, ejusdem voti damnata republica, in religionem venit.

Cap. XXXVIII. Sequitur hunc annum & consul infignis, L. Papirius Cursor, qua paterna gloria, qua sua;

sua: & bellum ingens victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem, præter L. Papirium patrem consulis pepererat, & forte eodem conatu apparatuque omni opulentia insignium armorum, bellum adornaverant: & Deorum etiam adhibuerant opes ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus; delectu per omne Samnium habito nova lege: ut qui juniorum non convenissent ad imperatorium edictum, quique injussu abissent, caput Jovi sacratum esset. Tum exercitus omnis Aquilioniam est indictus. ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt. Ibi mediis fere castris locus est conspectus, craticus, pluteisque, & lineis contectus; patens ducentos maxime pedes in omnes partes patentes. Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum, sacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu, qui se id sacrum petere affirmabat ex vetusta Samnitium religione: qua quondam usi mares eorum fuissent, quum adimendæ Erruscis Capuæ clandestinum cepissent consilium. Sacerdote perfecto, per viatorem imperator acciri jubebat nobilissimum quemque genere factisque. singuli introducebantur. Erat quum alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset: tum in loco circa omni contecto æræ in medio, victimaque circa cæsæ, & circumstantes centriones strictis gladiis. Admovebatur alaribus miles, magis ut victima, quam ut sacri particeps: adigebaturque jurejurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum. Dein jurare cogebatur diro quodam carmine in execrationem capitis familiæque & strictis composito, nisi isset in prælium, quo imperatores duxissent: & si aut ipse ex acie fugisset, aut si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. Id primo quidam abnuentes juraturos fe, obtruncari circa altaria stant jacentes deinde inter dirarum victimarum, documento cæteris fuere, ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum, ut vir virum legerent, donec sexdecim millium numerum confecissent: ea legio linteata ab interpumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est. His arma insignia data, & cristatæ galeæ, ut inter cæteros eminerent. paulo plus viginti millium alius exercitus fuit, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni dibar. hic hominum numerus quod roboris erat, ad Aquilonlam confedit.

Cap. XXXIX. Consules profecti ab urbe: prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Attilius superioris anni consul in agro Interamnati reliquerat, decreræ erant, cum eis in Samnium profectus, dum hostes operati superstitionibus consilia secreta agunt, Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit. Cæsa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti: capta quatuor millia ducenti septuaginta. Papirius novo exercitu (ita decretum erat) scripto, Duronium urbem expugnavit: minus quam collega cepit hominum, plus aliquanto occidit. præda opulenta utrobique est parta. Inde pervagati Samnium consules, maxime depopulato Atinate agro; Carvilius ad Cominium, Papirius ad Aquilonium (ubi summa rei Samnitium erat) pervenit. ibi aliquandiu nec cessatum ab armis est, neque graviter pugnatum; lacessendo quietos, resistentibus cedendo: comminandoque magis quam inferendo pugnam dies absumebatur; quod quum inciperetur, remitteretur que, omnium rerum eriam parvarum eventus proferebatur in dies. Altera Romana castra vigilium millium spacio aberant; & absentis collegæ consilia omnibus gerendis intererant rebus. intentioque Carvilius, quo majore discrimine res vertebatur, in Aquilonlam, quam ad Cominium, quod obsidebat, erat. L. Papirius jam per omnia ad diniicandum satis paratus, nuncium ad collegam mittit; *sibi in animo esse, postero die, si per auspicia licuerit, confligere cum hoste. Opus esse & illum quanta maxima vi posset, Cominium oppugnare: ne quid laxamenti sit Samnitibus ad subsidia Aquilonlam mittenda.* Diem ad proficiscendum nuncius habuit: nocte reginit; approbare collegam consulta referens. Papirius, nuncio misso, extemplo concionem habuit; multa de præsenti hostium apparatu, vana magis specie quam efficaci ad eventum, disserut. *Non enim crinias vanique sacris; & per pulvinaque auratæ scuta transire Romanum pilum: & candore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro geratur, cruentari. Auream olim atque argentcam Samnitium aciem à parente suo occidione occisam: spoliaque eo honestiora victori hosti, quam ipsis arma fuisse. Datum hoc forsan nomini familiæque suæ, ut adversus maximos conatus Samnitium, opponerentur duces, spoliaque ea referrent, quæ insignia publicis etiam locis decorandis essent. Deos immortales adesse propter vetes petita fædera, toties rupta: tum si qua conjectura mentis divinæ sit, nulli unquam exercitui fuisse infestiores, quam qui nefando sacro mista hominum pecudumque cæde respersus, accipiti Deum iræ devotus, hinc fæde-*

fœderum cum Romanis Horum teſtes Deos, hinc jurejurandi adverſus fœdera ſuſcepti execrationes horrens, invitus juraverit, oderit ſacramentum; uno tempore Deos, cives, hoſtes metuat.

Cap. XL. Hæc comperta perfugarum indiciis, quum apud infenſos jam ſua ſponte milites diſſeminaſſet; ſimul divinæ humanæque ſpei pleni, clamore conſentienti pugnam poſcunt: pœnitet in poſterum diem dilatum certamen: moram diei noctiſque oderunt. Tertia vigilia noctis, jam relatis literis a collega, Papirius ſilentio ſurgit, & pullarium in auſpicium mittit. Nullum erat genus hominum in caſtris intactum cupiditate pugnæ: ſummi infimique æque intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem ſpectabat. Is ardor omnium etiam ad eos qui auſpicio inter

metuunt. Peditum agmen, quod superfuit pugnæ, in castra ad Aquilonium compulsum est. nobilitas equitesque Bovianum petfugerunt: equites eques sequitur, peditem pedes, ac diversa cornua, dextrum & castra Samnitium, lævum ad urbem tendit. Prior aliquanto Volumnius castra cepit: ad urbem Scipioni majore restitutur vi; non quia plus animi victus esset, sed melius muri quam vallum armatos arcent. inde lapidibus propulsant hostem. Scipio, nisi in primo pavore, priusquam colligerentur animi, trajecta res esset, lentiorem fore munitæ urbis oppugnationem ratus, interrogat milites. *Satin' æquo animo paterentur ab altero cornu castra capta esse: se victores pelli à portis urbis?* Reclamantibus universis, primus ipse scuto super caput elato pergit ad portam: fecuti alii testudine facta in urbem perrumpunt: deturbatisque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupavere. penetrare interiora urbis, quia pauci admodum erant, non audent.

Cap. XLII. Hæc primo ignorare consul, & intentus reciperido exercitui esse: Jam enim præceps in occasum Sol erat: & appetens nox, periculosa & suspecta omnia etiam victoribus faciebat. Progressus longius ab dextera, castra capta videt. ab læva clamorem in urbe, mistum pugnantium ac paventium fremitu esse. & tum forte certamen ad portam erat. Advectus deinde equo propius, ut suos in muris videt; nec jam integri quicquam esse, quoniam temeritate paucorum magnæ rei partæ occasio esset; acciri, qui recuperata copias, signaque in urbem inferri justit. Ingressi proxima ex parte, quia nox appropinquabat, quievere. nocte oppidum ab hostibus desertum est. Cæsa illo die ad Aquilonium Samnitium millia triginta trecenti quadraginta: capta trigita millia octingenti & septuaginta: signa militaria nonaginta septem. Cæterum illud memoriæ traditur; non ferme alium ducem lætiorem in acie visum; seu suopte ingenio seu fiducia bene gerundæ rei. Ab eodem robore animi neque controversio auspicio revocari à prælio potuit, & in ipso diffirmine quo templa Diis immortalibus voveri mos erat, voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi, priusquam temerum biberet, sese facturum. id vorum Diis cordi fuit: & auspicia in bonum verterunt.

Cap. XLIII. Eadem fortuna ab altero consule ad Cominium gesta res. Prima luce ad mœnia omnibus copiis admotis, corona cinxit urbem: subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis oppositi. Jam signum dantem eum nuncius à collega trepidus de viginti cohortium adventu, & ab impetu moratus est, & partem copiæ revocare inftructam intentamque ad oppugnandum; coegit. D. Brutum Scævam legatum cum legione prima, & viginti cohortibus alaribus equitatuque ire adversus subsidium hostium justit: quocunque in loco fuisset obvius, obsistere ac morari: manumque, si forte ita res poscret, conferret: modo ne ad Cominium ea copiæ admoveri possent. Ipse scalas ferri ad muros ab omni parte urbis justit, ac testudine ad portas succedit. simul & refringebantur, portæ & vis undique in muros fiebat. Samnites, sicut antequam in muris viderint armatos, fatis animi habuerunt ad prohibendos urbis aditu hostes; ita postquam jam non ex intervallo nec missilibus, sed cominus gerebatur res, & qui ægre succedebant ex plano in muros, loco, quem magis timuerant, victo, facile in hostem imparem ex æquo pugnabant; relictis turribus muralique in forum omnes compulsi, pauliper inde tentaverunt extremam pugnæ fortunam. Deinde, abjectis armis, ad quindecim millia hominum & quadringenti in fidem consulis venerunt. cæsa ad quatuor millia trecentos octoginta. Sic ad Cominium, sic ad Aquilonium gesta res. Inde medio inter duas urbes spatio, ubi tertia expectata erat pugna, hostes non inventi, septem millia passuum quum abessent à Cominio, revocati ab suis neutri prælio occurrerunt. Primis ferme tenebris quum in conspectu jam castra, jam Aquilonium habuissent, clamore eos utrimque par accidens sustinuit: deinde è regione castrorum, quæ incensa ab Romanis erant; flamma late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit. Eo ipso loco prope temere sub armis sträti passim, inquietum omne tempus noctis, exspectando timendoque lucem egere. prima luce incerti quam in partem intenderent iter, repente in fugam consternantur conspecti ab equiribus: qui egressos nocte ab oppido Samnites persecuti, viderant multitudinem, non vallo, non stationibus firmatam. Conspecta & ex muris Aquilonia ea multitudo erat: jamque etiam legionariæ cohortes sequebantur. Cæterum nec pedes fugientes persequi potuit: & ab equite noviffimi agminis ducenti ferme & octoginta interfecti. Arma multa, pavidi ac signa militaria duodeviginti reliquere. alio agmine incolumi, vix ea tanta trepidatione Bovianum perventum est.

Cap. XLIV. Lætitiam utriusque exercitus Romani auxit & ab altera parte feliciter gesta res. uterque ex alterius sententia consuli captum oppidum diripiendum militi dedit: exhaustis deinde tectis, ignem injecit, eodem-

eodemque die Aquilonia & Cominium deniagravere: & consules cum gratulatione mutua legionum itaque, castra conjunxere. In conspectu duorum exercituum & Carvilius suos pro cujusque merito laudavit, donavitque; & Papirius, apud quem multiplex in acie, circa castra, circa urbem, fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papirium, fratris filium, & quatuor centuriones, manipulumque hastatorum, armillis aureisque coronis donavit: Nautium propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hostes: juvenem Papirium, propter navatam cum equitatu & in praelio operam, & nocte qua fugam Samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit: centuriones, militesque, quia primi portam murumque Aquiloniae ceperant. equites omnes ob insignem multis locis operam, cornicalis armillisque argenteis donat. Consilium inde habitum, quum jam tempus esset deducendi ab Samnio exercitus aut utriusque, aut certe alterius. Optimum visum, quo magis fractae res Samnitium essent, eo pertinacius & infestius agere caetera, & perfequi: ut perdomitum Samnium insequentibus consulibus tradi posset. *Quando jam nullius esse hostium exercitus, qui signis collatis dimicaturus videretur, unum superesse belli genus, urbium oppugnationes; quarum per excidia militem locupletare praeda, & hostem pro aris ac focis dimicantem conficere possent.* Itaque literis missis ad senatum populumque Romanum de rebus ab se gestis, diuerti, Papirius ad Sepinum, Carvilius ad Volanam oppugnandam legiones ducunt.

Cap. XLV. Literae consulum, ingenti laetitia, & in curia & in concione auditae. & quatridui supplicatione publicum gaudium privatis laudibus celebratum est. nec populo Romano magna solum, sed peropportuna etiam ea victoria fuit, quia per idem forte tempus rebellasse Etruscos allatum est. Subibat cogitatio animum, quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset, si quid in Samnio adversi venisset, quae conjunctione Samnitium erecta, quoniam ambo consules omnisque Romana vis aversa in Samnium esset, occupationem populi Romani pro occasione rebellandi habuisset. Legationes sociorum à M. Attilio praetore in senatum introductae, querebantur, uti & vastari agros à finitimis Etruscis, quod defecisse à populo Romano nollent. Obtestabanturque Patres conscriptos, ut se à vi atque injuria communium hostium tutarentur. Responsum legatis, Curae senatui futurum, ne socios fidei suae poeniteret. Etruscorum propediem eandem fortunam, quam Samnitium, fore. Segnius tamen, quod ad Etruriam ab bat, acta res esset, ni Falisci quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant, allatum foret, arma Etruscis junxisse. Hujus propinquitas populi acuit curam Patribus, ut feciales mittendos ad res repetendas censerent. quibus non redditis, ex auctoritate Patrum jussu populi Fetialium Falisci indictum est: justique consules fortiri, uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret. Jam Carvilius Volanam, & Palumbinum, & Herculaneum ex Samnitibus ceperat: Volanam intra paucos dies, Palumbinum eodem quo ad murum accessit. Ad Herculaneum bis eriam signis collatis ancipiti proelio, & cum majore fua quam hostium jactura, dimicavit. Caltris deinde potitis, moenibus hostem includit, oppugnarum oppidum, captumque. In his tribus urbibus capta aut caesa, ad decem millia hominum: ita, ut pavore admodum pleraque perrentur. Sortientibus provincias consulibus, Etruria Carvilio evenit, secundum vota militum, qui vim frigoris jam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Sepinum major vis hostium resistit. saepe in acie, saepe in agmine, saepe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnatum: neque obsidio, neque bellum ex aequo erat: non enim muris magis se Samnites, quam armis ac viris moenia tutabantur. Tandem pugnando in obsidionem justam coegit hostes: obsidendoque, vi atque operibus urbem expugnavit. atque ab ea plus caedis editum capta urbe: septem millia quadringenti caesi: capta minus tria millia hominum: praeda, quae plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas, militi concessa est.

Cap. XLVI. Nives jam omnia opplevérant, nec durari extra tecta poterat: itaque consul de Samnio exercitum deduxit. Venienti Romam triumphus omnium consensu est delatus. triumpharit in magistratu, intigni, ut illorum temporum habitus erat, triumpho. Pedites equitesque insignes donis tranliere, ac tanti caesi sunt: multae civicae coronae vallaresque ac murales conspectae. Inspectata spolia Samnitium: & decore ac pulchritudine paternis spoliis, quae nota frequenti publicorum ornatu locorum erant, comparabantur. nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis, ducesti: aeris gravis transvecta vicies centies millies & quingenta triginta tria millia: id aes redactum ex captivis dicebatur. argenti, quod captum ex urbibus erat, P. M. CCCXXX. omne aes argentumque in aerarium conditum. Militibus nihil datum ex praeda est, auctio-

auxiliaque ea invilia est ad plebem, quod tributum eidem in stipendium militium collatum est: quum, si præta gloria fuisset captivæ pecuniæ in ærarium illatæ, & militi tum dari ex præda. & stipendium militare præstari potuisset. Ædem Quirini, quam in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio (neque hercule tam exiguo tempore perficere potuisse) ab dictatore patre vovam filius consul dedicavit exornavitque hostium spoliis. quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque his ornaretur, sed foelis etiam coloniisque finitimis ad templorum locorumque publicorum ornatum dividerentur. A triumpho exercitum in agrum Veientium, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit. Inter hæc Carvilius consul in Etruria Trolium primum oppugnare adortus, quadringentos septuaginta ditissimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret, dimisit: cæterum multitudinem oppidumque ipsum vi cepit. Inde quinque castella, loris & munitis, expugnavit. Casa ibi hostium duo millia quadringenti: minus duo millia capti. & Falisci is pacem peterentibus annuas inducias dedit: pactus centum millia gravis æris, & stipendium ejus anni militibus. His rebus actis ad triumphum decessit: ut minus clarum de Samnitibus, quam collegæ triumphus fuerat; ita cumulo Etrusci belli æquatum. Æris gravis tulit in ærarium trecenta nonaginta millia: de reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locavit: prope ædem eidem Deæ ab rege Servio Tullio dedicatam: & millibus ex præda centenos binos asses & alterum tantum centurionibus atque equitibus (malignitate collegæ gratius accipientibus munus) divisit. Favor consulis futurus ad populum est L. Peditumium legatum ejus: qui dicta die à M. Scantio tribuno plebis, fugerat in legationem (ut fama ferebat) populi judicium: jactarique magis, quam peragi accusatio ejus poterat.

Cap. XLVII. Exacto jam anno novi tribuni plebis magistratum inierant: iisque ipsis, quia virio creati erant, quinque post dies alii suffecti. Lustrum conditum eo anno est à P. Cornelio Arvina, C. Marcio Rutilo, censoribus: censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo. Censores vicesimi sexti à primis censoribus: lustrum undevicesimum fuit. Eodem anno, coronati primum ob res bello bene gestas, ludos Romanos spectaverunt; palmaque, tum primum transiata è Græcia more, victoribus datæ. Eodem anno ab ædilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis, via à Martis silice ad Bovillas strata est. Comitia consularia L. Papirius habuit; creavit consules, Q. Fabium Maximi filium Gurgitem, & D. Junium Brutum Scævam. ipse Papirius prætor factus. Multis rebus lætus annus, vix ad solatium unius mali pestilentiæ urentis simul urbem atque agros, sufficit; portentoque jam similis clades erat. & libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab diis daretur. Inventum in libris, Æsculapium ab Epidauro Romam accersendum. neque eo anno, quia bello occupati consules erant, quicquam de ea re actum: præterquam quod unum diem Æsculapio supplicatio habita est.

Epitomæ ab XI ad XXI librum historiarum

ab Urbe Condita

T. LIVII PATAVINI:

Quas, ut amissæ Historiæ argumentum extaret, hoc in loco placuit inserere.

Epitome Libri XI.

QUum Fabius Gurges consul male adversum Samnites pugnasset, & senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc sibi ignominiam, eo maxime tenatum movit, quod iturum se filio legatum pollicitus est; idque præstitit. ejus consiliis & opera filius consul adjutus, cæsis Samnitibus triumphavit. C. Pontium imperatorem Samnitium ductum in triumpho, securi percussit. Quum civiras pestilentia laboraret; missis legatis, ut Æsculapii signum Romam ab Epidauro transferrent; anguem, qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportavere: eoque in insulam Tiberis egresso, eodem loco ædes Æsculapio consecrata est. L. Postumius consularis, quoniam quum exercitui præesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est. Cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto renovatum est. Curius Dentatus consul, Samnitibus cæsis, & Sabinis, qui rebellaverant, victis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magistratu triumphavit. Coloniæ deductæ sunt, Castrum, Sena, Adria. Triumviri capitales tunc primum creati sunt. Censu acto lustrum conditum est: censa sunt civium capita ducenta sexaginta tria millia. Plebs, propter æs alienum, post graves & longas seditiones, ad ultimum secessit in Janiculum, unde à Q. Hortensio Dictatore deducta est; isque in ipso magistratu decessit. Res præterea contra Volsinienses gestas continet: item adversus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

Libri XII.

QUum legati Romanorum à Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius prætor cum legionibus ab iis cæsus est. Quum à Tarentinis classis Romana direpta esset, duumviro, qui præerat classi, occiso, legati ad eos a senatu, ut de iis injuriis quererentur, missi, pulsati sunt. ob id bellum iis indictum est. Samnites defecerunt. Adversus eos, & Lucanos, & Bruttios, & Etruscos, aliquot prœliis à compluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Cum in præsidium Rheginorum legio Campana cum præfecto Decio Jubellio missa esset, occisis Rheginis Rhegium occupavit.

Libri XIII.

VAlerius Lævinus consul navium prospere adversus Pyrrhum pugnavit: elephantorum maxime inutilitate facile territis militibus. Post prœlium quum corpora Romanorum quæ in acie occiderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit: populabundusque ad urbem Romam processit. C. Fabricius, missus ad eum à senatu ut de redimendis captivis ageret, frustra ut patriam deferret, à rege tentatus est. captivi sine precio remissi sunt. Cineas legatus à Pyr-

Pyrrho ad senatum missus, perit, ut componendæ pacis caussa rex in urbem reciperetur. de qua re quum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Ap. Claudius, qui propter valetudinem oculorum jam diu consilii publicis se abstinuerat, venit in curiam, & sententia ita remisit, ut id Pyrrho negarerur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. censa sunt civium capita duocenta septuaginta octo millia, ducenta viginti duo. Iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. Cum Carthaginiensibus quarto fœdus renovatum est. Quum C. Fabricio consuli is, qui ad eum à Pyrrho transfugerat, pollicereturse regi venenum daturum, cum indicio ad regem remissus est. Res præterea contra Etruscos, Lucanos, Bruttios, & Samnites, prospere gestas, continet.

LIBRI XIV.

Pyrrhus in Siciliam trajecit. Quum inter alia prodigia fulmine dejectum esset in Capitolio Jovis signum, caput ejus per aruspices inventum est. Curius Dentatus, quum delectum haberet; ejus qui citatus non respondesset, bona primus vendidit. Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam revertisum vicit, & Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is decem argenti pondo facti haberet. Lustro à censoribus condito, censa sunt capita civium ducenta septuaginta unum millia, ducenta viginti quatuor. Cum Ptolomæo Ægypti rege societas juncta est. Sextilia virgo Vestalis damnata incesti, viva defossa est. Coloniæ deductæ sunt, Potidonia, & Cosa. Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit; quo facto ab iis fœdus violatum est. Res præterea contra Lucanos, Samnites & Bruttios, feliciter gestas & Pyrrhi regis mortem continet.

LIBRI XV.

Vetus Tarentinis pax & libertas data est. Legio Campana, quæ Rhegium occupaverat, obsessa, deditione facta, secuti pari caussa est. Quum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam juvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus vetus pax data. coloniæ deductæ, Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento uti cœpit. Umbri & Sallentini victi, in deditionem accepti sunt. Quæstorum numerus ampliatus est ut essent octo.

LIBRI XVI.

Origo Carthaginensium, & primordia urbis referuntur; contra quos & Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum consult senatus. Quum de ea re inter tudentes, ut id fieret, dissuadentesque contentio fuisset, transgressique eum primum mare equitibus Romanis, adversus Hieronem sæpius bene pugnatum. Petenti pax data est. Lustrum à censoribus conditum. censa sunt civium capita ducenta nonaginta duo millia, ducenta viginti quatuor. Decimus Junius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. Colonia Æsernia deducta est. Res præterea contra Pœnos & Vulsinios prospere gestas continet.

LIBRI XVII.

Cn. Cornelius Consul à classe Punica circumventus, & per fraudem, velut in colloquium evocatus, captus est. C. Duillius Consul adversus classem Pœnorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum, navalis victoriæ duxit triumphum. ob quam caussam ei perpetuus honos habitus est, ut revertenti à cena, tibicine canente, funale præferretur. L. Cornelius Consul in Sardinia & Corsica contra Sardos, & Corsos, & Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus Consul, quum in locum iniquum à Pœnis circumsessum temere duxisset exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute & opera evasit: qui cum trecentis militibus eruptione facta, hostes in se converterat. Annibal dux Pœnorum victa classe, cui præfuerat, à militibus suis in crucem sublatus est.

Libri XVIII.

Atilius Regulus Consul victis navali proelio Poenis, in Africam trajecit. Ibi serpentem portentosæ magnitudinis cum magna militum clade occidit, & quum aliquot proeliis bene adversum Carthaginienses pugnasset, successore ei à senatu profecto bellum gerenti, non mitteretur, idipsum per literas ad senatum missas questus est: in quibus inter causas petendi successoris, quod agellus ejus à mercenariis esset desertus. Quarentes deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, arcessito à Carthaginiensibus Xanthippo Lacedæmoniorum duce, victus proelio, & captus est. Res deinde à ducibus Romanis omnibus terra marique profperæ gestas, deformavere naufragia classium. Tib. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus. P. Scipionius Sophus, Manius Valerius Maximus censores, quum senatum legerent, tredecim renati moverunt. Iustrum considerunt, quo censa sunt civium capita ducenta nonaginta septem millia, septingenta nonaginta septem. Regulus missus à Carthaginiensibus ad senatum, ut de pace, & si eam non posset impetrare, de captivis commutandis ageret; jurejurando astrictus est, rediturum se Carthaginem, si commutari captivos non placuisset. Utriusque negandi auctor senatui fuit: & quum fide custodita reversus esset, supplicio à Carthaginiensibus de eo sumpto, periit.

Libri XIX.

Cæcilius Metellus, rebus adversus Poenos prosperè gestis, speciosissimum egit triumphum: tredecim ducibus hostium, & centum viginti elephantis in eo ductis. Claudius Pulcer Consul contra auspicia profectus, justis immergi pullis, qui cibari nolebant; infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit: & revocatus à senatu, justusque dictatorem dicere, Claudium Gliciam dixit, sortis ultimæ hominem: qui coactus abdicare se magistratu, postea ludos praetextatus spectavit. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Poenis captivorum commutatio facta est. Coloniæ deductæ sunt, Fregenæ in agro Sallentino Brundusium. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta quinquaginta unum millia, ducenta viginti duo. Claudia, soror P. Claudii, qui contemptis auspiciis male pugnaverat, à ludis revertens, quum turba premeretur, dixit, *Utinam frater meus viveret iterumque classem amitteret*: ob eam culpam multata ei dicta est. Duo praetores tum primum creati sunt. Cæcilius Metellus Pontifex maximus, A. Postumium consulem, quoniam idem & flamen Martialis erat, quum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit, nec passus est à sacris recedere. Rebus adversus Poenos à pluribus ducibus prosperè gestis, tamen victoriæ C. Lutatius Consul, victa ad Ægates insulas classe Poenorum, impositi. Petentibus Carthaginiensibus pax data est. Quum remplum Veiæ arderet, Cæcilius Metellus Pontifex maximus, ex incendio sacra rapuit. Duæ tribus adjectæ sunt Velina, & Quirina. Falisci rursum rebellassent, texto die perdomiti, in deditionem venerunt.

Libri XX.

Soletum colonia deducta. Adversus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi & Corsi, quum rebellassent, subacti sunt. Tuccia virgo Vestalis incesti damnata est. Bellum Illyriis, propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum, indictum est: subactique in deditionem venerunt. Praetorum numerus auctus est, ut essent quatuor. Galli Transalpini, qui in Italiam irruperant, cæsi sunt. Eo bello populus Romanus sui Latinique nominis, trecenta millia armatorum habuisse dicitur. Exercitibus Romanis rum primum trans Padum ductis, Galli Insubres aliquot proeliis fusi, in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus consul, occiso Insubrium Ducorum duce Viridomaro, opima spolia retulit. Istri subacti sunt. Item Illyrii, cum rebellassent, domiti in deditionem venerunt. Lustrum à censoribus conditum est; quo censa sunt civium capita ducenta septuaginta millia ducenta tredecim. Libertini in quatuor tribus redacti sunt, quum antea dispersi per omnes tuissent; Aequilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. C. Flaminius Censor viam Flaminiam munivit, & circum Flaminium extruxit. Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto, Placentia & Cremona.

EPI-

EPITOME LIBRI XXI.

IN Italiam belli Punici secundi ortus narratur: & Annibalis Punorum ducis contra fœdus per Iberum amnem transitus. Aquo Saguntini socium populi Romani civitas octavo mense capta est. de quibus injuriis missi legati ad Carthaginienses, qui postularent, ut Annibal supplicio adficeretur, nullum his indicium est. Annibal, superato Pyrenæo saltu, per Gallias fines Volscis, aut quos alios ferre conati erant, ad Alpes venit: & laborioso per eas transitu (quum montanos quoque Gallos obvios alliatosque præliis repulisset) descendit in Italiam. Quod Ticinum amnem Romanos equestri prælio fudit: in quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africano postea nomen accepit. Itaque exercitu Romano ad flumen Trebiam admoto, Annibal Apenninum quoque, per nascentium hiemem vexationem properato per totum tempestatum, transiit. Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Punos prospere pugnavit, duce hostium Magone capto.

CAPUT I.

IN parte operis mei, licet mihi præfari, quod in principio summæ totius professi plerique sunt rerum scriptores, bellum maxime memorabile omnium, quæ unquam gesta sint, me scripturum; quod Annibale duce Carthaginienses cum populo Romano gesserc. Nam neque validiores opibus ullæ inter se civitates gentesque contulerunt arma, neque his ipsis tantum un juam virium aut roboris fuit: & haud ignotas belli artes inter se, sed experras primo Punico conseverant bello. & ideo varia belli fortuna anceps que Mars fuit, ut propius periculo fuerint, qui vicerunt. Odiis etiam prope majoribus certarunt, quam viribus: Romanis indignantibus, quod victoribus victi ultro inferrent arma; Pœnis, quod superbe avareque crederent insigniorum victoriæ suæ. Famæ quoque Annibalem annorum ferme novem, puerilitcr blandientem patri Amilcari ut duceretur in Hispaniam, quum perfecto Africo bello exercitum eo traiecturus sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris jurejurando adactum, se, quum primum posset, hostem fore populo Romano. Angebant ingentis spiritus virum Sicilia Sardiniaque amissæ: nam & Siciliam nimis celeri desperatione rerum concesserant: & Sardiniam inter morum Africæ fraude Romanorum, stipendio etiam tuperimposito, interceptam.

Cap. II. His anxius curis ita se Africo bello, quod fuit sub recentem Romanam pacem, per quinque annos, ita deinde novem annis in Hispania augendo Punico imperio gessit, ut appareret majus eum, quam quod gereret, agitare in animo bellum: & si diutius vixisset, Amilcare duce Pœnos arma Italiæ illaturos fuisse, quæ Annibalis ductu intulerunt. Mars Amilcaris peropportunus, & puerilis Annibalis, dilaturum bellum. Medius Asdrubal inter varem & Hannonem ferme annos imperium obtinuit; flore ætatis (uti ferunt) primo Amilcari conciliatus: genere indc, ob altam indolem provecto animi acrius, & quia gener erat, fidelius Barcinæ opibus, quæ apud milites plerosque plus quam meditcerant, haud lane voluntate principium imperio poritus. Is plura consilio quam virgerens, hostilis regulorum magis, conciliandisque peramicitiam principum novis gentibus, quam bell aut armis rem Carthaginiensem auxit. Cæterum nihilo et sæk ruitur fuit, barbarus cum quidam palam, ob iram inter fœti ab eo domiti obtruncavit, comprehensusque ab circumstantibus, haud alio quam si evasisset vultu, tormentis quoque quum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut superante lætitia dolores, ridenti etiam faciem præbuerit. Cum hoc Asdrubale, quia miræ artis in sollicitandis gentibus, imperioque jungendis fuit ous fuerat, fœdus renovaverat populus Romanus, ut finis utriusque imperii esset amnis Iberus, Saguntinique mediis inter imperia duorum populorum libertas servarecur.

Cap. III. In Asdrubalis locum haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, qua exemplo juvenis Annibal in prætorium delatus, imperatorque ingenti omnium clamore atque assensu appellatus erat, favor etiam plebis fequeretur. Hunc vix dum puberem Asdrubal literis ab se arcessiebat: adsaquas res eum in tenatu fuerat; Barcinis nitentibus, ut assuefceret militiæ Annibal, atque in paternas succederet opes. Hanno alterius factionis princeps, *Et æquam*

populare videtur, inquit, *Asdrubal, & ego tamen non censeo, quod pertinacium.* Quum admiratione tam antipitis sententiæ in se omnes converterunt. *Plorans ætatis*, inquit, *Asdrubal, quam ipse patri Annibali frugalitatem præbuit, justo jure eum à filio repeti censet. nos tamen minime decet juventutem nostram pro militari rudimento assuefacere libidini prædonum. An hic timemus, ne domi cæsis filiis nimis feroces immoderatæque regni paterni speciem videat; & cujus regis genero hereditarii sint relicti exercitus noveri, ejus filio patrem matare ferrimanis? Ego ipsum juvenem domi remanere jussi legibus, jussi magistratibus decernere: vetere jure eum cæteris consto: ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens excitetur.*

Cap. IV. Pauci, ac ferme optimus quisque, Hannoni assentiebatur: sed (ut plerumque ne) major pars meliorem vicit. Missus Annibal in Hispaniam, primo statim adventu omnem exercitum in se convertit. Amilcarem vivente peditum fibi veteres milites credere; eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri. dein brevi effecit, ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas parendum atque imperandum, habilius fuit. itaque haud facile decernere, utrum imperatori, an exercitui carior esset: neque Asdrubal alium quemquam præncere malle, ubi quid fortiter ac strenue agendum esset: neque milites allo duce plus confidere, aut audere. Plurimum audaciæ ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat. Caloris ac frigoris patientia parcibi potionisque desiderio naturali, non voluptate modus finitus: vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora. Id quod gerendis rebus superesset, quieti datum: ea neque molli strato, neque silentio accessita. Multi sepe militari fagulo opertum humi jacentem inter custodias, stationesque militum conspexerunt. Vestitus nihil inter æquales excellens: arma atque equi conspiciebantur. Equitum peditumque idem longe primus erat. princeps in prælium ibat: ultimus conferto prælio excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant; inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, nullum jusjurandum, nulla religio. Cum hac indole virtutum atque vitiorum, triennio sub Asdrubale imperatore meruit; nulla re, quæ agenda videndaque magno futuro duci esset, prætermissa.

Cap. V. Cæterum ex quo die dux est declaratus, velut Italia ei provincia decreta bellumque Romanum mandatum esset, nihil prætantum ratus; ne se quoque, ut patrem Amilcarem, deinde Asdrubalem, cunctantem cafus aliquis opprimeret; Saguntinis inferre bellum statuit. quibus oppugnandis, quia haud dubie Romana arma movebantur, in Oleadum fines prius (ultra Iberum ea gens in parte magis quam in ditione Carthaginiensium erat) induxit exercitum, ut non perisse Saguntinos, sed rerum serie, finitimis domitis gentibus, jungendoque, tractus ad id bellum videri posset. Carteiam urbem opulentam caput gentis ejus expugnat diripitque. Quumeru pericule minores civitates, stipendio imposito imperium accepere. victor exercitus opulentusque præda Carthaginem Novam in hiberna edit deductus. ibi large partiendo prædam, stipendio præterito cum fide exolvendo, cunctis civium sociorumque animis in se fanatis, vere primo in Vaccæos promotum bellum. Hermandica & Arbacala urbes vi captæ. Arbacala & virtute & multitudine oppidanorum diu defensa. Ab Hermandica profugi exsulibus Olcadum, priore æstate domite gentis, quum se junxissent, comparat Carpetanos: adoritque Annibalem regressum ex Vaccæis, haud procul Tago flumine agmen grave præda turbavere. Annibal prælio abstinuit, castrisque super ripam positis, quum prima quies silentiumque ab hostibus fuit, amnem vado trajecit: valloque ita producto, ut locum ab transgredientium hostes haberent, invadere eos transeuntes statuit. Equitibus præcepit, ut quum ingressos aquam viderent, adorirentur. Peditum agmen in ripa, elephantos ante quadraginta dispositis. Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vaccæorumque centum millia fuere: invicta acies, si equo dimicaretur campo. Itaque sic ingenio feroces, & multitudine freti, & quod meru cessisse credebant hostem; id morari victorium rati quod interesset amnis, clamore fublato, passim fine ullius imperio, qua cuique proximum est, in amnem ruunt. Et ex parte altera rigæ vix ingens equitum in flumen admissa, medioque aveo haudquaquam pari certamine concursum; quippe ubi pedes instabilis, ac vix vado fidens, vel inermi equite, equo temere acto perverti posset: eques corpore armisque liber, equo vel per medios gurgites stabili, cominus emissuque rem gereret. Pars magna fluminc absumpta; quidam vorticosoamni delati in hostes, ab elephantis obtriti sunt: postremi, quibus regressus in suam ripam tutior fuit, ex varia trepidatione quum in unum colligerentur,

rentur, prius quam tanto ex pavore reciperent animos, Annibal agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit: valtatisque agris, intra paucos dies Ca petanos quoque in deditionem accepit. Et jam omnia trans Iberum, præter Saguntinos, Carthaginiensium erant.

Cap. VI. Cum Saguntinis bellum nondum erat: cæterum jam belli caussa certamina cum finitimis ferebantur, maxime Turdetanis. quibus quum adesset idem, qui litis erat fautor, nec certamen juris, sed vim quærl appareret, legati a Saguntinis Romam missi, auxilium ad bellum jam haud dubie imminens orantes. Consule tunc Romæ erant, P. Cornelius Scipio, & Ti. Sempronius Longus: qui quum, legatis in senatum introductis, de republ. retulissent, placuit secpto mitti legatos in Hispaniam ad res fociorum inspiciendas; quibus si videretur digna caussa, & Annibali denunciarent, ut ab Saguntinis sociis populi Rom. abstineret, & Carthaginem in Africam traiceret, ac fociorum populi Romani querimonias deferrent. Hac legatione decreta, nec dum missa, omnium ipse decretis Saguntum oppugnari allatum est. Tunc delata ex integro res ad senatum. Alli provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes, terra marique rem gerendam censebant: alii, totum in Hispaniam Annibalemque intendebant bellum. Erant qui non temere movendam rem tantam, exspectandosque ex Hispania legatos censerent. Hæc sententia, quæ tutissima videbatur, vicit: legatique eo maturius missi P. Valerius Flaccus, & Q. Bæbius Tamphilus, Saguntum ad Annibalem, atque inde Carthaginem, si non absitteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum.

Cap. VII. Dum ea Romani parant consultantque, jam Saguntum summa vi oppugnabatur. Civitas ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme à mari. Orundi à Zacyntho insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis. cæterum in tantas brevi creverant opes, seu maritimis seu terrestribus fructibus, seu multitudinis incremento, seu sanctitate disciplinæ, qua fidem socialem usque ad perniciem fuam coluerunt. Annibal infesto exercitu ingressus fines, pervastatis passim agris, urbem tripartito aggrediturus. Angulus muri erat in planiorem patentioremque, quam cætera circa, vallem vergens. adversus eum vineas agere instituit, per quas aries mœnibus admoveri posset. Sed ut locus procul muro satis æquus agendis vineis fuit; ita haudquaquam profpere, postquam ad effectum operis ventum est, cœptis succedebat. & turris ingens imminebat: & murus, ut in suspecto loco, supra cæteram modum altitudinis emunitus erat: & juventus delecta, ubi plurimum periculi ac laboris oftendebatur, ibi vi majore obtitebant. Ac primo missilibus summovere hostem: nec quicquam satis tutum munientibus pati. deinde jam non pro mœnibus modo atque turri tela micare, sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat: quibus tumultuariis certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant, quam Pœni. Ut vero Annibal ipse, dum murum incautius subit, adversum femur tragula graviter ictus cecidit; tanta circa fuga ac tripidatio fuit, ut non multum abesset, quin opera ac vineæ desererentur.

Cap. VIII. Obsidio deinde per paucos dies magis quam oppugnatio fuit, dum vulnus ducis curaretur. per quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab apparatu operum ac munitionum nihil cessarum. Itaque arcius de integro obortum est bellum, pluribusque partibus, vix accipientibus quibusdam opera locis, vineæ cœpta agi, admoveque aries. Admodabat multitudine hominum Pœnus; ad centum enim quinquaginta millia habuisse in armis creditur. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multimoda arte distineri cœpti sunt: & non sufficiebant. jam enim feriebantur arietibus muri. Quassatæ quoque multæ partes erant, una continentibus ruinis nudaverat urbem: tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat, cum fragore ingenti procliderant: captumque oppidum ea ruina crediderant Pœni; qua, velut si pariter utrosque murus texisset, ita utrimque in pugnam procurrium est. Nihil tumultuariæ pugnæ simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius conseri solent: sed juitæ acies, velut patenti campo, Inter ruinas muri tectaque urbis modico distantia intervallo consistierant. hinc spes, hinc deiperatio animos irritat: Pœno cepisse jam se urbem, si paululum adnitatur, credente; Saguntinis pro nudata mœnibus patria corpora opponentibus, nec ullo pedem referente, ne relicto à se loco hostem immitterer. Itaque quo acrius & confertim magis utrinque pugnabant, eo plures vulnerabantur; nullo inter arma corporaque vano interidente telo. Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo, & cætera tereti; præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. id, sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice. Ferrum autem tresin longum habebat pedes: ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime etiam si hæsisset in scuto, nec.

penetrasset in corpus, pavorem faciebat: quod quum medium accessum matteretur, concepturique ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad inequentes hostis præbebat.

Cap. IX. Quum ergo diu anceps fuisset certamen, & Saguntinis, utia preter ipsen resistenti, crevisset animi, Romanis, quia non vi inter, pro victo esset; clamorem repente oppidani tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt, inde impeditum trepidantemque extrudunt: postremo fatum fugatumque in castra redigunt. Inde jam ab Roma legatos venisse nunciatum est. quibus obviam ad mare missi ab Annibale, qui dicerent, nec tuto eos aditures inter tot tam efferatarum gentium arma: nec Annibali, tanto distrahente rerum, operæ esse legationes audire. Apparebat, non ad illos profectos Carthaginem iturios. literas igitur nunciosque ad principes factionis Barcinæ præmittit, ut propere auctoritatem suam, non assensum audientium, erit. *Per Deos fœderum arbitros ac vestes montesque, precatisse se, ne Amilcaris progenium ad exercitum mitterent, non sirpem ejus conjugesque, nec unquam, donec sanguinem nominisque Barcini quisquam superstes, quicumque Romanæ fœdera, Turnonem sladiorum cupidus regni, vimque unam ad id cornentem, si ex bellis bella fœrendo succiuctus armis legionibusque vivat; velut materiam igni præbentes, ad exercitus missis, alutisis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis. Saguntum cujus civesque sident exercitus, unde arcessere fœdere nos Carthaginem circumsidebunt Romanæ legiones; ductoris istdem Diis, per quos prius bello rupta fœdera sunt ulti. Utrum hostem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis? Legatos ab socius, & pro civibus venientes, benevum imperatorem, cum ad eos non admisit jus gentium insultit. hi tamen, unde ne hostium quidem legati arcentur, pulsi ad vos veniunt. res ex fœdere repetunt. publica fraus absit: auctorem culpæ, & reum criminis deposcunt. Ego levis agunt, segnius incipunt; eo, quum cœperint, serean. perseverantia sæviant. Agetes insulas Erycemque ante oculos proponite, quæ terra marique per quatuor & viginti annos pasti sit. Nec puer hic dux erat, sed pater ipse Amilcar; Mars alter, ut ipsi volunt. sed Tarento tum in Italia non absimueramus ex fœdere: sicut nunc Saguntò amicis nimus. Iberum ego ni Dii omnipotentes, & id deque verbis amnis abstitit, uter populus fœdus ruperit; eventus belli, velut aquum judex, unde jus fluvat, ei victoriam dedit. Carthaginis nunc Annibal vineas turresque admovet: Carthaginis mœnia quatit arietat. Saguntini nunc (absit utinam vates sim) nostris capitibus incidunt: suscepturique cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis est. Dudumne ego Annibalem? sed aliquis. Scio meam vocem esse in omnium testem, propter paternas inimicitias. Sed & Amilcarem eo primo lætatus sum, quod filio videret, bellum jam cum Romanis habiturum: & hunc juvenem tamquam furiam facemque hujus belli odi ac detestor. Nec adeundum solum id pactorum rupti fœderis, sed, si nemo deposset, descendum in ea omnia mariis terrarumque oras: obligandumque est, unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere, neque sollicitare quietæ civitatis statum possit. Ego ita censeo: legatos exemplo Romam mittendos, qui senatui satisfaciant: altos qui Annibali nunciint, ut exercitum ab Saguntò abducat, ipsumque Amilcarem & fœdere Romanis dedant: terriam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno.*

Cap. XI. Quum Hanno perrasset, nemini omnium certare orationem cum eo necesse fuit: adeo prope omnis senatus Annibalis erat: infelitutque locutum argumentum Hannonem, quam Flaccum Valerium legatum Romanum. Responsum inde legatis Romanis est, *Bellum ortum ab Saguntinis, non ab Annibale esse, populum Romanum injuste facere, si Saguntinos vestigitione Carthaginiensium sociat.ut progenat. Quum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Annibal, quia festium militem proclis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit; fractionibus ad custodiam vinearum aliorumque operum dispositis. interim animos eorum nunciria in hostes stimulando, nunc ipse promiorum accendit. Utrum pro conditione pradam captæ urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt, ut si extemplo signum datum esset, nulla vi resisti videretur posse. Saguntini ut a proclis quietem habuerant, nec lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies; ita non nocte, non die unquam cessaverant ab opere, ut novum murum ab ea parte, qua patefactum oppidum ruinis erat, rehiceient. Inde oppugnatio eos aliquanto atrocior, quam ante, adorta est: nec qua primum, aut potissimum parte ferrent opem (quum omnia variis clamoribus streperent) satis scire poterant. Ibeie*

Anni-

Annibal, qua turris mobilis omnia munimenta urbis superans altitudine agebatur, hortator aderat, quæ quum admota, catapultis balistisque per omnia tabulata dispositis, muros defensoribus nudasset; tum Annibal occasionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit. nec erat difficile opus, quod cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Itaque latius quam cæderetur, ruebat: perque patentia ruinis agmina armatorum in urbem vadebant. Locum quoque editum cohortes collatis quo capultis balistisque, ac cuniculum in ipsa urbe velut arcem imminentem habenti, muro circumdant: & Saguntini murum interiorem ab nondum capta urbis parte ducunt. Utrimque summa vi & muniunt, & pugnant: sed interiora tuendo, minorem in dies urbem Saguntini faciunt. Simul crescit inopia omnium longa obsidione, & minuitur expectatio externæ opis, quum tam procul Romani, unica spes, circa omnia hostium essent. Paullisper tamen affectos animos recreavit repentina profectio Annibalis in Oretanos, Carpetanosque, qui duo populi delectus acerbitate contemnati, retentis conquisitoribus mentum defectionis quum præbuissent, oppressi celeritate Annibalis, omiserunt mota arma.

Cap. XII. Nec Saguntî oppugnatio segnior erat, Maharbale, Himilconis filio, quem præfecerat Annibal, ita impigre rem agente, ut ducem abesse nec cives nec hostes sentirent. Is & prælia aliquot secunda fecit, & tribus arietibus aliquantulum muri discussit: ftratoque omni recentibus ruinis advenienti Annibali ostendit. Itaque ad ipsam arcem exemplo ducius exercitus, atroxque prælium cum multorum utrimque cæde initum, & pars arcis capta est. tertia deinde per duos est exigua pacis ipes, Alconem Saguntinum, & Alorcum Hispanum. Alcon insciis Saguntinis, precibus aliquid morurum rarus, quum ad Annibalem noctu transisset, postquam nihil lacrimæ movebant, condicionibus crudelibus, ut ab Irato victore ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hostem manfit; moriturum affirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret. Postulabatur autem, redderent res Turdetanis: traditoque omni auro atque argento, egressi urbe cum singulis vestimentis ibi habiturent, ubi Pœnus Justisset. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos; Alorcus, vinci animos, ubi alia vincantur, affirmans, se pacis ejus interpretem fore pollicetur. Erat autem tum miles Annibalis: cæterum publice Saguntinis amicus atque hospes. Tradito palam telo custodibus hostium, trangressus munimenta, ad præterem Saguntinum (& ipse ita jubebat) est deductus. quo quum exemplo concursus omnis generis hominum esset factus, summota cætera multitudine, fenatus Alorco datus est, cujus talis oratio fuit:

Cap. XIII. *Si civis vester Alcon, sicut ad pacem petendam ad Annibalem venit, ita pacis conditiones ab Annibale ad vos retulisset, superavacaneum hoc mihi fuisset iter, quo ne orator Annibalis nec transfuga ad vos veniffem. Quum ille, aut vestra aut sua culpa manserit apud hostem, sanctum simulavit, sua; vestra, si perfidiam est apud vos vera referentibus; sed, ne ignoratis esse aliquos & salutis & pacis vobis conditiones, pro veteri hospitio, quod mihi vobiscum est, ad vos veni. Vestra autem caussa me, nec ullius alterius loqui, quæ loquar apud vos, vel ea fides sit, quod nec quæ vestris rebus utilissima, neque dum auxilia ab Romanis sperastis, pacis unquam apud vos mentionem feci. Postquam nec ab Romanis nobis ulla spes est, nec nostra jam diu arma vos, aut manus satis defendunt, pacem affero ad vos magis necessariam quam aquam. cujus ita aliquando est, si eam quem admodum ut victor fert Annibal, sic vos ut victi audituris: si non id quod amittitur, in damno (quum omnia victoris sint) sed quicquid relinquitur, pro munere habituri estis. Urbem vobis, quam ex magna jam parte diruistis, capiam: fetam totam habet, ædificandæ volunti; vacuam effugiatum. Ubi quo quæque optidum ædificetis: aurum argentumque omne, publicum privatumque ad se jubet deferri: conjugum vestrarum corpora ac liberorum vestrorum servat inviolata, si inermes cum binis vestimentis vobis ab Saguntho exire. Hæc victor hostis imperat. Plene quantumque sine cruce atque acerbo fortunæ vestræ vobis suadet. Equidem haud desero, quin omnium potestas ei a vobis facta sit, cui quid ex his rebus remissum. Sed hæc patientia consilio potius quam truculenti corpora vestra, rapi trahique ante ora vestra conjuges ac liberos bulli jurefandis.*

Cap. XIV. Ad hæc audienda quum circumfusa paulatim multitudine, permixtum fenatui esset populi concilium; repente primores secessione facta (priusquam responsum daretur) argentum aurumque omne ex publico privatoque in forum collatum, & ignem ad id raptim factum conjicientes, eodem plerique semetipsi præcipitaverunt. Quum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur. Turris ibi quassata procidebat: per quæ ruinam eius cohors Pœnorum

impetu facto quum signum imperatori dedisset, nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem; non cunctandum in tali occasione ratus Annibal, totis viribus aggressus urbem, momento cepit; signo dato, ut omnes puberes interficerentur. quod imperium crudele, cæterum propter necessarium cognitum in ipso eventu est. Cui enim parci potuit ex iis, qui aut inclusi cum conjugibus ac liberis domos super seipsos concremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnæ quam mortem fecerunt?

Cap. XV. Captum oppidum est enim ingenti præda. Quamquam pleraque ab dominis de indufiri corrupta erant; & in cædibus vix ullum discrimen ætatis ira fecerat, & captivi militum præda fuerant; tamen & ex pretio rerum venditarum aliquantum pecuniæ redactum esse constat. & multam pretiosam supellectilem vestemque missam Carthaginem. Octavo mense quam cœptum oppugnari, captum Saguntum, quidam scribere. inde Carthaginem Novam in hiberna Annibalem concessisse: quinto deinde mense, quam ab Carthagine profectus sit, in Italiam pervenisse. Quæ si ita sunt, fieri non potuit, ut P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerint; ad quos & principio oppugnationis legati Saguntini missi sint: & qui in suo magistratu cum Annibale alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam pugnaverint. Aut omnia breviora aliquanto fuere: aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerunt, non cœptum oppugnari est, sed captum. Nam excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servilii & Flaminini non potest: quia Flaminius Arimini consulatum iniit; creatus ab Ti. Sempronio consule: qui post pugnam ad Trebiam, ad creandos consules Romam quum venisset, comitiis perfectis ad exercitum in hiberna rediit.

Cap. XVI. Sub idem fere tempus, & legati, qui redierant à Carthagine, Romam retulerunt, omnia hostilia esse, & Saguntì excidium nunciatum esse: tantaque simul moeror Patres misericordiaque sociorum peremptorum indigne, & pudor non iati auxilii, & ira in Carthaginienses, metusque de summa rerum cepit, velut si jam ad portas hostis esset: ut tot uno tempore motibus animi turbati, trepidarent magis quam consulerent. Nam neque hostem ariorem bellicosioremque secum congressum; nec rem Romanam tam desidem unquam fuisse atque imbellem. Sardos, Corsosque, & Istros, atque Illyrios, lacessitos magis quam exercuisse Romana arma: & cum Gallis tumultuarium verius quam belligeratum. Poenum hostem, veteranum trium & viginti annorum, militia durissima inter Hispanas gentes semper victorem, primum Amilcare, deinde Asdrubale, nunc Annibale duce acerrimo assuetum, recentem ab excidio opulentissimæ urbis Iberum tranire: trahere secum tot excitos Hispanorum populos: conciturum avidas semper armorum Gallicas gentes. cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia, ac pro mœnibus Romanis esse.

Cap. XVII. Nominatæ jam inter consulibus provinciæ erant, tum sortiri jussi: Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit. Sex in eum annum decretæ legiones, & socium quantum ipsis viderentur, & classis quanta parari posset. Quatuor & viginti peditum Romanorum millia sunt scripta, & millia octingenti equites: sociorum quadraginta quatuor peditum, & quatuor equitum millia: naves ducentæ viginti quinqueremes, celoces viginti deductæ. Larum inde ad populum, vellent, juberent, populo Carthaginiensi bellum indici. Ejusque belli causa supplicatio per urbem habita: atque adorati Dii, ut bene ac feliciter eventus, quod bellum populus Romanus jussisset. Inter consules ita copiæ divisæ. Sempronio datæ legiones duæ: ea quaterna millia erant peditum, & trecenti equites: sociorum sexdecim millia peditum: equites mille octingenti: naves longæ CLX. celoces duodecim. Cum his terribilibus maritimisque copiis Ti. Sempronius missus in Siciliam; ita in Africam transmissurus, si ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset. Cornelio minus copiarum datum, quia L. Manlius prætor & ipse cum haud invalido præsidio in Gallam mittebatur. Navium maxime Cornelio numero deminutum: sexaginta quinqueremes datæ (neque enim mari venturum, aut ea parte bellì dimicaturum hostem credebant) & duæ Romanæ legiones cum suo justo equitatu, & quatuordecim millibus sociorum peditum, equitibus mille ducentis. Duas legiones Romanas, & quatuordecim millia sociorum peditum, mille equites socios, sexcentos Romanos, Gallia provincia eodem anno verfa in Punicum bellum habuit.

Cap. XVIII. His ita comparatis ut omnia justa ante bellum fierent, legatos majores natu, Q. Fabium, M. Livium, L. Æmilium, C. Licinium, Q. Baebium, in Africam mittunt ad percunctandos Carthaginienses, Publicone consilio Annibal Saguntum oppugnasset? & si, id quod factum videbantur, faterentur, ac defenderent publico consilio factum, ut indicerent populo Carthaginienli bellum. Romani postquam Carthaginem ve-

ne-

nerunt, quum senatus datus esset, &c. Q. Fabius nihil ultra quam unum, quod a mandatum erat, percunctatus esset, tum ex Carthaginiensibus unus princeps: *Vana, Romani*, inquit, *& prior legatio fuit, quum Annibalem tamquam suo consilio Saguntum oppugnantem deposcebatis: ceterum hæc legatio verbis adhuc lentior est. Re ipsa ferox. Tum enim Annibal & insimulabatur, & deposcebatur. nunc ab nobis & confessio culpæ eximitur: & ut à confessis, res exemplo reperiuntur. Ego autem, non, privato publicone consilio Saguntum oppugnatum sit, quærendum censeam: sed utrum jure, an injuria. Nostra enim hac quæstio atque animadversio in civem nostrum est: nostro, an suo fecerit arbitrio. Vobiscum una disceptatio est: licueritne per fœdus fieri. Itaque, quoniam discerni placet, quid publico consilio, quid sua sponte imperatores faciant; nobis vobiscum fœdus est à Lutatio Consule factum: in quo caveatur utrumque sociis. nihil de Saguntinis (necdum enim erant socii vestri) cautum est. At enim eo fœdere, quod cum Asdrubale ictum est, Saguntini excipiuntur. adversus quod nihil ego dicturus sum, nisi quod à vobis didici. Vos enim quod C. Lutatius Consul primo nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate Patrum, nec populi jussu ictum erat, negatis vos eo teneri. itaque aliud de integro fœdus publico consilio ictum est. Si vos non tenent nostra fœdera, nisi ex auctoritate aut jussu vestro icta; ne nos quidem Asdrubalis fœdus, quod nobis invitis icit, obligare potuit. Proinde omittite Saguntinos atque liberi mentionem facere, & quod diu paruit animus vester, aliquando pariat.* Tum Romanus sinu ex toga facto, *Hic*, inquit, *vobis bellum & pacem portamus; utrum placet, sumite.* Sub hanc vocem haud minus ferociter *dare utrum velit* facclamatum est. & quum is iterum sinu effuso bellum dare dixisset, *accipere se* omnes responderunt: *& quibus acciperent animis, iisdem se gesturos.*

Cap. XIX. Hæc directa percunctatio ac denunciatio belli magis ex dignitate populi Romani visa est, quam de fœderum jure verbis disceptare; quum ante, tum maxime Sagunto excisa. nam si verborum disceptationis res esset; quod fœdus Asdrubalis cum Lutatii priore fœdere communitatum est, comparandum non erat; quum in Lutatii fœdere dederet additum esset, ita id ratum fore, si populus confusisset; in Asdrubalis fœdere, nec exceptum tale quicquam fuerit; & tot annorum silentio ita vivo eo comprobatum sit fœdus, ut ne mortuo quidem auctore quicquam mutaretur. Quamquam etsi priore fœdere fuisset, fatis cautum erat Saguntinis, sociis utrorumque excepti. nam neque additum erat, iis, qui tunc essent: nec, ne qui postea assumerentur. & quum assumere novos liceret socios, quis æquum censeret, aut ob nulla quemquam merita in amicitiam recipi? aut receptos in fidem non defendi? tantum, ne Carthaginiensium facili aut follicitarentur ad defectionem, aut fus sponte defciscentes reciperentur. Legati Romani ab Carthagine, sicut his Romæ imperatum erat, in Hispaniam, ut adirent civitates, ut in societatem pellicerent, aut averterent à Pœnis, trajecerunt. Ad Bargusios primum venerunt: à quibus benigne excepti, quia tædebat imperii Punici, multos trans Iberum populos ad cupidinem novæ fortunæ erexerunt. Ad Volscianos inde est ventum; quorum celebre per Hispaniam responsum cæteros populos ab societate Romana avertit. ita enim maximus natu ex iis in concilio respondit: *Quæ cæremonia est vos, Romani, postulare, uti vestram Carthaginiensium amicitiæ præponamus, quum, qui id fecerunt, Saguntinos, crudelissimi quam Pœnus hostis perdidit, vos socii prodideritis? isi quærat is socios censeo, ubi Saguntina clades ignota est. Hispanis populis, sicut Iugurtha, ita insigne documentum Saguntini ruinæ erunt, ne qui fidei Romanæ aut societati confidat.* Inde exemplo abire finibus Volscianorum jussit: ab nullo deinde concilio Hispaniæ benigniora verba tulere. itaque nequicquam peragrata Hispania, in Galliam transeunt.

Cap. XX. In his nova terribilisque facies visa est: quod armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt. quum verbis extollentes gloriam virtutemque populi Romani ac magnitudinem imperii, petissent, ne Pœno bellum Italiæ inferenti, per agros urbesque suas transitum darent; tantus cum fremitus assis dicium ortus, ut vix à magistratibus majoribusque natu juventus sedaretur. Adeo stolida imodentisque postulatio visa est, censere, ne in Italiam transmittant Galli bellum, ipsos id avertere in se, a grosque suos pro alienis populandos objicere. Sedato tandem fremitu, responsum legatis est, *Neque Romanorum in se meritum esse, neque Carthaginiensium injuriam, ob quæ aut pro Romanis, aut adversus Pœnos sumant arma. Contra ea audire se, gentis suæ homines agris finibusque Italiæ pelli à populo Romano, stipendiumque pendere, & cætera indigna pati.* Eadem ferme in cæteris Galliæ concilii dicta auditaque: nec hospitale quicquam pacatumve tatis prius auditum, quam Massiliam venere. Ibi omnia ab sociis inquisita cum cura ac fide, cognita, *præcomparatos jam ab*

Annibale Gallorum animos esse. sed ne illi quidem ipsi satis mitem gentem fore (adeo ferocia atque intolerabilem ingenia esse) ni iuvinde auro, cuius avidissimi sunt, principum animi conciliarentur. Ita peragratis Hispaniæ & Galliæ populis, legati Romam redeunt, haud ita multo post, quam consules in provincias profecti erant. civitatem omnem in expectationem belli erectam invenerunt; fatis constante fama, jam Iberum Poenos transiniisse.

Cap. XXI. Annibal Sagunto capto, Carthaginem Novam in hiberna concesserat. Ibique, audiis, quæ Romæ, quæque Carthagine acta decernique forent, neque non ducem solum, sed etiam causam esse belli partitis divenditisque reli juiis præda omnibus ultra differendum ratus, Hispani genoris milites convocat. *Credo ego vos, inquit, socios, ex ipso certamine, præstitisse omnibus Hispaniæ populis aut finitimis nobis militiam, exercitusque eis imitandos esse: aut in alias terras transferendum bellum: ita enim hæc gentis, non pacis solum, sed etiam victoriæ bonis floreunt, si se aliis gentibus præstant & glorium quærendo. Itaque quum longinqua ab domo bellet militia, ingentumque sit, quando domos vestras & quæ cuique ibi cara sunt, visuri fitis, si quis vestrum fuis invisere vult, commeatum do. Primo vere, edico, adsitis, ut, Diis bene juvantibus, bellum ingentis gloriæ prædæque futurum incipiamus.* Omnibus fere visendi domos oblata utendi potestas grata erat, & jam desiderantibus suos, & longius in futurum providentibus desiderium. Per totum tempus hiemis quies inter labores aut jam exhaustos, aut mox exhauriendos, renovavit corpora animosque ad omnia de integro parienda. Vere primo ad edictum convenere. Annibal quum recensuisset omnium auxilia gentium, Gades profectus Herculi vota exsolvit: novisque fe obligat votis, si cetera prospera evenissent. Inde partiens curas simul in inferendum atque arcendum bellum; medium ipse terrestri per Hispaniam Gallisque itinere Italiam veteret, nuda aperaque Romanis Africa ab Sicilia esset; valido præsidio firmare & eam statuit. Pro eo supplementum ipse ex Africa, maxime jaculatorum levium armis, petiit, ut Afri in Hispania, Hispani in Africa, melior procul ab domo futurus utrique miles, velut obsidibus suis obligati fidem præstare facerent. Tredecim millia octingentos quinquaginta pedites cetratos misit in Africam, & funditores Baleares octingentos septuaginta: equites mixtos ex mulris gentibus mille ducentos. Has copias partim Carthaginiensi præsidio esse, partim distribuit per Africam jubet. Simul conquisitoribus in civitates missis, quatuor millia conscripta delectæ juventutis, præsidium eadem & obsides, duci Carthaginem jubet.

Cap. XXII. Neque Hispanium negligendam rarus, (at jue ideo haud minus, quod haud ignarus erat, circumitam ab Romanis eam legatis ad sollicitandos principum animos,) Afdrubali frarri, viro impigro, eam provinciam destinat, firmarque eum Africis maxime præsidiis, pedinum Afrorum undecim millibus octingentis quinquaginta, Liguribus trecentis, Balearibus quingentis, ad hæc peditum auxilia, addiri equites Libyphoenices (mixtum Punicum Afris genus) CCC, & Numidæ Maurique accolæ Oceani ad MDCCC, & parva Ilergetum manus ex Hispania ducentri equites: & ne quid terretris deesset auxilii genus, elephanti quatuordecim. classis præterea data est ad tuendam maritimam oram; qua quia parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat) quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque: sed aotæ instructæque icnigio triginta & duæ quinqueremes erant, & triremes quinque. Ab Gadibus Carthaginem ad hiberna exercitus redit. Atque inde profectus prater Etovissam, urbem ad Iberum, maritimamque oram ducit. Ibi fama est, in quiete visum ab eo juvenem divina specie, qui se ab Jove diceret ducem in Italiam Annibali missum. Proinde sequeretur, neque usquam à se delecteret oculis. Pavidum primo, ne timiquam circumspicientem aut respicientem secutum, deinde, cura humani ingenii, quum quidnam id esset, quod respicere vetitus esset, agitaret animo, temperare oculis nequivisse: tum vidisse post tele terpentem mira magnitudine cum ingenti arborum atque virgultorum strage ferri: & post inferre cum fragore coeli nimbum: tum quæ moles ea quidve prodigii esset quærentem, audisse: *Vastitatem Italiæ esse, pergeret porro ire, nec ultra inquireret, fineret quæ fata in occulto esse.*

Cap. XXIII. Hoc visu lætus trirpartito Iberum copias trajecit, præmissis qui Gallorum animos, qua traducendus exercitus erat, donis conciliarent. Alpiumque tranfitus specularentur. nonaginta millia pedirum, duodecim millia equitum Iberum traduxit. Ilergetes inde Barguliosque, & Ausetanos, & Lacetanium, quæ subjecta Pyrenæi montibus est, tribegit: omnesque hujus omni præfecit Hannonem, ut fauces quæ Hispaniæ Gallis jungunt in potestate essent. Decem millia pedirum Hannoni ad præsidium obtinendæ regionis data, & mille equites. Postquam per Pyrenæum saltum traduci exercitus est cœptus, rumorque per barbaros manavit certior de bello Romano, tria millia

millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt. constabat, non tam bello motos, quam longinquitate viæ, infuperabilique Alpium tranitu Annibal, quia revocare aut vi retinere eos anceps erat; ne ceterorum etiam feroces animi irritarentur; supra septem millia hominum domos remisit, quos & ipse gravari militia senserat; Carpetanos quoque ab se dimissos fi-mulans.

Cap. XXIV. Inde, ne mora atque otium animos sollicitarent, cum reliquis copiis Pyrenæum transfreditur, & ad oppidum Illiberi castra locat. Galli, quamquam Italiæ bellum inferri audiebant, tamen quia vi subactos trans Pyrenæum Hispanos fama erat, præsidiaque valida impositæ, metu servitutis ad arma conciti nari. Ruscinonem aliquot mouli conveniunt. quod ubi Annibali nunciatum est, moram magis quam bellum metuens, oratores ad regulos eorum misit, *colloqui semetipsum velle cum his, & vel illi propius Illiberi accederent, vel se Ruscinonem propius ipsum, at ea propinquo congressio facilior fieret; nam se non inferre eos in castra sua se letum, nec cunctanter seipsum ad eos venturum. Hospitem enim se Gallicæ, non hostem advenisse: nec strictorum ante gladium, si per Gallos liceat, quam in Italiam veniſſet.* & per nuncios quidem hæc. Ut vero regulí Gallorum, castris ad Illiberim extemplo motis, haud gravate ad Pœnum venerunt; capti donis, cum bona pace exercitum per fines suos præter Ruscinonem oppidum transmiſerunt.

Cap. XXV. In Italiam interim nihil ultra quam Iberum transisse Annibalem, à Massiliensium legatis Romam perlatum erat: quum perinde, ac si Alpes jam transisset, Boii, sollicitatis Insubribus defecerunt, nec tam ob veteres in populum Romanum iras, quam quod nuper circa Padum, Placentiam, Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas ægre pothebantur. Itaque armis repente arreptis, in eum ipsum agrum imperu facto, tantum terroris ac tumultus fecerunt, ut non agrestis modo multitudo, sed ipsi triumviri Romani, qui ad agrum venerant assignandum, diffisi Placentiæ mœnibus, Mutinam confugerint. C. Lutatius, C. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium est. pro C. Servilio, & T. Annio, Q. Acilium, & C. Herennium habent quidam annales. alii P. Cornelium Asinam, & C. Papirium Masonem. Id quoque dubium est, legati ad exsoitulandum ad Boios missi, violati sint, an in triumviros agrum merantes imperus sit factus. Mutinæ quum obsiderentur, & gens ad oppugnandarum urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, legnis intactis assideret muris, simulat coeptum de pace agi. evocatique ab Gallorum principibus legati ad colloquium, non contra jus modo gentium, sed violata etiam, quæ data in id tempus erat, fide, comprehenduntur; negantibus Gallis, nisi obsides sibi redderentur, eos dimissuros. Quum hæc de legatis nunciata essent, & Murina præsidiumque in periculo esset, L. Manlius prætor ira accensus, effusum agmen ad Mutinamducit. Silvæ tunc circa viam erant, plesique incultis: ibi inexplorato profectus, in insidias præcipitatus, multaque cum cæde suorum ægre in apertos campos emeritit. ibi castra communita; & quia Gallis ad tentanda ea defuit spes, refecti sunt militum animi, quamquam accilas res satis constabat. Inde deinde de integro cœptum, nec, dum per parentia loca ducebatur agmen, apparuit hostis; ubi rursus silvæ intratæ, tum postremos adorti, cum magna trepidatione ac pavore omnium, octingentos milites occiderunt, sex signa ademere. Finis & Gallis territandi, & pavendi Romanis fuit. Mutinæ jubenti invio atque impedito evaſere. inde apertis locis facile tutantes agmen Romani Tanetum, vicum propinquum Pado, contendere: ibi se munimento ad tempus, commeatibusque fluminis, & Brixianorum Gallorum auxilio adversus crescentem indies multitudinem hostium tutabantur.

Cap. XXVI. Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus, & Punicum insuper Gallico bello auctum Patres acceperunt, C. Atilium prætorem cum una legione Romana, & quinque millibus sociorum delectu novo à Consule conscriptis, auxilium ferre Mutinæ jubent: qui tanto celeritate (absciesserant enim mera hostes) Tanetum pervenit. Et P. Cornelius in locum ejus, quæ missa cum prætore fuerat transcripta legione nova, profectus ab urbe sexaginta longis navibus præter oram Etruriæ, Liguriumque, & inde Salyum montes, pervenit Massiliam, & ad proximum otium Rhodani (pluribus enim divisus amnis in mare decurrit) castra locat: vix dum satis credens Annibalem superasse Pyrenæos montes: quem ut de Rhodani quoque transitu agitare animadvertit; incertus, quonam loco occurreret, nec dum satis refectis ab jactatione maritima militibus; trecentos interim delectos equites, duobus Massiliensibus & auxiliaribus Gallis, ad exploranda omnia, visendosque ex ruto hostes præmittit. Annibal, cæteris metu aut pretio pactis, jam in Volcarum pervenerat agrum gentis validæ. Colunt autem circa utramque ripam Rhodanitæ diffisi citeriore agro arceri ex-

num posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme fuis trans Rhodanum trajectis, ulteriorem ripam amnis armis obtinebant. Cæteros accolas fluminis Annibal, & eorum ipsorum qui sedes tenuerant, multumque perlicit donis ad naves instituendas contrahendas fabricandasque: simul & ipsi trajici exercitum, levarique quam primum regionem suam tanta urgente hominum turba cupiebant. Itaque ingens coacta vis navium est, lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum: novatque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus: deinde & ipsi milites, simul copia materiæ, simul facilitate operis inducti, alveos informes (nihil dummodo innare aquæ & capere onera possent curantes) quibus se suaque transveherent, raptim faciebant.

Cap. XVII. Jamque omnibus satis comparatis ad trajiciendum, terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equites virique obtinentes: quos ut averteret, Hannonem Bomilcaris filium, vigilia prima noctis cum parte copiarum, maxime Hispanis, adverso flumine ire iter unius diei jubet: & ubi primum posset, quo occultissime trajecto amni, circumducere agmen, ut quum opus facto sit, adoriatur ab tergo hostem. Ad id dari duces Galli educunt inde millia quinque & viginti, ferme supra parvæ insulæ circumfusum amnem; latiorem ubi dividebatur, eoque minus alto alveo, transitum ostendere. Ibi raptim cæsa materia, ratesque fabricatæ, in quibus equi virique & alia onera trajicerentur. Hispani, sine ulla mole in utres vestimentis conjectis, ipsi certis suppositis incubantes, flumen tranavere. Et alius exercitus ratibus junctis trajectus, castris prope flumen positis, nocturno itinere atque operis labore fessus, quietæ unius diei reficitur; intento duce ad consilium opportune exsequendum. Postero die profecti ex loco, prodito fumo significant se transisse, & haud procul abesse, quod ubi accepit Annibal, ne tempori deesset, dat signum ad trajiciendum. Jam paratas aptataque habebat pedes linteres; equites fere propter equos naantes navium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens, tranquillitatem infra trajicientibus lintribus præbebat. Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur; præterea ejus, quos instrutos frenatosque, ut extemplo egresso in ripam equiti usui esset, impositerant in naves.

Cap. XXVIII. Galli occursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui; quatientes scuta super capita, vibrantesque dextris telas: quamquam & ex adverso terrebat tanta vis navium cum ingenti remorum fluminis & clamore vario nautarum & militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis, & qui ex altera ripa trajicientes hostes hortabantur. Jam satis paventes adverso tumultu, terribilior ab tergo adortus clamor, castris ab Hannone captis, mox & ipse aderat, ancepsque terror circumstabat & e navibus tanta vis armatorum in terram evadens, & ab tergo improvisa premebat acies. Galli, postquam ultro vim facere conati, pelluntur; qua patuere iviam maxime iter, perrumpunt, trepidique in vicos passim fuos diffugiunt. Annibal cæteris copiis per otium trajectis, spernens jam Gallicos tumultus, castra locat. Elephantorum trajiciendorum varia consilia fuisse credo: certe variata memoria actæ rei, quidam congregatis ad ripam elephantis, tradunt ferocissimum ex iis irritatum ab rectore suo, quum refugientem in aquam nantem sequeretur, traxisse gregem; ut quemque timentem altitudinem destituerat vadum, imperu ipso fluminis in alteram ripam rapiente. Cæterum maris constat, ratibus trajectos: id, ut futius consilium ante rem foret; ita acta re, ad fidem pronius est. Ratem unam ducentos longam pedes, quinquaginta latam, a terra in amnem porrexerunt: quam, ne secunda aqua deferretur, pluribus validis retinaculis parte superiore tipæ religatam, pontis in modum humo injecta constraverunt, ut belluæ audacter velut per solum ingrederentur. altera ratis æque lata, longa pedes centum, ad trajiciendum flumen apta, huic copulata est: & quum elephanti per stabilem ratem, tamquam viam, prægredientibus feminis, acti, in minorem applicatam trajectifli funt: extemplo resoluti, quibus leviter annexa erat, vinculis, ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur: ita primis expositis, alii deinde repetiti ac trajecti sunt. Nihil sane trepidabant, donec continenti velut ponte agerentur. primus erat pavor, quum soluta ab cæteris rate in altum raperentur. ibi urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationem aliquantum edebant; donec quietem ipse timor circumspicientibus aquam fecisset. excidere etiam favientes quidam in flumen. sed pondere ipso stabiles, dejectis rectoribus, quærendis pedetentim vadis, in terram evasere.

Cap. XXIX. Dum elephanti trajiciuntur, interim Annibal Numidas equites quinquentos ad castra Romana miserat speculatum, ubi & quantæ copiæ essent, & quid pararent. Huic alæ equitum missi, ut ante dictum est, ab oftio Rhodani trecenti Romanorum

rum equites occurrunt. proelium atrocius quam pro numero pugnantium editur. Nam praeter multa vulnera, caedes etiam prope par utrimque fuit: fuga, ac pavor Numidarum, Romanis jam admodum festis victoriam dedit. victores ad centum sexaginta; nec omnes Romani, sed pars Gallorum: victi amplius ducentis ceciderunt. Hoc principium, simulque omen belli, ut summae rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam anceps utique certaminis victoriam Romanis portendit. Re ita gesta, ad utrumque ducem sui redierunt. Nec Scipioni stare sententia poterat, nisi ut ex confilii ceptique hostis & Ipse conatus caperet: & Annibalem incertum, utrum coeptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus conferret, averterat à praesenti certamine. Bolorum legatorum regulique Magali adventus, qui se duces irinerum, socios periculi fore, affirmantes, integro bello, nusquam ante libatis viribus Italiam aggrediendam censent. Multitudo timebat quidem hostem, nondum obliterata memoria superioris belli: sed magis iter immensum Alpesque, rem fama utique inexpertis horrendam, meruebat.

Cap. XXX. Itaque Annibal postquam ipsi sententia iterit pergere ire, atque Italiam petere, advocata concione, varie militum versat animos castigando adhortandoque. *Mirari se, quinam pectora semper impavida repens terror invaserit, per tot annos vincentes eos stipendia facere, neque ante Hispania excessisse, quam omnes gentes, quae inter eam, atque duo diversa maria ampliectantur, Carthaginiensium essent. Indignatos deinde, quod quicumque Saguntum obsedissent, velut ob noxam sibi dedi postularet populus Romanus, liberum tradeciffe ad delendam nomen Romanum, liberrimae orbem terrarum. Tum nominatissimum id tempus quum ab occasu solis ad ortum intenderent iter. Nunc postquam multo majorem partem itineris emensam cernant, Pyrenaeum saltum inter ferocissimas gentes superatum, Rhodanum tantum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam ipsa fluminis vi, (mirabilem enim esse vim in Alpes habeant, quarum altissimi latus Italiae sit; in ipsi portis hostium stitgatos subsistere, quid Alpes aliud esse credentes, quam montium altitudines? Fingerent alii os Pyrenei jugis. nullas profecto terras coelum contingere, nec inexsuperabiles humano generi esse. Alpes quidem habitari, coli, gignere atque alere animantes, pervias paucis esse, exercitibus invias? eos ipsos quos cernant, legatos non pennis sublime elatos Alpes transcessos: ne majores quidem eorum indigenas, sed advenas Italae cultores, has ipsas Alpes ingentibus saepe agminibus cum liberis ac conjugibus, miorantium modo: tuto transmisisse. Militi quidem armato, nihil secum praeter instrumenta belli portanti, quid invium aut inexsuperabile esse? Saguntum ut caperetur quid per octo menses periculi, quid laboris exhaustum esse? Romam orbis terrarum caput petentibus, quicquam adeo asperum atque arduum videri, quod non superatum moretur? Cepisse quondam Gallos ea, quae adiri possint Poenis desperet. proinde aut cederent animo atque virtute genti per eos dies toties ab se victae: aut itineris finem iterent campum interjacentem Tiberi ac montibus Romanis.*

Cap. XXXI. His adhortationibus incitatos corpora curare, atque ad iter se parare jubet. Poltero die profectus adversa rupa Rhodani, mediterranea Gallia pelit: non quia rectior ad Alpes via esset, sed quantum à mari recessisset, minus obviam iri Romanum credens: cum quo, priusquam in Italiam ventum foret, non erat in animo, manus conferre. Quartis castris ad Insulam pervenit: ibi Arar Rhodanusque amnes diversi ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi confluunt in unum. Medius campis Insulae nomen inditum. Incolunt prope Allobroges, gens jam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum discors erat. Regni certamine ambigebant fratres, major, & qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore ab fratre & coetu juniorum, qui juvenumus, vi plus poterat, pellebatur. Hujus fidelitonis peroporruna disceptatio quum ad Annib-lem rejecta esset, arbiter regni factus, quod erat senatus principumque sententia futurum, imperium majori restituit, ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium & vestis est adjuncta, quae infames frigoribus Alpes praeparare cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum, quum jam Alpes peteret, non recta regione iter instituit; sed ad laevam in Tricastinos flexit: inde per extremam oram Vocontiorum agri retendit in Tricorios: haud ufquam impedita via, priusquam ad Druentiam flumen pervenit. Is & ipse Alpinus amnis, longe omnium Galliae fluminum difficillimus transitu est. nam quum aquae vim vehat ingentem; non tamen navium patiens est: quia nullis coercitus ripis, pluribus simul, neque iisdem alveis fluens, nova semper vada novosque gurgites faciens (& ob eadem pedita quoque incerta via est), ad haec saxa glareosa volvens, nihil stabile, nec iterum ingredienti praebet; & rum forte imbribus auctus, ingentem transgredientibus tumultum fecit, quum

quum super cætera trepidatione ipsi sua atque incerti clamoribus turbarentur.

Cap. XXXII. P. Cornelius consul triduo fere, postquam Annibal ab ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad castra hostium venerat; nullam dimicandi meram facturus. Cæterum ubi deserta munimenta, nec facile se tantum prægressos affectorum vider, ad mare ac naves redit; turbis facilioque ita defendenti ab Alpibus Annibali occurrisse. Nec tamen nulla auxilia Romanis Hispania esset, quam provinciam fortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Asdrubalem misit: non ad rutandos tanummodo veteres locios conciliandosque novos, sed etiam ad pellendum Hispania Asdrubalem, ipse cum admodum exiguis copiis Genuam repetit eo, qui circa Padum erat, exercitu Italium defensuros. Annibal ab Druentia campestri maxime itinere cum bona pace ad Alpes incolentium ea loca Gallorum pervenit. Tum quamquam fama prius (qua incerta in majus vero ferri solent) præcepta res erat; tamen ex propinquo vifa montium altitudo, nivesque cœlo prope immixtæ, recta informia imposita rupibus, pecora jumentaque torrida frigore, homines intonsi & inculti, animalia inanimaque omnia rigentia gelu, cetera vifu quam dicta foediora, terrorem renovarunt. Erigentibus in primos agmen clivos appareruntque imminentes tumulos incidentes montani: qui si valles occultiores insedissent, coorti in pugnam repente, ingentem fugam stragemque dedissent. Annibal consistere signa jubet: Gallisque ad visenda loca præmissis, postquam comperit transitum ea montis fide, cautes inter confragosa omnia præruptaque, quam extensissima potest valle locat. Tum per eosdem Gallos, haud sane multum lingua moribusque abhorrentes, quum se immiscuissent colloquiis montanorum, edocto interdiu tantum obsideri solum, nocte in fua quemque stabili tectaque prima subiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu viam per angustias facturus. Die deinde, simulando aliud quam quod parabatur, consumpto, quum eodem quo consisterant loco castra communissent, ubi primum degressus tumulis montanos, longaque ex fenti custodias, pluribus ignibus quam pro numero manentium in locum factis, impedimentisque cum equite relictis. & maxima parte peditum; ipse cum expeditis acerrimo quoque viro raptim angustias evadit: iisque ictis tumulis quos hostes tenuerant, consedit.

Cap. XXXIII. Prima deinde luce castra mota & agmen reliquum incedere cœpit. Jam montani signo dato ex castellis ad stationem solitam conveniebant; quum repente conspiciunt alios arce occupata sua super caput imminentes, alios via tranfire hostes. Utraque simul objecta res oculis, animis immobiles parumper eos defixit, deinde ut trepidationem in angustiis, suoque ipsum tumultu misceri agmen videre, equis maxime consternatis, quicquid adjecissent ipsi terroris, satis ad perniciem fore rati, perversis rupibus, juxta invia ac devia afpreti discurrunt. Tum vero simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur; plusque inter ipsos: (ibi quoque tendente ut periculo prius evaderet) quam cum hostibus certaminis erat. Equi maxime infestum agmen faciebant, qui & clamoribus dissonis, quos imitari etiam reperti sunt, & fugæ auctores erant, territi trepidabant; & ibi forte aut vulnerati adeo consternabantur, ut ftragem ingentem simul hominum ac farcinarum omnis generis facerent: multosque turba, quum præcipites deruntque utrimque angustiæ essent, in immensum altitudinis dejecit, quosdam & armatos. Inde ultimæ maximæ modo fumenta cum oneribus devolvebantur. Quæ quamquam fœda visu erant, tamen rumper tamen Annibal ac suos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret. deinde postquam Interrumpi agmen vidit, periculumque esse, ne exutum impedimentis exercitum ne quicquam incolumem traduxisset, decurrit ex superiore loco; & quum impetu ipso fudisset hostem, suis quoque tumultum auxit. sed is tumultus momento temporis, postquam liberata trinera fuga montanorum erant, sedatur: nec per ordinem modo, sed per silentio mox omnes traducti. Castellum inde, quod caput ejus regionis erat, viculoque circumjectos capit, & captivorum pecoribus per triduum exercitum aluit. & quia nec montanis primo perculsis, nec loco magnopere impediebantur, aliquantum eo triduo via confecit.

Cap. XXXIV. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude, deinde insidiis est prope circumventus. Magno nam principes castellorum oratores ad Poenum veniunt: *adhortati, utili exemplo docuerint, memorantes, amicitiam malle, quam vim experiri Romanos, itaque obedienter imperata facturos, commeatum itineribus duces, & ad idem promissorum obsides accepturi.* Annibal nec temere credendo, nec aspernando, ne repudiati aperte hostes fierent, benigne quum respondisset; obsidibus quos dabant acceptis, & commeatu, quem in viam ipsi deferuerant,

rant, usus; nequaquam ut inter pacatos, compolito agmine duces eorum sequitur. Primum agmen elephanti & equites erant: ipse post eum robore pedium circumspectans follicitus omnia, incedebat. Ubi in angustiorem viam ex parte altera tubulectam jugo insuper imminenti ventum est, undique ex insidiis barbari a fronte ab tergo coorti, cominus eminus petunt: saxa ingencia in agmen devolvunt: maxima ab tergo vis hominum urgebat, in eos versa pedium acies haud dubium fecit, quin nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi, ac prope perniciem ventum est: nam dum cunctatur Annibal agmen demittere in angustias; quin non, ut ipse equitibus peditibo erat, ita peditibus quicquam ab tergo auxilii reliquerat; occurrantes per obliqua montani perrupto medio agmine viam infidere: nosque una Annibalil inne equitibus atque impedimentis acta est.

Cap. XXXV. Poftero die iam fagnius intercurfantibus hinc hoftis, junctæ copiæ, faltuique haud inde clade (majore tamen jumentorum quam hominum pernicie) fugaratus. inde montani, pauciores, jam & latrocinii magis quam belli more concurfabant; modo in primum, modo in novifilimum agmen, ut cuique aut locus opportunus dandaque aut progreffi mora tive aliquam occafionem ecciffent. Elephanti, ficut præcipites per arctas vias magna mora agebantur, ita tutum ab hoftibus quacunque incederent (quia infueris adeundi propius metus erat) agmen præbebant. Nono die in jugum Alpium perventum eft per invia plerafque afperitates, quos aut ducentium fraus, aut ubi fides iis non effet, temere initæ valles à conjectantibus iter, faciebant. Biduum in jugis ftativa habita: feffis labore ac pugnando quies data militibus: jumentaque aliquot, quæ prolapfa in præruptos erant, jegetum vefticia aganinis in caftra pervenere. Feffis tædio tot malorum, nivis etiam caufa, occidente jam fidere Virgiliarum, ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive oppleta quum fignis prima luce motis fegniter agmen incederet, plerique ex deiperatio in omnium vultu eminerer; progreffus igna Annibal, in promuntorio quodam, unde longe ac late profpectus erat, conffitere juffis militibus, Italiam oftentat, fubjectofque Alpinis montibus Circumpadanos campos: mœniaque eos tum tranfcendere, non Italiæ modo, fed etiam urbis Romanæ, cæteræ plana, proclivia fore: uno, aut fummum altero prœlio arcem & caput Italiæ in manu ac poteftate habituros. Procedere inde agmen cœpit.

Jam nihil ne hoftibus quidem, præter parva furta per occafionem tentantibus. Cæterum iter multo, quam in afcenfu fuerat (ut pleraque Alpium ab Italia ficut breviora, ita arctiora funt) difficilius fuit. omnis enim ferme via præceps, anguita, lubrica erat; ut neque fuftinere fe à lapfu poffent; nec, fi qui paululum titubaffent, hærere affecti veftigio fuo; aliique fuper alios & jumenta & homines occiderent.

Cap. XXXVI. Ventum deinde ad multo anguftiorem rupem, atque ita rectis faxis, ut nequa expeditus miles tentabundus, manibufque retinens virgulta ac ftirpes circa eminentes, demittere fefe poffet. Natura locus jam ante præceps, recenti lapfu terræ, in pedum mille admodum altitudinem, abruptus erat. Ibi quum velut ad finem vitæ equites conftitiffent, mirantí Annibali quare res mortarii agmen, nunciatur, rupem inviam effe. digreffus deinde ipfe ad locum videndum. haud dubia res vifa, quin per invia circa, nec trita antea, quamvis longo ambitu circumduceret agmen. Ea vero via infuperabilis fuit. nam quum fuper recens nivem hiemalem nova modicæ altitudinis effet: molli, nec præaltæ nivi facile pedes ingredientium infiftebant. ut vero tot hominum jumentorumque inceffu dilapfa eft, per nudam infra glaciem, ftrutemque tabem liquefcentis nivis ingrediebantur. Tetrabi luctando erat ut à lubrica glacie, non recipiente veftigium, & in prono citius pede fe fallere, & feu manibus in aftargendo feu genu fe adjuviffent, ipfis adminiculis prolapfi, fi iterum corruiffent, nec ftirpes circa radiceffe, ad quas pede aut manu quifquam enitipoffet, erant. Ita in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur jumenta: fecabant interdum, etiam tum infimam ingredientia nivem, & prolapfa lactandis gravius in continendo ungulis, penitus perfringebant: ut pleraque velut pedica capta hærerent in dura & alte concreta glacie.

Cap. XXXVII. Tandem nequicquam jumentis atque hominibus fatigatis, cadra in jugo polita; ægerrime ad idipfum loco purgato: tantum nivis fodiendum atque egerendum fuit. Inde ad rupem muniendam, per quam unam via poffet erat, mittes ducti, quum cædendum effet faxum, arboribus circa immanibus dejectis detruncatifque, ftruem ingentem lignorum faciunt: eamque (quum & vis venti apta faciendo igni coorta effet,) fuccendunt, ardentiaque faxa infufo aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos, ut non jumenta ſolum, ſed elephanti etiam deduci poſſent,

Qua-

Quartridum circa rupem consumptum, iumentis prope fame absumptis: nuda enim fere cacumina sunt, & si quid est pabuli, obtinunt nives. Inferiora vallis apricos quosdam colles habent, rivosque prope silvas; etiam humano cultu digniora loca. Ibi iumenta in pabulum missa, & quies muniendo festis hominibus, data triduo. Inde ad planum descensum, etiam locis mollioribus & accolarum ingeniis.

Cap. XXXVIII. Hoc maxime modo in Italiam perventum est quinto mense a Carthagine Nova. (ut quidam auctores sunt) quinto decimo die Alpibus superatis. Quantæ copiæ transgresso in Italiam Annibali fuerint, nequaquam inter auctores constat. qui plurimum, centum millia peditum, viginti equitum fuisse scribunt; qui minimum, viginti millia pedites, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Annibale scribit, maxime auctor me moverer, nisi confunderet numerum; Gallis Liguribusque additis: cum his scribit octoginta millia peditum, decem equitum, additata in Italiam: (magis adhuxisse verisimile est, & ita quidam auctores sunt.) ex ipso autem audisse Annibale, postquam Rhodanum transierit, triginta sex millia hominum, ingentemque numerum equorum, & aliorum iumentorum amississe in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam digresso. Id quum inter omnes constet, ea magis miror ambigi, quanam Alpes transierit: & vulgo credere, Pennino, atque inde nomen & jugo Alpium indirum, transgressum. Cœlius, per Cremonis jugum dicit transisse: qui ambo saltus eum, non in Taurinos, sed per salassos montanos ad Libuos Gallos deduxisse. Nec verisimile est, ea tum ad Galliam patuisse itinera; utique quæ ad Penninum ferunt, obsepta gentibus semigermanis fuissent. neque hercule montibus his (ii quem forte id movit) ab transitu Pœnorum ullo Veragri, incolæ jugi ejus, norunt nomen inditum: sed ab eo, quem in summo sacratum vertice Penninum montani appellant.

Cap. XXXIX. Peropportune ad principia rerum Taurinis proximæ genti adversus Insubres motum bellum erat. sed armare exercitum Annibal, ut parti alteri auxilio esset (in reiciendo maxime sentientem contracta ante mala) non poterat. otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie tabeque, squalida & prope efferata corpora varie movebant. Ea P. Cornelio Consuli caussa fuit, quum Pisas navibus venisset, exercitu a Manlio Acilioque accepto tirone, & in novis ignominiis trepido, ad Padum festinandi: ut cum hoste nondum refecto manum consereret. sed cum Placentiam Consul venit, jam ex Italivis moverat Annibal: Taurinorumque unam urbem cepit genti eius, quia voluntatis in amicitiam non veniebat, vi expugnarat: junxitque sibi non metu solum, sed etiam voluntate Gallos accolas Padi; ni eos circumspectantes defectionis tempus subito adventus Consulis oppressisset. Et Annibal movit ex Taurinis: incertos quæ fors sequenda esset Gallos præsentem se secuturos ratus. Jam prope in conspectu erant exercitus, conveneranque duces; sicut uterque inter se nondum satis noti, ita jam imbutus uterque quadam admiratione alterius. Nam Annibalis & apud Romanos jam ante Saguntí excidium celeberrimum nomen erat: & Scipionem Annibal eo ipso, quod adversus se dux potissimum lectus esset, præstantem virum credebat. & auxerant inter se opinionem; Scipio, quod relictus in Gallia, obvius fuerat in Italiam transgresso Annibali; Annibal, conatu tam audaci tricies Padum Alpium, & effecto. Occupavit tamen Scipio Padum trajicere, & ad Ticinum amnem motis castris, prius quam educeret in aciem, adhortandorum militum caussa, talem orationem exorsus est:

Cap. XL. *Si cum exercitum, milites, educerem in aciem quem in Gallia mecum habui, superfluisset loqui apud vos, quid enim adhortari referret, aut eos equites, qui equitatum hostium ad Rhodanum fluvium egregie vicissent, aut eas legiones, cum quibus fugientem hunc ipsum hostem fecutis, confessionem cedentis de terra etantis certamine provocaria habuit? Nunc quia ille exercitus Hispaniæ provinciæ scriptus, ibi cum fratre Cn. Scipione meis auspiciis rem gerit; ubi eum gerere senatus populusque Romanus voluit; ego, ut Consulem aucem adversus Annibalem ac Pœnos haberetis, ipse me huic voluntario certaminis obtuli: novo imperatori apud novos milites pauca verba faciendæ sunt. Negemus belli, neve hostem ignoretis; cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos terra marique priore bello victis: a quibus stipendium per viginti annos exegistis: a quibus capta belli præmia, Siciliam ac Sardiniam recepistis. Scitis igitur hoc certamine vobis lætissime animos, qui victoriosus & victis esse solet. Nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt: nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectaverunt, eos duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis (quum plures pene perierint quam superfuerit) plus fuisse hostes esse. At enim pauci quidem sunt, sed vigentes animis corporibusque,*

que, quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit. Effigies, imo umbræ hominum; fame, frigore, illuvie, squalore exactis, confectæ debilitati inter saxa rupesque. ad hæc, perusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu, quassata fractaque arma: claudi ac debiles equi. Cum hoc equite, cum hoc pedite pugnaturi estis. reliquatas extra eas hostium, non hostes habebitis. Ac nihil magis vereor, quam ne antiquam vos cum hoste pugnaveritis. Alpes victisse Annibalem videantur. Sed ita forsitan decuit, cum fœderum ruptore duce ac populo, Deos ipsos, sine ulla humana ope, committere ac prostigare bellum: nos autem, qui secundum Deos colitis sumus, commissum ac prostigatum conferre.

Cap. XLI. Non vereor, ne quis me hoc vestri adhortandi causa magnifice loqui existimet; ita sum aliter animo affectum esse. Licuit in Hispaniam provinciam meam quo jam profectus eram cum exercitu ire meo: sed ex itinere classibus parari ipsum ac propinqui socium habere ex Africa balem potius quam Annibalem hostem, & minorem haud cuiquam molem belli: tamen, quum prætervehere navibus Galliæ oram ad famam hujus hostis in terram egressus, præmisso equitatu, ad Rhodanum meum castra. Inquisiti prædis, quarum copiarum conferendæ manum fortuna data est, hostem fidi, peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia asperi terra non poterant, repressus ad naves, quanta maxima celeritate potui tanto maris terrarumque circuitu, in radicibus Alpium obvius fui. Hunc inquisitio patrum avum declinarem certamen, improvisus videor incidisse, an occurrere in vestigiis ejus? lacessere ac trahere ad decernendum? Experiri juvat, utrum alios derepente Carthaginenses per viginti annos terra ediderit: an iidem sint, qui ad Ægates pugnaverint insulas, & quos ab Eryce devictos denariis æstimatos emisistis: & utrum Annibal hic sit amulus itinerum Herculis, ut ipse fert, an vectigalis stipendiariusque: & servus populi Romani a patre relictus, quem nisi Saguntinum scelus agitaret, recidisset profecto. An non patrium vidam, domum cernis, patremque, & fœdera Amilcaris scripta manu, qui jussus a Consule nostro, præsidium deduxit ab Eryce: qui graves impositas victis Carthaginiensibus leges fremens marensque accepit: qui decedere Sicilia, qui stipendium populo Romano dare patius est. Itaque, vos, ego, milites, non eo solum animo, quo adversus alios hostes soletis, pugnare velim: sed cum indignatione quadam atque ira; velut si servos videatis vestros arma repente contra vos ferentes. Licuit, si voluissemus, ad Erycem clausos ultimo spiritu humorum, fame interficere: licuit vicericem classium in Africam trahere, atque intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginem delere. Veniam dedimus precantibus: emisimus exobsidione: pacem cum victis fecimus: tutelæ nostræ deinde duximus, quum Africo bello urgerentur. Pro his imperitis furiosum juvenem sequentes, oppugnatum patriam miserunt. Atque utinam pro decore tantum hoc vobis, & non pro salute esset certamen. non de possessione Siciliæ ac Sardiniæ, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia vobis est pugnandum: nec est alius ab tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, opitulaturus sit. Alpes aliæ sunt: quas diu superant, comparari nova possunt præsidia. hic est obstandum, milites, velut si ante Romanæ mania pugnemus. Unusquisque se non corpus suum, sed conjugem ac liberos parvosque armis protegere putet: nec domesticas solum agatur causa, sed identidem hoc animo reputet, nostras nunc imueri manus senatum populumque Romanum. qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac Romani imperii fore.

Cap. XLII. Hæc apud Romanos consul. Annibal rebus prius, quam verbis adhortandos milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu, captivos montanos vinctos in medio statuit, armisque Gallicis, ante eorum pedes projectis, interrogare interpretem jussit, equis, ti vinculis levaretur, armaque & equum victor acciperet, an decertare ferro vellet? Quum ad unum omnes ferrum pugnamque poscerent, & dejecta in id fors esset, se quisque eum optabat, quem fortuna in id certamen legerer. Ut cujusque fors excideral, alacer, inter gratulantes gaudio exultans, cum sui moris tripudiis arma rapiam capiebat: ubi vero dimicarent, is habitus animorum non in iter ejuidem modo conditionis hominesque erat, sed etiam inter spectantes vulgo, ut non vincentium magis, quam bene morientium fortuna laudaretur.

Cap. XLIII. Dum sic aliquot spectatis paribus affectos dimisisset; concione inde advocata, ita apud eos locutus fertur: *Si quem animum in alienæ sortis exemplo paulo ante habuistis, eundem mox in æstimanda fortuna vestra habueritis; vicimus, milites: neque enim spectaculum modo illud, sed quasdam veluti imagines vestræ conditionis erat. Ac nescio an majora vincula, majoresque necessitates vobis quam captivis vestris fortuna circumdederit. Dextra lævaque duo maria clauduntur; nullam ne ad effu-*

effigiem qui tam nam in habentibus. circa Padus amnis, major ac violentior Rhodano, ab tergo Alpes urgent; vix inde vobis ac rigentibus transitus. Hic vincendum aut moriendum, milites, est, ubi primum hosti occurritis; & eadem fortuna, quae necessitatem pugnandi imposuit, praemia vobis ea victoria proponit, quibus ampliora hominum res ab Diis quidem immortalibus optare solent. Si Siciliam tantum ac Sardiniam patravisse nostris esset ea nobilis victoriae recuperatae, esset; satis tamen ampla praetia essent, quicquid Romani toti triumphis partum conquestumque possident; id omne vestrum cum ipsis dominis futurum est. In hanc tam opimam mercedem, agite, cum Diis bene juvantibus arma capite. Satis adhuc in vallis Lusitaniae Celtiberiaque montibus pecora circumagitando, nullum emolumentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis, tempus est jam opulentae vos addita stipendia facere, & magna operae pretia meteri tantum ignoris per tot montes feminaque, & tot armatas gentes emensos. Hic omnium laborum fortuna dabit, hic diuguam mercedem emeritis stipendiis dabit. Nec quam magni nominis bellum est, tam difficilem existimaris victoriam fore. Saepe & contemptus hostis eventum certaminis ciitit, & inclyti populi regesque perierunt momento vicit fuere. Nam deinde hoc non fulgore nominis Romani, quid est, cur illi vobis comparandi sint? ut viginti annorum militum vestrum cum illa virtute, cum illa fortuna taceam; ab Herculis columnis, ab Oceano terminisque utrimis terrarum, per tot ferarum, tot gentium, tot populos vincentes huc pervenisse: pugnabitis cum exercitu tirone, hoc ipsa aetate caeso, victo, circumsesso a Gallis, ignoto adhuc duci suo ignorantique ducem. Annos, in praetorio parvi, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum, domitorem Hispaniae Galliaeque, victorem ardentem non Alpinarum modo gentium, sed ipsarum, quod multo majus est, Alpium, cum semestri hoc conflemam duce, desertore exercitus sui? Cui si quis dempsit signa Poenos Romanosque hostes ostendat; ignoratum certum habeo utrius exercitus sit Consul. Non ego illud parvi aestimo, milites, quod nemo vestrum est, cujus non annos oculos ipse saepe militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego virtutis spectator ac testis, notaria temporibus locisque referre sua possim dicenda. Cum laudatis a me militibus donatisque, alumnus prius omnium vestrum, quam imperator; procedam acie adversus ignotos inter se, ignotamque.

Cap. XLIV. *Quo cumque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris: veteranum peditum, generosissimarum gentium equites frementes & inspirantes, vos socios fidelissimos fortissimosque, vos Carthaginienses, cum eo patriam, tum ob iram justissimam pugnaturos. Inferimus bellum, insistisque signis descendimus in Italiam; tanto audacius fortiusque pugnaturi, quanto majores, majior est animus inferentis vim quam arcentis. Accendit pugnae animos & stimulat color, injuria, indignitas. Ad supplicium deposcerunt me ducem primum, deinde vos omnes, qui Saguntum oppugnastis: deditos ultimis cruciatibus affecturi fuerunt. Crudelissima ac superbissima gens, sua omnia sibique arbitrii facit, cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, semodum imponere animum coniset: circumscripti includitque nos terminis montium fluminumque, quos ne excedamus: neque eos, quos statuit, terminos observat. Ne transieris Iberum: ne quid res tibi sit cum Saguntinis. Ad Iberum est Saguntum: ausquam de vestro imperio? Transgressi Iberum veterrimas provincias meas Siciliam & Sardiniam addidit. etiam Hispanias & inde ceffero, in Africam transcendes. Transcendes autem Alpes? duos Consules hujus anni, unum in Africam, alterum in Italiam hanc universam. nihil relictum nobis volunt esse, nisi quo armis vindicamus. Illis timidis & ignavis licet esse, qui respectum habent, quos suos agros, sua terra, per tuta ac pacata itinera fugientes accipient: nobis necesse est fortibus viris esse, & omnibus inter victoriam mortemve certa deliberationi hostis cedere, aut si fortuna dubitabit, in praelio potius, quam in fuga, mortem oppetere. Si hoc bene animo omnibus destinatumque in animo est, iterum dicam, virtutis: nullum momentum ad vincendum hominibus Diis immortalibus accrius datum est.*

Cap. XLV. His adhortationibus quum utrimque ad certamen accensi militum animi essent, Romani ponte Ticinum jungunt, tutandique pontis causa castellum insuper imponunt. Poenus opere occupatis hostibus, Mahurbalem cum ala Numidarum, equitibus quingentis, ad depopulandos finitimum populi Romani agros mittit. Gallis parci quam maxime jubet, principumque animos follicitari ad defectionem. Ponte perfecto traductus Romanus exercitus in agrum Insubrium, quinque millia passuum a Victumulis conlidit. Ibi Annibal castra habebat, revocatoque propere Mahurbale atque equitibus, quum instare certamen cerneret, nihil unquam talis dictum praemonitumque ad cohortandos milites ratus; vocatis

ad

ad concionem, certa præmia pronunciat, in quorum fpem pugnarent. Aguum fefe daturum effe in Italia, Africa. Hifpania, fi quifque velit, immunem ipfi qui accepiffet, libertifque, qui pecuniam quam agrum maluiffet, ei fe argento fatisfacturum: qui feciorum cives Carthaginienfes fieri vellent, poreftatem facturum: qui domos redire mallent, daturum fe operam, ne cuius res ullius mora mutatam fecum fortunam effe vellent. Servis quoque dominos profecturis libertatem proponit, binaque pro his mancipia dominis fe redditurum. Eaque ut rata fcirent fore, aguum læva manu, dextera ilicem recinens, fi falleret, Jovem cæteroque precatus Deos, haſtæ matrimum, quemadmodum ipfe agnum mactaffet, fecundum precationem caput pecudis faxo elifit. Tum vero omnes, velut Diis auctoribus in ſpem quiſque acceptis, id mora quod nondum pugnarent, ad profunda ſperata rati, proelium uno animo & voce una poſcunt.

Cap. XLVI. Apud Romanos haudquaquam tanta alacritas erat; ſuperare a recentibus etiam territos prodigiis. nam & lupus intraverat caſtra, laniatiſque obvilis, ipſe intactus evaſerat, & examen apum in arbore prætoria imminente conſederat. Quibus procuratis Scipio, cum æquitatu jaculatoribuſque expeditis profectus ad caſtra hoſtium, exque propinquo copias, quantæ, & cujus generis eſſent, ſpeculandas, obvius fit Annibal, & ipſi cum equitibus ad exploranda circa loca progreſſi, neutri alteros primo cernebant: dehinc deinde inceſſit tot hominum equorumque oriens pulvis ſignum propinquantium hoſtium fuit. Conſtitit utrumque agmen, & proelio ſefe expediebant. Scipio jaculatores & Gallos equites in fronte locat, Romanos, ſociorumque quod roboris fuit, in ſubſidiis. Annibal frontatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat. Vix dum clamore ſubiato, jaculatores fugerunt inter ſubſidia ad ſecundam aciem: inde equitum certamen erat ali quamdiu anceps: dein, quia turbabant equos pedites intermixti, multis labentibus ex equis, aut deſilientibus, ubi ſuos premi circumventos vidiſſent, jam magna ex parte ad pedes pugna erat: donec Numidæ, qui in cornibus erant, circumvecti paululum, ab tergo ſe oſtenderunt. Is pavor perculit Romanos: auxitque pavorem conſulis valnus; periculumque interceſſit tum primum pubeſcentis filii propulſatum. Hic erit juvenis, penes quem perfecti hujuſce belli laus eſt; Africanus ob egregiam victoriam de Annibale Pœnifque appellatus. Fuga tamen effuſa jaculatorum maxime fuit, quos primos Numidæ evaſerunt. Alius confertus equitatus conſulem, in medium acceptum, non armis modo, ſed etiam corporibus ſuis protegens, in caſtra, nuſquam trepide neque effuſe cedendo, reduxit. Servati conſulis decus Cœlius ad ſervum natione Ligurem delegat. malim equidem de filio verum eſſe, quod & plures tradidere auctores, & fama obtinuit.

Cap. XLVII. Hoc primum cum Annibale proelium fuit; quo facile apparuit, & equitatu melliorem Pœnum eſſe, & ob id campos patentes, quales ſunt inter Padum Alpeſque, bello gerendo Romanis aptos non eſſe. Itaque proxima nocte juſſis militibus vaſa fientio colligere, caſtra ab Ticino mota, feſtinatumque ad Padum eſt; ut ratibus, quibus junxerat flumen, nondum reſolutis, fine tumultu atque inſeſtatione hoſtis, copias trajicerer. Prius Placentiam pervenere, quam latis fciret Annibal ab Ticino profectos: tamen ad ſexcentos moratorum in citeriore ripa, fegniter ratem ſolventes, cepit. tranire non potuit pontem; ut extrema reſoluta erant, tota rate in fecundam aquam labente. Cœlius auctor eſt, Magonem cum equitatu, & Hiſpanis peditibus flumen extemplo tranſnaſſe, ipſum Annibalem per ſuperiora Padi vada exercitum traduxiſſe; elephantis in ordinem ad ſuſtinendum impetum fluminis oppoſitis. Ea peritis amnis ejus vix tidem fecerint. nam neque equites armis equiſque ſalvis tantam vim fluminis ſuperaſſe, veriſimile eſt; ut jam Hiſpanos omnes inflati tranſvexerint utres. & multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerant; qua exercitus gravis impedimentis traduci poſſet. Peditores apud me auctores ſunt, qui biduo vix locum rate jungendo flumini inventum tradunt; ea cum Magone equites Hiſpanorum expeditos præmiſſos, dum Annibal citra flumen legationibus Galiorum audiendis moratus, trajicit gravius peditum agmen, interim Magonis equiſque ab tranſitu fluminis diei unius itinere Placentiam ad hoſtes contendunt. Annibal paucis poſt diebus, ſex millia à Placentia caſtra communivit, & poſtero die in conſpectu hoſtium acie directa, poteſtatem pugnæ fecit.

Cap. XLVIII. Inſequenti nocte cædes in caſtris Romanis, tumultu tamen quam re major ab auxiliaribus Gallis facta eſt. ad duo millia peditum, & ducenti equites vigilibus ad portas trucidaris, ad Annibalem transfugiunt: quos Pœnus benigne allocutus, & ſpe ingentium donorum accenſos, in civitates quemque ſuas, ad ſollicitandos popularium animos dimiſit. Scipio cædem eam ſignum defectionis omnium Gallorum eſſe ratus, contactoſque eo ſcelere, velut injecta rabie ad arma ituros, quam-

quamquam gravis adhuc vulnere erat, tamen quarta vigilia noctis insequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluvium, in loca altiora collecque impeditiores equiti castra movet. Minus quam ad Ticinum fefellit: missisque Annibal primum Numidis, deinde omni equitatu, turbasset utique novissimum agmen, ni aviditate prædæ in vacua Romana castra Numidæ divertissent. Ibi dum perfrunantes loca omnia cattrorum, nullo satis digno more pretio tempus terunt: emissus hostis de manibus est: & quum jam transgressus Trebiam Romanos, metanteque castra consexissent, paucos moratorum occiderunt, citra flumen interceptos. Scipio nec vexationem vulneris in via jactanti ultra patiens, & collegam (jam enim & revocatum ex Sicilia audierat) raius exsequendum; locum, qui prope flumen tertissimus stativis esset visus, delectum communivit. Nec procul inde Annibal quum consedisset, quantum victoria equestri elatus, tantum anxius inopia, quæ per hostium agros eunrem, nusquam præparatis commeatibus major indies exciebat, ad Clastidium vicum, quo magnum frumenti numerum congesserant Romani, mittit. ibi quum vim pararent, ipse facta proditionis: nec sane magno pretio nummis aureis quadringentis Datio Brunduino præfecto præsidii corrupto, traditur. Annibali Clastidium. id horreum fuit Pœnis sedentibus ad Trebiam. In captivos ex tradito præsidio, ut fama clementiæ in principio rerum colligeretur, nihil sævitum est.

Cap. XLIX. Quum ad Trebiam terreitre conssirisset bellum, interim circa Siciliam insulasque Italiæ imminentes, & à Sempronio consule, & ante adventum ejus terra marique res gestæ. viginti quinqueremes cum mille armatis ad depopulandam oram Italiæ à Carthaginiensibus missæ, novem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in rretum avertit æstus. Ad eas conspectas, à Messana duodecim naves ab Hierone rege Syracusanorum missæ, qui tum forte Messanæ erat consulem Romanum opperiens, nullo repugnante captas naves Messanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captivis, præter viginti naves, cujus ipsi classis essent, in Italiam missas, quinque & triginta alias quinquerremes Siciliam petere, ad sollicitandos veteres socios. Lilybæi occupandi præcipuam curam esse credere: eadem tempestate, qua ipsi disjecti forent, eam quoque classem ad Ægateis insulas deiectam. Hæc sicut audita erant, rex Messana M. Æmilio prætori, cujus Sicilia erat provincia, perscribit; monetque, Lilybæum firmo teneret præsidio. Extemplo & circa prætorem ad civitates missi legati tribunique, qui suos ad curam custodiæ intenderent. ante omnia Lilybæum teneri ad apparatum belli: edicto propolito, ut socii navales decem dierum cocta cibaria ad naves deferrent; ubi signum datum esset, ne quis moram conscendendi faceret: perque omnem oram qui erant ex speculis prospicerent adventantem hostium classem. Simul itaque (quamquam de industria morati cursum navium erant Carthaginienses, ut ante lucem accederent Lilybæum) præsentium cumen est, quia & luna pernox erat, & subtilis armamentis veniebant; extemplo datum è speculis signum, & in oppido ad arma conclamatum est, & in naves conscensum: pars militum in muris portarumque in stationibus, pars in navibus erant. Et Carthaginienses, qualem fore handum imperatis cernebant, usque ad lucem portu se abstinuerunt, demendis armamentis eo tempore, aptandaque ad pugnam classe absumpto. Ubi illuxit, recepere classem in altum, ut spatium pugnæ esset, extumque liberum è portu naves hostium haberent. Nec Romani detrectavere pugnam, & memoria circa ea ista loca gestarum rerum freti, & militum multitudine, ac virtute.

Cap. L. Ubi in altum evecti sunt, Romanus conserere pugnam, & ex propinquo vires conferre velle: contra eludere Pœnus, & arte, non viribus rem gerere, navibusque quam virorum aut armorum malle certamen facere. nam ut sociis navalibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat: & sicubi conserta navis esset, haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnabat. Quod ubi animadversum est; & Romanis multitudine sua audacissimum, & secuitas illis minuit. Extemplo septem naves Punicæ circumventæ, fugam ceteræ ceperunt: mille & septringenti fuere in navibus capti, milites nauteque: in his tres nobiles Carthaginiensium. Classis Romana incolumis, una tantum perforata navi, sed ea quoque ipsa rectuce, in portum rediit. Secundum hanc pugnam, nondum gnaris ejus qui Messanæ erant, Ti. Sempronius consul Messanam venit, & fretum intranti rex Hiero classem ornatam obviam duxit: transgressusque ex regia in prætorium navem, gratulatus sospitem cum exercitu & navibus advenisse, precatusque prosperum ac felicem in Siciliam transitum: statum deinde insulæ & Carthaginiensium conara expostit: pollicitusque est, quo animo priore bello populum Romanum juvenis adjuvisset, eo senem adjuturum. Frumentum vestimentaque sese legionibus consulis sociisque navalibus gratis præbiturum.

rum. grandè periculum Lilybæo maritimisque civitatibus esse, & quibusdam volentibus novas res fore. Ob hæc Consuli nihil cunctandum visum, quin Lilybæum classe peteret: & rex regiaque classis una profecti. navigantes inde, pugnatum ad Lilybæum, fusasque & captas hostium naves, accepere.

Cap. LI. A Lilybæo consul, Hierone cum classe regia dimisso, relictoque prætore ad tuendam Siciliæ oram, Iyde in insulam Melitam, quæ à Carthaginiensibus tenebatur, trajecit. Advenienti Amilcar, Gisgonis filius, præfectus præsidii, cum paulo minus duobus millibus militum, oppidumque cum insula traditur: inde post paucos dies reditum Lilybæum, captivique & à consule & à prætore, præter insignes nobilitate viros, sub corona venierunt. Postquam ab ea parte satis rutum Siciliam centebat consul; ad insulas Vulcani, (quia fama erat stare ibi Punicam classem) trajecit. nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Jam forte transmiserant ad vastandam Italiæ oram: depopulatoque Vibonensium agro, urbem etiam terrebant. Reperti Siciliam consuli excsenso hostium in agrum Vibonensem facta nunciatur: literaque ab senatu de tranitu in Italiam Annibalis, &, ut primo quoque tempore collegæ ferret auxilium, missæ traduntur. Multis simul anxius curis, exercitum exemplo naves impositum, Ariminum supero mari misit: Sex. Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus Vibonensem agrum maritimamque oram Italiæ tuendam attribuit: M. Æmilio prætori quinquaginta navium classem explevit: ipse compositis Siciliæ rebus, decem navibus oram Italiæ legens, Ariminum pervenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen, collegæ conjungitur.

Cap. LII. Jam ambo consules, & quicquid Romanarum virium erat, Annibali oppositum, aut illa copiis defendi posse Romanum imperium, aut spem nullam aliam esse, satis declarabat. Tamen consul alter equestri prœlio uno & vulnere fuo minutus, trahi rem malebat: recentis animi alter, eoque ferocior, nullam dilationem patiebatur. Quod inter Trebiam Padumque ager est, Galli rum incolebant; in duorum præporentium populorum certamine, per ambiguum favorem haud dubie gratiam victoris spectantes. Id Romani, ne quid modo moverent, æquo satis, Pœnus periniquo animo ferebat; ab Gallis accitum se veniffe ad liberandos eos, dictitans. Ob eam iram, simul ut præda militem aleret, duo millia peditum & mille equites. Numidas pleroque, mixtos quosdam & Gallos, popularí omnem deinceps agrum usque ad Padi ripas fusit. Egentes ope Galli, quum ad id dubios servasset animos, coacti ab auctoribus injuriæ, ad vindices futuros declinant: legatisque ad consulem missis, auxilium Romanorum, terræ ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti, orant. Cornelio nec causa, nec rempus agendæ rei placebat: suspectaque ei gens erat, tum ob infidamulta facinora; tum, ut alia ventitare obfolescisset, ob recentem Boiorum perfidiam. Sempronius contra, continendis in fide sociis maximum vinculum esse primos, qui equisient ope, defensos centebat. Tum, collega cunctante, equitatum suum, mille peditum, laculatoribus ferme admixtis, ad defendendum Gallicum agrum trans Trebiam mittit. Ii, sparsos & incompositos, adhæc graves prædæ pleroque, quum inopinatos invasissent, ingentem terrorem cædemque ac fugam usque ad castra stationesque hostium fecere: unde multitudine effusa pulsi, rursus subsidio suorum præclium restituere. Varia inde pugna fequentes, quamquam ad extremum æquasient certamen, major tamen hostium Romanis fama victoriæ fuit.

Cap. LIII. Cæterum nemini omnium major justiorque quam ipsi consuli videri; gaudio efferri, qua parte copiarum alter consul victus foret, ea se victile. retinentes ac refectos militibus animos. nec quemquam esse, præter collegam, qui dilatam dimicationem vellet: cum animo magis quam corpore ægrum, memoria vulneris aciem ac tela horrere. Sed non esse cum ægro senescendum. Quid enim ultra differri aut teri tempus? Quem tertium consulem, quem alium exercitum exspectari? Castra Carthaginiensium in Italia, ac prope in conspectu urbis esse. non Siciliam ac Sardiniam victis ademptas, nec eis Iberum Hispaniam peti, sed solo patrio terraque, in qua genuiti forent, pelli Romanos. *Quantum ingemiscant*, inquit, *patres nostri cinctu magnia Carthaginis bellare soliti, si videant nos progenies suam, duos consules consistarisque exercitus, in media Italia pavientes intra castra? Pœnum quod inter Alpes Appenninumque egrisse, suæ ditionis fecisse?* Hæc affidens ægro collegæ, hæc in prætorio prope concionabitur agere. Stimulabat & tempus propinquum comitiorum, ne in novos consules bellum differretur; & occasio in se unum vertendæ gloriæ, dum æger collega erat. Itaque nequicquam dissentiente Cornelio, parari ad proplnquum certamen milites juber. Annibal, quum, quid optimum foret hosti, cerneret, vix ullam spem habebat, temere atque improvide quicquam

quam conſules acturos. quum alterius ingenium, fama prius, deinde re cognitum, percitum ac ferox ſciret eſſe; ferociuſque factum proſpero cum prædatoribus ſuis certamine, videret; adeſſe gerendæ rei fortunam haud dubitabat. cujus ne quod prætermitteret tempus, follicitus intentuſque erat, dum tiro hoſtibus eſſet miles, dum melioreſ ex ducibus inutilem vulnus faceret dum Gallorum animi vigerent: quorum ingentem multitudinem ſciebat ſegnius ſecuturam, quanto longius ab domo traherentur. Quum ob hæc taliaque ſperaret propinquum certamen, & facere, ſi ceſſaretur, cuperet, ſpeculatoreſque Galli ad ea exploranda quæ vellet, tutiores, quia in utriſque caſtris militabant, paratos pugnare eſſe Romanos retuliſſent; locum inſidiis circumſpectare Pœnus cœpit.

Cap. LIV. Erat in medio rivus, prælatis utrinque clauſus ripis, & circa obſitus paluſtribus herbis, & quibus inulta ferme veſtiuntur, virgultis vepribuſque. quem ubi ad equites quoque tegendos ſatis latebroſum locum circumveſtus ipſe oculis perluſtravit; *Hic erit locus*, Magoni fratri ait, *quem teneas. Delige centenos viros ex omni pedite atque equite; cum quibus ad me vigilia prima venias. Nunc corpora curare tempus eſt.* Ita prætorium miſſum. nox cum deloſtis Mago aderat. *Robora virorum cerno*, inquit Annibal. *ſed ut & numero etiam, non animis modo valeatis, ſingulis vobis nocteſ ex turmis manipulisque veſtri ſeligite ſimiles ſibi ire. Alium locum monſtraturus eſt, quem inſidiatis. Hoſtem cæſum ad hoc belli artes habebitis.* Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimiſſis, Annibal prima luce Numidas equites tranſgreſſos Trebiam flumen, obequitare jubet hoſtium portis, jaculandoque in ſtationes eliciendo pugnam hoſtem: injecto deinde certamine, cedendo tenſim citra flumen pertrahere. Hæc mandata Numidis. cæteris ducibus peditum equitumque præceptum, ut prandere omnes juberent: armatos deinde inſtratiſque equis, ſignum exſpectare. Sempronius, ad tumultum Numidarum primum omnem equitatum, ferox ea parte virium, deinde ſex millia peditum, poſtremo omnes copias ad deſtinatum locum jam ante conſilio, avidus certaminis eduxit. Erat forte brumæ tempus, & nivalis dies in locis Alpibus Appenninoque interjectis; propinquitate etiam fluminum ac paludium prægelidis. ad hoc raptim eductis hominibus atque equis, non capto ante cibo, non ope ulla ad arcendum frigus adhibita, nihil caloris inerat: & quicquid auræ fluminis appropinquabat, affabat acrior ſtigoris vis. Ut vero refugientes Numidas inſequentes, aquam ingreſſi ſunt (& erat pectoribus tenus aucta nocturno imbri) tum uti que egreſſis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia eſſent, ſimul jejunii procedente jam die, fame etiam deficere.

Cap. LV. Annibalis interim miles ignibus ante tentoria factis, oleoque per manipulos ut mollirent artus miſſo, & cibo per otium capto, ubi tranſgreſſos flumen hoſtes nunciatum eſt; alacer animis corporibuſque arma capit, atque in aciem procedit. Baleares locat ante ſigna, levem armaturam, octo ferme millia hominum; dein graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat. in cornibus circumfudit decem millia equitum: & ab cornibus in utramque partem diviſos elephantos ſtatuit. Conſul, effuſos ſequentes equites, quum ab reſiſtentibus jubito Numidis incaute exciperentur, ſigno receptui dato, revocatos circumdedit peditibus. Duodeviginti millia Romani erant, ſocium nominisque Latini viginti; auxilia præterea Cenomanorum: ea fola in fide manſerat Gallica gens. his copiis concurrium eſt. Prœlium à Balearibus ortum eſt, quibus quum majore robore legiones obſiſterent, deductæ propere in cornua leves armaturæ ſunt. quæ res effecit, ut equitatus Romanus extemplo urgereretur: nam quum vix jam per ſe reſiſteret decem millibus equitum quatuor millia, & feſſi plerique integris, obruti ſunt infuper velut nubes jaculorum à Balearibus conjecta. ad hoc elephanti eminentes ab extremis cornibus (equis maxime non viſu modo, ſed odore inſolito territis) fugam late faciebant. Peditiris pugna par animis magis quam viribus erat, quas recentes Pœnus pauſo ante cataratis corporibus in prœlium attulerat: contra, jejuna feſſaque corpora Romanis & rigentia gelu torpebant. reſtitiſſent tamen animis, ſi cum peditе ſolum foret pugnatum. Sed & Baleares pulſo equite jaculabantur in latera, & elephanti jam in mediam peditum aciem ſeſe tulerant; & Mago Numidaque, ſimul latebras eorum improvida præterlata acies eſt, exorti ab tergo ingentem tumultum ac terrorem facere. Tamen in tot circumſtantibus malis, manſit aliquamdiu immota acies; maxime præter ſignum omnium adverſus elephantos. eos velites, ad ipſum ſcutorum conjectis & avertere, & inſeguti averſos ſub caudis, qua maxime molli cute vulnera accipiunt, fodiebant.

Cap. LVI. Trepidantesque prope jam in ſuos conſternatos media acie, in extremam, ad ſiniſtrum cornu, adverſus Gallos auxiliares agi juſſit Annibal. Exemplo haud dubiam

blam fecere fugam. additus quoque novus terror Romanis, ut fusa auxilia sua viderunt. Itaque quum jam in orbem pugnarent, decem millia ferme hominum quum alia evadere nequissent, media Afrorum acie, quæ Gallicis auxiliis firmata erat; cum ingenti cæde hostium perrupere. & quum neque in castra reditus esset, flumine intercluiis, neque præsidii satis decernere possent, qua fuis opem ferrent, Placentiam recto itinere perrexere. Plures deinde in omnes partes eruptiones factæ. & qui flumen petiere, aut gurgitibus assumpti sunt, aut inter cupidatinem ingrediendi ab hostibus oppressi. qui passim per agros fuga sparsi erant, vestigia cedentis sequentes agminis, Placentiam contendere: aliis timor hostium audaciam ingrediendi fecit, transgressique in castra pervenerunt. Imber nive mixtus, & intoleranda vis frigoris, & homines multos, & jumenta, & elephantos prope omnes, absumpsit. Finis insequendi hostis Pœnis flumen Trebia fuit: & ita torpentes gelu, in castra rediere, ut vix lætitiam victoriæ sentirent. Itaque nocte insequenti, quum præsidium Romanorum castrorum, & quod reliquum ex magna parte militum erat, ratibus Trebiam trajicerent; aut nihil sensere Pœni, obstrepente gelu, aut quia jam moveri præ lassitudine nequibant ac vulneribus, sentire sese dissimularunt: quietisque Pœnis, tacito agmine ab Sciplone exercitus Placentiam est perductus: inde Padotrajectus Cremonam; ne duorum exercituum hibernis una colonia premeretur.

Cap. LVII. Romam tantus terror ex hac clade perlatus est, ut jam ad urbem crederent infestis signis hostem venturum; nec quicquam spei aut auxilii esse, quo portis mœnibusque vim arcerent. *Uno consule ad Ticinum victo, alio ex Sicilia revocato, duobus consulibus, duobus consularibus exercitibus victis, quos alios duces, quas alias legiones esse quæ arcessantur?* Ita territis Sempronius consul advenit, ingenti perículo per effusos passim ad prædandum hostium equites (audacia magis quam consilio aut spe fallendi resistendive, si non falleret) transgressus. Id quod unum maxime in præsentia deliberabatur; comitiis consularibus habitis, in hiberna rediit. Creati consules Cn. Servilius, & C. Flaminius. Ceterum ne hiberna quidem Romanis quieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus, & qua his impeditiora erant, Celtiberis, Lusitanisque. Omnes igitur clausi undique commeatus erant, nisi quod Pado naves subveherent. Emporium prope Placentiam fuit, & opere magno munitum & valido firmatum præsidio. ejus castelli oppugnandi spe cum equitibus ac levi armatura profectus Annibal, quum plurimum in celando incœpto ad effectum spei habuisset; nocte adortus, non fefellit vigiles. Tantus repente clamor est sublatus, ut Placentiæ quoque audiretur. Itaque sub lucem cum equitatu consul aderat; justis quadrato agmine legionibus sequi. Equestre prœlium interim commissum: in quo, quia saucius Annibal pugna excessit, pavore hostibus injecto, defensum egregie præsidium est. Pauconum inde dierum quiete sumpta, & vix dum satis percurato vulnere, ad Victumviras ire pergit oppugnandas. Id emporium a Romanis Gallico bello fuerat munitum. inde locum frequentaverant accolæ mixti undique ex finitimis populis; & tum terror populationum eo plerosque ex agris compulerat. Hujus generis multitudo, fama impigre defensi ad Placentiam prælidii accensa, armis arreptis obviam Annibali procedit. Magis agmina quam acies in via concurrerunt; & quum in altera parte nihil, præter inconditam turbam esset: in altera & dux miliri, & duci fidens miles; ad triginta quinque millia hominum a paucis fusa. Postero die deditione facta, præsidium intra mœnia accepere: jusique arma tradere quum dicto parusissent, signum repente victoribus datur, ut tanquam vi captam urbem diriperent. neque ulla quæ in tali re memorabilis scriptoribus videri solet, præterinissa clades est: adeo omnis libidinis, crudelitatisque, & inhumanæ superbiæ editum in miseros est exemplum. Hæ fuere hiberne expeditiones Annibalis.

Cap. LVIII. Haud longis inde temporibus, dum intoleranda frigora erant, quies militi data est: & ad prima ac dubia signa veris profectus ex hibernis, in Etruriam ducit; eam quoque gentem, sicut Gallos Ligusticque, aut vi aut voluntate adjuncturus. Transeuntem Appenninum adeo atrox adorta tempestas est, ut Alpium fœditatem prope superaverit. Vento mixtus imber quum ferretur in ipsa ora; primo, quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes vortice intorti affligebantur, conniventes dein, quum jam spiritum intercludieret, nec reciprocare animam sineret, averti a vento paverumper consedere. Tum vero ingenti sono cœlum strepere, & inter horrendos fragores micare ignes, capti auribus & oculis, metu omnes torpere. Tandem effuso imbre, quum eo magis accensa vis venti esset, ipso illo, quo deprehenti erant, loco castra ponere necessarium visum est. Id vero laboris velut de integro initium

fuit. nam nec explicare quicquam, nec ſtatuere poterant: nec quod ſtatutum eſſet, manebat; omnia perfcindente vento, & rapiente: & mox aqua levata vento, quum ſuper gelida montium juga concreta eſſet, tantum nivoſæ grandinis dejecit, ut, omnibus omiſſis, procumberent homines; tegminibus fuis magis obrui quam tecti. tantaque vis frigoris infecuta eſt, ut ex illa miſerabili hominum jumentorumque ſtrage, quum ſe quiſque attollere ac levare veller, diu nequiret; quia torpentibus rigore nervis vix flectere artus poterant. deinde, ut tandem agitando ſefe movere ac recipere animos, & rarfi locis ignis fieri eſt cœptus; ad alienam opem quiſque inops tendere Biduum eo loco, velut obſeſſi, manſere, multi homines, multa jumenta; elephanti quoque ex his, qui prœlio ad Trebiam facto ſuperfuerant, ſeptem abſumpti.

Cap. L IX. Degreſſus Appennino retro ad Placentiam caſtra novit, & ad decem millia progreſſus conſedit. poſtero die duodecim millia peditum, quinque equitum adverſus hoſtem ducit. Nec Sempronius conſul (jam enim redierat ab Roma) detrectavit certamen: atque eo die tria millia paſſuum inter bina caſtra fuere. Poſtero die ingentibus animis, vario eventu pugnatum eſt. primo concurſu adeo res Romana ſuperior fuit, ut non acie vincerent ſolum, ſed pulſos hoſtes in caſtra perſequerentur: mox caſtra quoque oppugnarent. Annibal paucis propugnatoribus in vallo poſtiſque poſitis, & cohortibus ſertos in media caſtra recepit: intentoſque ſignum ad erumpendum ſpectare jubet. Jam nona ferme diei hora erat, quum Romanus nequicquam fatigato milite, poſtquam nulla ſpes erat portiundi caſtris, ſignum recepti dedit. Quod ubi Annibal accepit, lætatumque quum & receſſum à caſtris vidit; extemplo equitibus dextra lævaque emiſſis in hoſtem, ipſe cum peditum robore medius caſtris erupit. pugna raro ulla magis læva, & cum utriuſque partis pernicie clarior fuiſſet, ſi extendi eam dies in longum ſpatium ſiviſſet. Nox accenſum ingentibus animis prœlium diremit. Itaque acrior concurſus fuit quam cædes, & ſicut æquata ferme pugna erat, ita clade pari diſceſſum eſt. ab neutra parte ſexcentis plus peditibus, & dimidium ejus equitum cecidit. Sed major Romanis quam pro numero jactura fuit: quia equeſtris ordinis aliquot, & tribuni militum quinque, & præfecti ſociorum tres, ſunt interfecti. Secundum eam pugnam Annibal in Ligures, Sempronius Lucam concetiit. Venienti in Ligures Annibali, per inſidias intercepti duo quæſtores Romani, C. Fulvius & L. Lucretius, cum duobus tribunis militum, & quinque equeſtris ordinis ſenatorum ferme liberis, quo magis ratam fore cum his pacem ſocietatemque crederet, traduntur.

Cap. L X. Dum hæc in Italia geruntur, Cn. Cornelius Scipio in Hiſpaniam cum claſſe & exercitu miſſus, quum ab oſtio Rhodani profectus, Pyrenæoque montes circumvectus, Emporiis appulſſet claſſem, expoſito ibi exercitu, ortus à Lacetanis, omnem oram uſque ad Iberum flumen, partim renovandis ſocietatibus, partim novis inſtituendis, Romanæ ditionis fecit. Inde conciliata clementia fama, non ad maritimos modo populos, ſed in mediterraneis quoque ac montanis ad ferociores jam gentes valuit: nec pax modo apud eos, fed ſocietas etiam armorum parata eſt: validæque aliquot auxiliorum cohortes ex iis conſcriptæ ſunt. Hannonis cis Iberum provincia erat: eum reliquerat Annibal ad regionis ejus præſidium. itaque priuſquam alienarentur omnia, obviam eundum ratus, caſtris in confpectu hoſtium poſitis, in aciem eduxit. nec Romano differendum certamen viſum: quippe cui ſciret cum Hannone & Afdrubale filii, dimicandum eſſe: malleſque adverſus tinguios ſeparatim, quam adverſus duos ſimul rem gerere. Nec magni certaminis ea dimicatio fuit: ſex millia hoſtium cæſa, duo capta cum præſidio caſtrorum. nam & caſtra expugnata ſunt, atque ipſe dux cum aliquot principibus capiuntur: & Sciffis propinquum caſtris oppidum, expugnatur. Cæterum præda oppidi parvi pretii rerum fuit: ſupellex barbarica, ac vilium mancipiorum. caſtra militem ditavere, non ejus modo exercitus, qui victus erat, ſed & ejus, qui cum Annibale in Italia militabat; omnibus fere cariis rebus (ne gravia impedimenta ferentibus eſſent) citra Pyrenæum relictis.

Cap. L XI. Priuſquam certa hujus cladis fama accideret, tranſgreſſus Iberum Afdrubal cum octo millibus peditum, mille equitum, tanquam ad primum adventum Romanorum occurſurus, poſtquam perditas res ad Sciſſim amiſſiaque caſtra accepit, iter ad mare convertit. Haud procul Tarracone clafficos milites navaleſque ſocios, vagos palantesque per agros (quod ferme fit, ut fecundæ res neligentiam creent) equite paſſim dimiſſo, cum magna cade, majore fuga ad naves compellit. nec diutius circa loca morari auſus, ne à Scipione opprimeretur, trans Iberum ſeſe recepit. Et Scipio, raptim ad famam novorum hoſtium agmine acto, quum in paucos præfectos navium animadverſiſſet, præſidio Tarracone modico relicto, Emporias cum claſſe redit. Vix dum diſceſſo eo, Afdrubal aderat: & Ilergetum populo, qui obſides Scipioni dederat, ad defectionem

ñam Impulso, quam eorum ipsorum juventute agros fidelium Romanis sociorum vastat. Excito deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum rurium cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Illergetum gentem, quum inseito exercitu invalidiorem, compulsis omnibus Athanagiam, urbem (quæ caput ejus populi erat) circumfedit: intraque dies paucos pluribus quam ante obtidibus imperatis, Illergetes, pecunia etiam multatus, in fidem ditionemque recepit. Inde in Ausetanos prope Iberum, socios & ipsos Poenorum, procedit: atque urbe eorum obsessa, Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul jam urbe, quum intrare vellent, excepit insidiis. Caesa ad duodecim millia, exuti penè omnes armis, domos passim palantes per agros diffugere: nec obsessos alia ulla res, quam iniqua oppugnantibus hiems turabatur. Triginta dies obsidio fuit: per quos raro umquam nix minus quatuor pedes alta jacuit: adeoque plutei & vineae hiemem operuerat, ut ea sola, ignibus aliquoties conjectis ab hoste, etiam tutamentum fuerit.

Cap. LXII. Postremo quum Amusitus princeps eorum ad Afdrubalem profugisset, viginti argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hiberna redituri est. Romae aut circa urbem multa ea hieme prodigia facta: aut (quod evenire solet, motis semel in religionem animis) multa nunciata, & temere credita sunt: in quels, ingenuum in fanum semeltrem in foro oliforio triumphum clamasse: & foro boario bovem in tertiam contignationem sua sponte escendisse, atque inde tumultu habitatorum territum, sese dejecisse: & navium speciem de coelo affulsisse: & aedem Spei, quae in foro olitorio est, fulminis ictam: & Lanuvii hastam se commovisse: & eorum in aede Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse: & in agro Amiternino, multis locis hominum specie procul candida velte visos, nec cum ullo congressos: & in Piceno lapidibus pluisse: & Caere fontes extenuaras: & in Gallia lupum vigili gladium e vagina raptum abstulisse. Ob caetera prodigia, libros adire decemviri jussi, quod autem lapidibus pluisset in Piceno, novendiale sacrum edictum, & subinde aliis procurandis prope tota civitas operata fuit. Jam primum omnium urbe lustrata est, hostiaeque majores, quibus editum est, Diis caesae, & donum ex auri pondo quadraginta, Lanuvium ad Junonis portarum est, & signum aeneum matronae Junoni in Aventino dedicaverunt, & lectisternium Caere, sibi sortes attenuatae erant, imperatum; & supplicatio Fortunae in Algido: Romae quoque, & lectisternium Juventati, & supplicatio ad aedem Herculis, nominatim deinde universo populo, circa omnia pulvinaria, indicta: & Genio majores hostiae caesae quinque, & C. Atilius Serranus praetor vota suscipere jussus, si in decem annos respublica eodem statu esset. Haec procurata voraque ex libris Sibyllinis, magna ex parte levaverant animos religione.

Cap. LXIII. Consulum designatorum alter Flaminius, cui eae legiones, quae Placentiae hibernabant, sorte evenerant; Scetum & Ilreras ad consulem misit, ut is exercitus Idibus Martiis Arimini adesset in castris. Huic in provincia consularum inire consilium erat; memori veterum certaminum cum Patribus; quae tribunus plebis, & quae postea consul, prius de consulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat; invisus etiam Patribus ob novam legem, quam Q. Claudius tribunus plebis adversus senatum, uno Patrum adjuvante C. Flaminio, tulerat; ne quis senator, quive senatorris pater fuisset, maritimam navem, quae plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vectandos. quaestus omnis Patribus indecorus visus. Res per summam contentionem acta, invidiam apud nobilitatem finalori legis Flaminio, favorem apud plebem, alterumque inde consulatum peperit. Ob haec ratus auspiciis ementiendis Latinarumque feriarum mora, & consularibus aliis impedimentis, retenturos se in urbe, simulato itinere profectus, clam in provinciam abiit. Ea res ubi palam facta est; novam insuper iram infestis jam ante Patribus movit: *Non cum senatu modo, sed jam cum Diis immortalibus C. Flaminium bellum gerere. consulem ante inauspicato factum, revocantibus ex ipsa acie Diis atque hominibus, non paruisse; & nunc consecratis praeterea & Capitolium & solemnem votorum nuncupationem fugisse: ne, dit inviti magistratus, forte optimi maximi templum adiret: ne senatum, invisus ipse, & sibi unus invisum, videret consuleretque: ne Latinas indiceret, Jovique Latiari solemne sacrum in monte faceret: ne auspicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret. lixae modo sine insignibus sine lictoribus, profectum clam, furtim haud aliter quam si exiiit causa solum vertisset. magis pro majestate videlicet imperii abimus, quam Romae magistratum inituram, & in discessu hostitali quam apud penates suos praetextam sumpturum. Revocandum*

universi retrahendumque censuerunt; & cogendum omnibus prius præsentem in Deos hominesque fungi officiis, quam ad exercitum & in provinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius & M. Antitius profecti, nihilo magis eum movere, quam priori consulatu literæ moverant ab senatu missæ. Paucos post dies magistratum iniit, immolantique ei vitulus jam ictus, è manibus sacrificantium sese quum protripuisset; multos circumstantes cruore respersit. Fuga procul etiam major, apud ignaros quid trepidaretur, & concursatio fuit. Id à plerisque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus à Sempronio prioris anni consule, duabus à C. Attilio prætore acceptis, in Etruriam per Appennini tramites exercitus duci est cœptus.

EPITOME

LIBRI XXII.

Annibal, per continuas vigilias in paludibus oculo amisso, venit in Etruriam: per quas paludes quatritur, & tribus noctibus sine ulla requie iter facit. C. Flaminius, consul, bono temerarius, contra auspicia profectus, signis militaribus effossis, quæ tolli non poterant, & ab equo quem conscenderat, in caput devolutus, insidiis ab Annibale circumventus, ad Trasimenum lacum cum exercitu cæsus est. Sex millia qui eruperant, fide ab Mahabale data, perfidia Annibalis vincta sunt. Quum ad nuncium cladis Romæ luctus esset, duæ matres inferato receptis filiis gaudio mortuæ sunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver sacrum vovendum. Quum deinde Q. Fabius Maximus dictator, adversus Annibalem missus, nollet acie cum eo confligere, ne una pugna tot victoriis hostem territum adversis prælitis militem pugnæ committeret, & opponendo se tantummodo, conatus Annibalis impediret: M. Minucius magister equitum, ferox & temerarius, crimenando dictatorem, tanquam segnem, & timidum; effecit, ut populi jussu ei imperium cum dictatore æquaretur, divisoque exercitu, quum in iniquo loco conflixisset, & in maximo discrimine legiones ejus essent; superveniente cum exercitu Fabio Maximo discrimine liberatus est quo beneficio erectus castra cum eo junxit, & patrem cum salutavit: deinceps facere milites jussit. Annibal, occupata Campania, inter Casilinum oppidum & Calliculum montem à Fabio clausus, sarmentis ad cornua boum ligatis & incensis, præsidium Romanorum, quod Calliculum insidebat, fugavit: & sic transgressus est saltum. Idemque Fabii Maximi dictatoris, quum circumposita ureret, agro pepercit. ut illum tanquam proditorem suspectum faceret. Æmilio deinde Paullo & Terentio Varrone consulibus & ducibus, cum maxima clade adversus Annibalem ad Cannas pugnatum est: cæsaque ea pugna Romanorum quadraginta quinque millia, cum Paullo consule & senatoribus octoginta; consularibus atque prætoriis aut ædilicis triginta. Post quam cladem quum à nobilibus adolescentibus propter desperationem consilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui [illegible]oa Africanus nuncupatus est, stricto super capita deliberantium ferro, [illegible]vit se pro hoste habiturum eum, qui in verba sua non jurasset: effectique eo omnes minime relicturi Italiæ sedem Italiam jurejurando astringerentur. Præterea trepidationem urbis & ludorum, & res in Hispania meliore eventu gestas continet. Optimia, & Florotia, Vestales virgines, incesti damnatæ. Propter paucitatem vero militum, servorum octo millia armata sunt. captivi, quum potestas esset redimendi, redempti non sunt. Varroni obviam itum est, & gratiæ actæ, quod de republica non desperasset.

CAPUT I.

Jam ver appetebat, quum Annibal ex hibernis movit, & nequicquam ante conatus transcendere Appenninum, intolerandis frigoribus, & cum ingenti periculo moratus ac meru. Galli, ques prædæ populationumque conciverat spes, postquam pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent, agerentque, sua quoque eadem belli esse, premique utriusque partis exercitum hibernis viderunt; verterunt retro ad Annibalem ab Romanis odia: petitusque sæpe principum infidelis, ipsorumque inter se fraude, eadem levitate qua consenserant, consensum indicantium, servansque erat; & murando nunc veltem, nunc regumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis munierat, Cæte-

Cæterum hic quoque ei rumor causſa fuit maturius movendi ex bibernis. Per idem tempus Cn. Servilius consul Romæ Idibus Martiis magistratum iniit. Ibi quum de republica retulisſet, redintegrata in C. Flaminium invidia eſt. *Duos ſe conſules creaſſe, unum habere. quod enim illi juſtum imperium, quod auſpicium eſſe? Magiſtratus id a domo, publicis privatiſque penatibus, Latinis feriis actis, ſacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, peregrium ferre: nec privatum auſpicia ſequi, nec ſine auſpiciis profectum, in externo ea ſolo nova atque integra concipere poſſe.* Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nunciata: in Sicilia militibus aliquot ſpicula, in Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti ſcipionem, quem manu tenuerat, arſiſſe; & lictora crebris ignibus fulſiſſe, & ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe: & milites quoſdam ictos fulminibus; & Solis orbem minui visum. Et lapides arſe ardentes lapides coelo cecidiſſe: & Arpiis parmas in coelo viſas, pugnantemque cum Luna Solem: & Capenæ duas interdiu lunas ortas, & aquas Cæretes ſanguine mixtas fluxiſſe; fontemque ipſum Herculis cruentis manaſſe ſpatium maculis. & in Antiati meteniſque cruentas in corbem ſpicas cecidiſſe: & Faleriis coelum findi velut magno hiatu vitum: quaque patuerit, ingens lumen effuſiſſe: ſortes ſua ſponte attenuatas, unamque excidiſſe, ita ſcriptam: MAVORS TELUMSUUM CONCUTIT. & per idem tempus Romæ ſignum Martis Appia via ad ſimulacra luporum fudaſſe: & Capuæ ſpeciem coeli ardentis fuiſſe, lunæque inter imbrem cadentis. Inde minoribus etiam dictu prodigiis fides habita. Capras lanatas quibuſdam factas. & gallinam vi marem, gallum in feminam ſe convertiſſe. His ſicut erant nunciata expeſitis, auctoribuſque in curiam introductis, conſul de religione Patres conſuluit. Decretum, ut ea prodigia, partim majoribus hoſtilis, partim lactentibus procurarentur: & uti ſupplicatio per triduum ad omnia delubra haberetur. Cætera, quum decemviri libros inſpexiſſent, ut ita fierent, quemadmodum cordi eſſe Divi carminibus præferentur. Decemvirorum monitu decretum eſt: Jovi primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret, Junoni Reginæ quæque ex argento dona darentur, & Junoni Reginæ in Aventino, Junonique Seſpitæ Lanuvii majoribus hoſtiis ſacrificaretur, matronæque, pecunia collata, quantum conferre cuique commodum eſſet, donum Junoni Reginæ in Aventinum ferrent, lectiſterniumque fieret: quin & libertinæ ut ipſæ, unde Feroniæ donum daretur, pecuniam pro facultatibus ſuis conferrent. Hæc ubi facta, decemviri Ardeæ in foro majoribus hoſtiis ſacrificarunt, poſtremo Decembri jam menſe ad ædem Saturni Romæ immolarum eſt, lectiſterniumque imperatum & eum lectum ſenatores ſtraverunt) & convivium publicum, ac per urbem Saturnalia diem ac noctem clamatum, populuſque eum diem feſtum habere ac ſervare in perpetuum juſſus.

Cap. II. Dum conſul placandis Romæ Diis, trahendoque delectu dat operam, Annibal profectus ex bibernis, quia jam Flaminium conſulem Arretium perveniſſe fama erat, quum aliud longius, cæterum commodius oſtenderetur iter, propiorem viam, per paludem perit, qua fluvius Arnus per eos dies ſolito magis inundaverat. Hiſpanos & Afros, (id omne veterani erat robur exercitus,) admixtis ipſorum impedimentis, necubi conſiſtere coactis neceſſaria ad uſus deeſſent, primos ire juſſit. Aequi Gallos, ut id agminis medium eſſet; noviſſimos ire equites. Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen, maxime Gallos, ſi tædio laboris longæque viæ (ut eſt mollis ad talia gens) dilaberentur aut ſubſiſterent, cohibendi tem. Primi, qua modo præirent duces, per praalitas fluvii ac profundas voragines hauſti pene limo immergentesque ſe, tamen ſigna ſequebantur. Galli qui neque ſuſtinere ſe protapſi, neque aſſurgere ex voragine poterant; aut corpora animis aut animos ſpe ſuſtinebant: alii fœtis ægre trahentes membra; alii, ubi ſemel victis tædio animis procubuiſſent; inter jumenta & ipſa jacentia paſſim, morientes. maximeque omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum jam & tres; noctes toleratæ. Quum omnia obſtinentibus aquis, nihil, ubi in ſicco ſeſſa ſteterent corpora, inveniri poſſet; cumulatis in aquas farcinis inſuper incumbebant. jumentorum itinere toto proſtratorum paſſim acervi, tantum, quod extaret aqua, quærentibus ad quietem, parvi temporis neceſſarium cubile dabant. Ipſe Annibal, æger oculis, ex vena primum interpreteve variante calores frigoraque, elephanto qui unus ſuperfuerat, quod altius ab aqua extaret, vectus; vigiliis tandem & nocturno humore paluſtrique coelo gravante caput, & quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.

Cap. III. Multis hominibus jumentiſque fœde amiſſis, quum tandem de paludibus emerſiſſet; ubi primum in ſicco poruit, caſtra locat: cartumque per præmiſſos exploratores habuit, exercitum Romanum circa Arretii mœnia eſſe. conſulis deinde

de consilia atque animum, & situm regionum, itineraque & copias ad commeatus expediendos, & cætera, quæ cognosse in rem erat, summa omnia cum cura inquirendo exsequebatur. Regio erat in primis Italiæ fertilis. Etrusci campi, qui Fæsulas inter Arretiumque jacent; frumenti ac pecoris, & omnium copia rerum opulenti. Consul ferox ab consulatu prior, & non modo legum ac Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem fatis metuens. Hanc insitam ingenio ejus temeritatem fortuna prospero civilibus bellicisque rebus successu aluerat. Itaque satis apparebat, nec Deos nec homines consulentem, ferociter omnia ac præpropere acturum. quoque promior esset in vitia sua agitare eum atque irritare Pœnus, quippe læva arquitte hostis, Fæsulas petens, medio Etruriæ agro prædarum profectus, quantam maximam vastitatem potest, cædibus incendiisque consuli procul ostendit. Flaminius, qui ne quieto quidem hoste ipse quieturus erat, tum vero, postæquam res sociorum ante oculos ferri sueque ferri atque violari; suum id dedecus ratus, per mediam jam Italiam vagari Pœnum, atque, obsistente nullo, ad ipsa Romana mœnia ire oppugnanda; cæteris omnibus in consilio salutaria magis quam specioſa suadentibus, collegam conspectandum, ut conjunctis exercitibus, communi animo consilioque rem gereret; interim equitatu auxiliisque levium armorum ab effusa prædandi licentia hostem cohibendum; iratus se ex consilio propiuit, signumque simul itineris ungiaque propesuit. *Quibus Arretii ante mœnia Fabium*, inquit, *hic enim patria & penates sunt. Annibal emissus è manibus perpoplitur Italiam, vastandoque & urendo omnia, ad Romana mœnia perrenat; nec ante nos hinc moverimus, quam sicut olim Camillum ab Veiis, C. Flaminium ab Arretio Patres acciverunt.* Hæc simul increpans, quum ocius signa convelli jubaret, & ipse in equum insiluisset; equus repente corruit, consulemque lapsum super caput effudit. Territis omnibus qui circa erant, velut fœdo omine incipiendæ rei; insuper nunciatur, signum omni vi moliente signifero convelli nequire. Conversus ad nuncium, *Num litteras quoque*, inquit, *ab senatu affers, quæ me rem gerere vetent? Abi, nuncia, signum effodiant, si ad convellendum manus præ metu obtorpuerint.* Incedere inde agmen cœpit; primoribus, superquam quod dissentiebant à consilio, territis etiam duplici prodigio; militem in vulgus læto ferocia ducis, quum spem magis ipsam quam causam ipsi intuerentur.

Cap. IV. Annibal, quod agri est inter Cortonam urbem Trasimenumque lacum, omni clade belli pervastat; quo magis iram hosti ad vindicandas fœdorum injuriam acuat. Ex jam perveneranat ad locu insidiis natu, ubi maxime montes Cortonenses Trasimenus subit. via tantum interest perangusta, velut ad idipsum de industria relicto spatio: deinde paulo latior patescit campus, inde colles assurgunt. Ibi castra in aperto locat, ubi ipse cum Afris modo Hispanisque consideret. Baleares, cæteramque levem armaturam, post montes circumducit: equites ad ipsas fauces saltus, tumulis apte tegentibus, locat; ut, ubi intrassent Romani, objecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus effent. Flaminius quum pridie tolis occasu ad lacum pervenisset, inexplorato, postero die, vix dum satis certa luce angustiis superatis, postquam in patentiorem campum pandi agmen cœpit; id tantum hostium, quod ex adverso erat, aspexit: tergo ac super caput desuere insidiæ. Pœnus ubi id quod perierat, clausum lacu ac montibus & circumfusum suis copiis habuit hostem, signum omnibus dat simul invadendi. qui ubi qua cuique proximum fuit, decucurrere; eo magis Romanis subita atque improvisa res fuit, quod ortus ex humida nebula, tempore quam montibus denior sederat, agminaque hostium ex pluribus vallibus ipsa inter se satis conspecta, eoque magis pariter decucurrerunt. Romanus, clamore prius undique orto, quam satis cerneret se circumventum esse, stetit: & ante in frontem lateraque agnari cœptum est, quam satis instrueretur acies, aut expediri arma strinqique gladii possent.

Cap. V. Consul, perculsis omnibus, ipse satis, ut in trepida re, impavidus, turbaros ordines, vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit, ut tempus locusque patitur; & quacunque adire audirique potest, adhortatur, ac stare & pugnare jubet: *nec enim inde votis aut imploratione Deum, sed ri ac virtute evadendum esse. Per medias acies ferro viam fieri: & quo timoris minus sit, eo minus ferme periculi esse.* Cæterum præ strepitu ac tumultu, nec consilium nec imperium accipi poterat. tantumque aberat, ut sua signa arque ordinem & locum nosceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ compereret animus: opprimerentur que quidam, unerati magis his quam tecti: & erat in tanta caligine major usus aurium quam oculorum. Ad gemitus vulnerum ictusque corporum aut armorum, & mixtos strepentium paventiumque clamores, circumferebant ora oculosque. Alii fugientes, pugnantium globo illati hærebant: alios

allos redeuntes in pugnam, avertebat fugientium agmen. Deinde, ubi in omnes partes nequicquam impetus fiebat, & ab lateribus montes ac lacus, à fronte & ab tergo hostium acies claudebat, apparuitque nullum, nisi in dextra, ferroque salutis spem esse; tum sibi quisque dux adhortatorque captus ad rem gerendam, & nova de integro pugna orta est: non illa ordinata per principes haftatosque ac triarios, nec ut pro signis antesignanus, post signa alia pugnaret acies; ut in sua legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset. Fors conglobat, & animus suus cuique ante & post pugnandi ordinem dabat, tantusque fuit ardor armorum, adeo intentus pugnæ animus, ut eum motum terræ (qui multarum urbium Italiæ magnas partes prostravit, avertitque curfu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit) nemo pugnantium senserit.

Cap. VI. Tres ferme horas pugnatum est, & ubique atrociter. circa consulem tamen acrior infestiorque pugna est. Eum & robora virorum sequebantur, & ipse, quacunque in parte premi ac laborare sensérat suos, impigre ferebat opem; inlatoque agmini, & hostium flammæ ut perebant, & tuebantur cives: donec Insuber eques (Ducario nomen erat) facie quoque noscitans. *Consul est*, inquit, *hic est, popularibus suis; qui legiones nostras cecidit, agrosque & urbem est expopulatus. Jam quo dano, ultimum malorum, perumpiorum fœde civium dabo:* subditisque calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam immerum facit: obtruncatoque prius armigero, qui se infesto venienti obviam objecerat, consulem lancea transfixit, spoliare cupientem, triarii antefixis armis arcere. Magnæ partis fuga inde primum cœpit: & jam nec lacus, nec montes obstabant pavori: per omnia arcta præruptaque velut cæci evadunt: armaque & viri super alium alii præcipitantur. Pars magna, ubi locus fugæ deest, per prima vada palustris aquæ progressi, quod capitibus humeriique extare possunt, sese immergunt. fuere quos inconsultus pavor nando etiam capessere fugam impulerit. Quæ ubi immensa ac fine spe erat, aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus, aut nequicquam fessi vada retro aegerrime repetebant, atque ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabantur. Sex millia ferme primi agminis per adversos hostes eruptione impigre facta, ignari omnium quæ post se agerentur, ex saltu evadere. & quum in tumulo quodam constitissent, clamorem modo ac sonum armorum audientes; quæ *fortuna pugnæ* esset, neque scire, nec perspicere præcaligine poterant. Inclinata denique re, quum incalescente sole dissipata nebula aperuisset diem, tum liquida jam luce montes campique perditas res, straramque ostendere fœde Romanam aciem. Itaque ne in conspectos procul immitteretur equos, subitaris captim signis, quam citatissimo poterant agmine, sese abripuerunt. Postero die quum super cætera, extrema fames etiam instaret; fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte confecutus erat; si arma traditissent, abire cum singulis vestimentis passurum; sese dedidерunt. quæ Punica religione servata fides ab Annibale est, atque in vincula omnes conjecit.

Cap. VII. Hæc est nobilis ad Trasimenum pugna, atque inter paucas memorata populi Romani clades. Quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt; decem millia sparsa fuga per omnem Etruriam, diversis itineribus urbem petiere. Mille & quingenti hostium in acie, multi postea utrimque ex vulneribus perierе. Multiplex cædes utrimque facta traditur ab aliis. Ego præterquam quod nihil hausturn ex vano velim; quo minis inclinant ferme scribentium animi; Fabium æqualem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui. Annibal captivorum qui Latini nominis essent, sine pretio dimittit, Romanis in vincula datis, fegregata ex hostium cadaverum cumulis corpora suorum quum sepeliri jussisset, Flaminii quoque corpus funeris caussa magna cum cura inquisitum, non invenit. Romæ ad primum nuncium cladis ejus, cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi factus. Matronæ vagæ per vias, quæ repens clades allata, quæve fortuna exercitus esset, obvios percunctantur. & quum frequentis concionis modo turba in comitium & curiam versa magistratus vocaret; tandem haud multo ante foris occasum M. Pomponius Prætor, *Pugnatum*, inquit, *magna victi fuimus*: & quanquam nihil certius ex eo auditum est; tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt. *Consulem cum magna parte copiarum cæsum: superesse paucos, aut fuga passim per Etruriam sparsos, aut captos ab hoste.* Quot casibus exercitus victi fuerant, tot in curas, dispertiti eorum animi erant, quorum propinqui sub C. Flaminio consule meruerant; ignorantium quæ cujusque suorum fortuna esset. nec quisquam satis certum habet, quid aut speret, aut timeat. Postero, ac deinceps aliquot diebus, ad portas major prope mulierum quam virorum multi-

ritudo fieret; aut fuorum aliquem, aut nuncios de his opperiens; circumfundebanturque obviis fciscitantes, neque avelli, utique ab noris, prius quam ordine omnia inquisiſſent, poterant. Inde varios vultus digredientium ab nunciis cerneres, ut cuique aut læta aut triſtia nuncibantur: gratulantesque aut consolantes redeuntibus domos circumfusos. Fœminarum præcipue & gaudia inſignia erant, & luctus. Unam in ipſa porta, ſotpiti filio repente oblatam, in conſpectu ejus exſtraſſe ferunt: alteram, cui mors filii falſo nunciata erat, mœſtam ſedentem domi, ad primum conſpectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Senatum prætores per dies aliquot ab orto uſque ad occidentem ſolem in curia retinent; conſultantes, quonam duce, aut quibus copiis reſiſti victoribus Pœnis poſſet.

Cap. VII. Poſtquam ſatis certa conſilia eſſent, repens alia nunciatur clades: quatuor millia equitum, cum C. Centenio proprætore miſſa ad collegam ab Servilio conſule in Umbria, quo poſt pugnam ad Trafimenum auditam averterant iter, ab Annibale circumventa. Ejus rei fama varie homines afficit; pars accumulat majore ægritudine animis, leven, ex comparatione priorum ducere recentem equitum jacturam: pars, non id quod acciderat, per ſe æſtimare, ſed, ut in affecto corpore quamvis levis cauſſa magis, quam valido gravior, ſentiretur; ita tum ægre ſe affectæ civitati quodcumque adverſi incidit, non rerum magnitudine, ſed viribus extenuatis, quæ nihil quod aggravaret, pati poſſent, æſtimandum eſſe. Itaque ad remedium jam diu neque deſideratum nec adhibitum, dictatorem dicendum civitas conſulit: & quia & conſules aberant, à quo uno dici poſſe videbatur; nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuncium, aut literas mitti; nec dictatorem populus creare poterat, quod numquam ante eam diem factum erat: Prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, Sc magiſtrum equitum M. Minucium Rufum. Hiſque negotium ab ſenatu datum, ut muros turreſque urbis firmarent, & præſidia diſponerent quibus locis videretur, ponteſque reſcinderent fluminum: ad penates pro urbe dimicandum eſſe, quando Italiam tueri neqiiſſent.

Cap. IX. Annibal retto itinere per Umbriam uſque ad Spoletum venit. inde quum perpopulato agro urbem oppugnare adortus eſſet, cum magna cæde ſuorum repulſus, conjectans ex unius coloniæ haud nimis proſpere tentatæ viribus, quanta moles Romanæ urbis eſſet; in agrum Picenum avertit iter, non copia ſolum omnis generis frugum abundantem, ſed refertum præda, quam effuſe avidi atque egentes rapiebant. Ibi per dies aliquot ſtativa habita: refectuſque miles hibernis itineribus ac paluſtri via, prœlioque magis ad eventum ſecundo quam levi aut facili affectus. Ubi fatis quieti datum, præda ac populationibus magis quam otio aut requie gaudentibus à profectus, Prætutianum Hadrianumque agrum, Marſos inde Marrucinoſque & Pelignos devaſtat, circaque Arpos & Luceriam proximam Apuliæ regionem. Cn. Servilius conſul, levibus prœliis cum Gallis actis, & uno oppido ignobili expugnato, poſtquam de collega exercituſque cæde audivit; jam mœnibus patriæ metuens, ne abeſſet in diſcrimine extremo, ad urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus dictator iterum quo die magiſtratum iniit, vocato ſenatu ab Diisorſus, quum edeciſſet Patres, plus negligentia cerimoniarum aufpiciorumque, quam temeritate atque inſcitia, peccatum à C. Fluminio conſule eſſe, quæque piacula iræ Deum eſſent, ipſos Deos conſulendos eſſe; pervicit, ut, quod non ferme decernitur, niſi quum terra prodigia nunciata ſunt, decemviri libros Sibyllinos adire jubeantur. qui inſpectis fatalibus libris, retulerunt Patribus, *quod ejus belli cauſſa votum Marti foret, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum eſſe. & Jovi ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ ac Menti vovendas eſſe. & Veneri hortorum delubrum, qui inſpectis fatalibus libris, retulerunt Patribus,

scelus esto. si quis rumpet occidetve insciens, ne fraus esto. si quis clepsit, ne populo fraus esto. si nocte vel diu clepsit erit si atro die faxit insciens, probe factum esto. si noctu sive luce, sive servus sive liber faxit, probe factum esto. si ante id ea senatus populusque jusserit fieri ac faxit, eo populus solutus, liber esto. Ejusdem rei causa ludi magni voti, aris tredecim tringinta tribus millibus, trecentis tringinta tribus, triente: præterea bubus Jovi trecentis, multis aliis Divis bubus albis, atque cæteris hostiis. Voris rite nuncupatis, supplicatio edicta: supplicarumque iere cum conjugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam, quos in aliqua sua fortuna publicæ quoque contingebat cura. Tum lectisternium per tridiuum habitum, decemviris sacrorum curantibus. sex pulvinaria in conspectu fuere: Jovi & Junoni unum, alterum Neptuno ac Minervæ, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio ac Cereri. Tum ædes voræ. Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Max. dictator vovit; quia ita ex fatalibus libris editum erat, ut is voveret, cujus maximum imperium in civitate esset. Menti ædem T. Otacilius præror vovit.

Cap. XI. Ita rebus divinis peractis, tum de bello, reque de publica dictator rerulit; quibus quoive legionibus victori hosti obviam eundum esse. Patres censerent. Decretum. *Ut ab Cn. Servilio pulæ exercitum acciperet: scriberet præterea ex civibus sociisque, quantum equitum ad præsidium videretur: cætera omnia ageret faceretque, ut è republica duceret.* Fabius duas fe legiones adiecturum ad Servilianum exercitum dixit, his quas ipse haberet equitum scriptis. Tibur diem ad conveniendum edixit. edictoque propositio, ut quibus oppida castellaque munita essent; ut hi in loca tuta commigrarent, ex agris quoque demigrarent omnes regionis ejus, qua iturus Annibal esset; recta pleraque incensis ac frugibus corruptis, ne cujus rei copia esset; ipse via Flaminia profectus obviam consuli exercituique, quum ad Tiberim circa Ocriculum prospexisset agmen, consulemque cum equitibus ad se prodeuntem; viatorem misit, qui consuli nunciaret, ut sine lictoribus ad dictatorem veniret. Qui quum dicto paruisset, conspectuque eorum ingentem speciem dictaturæ apud cives sociosque, veritate jam prope oblitos ejus imperii, fecisset: literæ ab urbe allatæ sunt; naves onerariæ commeatum ab Ostia in Hispaniam ad exercitum portantes, a classe Punica circa portum Cosanum captas esse. Itaque exemplo consul Ostiam proficisci jussus, navibus quæ ad urbem Romanam aut Ostiæ essent, completis milite ac navalibus sociis, perfequi hostium classem, ac littora Italiæ tutari. Magna vis hominum conscripta Romæ erat: libertini etiam, quibus liberi essent, & ætas militaris, in verba juraverant. Ex hoc urbano exercitu, qui minores quinque & triginta annis erant, in naves impositi: alii, ut urbi præsiderent, relicti.

Cap. XII. Dictator exercitu consulis accepto à Fulvio Flacco legato, per agrum Sabinum Tibur, quò die ad conveniendum edixerat novis militibus, venit: inde Præneste transversis limitibus in viam Latinam est regressus, unde itineribus summa cum cura exploratis ad hostem ducit; nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunæ se commissurus. Quo primum die haud procul Arois in conspectu hostium posuit castra: nulla mora facta, quin Pœnus educeret in aciem copiasque pugnandi faceret: sed ubi quieta omnia apud hostes, nec cattra ullo tumultu mota videt; increpans quidem victos tandem Martios animos Romanorum, debellatumque, & concessum eis propalam de virtute ac gloria esse, in cattra redit. cæterum tacita cura animum incensus, quod cum duce, haudquaquam Flaminio Sempronioque simili, futura sibi res esset, ac tum demum edocti malis Romani parem Annibali ducem quæsissent: & prudentiam quidem, non vim dictaturæ extemplo timuit. constantiam haud dum expertus, agitare ac tentare animum movendo crebro castra, populandoque in oculis ejus agros sociorum, cœpit. & modo citato agmine e conspectu abibat, modo repente in alquo flexu viæ, si excipere deserentem in æquum posset, occultus subsilebat. Fabius per loca alta agmen ducebat, modico ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum, neque congrederetur. Castris, nisi quantum ipsa necessitas cogeret, tenebatur miles. pabulum & ligna nec pauci petebant, nec passim. Equitum levisque armaturæ statio compofita in fruct aque in subitos tumultus, & suo militi tuta omnia, & infesta effusis hostium populatoribus præbebat. neque universo periculo summa rerum committebatur: & parva momenta levium certaminum ex tuto cœpiorum, similimo receptui assueficiebant territum priùs in subitos clades militem, minus jam tandem aut virtutis, aut fortunæ pœnitere fuæ. Sed non Annibalem magis infestum tam fanis consilijs habebat, quam magistrum equitum. qui nihil aliud, quam quod parebat in imperio, moræ ad rempub. pro-

cipitandam habebat, ferox rapiduſque in conſiliis, & linguis immodicus; primo inter paucos, dein propalam in vulgus: pro cunctatore ſegnem, & cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat: premendorumque ſuperiorum arte (quæ peſſima ars nimis proſperis multorum ſucceſſibus crevit) ſeſe extollebat.

Cap. XIII. Annibal ex Hirpinis in Samnium tranſit, Beneventanum depopulatur agrum. Teleſiam urbem capit: irritat etiam de induſtria ducem, ſi forte accenſum tot indignatibus cladibuſque ſociorum, detrahere ad æquum certamen poſſit. Inter multitudinem ſociorum Italici generis, qui ad Trasimenum capti ab Annibale dimiſſique fuerant, tres Campani equites erant; multis jam tum illecti donis promiſſiſque Annibalis, ad conciliandos popularium animos. hi nunciantes; ſi in Campaniam exercitum admoviſſet, Capuæ potiendæ copiam fore, quum tres major quam auctores eſſet, ad hoc unum Annibalem, alternisque fidentem ac diffidentem, tamen ut Campanos ex Samnio peteret, moverunt: monitoſque ut etiam atque etiam promiſſa rebus adhærmarent, juſſoſque cum pluribus & aliquibus principum regione ad ſe dimitt. ipſe interea dicti, ut ſe in agrum Caſinatem ducat: edoctus à peritis regionum, ſi eum ſaltum occupaſſet, exitum Romano ad opem ferendam ſociis interclusuram. Sed Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione, pro Caſino Caſilinum dux ut accipieret, fecit: averſiſſimo ab iſthinere, per Allifanum, Calatinumque, & Calenum agrum; in eam ſum Stellatem deſcendit: ubi cuum montibus fluminibuſque clauſam regionem circumpexiſſet, vocatum ducem percunctatur, ubi terrarum eſſet: quum ſe Caſilini eo die manſurum eum dixiſſet, tum demum cognitus eſt error, & Caſinum longe inde alia regione eſſe, virgiſque cæſo duce, & ad reliquorum terrorem in crucem fublato, caſtris communitis Mahrabalem cum equitibus in agrum Falernum prædatum dimiſit. Utique ad æquos Sinueſſinas populario ea pervenit. ingentem cladem, fugam tamen terroremque latius, Numidæ fecerunt. Nec ramen is terror, quum omnia bello flagrarent, fide ſocios alimovit: videlicet quia juſto & moderato regebantur imperio; nec abnuebant, quod unum vinculum fidei eſt, melioribus parere.

Cap. XIV. Ut vero ad Vulturnum flumen caſtra ſunt poſita, exurebaturque amœniſſimus Italiæ ager, villæque paſſim incendiis fumabant, per Juga Maſſici montis Fabio ducente, tum prope de integro ſeditio accenſa, quleverant enim per paucos dies: quia quum celerius ſolito ductum agmen fuiſſet, feſtinari ad prohibendam populationibus Campaniam crediderant. ut vero in extrema Juga Maſſici montis ventum eſt, hoſtilique ſub oculis erant, Falerni agri colonorumque Sinueſſæ tecta urentes, nec ulla erat mentio pugnæ, *Spectatum huc*, inquit Minucius, *ut rem ſuam ſuorum oculis, ſociorum cædes, & incendia venimus? nec ſi nullius alterius nos, ne civium quidem horum pudet, quos Sinueſſani colonos patres noſtri miſerunt, ut ab Samnite hoſte tuta hæc ora eſſet: quam nunc non vicinus Samnis urit, ſed Punus advena; ab extremis orbis terrarum terminis, noſtra cunctatione & ſocordia jam huc progreſſus. Tantum (pro!) degeneranus à parentibus noſtris, ut præter quam oram illi Punicas vagari claſſes, dedecus eſſe imperii ſui duxerint, eam nos nunc plenam hoſtium Numidarum videre? Mutorum jam factam vidiamus? Qui modo Sa untum oppugnari indignando, non hominis tantum, ſed fœdera & deos ciebamus, tendentem ad mœnia Romana colonia Annibalem lenti ſpectamus. Famus ex incendiis villarum deorumque in oculis flamma venit, ſtrepunt aures clamoribus plorandum ſociorum, ſæpius nos, quam Deorum invocantium opem. nos hic pecorum modo per æſtivos ſaltus deſidiæ calles exercitum ducimus, conditi nubibus, ſilvisque. Si hoc modo parandi grando cæumque ſalutis Al. Fulvius recipere a Gallis urbem voluiſſet, quo hic novus Camillus (nobis Dictator unicus in rebus affectis qualibus) Italiam ab Annibale recuperare paſſet? Gallorum Romaeſſet: quam vereor, ne, ſic cunctantibus nobis, Annibali ac Pœnis inviſis ſervaverint majores noſtri. ſed vir, ac vere Romanus, quo die dictatorem eum ex auctoritate Patrum, juſſuque populi dicebam, Veios Albameſt, quum eſſet ſatis altum Janiculum, ubi ſedens proſpectaret hoſtem, deſcendit in æquum: atque illo ipſo die media in urbe, qua nunc Porta Gallica ſunt, & poſtero die, citra Gabios, cecidit Gallorum legiones. Quid? poſt multos annos, quum ad furculas Caudinas ab Samnite hoſte ſub jugum miſſi ſumus; utrum tandem L. Papirius Cursor juga Samnii perluſtrando, an Lucretius prænuncio vitabundque, an lacteſcenſo victorem hoſtem ſepulſum ab Romanis cervicibus jugum ſuperbo Samniti impoſuit? Modo C. Luratio quæ alia res, quam celeritas, victoriam dedit? quod poſtero die quam hoſtem vidit, claſſi ingraven commeatibus, impedit am ſuomet ipſum inſtrumento atque apparatu, oppreſſit. Similitia eſt, ſedendo aut votis abſellari creas-

credere posse. armari copias oportet, deducendas in aquum ut vir cum viro congrediatur. Audendo atque agendo res Romana crevit, non his ferebant consiliis, quæ timidi cauta vocant. Hæc velut concionanti Minucio, circumfundebatur tribunorum equitumque Romanorum multitudo, & ad aures quoque militum dicta ferocia volvebantur: ac, si militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant, Minucium Fabio duci præfaturos.

Cap. XV. Fabius pariter in suos haud minus quam in hostes intentus, prius ab illis invictum animum præstans, quamquam probe scit: non in castris modo suis, sed jam etiam Romæ infamem suam cunctationem esse, obtinuatus tamen, ne quem consiliorum tenore æstatis reliquum erat, mutaret: ut Annibal destitutus ab spe summopere petiti certaminis, jam hibernis locum circumspectaret: quia ea regio præsentis erat copiæ, non perpetuæ; arbusta vineaque, & consita omnia magis amœnis quam necessariis fructibus. Hæc per exploratores relata Fabio. Quum saris sciret per eadem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, redituram; Calliculam montem & Casilinum occupat modicis præsidiis, quæ urbs Vulturno flumine dirempta, Falernum ac Campanum agros dividit: ipse jugis iisdem exercitum reducit, multum exploratum cum quadringentis equitibus sociorum L. Hostilio Mancino: qui ex turba juvenum audientium sæpe ferociter concionantem magistrum equitum, progredius primo exploratoris modo, ut ex tuto specularetur hostem; tum vagos multum per vicos Numidas vidit; per occasionem etiam paucos occidit. exemplo occupatus certamine est animus, excideruntque præcepta dictatoris: qui, quantum tuto posset, progressum prius recipere sese jusserat, quam in conspectum hostium veniret. Numidæ alii atque alii occurrantes refugientesque, ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertraxere. inde Cartalo, penes quem summa equestris imperii erat, concitatis equis invectus, quum, prius quam ad conjectum teli veniret, avertisset hostem, quinque millia ferme continenti cursu secutus est fugientes. Mancinus, postquam nec hostem desistere sequi, nec spem vidit effugiendi esse, cohortatus suos in prœlium redit, omni parte virium impar. Itaque ipse, & delecti equitum, circumventi occidunntur. cæteri effuso rursus cursu Cales primum, inde, prope invitis callibus, ad dictatorem perfugerunt. Eo forte die Minucius se conjunxerat Fabio, missus ad firmandum præsidio fallum, qui super Tarracinam, in arctas coactus fauces, imminet mari, ne immunito Appiæ limite, Pœnus pervenire in agrum Romanum posset. Conjunctis exercitibus dictator ac magister equitum castra in viam deferunt qua Annibal ducturus erat. duo inde millia hostes aberant.

Cap. XVI. Postero die Pœni, quod viæ inter bina castra erat, agmine complevere. Quum Romani sub ipso contitissent vallo, haud dubie æquiore loco, succesit tamen Pœnus cum expeditis equiribus, atque ad lacessendum hostem carpsim & procursando recipiendoque sese, pugnavere. restitit suo loco Romana acies; lenta pugna & ex dictatoris magis, quam Annibalis fuit voluntate. ducenti ab Romanis, octingenti hostium cecidere. Inclusis inde videri Annibal, via ad Casilinum obsessi: quum Capua & Samnium, & tantum ab tergo divitum sociorum, Romanis commeatus subveheret: Pœnus contra, intra Formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnaque perhorrida situ, hibernaturus esset. Nec Annibalem fefellit, suis se arctibus peri. itaque quum per Casilinum evadere non posset, petendique montes & jugum Calliculæ superandum esset, necubi Romanus inclusum vallibus agmen aggrederetur; ludibrium oculorum, specie terribile, ad frustrandum hostem commentus, principio noctis furtim luce edere ad montes statuit. Fallacis consilii talis apparatus fuit. Faces undique ex agris colligit, fasseque virgarum, atque arida sarmenta, præligantur cornibus boum, quos domitos indomitosque multos inter cæteram agrestem prædam egerat. ad duo millia ferme boum effecta: Adjicitur atque negotium datum, ut primis tenebris noctis id armentum accensis cornibus ad montes agerer. maxime si posset, super fallus ab hoste infestos.

Cap. XVII. Primis tenebris silentio mota castra: boves aliquanto ante signa acti. ubi ad radices montium visque angustas ventum est, signum extemplo datur, ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montes: & metus ipse reluctantis flammæ ex capite, calorque jam ad vivum ad imaque cornuum advenientis, velut stimulatos furore egebat boves. quo repente diffugerunt, haud secus quam silvis montibus que accensis, omnia circum virgulta arderе capitumque irrita quassatio excitans flammam, hominum passim discurrentium fœcicm præbebat. Qui ad trantitum saltus insidendum locati erant, ubi in summis montibus ac super se quosdam ignes conspexerunt, circumventos se esse rati præsidio excessere; qua minime densæ micabant flammæ, velut tutissimum iter, petentes summa montium juga. tamen

in quotidiam boves palatos ab suis gregibus inciderunt: & primo, quum procul cernerent, veluti flammas ipsarum miraculo attoniti constiterunt: deinde, ut humana apparuit fraus, tum vero insidias rati esse; cum majore metu concitant se in fugam; levi quoque armaturæ hostium incurrere. cæterum & aequato tumoru, neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit. Interea toto agmine Annibal transduto per saltum, & quibusdam in ipso saltu hostium oppressis, in agro Allifano posuit castra.

Cap. XVIII. Hunc tumultum sensit Fabius. cæterum & insidias esse ratus, & ab nocturno utique abhorrentes certamine, suos munimentis tenuit. Luce prima sub jugo montis prœlium fuit. quo interclusum ab suis levem armaturam facile (etenim numero alii quantum præstabant) Romani superassent, nisi Hispanorum cohors ad idipsum electa Annibale pervenisset, ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa rupesque aptior ac levior, cum velocitate corporum, tum armorum habitu, campestrem hostem, gravem armis strataritumque, pugnæ genere facile eluit. Ita haud quaquam pari certamine digesti, Hispani fere omnes incolumes, Romani aliquot suis amissis, in castra contenderunt. Fabius quoque movit castra: transgressusque saltum super Allifas loco alto ac munito consedit. Tum per Samnium Romam se petere simulans Annibal, usque in Pelignos populatione facta redit. Fabius medium inter hostium agmen urbemque Romam jugis ducebat; nec abitinens nec congrediens. Ex Pelignis Pœnus flexit iter, retroque Apuliam repetens, Geronium pervenit; urbem metu, quia collapsa ruinis pars mœnium erat, suis defertam. Dictator in Larinate agro castra communit. inde sacrorum causa Romam revocatus, non imperio modo, sed consilio etiam, ac prope precibus agens cum magistro equitum *ut plus consilio quam fortunæ confidat: & se potius ducem, quam Semproniun Flaminiumve imitetur, ne nihil actum conseret, exacta prope æstate per indifferentiam hostis. medicos quoque plus interdum quiete, quam movendo atque agendo proficere. Haud parvam rem esse, ab duobus vicit re hostes vinci desisse, & ab continuis clades respirasse.* Hæc neutiquam prærmonito magistro equitum, Romanum est prosecutus.

Cap. XIX. Principio ætatis, qua hæc gerebantur, in Hispania quoque terra marique cœptum bellum est. Asdrubal ad eum navium numerum, quem a fratre instructum paratumque acceperat, decem adjecit: quadraginta navium classem Himilconi tradidit, atque ita Carthagine profectus navibus prope terram, exercitum in littore ducebat: paratus confligere quacunque parte copiarum hostis occurrisset. Cn. Scipioni, postquam moviisse ex hibernis hostem audivit, primo idem consilii fuit: deinde minus terra propter ingentem famam novorum auxiliorum concurrere ausus, delecto milite ad naves impositio, quinque & triginta navium classe ire obviam hosti pergit. Altero ab Tarracone die ad stationem decem millia passuum dissantem ab ostio Iberi amnis pervenit. Inde duæ Massiliensium speculatoriæ præmissæ retulerunt, classem Punicam stare in ostio fluminis, castraque in ripa posita. Itaque ut improvidos incautosque universo simul effuso terrore opprimeret, fublatis ancoris ad hostem vadit. Multus & locis altis positas turres Hispania habet, quibus & speculis & propugnaculis advertus latrones utuntur. inde primo conspectis hostium navibus, datum signum Asdrubali est; tumultusque prius in terra & castris, quam ad mare & ad naves est ortus; nondum aut pulsi remorum strepitu aut aliquo nautarum clamore, aut aperientibus classem promontoriis; quum repente ques alius super alium ab Asdrubale missus, vagos in littore, quietosque in tentoriis suis, nihil minus quam hostem aut prœlium ob die exspectantes, conscendere naves properare, acquam arma capere jubet. classem Romanam jam haud procul portu esse. Hæc equites dimissi passim imperabant. mox Asdrubal ipse cum omni exercitu aderat: variaque omnia tumultu strepunt, ruentibus in naves simul remigibus militibusque; fugientium magis a terra quam pugnantium cuntium modo. Vix dum omnes conscenderant, quum alii resolutis oris in ancoras evehuntur: alii, ne quid teneat, ancoralia incidunt: raptimque omnia præpropere agendo, millium apparatu nautica ministeria impedimur: trepidatione nautarum capere & aptare arma miles prohiberur. Et jam Romanus non appropinquabat modo, sed direxerat etiam in pugnam naves. itaque non ab hoste & prœlio magis Pœni, quam suomet ipsi tumultu turbati, tentata verius pugna, quam inita, in fugam averterunt classem. & quum adversi amnis ostio agmine ac tam multis simul venientibus haud sane intrabile esset, in littus passim naves egerunt: atque alii vadis, alii sicco littore excepti, partim inermes ad instructam per littus aciem suorum perfugere. Duæ tamen primo concursu captæ erant Punicæ naves, quatuor supp ressæ.

Cap. XX. Romani, quamquam terra hostium erat, armatamque aciem toto prætentam in littore cer-

ne-

nebant, haud cunctanter intecuti trepidam hostium classem, naves omnes quæ non aut perfregerant proras littore illisas, aut carinas fixerant vadis, religaras puppibus in alium extraxere. ad quinque & viginti naves ex quadraginta cepere. Neque id pulcherrimum ejus victoriæ fuit, sed quod una levi pugna toto ejus oræ mari potiti erant. itaque ad Honoscam classe provecti, exscensione ab navibus in terram facta quum urbem vi cepissent, captamque diripuissent, Carthaginem inde petunt: atque eodem agrum circa depopulati, postremo tecta quoque injuncta muro portisque incenderunt. Inde jam præda gravis ad Longunticam pervenit classis: ubi vis magna sparti ad rem nauticam congesta ab Afdrubale. quod satis in usum fuit, sublato, cæterum omne incensum est. Nec continentis modo proiectas oras prætervecta, sed in Ebusum insulam transiissum. ubi urbe, quæ caput insulæ est, biduum nequicquam summo labore oppugnata, ubi in spem irritam frustra teri rempus animadversum est, ad populationem agri versa, direpta aliquot incensisque vicis, majore quam accontinenti præda parta, quum in naves sese recepissent, ex Balearibus insulis legati pacem petentes ad Scipionem venerunt. Inde flexa retro classis, reditumque in citeriora provinciæ: quo omnium populorum, qui Iberum incolunt, multorum & ultimæ Hispaniæ legati concurrerunt. Sed qui vere ditionis imperiique Romani facti sunt, obsidibus datis, populi amplius fuerunt centum viginti. Igitur terrestribus quoque copiis satis fidens Romanus, usque ad saltum Castulonensem est progressus. Afdrubal in Lusitaniam ac propius Oceanum concessit.

Cap. XXI. Quietum inde fore videbatur reliquum æstatis tempus, finitimique per Pœnum hostem; sed præterquam quod ipsorum Hispanorum inquieta avidaque ingenia nowas res sunt ingenia, Mandonius indibilisque, qui antea illergetum regulus fuerat, postquam Romani ab saltu recessere ad maritimam oram, concitis popularibus in agrum pacatum sociorum Romanorum ad populandum venerunt. Adversos eos tribunus militum cum expeditis auxiliis a Scipione missi, levi certamine, ut tumultuariam manum, fudere omnes, occisis quibusdam captisque, magnaque parte armis exuta. Hic tamen rumultus cedentem ad Oceanum Afdrubalem, cis Iberum ad socios tutandos retraxit. Castra Punica in agro Ilercaonensium, castra Romana ad novam classem erant; quum fama repens alio vertit bellum. Celtiberi, qui principes regionis hujus legatos miserant obsidesque dederant Romanis, nuncio misso à Scipione excita arma capiunt, provinciamque Carthaginiensium valido exercitu invadunt; tria oppida vi expugnant. inde cum ipso Afdrubale duobus prœliis egregie pugnantes, quindecim millia hostium occiderunt: quatuor millia cum multis militaribus signis capiunt.

Cap. XXII. Hoc statu rerum in Hispania, P. Scipio in provinciam venit, prorogato post consulatum imperio, ab senatu missus cum triginta longis navibus. Sic octo millibus militum, magnoque commeatu advecto. Ea classis ingens agmine onerariarum procul vita, cum magna lætitia civium sociorumque, portum Tarraconis ex alto tenuit. ibi milite exposito, profectus Scipio fratri conjungitur: ac deinde communi animo consilioque gerebant bellum. Occuparis igitur Carthaginiensibus Celtiberico bello, haud cunctanter Iberum transgrediuntur: nec ullo viso hoste Saguntum pergunt ire, quod ibi obsides totius Hispaniæ custodiæ traditos ab Annibale fama erat modico in arce custodiri præsidio. id unum pignus, inclinatos ad Romanam societatem omniam Hispaniæ populorum animos morabatur, ne sanguine liberum suorum culpa defectionis lueretur. Eo vinculo Hispaniam vir unus solerti magis quam fideli consilio, exsolvit. Abelox erat Saguntinobilis Hispanus, fidus ante Pœnis: rum (qualia plerique sunt barbarorum ingenia) cum fortuna mutavera fidem. cæterum transfugam sine magnæ rei proditione venientem ad hostes nihil aliud quam unum vile atque infame corpus esse ratus, id agebat ut quam maximum emolumentum novis sociis esset. Circumspectis igitur omnibus, quæ fortuna potestatis ejus poterat facere, obsidibus potissimum tradendis animum adjecit: eam unam rem maxime ratus conciliaturam Romanis principum Hispaniæ amicitiam. Sed quum injuffu Bostaris præfecti satis scire nihil obsidum custodes fallaces esse; Bostarem ipsum arte aggreditur. Castra extra urbem in ipso littore habebat Bostar, ut aditum ex porru intercluderet Romanis. ibi eum in secretum abductum, velut ignorantem, monet quo statu res. *Metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos, quia procul Romani abessent: nunc eis Iberum castra Romana esse, arcem tutam, perfugiumque novas volentibus res. itaque quos metus non teneat, beneficio & gratia deviciendos esse.* Miranti Bostari, percunctantique, quodnam id subitum tantæ rei donum posset esse? *Obsides*, inquit, *in civitates remitte. id privatim parentibus*,

quorum maximum nomen in civitatibus est suis, & publice populis gratum erit. Vult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plurimque obligat fidem. Ministerium restituendorum domos obsidum mihimet depoſco ipſe, ut opera quoque impenſa conſilium adjuvem meum, & rei ſuapte natura gratæ, quoniam inſuper gratiam poſſim, addiciam. Homini non ad ſpera Punica ingenia calliđo ut perſuaſit, nocte clam profectus ad hoſtium ſtationes; conventis quibuſdam auxiliaribus Hiſpanis, & ab iis ad Scipionem perductus, quid afferret expromit. Fide accepta dataque, ac loco & tempore conſtituto ad obſides tradendos, Saguntum redit; diem infequentem abſumpſit cum Boſtare, mandatis ad rem agendam accipiendis. dimiſſus, quum ſe nocte iturum, ut cuſtodias hoſtium falleret, conſtituiſſet, ad compoſitam cum iis horam excitatis cuſtodibus puerorum profectus, veluti ignarus in præparatas ſua fraude inſidias ducit. In caſtra Romana perductis, omnia de reddendis obſidibus; ſicut cum Boſtare conſtituturum erat, acta per eundem ordinem, quaſi Carthaginienſium nomine ſic ageretur. Major aliquanto Romanorum gratia fuit in reparari, quam quanta futura Carthaginienſium fuerat. Illos enim graves ſuperboſque in rebus ſpeſtata expertos, fortuna & timor mitigaſſe videri poterat. Romanus primo adventu, incognitus ante, ab re clementi liberalique initium fecerat: & Abelox vir prudens haud fruſtra videbatur ſolos mutaſſe. itaque ingenti conienſi defectionem omnes ſpectare, armaque exemplo mota forent, ni hiems, quæ Romanos quoque & Carthaginienſes concedere in tecta coegit, interveniſſet.

Cap. XXIII. Hæc in Hiſpania quoque ſecunda æſtate Punici belli geſta, quum in Italia paululum intervalli cladibus Romanis ſolers cunctatio Fabii feciſſet. quæ ut Annibalem non mediocri ſollicitum cura habebat, tandem eum militiæ magiſtrum delegiſſe Romanos cernentem, qui bellum ratione, non fortuna geſſeret; ita contempta erat inter cives armatos pariter togatoſque, utique poſtquam abiente eo, temeritate magiſtri equitum, læto, verius dixerim, quam proſpero eventu, pugnatum fuerat. Acceſſerant duæ res ad augendam invidiam dictatoris: una fraude ac dolo Annibalis, quod quum à perfugis ei monſtratus ager dictatoris eſſet, omnibus circa fuſo aquatis, ab uno eo ferrum ignemque & vim omnem hoſtium abſtinerî juſſit, ut occulti alicujus pacti ea merces videri poſſet: altera ipſius facto, primo fortitan dubio, quia non expectata in eo ſenatus auctoritas eſt: ad extremum haud ambigue in maximam laudem vertit. In permutandis captivis: quod, ſicut primo Punico bello factum erat, convenerat inter duces Romanos Pœnumque, ut quæ pars plus recideret quam darer, argenti pondo bina & ſeſſibras in militem præſtaret. Ducentos quadraginta ſeptem quum plures Romanus quam Pœnus recepiſſet, argentumque pro eis debitum, ſæpe jactata in ſenatu re, quoniam non conſuluiſſet Patres, tardius rogaretur: inviolatum ab hoſte agrum miſſo Romam Quinto filio vendidit, fidemque publicam impendio privare exſolvit. Annibal pro Geronii mœnibus, cujus urbis captæ atque incenſæ ab ſe, in uſum horrorum pauca reliquerat teſta, in ſtativis erat. inde frumentatum duas exercitus partes mittebat: cum tertia ipſe expeditа in ſtatione erat, ſimul caſtris præſidio, & circumſpectans necunde impetus in frumentatores fieret.

Cap. XIV. Romanus tunc exercitus in agro Larinati erat. præerat Minucius magiſter equitum; profecto, ſicut ante dictum eſt, ad urbem dictatore. Cæterum caſtra, quæ in monte alto ac tuto loco poſita fuerant, jam in planum deferuntur: agitabanturque pro ingenio ducis conſilia calidiora, ut impetus aut in frumentatores palatos, aut in caſtra relicta cum levi præſidio fieret. Nec Annibalem fefellit, cum duce mutatam eſſe belli rationem, & ferocius, quam conſultius, rem hoſtes geſturos. Ipſe autem (quod minime quis crederet) quum hoſtis propius eſſet, partiam partem militum frumentatum, duabus in caſtris retentis, dimiſit: deinde caſtra ipſa propius hoſtem movit; duo ferme à Geronio millia, in tumulum hoſti conſpectum: ut intentum ſciret eſſe ad frumentatores, ſi qua vis fieret, rutandos. Propior inde ei, atque ipſis imminens Romanorum caſtris tumultus apparuit: ad quem capiendum ſi luce palam iretur, quia haud dubie hoſtis breviore via præventurus erat, nocte clam miſſi Numidæ ceperunt. quos tenentes locum contempta paucitate Romani poſtero die quum ejeciſſent, ipſi eo transferunt caſtra. Tum itaque ut exiguum ſpatii vallum à vallo aberat, & id ipſum totum prope compleverat Romana acies, ſimul & per averſa caſtra à caſtris Annibalis equitatus cum levi armatura emiſſus in frumentatores latè cædem fugamque hoſtium pajarorum fecit, neque acie certare Annibal auſus: quia tanta paucitate vix caſtra, ſi oppugnarentur, rurari poterat. Jamque artibus Fabii pars exercitus aberat, jam ferme fedendo & cunctando bellum gerebat, receperatque fuos in priora caſtra, quæ pro Geronii mœnibus erant. Tuſia quoque acie & collatis ſignis dimicatum, quidam

auctores sunt. primo concursu Pœnum usque ad castra fusum, inde eruptione facta repente versum terrorem in Romanos: Numerii Decimii Samnitis deinde interventu prœlium restitutum. Hunc principem genere ac divitiis, non Boviani modo, unde erat, sed toto Samnio, fuisu dictatoris octo millia peditum, & equites ad quingentos ducentem in castra, ab tergo quum apparuisset Annibali, speciem parti utrique præbuisse novi subsidii, tanquam Fabio ab Roma venisse: Annibalem infidiarum quoque aliquid timentem recepisse suos: Romanum insecutum, adjuvante Samnite duo castella eo die expugnasse: sex millia hostium cæsa, quinque admodum Romanorum. tamen in tam pari prope clade famam egregiæ victoriæ cum vanioribus litteris magistri equitum Romam perlatam.

Cap. XXV. De his rebus perfæpe in senatu & in concione actum est. Quum læta civitate dictator unus nihil nec famæ, nec litteris crederet, ut vera omnia essent, secunda fortuna quidquam egregiæ victoriæ dicere, tum M. Metilius tribunus plebis, *id enim fecundum esse negat. Non præsentem solum dictatorem obstitisse rei bene gerendæ, sed absentem etiam pestæ obstare: & in dictando bello festino tempus terere, quo diutius in magistri equitis, militumque & Romæ & in exercitu imperium habeat. Quippe consulum alterum in acie ecclatisse, alterum specie classis Punicæ persequendæ procul ab Italia ablegatum. Duos prætores Siciliæ atque Sardiniæ occupatos, quorum neutra hoc tempore provincia prætore egeat. M. Minucium magistrum equitum, ne hostem videret, ne quid rei bellicæ gereret, prope in custodiam habitum. Itaque hercule non Samnium modo, quo jam tanquam trans Iberum agro Pœnis concessum sit, sed Campanum, Calenumque, ac Falernum agrum vastatos esse; sedente Casilini dictatore, & legionibus populi Romani agrum suum tutante. Exercitum cupientem pugnare, & magistrum equitum, clausos prope tecta vallum retentos, tanquam hostibus captivis arma adempta. tandem ut absciti ab diis immortalibus, ut obsidione liberatos, extra vallum egressos fusisse ac fugasse hostes. Quas ob res si antiquus animus plebi Romanæ esset: audaciter se laturum fuisse de abrogando Q. Fabii imperio: nunc mollicam rogationem promulgaturum de æquando magistri equitum & dictatoris jure: nec timuisse, ne ita quidem prius mittendum ad exercitum Q. Fabium, quam consulem in locum C. Flaminii suffecissent.* Dictator concionibus se abstinuit, in actione minime popularis: ne in senatu quidem satis æquis auribus audiebatur, tunc quum hostem verbis extolleret, biennioque clades per temeritatem atque inscientiam ducum acceptas referret: *magistroque equitum quod contra dictum suum pugnasset, rationem diceret reddendam esse, si posset, se summa imperii consilioque sit. Propediem effecturum, ut sint homines, bono imperatori haud magni fortunam momenti esse: mentem rationemque dominari. Se in tempore, & sine ignominia servasse exercitum, quam multa millia hostium occidisse, ducere majorem gloriam esse.* Hujus generis orationibus fruftra habitis, & consule creato M. Atilio Regulo, ne prælens de jure imperii dimicaret, pridie quam rogationis ferendæ dies adesset, nocte ad exercitum abiit. Lata orta, quum plebis concilium esset, magis tacita invidia dictatoris faveque magistri equitum animos verfabat. quam satis audebant homines ad suadendum, quod vulgo placebat, prodire: & favore superante, auctoribus tamen rogationi decerat. Unus inventus est Flaminius Gracchi. Terentius Varro, qui prætor anno, prætor fuerat; loco non humili solum, sed etiam fordido ortus. parrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis, hilioque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum.

Cap. XVI. Is juvenis ubi ex eo genere quæstus pecunia à patre relicta, animos ad spem liberalioris fortunæ fecit, togaque & forum placuere, proclamando pro fordidis hominibus cauffisque adversus rem & famam bonorum, primum in notitiam populi, deinde ad honores pervenit. quæstura quoque & duabus aedilitatibus, plebeia & curuli, potitus, & prætura per fanctus, jam ad consulatus spem quum attolleret animos; haud parum callide auram favoris popularis ex dictatoria invidia petit, fcitique plebis unus gratiam tulit. Omnes eam rogationem, quique Romæ, quique in exercitu erant, cui atque iniqui, præter ipsum dictatorem, in conumeliam ejus latam acceperunt. ipse, qua gravitate animi criminantes se ad multitudinem inimicos tulerat, eadem & populi in se fævientis injuriam tulit acceptifque in ipso literis fenatus consulti de æquato imperio; fatis fidens, haudquaquam cum imperii jure artem imperandi æquatam, cumque invicto à civibus hostibusque animo ad exercitum rediit.

Cap. XXVII. Minucius vero quum jam ante vix tolerabilis fuisset, fecundis rebus ac favore vulgi; tum utique immodice immodesteque, non Annibale magis victo ab se quam Q. Fabio gloriari. *Illum in rebus asperis unicum ducem ac parem quæstium Anni-*

Annibali, majorem minori, dictatorem magistro equitum, quod nulla memoria habeat annalium, justu populi aequatum in eadem civitate, in qua magistri equitum virgas ac secures dictatoris tremere atque horrere soliti sint. in tantum suam felicitatem virtutemque enituisse. Ergo secuturum se fortunam suam, si dictator in cunctatione ac segnitie Deorum hominumque judicio damnata, perstaret. Itaque quo die primum congressus est cum Q. Fabio, *statuendum omnium primum, ait, esse, quemadmodum imperio aequato utantur. Se optimum ducere, aut diebus alternis, aut, si majora intervalla placerent, paribus temporibus alteris summum jus imperiumque esse: ut par hosti non solum consilio, sed viribus etiam esset, si quam occasionem rei gerendae habuisset.* Fabio haudquaquam id placere: *omnia enim fortunam habiturum, quacumque temeritas collega habuisset. Sibi communicatum cum illo, non ademptum imperium esse. Itaque se numquam volentem pugnae pugnaturum, nec se tempora, aut dies imperii cum eo, sed exercitus divisurum, sui quae consilii, quoniam omnia non liceret, quae posset, servaturum.* Ita obtinuit, uti legiones, sicut consulibus mos esset, inter se dividerent. prima & quarta Minucio, secunda & tertia Fabio evenerunt. Auxiliares pari numero, seciimque & Latini nominis auxilia divisserunt: castris se quoque separari magister equitum voluit.

Cap. XXVIII. Duplex inde Annibali gaudium fuit: neque enim quicquam eorum, cum aequo hostes agerentur, eum fallebat; & perfugis multa indicantibus, & per suos explorantem. nam & liberam Minucii temeritatem se suo modo capturum, & solertiae Fabii dimidium virium decessisse. Tumulus erat inter castra Minucii, Poenorumque. eum qui occupasset, haud dubie quicquem erat hosti locum facturus. eum non tam cavere sine certamine volebat Annibal, (quamquam id operae pretium erat) quam causam certaminis cum Minucio, quem semper occursurum ad obsistendum satis sciebat, contrahere. Ager unus in quinctem erat, prima species inutilis invidiatori, nulla non modo silvestre quicquam, sed ne vepribus quidem vestitum habebat: re ipsa natus tegendis insidiis, eo magis quod in nuda valle nulla talis fraus timeri poterat, & erant in antefactibus cavae rupes, ut quadam earum ducenos armatos possent capere. In has larebras, quot quemque locum apte insidere poterant, quinque millia conduntur peditum equitumque. necubi tamen aut motus alicujus temere egressi, aut fulgor armorum fraudem in valle tam aperta detegeret, missis paucis prima luce ad capiendum, quem ante diximus tumulum, avertit oculos hostium. Primo statim conspectu contempta paucitas: ac sibi quisque deposcere pellendos inde hostes. ad locum capiendum dux ipse inter stolidissimos ferocissimosque ad arma vocat, & vanis animis & minis increpat hostem. Principio levem armaturam demittit, deinde conferto agmine mittit equites: postremo, quum hominibus quoque subsidia mitti videret, instructis legionibus procedit. Et Annibal laborantibus suis, alia atque alia, crescente certamine, mittens auxilia peditum equitumque, jam justam expleverat aciem, ac totis utrimque viribus certabatur. Prima acies armatura Romanorum praeoccupatum inferiore loco succedens tumulum, pulsa detrusaque terrorem in succedentem inrulit equitem, & ad signa legionum refugit. peditum acies inter perculsos impavida fola erat; videbaturque, si justa aut si recta pugnaret, haudquaquam par futura. tantum animorum fecerat prospere ante paucos dies res gesta. Sed exorti repente insidiatores, eum tumultum terroremque in latera utrimque ab tergoque incurrantes, fecerunt, ut neque animus ad pugnam neque ad fugam spes cuiquam superesset.

Cap. XXIX. Tunc Fabius primo clamore paventium audito, dein conspecta procul turbata acie. *Ita est*, inquit, *non celerius quam timui, deprehendit fortuna temeritatem. Fabio aequatis imperio, Annibalem & civitate & fortuna superarem Poenum. Sed aliud jurgandi succenfendique tempus erit. nunc signa extra vallum proferte. Victoriam hosti extorquendus, confessionem erroris civibus.* Jam magna ex parte caesis aliis, aliis circumspectantibus fugam; Fabiana se acies repente, velut e fomno demissa, ad auxilium oftendit. Itaque prius quam ad conjectum tell veniret, aut manum consereret, & suos à fuga effusa, & ab nimis feroci pugna hostes continuit. qui soluris ordinibus vage diffipati erant, undique conflugerunt ad integram aciem; qui primores stare & sederant, convertit in hostem, volventesque orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare, ac jam prope una acies facta erat victi atque integri exercitus, inferebantque signa in hostem; quum Poenus receptui cecinit, palam ferente Annibale, ab se Minucium, se à Fabio victum. Ira per variam fortunam diei maiore parte exacta, quum in castra reditum esset, Minucius convocatis militibus: *Saepe ego*, inquit, *audivi; milites, eum primum*

mum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit; secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere sciat, cum exremi ingenii esse. Nobis quoniam prima animi ingenitique negata fors est, secundam ac mediam tenemus: cum imperare desinimus, parere prudenti in animum inducamus. Castra cum Fabio jungamus: ad praetorium ejus signa quum tulerimus: ubi ego cum Parentem appellaverò, quod beneficio ejus ergo nos ac majestate ejus dignum est; vos, milites, cum quorum vos modo arma dextera que fecerunt, Patronos salutabitis: & si nihil aliud, gratorum certe nobis animorum gloriam dies hac dederit.

Cap. XXX. Signo dato, conclamatur inde, ut colligantur vasa: profecti & agmine incedentes ad dictatoris castra, in admirationem & ipsum, & omnes, qui circa erant, converterunt. Ut constitura sunt ante tribunal signa, progressus ante alios magister equitum, quum patrem Fabium appellasset, circumfusoque militum ejus totum agmen patronos consalutasset, Patrem videre inquit, meis dictator (quibus te modo nomine, quo jando possum, equavi) vitam tantum debeo: tibi, quum meam salutem, tum omnium horum. Itaque plebiscitum, quo oneratus magis quam honoratus sum, primus antiquo, abrogoque: tu mihi, tu huic populo, quod exercitibusque his interfervato ac conservatori sit felix, sub imperium auspiciumque tuum redeo, & signa hac legionesque restituo. Tu quaso placatus me magisterium equitum, hos ordines tuos quemque tenere jubeas. Tum ad me interjunctae, mitiusque concione dimissa, nocis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati: laetusque dies, ex admodum triti paullo ante ac prope execrabili, factus. Romae, ut est perlata fama rei gestae, dein literis non magis ipsorum imperatorum, quam vulgi militum ex utroque exercitu affirmata, pro se quisque Maximum laudibus ad coelum ferre, par gloria apud Annibalem, hostisque Poenos erat: ac tum demum sentire, cum Romanis atque in Italia bellum esse. Nam biennio ante adeo & duces Romanos & milites sperverant, ut vix cum eodem gente bellum esse crederent, cujus terribilem eam famam à patribus acceperant. Annibalem quoque ex acie redeuntem dixisse ferunt, tandem eam nubem, quae sedere in jugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse.

Cap. XXXI. Dum haec geruntur in Italia, Cn. Servilius Geminus consul cum classe CXX navium circumvectus Sardiniae Sc Corsicae oram. Sc obsidibus utrimque acceptis; in Africam transmisit: Sc prius quam in continentem excursiones faceret, Meninge insula vastata, Sc ab incolentibus Cercinam, ne Sc ipsorum urereturque ager, decem talentis argenti acceptis, ad littora Africae accessit, copiaspue exposuit. Inde ad populum agrum ducti milites; navalesque socii juxta effusi, ac ille finibus cultorum egentibus praedarentur, itaque in insidias temere illati, quum à frequentibus palantes, ab locorum gnaris ignari circumvenirentur, cum multa caede ac foeda fuga retro ad naves compulsi sunt. Ad mille hominum, cum his Sempronio Blesoque amissum: classis à littoribus hostium plenis trepide soluta in Siciliam cursum renuit: traditaque Lilybaei T. Oracilio praetori, ut ab legato ejus P. Sura Romam reduceretur, ipse per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam trajecit: literisque Fabii accitus Sc ipse, Sc collega eius M. Atilius. ut exercitum ab se exacto iam prope semestri imperio acciperent. Omnium prope annales Fabium dictatorem adversus Annibalem rem gessisse tradunt. Coelius etiam eum primum à populo creatum dictatorem scribit. Sed Sc Coelium Sc caeteros fugit, uni consuli Cn. Servilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, jus fuisse dicendi dictatoris: quam moram quia exspectare territa iam clade civitas non poterat, eo decurium esse, ut à populo crearetur qui prodictatore diceret: res inde gestas, gloriamque inligmem ducis, Sc augentes titulum imaginis posteros, ut dictator Prodictatore diceretur, facile obtinuisse.

Cap. XXXII. Consules, M. Atilius Fabiano, Geminus Servilius Marcianus ex edicto accepto, hibernaculis marture communitis (tum enim autumni erat tempus) Fabii arribus cum summa inter se concordia bellum gesserunt. Frumentatum exeunti Annibali, diversis locis opportuni aderant, carpentes agmen, palatosque excipientes. In casum universae dimicationis, quum omnibus artibus petebat hostis, non venlebant. adcoque inopia est coactus Annibal, ut niti tum fidae speciem abeundo timuisset. Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta fide alendi exercitus in eis locis. In frequentes consules essdem arribus bellum gereremt. Quum ad Geronium iam bieme impediente constitisset bellum, Neapolitani legati Romam venere. ab iis quadraginta paterae aureae magni ponderis in curiam illatae, atque ita verba facta, ut dicerent: Scire fese Romani populi aerarium bello exhaurirl, ac quum juxta pro urbibus agrisque sociorum, ac pro capite atque arce Italiae urbe Romana atque imperio geratur, aquum consuisse Neapolitanos, quos aurl

auri sibi quum ad templorum ornatum, tum ad subsidium fortunæ à majoribus relictum foret, eo jevare populum Romanum. Si quam opem in sese crederent, eodem fluidi fuisse oblaturos. gratum sibi Patres Romanos populumque factorum, si nomines res Neapolitanorum suas duxisserint: dignosque judicaverint, ab quibus donium animo ac voluntate, eo juvarum, qui libentes darent: quam re majus ampliusque, acciperent. Legatis gratiæ actæ pro munificentia, curaque. patera, quæ ponderis minimi fuit, accepta.

Cap. XXXIII. Per eosdem dies speculator Carthaginiensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, præciisique manibus dimissus: & fervi quinque & viginti in crucem acti, quod in campo Martio conjurassent. Indici data libertas, & æris gravis viginti millia. Legari & ad Philippum Macedonum regem missi; ad deponendum Demetrium Pharium, qui bello victus ad eum fugisset, & alii in Ligures, ad expostulandum quod Pœnum opibus auxiliisque suis juvissent: simul ad visendum ex propinquo, quæ in Boiis atque Insubribus gererentur. Ad Pineum quoque regem in Illyrios legati missi ad stipendium, cujus dies exierat, poscendum; aut, si diem proferre vellet, obsides accipiendos. adeo, etsi bellum ingens in cervicibus erat, nullius usquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, essugiebat. In religionem etiam venit, ædem Concordiæ, quam dictator ædilisve militarem biennio ante L. Manlius prætor in Gallia vovisset, locari ad id tempus non esse: itaque duumviri ad eam rem creati à M. Æmilio prætore urbis, Cn. Pupius & Cæso Quintius Flamininus, ædem in arce faciendam locaverunt. Ab eodem prætore ex senatusconsulto literæ ad consules missæ: ut si iis videretur, alter eorum ad consules creandos Romam veniret. se in eam diem, quam justissent, comitia edicturum. Ad hæc à consulibus relatum est: *Sine detrimento reipublicæ abesse non posse eos hac. itaque per interregem comitia habenda esse patres, quam consulum alter à bello avocaretur.* Patribus rectius visum est, dictatorem a Consule dici comitiorum habendorum causa dictus L. Veturius Philo, Manium Pomponium Mathonem magistrum equitum dixit. His Philo creatis, justissque die quadrodecimo se magistratu abdicare, ad interregnum res rediit.

Cap. XXXIV. Consulibus prorogatum in annum imperium. Interreges prodiit à Patribus, C. Claudius, Appii filius, Cento: his inde P. Cornelius Asina. In ejus interregno comitia habita, magno certamine Patrum ac plebis. C. Terentio Varroni, quem sui generis hominem, plebei insectatione principum popularibusque artibus conciliaram, ab Q. Fabii opibus & dictatorio imperio concussis, aliena invidia splendentem, vulgus etiam extrahere ad consularum nitebatur, Patres summa ope obstabant, ne is infectando, sibi aquarti insisteret hominis. Q. Bæbius Herennius tribunus plebis, cognatus C. Terentii, criminando, non senarum modo, sed etiam augures, quod dictatorem prohibuisset comitia perficere, per invidiam eorum favorem candidato suo conciliabat. *Ab hominibus nobilibus, per multos annos bellum quærentibus Annibalem in Italiam adductum: ab iisdem, quum debellari posset, fraude id bellum trahi. cum quatuor militum legionibus universis pugnari posse apparuisse eo, quod M. Minucius absente Fabio proferre pedem, cum legiones bostì ad cædem objectas, deinde ex ipsa cæde ereptas; ut pater patronusque appellaretur, qui prius vincere prohibuisset Romanos quam vinci. Consules deinde Fabianis artibus, quum debellare possent, bellum exsecisse. Id fœdus inter omnes nobiles ictum: nec consulem vere plebeium, id est, hominem novum fecisse. nam plebeios nobiles jam eisdem incitatos esse sacris, & contemnere plebem, ex quo contempti desierint à Patribus, cupisse. Cui non id apparere? id actum & quæsitum esse interregnum ex interregno: ut in Patrum potestate comitia essent. Id consules ambos ad exercitum morando quæsisse: id postea, quia invitis iis dictator esset dictus comitiorum causa, expugnatum esse, ut vitiosus dictator per augures fieret. Habere igitur interregnum eos, qui consulatum non caperent plebis Romanæ esse: populum liberum habiturum, ac daturum ei, qui magis vere vincere quam diu imperare malit.*

Cap. XXXV. Quum his oratoribus accensa plebs esset, trium patriciis petentibus, P. Cornelio Maluginensi, L. Manlio Volsone, M. Æmilio Lepido, duobus nobilibus jam familiarum plebei, C. Atilio Serrano, & Q. Ælio Pæto, quorum alter Pontifex, alter augur erat, C. Terentius consul unus creatur, ut in manu ejus esset comitia rogando college. Tum experta nobilitas, parum fulsse virium in competitoribus, L. Æmilium Paullum, qui cum M. Livio consul fuerat, & damnatione collegæ, & sua prope ambustus evaserat, infestum plebei, diu ac multum recusantem, ad petitionem compellit. is proximo comitiali die, concedentibus omnibus qui cum Varrone certaverant, par magis in adversandum, quam collega, datur consuli. Inde prætoria comitia

milia habita. Creati Manius Pomponius Matho, & P. Furius Philus. Romæ juri dicundo urbana fors Pomponio; inter cives Romanos & peregrinos P. Furio Philo evenit. Addirit duo prætores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Postumius Albinus in Galliam. Omnes absentes creati sunt, nec culquam eorum, præter Terentium consulem, erat mandatus honos, quem jam non antea gessisset; prætereitis aliquot fortibus ac strenuis viris: quia in tali tempore nulli novus magistratus videbatur mandandus.

Cap. XXXVI. Exercitus quoque multiplicati sunt. Quantæ autem peditum equitumque additæ sint copiæ, adeo & numero & genere copiarum variant auctores ut vix quicquam satis certum affirmare ausim. Decem millia novorum militum alii scripta in supplementum; alii novas quatuor legiones, ut octo legionibus rem gererent. numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum, & centenis equitibus in singulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites essent: focili duplicem numerum equitum darent, pedites æquarent. Septem & octoginta millia armatorum, & ducentos in castris Romanis, quum pugnarum ad Cannas est, quidam auctores sunt. Illud haudquaquam discrepat, majore conatu atque impetu rem actam, quam prioribus annis; quia spem posse vinci hostem dictator præbuerat. Cæterum, prius quam signa ab urbe novæ legiones moverent, decemviri libros adire atque inspicere jussi, propter crebros vulgo homines novis prodigiis nam & Romæ in Aventino, & Ariciæ nunciatum erat, sub idem tempus lapidibus pluisse: & multo cruore signa in Sabinis cædis, aquas e fonte calidas manasse. Id quidem etiam quod sæpius acciderat, magis terrebat, ovia Privernicata, quæ ad Campum erat, aliquot homines de cœlo tacti examinatique fuerant. Ea prodigia ex libris procurata. Legati a Pæsto pateras aureas Romam attulerunt. iis ficut Neapolitanis, gratiæ actæ, aurum non acceptum.

Cap. XXXVII. Per eosdem dies ab Hierone clarissimi Ostium cum magno commeatu accessit. Legati Syracusani in senatum introducti nunciarunt: *Eadem C. Flaminii consulis exercitusque allatam, adeo agre tulisse regem Hieronem, ut nulla sua propria regnique sui clade moveri magis potuerit. Itaque, quamquam probe sciat magnitudinem populi Romani admirabiliorem prope adversis rebus, quam secundis esse; tamen se omnia, quibus a bonis fidelibusque sociis bella juvari soleant, missse, quæ ne accipere abnuant, magnopere se Patres Conscriptos orare. Jam omnium primum, ominis caussa Victoriam auream pondo trecentum viginti afferre sese. accipient eam tenerentque & haberent propriam & perpetuam. Adjecisse etiam trecenta millia modium tritici, ducenta hordei, ne commeatus deessent & quantum præter opus esset, quo jussissent, subvecturos. Milite atque equite scire nisi Romano Latinique nominis non uti populum Romanum: lexium armaturam auxilia etiam externa videsse in castris Romanis. Itaque missse mille sagittariorum ac funditorum, aptam manum adversus Baleares ac Mauros, pugnacesque alias missili telo gentes.* Ad ea dona, consilium quoque addebant. *Ut prætor, qui provinciæ Siciliæ evenisset, classem in Africam trajiceret, ut & Siculis in terra sua bellum haberent, minusque laxamenti daretur iis ad auxilia Annibali submittenda.* Ab senatu ita responsum regi est: *Virum bonum egregiumque socium Hieronem esse. atque ea mente tenere, ex quo in amicitiam populi Romani venerit. coluisse, ac rem Romanam omni tempore ac loco munifice adjuvisse. id perinde ac deberet. gratum populo Romano esse. Aurum & civitatibus quibusdam allatum, gratia rei accepta, non accepisse populum Romanum. Victoriam omnesque accipere: sedemque ei se Divæ Aure, dicare Capitolium, templum Jovis Optimi Maximi, in ea arce urbis Romanæ sacratam, volentem propitiamque, firmam ac stabilem, fore populo Romano.* Funditores, sagittariique, & frumentum traditum consulibus. Quinqueremes ad navium classem, quæ cum T. Otacilio prætore in Sicilia erant, quinque & viginti additæ, permissumque est, ut si e republ. conferet esse, in Africam trajiceret.

Cap. XXXVIII. Delectu perfecto, consules paucos morati dies, dum sacil ab nomine Latino venirent. Milites tunc, quod numquam antea factum erat, jurejurando ab tribunis militum adacti, jussu consulum conventuros, neque injussu abituros. nam ad eam diem nil præter sacramentum fuerat, & ubi ad decuriatum aut centuriatum convenissent, sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant, sese fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi reli sumendi aut petendi, aut hostis feriendi, aut civis servandi caussa. id ex voluntario inter ipsos fœdere à tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem translatum. Conciones, prius quam ab urbe signa moverentur, consulis Varronis multæ ac feroces fuere, denunciantes, bellum arcessitum in Italia

liam ab nobilibus, manfurumque in vicferibus reipublicæ : si plures Fabios imperatores haberet. Sequo die hoftem vicisset, perfecturum. Collegæ ejus Paulli una, pridie quam ex urbe proficiscerentur, concio fuit verior quam gratior populo, qua nihil inclementer in Varronem dictum, nihil id modo; Aliorsi se, quomodo quis duxe, prius quam aut fulum, aut hoftium exercitum, locorum situm, naturam regionis noffet, jam nunc locatus in urbe fciret; quæ fibi agenda armato forent; & diem quoque prædicere poffet, qua cum hoffe fignis collatis effet dimicaturus. Se aut confilia magis res dent hominibus, quam homines rebus, ea autem tempus immatura non præceptura. optare, ut quæ cauta atque conſulte geſta eſſent, ſatis proſpere evenirent. Temeritatem præterquam quod ſtulta ſit, infelicem etiam ad id loborum fatiffe. Eam ſponte apparebat, rura celeribus conſiliis præpoſiturum : & quo id conſtantius perſeveraret, Q. Fabius Maximus ſic eum proficiſcentem allocutus fertur :

Cap. XXXIX. *Si aut collegam (id quod malleni) tui ſimilem, L. Æmilii, haberes, aut tu collegæ tui ſimilis eſſes, ſupervacanea eſſet oratio mea. nam & duo boni conſules, etiam me indicente, omnia è republica fide veſtra faceretis : & mali, nec mea verba auribus veſtris, nec conſilia armis acciperetis. nunc & collegarum tuum & tu eadem virum intuenti mihi, tecum omnis oratio eſt : quem video nequicquam & virum bonum, & civem fore, ſi altera parte claudicet reſpublica. malis conſiliis idem ac bonis juris & poteſtatis erit. Erras enim, L. Paulle, ſi tibi minus terrarum ſis cum C. Terentio, quam cum Annibale futurum confes. neſcio an infeſtior hic adverſarius, quam ille hoſtis maneat : cum illo in acie tantum, cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es : & adverſum Annibalem lectione ſua tuis equitibus ac peditibus præmunire tibi eſt; Varro autem, tuis militibus te eſt oppugnaturus. Ominis etiam tibi cauſſa abſit C. Flaminii memoria. tamen ille conſul demum, & in provincia, & ad exercitum coepit furere : hic prius quam peteret conſulatum, deinde in petendo conſulatu, nunc quoque conſul, prius quam caſtra videat, aut hoſtem, inſanit. & qui tantas jam nunc procellas, prælia atque acies jactando inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem conſes facturum? & ubi extemplo verba res ſequitur? Avauſi ſibi, quod factarum ſit denunciat, extemplo pugnaverit : aut ego rem militarem, belli hoc genus, hoſtem hunc ignoro, aut nobilior alius Trafimeno locus noſtris cladibus erit. Nec gloriandi tempus adverſus unum eſt; ut ego contemnendo potius quam appetendo gloriam, modum exceſſerim. Sed ita res habet, una ratio belli gerendi adverſus Annibalem eſt, quæ ego ceſſi. nec exuviis modo hoc docez; ſtultorum iſte magiſter eſt; ſed eadem ratio quæ fuit, futuraque, donec eadem res manebunt, immutabilis eſt. In Italia bellum gerimus, in ſede ac ſolo noſtro. omnia circa plena civium ac ſociorum ſunt, armis, viris, equis, commeatibus juvant, juvabuntque. id jam fidei documentum in adverſis rebus noſtris dederunt. meliores, prudentiores, conſtantiores nos tempus dieſque facit. Annibal contra, in aliena, in hoſtili eſt terra, inter omnia inimica infeſtaque; procul ab domo, procul a patria. nemo illi terra, neque mari eſt pax : nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia : nihil uſquam ſui videt : in diem rapto vivit. Partem vix tertiam exercitus ejus habet, quem Iberum amnem trajecit. plures fames, quam ferrum abſtulerit. nec fine cauſſa jam vultus ſuppeditat. Dubitas ergo, quin ſedendo ſuperaturi ſimus eum qui ſenescat indies, non commeatus, non ſupplementum, non pecuniam habeat? Quam diu pro Geronii, Caſtelli Apuliæ inopis, tamquam pro Carthaginis manibus? Sed ne adverſa in quibus ego gloriabor. Cn. Serrilius, atque Atilius, proximi conſules, vide quemadmodum eum judicati ſint. Hæc una ſalutis eſt via, L. Paulle, quam difficilem infeſtamque cives ſibi magis quam hoſtes facient. Idem enim tui, quod hoſtium militer, voluere. Idem Varro conſul Romanus, quod Annibal Pœnus imperator, cupiet. duobus ducibus unus reſiſtas oportet : reſiſtes autem, adverſus famam rumoreſque hominum ſi ſatis firmus feteris : ſi te neque collega vana gloria, neque ita falſa infamia movebit. Veritatem laborare quinis ſæpe ajunt, extingui numquam. Gloriam qui ſpreverit, veram habebit. Sine timidum pro cauto, tardum pro conſiderato, imbellem pro perito belli vocent. malo te ſapiens hoſtis metuat, quam ſtulti cives laudent. Omnia audientem contemnet Annibal : nil temere agentem metuet. Nec ego, ut nihil agatur, monco, ſed ut agentem te rario ducat, non fortuna : tuæ poteſtatis ſemper, tuaque omnia ſint. armatus intentuſque ſis, neque occaſioni tuæ deſis, neque ſuam occaſionem hoſti des. Omnia non proſperanti clara, certaque erunt. feſtinatio improvida eſt, & cæca.*

Cap. XL. Adverſus ea oratio conſules haud ſane læta fuit : magis fatentis, ea quæ diceret, vera, quam facilia factu eſſe. *Dictatori* magi-

ſtratum

ferum equitum intolerabilem fuisse: quid consuli adversus collegam scientiosum ac temerarium virium atque auctoritatis fore? Se populare incendium priore consulatu semisustum effugisse: optare ut omnia prospere eventrent. At si quid adverse caderet, hostium se telis potius, quam suffragiis iratorum civium caput objecturum. Ab hoc sermone profectum Paullum tradunt; profequentibus primoribus Patrum. Plebeium consulem sua plebes profectura, turba quam dignitas. Spectior. Ut in castra venerunt, permixto novo exercitu ac vetere, castris bifariam factis, ut nova minora essent propius Annibalem, in veteribus major pars, & omne robur virium esset; tum consulum anni prioris M. Atilium, aetate eum excusantem, Romae manere jussit: Geminum Servilium, in minoribus castris, legioni Romanae, & scitum peditum equitumque duobus millibus praefecit. Annibal quamquam parte dimidia auctas hostium copias cernebat, tamen adventu consulum mire gaudere. non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne unde raperet quidem, quicquam reliqui erat; omni undique frumento, posteaquam ager parum rutus erat, in urbes munitas convecto: ut vix decem dierum (quod compertum postea est) frumentum superesset. Hispanumque ob inopiam transitio parata fuerit, si maturitas temporum exspectata foret.

Cap. XLI. Caeterum temeritati consulis ac praepropero ingenio materiam etiam fortuna dedit: quod in prohibendis praedatoribus, cumultuario praelio, pene prospere magis militum quam ex praeparato aut justi imperatorum orto, haudquaquam par Poenis dimicatio fuit. ad mille & septingentos caesi; non plus centum Romanorum sociorumque occisis. caeterum victoribus effusi sequentibus, metu inisidiarum cohibitis Paullus consul: cujus eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat: Varrone indignante ac vociferante, emissum hostem e manibus: debellatique, ni cessatum foret, potuisse. Annibal id damnum haud aegerrime pati: quin potius credere, velut ineffectam temeritatem ferocioris consulis, ac novorum maxime militum esse: & omnia ei hostium haud secus quam sua, nota erant: dissimiles discordesque imperitare; duas prope partes tironum militum in exercitu esse. Itaque locum & tempus insidiis aptum & habere ratus nocte proxima nihil praeter arma ferentes secum milites ducens, castra piena omnis fortunae publicae privateque relinquit, transque proximos montes laeva pedites instructos cudit, dextra equites, impedimenta per convallem, medium agmen, traducit: ut diripiendis velut desertis fuga dominorum castris occuparum impeditumque hostem opprimeret. Crebri relicti in castris ignes: ut fides haberet, dum ipse longius spatium fuga praeriperet, falsa imagine castrorum (sicut Fabium prior anno fructratus esset) tenere in locis consules voluisse.

Cap. XLII. Ubi illuxit, subductae primo stationes, deinde propius adeuntibus, insolitum silentium admirationem fecit. Jam satis compertae foliudinis in castris concursus fit ad praetoria Consulum, nunciantium fugam hostium adeo trepidam, ut tabernaculis stantibus, castra relinquerint: quoque fuga obscurior esset, crebros etiam relictos ignes. Clamor inde ortus, ut signa proferri juberent, ducerentque ad persequendos hostes, ac prorinus castra diripenda. Et Consul ater velut unus turbae militaris erat. Paullus etiam atque etiam dicere, providendum praecavendumque esse. postremo, quum aliter neque seditionem neque ducem sedi potuisset, profectus, Marium Statilium praefectum cum turma Lucana exploratum mittit. qui, ubi adequitavit portis, subito fere extra munimenta caeteris justis, ipse cum duobus equitibus vallum intravit: speculatuque omnia cum cura; renunciat, insidias profecto esse: ignes in parte castrorum, quae vergat in hostem, relictos: tabernacula aperta, & omnia cara in prompru relicta: argentum quibusdam locis temere per vias, velut objectum ad praedam, vidisse. Quae ad deterrendos à cupiditate animos nunciata erant, ea accenderunt: & clamore orto ad signa, ni signum detur, sine ducibus ituros, haudquaquam dux defuit. nam extemplo Varro signum dedit profectionis. Paullus, quum ei sua sponte cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent, obnunciari jam efferenti porta signa collegae jussit, quod quamquam Varro aegre eit passus, Flaminii tamen recens casus, Claudiique Consulis primo Punico bello memorata navalis clades, relligionem animo incussit. Dii prope ipsi eo die magis diffulere quam prohibuere imminentem pestem Romanis. nam forte ita evenit, ut quum referri signa in castra jubenti Consuli milites non parerent, servi duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui Servilio atque Atilio Consulibus inter pabulatores excepti à Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos: qui deducti ad Consules demunciant, omnem exercitum Annibalis trans proximos montes sedere in insidiis. Horum opportunus adventus, Consules imperii potentes fecit, quum

quum ambitio alterius fuam primam apud eos parva indulgentia maiestatem solvisset.

Cap. XLIII. Annibal posteaquam motos magis inconsulte Romanos quam ad ultimum temere evectos vidit; nequicquam detecta fraude in castra rediit. Ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat, novaque consilia indies, non apud milites solum, mixtos ex colluvione omnium gentium, sed etiam apud ipsum ducem oriebantur. nam quum initio fremitus, deinde aperta vociferatio fuisset expostcentium stipendium debitum, querentiumque annonam primo, postremo famem, & mercenarios milites, maxime Hispani generis de transitione cepisse consilium fama esset, ipse etiam interdum Annibal de fuga in Galliam dicitur agitasse: ita ut relicto pedi tatu omni, cum equitibus se propriperet. Quum hæc consilia atque hic habitus animorum esset in castris, movere inde statuit, in calidiora atque eo maturiora metibus Apulia loca. simul ut quo longius ab hoste recessisset, transfugia impediiora levibus ingeniis essent. Profectus est nocte, ignibus similiter factis, tabernaculisque paucis in speciem relictis, ut insidiarum par prieri metus contineret Romanos. Sed per eundem Lucanum statilium, omnibus ultra castra transque montes exploratis, quum relatum esset, visum procul hostium agmen; tum de insequendo eo consilia agitari cœpta. Quum utriusque consilii eadem, quæ semper ante, fuisset sententia; cæterum Varroni fere omnes, Paulo neemo, præter servilium principis anni consulibus assentirentur, majoris partis sententia, ad nobilitandas clade Romana Cannas, urgente fato, profecti sunt. Prope eum vicum Annibal castra posuerat averfa à Vulturno vento, qui campis torridis siccitate nubes pulveris vehit. id quum ipsis castris incommodum fuit; tum falutare præcipue futurum erat, quum acies dirigerent, ipsi averfi, terga tantum affiante vento, in obcæcarum pulvere effuso hostem pugnaturi.

Cap. XLIV. Consules satis exploratis itineribus sequentes Poenum, ut ventum ad Cannas est, ubi in conspectu Poenum habebant, bina castra communiunt; eodem ferme intervallo, quo ad Geronium, ficut ante, copiis divisis. Autidus amnis utrifque castris affluens, additum aquatoribus ex sua cujusque opportunitate haud fine certamine dabat. ex minoribus tamen castris, quæ polita trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romani, quia ripa ulterior nullum habebat hostium præsidium. Annibal spem nactus locis natis ad equestrem pugnam, qua parte virium invictus erat, facturos copiam pugnandi consules, dirigit aciem, lacessitque Numidarum procurfatione hostes. Inde multis dolitari tedifione militari ac discordia consulum Romana castra: quum Paullus Sempronique & Flaminii temeritatem Varroni, Varro ipsi cosium timidis ac fegnibus ducibus exemplum Fabii objiceret: tentareturque Deos hominesque hic; nullam penes se culpam esse, quod Annibal Italiam, velut invitcepisset Italiam. se conflictum à collega teneri. ferrum atque arma Iratis & pugnare cupientibus ad mi militibus: ille, si quid projectis ac prodictis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpæ exlorrem, omnis eventus participem fore diceret. videret, ut quibus lingua tam prompta ac temeraria, æque in pugna vigerent manus.

Cap. XLV. Dum altercationibus magis quam consiliis tempus teritur, Annibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat infructam, quum in castra quæ rara recepta copias, submissas ad invadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit. quam inconditam turbam quum vix dum in ripam egressi, clamore ac tumultu fugassent, in stationem quoque pro vallo locatam, atque ipsas prope portas evecti tam vero Hannibalis visum, ab tumultuario auxilio jam etiam castra Romana terreri, ut ea modo una causa, ne extemplo transirent flumen, dirigerent que aciem, tenuerit Romanos, quod summa imperii eo die penes Paullum fuerit. Itaque Varro, potiero die, cui fors ejus diei imperii erat, nihil consulto collega, ignaum pugnæ proposuit, instructaque copias flumen traduxit, sequente Paullo: quia magis non probare, quam non adjuvare consilium poterat. Transgressi flumen, eas quoque quas in castris minoribus habuerant copias, fuis adjungunt: atque ita instructæ acie, in dextro cornu (id erat flumini propius) Romanos equites locant, deinde pedites: lævum cornu extremi equites sociorum, intra pedites, ad medium junctæ legionibus Romanis tenuerunt jaculatores. ex cæteris levium armorum auxiliis prima acies facta. Consules cornua tenuerunt: Terentius lævum, Æmilius dextrum.

Cap. XLVI. Gemino Servilio media pugna tuenda data. Annibal luce prima Balearibus levique alia armatura præmissa, transgressus flumen, ut quoique traduxerat, ita in acie locabat. Gallos Hispanosque equites prope ripam lævo in cornu adversus Romanum equitatum: dextrum cornu Numidis equitibus data; media acie peditibus firmata: ita, ut Afrorum utraque cornua essent, interponerentur his medii Galli atque

atque Hispani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant; armis & ad Trebiam, externum magna ex parte, ad Trasimenum captis. Gallis Hispanisque scuta ejusdem formæ fere erant: dispares ac dissimiles gladii: Gallis prælongi, acutæ mucronibus: Hispano punctim magis quam cæsim assueto petere hostem, brevitate habiles, & cum multo impetu cuspidem habitus gentium harum tum magnitudine corporum tum specie terribilis erat. Galli super umbilicum erant nudi: Hispani linteis prætextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus, conspiciebant. Numerus omnium peditum, qui tum itererunt in aciem, illum fuit quadraginta millium equitum. Duces cornibus præerant: sinistro Asdrubal, dextro Maharbal: mediam aciem Annibal ipse cum fratre Magone tenuit. Sol, seu de industria ita locatis, seu quod forte ita starent, peroportune utrique parti obliquus erat. Romanis in meridiem, Pœnis in septentrionem vertis. ventus, quem Vulturnum incolæ regionis vocant, adversus Romanis coortus, multo pulvere in ipsa ora vertendo prospectum ademit.

Cap. XLVII. Clamore sublato, procursum ab auxiliis, & pugna levibus primum armis coepta: deinde equitum Gallorum Hispanorumque lævum cornu cum dextro Romano concurrit; minime equestris more pugnæ: frontibus enim adversis concurrendum erat: quia nullo circa ad evagandum relicto spatio hinc amnis, hinc peditum acies cohibebant in directum utrimque nitentes. Quantibus ac confertis poitremo turba equis, virum amplexus detrahebat equo. pedestre magna jam ex parte certamen factum erat: acrius tamen quam diutius pugnatum est, pulsique Romani equites terga vertunt. Sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna. primo & viribus & animis pares conflabant ordines Gallis, Hispanisque: tandem Romani diu ac sæpe conniti, æqua fronte aciemque densa impulere hostium cuneum nimis tenuem, coque parum validum, a cetera prominentem acie. Impulsis deinde ac repulsis referentibus pedem institere: ac renore uno per præceps pavore fugientium agmen in mediam primum aciem illati; postremo nullo resistente ad subsidia Afrorum pervenerunt: qui utrimque reductis alis constiterant, media, qua Galli Hispanique steterunt, aliquantum prominente acie: qui cuneus, ut pulsus æquavit frontem primum, deinde nitendo etiam sinum in medio dedit, Afri circa jam cornua fecerant, irruentibusque incaute in medium Romanis circumdedere alas: nec cornua extendendo, clauere scab tergo hostes. Hinc Romani defuncti nequicquam prœlio uno, omissis Gallis Hispanisque, quorum tergia ceciderant, etiam advertus Afros integram partem ineunt; non tantum eo inique, quod inclusi adversus circumfusos, sed etiam quod fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.

Cap. XLVIII. Jam & in sinistro cornu Romano, ubi sociorum equites adversus Numidas steterant, confertum prœlium erat: tegere primo, & a Punica cœptum fraude. Quingenti ferme Numidæ, præter justa arma relaque gladios occultos sub loricis habentes, specie transfugarum cum ab suis parmas post tergabantes, adequitabant; repente ex equis desiliunt, parmisque & jaculis ante pedes hostium projectis, in mediam aciem accepti, ductique ad ultimos: considere ab tergo jubentur, ac dum prœlium ab omni parte conseritur, quieti manserunt. postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen; tum, arreptis scutis, quæ passim inter acervos cæsorum corporum strata erant, aversam adoriuntur Romanam aciem, tergaque ferientes, ac poplites cædentes, stragem ingentem, ac majorem aliquanto parorem ac tumultum fecerunt. Quum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in mala jam spe prolium esset; Asdrubal, qui ea parte præerat, tuba ductos ex media acie Numidas, quia segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit: Hispanos & Gallos pedites jam Afris prope fessis cædemagis quam pugna, adjungit.

Cap. XLIX. Parte altera pugnæ Paullus, quamquam primo statim prœlio funda graviter ictus fuerat; tamen & occurrit sæpe cum confertis Annibali, & aliquot locis prœlium restituit; protegentibus eum equitibus Romanis. omissis postremo equis, quia consulem & ad regendum equum vires deficiebant. tum denunciant cuidam, justisse consulem ad pedes descendere equites; dixisse Annibalem ferunt: *Quam mallem vinctos mihi traderet!* Equitum pedestre prœlium, quale jam haud dubia hostium victoria fuit, quam victi morti in vestigio mallent, quam fugere; victores morantibus victoriam iratis, trucidarent quos pellere non poterant. pepulerunt tamen jam paucos superantes, & labore ac vulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt: equosque ad fugam, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus tribunus militum, quum prætervehens equo, sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset: *L. Æmili*, inquit, *quem unum insontem culpæ cladis hodiernæ Dii refficere debent; cape hunc equum, dum & tibi virium aliquid*

aliquid superesse. comes ego te tollere possum ac protegere, ne funestam hanc pugnam morte consulis facias. Etiam sine hoc lacrimarum fatale luctusque est. Ad ea Coniuncta Quid agitis, Cornelli, macte virtute estote! Sed cave frustra miserando, exigum tempus è manibus hostium evadendi absumas.

Abi, nuncia publice Patribus, urbem Romam muniant, ac primo quam hostis victor adscendat, præsidiis firment, priusquam te, Q. Fabio, L. Æmilium præceptorum tuorum memorem & vixisse, & adhuc mori. Tu me in hac strage militum meorum patere exspirare, ne aut reus iterum à consulatu sim, aut accusator collegæ exsistam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam. Hæc exigentes, prius turba fugientium civium, deinde hostes, oppresserè: contulem, ignorantes quis esset, obruere telis; Lentulum inter tumultum abripuit equus. tum inde effuse fugiunt. Septem millia hominum in minora castra, decem in majora, duo ferme in vicum ipsum Canusinum perfugerunt: quòi exemplo à Carthagine atque equitibus, nullo munimento regente vicum, circumventi sunt. Consul alter, seu forte, seu consilio, nulli fugientium in festus agmini, cum septuaginta fere equitibus Venusiam profugit. Quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites, & tanta pars civium sociorumque pars cæsi dicuntur; in his ambo consulum quæstores L. Atilius, & L. Furius Bibaculus: unus & viginti tribuni militum; consulares quidam prætorilque, & ædilicii: inter eos Cn. Servilium, & M. Minucium numerant, qui magister equitum priore anno, Consuli aliquot annis ante fuerat: octoginta præterea aut senatores, aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum lege deberent; quum sua voluntate milites in legionibus facti essent.

Cap. L. Capta eo prœlio tria millia peditum, & equites trecenti dicuntur. Hæc est pugna Cannensis, Alliensi cladi nobilitate par: cæterum ut illis, quæ post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessarum est; sic strage exercitus gravior fœdiorque. fuga namque ad Allium ficut urbem prodidit, ita exercitum servavit: ad Cannas fugientem consulem vix septuaginta fecuti sunt: alterius morientis, prope totus exercitus fuit. Binis in castris quum multitudo semiermis sine ducibus esset, nuncium, qui in majoribus erant, mittunt; dum prœlio, deinde ex lætitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad fe tranirent: uno agmine Canusium abiturosesse. Eam sententiam alii totam aspernari. *Cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non veniremquum æque conjungi possent? quia videlicet plena hostium omnia in medio essent: & aliorum quam sua corpora tanto periculo malient obiicere.* Aliis non tam sententia displicere, quod animus deesse. Sempronius Tuditanus tribunus militum, *Capi ergo mavultis*, inquit, *ab avaritissimo hoste, æstimariique capita vestra & exquiri pretia ab interrogantibus, Romanus civis sis, an Latinus socius, ut ex tua contumelia & miseria alteri bonos quæratur? Non ita, quidem L. Æmilii consulis, exempla se bene mori, quam turpiter vivere maluit, & tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumulati jacent, cives estis. Sed antequam opprimit lux, majoraque hostium agmina obsepliunt iter, per hos, qui inordinati atque incompositi ostiapruunt portis, erumpamus. Forte aliquæ audacia via fit, quamvis per confertos hostes. cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ut si nihil obstet, transibimus. Itaque tre mecum, qui & vosmetipsos & rempublicam salvam vultis.* Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoque facto per medios abit hostes. Se quum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ jaculerantur; transilarisin dextrum scutis, in majora castra ad sexcentos evaserunt: atque inde protinus, alio magno agmine adjunctio, Canusium incolumes perveniunt. Hæc æquo victos magis impetu animorum, quam ingenium suum utique aut fors dabat, quam ex consilio ipsorum, aut imperio cujusquam agebantur.

Cap. LI. Annibali victori quum cæteri circumfusi gratularentur, fuaderentque, ut tanto perfunctus bello, diei quod reliquum esset, noctisque insequentis, quietem & ipse sibi sumeret, & festis daret militibus; Mahar bal præfectus equitum minime cessandum ratus. *Imo, ut quid hæc pugna sit actum scias; die quinto*, inquit, *victor in Capitolio epulaberis: sequere. Cum equite, ut prius veni, quem rerum feliciter gestarum cedam.* Annibali nimis læta res est visa, majorque, quam ut eam statim capere animo posset. Itaque *voluntatem se laudare Mahar balis*, ait: *ad consilium pensandum, temporis opus esse.* Tum Maharbal, *Non omnia, nimirum, eidem Dii dedere. vincere scis Annibal, victoria uti nescis.* Mora ejus diei fatis creditur saluti fuisse urbi atque imperio. Postero die ubi primum illuxit, ad spolia legenda, fœdamque ortam hostibus, spectandam stragem intiftunt. Jacebant tot Romanorum millia pedites passim equitesque, ut quem cuique fors aut pugna junxerat, aut fuga. assurgentes quidam ex strage media cruenti, quos strictà maturino frigore excitaverant vulnera, ab hoste oppressi sunt. Quoidam & jacentes vivos succitis feminibus poplitibusque invenerunt:

runt; nudantes cervicem jugulum-que, & reliquum sanguinem jubentes haurire. Inventi sunt quidam mentis in effossam terram capitibus, quas sibi ipsos fecisse foveas, obruentesque ora superjecta humo, intercludique spiritum apparebat. Præcipue convertit omnes subitratus Numida mortuo superincubanti Romano vivus, nasoque ac labris laceratis: quum manibus ad capiendum telum inutilibus, in rabiem ira versus, laniando dentibus hostem exspirasset.

Cap. LII. Spoliis ad multum diei lectis, Annibal ad minora ducit castra oppugnanda: & omnium primum brachio objecto flumine eos excludit. Cæterum ab omnibus, labore, vigiliis, vulneribus etiam fessis, maturior ipsius fuit deditio est facta. pacti, ut arma atque equos traderent, in capita Romani trecenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in fervos centenis; & ut eo pretio perfoluto, cum singulis abirent vestimentis: in castra hostes acceperunt; traditique in custodiam omnes sunt, sed seorsum civibus sociisque. Dum ibi tempus terit-ur, interea quum ex majoribus castris, quibus late virium & animi fuit, ad quatuor millia hominum, & ducenti equites, alii agmine, alii palati passim per agros, quod haud minus turum erat, Canusium perfugiunt; castra ipsa ab fanctissimis ipsique eadem conditione, qua altera, tradita hosti. Præda ingens parta est: & præter equos virosque & si qui argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat, (nam ad vestendum facto perexiguo, utique militantes, utebantur) omnis cætera præda diripienda data est. Tum fepelienda cadavera conferri in unum corpus turrim jubet, ad octo millia militum: fortissimum virorum. Consulem quoque Romanum consultum republumque, quidam auctores sunt. Eos, qui Canusium perfugerant, mulier Apula, nomine Busa, genere clara ac divitiis, mœnibus tantum tectisque a Canusinis acceptos, frumento, veste, vlatico etiam juvit; pro qua ei munificentia postea bello perfecto ab senatu honores habiti sunt.

Cap. LIII. Cæterum, quum ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cujus pater prior anno dictator fuerat, & de legione secunda L. Bibulus, & P. Cornelius Scipio, & de legione tertia Appius Claudius Pulcher, qui proxime ædilis fuerat; omnium consensu ad P. Scipionem admodum adolescentem, & ad App. Claudium summa imperii delata est. Quibus consultantibus inter pauces de summa rerum, nuntiat L. Furius Philus consularis viri filius, *Nequicquam eos perditam ipsos fovere: deperatam comploratamque rem esse publicam. Nobiles juvenes quosdam quorum principem L. Cæcilium Metellum, mare de naves fugere, ut de serta Italia, ad regum aliquem transfugiant.* Quod malum, præterquam atrox, super tot clades etiam novum, cum ftupore ac miraculo torpidos defixisset, Scipio haud aderant, concilium advocandum de eo censerent; negat concilii rem esse Scipio, juvenis fatalis dux hujusce belli. *Audendum atque agendum, non consultandum*, ait, *in tanto malo esse. Irent sectum exemplo armati, qui rempublicam salvam velient. nullo certius, quam ubi ea cogitentur, hostium castra esse.* Pergit ire, sequentibus paucis, in hospitium Metelli. & quum concilium ibi juvenum, de quibus allatum erat, invenisset; stricto super capita consultantium gladio, *Ex mei animi sententia*, inquit, *ut ego rempublicam populi Romani non deseram, neque alium civem Romanum deserere patiar. Si sciens fallo, tum me Jupiter Opt. Max. domum, familiam, remque meam pessimo leto afficias! Ita hæc verba, L. Cæcili, jures postulo, cæteraque qui adsilis: qui non jurarerit, hunc gladium strictum esse sciat.* Haud secus pavidi, quam si victorem Annibalem cernerent, jurant omnes: custodiendosque semet-ipsos Scipioni tradunt.

Cap. LIV. Eo tempore, quo hæc Canusii agebantur, Venusiam ad Consulem ad quatuor millia peditum equitumque, qui sparsi fuga per agros fuerant, pervenere. Eos omnes Venusini per familias benigne accipiendos curandosque quum divisissent; in singulos equites togas & tunicas, & quadrigatos nummos quinos vicenos, & peditibus denos, & arma quibus deerant, dederunt. cæteraque publice ac privatim hospitaliter facta: ceteratumque, ne a muliere Canusina populus Venusinus officiis vincerertur. Sed gravius onus Busæ, multitudo faciebat, & jam ad decem millia hominum erant. Appiusque & Scipio postquam incolumen esse alterum Consulem acceperunt, nuncium extemplo mittunt, quante secum peditum equitumque copiæ essent: scisciturumque simul, utrum Venusiam adduci exercitum, an manere juberet Canusii? Varro ipse Canusium copias traduxit. & jam aliqua specie consularis exercitus erat: mœnibusque fe cepere, non armis, ab hoste videbantur defensuri. Romam ne has quidem reliquias superesse civium sociorumque, sed occidione occisos cum duobus exercitibus consules: delectasque omnes copias, allatum fuerat. Nunquam, salva urbe, tantum pavoris fumultusque intra mœnia Romana fuit. itaque succumbam omni, neque aggredlar narrare, quæ edifferendo minora vero fecere. Consule

exercituque ad Trasimenum priore anno amisso, non vulnus super vulnus, sed multiplex clades, cum duobus consulibus consulares exercitus amisti nunciabantur: nec ulla jam castra Romana, nec ducem, nec militem esse: Annibalis Apuliam, Samnium, ac jam prope totam Italiam factam. Nulla profecto alia gens tantamole cladis non obruta ciliet. Comparem cladem ad Aegates insulas Carthaginiensium prœlio navali acceptam, qua fracti, Sicilia ac Sardinia cessere, hinc vectigales ac stipendiarios neri se passi sunt: aut pugnam adversam in Africa, cui posita hic ipse Annibal succubuit? nulla ex parte comparandæ sunt: nisi quod minore animo latæ sunt.

Cap. LV. P. Furius Philus, & M. Pomponius Prætores, senatum in curiam Hostilium vocaverunt, ut de urbis custodia consulerent. neque enim dubitabant, deletis exercitibus hostem ad oppugnandam Romam, quod unum opus belli restaret, venturum. Quum in malis ficta pergentibus, ita ignotis, ne consilium quidem satis expedirent, obstrepereque clamor lamentantium mulierum, & nondum palam facto vivi mortuique per omnes pene domos promiscue comploraremur; tum Q. Fabius Maximus centuit, *equites expeditos ire Apiæ & Latina via obtentos, qui obvios percunctando aliquos profectos ex fuga, passim dissipatos, forte referant, quæ fortuna consulum atque exercituum sit; & si quid Dii immortales miseriti imperii reliquum Romano nomini fecerint: ubi ea copiæ sint: quo se Annibal post prælium contulerit: quid paret, quid agat, acturusque sit. Hæc exploranda noscendaque per impigros juvenes esse; illud per Patres ipsos agendum: quoniam magistratuum parum sit, ut tumultum ac trepidationem in urbe tollant, matronas publico arcant, continerique intra suum quamque limen cogant: compitales familiarum coercent: silentium per urbem faciant: nuncios rerum omnium ad prætores deducendos curent: sua quisque fortunæ domi auctorem expectent: custodias præterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbem; cogantque bonines nullam, nisi urbe ac mœnibus salvis, salutem sperare. Ubi conticuerit tumultus, recte tum in curiam Patres revocandos, consulendumque de urbis custodia esse.*

Cap. LVI. Quum in hanc sententiam pedibus omnes issent, summotaque foro per magistratus turba, Patres diversi ad fedandos tumultus discessissent; tum demum literæ a Terentio consule allatæ sunt: *L. Æmilium consulem exercitumque cæsum; ipse Cannis esse, reliquias tantæ cladis velut ex naufragio colligentem. ad decem millia militum forme esse incompositorum, inordinatorumque. Ponum federe ad Cannas, in captivorum pretiis prædaque alia nec victoris animo nec magni ducis more nundinantem.* Tum privatæ quoque per domos clades vulgatæ sunt: adeoque totam urbem opplevit luctus, ut facem annis averterit. Cereris intermissum sit: quia nec lucentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat. Itaque ne ob eandem causam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, senatusconsulto diebus triginta luctus est finitus. Certeum quum sedato urbis tumultu, revocati in curiam Patres essent, alias insuper ex Sicilia literæ allatæ sunt ab T. Otacilio proprætore, *Regnum Hieronis classe Punica vastari: cui quum opem imploranti ferre vellet, nunciatum sibi esse, aliam classem ab Carthagine insulam stare paratam insultandumque, ut ubi se vertisset ad tuendam Syracusanam oram Pani sensissent, Lilybæum extemplo provinciamque aliam Romanam aggredierentur. itaque classe opus esse, si regem socium Siciliamque tueri vellent.*

Cap. LVII. Literis consulis proprætorisque lectis, M. Claudium, qui classi ad Ostiam stanti præesset, Canusium ad exercitum mitterdum, scribendumque consuli, ut quum prætori exercitum tradidisset, primo quoque tempore, quantum per commodum reipubl. fieri posset, Romam veniret. Territi etiam iisper tantas clades, quum ceteris prodigiis, tum quod duæ Vestales eo anno Opimia atque Floronia, stupri compertæ; & altera sub terram, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat; altera sibimetipsa mortem consciverat. L. Cantilius scriba pontificis, quos nunc minores pontifices appellant, qui cum Floronia stupratore fuerat, a Pontifice maximo eo usque virgis in comitio cæsus erat, ut inter verbera exspiraret. Hoc nefas quum inter tot ut fit, clades, in prodigium versum esset, decemviri libros adire jussi sunt. Et Q. Fabius Pictor, Delphos ad oraculum missus est, explicitatum, quibus precibus supplicibusque Deos possent placare, & quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris facrificia aliquot extraordinaria facta, inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca, in foro boario sub terra vivi demissi sunt in locum saxo consceptum; ibi ante hostiis humanis, minime Romano sacris, imburum. Placaris satis, ut rebantur, Deis, M. Claudius Marcellus, ab Ostia mille & quingentos milites, quos in classem scripros habebat, Romam, ut urbi præsidio essent, mittit; ipse

legione

legione classis (ea tertia legio erat) cum tribunis militum, Teanum Sidicinum praemissa, classe tradita P. Furio Philo collegae, paucos post dies Canusium magnis itineribus contendit. Dictator ex auctoritate Patrum dictus M. Junius, & Ti. Sempronius magister equitum, delecta edicto, juniores ab annis septendecim & quodam praetextatos scribunt, quatuor ex his legiones, & mille equites efficiebant. Ad socios Latinumque nomen ad milites ex formula accipiendos mittunt. arma, tela, alia parari jubent: & vetera hostium spolia detrahunt templis porticibusque. Et aliam formam novi delectus inopia liberorum capitum ac necessitas dedit: octo millia juvenum validorum ex servitiis, prius percontatos singulos, vellentne militare, empta publice arraverunt. Hic miles magis placuit, quum pretio minore redimendi captivos copia fieret.

Cap. LVIII. Namque Annibal, secundum tam prosperam ad Cannas pugnam, victoris animo jam bellum gerentis intentus curis, quum captivis productis segregatisque socijs, eos, sicut ante ad Trebiam Trasimenumque cum, benigne allocutus, sine pretio dimisisset: Romanos quoque vocatos (quod nunquam alias antea) satis miti sermone alloquitur: *Non terruerim ego hoc bello cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio certare. Et patres virtuti Romanae cessisse: & se id admiti, ut suae invidem simul felicitati & virtuti cedatur. Itaque redimenda se captivis copiam facere. pretium fore in capita, equitii quinquenos quadrigatos nummos, tres semis peditii. Id satis esse.* Quamquam aliquantum adjiciebatur equitibus ad id pretium, quod pepigerant dedentes se; laeti tamen quamcunque conditionem pacisceudi acceperunt. Placuit suffragio ipsorum decem deligi, qui Romam ad senatum irent, nec ullam aliud rem, quam ut jurarent se redituros, acceptum. Missus cum his Carthalo nobilis Carthaginiensis: qui, si forte ad pacem inclinarent animos, conditiones ferret. Quum egressi castris essent, unus ex iis minime Romani ingenii homo, velut aliquid oblitus, jurisjurandi solvendi causa quum in castra rediisset, ante noctem comites assequitur. Ubi eo Romam venire nunciatum est; Carthalonі obviam lictor missus, qui dictatoris verbis nunciaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis.

Cap. LIX. Legatis captivorum senatus ab dictatore datus est. Quorum princeps M. Junius, *Patres Conscripti*, inquit, *nemo nostrum ignorat, nulli unquam civitati viliores fuisse captivos, quam nostrae. Caeterum visi nobis plus justo nostra placet causa, non alii unquam minus negligendi vobis; quam nos, in hostium potestatem venerunt. non enim in acie per timorem arma tradidimus, sed quum prope ad noctem superstantes cumulis cadaverum corporum pro fossa extraxissemus, in castra recepimus nos. Diei reliquum ac noctem insequentem fessi labore ac vulneribus vallum nostrum tutati. Postero die quum circumfusis ab exercitu victore aqua arceremur, nec ulla jam per confertos hostes crumpendi spes esset, nec sine noxa discedere nos quisquam militibus nostrum ex acie nostra truciditis, alii quem ex Cannensi pugna Romanum militem restare; tum demum pacti fuimus pretium quo redempti dimitteremur: arma, in quibus nihil jam auxilii erat, hosti tradidimus. Majores quoque accepimus se a Gallis auro redemisse: & patres vestros, asserimus illos ad conditionem pacis, legatos tamen captivorum redimendorum gratia Tarentum misisse. atqui & ad Allum cum Gallis, & ad Heracleam cum Pyrrho, utraque non tam clade infamis quam pavore ac fuga, pugna fuit. Camillus tempot accepti Romanorum corporum tegunt: nec superfumus pugnae; nisi in quibus truncidandis & ferrum & vires hostem defecerunt. Sunt etiam de nostris quidam, qui ne in acie quidem refugerunt: sed praesidio castris relicti, quum castra traderentur, in potestatem hostium venerunt. Haud equidem ullius civis, aut commilitonis fortunae aut conditioni invideo, nec prememdo alium me extulisse velim: ne illi quidem (nisi pernicitatis pedum & cursus aliquod praemium est) qui plerique inermes ex acie fugientes, non prius quam in castra Canusii confugerunt. Se nonis meritis praeditum, gloriatisque sint, in se plus quam in nobis praesidii reipubl. esse. Sed tibi & bonis ac fortibus militibus utemini: & nobis eriam promptioribus pro patria, quod beneficio vestro redempti, atque in patriam restituti sacrimus. Dedecum est omnibus civibus & fortuna habenti: octo millia fervorum valida armari. non minor numerus noster est, nec majori pretio redimi possunus, quam hi emuntur. nam si conferam nos cum illis, injuriam nomini Romano faciam. Illud etiam in tali consilio animadvertendum vobis censeam, Patres Conscripti, (si tamen duriores esse velitis, quod nullo nostro merito faciatis) cui nos hosti relicturi simus. Pyrrho videlicet, qui nos barbarum numero habuit captivos, an barbaro. ac Pyrro; qui utrum avarior an crudelior fit, vix existimari potest. Si clades cateras, fugalorem deformitatemque civium vestrorum, non minus profecto vos ea species moveat, quam si ex altera parte cernatis strages Cannensibus campis legiones vestras. Intueri potestis sollicitudinem*

& lacrimas in vestibulo curiæ fundi: eum cognatorum nostrorum, eos pectandumque ex conspectu vestrum. quam ii pro nobis proque iis qui absunt, ita frequenti ac solliciti sint; quam consensis animum ipsorum esse, quorum in discrimine vita liberta sque sit? Si medium diutius ipse in nos hostis Annibal contra naturam suam esse velit: nihil tamen nobis vita opus esse censeamus, quum indigni ut à nobis redimeremur, vivi simus. Eodem Romam quondam remissi à Pyrrho sine pretio capti: sed redisse cum legatis, primoribus civitatis, ad redimendos sese missis. Redeam ego in patriam, trecentis nummis non æstimatus civis? Sutum qui que habet animum, Patres Conscripti. Scio in discrimine esse vitam corpusque meum. Magis me fama periculum movet, ne à vobis diutius ac repulsi hæsitemus, neque enim vos pretio peperci esse homines credent.

Cap. L X. Ubi is finem fecit, extemplo ab ea turba, quæ in comitio erat, clamor flebilis ei fublatus, manusque ad curiam tendebant orantes, ut sibi liberos, fratres, cognatos, redderent. Feminas quoque metus ac necessitas in fortunæ huic virorum immiscuerat. Senatus, summotis arbitris, consuli cœptus. Ibi quum sententiis variaretur, & alii redimendos de publico, alii, nullam publice impensam faciendam, nec prohibendos ex priveto redimi; si cuibus argentum in præsentia deesset, dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibusque ac prædiis cavendum populo, conferent; tum T. Manlius Torquatus prisce ac nimis dure, ut plerique videbatur, severitatis, interrogatus sententiam, ita locutus fertur: *Si tantummodo postulasset legati pro iis qui in hostium potestate sunt, ut redimerentur; sine ullius infectatione eorum, brevi sententiam pepercissem. Quid enim aliud quam admonendi essetis, ut morem traditum à Patribus necessario ad rem militarem exemplo servaretis? nunc autem cum prope gloriari sint, quod se hostibus dedidérint, ne fœnerique non captis modo in acie ab hostibus, sed etiam iis qui ex vestrum Canusinique pervenerunt, atque ipsi C. Terentio consuli, æquum censuerint; nihil vos eorum, Patres Conscripti, quæ ille acta sunt, ignorare patitur. Atque ut unum hæc, quæ apud vos acta sunt, omnia consili apud ipsum exercitum agerem, optimum tamen ignavia cujusque & virtutis: aut unius hic stetisset adestet P. Sempronius, quem si iisi aucem fecuti essent milites, hodie in castris Romanis, non captivi in hostium potestate essent. Sed quum ipsis pugnandi hostibus, tum victoria lætis, & ipsis fluviique regressis in castra satis, nocteni ad erumpendum liberam habuissent, & septem armatorum hominum millia per trumpetum etiam consertos hostes potuissent: neque per se ipsi id facere conati sunt, neque aliium sequi voluerunt. Nocte prope tota P. Sempronius Tuditanus non destitit monere adhortarique eos, dum panctos hostium circa castra, dum quies ac silentium esset, dum nox inopium tegeret, se duceret sequerentur: ante lucem pervenire in tuta loca, in socium urbes posse. Sicut avorum memoria, P. Decius Tribunus militum, in Samnio, sæpe, nobis adolescentibus, pater Publius bello Gallpanico Flaminia trecentis voluntariis, quum ad tumultum eos capiendum, situm interinontios hostes, audoret, dixit: Moriamur milites, & morte nostra eripiamus ex obsidione civium venta legiones. Si hoc P. Sempronius diceret, nec cives quidem, nec Romanos eos duceret, nemo recusaret, quin exsiliisset cunes. Tam non ad gloriam magis quam ad salutem ferociem demonstrat; reduces in patriam, ad parentes, ad conjuges ac liberos facit. Ut servemini, quod vobis animus? quid, si moriendum pro patria esset, faceretis? Quum vestra causa cives vestri circumque circa vos eo ipso die cæsa jacent: si tot exempla virtutis non movent, nihil umquam movebit. Si tanta clades vilem vitam non fecit, nulla facit. Liberi atque incolumes desideratæ patriam: imo desideratæ adeo patriæ vos, cum civibus ejus, sero non sufficiatis cadere pronti, & cum omni jubentem. Quam ob rem ignaviam istorum accuso, quum scelus possim accusare? non enim modo sequi recusarunt isti monentem, sed retinere conati sunt, ni strictis gladiis viri fortissimi inertes summovissent. prius, inquam, P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium fuit erumpendum. Hos cives patria desiderat? quorum si exteri similes fuissent, neminem hodie ex iis qui ad Cannas pugnaverunt, civem haberet. Ex millibus septem armatorum, sexcenti exiterunt qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atque armati venirent: nunc iis quadringenta millia hostium obstitere. Quam tutum iter duarum prope legionum agminii futurum censetis fuisse? Haberetis hodie viginti millia armatorum Canusii, fortia, fidelia, P. C. nunc unum quemadmodum bi boni fidelisque (nam sortes ne ipsi quidem dixerint) cives esse possunt? qui qui credere potuit fuisse, ut erumpentibus quin erumperent, obsistere conati sunt.*

ani

dui non invidere eos, quum inconsumitati tum gloriæ illorum per virtutem partæ, quum sibi timorem ignominiæque servitutis ignominiosæ causam esse sciant. Maturent in tenoriis latentes simul lucem atque hostem exspectare, quum silentio noctis crumpendi occasio effet. At enim ad crumpendum e castris effet audendum: ad tutanda fortiter castra animum habuerunt. Dies nocteque aliquot obsessi, nullum armis, se ipsi tutati vallo sunt: tandem ultima audi passique, quum omnia subsidia vitæ abessent, affectisque fame viribus, arma jam sustinere nequirent, necessitatibus magis humanis quam armis victi sunt. Orto sole hostis ad nullum accessit: ante secundam horam nullam fortunam certaminis experti, tradiderunt arma ac seipsos. Hæc vobis ipsorum per otium militia fuit, quum in acie stare ac pugnare dedecuerat, tum in castra refugerint: quum pro vallo pugnandum erat, castra tradiderunt, neque in acie neque in castris utiles. Vos redimam? quum erumpere castris oportet, cunctamini, ac mauetis: quum manere & castra tutari armis necesse est; & castra & arma & vos ipsos tradidistis hosti. Ego non magis ipsos redimendos P. C. censeo, quam illos dedendos Annibali, qui per medios hostes è castris eruperunt, ac per summam virtutem se patriæ restituerunt.

Cap. LXI. Postea quam Manlius dixit, quamquam Patrum quoque plerosque captivi cognatione attingebant, præter exemplum civitatis minime in captivos jam inde antiquitus indulgentis, pecuniæ quoque summa homines movit: quia nec ærarium exhaurire magna jam summa erogata in servos ad militiam emendos armandosque, nec Annibalem maxime hujusce rei, ut fama erat, egentem locupletari volebant. Quum tristè responsum, non redimi captivos, redditum esset, novusque super vererem luctus tot jactura civium adjectus esset, cum magnis fletibus quæstibusque legatos ad portam prosecuti sunt. Unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in castra jurejurando se exsolviset. Quod ubi innotuit, relatum ad senatum est. omnes **censuerunt, comprehendendum, &** custodibus publice datis deducendum ad Annibalem esse. Est & alia de captivis fama, decem primos veniße de eis quum dubitatum in senatu esset, admitterentur in urbem, nec-ne, ita admißos esse, ne tamen iis senatus daretur. Morantibus deinde longius omnium spe, alios tres insuper legatos veniße, L. Scribonium, & C. Calpurnium, nec L. Manlium, tum demum ab cognato Scribonii Tribuno plebis de redimendis captivis relatum esse, nec censuisse redimendos senatum: & novos legatos tres ad Annibalem revertisse, decem veteres remansisse: quod per causam recognoscendi nomina captivorum ad Annibalem ex itinere regressi religione se exsolvissent. de iis dedendis magna contentione actum in senatu esse: victosque paucis sententiis, qui dedendos censuerint. cæterum proximis censoribus adeo omnibus notis ignominiisque confectos esse, ut quidam eorum morem sibi ipsi exemplo conciverint: cæteri non foro solum, omni deinde vita, sed prope luce ac publico caruerint. Mirari magis, adeo discrepare inter auctores, quam quid veri sit, discernere queas. Quanto autem major hæc clades superioribus cladibus fuerit, vel ea res indicio est, quod qui sociorum ad eum diem firmi fuerant, tum labare cœperunt, nulla profecto alia de re, quam quod desperaverant de imperio. Defecere autem ad Pœnos hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites præter Pentros, Bruttii omnes, Lucani, præter hos Sarrentini, & Græcorum omnis fœmne ora; Tarentini, Metapontini, Crotoniensis, Locrique, & Cisalpini omnes Galli. Nec tamen hæc clades defectionesque sociorum moverunt, ut pacis unquam mentio apud Romanos fieret; neque ante Consulis Romam advenrum, nec postquam is rediit renovavitque memoriam acceptæ cladis. quo in tempore ipso, adeo magno animo civitas fuit, ut consuli ex tanta clade, cujus ipse causa maxima fuisset, redeunti, & obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit, & gratiæ actæ, quod de republica non desperasset: cui, si Carthaginiensium ducibus fuisset, nihil recusandum supplicii foret.

EPITOME
LIBRI XXIII.

Campani ad Annibalem defecere. Nuncius Cannensis victoriæ Magoni Carthaginem missus: annulos aureos à digitis occisorum Romanorum detractos, in vestibulo curiæ effudit: quos excussisse modii mensuram tradiderunt. Post quem nuntium Hanno, ex Poenis nobilissimus, suadebat senatui Carthaginiensium, ut pacem à populo Romano peterent: nec tenuit, obstrepente Barcina factione. Cl. Marcellus prætor ad Nolam, cruentissime adversus Annibalem ex oppido facta, prospere pugnavit. Exercitus Annibalis per hiberna Capuæ ita luxuriatus est, ut corporum viribus atque animorum mercuerint. Casilinum à Poenis obsessum, ita fame vexatum est, ut lora & pelles scutis detractas, item mures essent; & nucibus per LI. mensium annum à Romanis militibus vixerint. Senatus ex equestri ordine hominibus centum nongentis septem supplevit est. L. Postumius prætor à Gallis cum exercitu cæsus est. Cn. & P. Scipiones in Hispania Asdrubalem vicerunt, & Hispaniam suam fecerunt. Reliquiæ Cannensis exercitus in Siciliam relegatæ sunt: ne recederent inde, nisi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem & Annibalem societas junctæ est. Sempronius Gracchus consul Campanos cecidit. Præterea in Sardinia feliciter à T. Manlio prætore adversus Poenos Sardosque res gesta continet: a quo Asdrubal dux, & Mago & Hanno capti. Claudius Marcellus prætor, Annibalis exercitum ad Nolam prælio fudit, & vicit: primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem sui belli dedit.

CAPUT I.

Annibal post Cannensem pugnam, castra capta ac direpta, confestim ex Apulia in Samnium moverat: accitus in Hirpinos à Statio Mollicente se Compsam traditurum. Compsanus erat Trebius nobilis inter suos: sed præmebat eum Mopsiorum factio; familiæ per gratiam Romanorum potentis. Post famam Cannensis pugnæ, vulgatumque Trebii sermonibus adventum Annibalis, quum Mopsiani urbe excessissent; finæ certamine tradita urbs Poeno, præsidiumque acceptum est. Ibi præda omni atque impedimentis relictis, exercitu partito, Magonem, regionis ejus urbes, aut deficientes ab Romanis, accipere, aut detractantes, cogere ad defectionem jubet. Ipse, per agrum Campanum, mare inferum petit; oppugnaturus Neapolim, ut urbem maritimam haberet. Ubi fines Neapolitanorum intravit, Numidas partim in insidiis, (& plerasque cavæ sunt viæ, sinusque occulti) quacunque apte poterat, dispositi: alios præ se actam prædam ex agris ostentantes obequitare portis justit. In quos, quia nec multi & incomposite videbantur, quum turma equitum erupissent, ab cedentibus consulto tracta in insidias, circumventa est: nec evasisset quisquam ni mare propinquum, & haud procul littore naves piscatorias plerasque conspectæ, peritis nandi dedissent effugium. Aliquot tamen eo procilo nobiles juvenes capti cæsique sunt: inter quos & Hegeas præfectus equitum, intemperantius cedentes fecutus, cecidit. Ab urbe oppugnanda Poenum abterruere conspecta mœnia; haudquaquam prompta oppugnanti.

Cap. II. Inde Capuam flectit iter; luxuriantem longa felicitate atque indulgentia fortunæ. maxime tamen inter corrupta omnia, licentia plebis sine modo libertatem exercentis. Senatum & sibi & plebi obnoxium Pacuvius Calavius fecerat; nobilis idem ac popularis mœnia; easterum malis artibus nanctus opes. is quum eo forte anno, quo res male gesta ad Trasimenum est, in summo magistratu esset, jam diu infestam senatui plebem, ratus, per occasionem novandi res, magnum auxiliam fecturus, ut si in ea loca Annibal cum victore exercitu veniisset, trucidato senatu traderet Capuam Poenis; improbus homo, sed non ad extremum perditus, quum mallet incolumi, quam eversa republica dominari: nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem init, quo se senatum fervaret, & obnoxium sibi ac plebi faceret. Vocato senatu, quum sibi defectionis ab Romanis consilium placiturum nullo modo, nisi necessarium fuisset, præfatus esset; *Quippe qui liberos ex Appii Claudii filia haberet, filiamque Romam nuptum Livio dedisset; cæterum majorem multo rem magisque timendam instare. Non enim per defectionem ad tollendum ex civitate senatum plebem spectare, sed per eadem senatus vacuam*

vacuam rempublicam tradere Annibali ac Pœnis velle. Eo se periculo posse liberare eos, si se pernicitate sibi, & certaminum in republ. oblati, crediderint. Quum omnes uterò meum permitterent; *Claudam in curia vos*, inquit, *& tamquam & ipse cogitari facinoris particeps, approbando consilia, quibus nequicquam adversar, viam saluti vestræ inveniam. In hoc fidem, quam vultis ipsi, accipite.* Fide data egressus, claudi curiam jubet, præsidium ante vestibulo reliquit, ne quis adire curiam injussu suo, neve inde egredi posset.

Cap. III. Tunc vocato ad concionem populo, *Quod sæpe*, inquit, *optastis, Campani, ut supplicii sumendi vobis ex improbo ac detestabili senatu potestas esset, eam nunc, non per tumultum expugnando domos singulorum, quas præsidiis clientium servorumque tuentur, cum summo vestro periculo, sed tutam habetis ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite, solos, inermes: nec quicquam raptim, aut feroci temere evenit. de singulorum capite vobis sententiæ dicendæ faciam, ut quisque meritus est, pœnas pendat. Sed ante omnia ita vos ire indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis. etenim hos (ut opinor) odistis senatores, non senatum omnino. Nam quo alio, malis, quippe aut rex (quod abominandum) aut quod unum liberæ civitatis consilium est, senatus habendus est, Itaque duæ res simul agendæ sunt vobis, ut & veterem senatum tollatis & novum cooptetis. Citari singulos senatores jubebo, de quorum capite vos consulam. sed de quoque constituetis, fiet. Sed prius in ejus locum ex tertium & tricesimum novum senatorem cooptabilis, quam de noxio supplicium sumatur.* Inde consedit, & nominibus in urnam conjectis citari, quod primum sorte nomen excidit, ipsumque è curia produci, justit. Ubi audirum est nomen; malum & improbum pro se quisque clamare, & supplicio dignum. Tunc Pacuvius, *Video quæ sententia de hoc sit data. Ejicitur pro malo atque improbo. Bonum senatorem & justum ilicite.* Primo silentium erat, inopia potentis subiciundi; deinde coorti quam aliquis omissa verecundia quempiam nominassent, multo major extemplo clamor oriebatur, quum alii negarent nosse; alii nunc probra, nunc humilitatem sordidamque inopiam, & pudendæ artis aut quæstus genus, objicerent. Hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore factum est: ut ipsius pœnitere hominesappareret; quem autem in ejus substituerent locum, deesse. quia nec eosdem nominari attinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, & multo humiliores obscurioresque cæteri erant eis, qui primi memoriæ occurrebant. Ita dilabi homines, notissimum quodque malum maxime tolerabile dicentes esse, jubentesque senatum ex custodia dimitti.

Cap. IV. Hoc modo Pacuvius, quum obnoxium vitæ beneficio senatum multo tibi magis quam plebi fecisset; sine armis, jam omnibus concedentibus, dominabatur. Hinc senatores, omissa dignitatis libertatisque memoria, plebem adulari, salutare, benigne invitare: apparatis accipere epulis, eas caussa suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam litem judices dare, quæ magis popularis aptiorque in vulgus favori conciliando esset, Jam vero nihil in fenaru actum aliter, quam si plebis ibi esset concilium. Prona semper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, sed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ terreftrisque: tum vero ita obsequio principum & licentia plebei lascivire, ut nec libidini nec sumptibus modus esset. & contemptum legum, magistratuum, senatus, accesit tum, post Cannensem cladem, ut cujus aliqua erat verecundia, Romanum quoque imperium spernerent. id modo erat in mora, ne extempio deficerent, quod connubium veteribus multas familias claras ac potentes Romanis miscuerat: & quod, quum militarent aliquot apud Romanos, maximum vinculum erant, trecenti equites, nobilissimus quisque Campanorum, in præsidia Siculaeum urbium delecti ab Romanis ac missi.

Cap. V. Horum parentes cognatique ægre perviverunt, ut legati ad consulem Romanum mitterentur. Il nondum Canusium profectum, sed Venusiæ cum paucis ac semiermibus consulem invenerunt quam poterat maxime miserabilem bonis sociis; superbis atque infidelibus, ut erant Campani, spernendum. & auxit rerum suarum fuique contemptum consul nimis detegendo cladem nudandoque. Nam quum legati, ægre ferre senatum populumque Campanum, adversi quicquam evenisse Romanis nunclassent, pollicerentur que omnia, quæ ad bellum opus essent; *Morem*, inquit, *magis loquendi cum sociis fervastis, Campani; jubentes quæ opus essent ad bellum, imperare, quam convenienter ad præsentem fortunæ nostræ statum locuti estis. Quid enim nobis ad Cannas relictum est, ut quasi aliquid habeamus, id quod desit, expleri ab sociis velimus? Pecunias vobis imperemus, tamquam equites habeamus? pecuniam deesse dicamus, tamquam ea tantum desit? Nihil, ne quod suppleremus quidem,*

nobis relinqui fortuna. Iustumne, equitatus, arma, signa, equi virique, pecunia, commeatus, aurum ac purpura, postquam ista posuere vi, amissis castris pertenuerunt. Itaque non invictis nos in bello sperant, Campani, sed penè bellum pro nobis fuscitatis. Veniat in mentem, ut tot pios quondam majores vestros intra menia compulsos, nec Samnitem modo hostem, sed etiam Sicilium tuerentur, recursum in eadem opus laudatæ deposuerimus, eaque propter nos cum Samnitibus bellum per centum prope annos, variante fortuna eorum, tulerimus. Adjicite ad hæc, quod status quam deditis, quod leges vestras, quod ad cetera, (id quod aut omnium est certe cladem maximam fuit) civitatem vestram nostræ parti vestrum dutimus, communicavimusque vobiscum. Itaque communem vos hanc cladem quæ accepta est, credere, Campani, oportet, communem patriam tuendam arbitrari esse. Non eum Samnite aut Hetrusco fore, ut quod à nobis ablatum sit, in Italia stante imperium maneat. Punius hostis, ne Africa quidem indigenam, ab ultimis terrarum oris, freto Oceani Herculitano columnis, expertem omnis juris & conditionis ejus linguæ prope humanæ, militem trahit. Hinc nationes & mortalium formam, quique, insuper duce ipse offerarit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis, & (quod proloqui etiam piget) vesci humanis corporibus docendo. Hos infantis pastos epulis, quos contingere etiam nefas sit, vitare atque ut horrendos, ejs ex Africa & à Carthagine jura petere, & Italiam Numidarum ac Maurorum pati provinciam esse, cui non, genito modo in Italia, detestabilis sit? Pulchrum erit, Campani, prolapsum clade Romanum imperium vestra fide, vestris viribus retentum ac recuperatum esse. Tricntie millia peditum, quatuor equitum arbitror ex Campania scribi posse. jam pecuniæ affatim est, frumentique; si paremus fortunæ vestræ fidem habetis, nec Annibal se vicisse sentiet, nec Romani victos esse.

Cap. VI. Hac oratione consilii dimissis redeuntibus quæ domum legatis unus ex iis, Vibius Virius, Temperevenisse, ait, quo Campani non arum solum ab Romanis quondam per injuriam ademptum recuperare; sed imperio etiam Italiæ potiri possint. Eadus enim cum Annibale quibus velint legibus facturos. neque controversiam fore, quin cum ipse confecto bello Annibal victor in Africam decedat, exercitumque deportet; Italiæ imperium Campanis relinquatur. Hæc Virio loquenti absenti omnes, ita renunciant legationem, uti eâdem omnibus videretur nomen Romanum. Extemplo plebes ad defectionem ac pars major senatus fecêre. extracta ramen auctoritatibus seniorum per paucos dies est res: postremo vicit sententia plurium, ut iidem legati, qui ad consulem Romanum ierant, ad Annibalem mitterentur. Quo prius quam irent, certumque defectionis constitutum esset, Romanum legatos missos à Campanis, in quibus de annalibus invenio; postulantes, ut alter Consul Campanus fieret, si rem Romanam adjuvari vellent. Indignarine orta summoveri à curia justos esse: missumque hebetem, qui ex urbe educeret eos, atque eo die manere extra fines Romanos juberet. Quia nimis compar Latinorum quondam postulatio erat, Cerilinique & alii id haud sine causa prætermiserant scriptores, ponere pro certo fuit veritus.

Cap. VII. Legati ad Annibalem venerunt, paucisque cum eo conditionibus fecerunt: *Ne quis imperator magistratusve Pœnorum jus ullum in civem Campanum haberet, neve civis Campanus invitus militaret, munusve faceret. ut sua leges, sui magistratus Capuæ essent. ut trecentos ex Romulis equites Pœnus daret Campanis, quos ipsi elegissent, cum quibus cautum Campanorum qui in Sicilia stipendia facerent, permutatio fieret.* Hæc pacta: illa insuper, quam quæ pacta erant, facinora Campani ediderunt. nam præfectos fociim civesque Romanos alios, partem aliquo militiæ munere occidere, partim privatis negotiis implicitos, plebs repente omnes comprehensos, velut custodiæ caussa, balneis includi jussit: ubi fervore atque æstu anima intercluía, fœdum in modum exspirarent. Ea ne fierent, neu legatio interreatur ad Poenum, tonuma opes Decius Magius, vir cui ad humanam cultoritatem nihil præter sanam civium mentem defuit, restiterat. ut vero præsidium mitti ab Annibale audivit, Pyrrhi superbam dominationem, miserabilemque Tarentinorum fervitutem, exempla referens, primo ne recipererur præsidium, palam vociferatus est: deinde, ut receptum aut ejiceretur, aut, si malum facinus, quod à vetustissimis focils conianguineifque defecissent, forti ac memorabili facinore purgare vellent, ut, interfecto Punico præsidio, restituerent se Romanis. Hæc (neque enim occulte agebantur) quum relata Annibali essent; primo misit, qui vocarent Magium ad se in castra: deinde quum is ferociter negasset iturum (nec enim Annibali jus esse in civem Campanum) concitatus ira Pœnus, comprehendi hominem, vinctumque arrahi ad se justit. veritus deinde, ne quid inter vim tumultus,

tus, atque ex concitatione animorum inconsulti certaminis orirerur, ipse, præmissō nuncio ad Marium Blosium Prætorem Campanum, postero die se Capuæ futurum, proficiscitur è castris cum modico præsidio. Marius concione advocata edicit, ut frequentes cum conjugibus ac liberis obviam irent Annibali. Ab universis, id non obedienter modo, sed enixe, favore etiam vulgi, & studio visendi tot jam victoriis clarum imperatorem factum est. Decius Magius nec obviam egressus est, nec, quo timorem aliquem ex conscientia significare posset, privatim se remuit: in foro cum filio clientibusque Paucis otiose inambulavit, trepidante tota civitate ad excipiendum Pœnum, visendumque. Annibal ingressus urbem, senatum exemplo potfulat, precantibusque inde primoribus Campanorum, ne quid eo die ferire rei gerendi diemque ut ipse adventu suo festum lætus ac libens celebraret; quamquam præceps ingenio in iram erat, tamen ne quid in principio negaret; visenda urbe, magnam diei partem consumpsit.

Cap. VIII. Diversatus est apud Minios Celeres Stenium, Pacuvium que, inclitos nobilitate ac divitiis. Eo Pacuvius Calavius de quo ante dictum est, princeps factionis ejus, quæ traxerat rem ad Pœnos, filium juvenem adduxit; abstractum abs Decii Magii latere, cum quo ferocissime pro Romana societate adversus Punicum fœdus fletterat, nec eum aut inclinata in partem alteram civitas, aut patria majestas sententia depulerat. Huic tum pater juveni Annibalem deprecando magis quam purgando placavit, victusque partis precibus lacrimisque, etiam ad cœnam eum patre vocari jussit: cui convivio neminem Campanum, præter quam hospites, Jubelliumque Taurean infignem bello virum, adhibiturus erat. Cœperunt epulari de die, & convivium non ex more Punico, aut militari difficilius esse: sed ut in civitate, atque etiam domo luxuriosa omnibus voluptatium inlecebris instructum. Unus nec dominorum invitatione, nec ipsius interdum Annibalis, Calavii filius Perolla vinci potuit: ipse valetudinem excusans, patre animi quoque ejus haud mirabilem interturbarionem causfante. Solis ferme occasu patrem Calavium ex convivio egressum, secutus filius, ubi in secretum (hortus erat posticis adium partibus) pervenerunt: *Consilium*, inquit, *affero, pater, quo non eventum solum peccati, quo defectionis ad Annibalem impetratæ abs Romanis, sed & multo majore dignitate & gratia simus Campani, quam unquam fuimus.* Quum mirabundus, pater, quidnam id esset consilii, quæreret; toga rejecta ab humero, latus succinctum gladio nudat: *Jam ego*, inquit, *sanguine Annibalis sanciam Romanum fœdus. te id prius scire volui, si forte abesse, dum facinus patretur, malles.*

Cap. IX. Quæ ubi vidit audivitque filius, velut si jam agendis, quæ audiebat, adesset, amens ait: *Per ego te*, inquit, *fili, quæcumque jura liberos jungunt parentibus, precor quæsoque, ne ante oculos patris facere & pati omnia infanda velis. Paucæ horæ sunt, intra quas jurantes per quicquid Deorum est, dextræ dextras jungentes, fidem obstrinximus ut sacratus de mensis essemus; digressi ab colloquio extemplo in eum armaremur? Surgis ab hospitali mensa, ad quam tertius Campanorum adhibitus ab Annibale es.ut eam ipsam mensam cruentares hospitis sanguine? Annibalem pater filio meo potat placare, Annibalem amicali non posfum? Sed sit nihil sancti, non fides, non religio, non pietas: audeantur infanda, si non perniciem nobis cum scelere afferunt. Unus aggressurus es Annibalem; quid illa turba tot liberorum, senatorumque? quid in unum intenti omnium oculi? quid tot abstrahet torpescentne in amentia ictus? Vultum ipsius Annibalis quem armati exercitus sustinere nequeunt, quem borret populus Romanus, tu sustinebis? & alia auxilia desint, meipsum ferire, corpus meum oppositum pro corpore Annibalis, sustinebis? Atque per mutua pectus pectendus ille tibi, transfigendusque est, deterrei hic sine te potius, quam ille vincli. Valeant preces apud te meæ, sicut pro te hodie valuerunt.* Lacrimantem inde juvenem cernens, medium complectitur, atque osculo hærens, non ante precibus abstitit, quam pervicit, ut gladium ponerer, fidemque daret, nihil factorum tale. Tum juvenis: *Ego quidem*, inquit, *quam patriæ debeo pietatem exsolvam patri. tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ sustinendum est crimen; sensi, quam defectionis ab Romanis; iterum, quam pacis cum Annibale fuisti auctor; tertio hodie, quam restituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum es. Tu patria, ferrum, quo pro se armatus hanc arcem defendere vobebam, bosti minime parcens; quando parens extorquet a me.* Hæc quum dixisset, gladium in publicum trans macerium horti abjecit: & quo minus res suspecta esset, se ipse convivio reddidit.

Cap. X. Postero die senatus frequens datus Annibali, ubi prima ejus oratio perbenda ac benigna fuit, qua gratias egit Campanis, quod amicitiam suam Romanæ focietati præponendam esse duxissent; & inter cæ-

tera magnifica promissa pollicitus, brevi caput Italiæ omni Capuam fore: juraque inde cum cæteris populis Romanum etiam petiturum. Unum esse exortem Punicæ amicitiæ fœderisque secum fœdi, quem neque esse Campanum, neque dici deberes Magium Decium. eum postulare, ut sibi dedatur, ad se præsente de eo referatur, senatusque consultum fiat. Omnes in eam sententiam ierunt: quamquam magnæ partí, & vir indignus ea calamitate, & haud parvo initio minui videbatur jus libertatis. Egressus curia, in templo magistratus consedit: & comprehendique Decium Magium, atque ante pedes destitutum, causam dicere jussit. Qui quum, manente ferocia animi, negaret lege fœderis id cogi posse, tum injectæ catenæ, ducique ante lictorem in castra est jussus. Quoad capite aperto est ductus, concionabundus incessit, ad circumfusam undique multitudinem, vociferans, *Habetis libertatem, Campani, quam petiistis; sororiosio, luce clara, videntibus vobis, nulli Campanorum secundus, vinclius ad mortem rapior. Cujus violentius capta copta pienet? Ire obviam Annibali exercitus urbem, dimoque advertus ejus consecrante, ut hunc triumphum de vestro spectetis.* Hæc vociferanti, quum moveri vultus videretur, obvolutum caput est, ociusque rapi extra portam jussus. ita in castra perducitur: extemploque impositus in navim, & Carthaginem missus, ne motu aliquo Capuæ ex indignitate rei orto, senatum quoque pœniteret dediti principis: & legatione missa ad repetendum eum, ne aut negando rem, quam primum peterent, offendendi sibi novi fœcii; aut tribuendo, habendus Capuæ esset fœditionis ac turbarum auctor. Navem Cerretanis tulit tempestas, quæ tum in ditione regum erant. ibi quum Magius ad statuam Ptolemæi regis confugisset, portatus à custodibus Alexandriam ad Ptolemæum; cum eum docuisset, contra jus fœderis vinctum se ab Annibale esse, vinculis liberatur; permissumque ut rediret seu Romam, seu Capuam malle. *Nec Magius Capuam sibi tutam dicere: & Romam eo tempore, quo inter Romanos Campanosque bellum sit, transfugæ magis quam hostitis fore domicilium. nusquam malle, quam in regno ejus vivere, quem vindicem atque auctorem habeat libertatis.*

Cap. XI. Dum hæc geruntur, Q. Fabius Pictor legatus à Delphis Romam rediit, responsumque ex scripto recitavit: Divi quoque in eo erant, quibus quoque modo supplicaretur. *Tum si ita fatalis Romani, vestræ res mediæ fatalibusque erunt: magisque ex sententia respubl. vestra vobis procedet, victoriaque duelli populi Romani erit. Pythio Apollini, proinde vestra bene gesta servataque, lucrisq; meritis donum mittitote, deque præda, manubiis, spolisque honorem habetote, lasciviam à vobis prohibetote.* Hæc ubi ex Græco carmine interpretata recitavit, tum dixit, *se oraculo egressum exemplo his omnibus Divis rem divinam thure ac vino feciſſe: jussumque ab templi antistite, sicut coronatus laurea corona & oraculum adiisset, & rem divinam feciſſet, ita coronatum navim ascendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset. Se quacumque imperata sint, cum summa religione ac diligentia exsecutum; coronam Romæ in ara Apollinis deposuisse.* Senatus decrevit, ut ea res divinæ supplicationesque primo quoque tempore cum fierent. Tum hæc Romæ atque in Italia geruntur, nunclus victoriæ ad Cannas Carthaginem venerat Magoni Amilcaris filius: non ex ipsa acie à fratre missus, sed retentus aliquot dies in recipiendis civitatibus Bruttiorum, quæque defecerant. Is quum ei senatus datus esset, res gestas in Italia à fratre exponit. *Cum sex imperatoribus eum quorum quatuor consules, duo dictator ac magister equitum fuerint, cum sex consularibus exercitibus acie conflixisse: occidisse supra ducenta millia hostium: supra quinquaginta millia cepisse. Ex quatuor consulibus duos occidisse: ex duobus fanctum alterum, alterum toto exercitu amisso vix cum quinquaginta hominibus effugisse. Magistrum equitum, quæ consularis potestas sit, fuisse fugatumque: dictatorem, quia se in aciem nunquam commiserit, unicum uberi imperatorem. Brutios Apuloque, partem Samnitium ac Lucanorum defecisse ad Pœnos. Capuam, quod caput, non Campaniæ modo, sed post afflictam rem Romanam Camenii pugna, Italiæ fit, Annibali se tradidisse. Pro his tantis totque victoriis eum esse grates dei immortalibus agi habeique.*

Cap. XII. Ad fidem deinde tam lætarum rerum, effundi in vestibulo curiæ juffit annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut metientibus, dimidium super treis modios expleſſe, sint qui dant auctores. Fama tenuit, quæ propior est vero, duodecim fuisse modio. Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium esset, neminem, nisi equitem atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne. Summa fuit orationis, *Quo propius sibem belli perficiendi sit, eo magis omni ope juvandum Annibalem esse. præcipue enim ab domo militiam esse. in media hostium terra, magnam vim frii-*

frumenti, pecuniæ, absumi: & tot acies, ut hostium exercitus deleſſe, ita victoris etiam copias parte aliqua minuiſſe. Mittendum igitur ſupplementum eſſe, mittendam in ſtipendium pecuniam frumentumque tam bene meritis de nomine Punico militibus. Secundum hæc dicta Magonis lætis omnibus, Himilco vir factionis Barcinæ, locum Hannonis increpandi eſſe ratus: Quid eſt Hanno? inquit, etiam nunc pœnitet belli ſuſcepti adverſus Romanos? Fube dedi Annibalem: vota in tam proſperis rebus grates Diis immortalibus agi, audiamus Romanum ſenatorem in Carthaginienſium curia. Tum Hanno: Tacuiſſem hodie, Patres Conſcripti, ne quid in communi omnium gaudio, minus lætum quod eſſet vobis, loquerer. nunc interroganti ſenatori, pœnitetne me adhuc ſuſcepti adverſus Romanos belli, ſi reticeam, aut ſuperbus aut obnoxius videar: quorum alterum ego nimium odi alterae libertatis oblitus; alterum ſuæ. Reſpondeam igitur Himilconi, non deſiſſe pœnitere me belli, neque deſiturum ante invictum noſtrum imperatorem incuſare, quam finitum aliqua tolerabili conditione bellum videro: nec mihi pacti antique deſiderium ulla alia res quam pax nova finiet. Itaque iſta quæ modo Magoiactavit, Himilconi cæteriſque Annibalis ſatellitibus jam lætæ iunt. mihi poſſunt lætæ eſſe, quia res bello bene geſtæ, ſi volumus fortuna uti, pacem nobis acquirem dabunt. nam ſi prætermittimus hoc tempus, quo magis dare quam accipere poſſumus videri pacem, vereor ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis, ac vana evadat. Quæ tamen nunc quoque qualis eſt? Occidi exercitus hoſtium: mittite milites mihi. quid aliud rogares, ſi eſſes victus? Hoſtium cepi bina caſtra, prædæ abeſſet pleni commeatuum, frumentum, & pecuniam ante. quid aliud, ſi ſpoliatus, ſi exutus caſtris eſſes, peteres? Et ne omnia ipſe mirer; (mihi quoque enim, quoniam reſpondari Himilconi, interrogare jus ſaltem eſt) velim ſeu Himilco, ſeu Mago reſpondeat: quum ad internecionem Romani imperii pugnatum ad Cannas ſit, conſetusque in deſectione totam Italiam eſſe; primum ecquis Latini nominis populus deſecerit ad nos? deinde ecquis homo, ex quinque & triginta tribubus, ad Annibalem transfugerit? Quum utrumque Mago negaret: Hoſtium quidem ergo, inquit, adhuc nimis multum ſupereſt. ſed multitudo ea quid animorum, quidve ſpei habeat, ſcire velim.

Cap. XIII. Quum, id neſcire, Mago dicerer: Nihil facilius ſcitu eſt, inquit. Ecquos legatos ad Annibalem Romani miſerunt de pace? ecquam denique mentionem pacis Romæ faciam eſſe, allatum ad vos eſt? Quum id quoque negaſſet: Bellum igitur, inquit, tam integrum habemus, quam habuimus, qua die Annibal in Italiam eſt tranſgreſſus. Quam varia victoria priore Punico bello fuerit, plerique qui meminerimus, ſuperſumus. nunquam terra marique magis proſpera res noſtræ viſæ ſunt, quam ante conſules C. Lutatium & A. Poſtumium fuerunt. Lutatio & Poſtumio Conſulibus, devicti ad Ægateis inſulas ſumus. Quod ſi (id quod Dii omen avertant) nunc quoque fortuna aliquid variaveritſum pacem ſperatis quum vincemur, quam nunc, quum vincimus, dat nemo? Ego, ſi quis de pace conſulet, ſeu deferenda hoſtibus ſeu accipienda; habeo quid ſententiæ dicam: ſi de iis quæ Mago poſtulat, refertis, nec victoribus mitti attinere puto; & ſruſtrantibus non falſa atque inani ſpe multo minus conſeo mittenda eſſe. Haud multos movit Hannibalis oratio. nam & ſimultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat. & occupati animi præſenti lætitia, nihil quo vanius fieret gaudium ſuum, auribus admittebant: debellatumque mox fore, ſi adniti paululum voluiſſent, rebantur. Itaque ingenti conſenſu ita ſenatuconſultum. Ut Annibali quatuor Numidarum millia in ſupplementum mitterentur: & quadragintia elephanti, & argenti multa talenta. Dictatorque cum Magone in Hiſpaniam præmiſſus eſt ad conducenda viginti millia peditum, quatuor equitum, quibus exercitus, qui in Italia quinque in Hiſpania erant, ſupplerentur.

Cap. XIV. Cæterum hæc, ut in ſecundis rebus, ſegniter otioſeque geſta. Romanos præter initium induſtriam animis, fortuna etiam cunctari prohibebat. nam nec conſul ulli rei, quæ per eum agenda eſſet, aderat: & dictator M. Junius Pera, rebus divinis perfectis, latoque, ut ſolet, ad populum, ut equum eſcendere licerer, præter duas urbanas legiones, quæ principio anni a conſulibus conſcriptæ fuerant, & ſervorum delectum, cohortesque ex agro Picentino & Gallico collectas, ad ultimum prope deſperatæ reipublicæ auxilium, quum honeſta utilibus cedunt, deſcendit edixitque: Qui capitalem fraudem auſi, quique pecuniæ judicati in vinculis eſſent, qui eorum apud ſe milites fierent, eos noxa pecuniaque ſolvere exſolutos juſſerunt. ea lex millia hominum Gallicis ſpoliis, quæ triumpho C. Flaminii tranſlata erant, armavit. itaque cum viginti quinque millibus armatorum ab urbe proficiſcitur. Annibal, Capua recepta, quum iterum Neapolitanorum animos, partim ſpe, partim metu nequicquam tentaſſet, in agrum Neo-

sanum exercitum traduxit: & ut non hostiliter statim, quia non desperabat voluntariam deditionem; ita si morarentur spem, nihil eorum quæ pati aut timere possent, prætermissurus. Senatus, ac maxime primores ejus in sociorate Romana cum fide perstare; plebs novarum, ut solet, rerum, atque Annibalis rota esse: metumque agrorum populationis, & patienda in obsidione multa gravia indignaque proponere animo. Itaque ubi senatum metus cepit, si popalam tenderent: restiti multitudini concitatæ non posse; clam simulando dilationem mali invenirent. placere enim sibi defectionem ad Annibalem simulant: quibus autem conditionibus in fœdus amicitiamque novam transirent, parum constare. Ita spatio sumpto, legatos proecre ad prætorem Romanum Marcellum Claudium, qui Catilini cum exercitu erat, mittunt: docentque quanto in discrimine sit Nolana res. agrum Annibalis esse, & Pœnorum urbem extempto: futurum in sub-veniatur. concedendo plebei senatum, ubi velint defectures se, ne deficere præfectinarent, effecisse. Marcellus collaudatis Nolanis, eadem simulatione extrahi rem in suum adventum jussit: interim celari quæ secum acta essent, eosque omnem axillii Romani. Ipse à Catilino Calariam petit: atque inde Vulturno amne trajecto, perque agrum Saticulanum Trebulanumque super Suessulam per montes Nolam pervenit.

Cap. X V. Sub adventum prætoris Romani Pœnus agro Nolano excessit: & ad mare proxime Neapolim descendit; cupidus maritimi oppidi potiundi, quo cursus navibus turus ex Africa esset. Cæterum posteaquam Neapolim à præfecto Romano teneri accepit (M. Junius Silanus erat, ab ipsis Neapolitanis accitus) Neapolim quoque ficut Nolam non admissus, petit Nuceriam. eam quum aliquandiu circumsedisset; sæpe vi, sæpe fallitandis nequicquam nunc plebe, nunc principibus, fame demum in deditionem accepit: passus ut inermes eum singulis abirent vestimentis: deinde, ut quia principio mitis omnibus Italicis, præterquam Romanos, videri vellet; præmia atque honores qui remanerent, ac militare secum voluissent, propositi. Nec ea spe quemquam tenuit. dilapsi omnes, quocumque hospitia, aut fortuitus animi impetus tulit per Campaniæ urbes, maxime Nolam Neapolimque. Quum ferme triginta senatores, ne forte primus quisque Canuam perissent; exclusi inde, quod portas Annibali clausissent, Cumas se contulerunt. Nuceriæ præda militi data est, urbs direpta atque incensa. Nolam Marcellus non sui magis fiducia præsidii, quam voluntate principum habebat: plebes timebatur, & ante omnes L. Bantius, quem consensus attentatæ defectionis, ac metus à prætore Romano, nunc ad proditionem patriæ, nunc fi ad id fortuna defuisset, ad transfugiendum stimulabat. Erat juvenis acer, & fociorum ea tempestate prope nobilissimus æques. Seminecem eum ad Cannas in acervo cæsorum corporum Inventum, curatumque benigne, etiam cum donis Annibal domum remiserat. ob ejus gratiam meriti rem Nolanam in jus ditionemque dare volucrat Pœno: anxiumque eum, & sollicitum cum novandi res, prætor cernebat. Cæterum, quum aut pœna cohibendus esset, aut beneficio conciliandus; sibi assumpsisse, quam hosti ademisse fortem ac strenuum maluit socium, accitumque ad se benigne apellat: *Multos eum invidos inter populares habere, inde existimare facile esse, quæ nunc virtutis sibi initiaverit, quam multa eius consilia factiosa militaria essent. Sed qui in Romanis militaverit castris, non posse obscurari ejus virtutem esse. multos sibi qui eum eo stipendia fecerint, referre, qui ubi esset ille, quæque ea quoties portenta pro salute ac dignitate populi Romani audisset: utique Camensi prælio non prius pugna desitierit, quam prope exsanguis rutina superincidentium virorum eorum, armorumque fit oppressus. Itaque mihi virtute esto.* inquit, *apud me tibi omnis honos atque omne præmium erit: & quo frequentior meum fauris, fortiet eam tom tibi dignitati atque emolumento esse.* Ixtoque juveni promissis, equum eximium dono dat, bigatosque quingentos quæstorem numerare jubet: lictoribus imperat, ut eum se adire, quoties velit, patiantur.

Cap. X V I. Hac comitate Marcellii ferocis animus adeo eft mollitus, ut nemo inde fociorum rem Romanam fortius ac fidelius juverit. Quum Annibal ad portas esset, (Nolam enim rursus à Nuceria moverat castra) plebesque Nolana de integro ad defectionem spectaret, Marcellus, sub adventum hostium, intra muros se recepit, non castris metuens, sed ne prodendæ urbis occasionem nimis multis in eam imminentibus daret. Instrui deinde utrimque acies cœptæ; Romanorum pro mœnibus Nolæ; Pœnorum ante castra sua. prœlia hinc parva inter urbem castraque, & vario eventu fiebant: quia duces nec prohibere pugnantes, nec dare signum universæ pugnæ volebant. In hac cotidiana duorum exercituum statione, principes Nolanorum nunciant Marcello,

cello, *Nocturna colloquia inter plebem ac Patres fieri: statutumque esse, ut quum Romana acies egressa portis foret, impedimenta eorum ac farcinas diriperent, clauderent deinde portas, murosque occuparent, ut potentes rerum suarum atque urbis, Patrum inde pro Romano acciperent.* Hæc ubi nunciata sunt Marcello, collaudatis senatoribus Nolanis, prius quam aliquis motus intus oriretur, fortunam pugnæ experiri statuit. Ad treis portas in hostes versas tripartito exercitum instruxit: impedimenta subsequi justit: calones lixasque & invalidos milites, vallum ferre. media porta robora legionum & Romanos equites; duabus circa portis novos milites; levemque armaturam ac sociorum equites stetuit. Nolani muros portasque adire vetiti; subsidiaque destinata impedimentis data, ne occuparis proclio legionibus in ea imperus fieret. Ira infructi intra portas stabant. Annibali sub signis (id quod per aliquot dies fecerat) ad multum diei in acie stanti, primo miraculo esse, quod nec exercitus Romanus porta egredereretur, nec armatus quisquam in muris esset. ratus deinde prodita colloquia esse, metuque retides factos, partem militum in castra redire, Nolos propere apparatum omnem oppugnandæ urbis in primam aciem afferre: satis fidens, si cunctantibus instaret, tumultum aliquem in urbe plebem moniturum. Dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa, succeditque ad muros acies, præcipitato repente portæ Marcellus, signa canere, clamoremque tolli, ac pedites primum, deinde equites, quanto maximo possent impetu, in hostem erumpere jubet. Satis terroris tumultusque in aciem mediam intulerant, quum duabus circa portis M. Valerius Flaccus & M. Aurelius legati in cornua hostium erupere. Addidere clamorem lixæ calonesque, & alia turba custodiæ impedimentorum apposita, ut pauciatem maxime spernentibus Pœnis, ingentis repente exercitus speciem fecerint. Vix equidem ausim adirmare, quod quidam auctores sunt, duo millia & trecentos hostium cæsos: non plus uno Romanos amisisse. sive tanta, sive minor victoria fuit; ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello, gesta sit. non vinci enim ab Annibale vincentibus difficilius fuit, quam postea vincere.

Cap. XVII. Annibal spe portunidæ Nolæ adempta, quum Acerras necessisset: Marcellus exemplo clausis portis, custodibusque dispositis, ne quis egrederetur, quæstionem in foro de iis qui clam in colloquiis hostium fuerant, habuit: supra sestuginta damnatos proditionis secuti percussit, bonaque eorum justit publica populi Romani esse: & summa rerum senatui tradita, cum exercitu omni prefectus supra Suessulam, castris positis confedit. Pœnus Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere, posteaquam obstinatos vidit, obsidere inde atque oppugnare parat. caeterum Acerranis plus animi quam virium erat. itaque desperata tutela urbis, ut circumvallari mœnia viderunt, priusquam continuarentur hostium opera, per intermissa munimenta neglectaque custodias, silentio noctis dilapsi, per vias inviaque, qua quemque aut consilium, aut terror tulit, in urbes Campaniæ, quas satis certum erat non mutasse fidem, perfugerunt. Annibal Acerris direpti atque incensis, quum à Casilino dictatorem Romanum legionesque novas acciri nunciasset, ne quis tam propinquis hostium castris Capuam quoque recurrat, exercitum ad Casilinum dicit. Casilinum eo tempore quingentis Prænestini habebant, cum paucis Romanis Latinique nominis, quos eodem audita Cannensis clades conturlerat. hi non confecto Prænestæ ad diem delecta, ferius profecti domo, quum Casilinum ante adverse pugnæ famam venissent, & aliis aggrederent tesa Romani sociisque, profecti à Casilino cum satis magno agmine erent; avertit eos retro Casilinum nuncius Cannensis pugnæ. Ibi quum dies aliquot suspecti Campanis timentesque, cavendis ac struendis inviceni insidiis traduxissent, jamque de Capuæ defectione agi accipique Annibalem satis pro certo habuere; interfectis nocte oppidanis, partem urbis quæ eis Vulturnum est, (eo enim dividitur amni) occupavere. idque præsidii Casilini habebant Romani. Additur & Perusina cohors, homines quadringenti sexaginta, eodem nuncio, quo Prænestini paucos ante dies Casilinum compulit. & satis ferme armatorum ad tam exigua mœnia, & flumine altera parte cincta, ruenda, erat. penuria frumenti, nimium etiam ut videretur hominum, efficiebat.

Cap. XVIII. Annibal quum jam inde haud procul esset, Gætulos cum præfecto, nomine Hasca, præmittit: ac primo, si fiat colloquii copia, verbis benignis ad portas aperiendas præsidiumque accipiendum perliecre jubet: si in pertinacia perstent, rem gerere ac tentare, si qua parte invadere urbem possit. Ubi ad mœnia accessere quia silentium erat, solitudo visa, metuque concesum barbaros ratus, moliri portas & claustra refringere parat. quum patefactis repente portis cohortes duæ id ipsum intructæ intus, ingenti

cum tumultu erumpunt, stragemque hostium faciunt. Ita primis repulsis, Maharbal cum majore roborе virorum missus, nec ipse eruptionem cohortium sustinuit. Postremo Annibal, castris ante ipsa moenia oppositis, parvam urbem parvumque praesidium fumma vi atque omnibus copiis oppugnare parat. ac dum instat lacessitque, corona undique circumdatis moenibus, aliquot millibus & promptissimum quemque e muro turribusque ictos amisit. Semel ultro erumpentes agmine elephantorum oppositо prope intercluit, trepidoque compulit in urbem: paris multis, ex ea tanta paucitate, interfectis. plures cecidissent, ni nox proelio interveniisset. Postero die omnium animi ad oppugnandum accendunur; utique posteaquam corona aurea muralis propofita est, atque ipse dux, castelli plano loco positi segmen oppugnationem Sagunti expugnatoribus exprobrabat: Cannarum Trasimenique & Trebiae fingulos admonens, universosque. Inde vineae quoque coepta agi, cuniculique: nec ad varios conatus hostium aut vis ulla, aut ars deerat. Socii Romanorum propugnacula adversus vineas fatuere, transiversis cuniculis hostium cuniculos excipere, & palam & clam coeptis obviam ire; donec pudor etiam Annibalem ab incoepto avertit: caftrisque communitis ac praesidio modico impofito, ne omissa res videretur, in hiberna Capuam concessit. Ibi partem majorem hiemis exercitum in tectis habuit; adversus omnia humana malia fepe ac diu durantem, bonis inexpertum atque insuetum. iraque quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptatis immodicae: & eo impensius, quo avidius, ex infolentia in eas fe mersérant. Somnus enim, & vinum, & epulae, & scorta, balineaque, & otium, consuetudine indies blandius, ita enervaverunt corpora animosque, ut magis deinde praeteritae eos victoriae quam praesentes tutarentur vires: majusque id peccarum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romanam duxisset. illa enim cunctatio, diffuliffe modo victoriam videri potuit; hic error vires ademisse ad vincendum. Itaque, hercule, velut si cum alio exercitu à Capua exiret, nihil usquam priftinae difciplinae tenuit. nam & redierunt plerique fcortis impliciti: & ubi primum sub pellibus haberi coepti sunt, viaque & alius militaris labor excepit, tironum modo, corporibus animisque deficiebant: & deinde per omne aestivorum temous magna pars fine commeatibus ab fignis dilabebantur: neque aliae latebrae, quam Capua, defertoribus erant.

Cap. XIX. Caeterum, mitescente jam hieme, educto ex hibernis milite, Caftilinum redit. ubi quamquam ab oppugnatione ceffarum erat, obfidio tamen continuata oppidanos praefidiumque ad ultimum inopiae adduxerat. Caftris Romanis Ti. Sempronius praerat; dictatore auspicium repetendorum causa profecto Romam. Marcellum & ipfum cupientem ferre auxilium obfeffis, & Vulturnus amnis inflatus aquis, & praeces Nolanorum atque Acerranorum, tenebant; Campanos timentium, fi praefidium Romanum abceffiffet, Gracchus affidens tantum Caftilino, quia praeditum erat dictatoris, ne quid abfente eo rei gereret, nihil movebat: quamquam quae facile omnem patientiam vincerent, nunciabantur à Caftilino. nam & praecipitasse ea quofdam non tolerantes famem, conftabat: & ftare inermes in muris, nuda corpora ad miffilium telorum ictus praebentes. Ea aegre patiens Gracchus; quum neque pugnam conferere dictatoris injuffu auderet; (pugnandum autem esse, fi palam frumentum importaret, videbat;) neque clam importandi fpes esset; farare, ex agris circa undique convecto, quum complura dolia complesset, nuncium ad magiftratum Caftilinum misit, ut excipierent dolia, quae amnis deferret. Infequenti nocte intentis omnibus in flumen, ac fpem ab nuncio Romano factam, dolia medio miffa amni deffuxerunt: aequaliter inter omnes frumentum divisum. Id postero quoque die ac tertio factum est. nocte & mittebantur & perveniebant: eo cuftodias hoftium fallebant. Imbribus deinde continuis citatior folito amnis, transversio vorice dolia impulit ad ripam quam hoftes fervabant. Ibi haerentia inter obnata ripis falicta conspiciuntur: nunciatumque Annibali est, & deinde interiore cuftodia cautum, ne quid falleret Vulturno ad urbem miffum. Nuces tamen fufae ab Romanis caftris, quum medio amni ad Caftilinum deffuerent, eratibus excipiebantur. Poftremo ad id ventum inopiae est, ut lora detractasque fcutis pelles, ubi fervida molliffent aqua, mandere conarentur, nec muribus aliove animali abftinerent, & omne herbarum radicumque genus aggeribus infimis muri eruerent; & quum hoftes obtraffent quidquid herbae terrani extra murum erat, raporum femen injecerunt, ut Annibal, *Eone usque dum ea nascantur, ad Caftilinum feffurus fum*, exclamaret: & qui nullam antea pationem auribus admiferat, tum demum agi fecum eft paffus de redemptione liberorum capitum. Septunces auri in fingulos prerium convenit. Fide accepta, fefe tradiderunt: donec

donec omne aurum persolutum est, in vinculis habiti: tum remissi Cumas cum fide. Id verius est, quam ab equite in absentes immisso interfectos. Prænestini maxima pars fuere. ex quingentis sepruaginta, qui in præsidio fuerunt, minus dimidium, ferrum famesque absumpsit: cæteri incolumes Prænestæ cum prætore suo Manicio (scriba is antea fuerat) redierunt. Statua ejus indicio fuit, Prænestæ in foro posita, loricata, amicta toga, velato capite: & tria signa cum titulo lamnæ æneæ inscripto, *Manicium pro militibus, qui Casilini in præsidio fuerint, votum voviſſe.* Idem titulus tribus signis in æde Fortunæ positis fuit subjectus.

Cap. XX. Casilinum oppidum redditum Campanis est; firmarum septingentorum militum de exercitu Annibalis præsidio: ne ubi Pœnus inde abiceſſiſſet, Romani oppugnarent. Prænestinis militibus senatus Romanus, duplex stipendium & quinquennii militiæ vacationem decrevit. civitate quum donarentur ob virtutem, non munerorum. Perutilium eorum casus obscurior fama est: quia nec ipsorum monumento ullo est illustratus, nec decreto Romanorum. Eodem tempore Petellinos, qui ex Bruttiis manserant in amicitia Romana, non Carthaginienſes modo, qui regionem obtinebant, sed Bruttii quoque cæteri ob separata ab se consilia oppugnabant. Quum obsistere malis nequirent Petellini, legatos Romam ad præsidium petendum miserunt. quorum preces lacrimæque (in quæstus enim flebiles, quum sibimetipsi consulere jussi sunt, sese in vestibulo curiæ profuderunt) ingentem misericordiam Patribus ac populo moverunt. consultique iterum à Manio Pomponio Prætore Patres, circumspectis omnibus imperii viribus, fateri coacti, nihil jam longinquis sociis in se præsidii esse; redire domum, fideique ad ultimum expleta, consulere sibimetipsos in aliquam præsenti fortuna jusserunt. Hæc posteaquam renunciata legatio Petellinis est, tantus repente mœror pavorque senatum eorum cepit, ut pars profugiendi qua quisque posset, ac deserendæ urbis auctores essent: pars quando deserti a veteribus sociis essent, adjungendi se cæteris Bruttiis, ac per eos dedendi Annibali. Vicit tamen ea pars, quæ nihil raptim nec remere agendum consulendumque de integro censuit. Re laxata postero die per minorem trepidationem retinuerunt optimates, ut convectis omnibus ex agris, urbem ac muros firmarent.

Cap. XXI. Per idem fere tempus literæ ex Sicilia Sardinia que Romam allatæ. Priores ex Sicilia T. Otacilii Prætoris in senatu recitatæ sunt: L. Furium Prætorem cum classe ex Africa Lilybæum venisse: ipsum graviter faucium in discrimine ultimo vitæ esse. militi & navalibus sociis neque stipendium neque frumentum ad eum dari; neque unde detur, esse. Magnopere suadere, ut quam primum ea mittantur: fibique si ita videatur, ex novis prætoribus succeſſorem mitrant. Eademque ferme de stipendio frumentoque ab A. Cornelio Mammula Proprætore ex Sardinia scripta. Relponsum utrisque, non esse unde mitterentur. Jussique ipsi, classibus atque exercitibus suis consulere. T. Otacilius, ad unicum subsidium populi Romani Hieronem legatos quum misiſſet, in stipendium, quanti argenti opus fuit, & sex menſium frumentum, accepit. Cornelio in Sardinia civitates sociæ benigne contulerunt. Et Romæ quoque propter penuriam argenti: triumviri menſarii rogatione M. Minucii trib. pleb. facti, L. Æmilius Papus qui consul censorque fuerat: & M. Atilius Regulus, qui bis consul fuerat: & L. Scribonius Libo, qui tum tribunus pleb. erat. Et duumviri creati, M. & C. Atilii, ædem Concordiæ, quam L. Manlius Prætor voverat, dedicaverunt. Et tres pontifices creati, Q. Cæcilius Metellus, & Q. Fabius Maximus, & Q. Fulvius Flaccus; in locum P. Scantinii demortui, & L. Æmilii Paulli Consulis, & Q. Æilii Pæti, qui ceciderant pugna Cannenſi.

Cap. XXII. Quum cætera quæ continuis cladibus fortuna minuerat, quantum consiliis humanis assequi poterant, Patres expleſſent; tandem se quoque & sollitudinem curiæ, paucitatemque convenientium ad publicum concilium reſpexerunt. neque enim post L. Æmilium & C. Flaminium censores senatus lectus fuerat, quum tantum senatorum adverſæ pugnæ, ad hoc sui quemque casus per quinquennium absumpſiſſent. Quum de ea re Manius Pomponius Prætor, dictatore post Casilinum amiſſum profecto jam ad exercitum, expoſcentibus cunctis retulisset; tum Sp. Carvilius, quum longa oratione non solum inopiam, sed paucitatem etiam civium, ex quibus in Patres legerentur, conquestus esset, explendi senatus causa, & jungendi arctius Latini nominis, pro magna re laudere, dixit, ut ex singulis populis Latinorum, binis senatoribus, si Patres Romani censuiſſent, civitas daretur: atque in demortuorum locum in senatum legerentur. Eam sententiam haud æquioribus animis, quam ipsorum quondam postulatum Latinorum Patres audierunt: & quum fremitus indignantium tota curia esset; & præcipue Manlius, esse etiam nunc stirpis

pis ejus virum, diceret, ex qua quondam in Capitolio Consul minatus esset, quem Latinum in curia vidisset, eum tua manu fe interfecturum: Q. Fabius Maximus, *Nunquam vel ultius alieniore tempore mentionem factam in senatu*, dixit, *quam inter tam suspensos fociorum animos, incertamque fidem, id tactum, quod insuper sollicitaret eos. eam unius hominis temerariam vocem silentio omnium extinguendam esse. & si quid unquam arcani sanctique ad silendum in curia fuerit, id omnium maxime tegendum, occultendum, obliviscendum, pro non dicto habendum esse.* ita ejus rei oppressa mentio est. Dictatorem, qui censor ante fuisset, vetustissimulque ex eis qui viverent censorlis esset, creari placuit, qui senatum legeret: accirique C. Terentium consulem ad dictatorem dicendum jusserunt. qui quum ex Apulia, relicto ibi præsidio, magnis itineribus Romam rediisset; nocte proxima, ut mos erat, M. Fabium Buteonem ex SC. fine magistro equitum dictatorem in sex menses dixit.

Cap. XXIII. Is, ubi cum lictoribus in Rostra ascendit, *neque duos dictatores tempore uno, quod nunquam antea factum esset, probare se*, dixit: *neque dictatorem se sine magistro equitum: nec censorem vim permissam uni & eidem itenum: nec dictatori, nisi rei gerendæ causa crearetur, in sex menses datum imperium. Quæ immoderata fors, tempus ac necessitas fecerint, iis se modum impositurum. nam neque senatu quemquam moturum ex iis, quos C. Flaminius, L. Æmilius censores in senatum legissent: transcribi tantum rectarique eos jussurum. ne penes unum hominem judicium arbitriumque de fama ac moribus senatoris fuerit: & ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordini, non homo homini præstatus videretur.* Recitato vetere senatu, inde primos in demortuorum locum legit, qui post L. Æmilium & C. Flaminium censores curulem magistratum cepissent, necdum in senatum lecti essent; ut quisque eorum primus creatus erat: tum legit, qui ædiles, tribuni plebeli, quæstoresve fuerant: tum ex iis qui magistratus non cepissent, qui spolia ex hoste fixa domi haberent, aut civicam coronam accepissent. Ita centum septuaginta feprem cum ingenti approbatione hominum in senatum lectis, extemplo se magistratu abdicavit, privatusque de Rostris descendit; lictoribus abire jussis. turbæque se immisceri privatas agentium res, tempus hoc sedulo terens, ne deducendi sui causa populum de foro adduceret: neque tamen elanguit cura hominum ea mora, frequentesque eum domum deduxerunt. Consul nocte insequenti ad exercitum rediit, non facto certiore senatu, ne cui mitiorum inde causa in urbe retineretur.

Cap. XXIV. Postero die consultus à Man. Pomponio prætore senatus decrevit dictatori scribendum, uti, si è republica censeret esse, ad consules subrogandos veniret cum magistri equitum, & prætore. M. Marcellus, ut ex iis præsentibus nosceret Patres possent, quo statu respublica esset, consilia que ex rebus caperent. Qui acciri erant, omnes venerunt, relictis legatis qui legionibus præsidebant. Dictator, de se pauca ac modice locutus, in magistrum equitum, Ti. Sempronium Gracchum, magnam partem gloriæ vertit; comitiaque edixit, quibus L. Postumius tertium absens, qui tum Galliam provinciam obtinebat, & Ti. Sempronius Gracchus, qui tum magister equitum eo accurrerat, consules crearentur. Prætores inde creati, M. Valerius Lævinus, & Ap. Claudius Pulcher, Q. Fulvius Flaccus, Q. Mucius Scævola. Dictator, crearis magistratibus, Theanum in hiberna ad exercitum rediit; relicto magistro equitum Romæ: qui quum post paucos dies magistratum juraret esset, de exercitibus scribendis comparandisque in annum, Patres consulerent. Quum ex omnibus ærarem agerentur, nova clades nunciata; aliam super aliam cumulante in eum annum fortuna; L. Postumium consulem designatum, in Gallia ipsum atque exercitum deletos. Silva erat vasta (Litanam Gallii vocabant) qua exercitum traduci oportebat. ejus silvæ dextra lævaque circa viam Galli arbores ita incideranr, ut immotæ starent, momento levi impulsæ occiderent. Legiones duas Romanas habebat Postumius, sociumque ab supero mari tantum conscripserat, ut viginti quinque millia armatorum in agros hostium induxerit. Galli coram extremæ silvæ quum circumsedissent, ubi intravit agmen saltum, tum extremas arborum succidarum impellunt. quæ alia in aliam instabilem per se ac male hærentem, incidentes, ancipiti strage, arma, viros, equos obruerunt, ut vix decem homines effugerent. Nam quum examinati pleriique ramorum, cæteram quoque multitudinem inopinato malo trepidam, Galli, saltum omnem armati circumsidentes, interfecerunt; paucis è tanto numero captis, qui stumnis pontem petentes, obsesso ante ab hostibus ponte intercluli sunt. Ibi Postumius, omni vi, ne capererur, dimicans occubuit. spolia corporis caputque ducis præcisum Boii ovantes, templo, quod sanctissimum est apud eos, intulere; purgato inde ca-

pite,

pite, ut moelis esi, calvam auro cælavere. idque sacrum vas iis erat, quo solemnibus precarentur: peculiamque iidem sacerdoti esse, ac templa antistitibus. Præda quoque haud minor Gallis quam victoria fuit. nam essi magna pars animalium strage silvæ oppressa erat, tamen cæteræ res, quia nihil dissipatum fuga est, sirare pro omnem jacentis agminis ordinem invenere suum.

Cap. XXV. Hac nunciata clade, quum per dies multos in tanto pavore fuisset civitas, ut, tabernis clausis, velut nocturna solitudine per urbem acta, senatus ædilibus negotium daret, ut urbem circumirent, aperirique vetarent. Se mœstitiæ publicæ speciem urbi demi jubarent; tum Ti. Sempronius senatum habuit, consolatusque Patres est Se adhortatus, ne, qui Cannensi ruinæ non succubuissent, ad minores calamitates animos summitterent. quod ad Carthaginienses hostes Annibalemque attinet, nunc spes omnes eo esse, ut speraret, futura, Gallicum bellum eo omitti tuto & differri posse: ultionemque eam fraudis in Deorum ac populi Romani postetate fore. De hoste Pœno exercitibusque, per quos id bellum gereretur, consultandum atque agitandum. Ipse primum quid peditum, quid equitum, quid civium, quid sociorum in exercitu esset dictatoris, disserut. Tum Marcellus suarum copiarum summam exposuit. Quid in Apulia cum C. Terentio consule esset, à peritis quæsitum est: nec unde consulares exercitus satis scirent, nec quid hellum efficerentur, inibatur ratio. Itaque Galliam, quamquam stimulabat justa ira, omitti eo anno placuit. Exercitus dictatoris Consuli decretus est. De exercitu Marcelli, qui eorum sui fuga Cannensi fessent, in Sicilian ire traduci, atque ibi militare, donec in Italia hostis discesserit. eodem ex dictatoris legionibus rejici militem minimi quemque roboris: nullo præstituto militiæ tempore, nisi qui stipendiorum legitimorum esset. Duæ legiones urbanæ alteri Consuli, qui in locum L. Postumii suffectus esset, decerni: eumque, quum primum salvis auspiciis posset, creari placuit, legiones præterea duas primo quoque tempore ex Sicilia deciri: atque inde consuli, cui legiones urbanæ evenissent, militum sumeret quantum opus esset. C. Terentio Consuli prorogari in annum imperium: neque de eo exercitu autem ad præsidium Apuliæ haberet, quicquam minui.

Cap. XXVI. Dum hæc in Italia geruntur apparanturque, nihilo segnius in Hispania bellum erat: sed ad eam diem magis prosperum Romanis, P. & Cn. Scipionibus inter se partitis copias, ut Cnæus terra, Publius navibus rem gereret. Asdrubal Pœnorum imperator, neutri parti virium satis fidens, procul ab hoste, intervallo ac locis rutus tenebat se: cui multum ac diu obtestanti, quatuor millia peditum, & quingenti equites in supplementum missi ex Africa sunt. Tum refecta tandem spe, castra propius hostem movit: classemque & ipse instrui parari jubet, ad insulas maritimamque oram tutandam. In ipso impetu movendarum de integro rerum, perculit eum præfectorum navium transitio: qui post classem ad Iberum per pavorem defertam graviter increpiti, nunquam deinde satis fidi aut Carthaginiensium rebus fuerant. Fecerant it transfugæ motum in Carpesiorum gente, defciverantque iis auctoribus urbes aliquot: una etiam ab ipsis vi capta fuerat. In eam gentem versum ab Romanis bellum est: infestoque exercitu Asdrubal ingressus agrum hostium, pro captæ ante dies paucos urbis mœnibus, Galbum nobilem Carpesiorum ducem, cum valido exercitu castris sese tenentem, aggredi statuit. Præmissa igitur levi armatura, quæ eliceret hostes ad certamen, peditum partem ad depopulandum per agros passim dimisit. ut palantes exciperent. Simul & ad castra tumultus erat, & per agros fugaque & cædes; deinde undique diversis itineribus quum in castra se recepissent, adeo repente decessit animis pavor, ut non ad munimenta modo defendenda satis animorum esset, sed etiam ad lacessendum hostem prœlio. Erumpunt igitur agmine è castris, tripudiantes, more suo. repentinaque eorum audacia terrorem hosti paulo ante ultro lacessenti incussit. Itaque & ipse Asdrubal, in collem satis ardtum tutumque fumine ceram edito, cum copias subduceit, & præmissam levem armaturam, equitesque palatos, eodem recipit: nec aut colli aut flumini satis fidens, vallo castra permunit. In hoc alterno pavore, certamina aliquot sunt contracta. nec Numida Hispano eques par fuit: nec jaculator Maurus cetrato, velocitate pari, robore animi viriumque, aliquantum præstanti.

Cap. XXVII. Posteaquam neque elicere Pœnum ad certamen obversati castris poterant, neque castrorum oppugnatio facilis erat; urbem Aitanam, quo fines hostium ingrediens Asdrubal frumentum commeatumque alios convexerat, vi capiunt, omnique circa agro potiuntur. nec jam aut in agmine aut in castris, ullo imperio contineri. Quam ubi negligentiam ex re (ut fit) bene gesta orti senserat Asdrubal, cohortatus milites, ut palatos sine signis hostes aggredere-

sentur; degressus colle, pergit ire acie instructa ad castra. quem ut adesse tumultuose nuncii refugientes ex speculis stationibusque attulere, ad arma conclamarum est. Ut quisque arma ceperat, sine imperio, sine signo, incompositi, inordinati in proelium ruunt. Jam primi conferuerunt manus, quum alii catervatim currerent, alii nondum e castris existent. tamen primo ipsa audacia terruere hostium. deinde rari in confertos illati: quum paucitas parum tuta esset, respicere alii alios, & undique pulsi coire in orbem, & dum corporibus applicantur, armaque armis jungunt, in arctum compulsi, quum vix movendis armis satis spatii esset, corona hostium cincti, ad multum diei cedunt. Exigua pars eruptione facta, silvas ac montes petit: parique terrore & castra sunt deserta, & universa gens posteo die in deditionem venit. Nec diu in pacato manfit. nam subinde ab Carthagine allatum est, ut Asdrubal primo quoque tempore in Italiam exercitum duceret. quae vulgata res per Hispaniam, omnium ferme animos ad Romanos avertit. Itaque Asdrubal exemplo literas Carthaginem mittit; indicans, *quanto fama profectionis suae damno fuisset. Si vero inde pergeret, prius quam Iberum transiret, Romanorum Hispaniam fore. Nam praeterquam quod nec praesidium nec ducem haberet, quem relinqueret pro se; eos imperatores esse Romanos, quibus vix aequis viribus resisti posset. Itaque si ulla Hispaniae cura esset, succesorem sibi cum valido exercitu mitterent: cui si omnia prospere evenirent, non tamen otiosam provinciam fore.*

Cap. XXVIII. Haec literae quamquam primo admodum moverunt senatum; tamen quia Italiae cura prior potiorque erat, nihil de Asdrubale, neque de copiis ejus mutatum. Himilco, cum exercitu justo, & aucta classe, ad retinendam terra marique, ac tuendam Hispaniam eft missus; qui ut pedestres navalesque copias trajecit, castris communitis, navibusque subductis, & vallo circumdatis, cum equitibus delectis ipse, quantum maxime accelerare poterat, per dubios infestosque populos juxta intentus ad Asdrubalem pervenit. Quum decreta senatus mandataque expositisset, atque edidicisset ipse invicem, quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret, retro in sua castra rediit; nulla re quam celeritate tutior, quod undique abierat, antequam consentirent. Asdrubal, priusquam moveret castra, pecunias imperat populis omnibus fuae ditionis; satis gnarus, Annibalem transitus quoddam pretio mercatum: nec auxilia Gallica aliter quam conducta habuisse; inopem tantum iter ingressum, vix penetraturum ad Alpes fuisse. pecuniis igitur raptim exactis, ad Iberum descendit. Decreta Carthaginiensium & Asdrubalis iter ubi ad Romanos sunt perlata, omnibus omissis rebus, ambo duces, junctis copiis, ire obviam coeptis atque obsistere parant; rati si Annibali, vix per se ipsi tolerando Italiae hosti, Asdrubal dux atque Hispaniensis exercitus esset junctus, illum Romani finem imperii fore. His anxii curis, ad Iberum conveniunt copias & transito amne, quum diu consultassent, utrum castra castris conferrent, an satis haberent, socii Carthaginiensium oppugnandis, morari ab itinere proposito haestem; urbem à propinquo flumine Iberam appellatam, opulentissimam ea tempestate regionis ejus, oppugnare parant. quod ubi sensit Asdrubal, pro ope ferenda sociis, pergit ipse ire ad urbem, deditam nuper in fidem Romanam, oppugnandam. Ita jam coepta obsidio omissa ab Romanis est, & in ipsum Asdrubalem versum bellum.

Cap. XXIX. Quinque millium intervallo castra distantia habuere paucos dies: nec sine levibus proeliis, nec ut in aciem exirent. tandem uno eodemque die velut ex compolito utrimque signum pugnae propositum est, atque omnibus copiis in campum descensum est. Triplex stetit Romana acies. velitum pars inter antesignanos locata, pars post signa accepta, equites cornua cinxere. Asdrubal mediam aciem Hispanis firmat: in cornibus, dextro Poenos locat, laevo Afros, mercenariorumque auxilia equitum, Numidas Poenorum peditibus; ceteros Afris pro cornibus opponit. nec omnes Numidae in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam saepe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transfultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est. Quum hoc modo instructi ituri in proelium utriusque partis haud ferme dispares spes erant. nam ne multum quidem, aut numero, aut genere militum, hi aut illi praestabant: militibus longe dispar animus erat. Romanis enim, quamquam procul à patria pugnarent, facile perfugerant duces, pro Italia atque urbe Romana eos pugnare. itaque, velut quibus reditus in patriam eo discrimine pugnae verteretur, obstinaverant animis, vincere aut mori. Minus pertinaces viros habebat altera acies, nam maxima pars Hispani erant: qui vinci in Hispania, quam victores in Italiam trahi, malebant. Primo igitur concursu quum vix pila conjecta essent, rerulit pedem media acies, inferentibusque sese magno impetu Romanis terga vertit. Nihilo segnius

in cornibus prœlium fuit. hinc Pœnus, hinc Afer urget: & velut in circumventos prœlio ancipiti pugnant. Sed quum in medium tota jam cohorte Romana acies, fatis virium ad dimovenda hostium cornua habuit. Itaque duo diversa prœlia erant: utroque Romani, ut qui pulsis tandem mediis, & numero & robore virorum præstarent, haud dubie superarunt. Magna vis hominum ibi occisa. & nisi Hispani vix dum conserto prœlio terga cihule fugissent, perpauci ex tota superfuissent acie. Equestris pugna nulla admodum fuit. quia simul inclinatam mediam aciem Mauri Numidæque viderunt, exemplo fuga effusa nuda cornua, elephantis quoque præ se actis, deseruere. Et Afdrubal utique ad ultimum evenrum pugnæ moratus, e media cæde vix paucis effugit Castra Romani cepere, atque diripuere. Ea pugna, si qua dubia in Hispania erant, Romanis adjunxit: Afdrubalique non modo in Italiam traducendi exercitus, sed ne manendi quidem satis tuto in Hispania, spem reliquit. Quæ postea quam literis Scipionum Romæ vulgata sunt; non tam victoria, quam probibito Afdruballs in Italiam transitu Lætabantur.

Cap. XXX. Dum hæc in Hispania geruntur, Petellia in Bruttiis aliquot post menibus quam cœpta oppugnari erat, ab Himilcone, præfecto Annibalis, expugnata est; multoque sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit: nec ulla magis vis obfessos, quam fames expugnavit. adfumptis enim frugum alimentis, carnisque omnis generis quadrupedum; intrinæ poftremo corbis, herbisque & radicibus, & corticibus tenellis, strictisque rubis vixere; nec, antequam vires ad standum in muris ferendaque arma deerant, expugnati sunt. Recepta Petellia, Pœnus ad Consentiam copias traducit: quam minus pertinaciter defentam, intra paucos dies ad deditionem accepit. Iisdem ferme diebus, & Bruttiorum exercitus, Crotonem, Græcam urbem, circumfedit; opulentam quondam armis virisque: tum jam adeo multis magnisque cladibus afflictam, ut omnis ætatis minus viginti millia civium superessent. itaque urbe defenforibus vasta, facile poterit dari hostes: arx tantum retenta, in quam inter tumultum captæ urbis è media cæde quidam effugere. Et Locrenses defciverc ad Bruttios Pœnosque; prodita multitudine à principibus. Rhegini tantummodo regionis ejus, & in fide erga Romanos, & potestatis suæ ad ultimum manserunt. In Sicilian quoque eadem inclinatio animorum pervenit: & ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstinuit, namque Gelo maximus stirpis, contempta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem, Romana focietate, ad Pœnos defecit: moviscrque in Sicilia res, nisi mors adeo opportuna, ut patrem quoque fuspicione adspergeret, armantem eum multitudinem, follicitamtemque focios abstmpsisset. Hæc eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hispania vario eventu acta. Exitu anni Q. Fabius Maximus à senatu postulavit, ut ædem Veneris Erycinæ, quam dictator vovisset, dedicare liceret. Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius Consul defignatus, quum primum magistratum iniisset, ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent ædis dedicandæ causfa. Et M. Æmilio Lepido, qui bis consul augurque fuerat, filii tres, Lucius, Marcus, Quintus, ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & viginti per triduum in foro dederunt. Ædiles curules C. Lætorius, & Ti. Sempronius Gracchus, Consul defignatus, qui in ædilitate magister equitum fuerat, ludos Romanos fecerunt, qui per triduum instaurati sunt. Plebei ludi ædilium M. Aurelii Cottæ & M. Claudii Marcelli ter instaurati. Circumactoque tertio anno Punici belli, Ti. Sempronius Consul Idibus Martiis magistratum iniit. Prætores Q. Fulvius Flaccus, qui antea consul censorque fuerat, urbanam; M. Valerius Lævinus peregrinam sortem in jurisdictione habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliam, Q. Mucius Scævola Sardiniam sortiti sunt. M. Marcello Proconsule imperium esse populus jussit, quod post Cannensem cladem unus Romanorum imperatorum in Italia profpere rem gessisset.

Cap. XXI. Senatus quo die primum est in Capitolio consultus, decrevit, ut, quo eo anno duplex tributum imperaretur; simplex confestim exigeretur, ex quo stipendium præsens omnibus militibus daretur, præterquam qui milites ad Cannas fuisfent. De exercitibus ita decreverunt, ut duabus legionibus urbanis Ti. Sempronius Consul Cales ad conveniendum diem edicerer. Inde sex legiones in castra Claudiana supra Suessulam deducerentur. quæ ibi legiones essent, (erant autem Cannensis maxime exercitus) eas App. Claudius Pulcher Prætor in Siciliam trajiceret; quæque in Sicilia essent, Romam deportarentur. Ad exercitum, cui ad conveniendum Cales edicta dies erat, M. Claudius Marcellus missus: isque jussus in castra Claudiana deducere urbanas legiones. Ad veterem exercitum accipiendum, deducendumque inde in Siciliam, T. Metilius Croto legatus ab Ap. Claudio est missus. Taciti primo exspectaverant homines, uti consul comitia collegæ creando

ab haberet. deinde, ubi ablegatum, velut de industria, M. Marcellum vi-derunt, quem maxime consulem in eum annum ob egregie in prætura res gestas creari volebant, fremitus in curia est ortus. Quod ubi sensit consul; *Utrumque*, inquit, *è republica fuit, Patres Conscripti, & M. Claudium ad permandanda exercitus in Campaniam profici, & comitia non prius edixi, quam is inde, consulto, quod mandatum est, negotio, revertisset. Utros consulem, quem tempus reipublicæ postularet, quem maxime vultis, habebetis.* Ita de comitiis, donec rediit Marcellus, silentium fuit. Interea duumviri creati sunt Q. Fabius Maximus Servilianus, T. Otacilius Crassus, ædibus dedicandis: Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinæ. Utraque in Capitolio est; canali uno discretæ. Et de trecentis equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide dispendiis emeriti Romam venerant, dein latum ad populum, ut cives Romani essent: ferme ita municipes Cumani essent, priusquam populus Campanus à populo Romano defecisset. Maxime ut hoc ferretur, movebat, quod, quorum hominum essent, scire se ipsi negabant; vetere patria relicta, in eam in quam redierant, nondum adscita. Postquam Marcellus ab exercitu rediit, comitia uni consuli rogando in locum L. Postumii edicuntur. Creatur ingenti consensu Marcellus, qui extemplo magistratum occiperet. cui ineunti consulatum quum tonuisset, vocati augures, virio creatum videri pronunciaverunt; vulgoque Patres ut fama ferebant, quod tum primum duo plebeii consules facti essent, id deis credi non esse. In locum Marcelli, ubi is se magistratu abdicavit, suffectus Fabius Maximus tertium. Mare arsit eo anno: ad Sinuessam bos equuleum peperit: signa Lanuvii ad Veiovis Sospitæ cruore manarunt, labiisque circa id templum pluit. ob quem imbrem novendiale, ut aiebat, sacrum fuit: cæteraque prodigia cum cura expiata.

Cap. XXXII. Consules exercitus inter se diviserunt. Fabio exercitus, cui M. Junius dictator præfuerat, evenit; Sempronio volones qui fierent, & sociorum viginti quinque millia; M. Valerio prætori legiones quæ ex Sicilia redierant; decretæ: M. Claudius proconsul, ad eum exercitum, qui supra Suessulam Nolæ præsideret, missus. Prætores in Siciliam ac Sardiniam profecti. Consules edixerunt, quoties in senatum vocassent, uti senatores, quibusque in senatu dicere sententiam liceret, ad portam Capenam convenirent. Prætores quorum jurisdictio erat, tribunalia ad Piscinam publicam posuerunt. eo vadimonia fieri jusserunt: ibique eo anno jus dictum est. Interim Carthaginem, unde Mago frater Annibalis duodecim millia peditum, & mille quingentos equites, viginti elephantos, mille argenti talenta in Italiam transmissurus erat, cum præsidio sexaginta navium longarum; nuncius affertur, in Hispania rem male gestam, omnesque ferme ejus provinciæ populos ad Romanos defecisse. Erant qui Magonem, cum classe ea, copiisque, omissa Italia, in Hispaniam asserterent; quum Sardiniæ recipiendæ repentina ipsi adfuisset. *Parvum id exercitum Scipionum esse, cæterum prætorem inde A. Cornelium provinciæ peritum decedere, novum confectari. Ad hoc, fessos jam annos Sardorum esse diuturnitate imperii; & proximo iis anno aegre atque avare imperatum. Gravi tributo & collatione insuper frumenti pressos. nihil aliud quam auctorem ad quem deficerent.* Hæc clandestina legatio per principes missa erat: maxime eam rem moliente Hampsicora, qui tum auctoritate atque opibus longe primus erat. His nunciis prope uno tempore turbati ecclesiæ in Hispaniam mittunt. in Sardiniam Asdrubalem, cognomento Calvum, deligunt ducem: & tantum ferme copiarum, quantum Magoni, decernunt. Et Romæ consules, transactis rebus quæ in urbe agendæ erant, movebant jam fere ad bellum. T. Sempronius, militibus Sinuessam diem ad conveniendum edixit. & Q. Fabius, consulto prius senatu, ut frumenta omnes ex agris, ante Kalendas Junias primas, in urbes munitas conveherent. *Qui non invexisset, eius se acrum populaturum: servos sub hasta venditurum: villas incensurum.* Ne prætoribus quidem, qui ad jus dicendum constituerant, vacatio ab belli administratione data est. Valerium prætorem in Apuliam ire placuit, ad exercitum à Terentio accipiendum, quum ex Sicilia legiones venissent; iis potissimum uti ad regionis ejus præsidium: Terentianum mitti cum aliquo legato. Et viginti quinque naves M. Valerio datæ sunt, quibus oram maritimam inter Brundusium ac Tarentum tutari posset. Par navium numerus Q. Fulvio prætori urbano decretus ad suburbana littora tutanda. C. Terentio proconsuli negotium datum, ut in Piceno agro conquisitionem militum haberet, locumque iis prædicto esset. Et T. Otacilius Crassus posteaquam ædem Mentis in Capitolio dedicavit, in Siciliam cum imperio, qui classi præesset, missus.

Cap. XXXIII. In hanc dimicationem duorum opulentissimorum in terris populorum, omnes reges gentesque animos intenderant. inter quos

quos Philippus Macedonum rex, eo magis, quod propior Italiæ acmari tantum Ionio disceretus erat. Is ubi primum fama accepit, Annibalem Alpes trangressum; ut bello inter Romanos Pœnumque orto lætatus erat: ita utrius populi maller victoriam esse, incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fuerat. Postea quam certa jam pugna, terra victoria cum Pœnis erat; ad fortunam inclinavit, legatosque ad Annibalem misit: qui vitantes portus Brundusinum Tarentinumque, quia custodiis navium Romanarum tenebantur; ad Lacinie Junonis in terram egressi (unt. Inde per Apuliam petentes Capuam, media ina prædia Romana illari sunt: deductique ad M. Valerium Lævinum prætorem, circa Nuceriam castra habentem. Ibi intrepide Xenophanes legationis princeps à Philippo regi se missum, ait, ad amicitiam societatemque jungendam cum populo Romano, mandata habere ad consules, ac senatum populumque Romanum. Inter defectiones veterum sociorum, Valerius nova fœderate tam clari regis lætus admodum, hostes pro hospitibus comiter accepit. dat qui profequantur, itinera cum cura demonstrent, quæ loca, quæque fallus, aut Romanus, aut hostes teneant. Xenophanes per prædia Romana in Campaniam, inde qua proximum fuit, in castra Annibalis pervenit, fœdusque cum eo atque amicitiam junxit legibus his: *ut uterque rex quam maxime classe (dicentas autem navet celeberrime effecturus) in Italiam trajiceret, & vastaret maritimam oram: bellum pro parte sua terra mariique gereret. ubi debellatum esset, Italia omnis cum ipsa urbe Roma Carthaginiensium atque Annibalis esset, prædaque omnis Annibali cederet. Pernomita Italia, navigarent in Græciam, bellumque cum quibus regibus placeret, gerevent. quæ civitates continentis, quæ insulæ ad Macedantam vergunt, ea Philippi regnique ejus essent.*

Cap. XXXIV. In has ferme leges, inter Pœnum ducem legatosque Macedonum ictum fœdus, missique cum iis ad regis ipsius firmandam fidem legati, Gisgo, & Bostar, & Mago, eodem ad Junonis Lacinie, ubi navis occulta in statione erat, pervenium: inde profecti, quum jam altum tenerent, conspecti à classe Romana sunt, quæ prædio erat Calabriæ littoribus. P. Valerius Flaccus cercuros ad perfequendam retrahendamque navem quum misisset, primo fugere regii conati: deinde, ubi celeritate vinci intellerunt, tradunt se Romanis: & ad præfectum classis adducti, quum quæreret, qui, & unde, & quo tenderent cursum; Xenophanes primo, satis jam semel felix mendacium struere, Philippum fœdi Romanos misisse, ad M. Valerium, ad quem unum iter tutum fuerit, perveniste. Campaniam superare nequisse, septam hostium prædibus. deinde ut Punicus cultus, habitusque suspectos legatos fecit Annibalis, interrogatusque ferro protulit: tum, comitibus eorum seductis, ad mentem territis, literæ quoque ab Annibale ad Philippum inventæ, & pacta pacis inter regem Macedonum Pœnumque ducem. Quibus satis cognitis, optimum visum est, captivos comitesque eorum, Romam ad senatum, aut ad consules, ubicumque essent, quam primum deportare, ad id celeritimæ quinque naves delectæ: ac L. Valerius Antias, qui præesset, missus: eique mandatum, ut in omnes naves legates separatim custodiendos dividerer: daretque operam, ne quod iis colloquium inter eos esset, neve quæ communicatio consilii fieret. Per idem tempus Romæ quum A. Cornelius Mammula, ex Sardinia provincia decedens, retulisset, qui status rerum in insula esset, bellum ac defectionem omnes spectare; Q. Mucium, qui succeslisset illi, gravitate cœli aquarumque adventantem exercitum, non tam in periculosum, quam longum morbum implicitum, diu ad belli vim sustinendam inutilem fore, exercitumque ibi ut satis firmum pacatæ provinciæ præsidem esse, ita parum belio, quod morum iri videretur: decreverunt Patres, ut Q. Fulvius Flaccus quinque millia peditum, quingentos equites scriberet, eamque legionem primo quoque tempore in Sardiniam trajiciendam curarer, mitteretque cum imperio quem ipsi videretur, qui rem gereret, quoad Mucius convaluisset. Ad eam rem missus est T. Manlius Torquatus, qui bis consul cenlorque fuerat, sibeque ratque in consulatu Sardos. Sub idem fere tempus, & à Carthagine in Sardiniam classis missa duce Asdrubale, cui Calvo cognomen erat. fœda tempestate vexata, ad Baleares insulas ejicitur. ibique (adeo non armamenta modo, sed etiam alvei navium quassati erant) subductæ navos dum reficiuntur, aliquantum temporis triverunt.

Cap. XXXV. In Italia quum post Cannensem pugnam, fractis partis alterius viribus, alterius mollitis animis, segnius bellum esset: Campani per fœdortati sunt rem Cumanam sibi ditionis facere; primo sollicitantes, ut ab Romanis deficerent. ubi id parum processit, dolum ad capiendos eos comparant. Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas. eo fenarum Campanum venturum certiores Cumanos fecerunt: fede-

petieruntque, ut & Cumanus eo senatus veniret ad consultandum communiter, ut eosdem uterque populus socios hosteisque haberet: præsidium ibi armatum sese habituros, ne quid ab Romano Pœnove periculi esset. Cumani (quamquam suspecta fraus erat) nihil abnuere: ira tegi fallax consilium posse rati. Interim T. Sempronius consul Romanus Sinuessæ, quo ad conveniendum diem edixerat, exercitu lustrato, transgressus Vulturnum flumen, circa Literum castra posuit. Ibi, quia otiosa stativa erant, crebro decurrere milites cogebat, ut tirones (ea maxima pars voluminum erat) assuescerent signa sequi, & in acie agnoscere ordines suos. Inter quæ maxime inerat tum cura duci, itaque legatis tribunisque præceperat, *ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunæ discordiam inter ordines fereret: vetus miles tironi, liber volonti ipse exæquari sineret. Omnes satis honestos, genero sosque ducerent, quibus arma sua signaque populus Romanus commisisset. quæ fortuna coegisset ita fieri, eandem cogere tueri factum.* Ea non majore cura præcepta ab ducibus sunt quam à militibus observata, brevique tanta concordia coaluerant omnium animi, ut prope in oblivionem veniret, qua ex conditione quisque esset miles factus. Hæc agenti Gracchо, legati Cumani nunciarunt, quæ à Campanis legatio paucos ante dies venisset, & quid iis ipsi respondissent. Triduum post eum diem festum esse: non senatum solum omnem ibi futurum, sed castra etiam & exercitum Campanum. Gracchus, justis Cumanis omnia ex agris in urbem convehere & manere intra muros, ipse pridie quam status sacrificium Campanis esset; Cumas movet castra. Hamæ inde tria millia passuum absunt. Jam Campani eo frequentes ex compositо convenerant, nec procul inde in occulto Marius Alfius Medixtuticus (summus magistratus erat Campanis) cum quatuordecim millibus armatorum habebat castra, in sacrificio apparando, & inter id instruendæ fraudi aliquanto intentior, quam muniendis castris, aut ulli militari operi. Triduum sacrificationem ad Hamas. Nocturnum erat sacrum, ita ut ante mediam noctem compleretur. Huic Gracchus infidiandum tempori ratus, custodibus ad portas positis, ne quis enunciare posset cœpta, & ab decima diei hora coactis militibus corpora curare, somnoque operam dare, ut primis tenebris convenire ad signum possent, vigilia ferme prima tolli justit signa, silentioque profectus agmine, quum ad Hamas media nocte perveniset, castra Campana, ut in pervigilio negiecta, simul omnibus portis invadit: alios somno stratos, alios perpetraro sacro inermes redeuntes, obtruncat. hominum eo tumultu noctурno cæsa plus duo millia, cum ipso duce Mario Alfio. capta sunt signa militaria quatuor & triginta.

Cap. XXXVI. Gracchus minus centum militum jactura castris hostilium potitus, Cumas & propere recepit, ab Annibale minuente qui superi Capuam in Titatis habebat castra. Nec eum provida futuri fefellit opinio. nam simul Capuam ea clades est nunciata, ratus Annibal, ab re bene gesta infolenter lætum exercitum tironum magna ex parte fervorumque, spoliantem victos, præsidque agentem, ad Hamas se inventurum; citatumque agmen præter Capuam rapit: obviosque ex fuga Campanorum dato præsidio Capuam duci, saucios vehiculis portari jubet. ipse Hamis vacua ab hostibus castra, nec quicquam præter recentis vestigia cædis, ftrataque passim corpora sociorum invenit. Auctores erant quidam ad protinus inde Cumas duceret, urbemque oppugnaret. Id quamquam haud modice Annibal cupiebat, ut quia Neapolim non potuerat, Cumas saltem, maritimam urbem, haberet; tamen, quia præter arma nihil secum miles raptim acto agmine extulerat, retro in castra fupra Titata fe recepit. Inde fatigatus Campanorum precibus, sequenti die cum omni apparatu oppugnandæ urbis, Cumas redit: perpopulatoque agro Cumano, mille passus ab urbe castra locat. Tum Gracchus, magis verecundia in tali necessitate deferendi socios, implorantes fidem suam populique Romani inbibitit, quam satis fidens exercitui. Nec alter consul Fabius, qui ad Cales castra habebat, Vulturnum flumen traducere audebat exercitum: occupatus primo aspiciis repetendis; dein prodigiis, quæ alia super alia nunciabantur, expiantique ea haud facile litare auspices refpondebant.

Cap. XXXVII. Hæ causse quum Fabium tenerent, Sempronius in obsidione erat; & jam operibus oppugnabatur. adverfus ligneam ingentem admoram urbi, aliam turrem ex ipso muro excitavit consul Romanus: aliquanto altiorem: quia muro satis pro se alto subjectis validis subiicis pro solo usus erat. Inde primum saxis, fudibusque, & cæteris missilibus propugnatores mœnia atque urbem tuebantur: postremo, ubi promovendo adjunctam muro viderunt turrem, facibus ardentibus plurimum simul ignem conjecerunt. quo incendio trepida armatorum multitudo quum de turri sese præcipitaret, eruptio ex oppido simul duabus portis facta, stationes hostium fudit, fugavitque in castra; ut eo die obsessо, quam obsidenti similior esset Pœnus. Ad mille trecentos Carthaginiensium cæsa:

cæsi: & undefexaginta vivi capti, qui circa muros & in stationibus solute ac negligenter agentes, quum nihil minus quam eruptionem timuissent, ex improviso oppressi fuerant. Gracchus, priusquam fe hostes ab repentino pavore colligerent, receptui signum dedit, ac suos intra muros recepit. Postero die Annibal elatum secunda re consulem justo prælio ratus certaturum, acieri inter castra atque urbem instruxit. cæterum posteaquam neminem moveri ab solita custodia urbis vidit, nec committi quicquam temerariæ fpei, ad Tifata redit infecta re. Quibus diebus Cumæ liberatæ sunt obsidione, iisdem diebus, & in Lucania ad Grumentum Tl. Sempronius, cui Longo cognomen erat, cum Hannone Pœno prospere pugnat. Supra duo millia hostium occidit, & ducentos octoginta milites amisit: signa militaria ad quadraginta unum cepit. Pulsus finibus Lucanis Hanno, retro in Bruttios sese recepit. Et ex Hirpinis oppida tria, quæ à populo Romano defecerant, vi recepta per M. Valerium prætorem. Vercellius Siciliusque, auctores defectionis, securi percussi. Supra mille captivorum sub hasta venierunt: præda alia militi concessa, exercitus Luceriam reductus.

Cap. XXXVIII. Dum hæc in Lucanis atque in Hirpinis geruntur, quinque naves, quæ Macedonum atque Pœnorum capos legatos Romam portabant, ab superno mari ad infernum circumvectæ prope omnem Italiæ oram, quum præter Cumas velis ferrentur, neque hostium an sociorum essent, satis sciretur, Gracchus obviam ex classe sua naves misit. cum percunctando invicem cognitum esset, consulem Cumis esse; naves Cumas appulsæ, captivique ad consulem deducti, & literæ datæ. Consul literis Philippi atque Annibalis perlectis, confignata omnia ad senatum litteris terrestri misit: navibus devehi legatos jussit. Quum eodem fere die literæ legatiæ Romam venissent, & percunctatione facta, dicta cum scriptis congruerent; primo gravis cura Patres incessit, cernentes, quanta vix tolerantibus Punicum bellum, Macedonici belli moles instaret. cui tamen adeo non succubuerunt, ut extemplo agitarent, quemadmodum ultro inferendo bello averterent ab Italia hostem. Captivis in vincula condi jussis, comitibusque eorum sub hasta venditis, ad naves viginti quinque, quibus P. Valerius Flaccus præfectus præerat, viginti paratas alias decernunt. His comparatis deductisque, & additis quinque navibus, quæ advexerant captivos legatos, quinquaginta naves ab Oftia Tarentum profectæ: jussisque P. Valerius, militibus Varronianis, quibus L. Apustius legatus Tarenti præerat, in naves impositis, quinquaginta navium classe non tueri modo Italiæ oram, sed explorare de Macedonico bello. si congruentia literis legatorumque indiciis Philippi consilia essent, ut M. Valerium prætorem literis certiorem faceret: iisque L. Apustio legato exercitui præposito, Tarentum ad classem profectus primo quoque tempore in Macedoniam transmitteret: daretque operam, ut Philippum in regno contineret. Pecuniam ad classem tuendam bellumque Macedonicum ea decreta est, quæ Ap. Claudio in Sicilium missa erat, ut redderetur Hieroni regi: ea per L. Apustium legatum Tarentum est devecta. simul ab Hierone missa ducenta millia modium tritici, & hordei centum.

Cap. XXXIX. Dum hæc Romani parant, agunque; ad Philippum captiva navis, una ex iis, quæ Romam missæ erant, ex curfu refugit: inde fcitum, legatos cum literis captos. Itaque ignarus de iis quæ cum Annibale legatis suis convenissent, quæque legati ejus ad fe allaturi fuissent, legationem aliam cum eisdem mandatis mittit. Legati ad Annibalem missi, Heraclitus, cui Scotino cognomen erat, & Crito Berræus, & Sositheus Magnes. Hi prospere tulerunt ac retulerunt mandata. sed prius se æstas circumegit, quam movere ac moliri quicquam rex posset: tantum navis una capta cum legatis momenti fecit, ad dilationem imminentis Romanis belli. Et circa Capuam, transgresso Vulturnum Fabio, post expiata tandem prodigia, ambo consules rem gerebant. Combulteriam, & Trebulam, & Saticulam, urbes, quæ ad Pœnum defecerant, Fabius vi cepit; præfidiaque in iis Annibalis, Campanique permulti capti. & Nolæ, ficut priore anno, senatus Romanorum, plebs Annibalis erat: consiliaque occulta de cæde principum & proditione urbis inibantur. Quibus ne incepta procederent, inter Capuam castraque Annibalis, quæ in Tifatis erant, traductio exercitu, Fabius super Vesuvium in Caftris Claudianis consedit, inde M. Marcellum proconsulem, cum iis copiis quas habebat, Nolam in præsidium misit.

Cap. XL. Et in Sardinia res per T. Manlium prætorem administrari cœpta, quæ omisse erant, posteaquam Q. Mucius prætor gravi morbo efficit implicitus. Manlius navibus longis ad Carales subductis, navalibusque sociis armatis, ut terra rem gereret, & à prætore exercitu accepto, duo & viginti millia peditum, mille & ducentos equites confecit. Cum his equitum peditumque copiis profectus in agrum hostium, haud procul ab

Hamplicora castris castra pepulit. Hamplicora tum forte profectus erat In Pellidos Sardos ad juventutem armandam, qua copias augeret. Filius ejus, nomine Hiostus, castris præerat: is adolescentia fervor, temere prælio inito fusus, fugatusque. ad tria millia Sardorum eo prælio cæsa, trecenti ferme vivi capti. Alius exercitus primo per agros silvasque fuga datus; dein, quo ducem fugitivæ fama erat, ad urbem nomine Cornum, cacput ejus regionis, confugit, debellatumque eo prælio in Sardinia esset, ni classis Punica cum duce Asdrubale, quæ tempestate dejecta ad Baleares erat, in tempore ad spem rebellandi advenisset. Manlius post fumam appulsæ Punicæ classis, Carales se recepit. ea occasio Hamplicoræ data, Pœno se jungendi. Asdrubal consilii interim expertis & classe remissa Carthaginem, duce Hamplicora ad sociorum populi Romani agrum populandum profectus, Carales perventurus erat, ni Manlius obvio exercitu ab effusa eum populatione continuisset. Primo castra castris modico intervallo sunt objecta, deinde pugnandi occasiones leviaque certamina vario eventu inita: postremo detentum in aciem, signisque collatis justo prœlio per quatuor horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem Pœni, Sardis facile vinci assuetis, fecerunt: postremo & ipsi, quum omnia circa fundæ ac fugæ Sardorum repleta essent, tum, cæterum terga dantes, circumducto cornu, quo pepulerat Sardos, inclusit Romanus. cædes inde magis, quam pugna fuit. Duodecim millia hostium cæsa, Sardorum simul Pœnorumque ferme tria millia & sexcenti capti, & signa militaria septem & viginti.

Cap XLI. Ante omnia claram & memorabilem pugnam fecit Asdrubal imperator captus, & Hanno, & Mago, nobiles Carthaginienses. Mago ex gente Barcina, propinqua cognatione Annibali junctus: Hanno auctor rebellionis Sardis; nec ne cujus haud dubie conciliorum. Nec Sardorum duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt. nam & filius Hamplicoræ Hiostus in acie cecidit: & Hamplicora cum paucis equitibus fugiens, ut super affictas res necem quoque filii audivit, nec ne cujus inceiventus cuepta impetu fit, mortem sibi conscivit. Cæteris urbs Cornus eadem, quæ ante, fugæ recepraculum fuit. quam Manlius victore exercitu aggressus, intra paucos dies recepit. Deinde aliæ quoque civitates, quæ ad Hamplicoram Pœnosque defecerant, obsidibus datis, dediderunt sese. quibus stipendio frumentoque imperato pro cujusque aut viribus aut delicto, Carales exercitum reduxit. Ibi navibus longis deductis, impositoque quem secum advexerat milite, Romam navigat, Sardiniamque perdomitam nunciat Patribus: & itipendium quattoribus, frumentum edilibus, captivosque Fulvio prætori tradidit. Per idem tempus T. Otacilius prætor quinquaginta navium ab Lilybæo classe in Africam transvectus, depopulatusque agrum Carthaginiensem, quum Sardiniam inde peteret, quo fama erat Asdrubalem a Balearibus nuper trajecisse, classi Africam repetenti occurrit, levique certamine in alto commisso, septem inde naves cum fecilis navalibus cepit: cæteras metus haud secus, quam tempestas, passim dejecit. Per eosdem forte dies & Bomilcar cum militibus ad supplementu n Carthagine missis, quadringintaque elephantis, & commeatu, Locros accesit, quem ut incautum opprimeret Ap. Claudius per simulationem provinciæ circumeundæ Messinam raptim exercitu ducto, æstu secundo Locros trajecit. Jam inde Bomilcar ad Hannonem in Bruttios profectus erat, & Locrenses portas Romanis clauserunt. Appius magno conatu nulla re gesta, Messanam repetit. Eadem æstate Marcellus ab Nola, quam præsidio obtinebat, crebras excursiones in agrum Hirpinum, & Samnites Caudinos fecit. adeoque omnia ferro atque igni vastavit, ut antiquarum Cladium Samnio memoriam renoverit.

Cap. XLII. Itaque extemplo legati ad Annibalem missi simul ex utraque gente: ita Pœnum allecuti sunt. *Hostes populi Romani, Annibal, fuimus primum per nos ipsi, quoad neptica anima nostræ vires nos tutari poterant. postea quam illæ defecere, Romanis bellum intulimus. Tu, qui nos adjunximus: a quo relicti, pacem necessariam accepimus, fruimusque in ea per annos prope quindecim ginta, ad id tempus quo in Italiam remisti. Tua nos non magis virtus fortunaque, quam unica comitas ac bona gitas ergo vestros habemus, quos ex hostibus remissisti, ita concilliavisti tibi, ut te salvo atque incolumi amico, non modo populum Romanum, sed ne Deos quidem tratos (si dici fas est) timeremus. At, Hercule, non solum incolumi & victore, sed præsente te, quum plurarum prope contagium ad Urbem nostrorum excauditi, ne flammata tecta posses conspicere: ita fumus altaportes hac æstate denasarit. ut M Marcellus non Annibal oriisse ad Cannas videatur: glorieturque Romani, te ad unum modo telum vigentem, velut aculeo emisso, torpere. Per annum prope annos cum populo Romano bellum gessimus: nullo extremo adjuti nec duce, nec exercitu: nisi quod per biennium Pyrrhus nostro magis milite suas auxit vires, quam suis viribus nos defendit. Non ego secundis rebus*

rebus nostris gloriabor: aues consules, ac duos consulares exercitus a nobis sub iugum missos, & si quid aliud aut læta aut gloriosa nobis euenerunt. quæ aspera aduersaque tunc acciderunt, minore indignatione referre possumus, quam quæ tradi euenerunt. Magni dictatores cum magistris equitum, bini consules cum binis consularibus exercitibus fugerabisbantur fines nostros; ante exploratos & subsidiis positis: & sito finis ad populandum aucebant. nunc prope unius & parui ad tumdum Nolam præsidii præda sumus. Iam, ne manipularia quidem, sed latronum modo, peruasiace totis finibus nostris agitis ultiis, quam si in Romano vagaremur agro. Causa autem hæc est, quod neque tu defendis; & nostra iuuentus, quæ si domi esset, tutaretur, omnes iub signis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum rogo: nisi à quo ter Romanæ acies fusis, fugatisque, & castris captis esse ducam oppriment populatores nostros vagos, sine signis, palatos, quo quemque trahit, quamuis vana, prædæ spes. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt. præsidiumque nullum nobis erit & Nolæ ademeris: si modo, quos ut socios habemus dignos duxisti, haud indignos putatas, quos in fidem receptos tuearis.

Cap. XLIII. Ad ea Annibal respondit: Omnia simul facere Hirpinos Samnitesque: & indicare clades suas, & petere præsidium, & queri indefensos se, neglectosque. Indicandum autem fuisse primum, quemue petendum præsidium: postremo, ni impetrarentur, tum denique querendum, frustra opem imploratam. Exercitum, se non in agrum Hirpinum Samnitemue, ne & ipse oneri esset, fed in proxima loca scitorum populi Romani adductarum iis populandis & mobilium fugacium que hostium meum procul ab iis summoturum hostes. Quod ad bellum Romanum attinerat, si Trasimeni quam Trebiæ, si Cannarum quam Trasimeni pugna nobilior esset; Cannarum se quoque memoriam obscuram majore & clariore victoria fecturum. Cum hoc verborso, munera ibique amplis, legatos dimisit. ipse præsidio modico relicto in Tifatis, profectus cetero exercitu ire Nolam pergit. Eodem Hanno ex Bruttiis, cum supplemento Carthaginе aduecto atque elephantis, venit. Castris haud procul positis, longe alia omnia inquirenti, comperta sunt, quam quæ à legatis sociorum audierat. nihil enim Marcellus ita gerebat, ut aut fortunæ aut temere hostis commissum dici posset. explorato, cum firmitque præsidiis tuto receptu præditum esset: omniaque velut aduersus præsentem Annibalem cauta prouisaque fuerunt. Tum ubi tenuit hostem aduentare, copias intra mœnia tenuit. per muros inambulare lenatores Nolanos iussit, & omnia circa explorare, quæ apud hostes fierent. Ex iis Hanno, quum ad murum succeffisset, Herennium Bassum, & Herium Petrium, ad colloquium euocatos, permissique Marcelli egressos, per interpretem allocutur. Annibalis virtutem, fortunamque extollit: populi Romani ebterit senescentem cum viribus maiestatem, quæ si parua esset, ut quondam fuissent, tamen expertis quam graue Romanum imperium sociis, quanta indulgentia Annibalis etiam in captivos omnes Italici nominis fuisset; Punicam Romanæ societatem atque amicitiam præponerent. Si antea consilio cum suis exercitibus ad Nolam essent, tamen non magis pares Annibali futuros, quam ad Cannas fuissent: nedum prætor unus cum paucis cohortibus militibus Nolam tutari possit. ipsorum quam Annibalis interesse, Capua an tradita Nola putetur, potioribus, ut capitur, Nuceria, quæ potius esset: sed quid inter Capuæ Nuceriæque fortunam interesset, ipsos prope in medio sitos Nolanos scire. Nolle ominari quæ capta urbi cessura sint: sed potius spondere, si Marcellum cum præsidio ac Nolam tradituros, neminem eorum quos ipsos legem, qua in societatem amicitiamque Annibalis venirent, aciturum.

Cap. XLIV. Ad ea Herennius Bassus respondit: Alutios annos jam inter Romanum Nolanumque populum amicitiam esse, cujus nostros ad eam diem nunquam; si bello in cum fortuna mutanda fides fuerat, sero jam esse mutare eam. debiturus se Annibali, non fuisse arcessendum Romanum præsidium: cum iis qui ad se tuendos venissent, omnia sibi & esse communia. Hoc colloquium habuit spem Annibali per proditionem recipiendæ Nolæ. itaque oppidum corona circumdedit, ut simul ab omni parte mœnia aggrederetur. Quem ut succeffisse muris Marcellus vidit, instructa intra portam acie, cum magno tumultu erupit. aliquot primo impetu perculli, cæsique sunt. dein concursu ad pugnantes facto, æquatisque viribus, atrox cœpit esse pugna. memorabilisque inter paucas fuisset, ni ingentibus procellis effusus imber dimisisset pugnantes. Eo die commisso modico certamine atque irritatis animis, in urbem Romani, Pœni in castra sese receperunt. tamen Pœnorum prima eruptione perculti ceciderunt, haud plus quam triginta: Romanorum nullus. Imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit: itaque quamquam utraque pars avidi

certaminis erant, eo die tenuerunt sese tamen munimentis. tertio die Annibal, partem copiarum prædatum in agrum Nolanum misit. Quod ubi nunciatum Marcellus, exemplo in aciem copias eduxit, neque Annibal detrectavit. Mille fere passuum inter urbem erant, castraque. eo spatio (& sunt omnia campi circa Nolam) concurrerunt. Clamor ex parte utraque fublatus, proximos ex cohortibus iis, quæ in agros prædatum exierant, ad prœlium jam commissum revocavit. Et Nolani aciem Romanam auxerunt: quos colludatos Marcellus in subsidiis stare, & saucios ex acie efferre justit. pugna abstinere, ni ab se signum accepissent.

Cap. XLV. Prœlium erat anceps: summa vi & duces hortabantur, & milites pugnabant. Marcellus victis ante diem tertium, fugatis ante paucos dies à Cumis, pulsis proire anno ab Nola ab eodem ie duce, milite alio. instare jubet. *Non omnes esse in acie: prædantes vagari in agro, sed qui pugnent, marcere Campana deliciis, cum & fortes omnes, quique lustris per totam hiemem confectos. Absisse illam vim, vigoremque: dilapsa esse robora corporum animorumque, quibus Pyrenæi, Alpiumque superata sint juga. reliquias illorum virorum, vix arma membraque sustinentes pugnare. Capuam Annibali Cannas fuisse. ibi virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi præterriti temporis famam, ibi spem futuri extinctam.* Quum hæc exprobrando hosti Marcellus, suorum militum animos exigeret, Annibal multo gravioribus probris increpabat: *Arma ignaque eadem se vocare, quæ ad Trebiam Trasimennumque, postremo ad Cannas viderit, habuerit que. militem alium profecto se in hiberna Capuam duxisse, alium inde eduxisse. Legatumne Romanum, & legionis unius atque alæ, magno certamine vix toleratis pugnam, quos bina acies consulares nunquam sustinuerunt? Marcellius, virone milite ac Nolanis subditiis, inultus nos jam iterum lacesset? Ubi ille meus miles est, qui erepto ex equo C. Flaminio consuli caput abstulit? ubi, qui L. Paullum ad Cannas occidit? Ferrum nunc habet? an dextræ torpent? an quid prodigii est aliud? Quippe qui pauci plures vincere soliti essent, nunc paucis plures vix resistatis. Romam nos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua jactabatis. Et nunc minor est res. hic experiri vim, virtutemque volo. Expugnante Nolam: campe devicem urbem, non flumine non muri septum. hinc vos ex tam opulenta urbe prædæ spoliisque omnibus, vel ducam quo voletis, vel sequar.*

Cap. XLVI. Nec bene, nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos. Quum omni parte pelleretur, Romanisque crescerent animi non duce solum adortante, sed Nolanis etiam per clamorem favoris indicem accendentibus ardorem pugnæ, terga Pœni dederunt, atque in castra compulsi sunt, quæ oppugnare cupientes milites Romanos, Marcellus Nolam reducit cum magno gaudio, & gratulatione etiam plebis, quæ ante inclinatior ad Pœnos fuerat. Hostium plus quinque millia cæsa eo die, vivi capti sexcenti, & signa militaria undeviginti, & duo elephanti. quatuor in acie occisi. Romanorum minus mille interfecti. postero diem, inducias factis, repleiendo utrimque cæsos in acie, conlumpserunt. Spolia hostium Marcellus, Vulcano votum, cremavit. Tertio post die (ob iram credo aliquam, aut spem liberaliorisve militiæ) mille ducenti septuaginta duo equites, mixti Numidæ Hispanique, ad Marcellum transfugerunt, eorum forti fideliique opera in eo bello usus tunt Romani. Rem Carthaginiensem in Hispania, Numidis in Africa poft bellum virtutis causa latus, datus est. Annibal ab Nola remisso in Bruttios Hannone, cum quibus venerat copiis, ipse Apuliæ hiberna petit, circaque Arpos confedit. Q. Fabius ut profectum in Apuliam Annibalem audivit, frumento ab Nola Neapolique in ea castra convecto, quæ super Sueffulam erant, munimentisque firmatis, & præsidio, quod per hiberna ad tutandum locum satis esset, relicto, ipse Capuam propius movit castra, agrumque Campanum ferro ignique est depopulatus, donec cogeret hostem, Campanis nihil intactum viribus suis fidentes, egredi portis, & castra ante urbem in aperto communire. Sex millia armatorum habebant, peditem imbellem: equitatu plus poterant. Itaque equestribus prœliis lacessebant hostem. Inter multos nobiles equites Campanos, Cerrius Jubellius erat; cognomine Taurea. civis indidem erat, longe omnium Campanorum fortissimus eques: adeo, ut quum apud Romanos militaret, unus eum Romanus, Claudius Asellus, gloria equestri æquaret. Hunc Taurea quum diu per infrana equitalia circumtulisset hostium furmis; tandem facto silentio, ubi esset Claudius Asellus? quæsivit. *& quoniam verbis secum de virtute ambigere solitus esset, cur non ferro decerneret; daturoque opima spolia victor, aut victor caperet?*

Cap. XLVII. Hæc ubi Asello nunciata sunt in castra; id modo moratus, ut consulem percunctaretur, liceretne extra ordinem in provocantem hostem pugnare? permissu

eius

gius arma exemplo capit: provectusque ante stationes equo, Taurean nomine compellavit, congrediique ubi vellet, justit. Jam Romani ad spectaculum pugnæ ejus frequentes exierant: & Campani, non vallum modo castrorum, sed mœnia etiam urbis prospectantes repleverant. Quum ante ferocibus dictis rem nobilitassent, infestis haltis concitarunt equos. dein libero spatio inter se ludificantes, fine vulnere pugnam extrahebant. Tum Campanus Romano, *Iquorum*, inquit, *hoc, non equitum erit certamen, nisi e campo in cavum hunc vallum devitrinus equos. ibi nullo ad evagandum spatio comminus conseretur manus.* Dicto prope citius, equum in viam Claudius dejecit. Taurea verbis ferocior quam re, *Minime jis*, inquit, *cunctatum in fossa.* quæ vox in ruticum inde proverbium prodita. Claudius quum ex via longe ante ludificatus nullo obvio hoste in campum rursum evectus, increpans ignaviam hostis, cum magno gaudio & gratulatione, victor in castra redit. Huic pugnæ equestri rem (quam satis certam, communis existimatio est) mirabilem cerre, adjiciunt quidam annales. quum refugientem ad urbem Taurean Claudius sequeretur, patenti hostium portæ invectum, per alteram stupentibus miraculo hostibus intactum evasisse.

Cap. XLVIII. Quieta inde statiua fuere, ac retro etiam consuli movit castra, ut fementem Campani faceremt: nec ante revertit agrum Campanum, quam jam altæ in segetibus herbæ pabulum præbere poterant. id convexit in Claudiana castra super Suessulam; ibique hiberna ædificavit. M. Claudio proconsuli imperavit, ut retento Nolæ necessario ad tuendam urbem præsidio, cæteros milites dimitteret Romam; ne onerosi sociis, & sumptui reipublicæ essent. Et T. Gracchus à Cumis Luceriam in Apuliam legiones dum duxisset, M. Valerium inde prætorem Brundusium, cum eo, quem Luceriæ habuerat, exercitu misit, tueriique oram agri Salentini, & providere quod ad Philippum bellumque Macedonicum attineret, justit. Exitu ætatis ejus, qua hæc gesta perscripsimus, literæ à P. & Cn. Scipionibus venerunt, quantas, quamque prosperas in Hispania res gessissent. sed pecuniam in stipendium, vestimentaque, & frumentum exercitui, & sociis navalibus, omnia deesse. Quod ad stipendium attinear, si eratium inops esset, se aliquam rationem inituros, quo modo ab Hispanis sumant. cætera utique ab Roma mittenda esse: necaliter, aut exercitum, aut provinciam, rotineri posse. Literis recitatis, nemo omnium erat, quin & vera scribi & postulari æqua fateretur: sed occurrebat animis, quantos exercitus terreltres navalesque tuerentur, quantaque nova classis mox paranda esset; si bellum Macedonicum moveretur. *Siciliam & Sardiniam, quæ ante bellum vectigales fuissent, vix præsidiis provinciarum exercitus aiere: tributo sumptus suppeditari, vereri cum ipsum tributum conferentium numerum tantis exercituum stragibus, & ad Trasimenum lacum, & ad Cannas, imminutum; qui superessent pauci si multiplici gravarentur stipendio, alia pestilentia opibus non staturam. Prodeundum in concionem Lævino prætori esse, indicandas populo publicas necessitates, cohortandosque, qui redempturis auxiissent patrimonia, ut reipublicæ ex qua crevissent, ad tempus commodarent: conducerentque ea lege prahenda, quæ ad exercitum Hispanicum essent opus essent, ut quum pecunia in erario esset, tis primis solveretur.* Hæc prætor in concione edixit, qua die vestimenta, frumentum Hispanienti exercitui præbenda, quæque alia opus essent navalibus sociis, esset locaturus.

Cap. XLIX. Ubi ea dies venit, ad conducendum tres societates adeerant hominum undeviginti, quorum duo postulata fuere: unum, ut militia vacarent, dum in eo publico essent: alterum, ut quæ in naves impositissent, ab hostium tempestatisque vi publico periculo essent. Utroque impetrato, conduxerunt; privataque pecunia respublica administrata est. Hi mores, hæc caritas patriæ per omnes ordines velut tenore uno pertinebat. Quemadmodum conducta omnia magno animo sunt, sic summa fide præbita: nec fecus quam si ex opulento ærario, ut quondam, alerentur. Quum hi commearus venerunt, illiturgi opidum ab Asdrubale ac Magone, & Amilcare Bomilcaris filio, ob defectionem ad Romanos oppugnabatur. Inter hæc trina castra hostium Scipiones, quum in urbem sociorum, magno certamine & strage obsistentium, pervenissent; frumentum, cujus inopia erat, advexerunt, cohortesque opidanos, ut eodem animo mœnia tuterentur, quo pro se pugnantem Romanum exercitum vidissent; ad castra maxima oppugnanda, quibus Asdrubal præerat, ducunt. Eodem & duo duces, & duo exercitus Carthaginienlium, ibi rem summam agi cernentes, convenerunt. Itaque eruptione e castris pugnatum est. fexaginta hostium millia eo die in pugna fuerunt, sexdecim circiter Romanis. tamen adeo haud dubia victoria fuit, ut plures numero, quam iosi erant, Romani hostium occiderint: ceperint amplius tria millia hominum, pauci minus mille equo-

rum, undefexaginta militaria signa; elephantis quinque in praelio occisis, trinisque captis eo die potiti sunt. Illiturgi obsidione liberato, ad intibili oppugnandum Punici exercitus traducti; supplatis copiis ex provincia, ut quae maxime omnibus belli avida, modo praeda aut spes ea esset; & tum juventute abundante. Iterum signis collatis eadem fortuna utriusque partis pugnatum. Supra tredecim millia hostium caesa, supra duo capta; cum signis duobus & quadraginta, & novem elephantis. Tum vero omnes prope Hispaniae populi ad Romanos defecerunt: multoque majores ea res ad hac in Hispania quam in Italia res gestae.

EPITOME

LIBRI XXIV.

Hieronymus, Syracusanorum rex, cujus gens Hiero amicus populo Romano fuerat, ad Carthaginienses defecit: & propter crudelitatem superbiamque, a suis interficitur. Tl. Sempronius Gracchus, proconsul prospere adversus Paenos & Hannonem ducem ab beneventium pugnavit; servorum maxime opera, quos liberos esse jussit. Claudius Marcellus, consul, in Sicilia, quae prope tota ad Paenos defecerat, Syracusas obsedit. Philippo Macedonum rege bellum indictum est; qui ad Apolloniam nocturno praelio oppressus, fugatusque, in Macedoniam cum prope inermi exercitu perfugit. Ad id bellum gerendum Valerius praetor mittitur. Res praeterea in Hispania a P. & Cn. Scipionibus adversus Carthaginienses gestas continet. Syphax rex Numidarum, in amicitiam ascitus, & a Masinissa, rege Massiliorum, pro Carthaginiensibus pugnante, victus, in Mauritios cum maxima manu transit contra Gades, ubi angusto freto Africa & Hispania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti, quorum auxiliis ascitis, tunc primum mercenarium militem Romana castra habuerunt.

CAPUT I.

Vt ex Campania in Bruttios reditum est, Hanno adjutoribus & ducibus Bruttiis Graecas urbes tentavit: eo facilius in societate manentes Romani, quod Bruttios, quos & oderant, & metuebant, Carthaginiensium partis factos cernebant. Rhegium primum tentatum est, dieque aliquot ibi nequicquam absumpti. Interim Locrenses frumentum, li-quinque, & caetera necessaria usibus ex agris in urbem rapere; etiam ne quid relictum praeda hostibus esset: & in dies major omnibus portis multitudo effundi, postremo id modo relicti in urbe erant, qui referre muros ac portas, relaque in propugnacula congerere cogebantur. In primis ram omnium aetatum ordinumque multitudinem, & vagantem in agris magna ex parte inermem, Amilcar Poenus equites emisit, qui violare quemquam veriti, tantum ut excluderent ab urbe fuga dissipatos, turmas obsidere. Dux loci loco superiore capto, unde agros urbemque posset conspicere, Bruttiorum cohortem adire muros, atque evocare principes Locrensium ad colloquium justit, & vollicentes amicitiam Annibalis, adhortari ad urbem tradendam. Brutiis in colloquio nullius rei primo fides: deinde ut Poenus apparuit in collibus, & refugientes pauci aliam omnem multitudinem in potestate hostium esse afferebant; tum, metu victi, consultores se populum responderunt. advocatague extemplo concione, quum & levissimus quisque novas res novarumque fortunarum mallent, & Romanum propinqui extra urbem intercluso ab hostibus erant, velut obsidibus datis, pignoratos haberent animos; pauci magis taciti probaret constantem fidem, quam probatam tueri auderent; haud dubio in speciem consensu fit ad Poenos deditio: L. Atilio praefecto praetidii, quique cum eo militares Romani erant, clam in portum deductis, atque impositis in naves ut Rhegium devehererentur; Amilcarem Poenosque ea conditione, ut foedus exemplo aequis legibus fieret, in urbem acciperunt, cujus rei prope non servata fides deditis est. Quum Poenus, dolo dimissam Romanum invasuret: Locrenses, profugisse ipsum causarentur. Infecuti etiam equites sunt, si quo casu in freto aestus morari aut deferre naves in terram posset, & eos quidem, quos seque antur, non sine saevitia ipsius a Messana trajicientes freto Rhegium naves confiscaverunt. Milites erant Romani a Claudio praetore missi ad obtinendam urbem praesidio, itaque Rhegio extemplo abscessum

sum est. Locrensibus justu Annibalis data pax, *ut liceat suis legibus vivere: urbi paterer Pœnis, porro in potestate Locrensium effet societas eo jure stare, ut Pœnus Locrensem, Locrensique Pœnum pace ac bello juvaret.*

Cap. II. Sic à freto Pœni redutti. frementibus Bruttiis, quod Rhegium ac Locros, quas urbes direpturos se dictitaverant, intactas reliquerint. Itaque per se ipsi consiliis armisque juventutis suæ quindecim millibus, ad Crotonem oppugnandum pergunt ire; Græcam & ipsam urbem, & maritimam: plurimum accessurum opibus, si in ora maris potirum ac urbem moenibus validam teneuissent, crebres. Ea cura angebat, quod neque non arcessere ad auxilium Pœnos satis audebant: ne quid non pro sociis egisse viderentur: & si Pœnus rursus magis arbiter pacis quam adjutor belli fuisset, ne in libertatem Crotonis, jacutante Locrorum, frustra pugnarent. Itaque opprimum visum est ad Annibalem mitti legatos: caverique ab eo, ut receptus Croto Bruttiorum esset. Annibal quum, præsentium eam consultationem esse, respondisset, & ad Hannonem eos rejecisset; ab Hannone nihil eerti allatum. Nec enim diripi volebant nobilem atque opulentam urbem: & sperabant quum Bruttius oppugnarent, Pœnos nec probare, nec juvare eam oppugnationem asparet, eo maturius ad se defectores. Crotone nec consilium unum inter populares nec voluntas erat. unus velut motu universæ omnes Italiæ civitates, ut plebes ab optimatibus dissentirent: tenutus Romanis faveret, plebs ad Pœnos rem traheret. Eam dissentionem in urbe perfuga nunciat Bruttiis, Aristomachum esse principem plebis, tradendæque auctorem urbis: & in vastu urbe largique omnibus dilectis mœnibus partitas stationes custodiasque senatorum ac plebis esse. quacumque custodiant plebis homines, ea patere aditum. Auctore ac duce perfuga, Bruttii corona cinxerunt urbem: acceptique à plebe, primo imperu locos omnes, præter arcem, cepere. Arcem optimates tenebant; præparato jam ante ad talem casum perfugio. Eodem Aristomachus perfugit; tamquam Pœnis, non Bruttiis, auctor urbis tradendæ fuisset.

Cap. III. Urbs Croto murum in circuitu parentem duodecim millia passuum habuit ante Pyrrhi in Italiam adventum. post vastitatem eo bello factam, vix pars dimidia habitabatur: flumen quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfinebat: & arx procul lis, quæ habitabantur. Sex millia aberat ab urbe nobile templum, ipsa urbe nobilius, Lacinîæ Junonis: lucum omnibus circa populis. Lucus ibi frequenti silva, & pinceris abietis arboribus fœtus, læta in medio pascua habuit, ubi omnis generis sacrum Deæ pascebatur pecus sine ullo pastore: separatimque egressi cujusque generis greges, nocte remeabant ad stabula; numquam infidiis ferarum, non fraude violati hominum. Magni igitur fructus ex eo pecore casti, colui magis inde quam fœtida fatta, & sacrata est: inclitumque templum, divitiis etiam, non tantum sanctitate, fuit. Ac miracula aliqua affinguntur plerumque tam infignibus locis. Fama est, aram esse in vestibulo templi, cujus cinerem nullo unquam movi ventu. Sed arx Crotonis una parte imminet mari, altera vergente in agrum, situ tantum naturali quondam munita, postea & muro cincta est, qua per aversas rupes ab Dionysio Siciliæ tyranno per deum fuerat capta. Eam tum arcem tutor, ut videbatur, rutam, Crotoniatum optimates tenebant; circumdederunt eam Bruttii: eos etiam plebe sua. Postremo Bruttii, quum suis viribus inexpugnabilem viderent arcem, coacti necessitate, Hannonis auxilium implorant. Is conditionibus ad deditionem compellere Crotoniatas conatus, ut colonian Bruttiorum eo deduci, antiquamque frequentiam eo conuenire cæpere vastum ac desertam bellis urbem paterentur; omnium neminem præter Aristomachum movit. moriturosse affirmabant citius, quam, immixti Bruttiis, in alienos ritus, mores, legesque, ac nox linguam etiam verterentur. Aristomachus unus, quando nec suadendo ad dissentionem satis valebat, nec, sicut ut bem prediderat, locum prodendæ arcis inveniebat; transfugit ad Hannonem. Locrenses brevi post legati quum permissu Hannonis arcem intrassent, persuadent, ut traduci se in Locros paterentur, nec ultima experiri vellent. Jam hoc ut sibi liceret, impetraverant & ab Annibale, missis ad ipsum legatis. ita Crotone excessum est: deductique Crotoniatæ ad mare, naves conscendunt. Locros omnis multitudo abeunt. In Apulia ne hiems quidem quieta inter Romanos atque Annibalem erat. Lucerie Sempronius consul, Annibal haud procul Arpis hibernabat. Inter eos levia prœlia ex occasione, aut opportunitate hujus aut illius partis oriebantur: meliorque eis Romanus, & indies cautior rutiorque ab insidiis fiebat.

Cap. IV. In Sicilia Romanis omnia moturaverat mors Hieronis, regnumque ad Hieronymum nepotem ejus translatum: puerum, vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum. Læte id ingenium

nium tutores atque amici ad præcipitandum in omnia vitia acceperunt: quæ ita futura cernens Hiero, ultima senecta voluisse dicitur, liberas Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili, per ludibrium, bonis artibus partum firmarumque interiret regnum. Huic consilio ejus summa ope obstitere filiæ: nomen regium penes puerum futurum ratæ, regimen rerum omnium penes se, virosque suos, Andranodorum, & Zoilppum: nam ii tutorum primi relinquebantur. Non facile erat nonagesimum jam agenti annum, circumsessio dies noctesque muliebribus blanditiis liberare animum, & convertere ad publicam privata curam. Itaque tutores numero quindecim puero reliquit, quos precatus est morieus, ut fidem erga populum Romanum, quinquaginta annos ab se cultam inviolatam servarent, juvenemque filii perfidium veltigiis imitari vellent, disciplinæque, in qua edoctus esset. Post hæc mandata quum exspirasset, tutores prodeunt. testamento prolato, pueroque in concionem producto, (erat autem quindecim tunc ferme annorum) paucis, qui per concionem ad excitandos clamores dispositi erant, approbantibus testamentum, cæteris velut patre amisso in orba civitate omnia timentibus; funus fit regium, magis amore civium & caritate, quam cura suorum celebre. Deinde cæteros tutores summovet Andranodorus: juvenem jam esse dictitans Hieronymum, ex regni potentem: deponendoque tutelam, quæ ipsi cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit.

Cap. V. Vix quidem vili bono, moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, succedenti tantæ caritati Hieronis. verum enim vero Hieronymus, velut fuis vitiis defiderabilem efficere vellet avum, primo statim conspectu omnia quam disparia essent, ostendit. nam qui per tot annos Hieronem, filiumque eius Gelonem, nec vestis habitu, nec alio ullo infigni differentes à cæteris civibus vidisset, conspexere purpuram, ac chlamidema, ac satellites armatos: quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem, more Dionysii tyranni. Hunc tam superbum apparatum habitumque, convenientes sequebantur, contemptus omnium hominum, funestæ aures, contumeliosa dicta: rari aditus non alienis modo, sed tutoribus etiam: libidines novæ, inhumana crudelitas. Itaque tantus omnes terror invaserat, ut quidam ex tutoribus, ausus mortem voluntaria aut fuga præverterent metum supplicium. Tres ex iis, quibus solis aditus in domum familiarior erat, Andranodorus & Zoippus, generi Hieronis, & Thrasò quidam, de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur: tendendo autem duo ad Carthaginienses, Thrasò ad societatem Romanam, certamine ad studiis interdum in se convertebant animum adolescentis: cum conjurationis in tyranni caput facta, indicatur per calonem quendam æqualem Hieronymi, & jam inde à puero in omnia familiaria jura assuetum. Index unum ex conjuratis Theodotum, à quo ipse appellatus erat, nominare potuit. qui comprehensus exemplo, traditusque Andranodoro torquendus, de se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat, postremo, quum omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus laceraretur, victum malis se simulans, averrit ab conscilis in insontes indicium (Thrasonem effe auctorem consilii mentitus. nec nisi tam potens duce conscios, tam tantam autoros) ab latere tyranni, quorum capita vltissima fingenti inter dolores gemitusque occurrere. Maxime animo tyranni credibile indicium Thrasò nominatus fecit. Itaque extemplo traditur ad supplicium. adjectique potæ cæteri juxta innocentes. Conscriorum nemo quum diu socius consilii torqueretur, aut latuit, aut fugit. tantum illis in virtute ac fide Theodoti fiduciæ fuit: tantumque ipsi Theodoto virium ad arcana occultanda.

Cap. VI. Itaque quod omne vinculum cum Romanis societatis erat, Thrasone sublato è medio, extemplo haud dubie ad defectionem res spectabat. legarique ad Annibalem missi: ac remissi ab eo cum Annibale nobili adolescente Hippocrates & Epicydes nati Carthagine; sed orlundi ab Syracusiis, exsule avo, Poeni ipsi matresque genere. Per hos juncta jocieras Annibali ac Syracusano tyranno: nec invito Annibale apud tyrannum manserunt. Appius Claudius prætor, cuius Sicilia provincia erat, ubi ea accepit, extemplo legatos ad Hieronymum mittit: qui quum sese ad renovandam societatem, quæ cum avo fuisset, venisse dicerent, per ludibrium auditi dimissique sunt, ab quærente per jocum Hieronymo, *quæ fortuna eis pugnæ ad Cannas fuisset? rexne credibilia enim legatos Annibalis narrare. Velle quid veri sit scire, ut ex eo utrum ipsum loquatur, consilium capiat.* Romani quum ferio legationes audire cœpisset, redituros se ad eum dicentes esse: monito magis eo, quam rogato, ne fidem temere mutaret, profici scuntur. Hieronymus legatos Carthaginem mittit, ad fœdus ex societate cum Annibale faciendum. Pacto convenit, ut quum Romanos Sicilia expulisset (id autem brevi fore, si naves atque exercitum misisset) Himera amnis, qui forme

ferme inſulam dividit, finis regni Syracuſani ac Punici imperii eſſet. Aliam deinde inflatus aſſentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, ſed Pyrrhi etiam regis materni avi jubebant meminiſſe, legationem miſit: quia æquum cenſebat, Sicilia ſibi omni cedi: Italiæ imperium proprium queri Carthaginienſi populo. Hanc levitatem ac jactationem animi neque mirabantur in juvene furioſo, neque arguebant; dummodo averterent eum ab Romanis.

Cap. VII. Sed omnia in eo præcipitia ad exitium fuerunt. nam quum præmiſiis Hippocrate atque Epicyde cum binis millibus armatorum ad tentandas urbes, quæ præfidiis renebantur Romanis; & ipſe in Leontinos cum octero omni exercitu (erant autem ad quindecim millia peditum equitumque) profectus eſſet; liberas ædes conjurati (& omnes fortes militabant) imminentes vitæ angu-ſtæque deſcendere ad forum rex ſolebat, ſumpſerunt. ibi, quum inſtructi armatique eorum tranſitum expectantes ſtarent, uni ex eis Dinomeni fuit nomen) quia cuſtos corporis erat, partes dextræ ſunt, ut quum appropinquaret januæ rex, per cauſſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret ab tergo agmen. Ita ut conveneret, factum eſt. tanquam laxaret elatum pedem ab ſtricto nodo, moratus turbam Dinomenes, tantum intervalli fecit, ut quum in prætereuntem ſine armatis regem impetus fieret, confodererur aliquot prius vulneribus quam ſuccurri poſſet. Clamore & tumultu audito, in Dinomenem ſam haud dubie obſtantem teli conjiciuntur: ictuque ſaneri duobus acceptis vulneribus, evaſit. Fuga fatellitum, ut jacentem videre regem, facta eſt. interfectores pars in forum ad multitudinem lætam libertate, pars Syracuſas pergunt, ad præoccupanda Andranodori, regiorumque aliorum conſilia. Incerto rerum ſtatu, Ap. Claudius bellum orienſ ex propinquo quum cerneret, ſenatum literis certiorem fecit; Siciliam Carthaginienſi populo & Annibali conciliari: ipſe adverſus Syracuſana conſilia, provinciam, regnique fines omnia convertit præſidia. Exitu anni ejus Q. Fabius ex auctoritate ſenatus Puteolos, per bellum ceptum frequentari emporium, communiit, præſidiumque impoſuit. inde Romam comitiorum cauſſa veniens, in eum quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit; atque ex itinere prætor urbem in campum deſcendit. Eo die quum fors prærogativæ Anienſi juniorum exiſſet, eaque T. Otacilium, M. Æmilium Regillum conſules diceret; tum Q. Fabius ſilentio facto, tali oratione eſt uſus:

Cap. VIII. *Si aut patem in Italia aut bellum cum eo hoſte haberemus, in quo negligentiæ laxior locus eſſet, qui veſtris ſtudiis, quæ in campum ad mandandos, quibus voletis, honoris affertis, noram ullam offerret, is mihi parum meminiſſe videretur veſtræ libertatis. ſed quum in hoc bello, in hoc hoſte, nunquam ab ullo duce ſine ingenti noſtra clade erratum ſit, eadem vos cura, quæ in aciem armati deſcendiſtis, huice ſuffragium ad creandos conſulibus decet, ſi quis ſo quemque dicere: Annibali imperatori parem conſulem nomino. Hoc anno ad Capuam Jubellio Taurea Campano ſummo equiti provocanti, ſummus Romanus eques Aſellus Claudius eſt oppoſitus. Adverſus Gallum quondam provocantem in ponte Anienſi, T. Manlium, fratrem & animo & viribus, miſere majoris noſtri. Ob eandem cauſſam haud multis annis poſt ſiſſe non negaverim, cur M. Valerio non diſſideretur, adverſus ſimiliter provocantem armata capitani Gallum ad certamen. Quemadmodum ſolites equites quæ optamus, ut validiores ſint quam, ut pares hoſti, habeamus; ita duci hoſtium parem imperatorem quæramus. Quum qui eſt ſummus in civitate dux, eum legerimus; tamen repente lectus, in annum creatus adverſus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur, nullis neque temporis, neque juris inclusum anguſtiis, quo minus ita omnia gerat adminiſtretque, ut tempora poſtulabunt belli. nobis cuivis in apparatu ipſo, ac tantum inchoantibus res, annus circumagitur. Equidem quales viros creare vos conſules deceat, ſatis ejt dictum; reſtat ut paucis dicam, in quos prærogativæ favor inclinare debeat. M. Æmilius Regillus flamen eſt Quirinalis, quem neque mittere à ſacris, neque retinere poſſumus, ut non Deum aut belli deſeramus curam. Otacilius, ſororis meæ filium uxorem, atque ex ea liberos habet. eatenus non ea veſtra in me majora ſuaque meos merita ſunt, ut non patiorem privatis neceſſitudinibus rempublicam habeam. Civilibet nautarum rectorumque tranquillo mari gubernare poteſt: ubi ſæva orta tempeſtas eſt, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro & gubernatore opus eſt. Non tranquillo navigamus, ſed jam aliquot procellis ſubmerſi pene ſumus. itaque quis ad gubernaculà ſedeat, ſumma cura providendum ac præcavendum nobis eſt. In minore te experti, T. Otacili, re ſumus. habet ſane, cur ad majora tibi fidamus, documenti quicquam dediſti. Claſſem hoc anno, cui tu præfuiſti, trium rerum cauſſa paravimus: ut Africæ oram popularetur, ut tuta nobis Italiæ littora eſſent, ante omnia, ne*

supplementum cum stipendio iturosa. Inquit ab Carthagine Annibali transportaretur. Credite consulem T. Otacilium, non dico pecuniæ hoc, sed si aliquid eorum reipublicæ præsidii. Sin autem, ea classem obtinente etiam velut pacato mari quelibet Annibali tuta atque intacta ab domo venerantis fore. Italiæ infestum hoc anno. quare Africæ fuit; quid dicere potes, cur ea potissimum aucem Annibali hosti opportuna esse? Si consul esset, dictatorem alendum exemplo majorum nostrorum censeremus. nec tu id indignari posses, aliquem in civitate Romana meliorem bello haberi, quam te. magis nullius interest quam tua, T. Otacili, non imperii commissionibus tuis omnes sub quo concidant. Ego magnopere suadeo, eadem animo, quo, si stantibus vobis in aciem animatis repente delegendi duo imperatores essent, quorum ductu atque auspicio dimicaretis: bodie, quos tres consules creatis; quibus sacramento liberi vestri dicant, ad quorum edictum convenient, sub quorum tutela atque cura militent. Lucius Trasimenus & Cannæ, tristia ad recordationem exempla, sed ad præcavendum similia, utiles dolorum vos. Prædo Antiensem juniorum in suffragium revoca.

Cap. IX. Quum T. Otacilius ferociter, eum continuare consulatum velle, vociferaretur atque obitergeret, littore: ad eum accedere cenfui justit. & quia in urbem non interat, prætinus in campum ex Piscina profectus, admonuit eum fecuribus sibi fasces præferri. Iterum præregativa suffragium init; creatique in ea consules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium. Eosdem consules cæteræ centuriæ sine variatione nullæ fecerunt. Et prorogato imperatus, Q. Fulvius Flaccus: novi tres alii creari, T. Otacilius Crassus iterum, Q. Fabius consulis filius, qui rum ædilis curulis erat, P. Cornelius Lentulus. Comitiis prætorum perfectis, renuntiatum consulum factum est, *ut Q. Fulvio extra ordinem urbana provincia esset, ipsum potissimum consulibus ad bellum profectis, urbi præesset.* Aquæ magnæ bis eo anno fuerunt: Tiberisque agros inundavit cum magna strage pecorum, pecorumque & hominum pernicie. Quinto anno secundi Punici belli, Q. Fabius Maximus quartum, M. Claudius Marcellus tertium, consulatum ineuntes, plus solito converterant in se civitatis animos. multis enim annis tale consulum par non fuerat. Referebant senes, sic Maximum Rullum cum P. Decio ad bellum Gallicum, sic postea Papirium Carvilliumque adversus Samnites, Brutiosque, & Lucanum cum Tarentino populum, consules declaratos. Abiens Marcellus consul creatus, quum ad exercitum esset; præsenti Fabio. atque ipso comitia habente, consilatus continuatus. Tempus ac necessitas belli, ac diferimen summæ rerum faciebant, ne quis aut in exemplum exultre et: aut fuipectum cupiditatis imperii consulem haberet. quin longe quant potius magnitudinem animi, quod quum summo imperatore esse opus reipublicæ sciret, seque eum haud dubie esse; minoris invidiam fuam, si qua ex re oriretur, quam utilitatem reipublicæ facilist.

Cap. X. Quo die magistratum inirent consules, senatus in Capitolio est habitus: decretumque omnium primum, ut consules ferrentur, comparantesve inter se, uter censoribus creandis comitia haberet, priusquam ad exercitum proficisceretur. Præcogatum deinde imperatum omnibus, qui ad exercitum erant, ut quo in provinciis manere. Ti. Gracchus Lucerize, ubi cum volonum exercitu erat, C. Terentius Varro in agro Piceno, Manius Pomponius in Gallico. ex prætoribus priotis anni pro prætore Q. Mucius obtineret Sardiniam. M. Valerius ad Brundisium ora maritimæ, Interitus adversus omnes motus Philipoi Macedonum regis præesset. P. Cornelio Lentulo prætori Sicilia decreta provincia. T. Otacilio classi eadem, quam adversus Carthaginienses priore anno habuisset. Prodigia eo anno multa nuntiata: ex quo magis credebant simplices ac religiosi hominesea plura nunciabantur: Lanuvii in ede interus Sospitæ Junonis corvos nidum feciste. In Apulia palmam viridem arfisse. Mantuæ stagnum effusum Minscio amni, cruentum vilum. Et Caluliis sanguine Romæ in foro manum sanguine pluisse. Et in vico Iltrico fonrem sub terra tanta vi aquarum fluxisse, ut ferias deliaque quæ in eo loco erant, provolura velut impetus torrentis tulerit. Tacta de cœlo, atrium publicum in Capitolio. ædem in campo Vulcani, nucem in Sabinis, publicum quæ viam, murum ac portam Cabsis. Jam alia vulgata miracula erant: haftam Martis Prænestæ sua sponte prometam: bovem in Sicilia locutum: infantem in utero matris in Marrucinis, Io triumphe! clamasse: ex multere Spoleti virum factum: Hadriæ aram in colle, speciesque hominum circum eam, cum candida veste, visas esse. Quin Romæ quoque in ipsa urbe secundum apum examen in foro visum. Aftrologantes quidam legiones se armaras in Janiculo videre, concitaverunt civitatem ad arma: qui tum in Janiculo esset, negarunt quemquam ibi, præter asfuetos collis ejus cultores, apparuisse. Hæc prodigia hostis majoribus procurata

curata sunt, ex arusicum responso: & supplicatio omnibus deis, quorum pulvinaria Romæ essent, indicta est.

Cap. XI. Perpetratis, quæ ad pacem Deum pertinebant, de republica bellique gerendo, & quantum copiarum, & ubi quæque essent, consules ad senatum retulerunt. Duodeviginti legionibus bellum geri placuit: binas consules sibi sumere. binis Galliam Siciliamque ac Sardiniam obtineri: duabusque Q. Fabium prætorem Apuliæ, duabus volonum Ti. Gracchum circa Lucerian præesse. singulas C. Terentium, proco. ad Picenum, & M. Valerio ad classem circa Brundusium reliqui, & duas urbi præsidio esse. Hic ut numerus legionum expleretur, sex novæ legiones erant scribendæ. eas primo quoque tempore consules scribere jussi & classem parare: ut cum eis navibus, quæ pro Calabriæ litoribus in statione essent, centum quinquaginta longarum navium classis eo anno expleretur. Deletis habito, & navibus novis deductis, Q. Fabius comitia censoribus creandis habuit. creati M. Atilius Regulus, & P. Furius Philus. Quum iacentem rumor. bellum in Sicilia esse; T. Otacilius eo cum classe proficisci jussus est. Quum deessent nautæ, consules ex senatusconsulto edixerunt, *ut qui L. Æmilio, C. Flaminio censoribus, militiæ aeris quinquagesimæ ipse aut pater ejus census fuisset, is quæ ad centum millia æris ea die qua publica esset facta, nautam unum cum sex mensium stipendio daret. qui supra centum millia usque ad trecenta millia, tres nautas cum stipendio anno: qui supra trecenta millia usque ad decies aeris, quinque nautas: qui supra decies, septem: prætores ratio nautas cum anno stipendio daret.* Ex hoc edicto dari nautæ armati intrusticæ ab dominis, cum triginta dierum cibariis naves conscenderunt. Tum primum est factum, ut classis Romana sociis navalibus privata impensa parata compleretur.

Cap. XII. Hic major sollicitudo apparatus præcipue conterruit Campanos, ne ab obsidione Capuæ bellum ejus anni Romani inciperent. itaque legatos ad Annibalem oratum miserunt, ut Capuam exercitum admoveret. ad eum oppugnandam novos exercitus scribi Romæ, nec alio ullo urbis defectioni magis infensos eorum animos esse. Id quia tam trepidi nunciabant, maturandum Annibal ratus, ne prævenirent Romani, profectus Arpis ad Tifatæ, in veteribus castris super Capuam consedit. inde Numidis Hispanisque ad præsidium simul castrorum simul Capuæ relictis, cum cætero exercitu ad lacum Averni, (per speciem sacrificandi; re ipsa, ut tentaret Puteolos, quodque ibi præsidii erat) descendit. Maximus, postquam Annibalem Arpis profectum, & regredi in Campaniam, allatum est; nec die nec nocte intermisso itinere, ad exercitum redit: & Ti. Gracchum ab Luceria Beneventum copias admovere, Q. Fabium Prætorem (is Falisci consulis erat) Luceriam Gracchо succedere jubet. In Sicilium eodem tempore duo prætores profecti; P. Cornelius ad exercitum; Oracilius, qui maritimæ oræ reique navali præesset; & cæteri in suas quisque provincias profecti. & quibus prorogatum imperium erat, eadem quas prior anno regiones obtinuerunt.

Cap. XIII. Ad Annibalem, quum ad lacum Averni esset, quinque nobiles juvenes ab Tarento venerunt; partim ad Trasimenum lacum, partim ad Cannas capti: dimissique domos cum ceteris civibus, qua utique adversus omnes Romanorum ficios Pœnus fuerat. Ii *memores beneficiorum ejus perpulisse magnam partem se juventutis Tarentinæ*, referunt, *ut Annibalis amicitiam ac societatem, quam populi Romani mallent, legatosque ab iis missos regem Annibalem, ut exercitum propius Tarentum admoveat. Si signa ejus si castra conspecta a Tarento sint, haud ullam interfuturam moram, quin urbs detur. In potestate juniorum plebem, in manu plenis rem Tarentinam esse.* Annibal collaudatos eos, oneratosque ingentibus promissis, domum ad exspectata maturanda redire jubet: se in tempore affuturum esse. Hac cum ipse dimisit Tarentini. Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi. Urbem esse videbat, quum opulentam nobilemque, tum maritimam, & in Macedoniam opportune ventam: regnumque Philippum habere parum, si transiret in Italiam, quum Brundusium Romani haberent, petiturum. Sacro inde perpetrato, ad quod venerat, & dum ibi moratur, pervastato agro Cumano usque ad Miseni promontorium, Puteolos repente agmen convertit, ad opportunum præsidium Romanum. Sex millia hominum erant; & locus munimento quoque, non natura modo tutus. Triduum ibi moratus Pœnus, ab omni parte tentato præsidio, deinde ut nihil procederet, ad populandum agrum Neapolitanum, magis ira quam spe prendendæ urbis spe procedit. Adventu ejus in propinquum agrum Nolana mota est plebs, jamdiu averſa ab Romanis, & infesta senatui suo. itaque legati ad arcessendum Annibalem cum haud dubio promissi tradendæ urbis venerunt. Prævenit inceptum eorum Marcellus consul à primoribus accitus. Die uno Sueſſulam à Calibus, quum Vulturnus amnis

annis trajicientem moratus esset, contenderat. inde proxima nocte sex millia peditum, equitesque trecentos, qui præsidio senatui essent, Nolam inremisit: & uti à confule omnia impigre facta sunt ad præoccupandam Nolam; ita Annibal tempus terebat; his jam ante nequicquam tentata re, segnior ad credendum Nolanis factus.

Cap. XIV. Isdem diebus & Q. Fabius consul ad Calilinum tentandum, quod præsidio Punico renebatur, venit. Et ad Beneventum, velut ex compolito, parte altera Hanno ex Bruttiis cum magna peditum equitumque manu, altera Ti. Gracchus ab Lucceria accesit. qui primo oppidum intravit. Deinde, ut Hannonem tria millia ferme ab urbe ad Calorem fluvium caltra posuisse, & inde agrum populari audivit; & ipse egressus meenibus, mille ferme passus ab hoste castra locat: ibique conclonem militum habuit. Legiones magna ex parte volonum habebat: qui jam alterum annum libertatem tacite mereri, quam postulare palam maluerant. Senserat tamen hibernis egredicns murmur in agmine esse quærentium, *an unquam liberi militaturi essent?* & Sempronio tunc tribuni, non tam quid desiderarent; quam quid meruissent, bona fortique opera eorum se ad eam diem usum: neque ad exemplum justi militis quicquam eis, præter libertatem, deesse. De eo permissum ipsi erat, facerent quod è republica duceret esse. Itaque prius quam cum hoste mutum consereret, pronunciat: *tempus venisse ejus libertatis, quam diu speraverint, potiundæ. postero die signis collatis dimicaturum puto ac parenti campo; ubi sine ullo insidiarum metu vera virtute geri res posset. Qui caput hostis retulisset, eum se extemplo liberum justurum esse: qui loco cessisset, in eum servili supplicio animadversurum. Stetit cuique fortunam in manu esse: libertatis autorem eis non se fore solum, sed consulem M. Marcellum, sed universos Patres, quos consultos ab se de liberate eorum, fisi permisse.* Literas inde consulis ac senatus consultum recitavit. Ad quæ clamor cum ingenti assensu est sublatus. pugnam poscebant, signumque ut daret extemplo, ferociter instabant. Gracchus prœlio in posterum diem pronunciato, concionem dimisit. Milites læti, præcipue quibus merces navatæ in unum diem operæ liberras futura erat, armis expediendis diei reliquum consumunt.

Cap. XV. Postero die ubi signa cœperunt canere, primi omnium parari instructiue ad prætorium conveniunt. Sole orto Gracchus in aciem copias educit. nec hostes moram dimicandi fecerunt. Decem & septem millia peditum erant; maxime ex parte Brutrii ac Lucani. equites mille decuenti: inter quos pauci admodum Italici, cæteri Numidæ fere omnes Maurique. Pugnatum est & acriter, & diu. quatuor horis neutro inclinata est pugna: nec alia magis. Romanum impediebat res, quam capita hostium pretia liberrati facta. Nam ut quisque hostem impigre occiderat, primum capite ægre inter turbam tumultumque abscindendo tempus terebat: deinde, occupata dextra tenendo caput, fortissimus quisque pugnator esse desierat: segnibus ac timidis tradita pugna erat. Quod ubi tribuni militum Gracchio nunciaverunt, neminem stantem jam vulnerari hostem: carnificari jacentes, & in dextris militum pro gladiis humana capita esse: signum dare propere jussit: projicerent capita. Invaderentque hostem. Claram satis & insignem virtutem esse: nec dubiam libertatem futuram strenuis viris. Tum redintegrata pugna est, & eques etiam in hostem emissus. Quibus quum impigre Numidæ concurrissent, nec segnior equitum quam peditum pugna esset: iterum in dubium adductæres: quum utrimque duces Romanus Bruttium Lucanumque, totles à majoribus suis victos subactosque; Poenus municipia Romana, & ex ergastulo militem, verbis obtererer. Postremo pronunciat Gracchus, esse nihil quod de libertate speraverit, nisi eo die fuli fugatique hostes essent.

Cap. XVI. Ea demum vox ita animos accendit, atque, renovato clamore, velut alii recens facti, tanta vi se in hostem intulerunt, ut sustinieri ultra non possent. Primo anteSignani Pœnorum, deinde signa perturbata, postremo tota impulsa acies; Inde haud dubie terga data, ruunteque fugientes in castra: adeo pavidi nequidquam, ut in ipsis quidem aut vallo quisquam reliteriti, & prope pe continenti agmine Romani insecuti, novum de integro prœlium inclusi hostium vallo ediderint. Ibi sicut pugna impeditior in angustiis, ita cædes atrocior fuit: & adjuvere captivi, qui rapto inter tumultum ferro conjebati, & ab tergo cecidertunt Poenos, & fugam impedierunt. Itaque minus duo millia hominum ex tanto exercitu, & ea major pars equitum, cum ipso duce effugerunt: alii omnes cæsi aut capti. capta & signa duodequadraginta. Ex victoribus duo millia ferme cecidere. præda omnis (præterquam hominum caprorum) militi concessa est: & pecus exceptum est, quod intra dies triginta domini cognovisset. Quum præda omnis in caltra redisset, quatuor millia ferme volonum militum, qui pugnaverant segnius, nec in caltra irruperant simul; metu pœnæ collem haud

haud procul castris ceperunt. postero die per Tribunum militum inde deducti, concione militum advocata à Graccho, supervenjunt. Ubi quum proconsul veteres milites primum, prout cujusque virtus atque opera in ea pugna fuerat, militaribus donis donasset; tunc quod ad volones attineret, *omnes*, ait, *malle laudatos à se, dignos laudatosque, quam quemquam eo die castigatum esse. Quod bonum, faustum, felixque reipublicæ ipsique esset, omnes eos liberos esse jubere.* Ad quam vocem quum clamor ingenti alacritate sublatus esset; ac nunc complexi inter se gratulantesque, nunc manus ad cœlum tollentes; denique omnia populo Romano Gracchoque ipsi precarentur; tum Gracchus: *Prius quam omnes jure libertatis æquassem*, inquit, *neminem nota strenui aut ignavi militis notasse volui. Nunc exoluta jam fide publica, ne diffirmem omne virtutis ignaviæque peremptor, nominat eorum, qui detrectata per vanitatem sacramentione paulo ante fecerunt, referri ad me jubebo: citatosque singulos jurejurando adigam, nisi quis morbus caussa erit, non aliter, quam stantes cibum portionemque, quod stipendia faciunt, capturos esse. Hanc militiam ita æquo animo ferunt, ut reputabrit, nulla ignaviæ nota lecti eos designari posse.* Signum deinde colligendi vasa dedit: militesque prædam portantes agentesque per lasciviam ac jocum ita ludibundi Beneventum rediere, ut ab epulis per celebrem festumque diem actis, non ex acie reverti videantur. Beneventani omnes turba effusa quum obviam ad portas exissent, complecti milites, gratulari, vocare in hospitium. Apparata convivia omnibus in propatulo ædium fuerant: ad ea invitabant, Gracchumque orabant, ut epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita permisit, in publico epularentur omnes. Ante suas quibusque fores prolata omnia, pileati, aut lana alba velatis capitibus volones epulari sunt; alii accubantes, alii stantes: qui simul ministrabant, vesebanturque. Digna res vita, ut simulacrum celebrati ejus diei Gracchus, postquam Romam rediit, pingi juberet in æde Libertatis quam pater ejus in Aventino ex multaticia pecunia faciendam curavit dedicavitque.

Cap. XVII. Dum hæc ad Beneventum geruntur, Annibal depopulatus agrum Neapolitanum, ad Nolam castra movet, quem ubi adventare consul sensit, Pomponio prætore cum eo exercitu, qui super Suessulam in castris erat, accito, ire obviam hosti parat, nec moram dimicandi facere. Claudium Neronem cum robore equitum, silentio noctis per aversam maxime ab hoste portam emittit: circumvectumque occulte subsequi jubet. Ipse agmen hostium jubet. & cum coortum prœlium videret, ab tergo ei objicere. Id errore vlarum, an exiguitate temporis, Nero extequi non potuerit, incertum est. Abfente eo quum prœlium commissum esset, superior quidem haud dubie Romanus erat: sed quia equites non affuere in tempore, ratio nostitæ rei turbata est, non ausus insequi cedentes Marcellus, vincentibus suis signum receptui dedit. Plus tamen duo millia hostium eo die cæsa traduntur: Romani minus quadringentis. Solis fere occasu Nero diem noctemque nequicquam fatigatis equis hominibusque, ne viso quidem hoste rediens, adeo graviter est ab contule increpitus, ut per eum tetiffe diceret, quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades. Postero die Romanus in aciem descendit: Pœnus, tacita etiam confessione victus, castris se tenuit. Tertio die silentio noctis, omissa fpe Neapolim potiundi, rei nunquam prospere tentatæ, Tarentum ad certiorem spem proditionis proficiscitur.

Cap. XVIII. Nec minore animo res Romana domi quam militiæ gerebatur. Censores vacui ab operum locandorum cura, propter inopiam ærarii, ad mores hominum regendos animum adverterunt, castigandaque vitia; quæ velut diutinis morbis ægra corpora ex se gignunt, nata belso erant. Primum eos citaverunt, qui post Cannensem pugnam rempublicam deseruisse Italiaque excessisse vellebant. Deinde principes eorum L. Cæcilius Metellus, qui quæstor tum forte erat. Justo deinde eo, interrifique ejusdem noxæ reis causam dicere, quum purgari nequissent, pronunciarunt, verba orationemque eos adversus rempublicam habuisse, quo conjuratio deferendæ Italiæ causa fieret. Secundum eos citati nimis callidi exclusverunt jurisjurandi interpretes: qui captivorum ex itinere regressi clam in castra Annibalis, solutum quod juraverant redituros, rebantur. His superioribusque illis eo adempti, qui publicum equum habebant: tribuque moti, ærarii omnes facti. Neque senatu modo, aut equestri ordine regendo cura fe censorum tenuit. nomina omnium ex juniorum tabulis excerpserunt, qui quadriennio non militarent; quibus neque vacatio justa militiæ, neque morbus causta fuisset. Et ea supra duo millia nominum in ærarios relata, tribuque omnes moti. Additumque inerti cognitionis notæ triste senatusconsultum: ut si omnes, quos censores notassent, pedibus mererent, mitterenturque in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias, cui militum generi non prius quam publis Italiæ hostis esset, finitum stipendiorum tempus

erat. Quum censores ob inopiam ærarii se jam locationibus abstinerent ædium sacrarum tuendarum, curuliumque equorum præbendorum, ac tributum his rerum; convenere ad eos frequentes, qui hastæ hujus generis assueverant: horratique censores, ut omnia perinde agerent locarent; ac si pecunia in ærario esset. Nendum nisi bello confecto, pecuniam ab ærario perituram esse. Convenere deinde domini eorum, quos Ti. Sempronius ad Beneventum manu emiserat: arcessitosque se ab triumviris mensariis esse dixerunt, ut pretia servorum acciperent. ceterum non ante quam bello confecto accepturos esse. Quum hæc inclinatio animorum plebis ad sustinendam inopiam ærarii fieret; pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum cœptæ conferri: nullumque tributus tam illustre deponere credentibus, cui deferebatur, quam in publicum id. inde fit quod emptum paratumque pupillis ac viduis foret, a quæstore perferibebatur. Manavit ea privatorum benignitas ex urbe etiam in castra, ut non eques, non centurio stipendium acciperent, misericordiamque increpantes vocarent, qui acciperet.

Cap. XIX. Q. Fabius Consul ad Casilinum castra habebat, quod duum millium Campanorum, & sexpringentorum militum Annibalis tenebatur præsidio. Præerat Statius Metius, missus ab Cn. Magio Atellano: qui ea anno Medixtuticus erat, servitiaque & plebem primique armabat, ut extra Romana invaderet; intento omnibus ad Casilinum oppugnandum. Nihil eorum Fabium fefellit, itaque Nolam ad colligam mittit, altero exercitu, dum Casilinum oppugnatur, opus esse, qui Campanis opponatur. Vel ipse relicto Nolæ præsidio modico venit: vel si eum Nolæ tenerent, & necdum secura res ab Annibale esset, se Ti. Gracchum proconsulem à Benevento acciturum. Hoc nuncio Marcellus duobus militum millibus Nolæ in præsidio relictis, cum altero exercitu Casilinum venit, adeoque ejus Campani jam moventes se ie quieverunt. Ita a duobus consulibus Casilinum oppugnari cœptum. ubi quum multa licentes temere inermibus Romani milites acciperent vulnera, neque satis in ceteris succederet, Fabius, omittendum rem parvam ac juxta magnis difficilem, abscedendumque inde censebat, quum res majores instarent. Marcellus, multa magnis ducibus sicut non aggredienda, ita sæpe aggressis non dimittenda esse, dicendo, quia magna famæ momenta in utramque partem sierent, tenuit, ne irrito inceptu discessu. Vineæ inde omnisque alia operum machinationumque genera quum admoverentur, Campanique Fabium orarent, ut abire Capuam tuto liceret; paucis egressis, Marcellus portam, qua egrediebantur, occupavit, cædesque promiscue omnium circa portam primo, deinde, irruptione facta, etiam in tubo fieri cœpta est. Quinque gira fere primo egressi Campanorum, quum ad Fabium confugissent, præsidio ejus Capuam pervenerunt. Casilinum, inter colloquia cunctationemque petentium fidem, per occasionem captum est. captivi, quique Campanorum, quique Annibalis militum erant, Romanum missi, atque ibi in carcere inclusi sunt: oppidanorum turba per finitimos populos in custodiam divisa.

Cap. XX. Quibus diebus a Casilino re bene gesta receisum est, eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione confirmatas cum præfecto relictorum in agro hostium prædatum misit. eos effuse palatos Hanno adortus, haud multo minorem quam ad Beneventum accepérat, reddidit hosti cladem, atque in Bruttios raptim, ne Gracchus assequeretur, concessit. Consules, Marcellus retro, unde venerant, & Sol ad Nolam; Fabius in Samnium ad populandos agros, recipiendasque armis, quæ defecerant, urbes, processit. Caudinus Samnis gravius devastatus; perunti late ag i, prædæ pecudum hominumque actæ. oppida vi capta. Compulteria, Telesia, Compsa, Melæ, Fulfulæ & Orbitanium ex Lucania Blandæ. Apulorum Æcæ oppugnatæ. Millia hostium in his urbibus viginti quinque capta aut occisa: & recepti perfugæ trecenti septuaginta; quos quum Romam misisset consul, virgis in comitio cæsi omnes, ac de saxo dejecti. Hoc a Q. Fabio intra paucos dies gesta. Marcellum ab egressis redux valetudo adversa Nolæ retinuit. Et a prætore Q. Fabio, cui circa Lucerian provincia erat, Accua oppidum per eos dies vi captum: fractaque ad Ardoneas communita. Dum hæc aliis locis ab Romanis geruntur, Jam Tarentum pervenerat Annibal, cum maxima omnium, quas unquam fecit, clade. In Tarentino demum agro paratum incedere agmen cœpit. nihil ibi violatum, neque usquam vi excessum est: apparebatque non id modestia militum aut ducis, nisi ad consilia Tarentinorum animos, fieri. Certum quum propemodo muris accessisset, nullo ad conspectum primi agminis, ut reparatur, motu facto, castra ab urbe fere passus mille locat. Tarenti tridui antequam Annibal ad mœnia accederet, a M. Valerio prætore, qui classi ad Brundusium præerat, missus M. Livius, primore juventute conscripta, dispositisque ad omnes portas,

portas, circaque muros, qua res postulabat, stationibus; die ac nocte plurimum intentus, neque hostibus dubiis fociis loci quicquam præbuit ad tentandum. Quare diebus aliquot frustra ibi absumptis, Annibal, quum eorum nemo qui ad lacum Averni adissent, aut ipsi venirent aut nuncium literasve mitterent, vana promissa fe temere secutum cernens, castra inde movit. Tum quoque, intacto agro Tarentino (quamquam simulata lenitas nihilum profuerat, tamen ipse labefactandæ fidei haud absistens) Salapiam ut venit, frumentum ex agris Metapontino atque Heracliensi (jam media æstas exacta erat, & hibernis placebat locus) comportat. Prædatum inde Numidæ Maurique per Salentinum agrum proximosque Apuliæ saltus dimisit: unde cæteræ prædæ haud multum, equorum greges maxime abacti: e quibus ad quatuor millia domanda equitibus divisa.

Cap. XXI. Romani, quum bellum nequaquam contemnendum in Sicilia oriretur, morisque tyranni ducibus magis impigros dedisset Syracusanis, quam caudam aut animos mutassset; M. Marcello alteri consulum eam provinciam decernunt. Secundum Hieronymi cædem primo tumultuatum in Leontinis apud milites fuerat, veciferatumque ferociter, parentandum regi sanguine conjurationis esse. Deinde libertatis restitutæ dulce auditu nomen crebro usurpatum, spes facta ex regia largitionis, militiæque fungendæ potioris ducibus, & relata tyranni fœda sceleris, fœdioresque libidines, adeo mutavere animos, ut insepultum jacere corpus paulo ante defiderati regis paterentur. Quum cæteri ex conjuratis ad exercitum Andronodorum remansissent, Theodotus & Sositis regiis equis quanto maximo cursu poterant, ut ignaros omnium regios opprimerent, Syracusas contendunt. Cæterum præveneratur, non fama solum, (qua nihil in talibus rebus est celerius,) sed nunciis etiam ex regiis servis. Itaque Andranodorus, & Insulam & arcem, & alia quæ poterat, quæque opportuna erant, præsidiis firmarat. Hexapylo Theodotus ac Sositis polt solis occasum jam obscura luce invecti, quum cruentam regiam vestem atque insigne capitis ostentarent, travecti per Tycham, simul ad libertatem, simul ad prædam vocantes, in Achradinam convenire jubent. Multitudo pars procurrit in vias; pars in aditum vestibuli: stat: pars ex rectis fenestris prospectant, & quid rei sit, rogitant. Omnia luminibus collucent. Repentinque vario complentur armati: Insulæ parentibus congregantur. inermes ex Olympii Jovis templo spolia Gallorum illyriorumque, dono data Hieroni à populo Romano fixaque ab eo, detrahunt; precantes Jovem, ut volens propitius præbeat sacra arma, pro patria, pro Deum delubris, pro libertate sese armantibus. Hæc quoque multitudo stationibus per principes regionum urbis dispositis additur. In Insula inter cætera Andranodorus præsidiis firmat horrea publica. Locus saxo quadrato septus, atque arcis in modum emunitus, capitur ab juventute quæ præsidio ejus loci attributa erat: mittuntque nuncios in Achradinam; horrea frumentumque in senatus potestate esse.

Cap. XXII. Luce prima populus omnis armatus inermisque in Achradinam ad curiam convenit. ibi pro Concordiæ ara, quæ in eo sita loco erat, ex principibus unus nomine Polyænus concionem & liberam & moderatam habuit: *Servitutinis inquit ipsos nostræ homines exportos, adversus notum malum irritasse esse. Discordia civilis quas importet clades, audisse magis à patribus Syracusanos, quam ipsos vidisse. Arma quod impie ceperint, laudare: nagis laudaturum, si non utuntur, nisi ultima necessitate coacti. In præsentia legatos ad Andranodorum mitti placere, qui denuncient, ut in portæ state senatus ac populi sit: portæ Insulæ pateant, recedat præsidium. Si tutelam alieni regni sum regnum velit facere, eundem se censere: multo acrius ab Andranodoro, quam ab Hieronymo reperi libertatem.* Ab hac concione legati missi sunt. Senatus inde haberi cœptus est. quod ficut regnante Hierone manserat publicum consilium, ita post mortem ejus ante eam diem nulla de re neque convocati neque consulti fuerant. Ut ventum ad Andranodorum est, ipsum quidem movebat & civium consensus & quum aliæ occupatæ urbis partes, tum pars Insulæ, velut munitissima prodita atque alienata: sed evocatum eum ab legatis Demarata uxor, filia Hieronis, infiata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu, admonet: *Deque usurpatas Dionysii tyranni voces: qua, patibus tractum non insidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere. Facile esse momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ: facere & parare eam, difficile atque arduum esse. Paulisum sumeret spatii ad consultandum ab legatis, eo meretur ad arcessendos ex Leontinis milites: quibus si pecuniam regiam pollicitus esset, omnia in potestate ejus futura.* Hæc muliebria consilia Andranodorus neque tota aspernatus est, neque extemplo accepit: rationem ad opes adscitandas ratus esse viam, si in-

præsentia tempori cessisset. Itaque legatos renunciare jussit, futurum se in senatus ac populi potestate. Postero die luce prima patefactis Insulæ portis, in forum Achradinæ venit. Ibi tam aram Concordiæ, ex qua pridie Polyænus concionatus erat, escendit: orationemque eam oritus est, qua primum cunctationis suæ veniam petivit. *Se enim clausas habuisse portas; non separantem suas res à publicis, sed firditis simul gladiis tutamentum, qui finis cædibus esset futurus: utrum, quod satis libertati foret, contenti nec tyranni essent, an quicumque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus ministeriis regiam contigissent, alienæ culpæ rei trucidarentur. Postquam animadvertit, eos qui liberassent patriam, servare etiam libertatem velle, atque undique consilii in medium; non dubitasse, quin & corpus suum, & cætera omnia, quæ suæ fidei tutelæque essent, quoniam eum, qui mandasset, suus furor absumpsisset, patriæ restituerent.* Conversus deinde ad interfectores tyranni, ac nomine appellans Theodorum ac Sosim: *Facinus*, inquit, *memorabile fecistis. Sed mihi credite, inchoata vestra gloria, nondum perfecta est: periculumque ingens manet, nisi pari & concordiæ consiliis, ne libera efferatur respublica.*

Cap. XXIII. Post hanc orationem claves portarum pecuniæque regiæ ante pedes eorum posuit. atque illo quidem die dimissi ex concione læti, circa omnia fana Deum supplicaverunt cum conjugibus ac liberis: postero die comitia Prætoribus creandis habita. Creatus in primis Andranodorus, cæteri magna ex parte interfectores tyranni. dies etiam absentes, Sopatrum ac Dinomenen fecerunt. Qui auditis quæ Syracusis acta erant, pecuniam regiam, quæ in Leontinis erat, Syracusas devectam, quæstoribus ad idipsum creatis tradiderunt: & ea quæ in Insula erat & Achradina, tradita est, murique ea parte, quæ ab cætera urbe nimis erat munimento interspiebat Insulam, consensu omnium dejecta est. fecutæ & cæteræ res hanc inclinationem animorum ad libertatem. Hippocrates atque Epicydes audita morte tyranni, quam Hippocrates etiam nuncio interfecto celare voluerat; deserti à militibus, quia id tutissimum ex præsentibus videbatur, Syracusas rediere. ubi ne suspecti observarentur, tamquam novandi res aliquam occasionem quærentes, prætores primum, deinde per eos senatum adeunt: Ab Annibale se missos prædicant ad Hieronymum; tamquam amicum ac socium. paruisse imperio ejus, cujus imperator suus voluerit. velle ad Annibalem redire. cæterum quum iter tutum non sit, vagantibus passim per totam Siciliam Romanis armis, petere ut præsidii dent aliquid, quo Locros in Italiam perducantur. gratiam magnam eos parva opera apud Annibalem inituros. Facile res impetrata: abire enim duces regios, quum peritos militiæ, tum egentes eosdem atque audaces cupiebant: sed quod volebant non quam maturato opus erat naviter expedirantur. Interim juvenes militares, & assueti militibus, nunc apud eos ipsos, nunc apud transfugas, quorum maxima pars ex navalibus socils Romanorum erat, nunc etiam apud infimæ plebis homines crimina ferebant in senatum optimatesque: id mollri clam eos atque struere, ut Syracusæ per pacem reconciliatæ societatis in ditione Romanorum sint; dein factio, & pauci auctores fœderis renovati dominentur.

Cap. XXIV. His audiendis credendisque opportuna multitudo major indies Syracusas confluebat: nec Hippocrati & Epicydi solum spem novandarum rerum, sed Andranodoro etiam præbebat. Qui fessus eandem uxoris vocibus monentis, Nunc illud esse tempus occupandi res, dum turbata omnia nova atque incondita libertate essent, dum regiis stipendiis paitus obversaretur miles: dum ab Annibale missi duces assueti militibus juvare possent incepta; cum Themisto, cui Gelonis filia nupta, rem confociatam paucos post dies Aristoni cuidam tragico actori, cui & alia arcana committere assueras, incaute aperit. Huic & genus & fortuna honesta erant, nec ars, quia nihil rale apud Græcos pudori est, ea deformabat. Itaque fidem potiorem ratus, quam patriæ debebat, indicium ad Prætores defert. Qui ubi rem haud vanam esse certis indiciis compererunt, consultis senioribus, & auctoritate eorum præsidio ad fores posito, Ingressos curiam Themistum atque Andranodorum interfecerunt: & quum tumultus ab re inopinata atrociore, causam aliis ignorantibus, ortus esset; silentio tandem facto, indicem in curiam introduxerunt. Qui quum ordine omnia edocuisset, & principium conjurationis factum ab Harmonide Gelonis filiæ nuptiis, quibus Themisto juncta esset; Afrorum Hispanorumque auxiliares instructos ad cædem Prætorum principumque aliorum; bonaque eorum prædæ futura interfectoribus pronunciatum; jam mercenariorum manum assuetam imperiis Andranodori pararam fuisse ad insulam rursus occupandam; singula deinde, quæ per quosque agerentur, totamque viris armisque instructam conjurationem ante oculos posuisset; senatui quidem tam jure cæsi, quam Hieronymus, videbantur. Ante curiam variæ atque

atque incertæ rerum multitudinis clamor erat. quam ferociter minitantem in vestibulo curiæ, corpora conjuratorum eo metu compressérunt, ut silentes integram plebem in concionem sequerentur. Sopatro mandatum ab senatu & ab collegis, ut verba faceret.

Cap. XXV. Is tamquam reos agebat. ab anteacta vita orsus, quæcumque post Hieronis mortem scelestе atque impie facta essent, Andranodorum ac Themistum arguit fecisse. *Quid enim sua sponte fecisse Hieronymum puerum, ac vix dum pubescentem? Tutores ac magistros ejus sub aliena invidia regnasse. itaque aut ante Hieronymum, aut certe cum Hieronymo perire eos debuisse. At illos debitos jam morti destinatosque, alia nova scelera post mortem tyranni molitos: patam primo, cum classis Andranodoro insulæ portis hæreditatem regni crevérit, quæque procurator tenuerat, pro domino posséderit; proditus deinde ab eis, qui in Insula erant, circumsessus ab universa civitate, quæ Achradinam tenuerit, nequicquam palam atque aperte petitum regnum, clam & dolo spectare conatus sit, & ne beneficio quidem atque honore potuerit vinci, quum inter liberatores patriæ insidiator ipse libertatis creatus esset Prætor. Sed animos eis regios regias conjuges fecisse: alteri Hieronis, alteri Gelonis, filias nupsisse.* Sub hanc vocem ex omnibus partibus concursus oritur, nullam eorum vivere debere, nec quemquam fuisse tyrannorum stirpis. Hæc natura multitudinis est, aut servit humiliter aut superbe dominatur: libertatem, quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciunt: & non semel hoc evenit iræmem indulgentes ministri, qui avidos atque intemperantes plebeiorum animos, ad sanguinem & cædes irritent. Sicut tum exemplo Prætores rogationem promulgarunt: acceptaque pene prius quam promulgata est, ut omnis regia stirps interficerentur, missique a Praetoribus Demaratam Hieronis, & Harmoniam Gelonis filias, conjuges Andranodori & Themisti, interfecerunt.

Cap. XXVI. Heraclea erat filia Hieronis, uxor Zoippi, qui legatus ab Hieronymo ad regem Ptolemæum missus, voluntarium conficiverat exilium. Ea quum ad se quoque venire præsensisset, in sacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus virginibus, resolutis crinibus, miserabilique alio habitu: & ad ea additis preces, *nunc per memoriam Hieronis patris, Gelonisque fratris, ne se innoxiam invidiæ Hieronymi conflagrare sinerent. Nihil se ex regno illius, præter exilium viri habere: neque fortunam suam eandem vivo Hieronymo fuisse quam sororis, neque interfecto eo causam eandem esse. Quid si quod si Andranodoro consilia processissent, illa cum viro fuerit regnatura: sibi cum ceteris servitutem. Si quis Zoippo nunciet, interfectum Hieronymum, & liberatas Syracusas; cui dubium esse, quin exemplo conscensurus sit navim, atque in patriam redituras? Quantum spes hominum fallit! In liberata patria conjugem ejus, ac liberos de vita dimicare; quid obstantes libertati, aut legibus? Quod ab se cuiquam periculum, a sola ac prope vidua, & puellis in orbitate degentibus esse? At enim periculi quidem nihil ab se timeri: invisam tamen regiam stirpem esse. Abdicarent ergo prudes ab Syracusiis Siciliaque, & asportari ad Alexandrinos juberent, ad virum uxorem ad patrem filias.* Averſis auribus animisque, cæſo ne tempus tererentur, (ferrum enim quosdam expedientes cernebat) tum omisſis pro ſe precibus, puellis ut ſaltem parcerent, orare inſtitit: à qua ætate etiam boſtes iratos abſtinere, ne tyrannos lucifcendos, qua odiſſent ſcelera, ipſi imitarentur. Inter hæc abſtrectam a penetralibus jugulant: in virgines deinde reſperſas matris cruore impetum faciunt. quæ allenata mente ſimul luctu metuque, velut captæ furore, eo curſu ſe ex ſacrario proripuerunt; ut ii effugium putaviſſet in publicum, impleturæ urbem tumultu fuerint. Tum quoque haud magno ædium ſpatio inter medios tot armatos aliquoties integro corpore evaſerunt: tenentibuſque quum tot ac tam valide elutſtandæ manus eſſent, ſeſe eripuerunt: tandem vulneribus confectæ, quum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt. Cædemque per ſe miſerabilem miſerabiliorem caſus fecit: quod paullo poſt nuncius venit, muratis repente ad miſericordiam animis, ne interficerentur. Ira deinde ex miſericordia orta, quod adeo feſtinatum ad ſupplicium, neque totus pœnitendi, aut regreſſus ab ira relictus eſſet. itaque fremere multitudo, & in locum Andranodori ac Themiſti (nam ambo prætores fuerant) comitia poſcere: quæ nequaquam ex ſententia prætorum futura eſſent.

Cap. XXVII. Statutus eſt comitiis dies: quo nec opinantibus omnibus unus ex ultima turba Epicydem nominavit, tum inde alius Hippocratem. crebriores deinde ex voces, & cum haud dubio aſſenſu multitudinis eſſe. Et erat confuſa concio: non populari modo, ſed militari quoque turba, magna ex parte etiam perfugis, qui omnia novare cupiebant,

bant, permixtis. Prætores dissimulare primo, & trahenda re esse, postremo victi consensi, & seditionem metuentes, pronunciant eos prætores. Nec illi primo statim creati nudare quid vellent: quamquam aegre ferebant, & de inductis dierum decem legatos isse ad Appium Claudium, & impetratis eis alios, qui de fœdere antiquo renovando agerent, missos. Ad Murgantiam tum classem navium centum Romanus habebat, quonam evaderent motus ex cædibus tyrannorum orti Syracusis, quove eos ageret nova atque insolita libertas, opperiens. Per eosdem dies quum ad Marcellum venientem in Siciliam, legati Syracusani missi ab Appio essent, auditis conditionibus pacis; Marcellus posse rem convenire ratus, & iptæ legatos Syracusas, qui curarent eam prætoribus de renovando fœdere agerent, misit. Et jam ibi nequaquam eadem quies & tranquillitas erat, postquam Punicam classem accessisse Pachynum allatum est, demto timore Hippocrates & Epicydes, nunc apud mercenarios milites, nunc apud transfugas, privati nuper Syracusius, criminabantur. Ut vero Appius naves ad ostium portus, quo aliæ partis hominibus animus accederet, in statione habere coepit, ingens in speciem criminibus vanis accessierat fides: ac primo etiam tumultuole decurrerat multitudo ad prohibendos, ti in terram egrederentur.

Cap. XXVIII. In hac turbatione rerum, in concionem vocari placuit. ubi quum alii alio tenderent, nec procul fedition res esset, Apollonides principum unus orationem sumsit, ut in tali tempore, habuit: *nec ipsum salutare, nec omnibus propterea unquam civitati alii fuisse. Si enim unus animo omnes, vel ad Romanos vel Carthaginienses inclinarent, nullius civitatis statum fortunatiorem beatioremve fore. si alii alio trahant res, non inter Punos Romanosque bellum atrocius fore, quam inter ipsos Syracusanos; quum intra eosdem muros pari utraque suos exercitus, sua arma, suos hostium sit duces. Itaque ut omnes idem sentiant, summa diligentia esse: utra societas sit utilior, eam longe minorem ac leviorem momenti conciliationem esse. sed tamen Hieronis pari ac quem Hieronymi auctoritatem sequendam in fœdis legendis, vel utriusque aetatis annis feliciter expertam amicitiam nunc incognitæ, quandam imbelli, præferendam. Esse etiam momenti alii id ad consilium, quod Carthaginienses ita pax nequiri possit, ut non antiquis in præsentia bellum cum eis geratur: cum Romanis exemplo aut pacem, aut bellum habendum.* Quo minus cupiditatis ac studii visa est oratio habere, eo plus auctoritatis habuit. Adjectum est prætoribus ac delectis senatorum militare etiam consilium. justi & duces ordinum præfectique auxiliorum simul consulere. Quum sæpe acta res esset magnis certaminibus, postremo quia belli cum Romanis gerendi ratio nulla apparebat, pacem fieri placuit. mittimque cum eis legatos ad rem confirmandam.

Cap. XXIX. Dies haud ita multi inter ce esserunt, quum ex Leontinis legati prædibus finibus suis orantes venerunt. Quæ legatio peropportuna vita ad multitudinem inconditam ac tumultuosam exonerandam, ducesque ejus ablegandos. Hippocrates prætor ducere eo transfugas justus: secuti multi ex auxiliis mercenariis, quartum millia armatorum effecerunt. Et mitrentibus & missis ea læta expeditio fuit. nam & illis, quod jam diu cupiebant, novandi res occasio data est, & hi sentinam quandam urbis rati exhausiam, lætabantur. cæterum levaverunt modo in præsentia vitæ corpora agrorum, quæ non in graviorem morbum recideret. Hippocrates enim finitima provinciæ Romanæ primo furtivis excursionibus vastare coepit: deinde, quum ad tuendos focierum agros missum ab Appio prædium esset, omnibus copiis imperum in oppidum statiorem cum cede meorum fecit. Quæ quum essent nunciata Marcello, legatos extemplo Syracusas misit, qui pacis fidem ruptam esse dicerent: nec belli defuturam unquam causam, nisi Hippocrates atque Epicydes, non ab Syracusis modo, sed tota procul Sicilia ablegarentur. Epicydem suum reus criminis, absentis fratris præsens esset, aut deesset pro parte sua concitando bello; profectus & ipse in Leontinos, quia satis eos adversus populum Romanum concitatos cernebat, avertere etiam ab Syracusis coepit. *Nam ita eos pacem populi esse cum Romanis, ut quicunque potuit sub regibus fuissent, & sua ditionis esset; nec jam libertate contentos esse, nisi etiam regant ac dominentur. Renunciandum igitur eis esse, Leontinos quoque æquum censere liberos esse: vel quod in solo urbis hæc tenuis conditorum, qui quod sub primum conclamatum ad libertatem, relictisque regiis ducibus Syracusas sit concursum. Itaque ant eximendum id de fœdere esse, aut legem eam fœderis non accipiendam.* Facile multitudini persuasum: legatisque Syracusanorum & de cede stationis Romanæ querentibus, & Hippocrate atque Epicydem abire, seu Locros, seu quo alio mallent, dummodo Sicilia cederent, jubentibus; ferociter responsum est. Neque mandasse sese Syracusanis, ut pacem pro se cum Romanis face rent: neque teneri alienis fœderibus.

bus. Hæc ad Romanos Syracusani deferuerunt: abnuentes Leontinos in sua potestate esse. itaque integro bello fundere bellum Romanos cum illis gesturos. neque finis defuturos ei bello; ita, ut in potestatem redacti, suæ rursus ditionis essent, sicut pax conueniisset.

Cap. XXX. Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos. Appius quoque accito, ut altera parte aggrederetur, tanquam ardore militum ei usus ab ira inter conditiones pacis interfectæ stationis. ut primo impetu urbem expugnarent. Hippocrates atque Epicydes, postequam cæci muros refringi, ac portas viderunt in arcem fese cum paucis recepere. inde clam nocte He bessum perfugiunt. Syracusanis oblatum armatorum agmine profectis domo, ad Myliam flumen nuncius occurrit, captam urbem esse; cætera falsa mixta veris ferens: eadem promiscuam militum atque ciuium prædonum fidem, nec quicquam pudoris arbitrari superesse. direptam urbem, bona locupletum donata. Ad nuncium tam atrocem conscitio animi concitatique omnibus, duces (erant autem Sosis ac Dinomenes) quid agerent consultabant. Terroris speciem haud vanam mendacio prabuerant verberari ac cecuri percussi transfugæ ad duo millia hominum. quos ubi Leontinorum militumque aliorum animo post captam urbem violatus fuerat: fuisque omnia eis, nisi quæ primus tumultus caperat urbis absumpserat, restituebantur. Nec ut Leontinos irent, proditos ad eadem commilitones querentes, perpelli potuere, nec ut eodem loco certiorem rumorem exspectarent. Quum ad defectionem inclinatos animos cernerent Prætores, sed eum motum haud diuturnum fore, si duces amentiæ sublati essent; exercitum ducunt Megaram. ipsi cum paucis equitibus Herbessum profici scuntur: spe territis omnibus per proditionem urbis potiundæ. quod ubi Epicydes eis fuit inceptum, vi agendum rati, postero die Megaris castra mouent, ut Herbessum omnibus copiis expugnarent. Hippocrates & Epicydes, non tam tutum prima specie, quam unum spei undique absciso consilium esse rati, ut se militibus permitterent, & assuetis magna ex parte sibi, & cum fama credis commilitonum accensis, obviam agmini procederent. Prima forte signa sexcentorum Cretensium erant, qui apud Hieronymum meruerant sub eis. & Annibalis beneficium habebant; capti ad Trasimenum inter Romanorum auxilia, dimissique. quos ubi ex signis armatorumque habitu cognovere Hippocrates atque Epicydes, ramos oleæ ac velamenta alia supplicum porrigentes, orare, ut reciperent sese, receptosque tutarentur, neu prodierent Syracusanis: à quibus mox ipsi trucidandi populo Romano dederentur.

Cap. XXXI. Enim vero conclamant, bonum ut animum haberent, omnem se cum illis fortunam subituros. Inter hoc colloquium signa consisterant, tenebaturque agmen: nec dum quæ moræ causa foret, pervenerat ad duces. postquam Hippocraten atque Epicyden adesse pervasit rumor, frementisque toto agmine erat, haud dubie appropinquantium adventum eorum: exemplo Prætores citatis equis ad prima signa perrexerunt, Qui mos illeque licentia Cretensium esset; regitantes, colloquia serendi cum hoste, injusisque prætorum misscendi eos agmini suo. Comprendi injidiasque cetens iusserunt Hippocrati. ad quam vocem tantus extemplo primum à Cretibus clamor est ortus, deinde exceptus ab aliis, ut facile, si ultra tenderent, apparerent eis timendum esse. Solliciti incertique rerum suarum, relegatam, unde profecti erant, redire signa iubent, nuncioque de statu præsentis Syracusis mittunt. Fraudem quoque Hippocrates addit, inclinaris ad omnem suspicionem animis: & Cretensium quibusdam ad intimea insidenda missis, velut interceptas literas, quas ipse compositerat, recitat: *Prætores Syracusani Cos. Marcello.* secundum salutem, ut assolet, scripturn erat: *Recte cum atque ordine scisse, quod in Leontinis nulli pepercisset. Sed omnium mercenariorum militum eandem esse causam, nec umquam Syracusas quieturas, donec quicquam externorum auxiliorum, aut in urbe aut in exercitu suo esset. Itaque daret operam, ut eos qui cum suis prætoribus castra ad Megaram haberent, in suam potestatem redigerent, ac supplicio eorum liberaret tandem Syracusas.* Hæc quum recitata essent, cum tanto clamore ad arma discursum est, ut prætores inter tumultum pavidi adequitaverint Syracusas: & ne fuga quidem eorum sedirio compressa est, impetusque in Syracusanos milites fiebant. nec ab ullo temperatum foret, ni Epicydes atque Hippocrates iræ multitudinis obviam isent: non à misericordia aut humano consilio, sed ne spem reditus præcluderent sibi, & quum ipsos simul milites fidos haberent, simul obsides; tum cognatos quoque eorum atque amicos tanto merito primum, dein pignore sibi conciliarent; experiique quam vana aut levi aura mobile vulgus esset, militem nancti ex eo numero, qui in Leontinis circumfesti erant, subornant; ut Syracusas perferret nuncium conuenientem eis, quæ ad Myliam falso nunciata erant: auctor-

remque se exhibendo, ac velut vi-
sa quæ dubia erant, narrando, con-
citaret iras hominum.

Cap. XXII. Huic non apud vulgum modo fides fuit, sed senatum quoque in curiam introductus movit. haud vani quidam homines palam ferre, perbene detectam in Leontinis esse avaritiam & crudelitatem Romanorum. eadem si intrassent Syracusas, aut fœdiora erdam, quo majus illi avaritiæ præmium esset, facturos fuisse. Itaque claudendas cunctis portas, & custodiendam urbem censere. sed non ab eisdem omnes timere, nec eosdem odisse. ad militare genus omne, partemque magnam plebis invisum esse nomen Romanum. Prætores optimarumque pauci quamquam indicii vano nuncio erant, tamen ad propius præsentiusque malum cautiores esse. Et jam ad Hexapylum erant Hippocrates atque Epicydes: ferebanturque colloquia per propinquos popularium, qui in exercitu erant, ut portas aperirent, finerentque communem patriam Siculis ab imperio Romanorum. Jam, uni foribus Hexapyli apertis, cœpti erant recipi, quum Prætores intervenerunt & primo imperio miniique, deinde auctoritate, deterrendo, postremo, ut omnia vana erant, obliti majestatis precibus agebant, ne proderent patriam, tyranni ante fatellitibus, & tum corruptoribus exercitus. Sed fundæ ad hæc omnia aures concitatæ multitudinis erant, nec minore intus vi quam foris portæ effringebantur: effractisque omnibus tuto in Hexapylo agmen receptum est. Prætores in Achradinam cum juventute popularium confugiunt. mercenarii milites perfugæque, & quicquid regiorum militum Syracusis erat, agmen hostium augent. Ita Achradina quoque primo impetu capitur, prætoresque (nisi qui inter tumultum effugerunt) omnes interficiuntur. nox cædibus finem fecit. Postero die servi ad pileum vocati, & carcere vinculi emissi: confusaque hæc omnis multitudo Hippocratem atque Epicydem creant prætores, Syracusasque, quum breve temous libertas affulsisset, in antiquam servitutem rediderunt.

Cap. XXIII. Hæc nunciata quum essent Romanis, ex Leontinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas. Et ab Appio legati per portum missi forte in quinqueremi erant. præmissa quadriremis, quum intrassent fauces portus, capitur: legati segre effugerunt. Et jam non modo pacis, sed ne belli quidem jura relicta erant; quum Romanus exercitus ad Olympium (Jovis id templum est) mille & quingentis passibus ab urbe castra posuit. Inde quoque legatos præmitti placuit: quibus ne intrarent urbem, extra portam Hippocrates atque Epicydes obviam cum suis processerunt. Romanus orator non bellum Syracusanis, sed opem auxiliumque afferre, ait: & eis qui ex media cæde elapsi perfugerint ad se, & eis, qui metu oppressi, fœdiorem, non exitio solum, sed etiam morte, servitutem patiantur. Nec cædem nefandam sociorum inultam Romanos passuros. Itaque si eis qui ad se perfugerunt, tutus in patriam reditus pateret, ac cædis auctores dedantur, & libertas legesque Syracusanis restituantur, nihil armis opus esse. si ea non fiant, quicumque in mora sit, bello persecuturos. Ad ea Epicydes, si quæ ad se mandata haberent, rescripturum ait, se datorus fuisse: quum in eorum ad quos venerint manu res Syracusana esset, tum reverterentur. Si bello lacessant, ipsa re intellecturos, nequaquam idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare. Ita legatis relictis portas claudit. Inde terra marique simul cœpta oppugnari Syracusæ: terra ab Hexapylo, mari ab Achradina, cujus muri ut fluctu alluitur. & quia ficut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant vaitam disjectamque spatio urbem parte aliqua fe invasuros; omnem apparatum oppugnandarum urbium muris admoverunt.

Cap. XXIV. Et habuisset tanto impetu cœpta res fortunam, nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset. Archimedes is erat; unicus spectator cœli siderumque: mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum, & ingeniique, quibus quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. Murum per inæquales ductum colles, plerasque alta & difficilia aditu, summissa quædam, & quæ planis vallibus adiri posient, ut cuique apta visum est loco, ita omni genere tormentorum instruxit. Aperadinæ murum, qui ut ante dictum est, mari alluitur, ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat. Ex cæteris navibus sagittarii funditoresque, & velites etiam, quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est, vix quemquam sine vulnere contisterre in muro patiebantur. Hi, quia spatio missilibus opus est, procul muro tenebant naves. junctæ aliæ binæ ad quinqueremes, demptis interioribus remis, ut latus lateri applicarentur: quum exteriore ordine remorum velut naves agerentur, turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant. Adversus hunc navalem apparatum Archimedes variæ magnitudinis tormenta in muris disposuit. in eas quæ procul erant naves saxa ingenti pondere emittebat: propiores levioribus, eo-

que magis crebris petebat telis: postremo ut sui vulnere inracti tela in hostem ingererent, murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere clavis aperuit: per quæ cava pars fagittis, pars scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem. Quæ propius quædam subibant naves, quo inferiores ictibus tormentorum essent; in eas tollenone super murum eminente ferrea manus firmæ catenæ illigata quum injecta prore esset; gravi libramento plumbi recellente ad solum, suspensa prora, navim in puppim ſtatuebat: dein remissa subito, velut ex muro cadentem navim cum ingenti trepidatione nautarum ita undæ affligebat, ut etiamsi recta recideret, aliquantum aquæ acciperet. Ita maritima oppugnatio est eluſa, omnisque vis est eo versa, ut totis viribus terra aggrederentur. Sed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat Hieronis impensis curaque per multos annos, Archimedis unica arte. natura etiam juvabat loci: quod saxum, cui impositæ muri fundamenta sunt, magna ex parte ita procliveest, ut non solum missa tormento, sed etiam quæ pondere suo provoluta essent, graviter in hostem incident. eadem causa ad subeundum arduum aditum infatigabilemque ingressum præbebat. Ita consilio habito, quum omnis conatus ludibrio esset, abstitere oppugnatione, atque obsidendo tantum arcere terra marique commeatibus hostem placuit.

Cap. XXXV. Interim Marcellus cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus, quæ in mora rerum ad Carthaginienſes defecerant, Helorum atque Herbessum dedentibus ipſis recipit. Megara vi capta diruit ac diripuit: ad reliquorum, ac maxime Syracusanorum, terrorem. Per idem fere tempus & Himilco, qui ad Pachyni promontorium classem diu tenuerat, ad Heracleam, quam vocant Minoam, quinque & viginti millia peditum, tria equitum, duodecim elephantos exposuit. Nequaquam cum quantis copiis ante tenuerat ad Pachynum classem: sed, postquam ab Hippocrate occupatæ Syracusæ erant, profectus Carthaginem, adjutusque ibi & ab legatis Hippocratis, literisque Annibalis, qui veniſſe tempus ajebat Siciliæ per summum decus repetendæ, & ipse haud vanus præsens monitor facile perpulerat, ut quantæ maximæ possent, peditum equitumque copiæ in Siciliam trajicerentur. Adveniens Heraclæam, intra paucos dies inde Agrigentum recipit: aliarumque civitatum, quæ partis Carthaginiensium erant, adeo accensæ sunt ipsæ ad pellendos Sicilia Romanos, ut postremo etiam qui obsidebantur Syracusis, animos sustulerint: & parte copiarum satis defendi urbem posse rati, ita inter se munera belli partiti sint, ut Epicydes præesset custodiæ urbis, Hippocrates Himilconi conjunctus, bellum adversus Consulem Romanum gereret. Cum decem millibus peditum, quingentis equitibus nocte per intermissa custodiis loca profectus, castra circa Acrillas urbem ponebat. Munientibus supervenit Marcellus, ab Agrigento jam occupato, quum fruſtra eo prævenire hostem festinans terendifſet, rediens; nihil minus ratus, quam illo tempore ac loco Syracusanum sibi exercitum obviam fore; sed tamen metu Himilconis Pœnorumque (ut quibus nequaquam eis copiis quas habebat, par esset) quam poterat maxime intentus, atque agmine ad omnes casus composito ibat.

Cap. XXXVI. Forte ea cura, quæ erat adversus Pœnos præparata, adversus Siculos usui fuit. Castris ponendis incompositos ac disperſos nanctus eos & plerosque inermes, quod peditum fuit, circumvenit: eques levi certamine initio, cum Hippocrate Acras perfugit. Ea pœna dejicientes ab Romanis quum cohibuiſſet Siculos, Marcellus Syracusas rediit: & post paucos dies Himilco adjuncto Hippocrate ad flumen Anapum, octo ferme inde millia castra posuit. Sub idem fere tempus & naves longæ quinque & quinquaginta Carthaginiensium cum Bomilcare classis præfecto in magnum portum Syracusas ex alto decurrere, & Romana item classis, triginta quinqueremes, legionem primam Panormi exposuere, versumque ab Italia bellum: adeo uterque populus in Siciliam intendi fuiſſe videri poterat. Legionem Romanam, quæ exposita Panormi erat, venientem Syracusas prædæ haud dubie ſibi futuram Himilco ratus, via decipitur. mediterraneo namque Pœnus itinere duxit: legio, maritimis locis classe profequente, ad Appium Claudium Pachynum cum parte copiarum obviam progressum, pervenit. Nec diutius Pœni ad Syracusas morati sunt, & Bomilcar simul parum fidens navibus suis, duplici facile numero classem habentibus Romanis, simul inutili mora cernens nihil aliud ab suis quam inopia aggravari socios, velis in altum datis in Africam transmisit. Et Himilco secutus nequicquam Marcellum Syracusas, si qua priusquam majoribus copiis jungeretur, occasio pugnandi esset; postquam ea nulla contigerat, rutumque ad Syracusas & munimentos & viribus hostem cernebat; ne fruſtra adsidendo spectandoque obsidionem sociorum tempus tereret, castra inde movit: ut quocumque vocaſſet defectionis ab Romanis

manis foes admoveret exercitum, ac præsens suas res iuventibus adderet animos. Murgantiam primum prodito ab ipsis præsidio Romano, recepit: ubi frumenti magna vis commeatusque omnis generis convecti erant à Romanis.

Cap. XXXVII. Ad hanc defectionem erecti sunt & aliarum civitatum animi: præsidiaque Romana aut pellebantur arcibus, aut prodita per fraudem opprimebantur. Enna in excelso loco ac præruptis undique sita, quum loco inexpugnabilis erat, tum præsidium in arce habebat. L. Pinarius erat vir acer, & qui plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum reponerer. & tum intendebant eum ad cavendi omnia curam tot audire prodigiorum defectionisque urbium, & clades præsidiorum. Itaque nocte diuque iuxta parata instruebaque omnia custodiis ac vigiliis erant: nec ab armis, aut loco suo miles absedebat. Quod ubi Ennensium principes, iam pridem Himilconem de proditione præsidii animadvertere, nulli occasioni fraudi Romanum parere; palam erat agendum. *Urbem arcemque suæ potestatis, ajunt, debere esse, si liberi in societatem, non servi in custodiam traditi essent Romanis. Itaque claves portarum redditi sibi æquum censent. Bonis fortibusque Romanum maximum imperium esse. & ita sibi populum Romanum senatumque gratiis habiturum, si volentes, ac non coacti manssissent in amicitia.* Ad ea Romanus, *Se in præsidio impositum esse, dicere ab imperatore suo: claves quæ partarum & custodiam arcis ab eo accepisse, aut quæ sine eo fore confidat, habere, sed ejus qui commisisset. præsidia decedere apud Romanos capital esse: & nec liberorum etiam suorum eam ligem parentes sanxisse. Consulem Marcellum haud procul esse: ad eum mitterent legatos, cujus juris atque arbitrii esset. Se vero negare illi missuros: tetrarique, si verbis nihil ageret, vindictam aliquam libertatis suæ quæsiturus. Tum Pinarius: at illi, si ad consulem gravarentur mittere, sibi saltem darent populi concilium: ut sciretur, utrum paucorum ea denunciata, an omnium civitatis essent.* Confenso in posterum diem concio edicitur.

Cap. XXXVIII. Postquam ab eo colloquio in arcem ise receperit, convocatis militibus: *Credo ego vos audisse, milites*, inquit, *quæ modo dum præsidia Romana ab Siculis circumventa & oppressa sint per hos dies. Eam vos fraudem. Deum primo benignitate, deinde nostra ipsi virtute ejus nocteque pertinendo ac pervigilando in armis, vitastis. Nam reliquum tempus nec patiendo festinata, nec faciendo, vitare potuit. Hæc occulta in fraude cautio est, una ipsi adhuc sumus: cui quantam parum succedit, aperte ac propalam claves portarum reposuere, quas simul tradidissent. Carthaginiensium exemplo Enna erit, sudisque hic trucidabimur, quam Murgantia præsidium interfectum est. Nocte nam agere ad consultandum sumpsi, quæ vos certiores periculi instantis faceremus. Orta luce concionem habuisse simul ad civitatem omnem conciliandam in nos populum. Itaque crastino die aut vestro, aut Ennensium sanguine Enna inundabitur. nec præoccupari, priusquam occupantes, periculi quicquam habebitis. qui prior strinxerit ferrum, ejus victoria erit. Intenti ergo animis, & manibus in exitialibus ejus diei in concione eris: & tempus quoad omnia instructa sint, loquendo alterandoque trahim. Quum toga signum dedero, tum mihi undique clamore sublato turbam invadite, ac sternite omnia ferro: & cavete, quisquam supersit, qui vestri arma ab ore tuum tinari possit. Vos, Ceres mater ac Proserpina precor, cæteri superi inferniique Dii, qui hanc urbem, hos sacratos lacus lucosque colitis, ut ita nobis volentes propitii assitis, si vitandæ, non serendæ, fraudis caussa hæc consilii capti sunt. Vos, inquit, milites, hortarer, si cum armatis dimicatio futura esset. inermes, incautos ad sollicitatem trucidabitis. Et consulis castra in propinquo sunt, ne quid ab Himilcone & Carthaginiensibus timeri possit.* Ab hac adhortatione dimissi, corpora curant.

Cap. XXIX. Postero die alii locis ad obsidenda itinera claudendosque opidanis exitus, pars maxima super theatrum circaque, assueri & ante spectaculis concionum, constituntur. Productus ad populum a magistratibus præfectus Romanus quum consulis ea de re jus ac potestatem esse, non suam, se pteraque eadem, quæ pridie dixisset; primo sensim ac plures reddere claves, dein jam una voce id omnes jubarent, cunctantique ac differenti ferociter militarentur, nec videretur ultra vim ultro mandatum ei, quam præfectus toga signum, ut conveniret, dedit. militesque intenti ad tum ac parati, alii superne in aves sam concionem clamore sublato decurrunt, alii ad exitus theatri conferti obsittunt. Cæduntur Ennenses caveæ inclusi: concessantur que, non corde solum, sed etiam fuga; quum alii super aliorum capita ruerent, atque integri sauciis, vivi mortuis incidentes, cumularentur. Inde passim discurritur, & urbis capræ modo fugaque & cædes omnia teneti

tenet: nihilo remifiore militum ira, quod turbam inermem cædebant, quam si periculum par & ardor certaminis eos irritaret. Ita Enna, aut malo, aut necessario facinore retenta. Marcellus nec factum improbavit, & prædam Ennensium militibus concessit: ratus, timore deterritos, temperaturos proditionibus præsidiorum Siculos. Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia sitæ, claræque vel ob insignem munimento naturali locum, vel ob sacrata omnia vestigiis raptæ quondam Proserpinæ, prope uno die omnem Siciliam pervastat. Et quia cæde infanda rebantur, non hominum tantum, sed etiam Deorum sedem violatam esse, tum vero qui etiam ante dubii fuerant, defecere ad Pœnos. Hippocrates inde Murgantiam, Hendo Agrigentum fede recepit: quum accita proditoribus nequicquam ad Ennam exercitum admovissent. Marcellus retro in Leontinos redit: frumentoque & commeatibus aliis in castra convectis, præsidio modico ibi relicto, ad Syracusas obsidendas venit, inde Ap. Claudio Romam ad consulatum petendum misso, T. Quinctium Crispinum in ejus locum classi castrisque præfecit veteribus. ipse hibernacula quinque millia passuum ab Hexapylo (Leonta vocant locum) communiit, ædificavitque. Hoc in Sicilia usque ad principium hiemis gesta.

Cap. XL. Eadem æstate & cum Philippo rege, quod jam ante significatum fuerat, motum bellum est. Legati ab Orico ad M. Valerium prætorem venerunt, præsidentem classi Brundisio Calabriæque circa littoribus, nunciantes, Philippum primum Apolloniam tentasse, deinde Dyrrachium centum viginti flumine adverso subvectum: deinde, ut ea res tardior fore fuerit, ad Oricum clam nocte exercitum admovisse: eamque urbem sitam in plano, neque mœnibus, neque viris, atque armis validam, primo impetu oppressam esse. Hæc nunciantes orabant, ut eorum ferret, hostemque haud dubium Romanis, terra aut maritimis viribus arcerer, qui ob nullam aliam causam, nisi quod imminerent Italiæ, peterentur. M. Valerius præsidio Orici ejus relicto T. Valerio legato, cum classe intrufta paratoque, & quot longæ naves militum capere non poterant, in onerarias impositis, altera die Oricum pervenit: urbemque eam levi renente præsidio, quod recedens inde reliquerat Philippus, haud magno certamine recepit. Legati eo ab Apollonia venerunt, nunciantes, in oblitione fesse, quod deficere ab Romanis nollent, esse: neque sustinere ultra vim Macedonum posse, nisi præsidium mittatur Romanum. Factum id, quæ vellent, pollicitus, duo millia delectorum militum navibus longis mittit ad ostium fluminis, cum præfecto socium, Q. Navio Crista, viro impigro & perito militiæ. Is expositis in terram militibus, navibusque Oricum retro unde venerat ad cæteram classem remissis, milites preeul a flumine per viam minime ab regiis obsessam duxit: & nocte ita, ut nemo hostium sentiret, urbem ingressus. Die inequenti quievere, dum præfectus Juventutem Apolloniatium, armaque & urbis vires in picerer. ubi ea vita integra, bonis fatis animorum fecere, simulque ab exploratoribus comperit, quanta socordia ac negligentia apud hostes esset; silentio nocteis ab urbe fine ullo tumultu egressus, castra hostium adeo neglecta atque aperta intravit, ut satis constaret, plus mille hominum vallum intrasse, quam quisquam sentiret: ac si cæde abstinuissent, pervenire ad tabernaculum regium potuisse. Cædes proximorum portæ excivait hostes. inde tantus terror pavorque omnes occupavit, ut non modo alius quisquam arma caperet; aut castris pellere hostem conaretur: sed etiam ipse rex, ficut somno excitus erat, prope seminudus fugiens, militi quoque, nedum regi vix decoro habitu, ad flumen naveique perfugerit. eodem & alia turba effusa est. Paulo minus tria millia militum in castris aut capta, aut occisa. plus tamen hominum aliquanto captum, quam cæsum est. Castris direptis, Apolloniatæ captaqualitas, balistas, tormentaque alia, quæ oppugnandæ urbi comparata erant, ad tuenda mœnia, si quando similis fortuna veniset, Apolloniam devexere, cetera omnis præda castrorum Romanis concessa est. Hæc quum Oricum essent nunciata, M. Valerius classem exemplo ad ostium fluminis duxit, ne navibus capessere fugam rex posset. Itaque Philippus, neque terrestri neque navali certamine satis fore parem se fidens, subductis aut incensis navibus, terra Macedoniam petiit; magna exercitus inermi exercitu, spoliatoque. Romana classis cum M. Valerio. Orici hibernavit.

Cap. XLI. Eodem anno in Hispania varie res gestæ, nam prius quam Romani annum Iberum transirent, ingentes copiæ Hispanorum Magonem Asdrubal fuderunt, defectionemque ab Romanis ulteriorHispania, ni P. Cornelius raptim traducto exercitu Iberum, dubiis sociorum animis in tempore advenisset. Primo ad castrum Alorum (locus est intignis cædemagni Amilcaris) castra Romani habuere. Arx erat munita, & convexerant ante frumentum. tamen quia omnia circa hostium plena erant, agmenque Romanum impune incurfarum ab equitibus ho-

hoſtium fuerat, & ad duo millia, aut moratorum aut palantium per agros, interfecta; ceſſere inde Romani propius pacata loca, & ad montem Victoriæ caſtra communivere. Eo Cn. Scipio cum omnibus copiis, & Afdrubal Giſgonis filius tertius Carthaginienſium dux, cum exercitu juſto advenit: contraque caſtra Romana trans fluvium omnes conſedere. P. Scipio cum expeditis clam profectus ad loca circa viſenda, haud ſefellit hoſtes: oppreſſiſſentque eum in patentibus campis, ni tumultum in propinquo cepiſſet. Ibi quoque circumfuſis adventu fratris obſidione eximitur. Caſtulo urbs Hiſpaniæ valida ac nobilis, & adeo conjuncta ſocietate Pœnis, ut uxor inde Annibali eſſet, ad Romanos defecit. Carthaginienſes illiturgim oppugnare adorti, quia præſidium ibi Romanum erat: videbanturque inopia eum locum maxime expugnaturi. Cn. Scipio, ut ſociis præſidioque ferret opem, cum legione expedita profectus, intra bina caſtra eum magna cæde hoſtium urbem eſt ingreſſus; & poſtero die eruptione æque felici pugnavit. Supra duodecim millia hominum ibi cæſa duobus proeliis: plus decem millibus captum, cum ſex & triginta militaribus ſignis. Ita ab Illiturgi receſſum eſt. Bigerra inde urbs (ſocia & hæc Romanorum erat) à Carthaginienſibus oppugnari cœpta eſt. Eam obſidionem fine certamine adveniens Cn. Scipio ſolvit.

Cap. XLII. Ad Mundam exinde caſtra Punica mora: & Romani eo confeſtim ſecuti ſunt. Ibi ſignis collatis pugnatum per quatuor ferme horas. egregieque vincentibus Romanis ſignum receptui eſt datum, quod Cn. Scipionis femur traguli confixum erat: pavorque circa eum ceperat milites, ne mortiferum eſſet vulnus. Cæterum haud dubium fuit, quin, niſi ea mora interveniſſet, caſtra eo die Punica capi potuerint. jam non milites ſolum, ſed elephanti etiam ufque ad valium acti erant, ſuperque ipſo novem & triginta elephanti pilis confixi. Hoc quoque proelio ad duodecim millia hominum dicuntur cæſa, prope tria capta, cum ſignis militaribus ſeptem & quinquaginta. Ad Auringen inde urbem Pœni receſſere: & ut territis inſtarer, ſecurus Romanus. Ibi iterum Scipio lectiula in aciem illatus conſtitit, nec dubia victoria fuit: minus tamen dimidio hoſtium, quam antea, quia pauciores ſuperfuerant, qui pugnarent, occiſum. Sed gens nata inſtaurandis parandiſque bellis, Magone ad conquiſitionem milirum fratre miſſo, brevi replevit exercitum, animoſque ad tentandum de integro certamen fecit. Alii plerique milites, ſicuti pro parte toties intra paucos dies victa, eiſdem animis quibus prius, eodemque eventu pugnavere. plus octo millia hominum cæſa: haud multo minus quam mille capta, & ſpolia plurima Gallica fuere: annuli aurei, torques armillæque magnus numerus. duo etiam inſignes reguli Gallorum (Mœnicapto & Civilmaro nomina erant) eo proelio ceciderunt. octo elephanti capti, tres occiſi. Quum jam res propeſſe in Hiſpania eſſent, verecundia Romanos tandem cepit, quantum oppidulum aquatica ſatis bella eſſet, octavum jam annum ſub hoſtium poteſtate eſſe. Itaque id oppidum vi pulſo præſidio Punico receperunt: cultoribuſque antiquis, quos vis reliquerat belli, reſtituerunt: & Turdetanos qui contraxerant eis cum Carthaginientibus bellum, in poteſtatem præſectos ſub corona vendiderunt, urbemque eorum delevere.

Cap. XLIII. Hæc in Hiſpania, Q. Fabio, M. Claudio Conſulibus geſta. Romæ quum tribuni plebis novi magiſtratum iniſſent, extemplo conſoribus P. Furio & M. Atilio, & L. Metello tribuno plebis dicta ad populum eſt. quæſtorem eum proximo anno adempto equo tribu moverant, atque ærarium fecerant, propter conjurationem deſerendæ Italiæ ad Cannas factam. ſed novem tribunorum auxilio vetiti cauſſam in magiſtratu dicere, dimiſſique fuerant. Ne iſtrum perficerent, mors prohibuit P. Furii. M. Atilius magiſtratu ſe abdicavit. Conſularia comitia habita à Q. Fabio Maximo conſule. creati conſules ambo abſentes, Q. Fabius Maximus conſulis filius, & Ti. Sempronius Gracchus iterum. Prætores fiunt M. Atilius, & qui tum ædiles curules erant, P. Sempronius Tuditanus, & Cn. Fulvius Centumalus, & M. Æmilius Lepidus. Ludos ſcenicos per quatriduum eo anno primum factos ab curulibus ædilibus, memoriæ proditur. Ædilis Tuditanus hic erat, qui ad Cannas, pavore aliis in tanta clade torpentibus, per medios hoſtes evaſit. Comitiis perfectis auctore Q. Fabio conſule deſignati conſules Romam arceſſiti magiſtratum inierunt: ſenatumque de bello ac provinciis ſuis prætorumque, & de exercitibus quibus quique præeſſent, conſuluerunt.

Cap. XLIV. Itaque provincie atque exercitus diviſi. Bellum cum Annibale conſulibus mandatum, & exercituum unus quem ipſe Sempronius habuerat, alter quem Fabius Conſul. æ binæ erant legiones. M. Æmilius Prætor cujus peregrina ſors erat, jurisdictione M. Atilio collegæ prætori urbano mandata, Luceriam provinciam haberet, legionesque duas, quibus Q. Fabius, qui tum conſul erat, prætor præfuerat. Prætori Sempronio

pronio provincia Ariminum, Cn. Fulvio Suessula, cum binis item legionibus evenerunt: ut Fulvius urbanas legiones duceret, Tuditanus à M. Pomponio acciperet. Prorogata imperia provinciaque, M. Claudio Sicilia, finibus eis quibus regnum Hieronis fuisset. Lentulo Propraetori provincia verus: T. Otacilio classis; exercitus nulli additi novi: M. Valerio Graecia Macedoniaque, cum legione & classe, quam haberet: Q. Mucio cum vetere exercitu (duae autem legiones erant) Sardinia: C. Terentio legio una cui jam praerat, & Picenum. Scribi praeterea duae legiones urbanae jusse, & viginti millia sociorum. His ducibus, his copiis, adversus multa simul, aut mota aut suspecta bella, muniebat Romanum imperium. Consules duabus urbanis legionibus scripti, supplementoque in alias lecto; priusquam ab urbe moverent, prodigia procurarunt, quae nunciata erant. Murus ac portae tactae, & Ariciae etiam Jovis aedes de coelo tacta fuerat. Et alia ludibria oculorum auriumque credita pro veris. navium longarum species in flumine Tarracinae, quae nullae erant, visae; & in Jovis Vicilini templo, quod in Compsano agro est, arma concrepuisse: & flumen Amiterni cruentum fluxisse. His procuratis ex decreto pontificum, profecti consules, Sempronius in Lucanos, in Apuliam Fabius, Pater filio legatus ad Suessulam in castra venit. Quum obviam filius progrederetur, honoreque verecundia majestatis ejus taciti anteirent; praeter undecim fasces ejus praevectus senex, ut consul animadvertere proximum lictorem jussit, & is, ut descenderent ex equo, inclamavit; tum demum desiliens, *Imperavi* (inquit) *volui filii, fatin' scires consulem te esse.*

Cap. XLV. In ea castra Dasius Altinius Arpinus clam nocte cum tribus servis venit, promittens, si sibi praemio foret, se Arpos proditurum esse. Quum eam rem ad consilium retulisset Fabius, aliis *pro transfuga verberandus necandusque videri*, anceps animi *communis hostis*, qui post Cannensem cladem, tamquam tum fortuna fidem stare oporteret, ad Annibalem discessisset, traxissetque ad defectionem Arpos: *tum postea quam res Romana contra spem votaque ejus velut resurgeret, turpius videatur novum in vetere proditionem instituisse olim: qui alienae fidei semper, alienae sentiat, infidus socius, vanus hostis, ad Falerios urbem, Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum esse.* Contra ea consulis pater Fabius, *temporum oblitos homines, in medio ardore belli tamquam in pace libera de quoque arbitria agere*, ajebat: *Quum illud potius agendum atque eis cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii a populo Romano desciscant, & non vocitent. documentum autem ducant statui oportere, siquis resipiscat, & antiquam societatem respicat. Quod si adire ab Romanis liceat, redire ad eos non licuit; cui dubium est, quin brevi deserta ab sociis Romanis res faederibus Punicis omnia in Italia juncta visura sit? Se tamen non eum esse, qui Altinio faci quicquam censeat habendum, sed mediam consecuturum consilii viam, neque eum pro hoste, neque pro socio in praesentia habiturum, libera custodia haud procul à castris placere in aliqua finitima civitate servari per belli tempus: si perpetrato bello, tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit paenae, an hic reditus veniae.* Fabio assentium est. catenisque ligatus, traditur Scipioni & comites: & auri satis magnum pondus, quod secum tum attulerat, ei servari jussum. Callibus eum interdiu solutum custodes sequebantur: nocte clausum asservabant. Arpis domi primum defideravi quaerique eit coeptus: dein fama per totam urbem vulgata, rumultum ut principe amisso fecit: metuque rerum novarum extemplo nauci ad Annibalem missi. Quibus nequaquam offensus Poenus, quia & ipsum, ut ambiguae fidei virum suspectum jam pridem habebat, & causam nactus erat ram ditis hominis bona possidendi vendendique; caeterum ut irae magis quam avaritiae datum crederent homines, crudelitati quoque gravitatem addidit: conjugemque ejus ac liberos in castra accitos, quaestione prius habita, primum de fuga Altinii, dein quantum auri argentique domi relictum esset, satis cognitis omnibus, vivos combusiit.

Cap. XLVI. Fabius ab Suessula profectus, Arpos primum intulit oppugnare. ubi quum à quingentis fere passibus castra posuisset, contemplatus ex propinquo situm urbis moeniaque; quae pars rutissima moenibus erat, qua maxime neglectam custodia vidit, ea potissimum aggredi statuit. Comparatis omnibus, quae ad urbes oppugnandas usui sunt, centurionum robora ex toto exercitu delegit, tribunosque viros fortes eis praefecit: & milites sexcentos, quantum satis visum est, attribuit. eosque, ubi quartae vigiliae signum cecinisset, ad eum locum scalas jussit ferre. Portalis humilis & angusta erat; via infrequenti per defertam partem urbis: eam portam scalis prius transgressos, ad murum pergere, & ex interiore parte vi claustra refringere jubet, & tenentes partem urbis, cornu signum dare, ut caeterae copiae admoverentur. parata omnia atque instructa ita habiturum. Ea impigre facta: & quod

quod impedimentum agentibus fore videbatur, id maxime ad fallendum adjuvit. imber ab nocte media coortus, custodes vigiliasque, dilapsis e stationibus, fugiere in tecta cogit. Sonitusque primo largioris procellæ strepitum molientium portam, exaudiri prohibuit: lentior deinde æqualiorque accidens auribus, magnam partem hominum sopiebat. Postquam portam tenuerunt, cornicines in via paribus intervallis dissolitos canere jubent, ut consulem excirent. Id ubi factum ex compositio est; signa afferri consuli jubet, ac paulo ante lucem per effractam portam urbem ingreditur.

Cap. XLVII. Tum demum hostes excitati sunt; jam & imbre conquiescente, & propinqua luce. Præsidium in urbe erat Annibalis, quinque millia ferme armatorum: & ipsi Arpini tria millia hominum armabant. eos primos Pœni, ne quid ab tergo fraudis esset, hosti opposuere. Pugnatum primo in tenebris angustiisque viis est: quum Romani non vias tantum, sed tecta etiam proxima portæ occupassent, ne pedi superne ac vulnerari possent. Cogniti inter se quidam Arpinique & Romani; atque inde colloquia cœpta fieri: percunctantibus Romanis, quid sibi vellent Arpini, quam ob noxam Romanorum, quod aut meritum Pœnorum, pro alienigenis ac barbaris; Italici adversus veteres socios Romanos bellum gererent, & vectigalem ac stipendiariam Italiam Africæ facerent, Arpinis purgantibus, ignaros omnium ea venum à principibus datos Pœno, captos oppressosque à paucis esse; initio orto, plures cum pluribus colloqui. postremo præter Arpinus ab suis ad consulem admissus: indeque ista inter signa acieisque Arpini repente pro Romanis adversus Carthaginienses arma verterunt. Hispani quoque paulo minus mille homines nihil præterea cum consule paciti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur præsidium; ad consulem transfulerunt signa. Carthaginienses pœne perfecta re, emisihque cum fide incolumes ad Annibalem, Salapiam venerunt. Arpi sine clade ullius, præterquam unius veteris proditoris, novi perfugæ, restituti ad Romanos. Hispanis duplicia cibaria dari justa: operaque eorum forti ac fideli perfecque reipublica usa est. Quum consulum alter in Apulia, alter in Lucanis esset; equites centum ac duodecim nobiles Campani, per speciem prædandi ex hostium agro; permissu magistratuum ab Capua profecti, ad cultra Romana, quæ superfuissulam erant, venerunt. Præfecti militum qui essent, dixerunt, colloqui se cum prætore velle. Cn. Fulvius castris præerat: cui ubi nuncia-

tum est, decem ex eo numero intromissos deduci ad se; ubi quæ postularent, audivit, (nihil autem aliud petebant, quam ut Capua recepta detur sibi restituendum) his omnes accepti. Et ab altero prætore Sempronio Tuditano oppidum Æternum expugnatum, amplius septem millia hominum capta, & æris argentique signati aliquantum. Romæ ædium incendium per duas noctes ac diem unum renuit: solo æquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem, cum Æquimelio Jugarioque vico. in templis Fortunæ ac matris Matutæ & Spei extra portam, late vagatus ignis sacra profanaque multa absumpsit.

Cap. XLVIII. Eodem anno P. & Cn. Cornelii, quum in Hispania res prosperæ essent, multotique & veteres rediperent socios, & novos adjicerent, in Africam quoque spem extenderunt. Syphax erat rex Numidarum: subito Carthaginiensibus hostis factus: ad eum centuriones tres legatos miserunt, qui cum eo amicitiam locaretaque ea facerent: & polliceretur, si perlevevaret urgere bello Carthaginienses; gratam eam rem fore senatui populoque Romano, & adnitures, ut in tempore, & bene cumulatam gratiam referant. Grata ea legatio barbaro fuit: colloquutaque cum legatis de ratione belli gerendi; ut veterum militum verba audivit, quam multarum rerum ipse ignarus esset, ex comparatione tam ordinatæ disciplinæ, animum advertit. Tum primum ut pro bonis ac fidelibus fœdis facerent, oravit, *ut duo legationem referrent ad Imperatores suos: unus apud se remaneret mi litaris exercitus. Audaces pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantum habilem. Ita jam inde a principiis gentis majores suos bella gessisse: ita se a pueris invitos: sed habere hosem pedestri fidentem Marte, cui si æquari robore virium velit, & ipsi pedites comparandos esse, ex ad id multitudine hominum regnum abundare: sed arma sui ornandique & instrumenta eos, artem ignorare. omnia, velut forte congregata turba, nata ac tenebraria esse.* Factores fe in præsentia quod vellet, legati responderunt: fide accepta, ut remitteret exemplo eum, si imperatores sui non comprobassent factum. Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem remansit. Cum duobus Romanis relaxa; Numidaique legates in Hispaniam missi ad accipiendam fidem ab Imperatoribus Romanis, iisdem mandavit, ut protinus Numidas, qui intra præsidia Carthaginiensium auxiliares essent, ad transitionem perlicerent. Et Statorius ex multa juventute regi pedites conscripsit: ordinatoque proxime morem Romanum,

instruendo & decurrendo signa sequi, & servare ordines docuit: & operi, aliisque justis militaribus ita assuefecit, ut brevi rex non equiti magis fideret, quam pediti: collatisque æquo campo signis, justo prœlio Carthaginiensem hostem superaret. Romanis quoque in Hispania legatorum regis adventus magno emolumento fuit. namque ad famam eorum transitiones crebræ ab Numidis coepere fieri. Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est. Quod ubi Carthaginienses acceperunt, extemplo ad Galam in parte altera Numidiæ (Massyla ea gens vocatur) regnantem, legatos mittunt.

Cap. XLIX. Filium Gala Masanissam habebat; septem & decem annos natum, cæterum juvenem ea indole, ut jam tum appareret, latius regnum opulentiusque quam accepisset, facturum. Legati, quoniam Syphax se Romanis junxisset, ut potentior fœderate eorum adversus reges populosque Africæ esset, docent: melius fore Galæ quoque Carthaginiensibus jungi quamprimum, antequam Syphax in Hispaniam, aut Romani in Africam transeant; opprimi Syphacem, nihil dum præter nomen ex fœdere Romano habentem, posse. Facile persuasum Galæ, filio depoſcente id bellum, ut exercitum mitteret: qui Carthaginiensium legionibus conjunctis, magno prœlio Syphacem devicit. Triginta millia eo prœlio hominum cæsa dicuntur. Syphax cum paucis equitibus in Maurusios ex acie Numidas (extremi prope Oceanum advertus Gadeis colunt) refugit: assuentibusque ad famam ejus undique barbaris, ingentes brevi copias armavit. cum quibus antequam in Hispaniam anguſto diremptam freto trajiceret; Masanissa cum victore exercitu advenit. isque ibi cum Syphace ingenti gloria per se, sine ullis Carthaginiensium opibus, gessit bellum. In Hispania nihil memorabile gestum, præterquam quod Celtiberum juventutem eadem mercede, qua pacta cum Carthaginiensibus erat, Imperatores Romani ad se perduxerunt: & nobilissimos Hispanos supra trecentos in Italiam ad sollicitandos populares, qui inter auxilia Annibalis erant, miserunt. Id modo ejus anni in Hispania ad memoriam insigne est, quod mercenarium militem in castris neminem ante, quam tum Celtiberos, Romani habuerunt.

EPITOME
LIBRI XXV.

P. Cornelius Scipio, postea Africanus, ante annos ædilis factus est. Annibal urbem Tarentinorum, præter arcem, per Tarentinos juvenes, qui se noctu venatum ire simulaverant, cepit. Luci Apollinares ex Marcii carminibus, quibus Cannensis clades prædicta fuerat, instituti sunt. A Q. Fulvio & Ap. Claudio consulibus, adversus Hannonem Punorum ducem prospere pugnatum est. Ti. Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucanorum insidiis deductus, à Magone interemptus est. Centenius Penula, qui centurio militaverat, quum perisset à senatu, in sui exercitus datus, pollicitusque esset, si hoc imperasset, de Annibale victoriam; octo millibus acceptis, militum dux factus, conjunxit acie cum Annibale. & cum exercitu cæsus est. Cn. Fulvius prætor male adversus Annibalem pugnavit. in quo prælio hominum sexdecim millia occiderunt: ipse cum equitibus aucantis effugit. Capua obsessa est à Q. Fulvio, & Ap. Claudio Consulibus. Claudius Marcellus Syracusas expugnavit anno tertio, & ingentem ibi civium cædem fecit. in eo tumultu urbis capta, Archimedes intentus formis, quas in pulvere describebat, interfectus est. P. & Cn. Scipiones in Hispania tot tantarumque rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt: prope cum totis exercitibus cæsi, anno octavo, quam in Hispaniam iverant. amissaque provincia possessio foret, nisi L. Marcii equitis Romani virtute, & industria, contracti exercitium reliquiis, ejusdem hortatu, trina castra hostium expugnata essent. Ad triginta septem millia cæsa, ad mille octingentos triginta capti. præda ingens parta. Duæ Marcius appellatus est.

CAPUT I.

Um hæc in Africa atque in Hispania geruntur, Annibal in agro Tarentino æstaten consumpsit; ipe per proditionem urbis Tarentinorum potiundæ. ipsorum interim Sallientinorum ignobiles urbes ad eum defecerunt. Eodem tempore in Bruttiis ex duodecim populis, qui anno priore ad Pœnos deciverant, Consentini & Thurini in fidem populi Romani redierunt. & plures rediissent, ni L. Pomponius Velentanus præfectus socium, prosperis aliquot populationibus in agro Bruttio justi ducis speciem nactus, tumultuario exercitu coacto, cum Hannone confixisset. Magna ibi vis hominum, sed inconditæ turbæ astretium fervorumque cæsa aut capta est: minimumque jactura fuit, quod præfectus inter cæteros est captus, & tum temerariæ pugnæ auctor, & ante publicanus, omnibus malis artibus & reipubl. & societatibus infidus, damnosusque. Sempronius Comitii in Lucania multa prælia parva, haud ullum dignum memoratu fecit: & ignobilia oppida Lucanorum aliquot expugnavit. Quo diutius trahebatur bellum, & variabant secundæ adversæque res, non fortunam magis quam animos hominum; tanta religio, & ea magna ex parte externa, civitatem incessit, ut aut homines, aut Dii repente alii videren-

tur facti. nec jam in secreto modo atque intra parietes abolebantur Romani ritus; sed in publico etiam ac foro Capitoliosque mulierum turba erat, nec sacrificantium nec precantium Deos patrios morte. Sacrificuli ac vates ceperant hominum mentes: quorum numerum auxit rustica plebs, ex incultis diutino bello infectisque agris egestate & meru in urbem compulsa: & quæstus ex alieno errore facilis, quem velut ex concessæ artis usu exercebant. Primo secretæ bonorum dissipationes excudebantur, deinde ad Patres etiam, & ad publicam quæriminiam, excessit res. Incusati graviter ab senatu ædiles triumvirique capitales, quod non prohiberent, quum emovere eam multitudinem è foro, ac disjicere apparatus sacrorum conari essent, haud procul afuit quin violarentur. Ubi potentius jam esse id malum apparuit, quam ut minores per magistratus sedaretur; M. Atilio Prætori urbis negotium ab senatu datum est, ut his religionibus populum liberaret. Is & in concione senatusconsultum recitavit, & edixit, *Ut quicunque libros vaticinos precationesve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasque ad se ante Kalendas Aprileis deferret: neu quis in publico sacrove loco, neve aut externo ritu sacrificaret.*

Cap. II. Et aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt: L. Cornelius Lentulus pontifex maximus, & C. Papirius C. F. Maso pontifex, & P.

& P. Furius Philus augur, & C. Papirius, L. F. Maſſo decemvir ſacrorum. In Lentuli locum M. Cornelius Cethegus, in Papirii Cn. Servilius Capio, pontifices ſuffecti ſunt. augur creatus L. Quintius Flamininus. decemvir ſacrorum L. Cornelius Lentulus. Comitiorum conſularium jam apperebat tempus, ſed quia conſules a bello intentos avocare non placebat, Ti. Sempronius conſul comitiorum cauſa dictatorem dixit C. Claudium Centonem. ab eo magiſter equitum eſt dictus Q. Fulvius Flaccus. Dictator primo comitiali die creavit conſules, Q. Fulvium Flaccum magiſtrum equitum, & Ap. Claudium Pulchrum, cui Sicilia provincia in praetura fuerat. Tum praetores creati L. Manlius Flaccus, C. Claudius Nero, M. Junius Silanus, P. Cornelius Sulla. Comiriis perfectis, dictator magiſtratu abiit. Aedilis curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego, P. Cornelius Scipio, cui poſt Africano fuit cognomen. huic petenti aedilitatem quum obſtiterent tribuni plebis, ingenteſ querelae ejus habendam eſſe, quod nondum ad petendum legitima aetas eſſet; *Sit me*, inquit, *omnes juventes aedilem facere volunt, ſatis annorum habeo.* Tanto inde favore ad ſuffragium ferendum in tribus diſcurſum eſt, ut tribuni rejecta inceptu deſtiterint. Aedilicia largitio haec fuit. Ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, & diem unum inſtaurati, & congii olei in vicos ſingulos dati. L. Villius Tappulus & M. Fundanius Fundulus, aediles plebeii, reorte inceptu deſtiterunt. populum probe ſolutum quotidiam ex eis damnatas in exilium egerunt. Ludi plebeii per biduum inſtaurati, & Jovis epulum fuit ludorum cauſſa.

Cap. III. Q. Fulvius Flaccus tertium, Ap. Claudius conſulatum iniunt. Et praetores provinciaſ ſortiti ſunt; P. Cornelius Sulla urbanam & peregrinam, quae duorum ante ſors fuerat: Cn. Fulvius Flaccus Apuliam, C. Claudius Nero Sueſſulam, M. Junius Silanus Tuſcos. Conſulibus bellum cum Annibale & bina legiones decretae: alter a Q. Fabio ſuperioris anni conſule, alter a Fulvio Centumalo acciperet. Praetorum, Fulvii Flacci, quae Lucerie ſub Aemilio praetore; Neronis Claudii, quae in Piceno ſub C. Terentio fuiſſent, legiones eſſent. ſupplementum in eas quiſque ſcriberet ibi. M. Junio in Tuſcos legiones urbanae prioris anni datae. Ti. Sempronio Graccho & P. Sempronio Tuditano imperium provinciaeque Lucani & Gallicae cum ſuis exercitibus prorogatae: item P. Lentulo, qua vetus provincia in Sicilia eſſet; M. Marcello Syracuſae, & qua Hieronis regnum fuiſſet: T. Otacilio claſſis: Graecia M. Valerio: Sardinia Q. Mucio Scaevola: Hiſpaniae P. & Cn. Cornelii. Ad veteres exercitus duae urbanae legiones a conſulibus ſcriptae, ſummaque trium & viginti legionum, eo anno effecta eſt. Delectum conſulum M. Poſtumii Pyrgenſis eum magno prope motu rerum factum impediit. Publicanus erat Poſtumius, qui multis annis parem fraude avaritiaque nemimem in civitate habuerat, praeter L. Pomponium Veientanum, quem populantem temere agros in Lucanis, ductu Hannonis prioro anno ceperant Carthaginienſes. Hi, quia publicum periculum erat à vi tempeſtatis in iis quae portarentur ad exercitus, & amentiri erant falta naufragia, & ea ipſa quae vera renunciaverant, fraude ipſorum facta erant, non caſu; in veteres quaſſatasque naves paucis & parvi pretii rebus impoſitis, quum merciſſent eas in alto, exceptis in praeparatas ſcaphas nautis, multiplices fuiſſe merces, enumerabantur. Ea fraus indicata M. Atilio praetori priore anno fuerat, ac per eum ad ſenatum delata: nec tamen ullo ſenatuſconſulto notata: quia Patres ordinem publicanorum in tali tempore offenſum nolebant. Populus ſeverior vindex ſtaudis erat; excitatique randem duo tribuni plebis Sp. & L. Carvilii, quum rem invifim infamemque cernerent, ducentum millium aeris multam M. Poſtumio dixerunt. cui certandae quum dies adveniſſet, conciliumque ram frequens plebis adeſſet, ut multitudinem area Capitolii vix caperet; perorata cauſſa, ipes una videbatur eſſe, a C. Servilio Caſca tribunus plebis, qui propinquus cognatuſque Poſtumio erat, priùs quam ad ſuffragium tribus vocarentur, intercefſiſſet. Teſtibus datis, tribuni populum ſummoverunt; ſtrellaque allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent. quum publicani Caſcae inſtare, ut concilio diem eximeret, populus reclanare: & forte in cornu primus ſedebat Caſca, cui ſimul metus pudorque animum verſabat. Quum in eo parum praeſidii eſſet, turbandae rei cauſſa publicani per vacuum, in ſummoto, locum cuneo irruperunt; jurgbo rumque ſimul cum populo tribunitioque. Nec procul dimicatione res erat, quum Fulvius conſul tribunis, *Nonne videtis*, inquit, *vos in ordinem coactos eſſe, rem ad ſeditionem ſpectare, ni propere dimittitis plebi concilium?*

Cap. IV. Plebe dimiſſa, ſenatus vocatur, & conſules referunt de concilio plebis turbato, vi atque audacia publicanorum. *M. Furium Camillum, cujus exilium ruina urbis ſecuta fuerit, damnari ſe ab iratis*

debibus passium esse. Decemviros ante eum, quorum legibus ad eam diem viverent, multos postea principes civitatis judicium de capite passos. Postumium Pyrgensem suffragiorum populo per vim extorsisse, concilium plebis sustulisse, tribunos in ordinem coegisse, contra populum Romanum aciem instruxisse, locum occupasse, ut tribunos a plebe intercluderet, tribus in suffragium vocari prohiberet. Nihil aliud a caede ac dictatura continuisse homines, nisi patientiam magistratuum, quod cesserint in praesentia furori atque audaciae paucorum, cunctos se ac populum Romanum passi sint: & comitia, quae rem ad atque armis probiberum erat, ne causa quarentibus dimicationem daretur, coluntate ipsius sustulerint. Haec quum ab optimo quoque pro atrocitate rei jacta essent, vimque eam contra rempublicam & pernicioso exemplo factam, senatus decresset; consultum Carvilii tribuni plebis, omissa multae certatione, rei capitalis diem Postumio dixerunt: ac, ni vades daret, prehendi à viatore, atque in carcerem duci jusserunt. Postumius vadibus datis non astuit. Tribuni plebem rogaverunt, plebesque ita scivit, *Si M. Postumius ante Kalendas Martas non prodisset, citatusque eo die non respondisset, neque excusatus esset, quominus eum in exilio esse, bonaque ejus venire: ipsi aqua & igni placere interdici.* Singulis deinde eorum, qui turbae ac tumultus concitatores fuerant, rei capitalis diem dicere ac vades poscere coeperunt. Primo non dantes, deinde etiam eos qui dare possent, in carcerem conjiciebant: adjusti rei periculum vitantes, plerique in exilium abierunt.

Cap. V. Hunc fraus publicanorum, deinde fraudem audacia prorogens, exitum habuit. Comitia inde pontifici maximo crennato sunt habita. Ea comitia novus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit. Tres ingenti certamine petierunt: Q. Fulvius Flaccus consul, qui & ante bis consul & censor fuerat: & T. Manlius Torquatus, & ipse duobus consulatibus & censura insignis: & P. Licinius Crassus, qui & additurum curulem petiturus erat. Hic tenes honoratosque juvenis in eo certamine devicit. Ante hunc, intra centum annos viginti, nemo praeter P. Cornelium Calusium pontifex maximus creatus fuerat, qui tella curuli non sedisset. Consules quum aegre delectum conficerent, quod inopia juniorum non facile in utrumque, ut & novae urbanae legiones, & supplementum veteribus citeretur, sufficiebat; senatus absistere eos inceptoveruit, & *trium viros binos creari jussit: alteros, qui citra, alteros qui ultra quinquagesimum lapidem in pagis forisque, & conciliabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent: & si qui roboris satis ad ferenda arma habere videremur, etiamsi nondum militari aetate essent, militer facerent. Tribuni plebis, si iis viderentur, ad populum ferrent: & qui minores septem & decem annis sacramento dixissent, is perinde stipendia procederent, ac si septem & decem annorum, aut minores, militer facti essent.* Ex hoc senatusconsulto creati triumviri bini, conquisitionem ingenuorum per agros habuerunt. Eodem tempore ex Sicilia literae M. Marcellum de rebus ibi gestis militum, qui cum P. Lentulo militabant, in senatu recitatae sunt. Cannensis res deinde cladis hac exercitus causa relatas in Siciliam, sicut ante dictum est, ne arte Punici belli finem in Italiam reportarentur.

Cap. VI. Hi permissu Lentuli primores equitum centurionumque, & robora ex lectionibus peditum legatos in hiberna ad M. Marcellum misere: ac quibus unus potestate dicendi facta; *Consulem, inquit, te, M. Marcelle, in Italiam adisse mus, quum primum de nobis, etsi non imminebant, certe tristi senatusconsultum fuisset est: nisi hoc per se ipsum, in praeclarum nos animo rem tuo adjecisti. Quum a pace bellum adscisceretur Siculos simul Punosque mitet: & sanguine nostro cui nobisque nos patriae satisfacturos esse: sicut patrum memoria qui capti a Pyrrho ab Heracleam erant, adversus Pyrrhum ipsum pugnantes satis fecerunt. Quanquam quod patrium nobis exemplum fuit, Patres Conscripti, nobis aut fuerunt etis? Ambo mihi consules, & universum senatum intueri videor, quum te, M. Marcelle, intueor: quem si ad Cannas consulem habuissemus, melior & reipubl. & nostra fortuna esset. Sine, quaeso, priusquam de conditione noxia quaestor, noxam, cujus arguimur, nos purgare. Si non Deum ira nec fato, cujus ille immobilis rerum humanarum ordo fertur, fed culpa peritimus ad Cannas, cujus tandem ea culpa fuit? militum, an imperatorum? Equidem militum militarium honores petere & gerere, & provinciae obtinere audivimus. An vobis vestrisque liberis ignosci facile, Patres Conscripti, in hac villa capita salvi? & consuli primo busque aliis, civitatis figere, quum spes alia nulla esset, turpe non fuit; nullius ut qui*

que morituros in aciem missis? Ad Aliam prope omnis exercitus fugit: ad Furculas Caudinas, ne experius quidem certamen, arma tradidit hosti, (ut alias pudendas clades exercituum taceam:) tamen tantum afuit ab eo, ut ulla ignominia ius exercitibus faceret, ut & urbs Roma per eum exercitum, qui ad Allia Veios transfugerat, reciperaretur, & Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eumdem illum hostem sub jugum miserint, qui hac sua ignominia lætatus fuerat. Cunctemne vero quisquam exercitum fugæ aut pavoris insimulare potest, ubi plus quinquaginta millia hominum reciderunt? unde consul cum equitibus septuaginta fugit? unde vemo superest, nisi quem hostis cædendo fessus reliquit? Quum captivis redemtio negabatur, nos quid? a hominez hostibus emti? quod respublica nos reservassemus? quod ad Consulem Venusinum rediissemus, & speciem justi exercitus fecissemus. Nunc deteriore conditione summus, quam apud patres nostros fuerant captivi, quippe illis arma tantum atque eodo militandi, hoc ipsum in quo tenebantur, captivis est mutatus: quæ tamen, semel navata reipublicæ opera, & uno felici prælio, recuperarunt. Nemo eorum relegatus in exilium est: nemini spes emerendi stipendia adempta: hostis denique est datus, cum quo amicandi ac aut vincendi semel ius ignominiam finirent. Nos, quibus (nisi quod commissimus, ut quisquam ex Cannensi acie imles Romanus superesset) nihil objici potest; non solum a patria procul Italiaque, sed ab hoste etiam relegati sumus, ubi sine consulio, sine auspicio, nec nisi occasio abolendæ ignominiæ, ne qua placendæ civium iræ, ne quæ denique bene moriendi sit. Neque ignominiæ finem, nec virtutis præmium petimus; modo experiri animum, & virtutem exercere liceat. Laborem & periculum petimus, ut ceterorum, ut militum officia fungamur. Bellum in Sicilia jam alterum annum ingenti æmulatione gerunt: urbes alias Pœnus, alias Romanus expugnat: peditum & equitum acies concurrunt: ad Syracusas terra marique res geritur: clamorem pugnantium crepitusque armorum exaudimus: vestri hic segnes; tanquam nec manus nec arma habeamus. Servorum legionibus Ti. Sempronius Consul tottes jam cum hoste signis collatis pugnavit. Opera pretium habent, libertatem, civitatemque. Pro servis saltem ad hoc bellum empti vobis simus, congredi cum hoste liceat, & pugnando quærere libertatem. Vis tu mari, vis terra, vis acie, vis urbibus oppugnandis experiri virtutem? asperrima quæque ad laborem periculumque deposcimus, ut quod ad Cannas factum dictumve fuit, quam primum fiat, quoniam quicquid postea vixerimus, id omne destinetur ignominiæ est.

Cap. VII. Sub hæc dicta ad genua Marcelli procubuerunt. Marcellus, id nec jussis, nec potestatis suæ esse dixit. senatus scripturum se, omniaque de ea re relaturum. Patrum factorum esse. Hæc literæ ad novos consules allatæ, ac per eos in senatu recitatæ sunt: consultusque de his literis ita decrevit senatus: *Militibus, qui ad Cannas committitonis suos pugnantes desertisent, senatum nihil videre, cur rei sui committenda sit. Si M. Claudio proconsuli alter videretur, facere; quod e republica fideque sua duceret: dum ne quis eorum munere vacaret, neu dono militari virtutis ergo donaretur, neu in Italiam reportaretur, donec hostis in terra Italia esset.* Comitia deinde a prætore urbano de duobus consulibus habita. quibus creati sunt quinqueviri muris turribusque reficiendis: Sc triumviri bini; uni facris conquirendis, doniique perfingnandis; alteri reficiendis ædibus Fortunæ & matris Matutæ intra portam Carmentalem. Sed & Spei extra portam, quæ priore anno incendio consumptæ fuerant. Tempestates fœdæ fuere. In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit. tacta de cœlo multa: dux in Capitolio ædes: vallum in castris multis locis supra Sucssulam. & duo vigiles examinati. murus turresque quasdam Cumis non ictæ modo fulminibus, sed etiam decussæ. Reate saxum ingens visum volitare: foi rubere solito magis, sanguineoque similis. Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit, & per aliquot dies consules rebus divinis operam dederunt. & per eosdem dies sacrum novendiale fuit. Quum Tarentinorum defectio jam diu & in ipe Annibali & in suspicione Romanis esset; causa forte extrinseca mutarandæ ejus intervenit. Phileas Tarentinus, diu jam per speciem legationis Romæ quum esset, vir inquieti animi & nimine otium, quotum diutino senescere videbatur, patientis, adjutum sibi ad obsides Tarentinos invenit. Custodiebantur in atrio Libertatis minore cura: quia nec ipsis, nec civitati eorum fallere Romanos spe dediebat. Hos crebris colloquiis facilitatos, corruptis quibusdam duobus, quum primis tenebris custodia eduxisset; ipse comes occulti itineris factus profugit. Luci prima vulgata per urbem fuga est: missique, qui sequerentur, ab Tarracina comprehensos omnes retraxerunt. deducti in comitio, virgisque approbante populo cæsi, de saxo dejiciuntur.

Cap. VIII. Huius atrocitas pœnæ diuturnum nobilissimarum in Italia Græcarum civitatum animos irritavit: tum publice, tum etiam singulos privatim; ut quisque tam facile inferemptos aut propinquitate aut amicitia contingebat. Ex iis tredecim fere nobiles juvenes Tarentini conjuraverunt, quorum principes Nico & Philemenus erant. Hi prius quam aliquid moverent, colloquendum cum Annibale rati, nocte per speciem venandi urbe egressi, ad eum proficiscuntur. & quum haud procul castris abessent; cæteri silva propeviam sese occuluerunt: Nico & Philemenus progressi ad stationes, comprehensique, ultro id petentes, ad Annibalem deducti sunt. Qui quum & causas consilii sui, & quid paratum, expositissent; collaudati, onerati que promissis, jubentur, ut fidem popularibus facerent, prædandi caussa se urbe egressos: pecora Carthaginiensium, quæ pastum propulsa essent, ad urbem agere. turo ac sine certamine id factoros, promissum est. Conspecta ea præda juventum est: nimiuque iterum ac sæpius id eos audere, miraculo fuit. Congressi cum Annibale, rursus fide sanxerunt, liberos Tarentinos leges suasque omnia habituros, neque ullum vectigal Pœno pensuros, præsidium invitos receepturos: prodita præsidia Carthaginiensium fore. Hæc ubi convenerunt, tunc vero Philemenus consuetudinem nocte egrediundi redeundique in urbem frequentiorem facere (& erat venandi studio infignis) caneique & alius apparatus sequebatur; captumque ferme aliquid, aut ab hoste ex præparato abactum reportando, donabat aut præfecto, aut custodibus portarum. nocte maxime commeare, propter metum hostium credebant. Ubi jam eo consuetudinis adducta res est, ut quocumque nocte tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur; tempus agendæ rei Annibali visum est. Tridui vium abesse erat: ubi, quo minus mirum esset eum eodemque loco stativa eum tamdiu habere, ægrum simulabat. Romanis quoque, qui in præsidio Tarenti erant, suspecta esse jam segnis mora ejus deliciæ.

Cap. IX. Cæterum postquam Tarentum ire constituit, decem millibus pedituum atque equitum, quos in expeditione velocitate corporum, ac levitate armorum aptissimos esse ratus est, electis, quarta vigilia noctis signa movit. præmissisque octoginta fere Numidis equitibus præcepit, ut discurrerent circa vias, perlustrarentque omnia oculis, ne quis agressium procul spectator agminis falleret; prægressos retraherent, obvios occiderent, ut prædonum magis quam exercitus accolis species esset. ipse raptim agmine alio quindecim ferme millium spatio castra ab Tarento posuit, & de iis quidem nunciato quo pergerent; tantum convocatos milites monuit, via omnes irent: nec diverti quemquam aut excedere ordinem agminis paterentur, & in primis intenti ad imperia acciperida essent: neu quid nisi ducum justu facerent. se in tempore adfuturum, quos veller agi. Eadem ferme hora Tarentum fama pervenerat, Numidas equites pancos populari agros, terroremque late agressibus injeciffe. Ad quem nunciun nihil ultra motus præfectus Romanus, cuam ut parrem equitum poitero die luce prima juberet exire ad arcendas populationibus hostem. in cætera adeo nihil ob id intenta curia est, ut contra pro argumento fuerit illa procuratio Numidarum, Annibalem exercitumque castris non moviffe. Annibal concubia nocte movit. dux Philemenus erat cum folito caotæ venationis: cæteri proceditores ea quæ compostra erant, exspectabant. Convenerat autem, ut Philemenus portula asiueta venationem inferens, armares inducerer: parte alia portam Temenida adiret Annibal. Ea mediterranea regione Orientem spectabat, aliamtamen intra mœnia inducitur. Quum portæ appropinquaret, editus ex compositio ignis ab Annibale est, refulitque. idem redditum ab Nicone signum: extinctæ deinde utrimque flammæ sunt. Annibal silentio ducebat ad portam. Nico ex improvilo adortus lopitos vigiles in cubibus suis obtruncat, portamque aperit. Annibal cum peditum agmine ingreditur, equites subsistere jubet: ut quo res postulet, occurrere libero campo possent. Et Philemenus portulæ parte alia qua commeare assuerat, appropinquabat. nota vox ejus, & familiare jam signum quum excitasset vigilem, dicentis, vix sustinere grandis bestiæ onus, portula aperitur. inferentes aprum duos juvenes secutus ipse cum expedito venarore, vicellem incautius miraculo magnitudinis in eos qui ferebant verfum, venabulo trajicit. ingressi deinde crimina fere armari, cæteros vigiles obtruncant, refringuntque portam proximam: & agmen sub signis consestim irrupit. inde cum silentio in forum ducti, Annibali sese conjunxerunt. Cum duobus millibus Gallorum Pœnus in tres divisis partes, per urbem dimittit Tarentinos, & itinera quam maxime frequentia occupare jubet: tumultu orto, Romanos passim cædi, oppidanis parci. sed ut fieri id posset, præcipit Juvenibus Tarentinis, ut ubi quem suorum procul vidissent, quiescere & silere, ac bono animo esse juberent.

Cap. X. Jam tumultus erat, clamor-

morque, qualis esse in capta urbe solet: sed quid rei esset, nemo satis pro certo scire. Tarentini Romanos ad dirigendam urbem credere coortos: Romanis seditio aliqua cum fraude videri ab oppidanis mota. Præfectus primo excitatus tumultu, in portum effugit: inde acceptus scapha, in aciem circumvehitur. Terrorem & tubæ audita ex theatro Tarentini fecerant. nam & Romana erat à proditoribus ad hoc ipsum præparata: & insicienter à Græco inflata, quis aut quibus signum daret, incertum efficiebat. Ubi illuxit, & Romanis Punica & Gallica arma cognita, tum dubitationem extemerunt; & Græci Romanos passim cæde stratos cernentes, ab Annibale capram urbem senserunt. Postquam lux certior erat, & Romani qui cædibus superfuerant, in arcem confugerant, conticescebatque paulatim tumultus; tum Annibal Tarentinos sine armis convocare jubet. Convenere omnes, præterquam qui cedentes in arcem Romanis ad omnem adeundam simul fortunam profecturi fuerant. Ibi Annibal benigne allocutus Tarentinos, testatusque, quæ præstitisset civibus eorum, quos ad Trasimenum aut ad Cannas cepisset: simul, in dominationem superbam Romanorum invectus, reciperse se in domos suas quemque jussit, & foribus nomen suum inscribere: se domos eas quæ inscriptæ non essent, signo exemplo dato, diripi jussurum. Si quis in hospitio civis Romani (vacuas autem tenebant domos) nomen inscripsisset, cum se pro hoste habiturum. Concione dimissa, quum titulis notarę fores discrimen pacaræ ab hostili domo fecissent, signo dato, ad diripienda hospitia Romana pessim discursum est. & fuit prædæ aliquantum.

Cap. XI. Hostero die ad oppugnandam arcem ducit: quam quum & mari, quo in peninsulæ modum pars major circumluitur, præaltis rupibus, & ab ipsa urbe muro & fossa ingenti septam videret; eoque nec vi, nec operibus expugnabilem esse, ne aut fetidum cura ruendi Tarentinos à majoribus rebus moraretur; aut in relictos sine valido præsidio Tarentinos imperum ex arce quum vellent, Romani facerent; vallo urbem ab arce intersepire statuit. non sine illa etiam spe, cum prohibentibus opus Romanis manum posse conferi; & si ferox ius procucurrisset, magna cæde ita attenuari præsidii vires, ut facile per se ipsi Tarentini urbem ab ills tueri possent. Ubi coepturn opus est, patefacta repente porta, in munientes imperum fecerunt Romani: pellique se statio passa est quæ pro opere erat; ut succesiu crescerent audacia, plurefque & longius pulsos prosequerentur. Tum signo dato coorti undique Pœni sunt, quos instructos ad hoc Annibal renuerat; nec ultimuere imperum Romani, sed ab effusa fuga loci angustiæ eos, impeditaque alia opere jam cepto, alia apparatu operis, morabantur. plurimi in fossam præcipitavere, occisique sunt plures in fuga quam in pugna. Inde & opus nullo prohibente fieri cœptum. Fossa ingens ducta, & vallum intra eam erigitur: modicoque post intervallu muru etiam eam regione addere parat: ut vel sine præsidio tueri se adversus Romanos possent. Reliquit tamen modicum præsidium, ut simul in faciendo muro adjuvaret. ipse profectus cum ceteris copiis ad Galesum flumen (quinque millia ab urbe abest) potsuit castra. Ex iis stativis regressus ad tuspiciendum opus (quod aliquantum opinione ejus celerius creverat) spem cepit, etiam arcem expugnari posse. Et est non altitudine, ut cærera tuta, sed loco plano posita, & ab urbe muro tantum ac fossa divisa. Quum jam machinationum omni genere & sagittibus oppugnaretur, missum à Metaponto præsidium Romanis fecit animum, ut nocte ex improvisо opera hostium invaderent. Alia disjecerunt, alia igni corruperunt. itque finis Annibali fuit ea parte arcem oppugnandi. Reliqua erat ipsa obsidionе spes: nec ea satis efficax; quia arcem tenentes, quæ in peninsula posita imminet faucibus portus, mare liberum habebant: urbs contra exclusa maritimis commeatibus. propiusque inopiam erant obsidentes, quam obsessi. Annibal convocatis principibus Tarentinorum, omnes præsentes difficultates expositit: *neque arcis tam munitæ expugnandæ vim cernere, neque ita obsidione quicquam habere spei, donec maritimantur hostes. Quod si naves sint, quibus commeatus invehi prohibeant, extemplo eos, qui se tueri nequeunt, aut desituros se hostes.* Assentiebantur Tarentini; cæterum ei, qui consilium afferret, opem quoque in eam rem asserendam esse, censebant Punicas enim naves ex Sicilia accitas id posse facere: suas, quæ sinu exiguo intus includi essent, quum classis portus hostis haberet, ecquem ad modum inde in apertum mare evaduras? *Evadent*, inquit Annibal. *Multa quæ impedita natura sunt, consilio expediuntur. Urbem in campo sitam habetis. planæ & satis latæ viæ patent in omnes partes. Vita, quæ in portum per mediam orbem ad mare transfussa est, plustris transveham navis haud magna mole. & mare nostrum erit, quo nunc hostes potiuntur: & illinc mari, hinc terra circumsitelimus arcem. immo brevi, aut relictam ab hostibus, aut cum hostibus captemus.* Hæc oratio non ipsem modo effectus,

factus, sed ingentem etiam ducis admirationem fecit. Contracta extemplo undique plaustra junctaque inter se & machinæ, ad fabricandas naves admotæ, munitumque iter, quo facilliora plustra minorque moles in transitu esset. Jumenta inde & homines contracti, & opus impigre cœptum: paucosque post dies classis instructa ac parata circumvehitur ad ostia ante eos ipsum portus anchoras jacit. Hunc statum rerum Annibal Tarenti reliquit; regressus ipse in hiberna. Cæterum defectio Tarentinorum, utrum prior anno an hoc facta sit, in diversum auctores trahunt. plures prioris ejus ætate memoriæ rerum, hoc anno tradunt factum.

Cap. XII. Romæ consules prætoresque, usque ante diem quintum Kalendas Maias Latinæ tenuerunt. eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque provincias proficiscuntur. Relligio deinde nova cepta est ex carminibus Marcianis. Vates hic Marcius illustris fuerat, & quum conquisitio prior anno ex senatusconsultio talium librorum fieret, in M. Atilii prætoris urbani, qui eam rem agebat, manus venerat. is protinus novo prætori Sullæ tradiderat. Ex hujus Marcii quibus carminibus, alterius post rem actam editi eum rato auctoritas eventu, alteri quoque, cujus nondum tempus venerat, asserebat fidem. Priore carmine Cannensis prædicta clades in hac ferme verba erat: *Amnum Trojugeni Cannam Romanæ Poenique feroces cogant in campo Diomedis conferre manus. Sed neque cædes tu mihi; donec complueris sanguine campum: multaque millia occisa tua deferet amnis in pontum magnum ex terra frugifera. piscibus atque avibus ferisque, quæ incolunt terram, dis fuit ea cæsa tua. nam mihi tta Jupiter fatus est.* Et Diomedis Argivi campos, & Cannam flumen, qui militaverant in iis locis, juxta atque ipsam cladem agnoscebant. Tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscuritis quia incertiora furura præteritis sunt, sed perplexius etiam scripturæ genere. *Hostem Romani si expellere velitis, vovtamque, quæ gentium venit longe, Apollini vovendos censeo ludos: qui quotannis comiter Apollini fiant, quum populus dederit ex publico partem: privati vel conferant pro se, vel suique. Iis ludis faciendis præerit prætor is, qui jus populo plebeique dabit summum. Decemviri Græco ritu hostiis sacra faciant. Hæc si recte factitis, gaudebitis semper, fitque res vestra melior. nam is Divus extinguet perduelles exitros, qui vestros campos pascunt pascuis.* Ad id carmen explanandum, diem unum sumpserunt. postero die senatusconsultum factum est, ut decemviri libros, de ludis Apollini reque divina facunda, inspicerent. Ea quum inspecta relataque ad senatum essent, consuerunt Patres: *Apollini ludos vovendos factumdosque: & quando ludi fabi essent, duodecim millia æris prætori ad rem divinam & dona hostiæ majores dandas.* Alia deinde senatusconsultum factum est. *Ut decemviri sacra Græco ritu facerent, is quoque hostiis. Apollini bove aurato & capris duabus albis auratis, Latonæ bove femina aurata.* Ludos præter in circo maximo quum fecturus esset, edixit ut populus per eos dies vacaret. Annilliæ, quantum commodium esset, conferret. Hæc est origo ludorum Apollinarium: victoriæ, non valetudinis ergo, ut plerique rentur, votorum. factosque populus coronatis spectavit matronæ supplicavere: vulgo apertis januis in propatulis epulati sunt: celeberque dies omni carimoniarum genere fuit.

Cap. XIII. Quum Annibal circa Tarentum, consules ambo in Samnio essent, sed circumvestiuri Capuam viderentur (quod malum diuturnæ obsidionis esse tolet) jam famem Campani sentiebant: quia venientem facere prohibuerant eos Romani exercitus. Itaque legatos ad Annibalem miserunt, orantes, ut prius quam consules in agros suos educerent legiones, vacque omnes hostium præsidiis insiderentur, frumentum ex propinquis locis comportari juberet Capuam. Annibal, Hannonem ex Brutiis cum exercitu in Campaniam transire, & dare operam, ut frumenti copia fieret Campanis, justit. Hanno ex Brutiis profectus cum exercitu, vitabundus castra hostium, consulesque, qui in Samnio erant, quum Benevento castra propinquarent, via passum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit. inde ex fociis circa populis, quo æstate comportatum erat, devehi frumentum in castra justit; præsidiis datis, quæ commeatus eos profequerentur. Capuam inde nuncium mitti, quæ ille in castris ad acciplendum frumentum præsto essent, omni undique genere vehiculorum jumentorumque ex agris contracto. Id pro cætera fecordia negligentiaque à Campanis actum, paulo plus quadringenta vehicula missa, & pauca præterea jumenta: ob id cafu gratia ab Hannone quod ne semes quidem, quæ muras accenderet bestias, curam eorum stimulare posset, alia prodita dies ad frumentum majore aparatu petendum. Ea omnia, sicut acta erant, quum enunciata Beneventanis essent, legatos decem extemplo ad consules (circa Bovianum castra Romanorum erant) miserunt. Qui quum auditis quæ ad Capuam

agra-

agerentur, inter se comparasient, ut alter in Campaniam exercitum duceret, Fulvius, cui ea provincia obvenerat, profectus nocte Beneventum, moenia est ingressus. Ex propinquo cognoscit Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum: per quaestorem Campanis datum frumentum: duo millia plaustrorum, Fulvius, cui ea invidiosaque aliam turbam, advenisse: per tumultum ac trepidationem omnia agi, castrorumque formam, & militarem ordinem, immixtis agrestibus iis ex terris, sublatum. His satis compertis, consul millibus edicit, signa tantum armaque in proximam noctem expedirent: ipse castra Punica oppugnanda esse. Quarta vigilia profecti, farcinis omnibus impedimentisque Beneventi relictis, paulo ante lucem quam ad castra pervenissent, tantum pavoris iniecerunt, ut si in plano castra potuisset esse, haud dubie primo impetu capta fuissent. Altitudo loci, & munimenta defenderunt: quae nulla ex parte adiri, nisi arduo ac difficili ascensu, poterant. Luce prima praelium ingens accensum est: nec vallum modo tutantur Poeni, sed ut quibus locus aequior est, deturbant nitentes per ardua hostes.

Cap. XIV. Vicit tamen omnia pertinax virtus, & aliquot simul partibus ad vallum ac fossas perventum est; sed cum multis vulneribus, ac militum pernicie. Itaque convocatis tribunis militum, consul *absistendum temerario incepto esse: reliquos ait videri, reduci eo die exercitum Beneventum: dein postero, castris se hostium iungi, ne extra tutae Campani, unde Hanno regredi posset. Id quo facilius obtineatur, collegam quoque, & exercitum eius se accicturum, tolerandae ad vesperum laboris.* Haec consilia ducis, quum iam receptui canere, clamor militum asspernantium tam segne imperium disiecit. Proxima portae hostium erat cohors Peligna: cujus praefectus Vibius Accuaeus arreptum vexillum trans vallum hostium trajecit. Execratus inde seque & cohortem, si ejecto vexilli hostes potiti essent, princeps ipse per fossam vallumque in castra irrumpit. Jamque intra vallum Pelignis pugnabant, quum altera parte Valerio Flacco tribuno militum tertiae legionis exprobrante Romanis ignaviam, qui sociis captorum castrorum nonconcederent decus, T. Pedanius, princeps primus centurio, quum signifero signum ademisset; *Jam hoc signum & hic centurio, inquit, intra vallum hostium erit. Sequantur, qui capi signum ab hoste prohibituri sunt.* Manipulares sibi primum transcendentem sequi, dein legio tota secuta est. Jam & consul ad conspectum transgredientium vallum mutato consilio, ab revocando ad incitandos hortandosque versus militres, ostendere, in quanto discrimine ac periculo fortissima cohors sociorum & civium legio esset. Itaque pro re quisque omnes per aequa atque iniqua loca, quum undique tela conjicerentur, armaque & corpora hostes objicerent, pervadunt, irrumpunt. Multi vulnerati, etiam quos vires sanguisque deserere, ut intra vallum hostium caderent, nitebantur. Capta itaque momento temporis, velut in plano sita, nec permunita castra. Caedes inde, non jam pugna erat, omnibus intra vallum perstitis. Supra sex millia hostium occisa, supra septem millia capitum, cum frumentatoribus Campanis, omnique plaustrorum & jumentorum apparatu capta. & alia ingens praeda fuit, quam Hanno populabundus pasim quum isset, ex sociorum populi Romani agris traxerat. Inde delectis hostium captivis, Beneventum reditum est. praedamque illi ambo consules (nam & Ap. Claudius eo post paucos dies venit) vendiderunt, divisserunque. & donati, quorum opera castra hostium capta erant: ante alios Accuaeus Pelignus, & T. Pedanius princeps tertiae legionis. Hanno ab Comminio Cerito, quo numine castrorum clades est, cum paucis frumentatoribus, quos forte secum habuerat, fuga magis quam itineris modo in Bruttios rediit.

Cap. XV. Et Campani audita simili pariter foedissimaque clade, legatos ad Annibalem mittunt, qui nunciarent, duos consules ad Beneventum esse; dilei iter à Capua: tantum non ad portas & muros bellum esse. ni propere subveniat, celerius Capuam quam Arpos, in potestatem hostium venturam. Ne Tarentum quidem, non modo arcem, tanti debere esse, ut Capuam, quam Carthagini aequarit fortitus, defertam indefensamque populo Romano tradat. Annibal, curae sibi fore rem Campanam pollicitus, in praesentia duo millia equitum cum legatis mittit; quo praesidio agros populationibus possent prohibere. Romani interim, sicut ulterum rerum, arcis Tarentinae, praesidiique quod ibi obtideretur, cura esse. C. Servilius legatus ex auctoritate Patrum, à P. Cornelio praetore in Etruriam ad frumentum coemendum missus, cum aliquot navibus onustis in portum Tarentinum inter hostium custodias pervenit. Cujus adventu, qui ante in exigua spe, vocati saepe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant; ultro ad transeundum hostes vocabant, sollicitabantque. Se erat satis validum praesidium; traductis ad arcem Tarenti tuendam, qui Metaponti erant, militibus. Itaque Metapontini exemplo metu, quo tenebantur, ita-

berati ad Annibalem defecere. Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt. movit eos non Tarentinorum magis defectio, Metapontinorumque, quibus inditem ex Achaia oriundi etiam cognatione Junctí erant, quam ira in Romanos propter obsides nuper interfectos. Eorum amici cognatique literas ac nuncios ad Hannonem Magonemque, qui in propinquo in Bruttiis erant, miserunt, si exercitum ad mœnia admoviſſent, fe in poteſtatem eorum urbem tradituros eſſe. M. Atinius Thurias cum modico præſidio præerat. quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur poſſe; non militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam juventutis Thurinæ. eam ex industria centurlaverat, armaveratque ad tales caſus. Divifis copiis inter ſe, ducęs Pœni quum agrum Thurinum ingreſſi eſſent, Hanno cum peditum agmine inteſtis tignis ire ad urbem pergit. Mago cum equitatu, tectus collibus, ad tegendas inſidias oppoſitis, ſubſiſtit. Atinius peditum tantum agmine per exploratores comperto, in acies copias educit, & fraudis inteſtinæ, & hoſtium inſidiarum ignarus. Pedeſtre prælium fuit perfegne; paucis in prima acie pugnantibus Romanis; Thurinis exſpectata tribus magis quam adjuvantibus eventum: & Carthaginienſium acies de induſtria pedem referebat, ut ad terga collis ab equite ſuo inteſtis hoſtem incautum perraheret. Quo ubi ventum eſt, coorti cum clamore equites, properantem inconditam Thurinorum turbam, nec fatis fido animo unde pugnabat ſtantem, extemplo in fugam averterunt. Romani, quanquam circumventos hinc pedes, hinc eques urgebat, tamen aliquamdiu pugnam traxere. poſtremo & ipſi terga vertunt, atque ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglebati, quum populorum agmen parentibus portis acceſſiſſent: ubi Romanos fuſos ad urbem ferri viderunt, conclamant, infare Pœnum: permixtoque & hoſtes urbem invaſuros, ni prohere portas claudant. ita excluſos Romanos præbuere hoſti ad cædem. Atinius tamen cum paucis receptus. Sedirio inde pauliſper tenuit; quum alii urbem ruendam; inde alii cedendum fortunæ, & tradendam urbem victoribus cenſerent. cæterum, ut plerumque, fortuna & conſilia mala vicerunt. Atinio cum ſuis ad mare naves deducto, magis quia ipſi ob imperium in ſe mire ac juſtum conſultum volebant, quam reſpectu Romanorum, Carthaginienſes in urbem acciplunt. Conſules a Benevento in Campanum agrum legiones ducunt, non ad frumenta modo, quæ jam in hibernis erant, corrumpenda, ſed ad Capuam oppugnandam; nobilem ſe conſulatum tam opulentæ urbis excidio rati fafturos: ſimul & ingens flagitium imperio dempturos, quod urbi tam propinquæ tertium annum impunita defectio eſſet. Cæterum, ne Beneventum ſine præſidio eſſet, & ut ad ſubita belli, ſi Annibal, (quod fafturum haud dubitabant) ad opem ferendam ſociis Capuam veniſſet, equites vim ſuſtinere poſſent. Ti. Gracchum ex Lucanis cum equitatu ac levi armatura Beneventum venire jubent: legionibus ſtativiſque ad obſtinendas res in Lucanis aliquem præficeret.

Cap. XVI. Gracchо, priuſquam ex Lucanis moveret, ſacrificanti, triſte prodigium factum eſt. ad extaſacrificii perpetrato, angues duo ex occulto allapſi, edere jecur, conſpectique renente ex oculis abierunt: id quum aruſpicum monitu ſacrificium inſtauraretur, neque intentus extares olim ſervarentur; iterum ac tertium veniſſe tradunt, libatoque jocinore intactos angues abiiſſe. Quum aruſpices, ad imperatorem id pertinere prodigium, prænonuiſſent, & ab occultis cavendum hominibus conſuliſſique; nulla tamen providentia fatum imminens moveri potuit. Flavius Lucanus fuit, cujus partis ejus Lucanorum, quum pars ad Annibalem defeciſſet, quæ cum Romanis ſtabat. & jam annuo in magiſtratu erat; ab eiſdem illis creatus prætor. Is mutata repente voluntate locum gratiæ apud Pœnum quæretis, neque tranſire ipſe, neque trahere ad defectionem Lucanos ſatis habuit, niſi imperatoris & ejuſdem hoſpitis proditi capite ac ſanguine fœdus cum hoſtibus ſanxiſſet, ad Magonem, qui in Bruttiis præerat, clam in colloquium venit: fidęque ab eo acceptæ, ſi Romanum imperatorem ſibi tradidiſſet, liberos cum ſuis legibus venturos in amicitiam Lucanos; deducit Pœnum, in locum pacis Gracchum adducturus. Magonem ibi pedites equitesque armare, & capere eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret, jubet. Loco fatis inſpecto, atque undique explerato, dies compoſita gerendæ rei eſt. Flavius ad Romanum imperatorem venit: *Rem ſe*, ait, *magnam inchoaſſe, ad quam perficiendam ipſius Gracchi opera opus eſſe. omnium populorum pretoriſque, aut ad Pœnum in illo commenti Italiæ ſolo, defeciſſent, perfuaſiſſe, ut redirent in amicitiam Romanorum. quando res quoque Romanæ, quæ prope exitium clade Cannenſi veniſſent, indies melior atque auctior fieret: Annibalis vis ſeneſceret, ac prope ad nihilum veniſſet. Veteri cellebe haud implacabiles fore Romanos: utiliam unquam gentem magis exorabilem promptioremque veniæ dandæ fuiſſe, quoties rebellioni*

etiam majorum suorum ignotum? Hæc ab se, ait, *dicta: ceterum ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos præsentisque contingere dextram: id plenos fidei secum ferre. Locum se consilio dixisse a conspectu amotum, haud procul a castris Romanis, ibi paucis verbis transigi rem posse, ut omne nomen Lucanum in fide ac societate Romana sit.* Gracchus fraudem & sermoni & rei abesse ratus, ac similitudine veri captus, cum licentibus ac turma equitum e castris progressus, duce hospite in insidias præcipitatur. Hostes subito exortis: & ne dubia proditio esset, Flavius his se adjungit. tela undique in Gracchum atque equites conjiciuntur. Gracchus ex equo delilit. Idem ceteros facere jubet: hortaturque, *Ut quod unum reliquum fortuna fecerit, id cohonestent virtute. Reliquum autem quid esse, paucis mutuandæ in valle fugæ ac montibus septa circumventis, præter mortem? id referre utrum præbentes corpora pecorum modo inultri trucidentur, an toto animo a patiendo exclamationeque recenti in hostem atque eum verso, agentes audaciæque, nec sine hostium cruore inter expirantium inimicorum cumulata armaque & corpora cadant. Lucanum proditorem ac transfugam omnes peterent. qui eam victimam præ se ad inferos mitteret; cum deove eximium egregiumque fœtalium ita mori in venturum.* Inter hæc dicta paludamento circum lævum brachium inrorto (nam ne scuta quidem secum extulerant) in hostes impetum fecit. Major quam pro numero hominum editur pugna. Jaculis maxime aperta corpora Romanorum, & quum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjecta effet, transfiguntur. Gracchum jam nudatum præsidio vivum capere Pœni nituntur. ceterum ille conspicatus Lucanum hospitem inter hostes, adeo infestus confertos invasit, ut parci ei sine multorum pernicie non posset. Examinem eum Magio exemplo ad Annibalem misit, ponique cum captis simul fasciibus ante tribunal imperatoris jussit. Hæc vera fama est. Gracchus in Lucanis ad campos, qui Veteres vocantur, perlit.

Cap. XVII. Sunt qui in agro Beneventano, proque Calorem flavium, ostendant a castris cum licentibus ac tribus servis lavandi causa progressum, quum forte inter salicta innata ripis laterent hostes, nudum atque inermem, fasiipue, quæ volvit amnis, propugnantem, interfectum. Sunt qui aruli, eum meritu quingentos passus a castris progressum uti loco puro, ea quæ ante dicta prodigia sunt, procuraret, ab infidentibus forte locum duabus turmis Numidarum circumventum scribant. adeo nec loco nec ratio mortis in viro tam claro & insigni constat. Funeris quoque Gracchi varia est fama. Alii in castris Romanis sepultum ab suis, alii ab Annibale (& ea vulgatior fama est) tradunt in vestibulo Punicorum castrorum rogum extructum esse. armatum exercitum decurrisse cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum & corporum suæ cuique genti assuetis: ipso Annibale omni rerum verborumque honore exsequias celebrante. Hæc tradunt qui in Lucanis rei gestæ auctores sunt. Si illis, qui ad Calorem flavium interfectum memorant, credere velis, capitis tantum Gracchi hostes potiti sunt. eo delato ad Annibalem, missus ab eo confectim Carthalo, qui in castra Romana ad Cn. Cornelium quæstorem deferret. is funus imperatoris in castris, celebrantibus cum exercitu Beneventanis, fecit.

Cap. XVIII. Consules agrum Campanum ingressi, quum passim populi rentur; eruptione oppidanorum & Magonis cum equitatu territi, ac trepidi ad signa milites palatos passim revocarunt: & vix dum instructa acie fuit, supra mille & quingentos milites amiserunt. Inde ingens ferocia superbæ fuopte ingenio genti crevit: multisque prœliis lacessebant Romanos: sed inrentiores ad cavendum consules una pugna fecerat, incaute atque inconsulte inita. Reltituit tamen his animos, & illis minuit audaciam, parva una res. sed in bello nihil tam leve est, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. T. Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat, perfamiliari hospitio junctus. creverat consuetudo, quod æger & domæ apud Crispinum Badius ante dies octo Capuæ panam liberaliter comiter que curatus fuerat. Tum Badius progressus ante stationes, quæ pro porta stabant, vocari Crispinum jussit. quod ubi est Crispino nunciatum; ratus colloquium amicum ac familiare quæri, manente memoria etiam in difficillimis publicorum fœderum, privati juris; paullum à cæteris processit. Postquam in conspectum venere, *Provoco te*, inquit, *ad pugnam, Crispine*, Badius: *confendamus equos, summotisque aliis, inter bello melior sit, decernamus.* Ad ea Crispinus, *nec sibi*, nec illi, ait, *hostes esse, in quibus virtutem ostendant: se abeo, etiam si in acie occurrat, declinaturum, ne hospitali cæde dextram violet.* convertisque abibat. Enimvero ferocius tum Campanus. Increpare mollitiem, ignaviamque, & se digna probra in insontem jacere, hospitalem hostem appellans; *simulantemque parcere, cui sciat patrem se non esse. si parum publicis fœderibus ruptis diremptaque simul & pri-*

vata jura esse putet, Badium Campanum, T. Sulpitio Crispino Romano palam omnibus (duobus exercitibus audientibus) renunciare bostium. Nihil sui cum eo consultatum, nihil fœderatum hosti cum hoste, cujus patriam ac penates publicos privatosque oppugnatum venisset. Si vir effet, congrederetur. Diu cunctantem Crispinum perpulere turmales, ne impune insultare Campanum paterentur. Itaque tantum temeritatem cum Imperatores consuleret, permitterent-ne sibi extra ordinem in provocantem hostem pugnare; permissu eorum arma capit, equumque conscendit, & Badium nomine compellans, ad pugnam evocavit. Nulla mora à Campano facta est. Infestis equis concurrere. Crispinus hasta ictum sinistrum humerum Badio hasta transfixit: superque delapsum cum vulnere ex equo desiluit, ut pedes jacentem conficeret. Badius, priusquam opprimeretur, perma arque equo relicto, ad suos insugit. Crispinus, equum, armaque capta, & cruentis spoliis deinde insignis spoliis ostentans; cum magna laude & gratulatione militum ad consules est deductus. laudatusque ibi magnifice, & donis donatus.

Cap. XIX. Annibal ex agro Beneventano castra ad Capuam quum movisset, tertio post die quam venit, copias in aciem eduxit. nauque quum dubius, quod Campanis absente se paucos ante dies secunda fuisset pugna; quin multo minus se fuumque rotties victorem exercitum sustinere Romani passent. Cæterum, posteaquam pugnari cœptum est, equitum maxime virtute, quum Punicalis abrumperetur, laborabat Romana acies: donec signum equitibus datum est, ut in hostem admitterent equos. ita equestre prœlium erat, quum procul visus Sempronianus exercitus cui Cn. Cornelius qui ejus præerat, utrique parti parem merum præbuit, ne hostes novi advenarent. Velut ex composito utrimque signum receptui datum: re lustique in castra prope æquo Marte discesserunt. plures tamen ab Romanis primo incursu equitum cecidunt. Inde consules, ut averterent Capua Annibalem, nocte quæ secuta est, diuersis hostæ quæ volunt, alio proficiscuntur. Fulvius in agrum Cumanum; Claudius in Lucanos, abierunt. Postero die, quum vacua castra esse Romanorum nunciatum Annibali esset, & duobus agminibus diversos abisse; incertus primo utrum sequeretur, Appium infirmi sequi. Ille certum diuersi hostis quia voluit, alio proficere ad Capuam rediit. Annibali alia in his locis bene gerendæ rei fortuna oblata est. M. Centenius fuit cognomine Pœnula; insignis inter primipilares centuriones, & magnitudine corporis & animo. Is perfunctus militia, per P. Cornelium Sullam prætorem in senatum introductus, petit à Patribus, uti sibi quinque millia militum darentur. Se pertum & hostis & regionum, brevi operæ pretium factuum. Se quibus artibus acid locorum nostri & duces, & exercitus capti forent, iis adversus inventorem usurum. Id non promissum magis stolide quam stolide creditum: tanquam eadem militares & imperatorize artes essent. data pro quinque octo millia militum; pars dimidia civer, pars foci & ipse aliquantum voluntariorum itinere in agris concivit; ac prope duplicato exercitu in Lucanos pervenit; ubi Annibal, nequicquam securus Claudium, fubitterat. Haud dubia res est: quippe inter Annibalem ducem & centurionem, exercitufque, alterum vincendi vencunm, alterum novum torum. Sc magna ex parte etiam tumultuarium ac semiermem. Ut conspecta inter se agmina sunt, Sc neutra pars detrectavit pugnam; extemplo infructæ acies. pugnatum tamen, ut in nulla pari re, duis in locis, quia consultata, dubiæ dux ifteti ser, Romana acie. Posteaquam is non pro vetere fama solum, sed etiam metu futuri de fecoris, fi fuu temeritate contractæ cladi superesset, objectans se hostium telis cecidit; fusa extemplo est Romana acies. sed adeo ne fugæ quidem iter patuit, omnibus vilsab equino infestis, ut ex tanta multitudine vix mille evaserint; cæteri passim, alii alia peste absumpti sint.

Cap. XX. Capua à consulibus iterum summa vi obsideri cœpta est: quæque in eam rem opus erant, comportabantur parabanturque. Castitum, frumentum convectum: ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castellum communitum. (ante Fabius Maximus munierat) præsidium impositum, ut Sc mare proximum, Sc flumen in potestate essent. In ea duo maritima castella frumentum, quod ex Sardinia nuper missum erat, quodque M. Junius prætor ex Etruria coëmerat, ab Ostia convectum est, ut exercitui per hiemem copia esset. Cæterum super eam cladem, quæ in Lucanis accepta erat, volonum quoque exercitus, qui vivo Gracco summa fide stipendia fecerat (velut exauctoratus morte ducis) ab signis discessit. Annibal non Capuam neglectam, neque in tanto discrimine desertos volebat facios: sed prospero ex temeritate unius Romani ducis successu, in alterius ducis exercitusque opprimendi occasionem imminebat. Cn. Fulvium prætorem Apuli legati nunciabant, primo dum urbes quædam Apulorum, quæ ad Annibalem desciviffent, oppugnaret, intentius rem esse: postea nimio successu ipsum Sc milites prædæ impletos in tantam licentiam fecordiamque effusos, ut nul-

nulla disciplina militiæ esset. Quum sæpe alias, tum paucis diebus ante expertus, qualis sub inscio duce exercitus esset, in Apuliam castra movit.

Cap. XXI. Circa Herdoniam Romanæ legiones & prætor Fulvius erant, quo ubi allatum est, hostes adventare, prope est factum, ut injussu prætoris signis convulsis in aciem exirent. nec res ulla magis tenuit, quam spes haud dubia, suo arbitrio, ubi vellent, acturos. Nocte insequenti Annibal, quum tumultuatum in castris, & plerisque hæsitare signum ut daret intristisse duci ad arma vocantes sciret; haud dubius prosperæ pugnæ occasionem dari; tria millia expeditorum milium in villis circa, vepribusque & ilvis dispositi, qui signo dato simul omnes è lateribus existerent: & Magonem, qui duo ferme millia equitum legam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere jubet. his nocte præparatis, prima luce in aciem copias educit. Nec Fulvius est cunctatus; non tam sua ulla spe, quam militum impetu fortuito tractus. Itaque eadem temeritate, qua præcesserat, in castra, instruitur ipsa acies ad libidinem militum forte procurrentium, consistentiumque quo loco ipsorum tulisset animus: deinde per libidinem aut metum deserentium locum. prima legio, & finitima ala in primo instructæ, & in longitudinem porrecta acies, clamantibus tribunis, nihil introrsus roboris ac virium esse, & quæcumque impetum fecissent, hostes perruptoros; nil, quod salutare esset, non modo ad animum, sed ne ad aures quidem admittebant. Et Annibal haud quaquam similis dux, neque simili exercitu, neque in integrum interat. ergo ne clamorem quidem atque impetum primum eorum Romani sustinuere. Dux stultitia & temeritate Centenio par, animo nequaquam comparandus, ubi rem inclinatam ac trepidantes suos vidit, equo arrepto cum ducentis fere equitibus in fugitivos terga à fronte pulsa, tergo atque alis circumventa acies, eo usque est cæsa, ut ex duodeviginti millibus hominum, duo millia haud amplius evaserint. castris hostes potiti sunt.

Cap. XXII. Hæc clades super aliam alia Romam quum essent nunciatæ, ingens quidem & luctus & pavor civitatem cepit. fed tamen quia consules, ubi summa rerum esset, ad id locorum prospere rem gererent, minus his cladibus commovebantur. Legatos ad consules mittunt C. Lætorium, M. Metilium, qui nunciarent, ut reliquias duorum exercituum cum cura colligerent: darentque operam, ne per metum ac dei; erationem hosti se dederent, (id quod post Cannensem accidisset cladem) & ut deserrores de exercitu volonum conquirerent. Idem negotii P. Cornelio datum. cui & delectus mandatus erat. isque per fora conciliabulaque edixit, ut conquisitio volonum fieret, illique ad signa reducerentur. Hæc omnia intentissima cura acta. Ap. Claudius consul, D. Junio ad ostium Valturni, M. Aurelio Cotta Puteolis præposito, qui ut quæque naves ex Etruria ac Sardinia accessissent, extemplo in castra mitterent frumentum: ipse ad Capuam regressus. Q. Fulvium collegam invenit. Casilino omnia importanteni, molientemque ad oppugnandam Capuam. Tum ambo consules circumsederunt urbem, & Claudium Neronem prætorem, ab Suessula ex Claudianis castris excivernnt. Is quoque modico ibi præsidio ad tenendum locum relicto, cæteris omnibus copiis ad Capuam descendit. Ita tria prætoria circa Capuam erecta, quæ & exercitus diversis partibus opus aggreti, fossa, valloque circumdare urbem parant: & castella excitant modicis intervallis. multisque simul locis cum prohibentibus opera Campanis eo eventu pugnant, ut posiremo portis muros ipse contineret Campanus. Prius tamen quam hæc continuarentur opera, legati ad Annibalem missi: qui quererentur, desertam ab eo Capuam, ac prope redditam Romanis: obtestarenturque ut tunc saltem opem non circumsistis modo, sed eriam circumvallatis, ferret. Consulibus litteræ à P. Cornelio prætore missæ, *Ut, prius quam clauderent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent, ut qui eorum vellent, exirent ab Capua, suaque res secum auferrent. Liberos fore suaque omnia habituros, qui ante Idus Martias exissent, post eum diem quicumque exissent, quique ibi maxissent, hostium futuros numero.* ea pronunciata Campanis, atque ita sperata, ut ultro dicerent conjumelias, minarenturque. Annibal ab Herdonia Tarentum duxerat legiones: ipse, aut vi, aut dolo, arcis Tarentinæ potiundæ. Quod ubi parum processit, ad Brundusium flexit iter: prodi id oppidum ratus. ibi quoque quum fructus tereret tempus, legati Campani ad eum venerunt; querentes simul, orantesque, quibus Annibal magnifice respondit, & antea folvisse obsidionem, & nunc adventum fuum consules non laturos. Cum hac spe dimissi legati, vix regredi Capuam, jam duplici fossa valloque cinctam potuerunt.

Cap. XXIII. Quum maxime Capua circumvallaretur, Syracusarum oppugnatio ad finem venit: prætorque Appius ac vigore ducis exercitusque, intestina etiam proditione adjuta. Namque Marcellus initio veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem & Hippocratem verteret bellum, an obsidione Syracusas premeret;

quamquam nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo itu urbem, nec fame, quam prope liberi ab Carthagine commeatus alerent; tamen ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracusanos (erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi viri, inter defectionem ab Romanis, quia ab novis consiliis abhorrebant, pulsi) colloquiis fusis partis tentare hominum animos jussit: & fidem dare, si traditæ forent Syracusæ, liberos eos ac suis legibus victuros esse. Non erat colloquii copia: quia multorum animi suspecti, omnium curam oculosque converterant, ne quid falleret tale admissum. Servus unus exulum pro transfuga intromissus in urbem, conventis paucis, initium colloquendi de tali re fecit. deinde in piscatoria quidam navi, retibus opertî, circumvectique ita ad cattra Romana, collocutique cum transfugis: & idem sæpius eodem modo alii atque alii. Postremo ad octogintum factî: & quum jam compacta omnia ad proditionem essent, indicio delato ad Epicyden per Artalum quendam, indignantem sibi rem creditam non esse, necari omnes cum cruciatu sunt. Alia subinde spes; postquam hæc vana evaserat, excepit. Damippus quidem Lacedæmonius missus ab Syracusiis ad Philippum regem, captus ab Romanis navibus erat. hujus utique redimendi & Epicydæ cura erat ingens: nec abnuit Marcellus, jam tum Ætolorum, cujus gentis socii Lacedæmonii erant, amicitiam affectando Romanis. Ad colloquium de redemptione ejus missis, medius maxime atque utrisque opportunus locus, ad portum Trogilliorum, propter turrim, quam vocant Galeagram, est visus. quo quum sæpius commearent, unus ex Romanis ex propinquo murum contemplarus, numerandis gradibus, æstimandoque ipse secum qui in fronte parerent; simul altitudinem muri, quantum proxime conjectura poterat, permensus, humiliorem que aliquanto priscina opinione fus & cæteroram omnium ratus esse, & vel mediocribus scalis superabilem; ad Marcellum rem defert. Haud spernenda visa. sed, quum adiri locus, qui ob idipsum intentius custodiebatur, non posset, occasio quærebatur. quam obtulit transfuga, nundinans, diem festum Dianæ per triduum agi, & quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari; & ab Epicyde præbito universæ plebei, & per tribus à principibus divisio. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum collocutus, electisque per eos, ad rem tantam agendam audendamque, idoneis centurionibus militibusque, & scalis in occulto comparatis, cæteris signum dari jubet, ut maturè corpora curarent, quietique darent. nocte in expeditionem eundum esse. Inde ubi id temporis visum, quo de die epularis jam vini fatias principiumque somni esset; signi unius milites ferre scalas jussit; & ad mille fere armati tenui agmine per silentium eo deducti. Ubi sine strepitu ac rumultu primi evaserunt in murum, secuti ordine alii; quum priorum audacia dubiis etiam animum faceret.

Cap. XXIV. Jam mille armatorum ceperant partem, quum cæteræ admotæ, pluribusque scalis in murum evadebant; signo ab Hexapylo dato: quo per ingentem solitudinem erat perventum, quia magna pars in turribus epulari, aut sopiri vino erant, aut semigraves potabant. paucos tamen eorum oppressos in cubilibus interfecerunt. Prope Hexapylon est porrula magna vi refringi cœpta: & è muro ex compositio tuba datum signum erat; & jam undique, non furtim, sed vi aperta, gerebatur res; quippe ad Epipolas, frequentem custodiis locum, perventum erat: terrendique magis hostes erant, quam fallendi: ficut quæ sopiti sunt. nam fallendi: ficut quæ sopiti sunt. nam simul ac turbarum est auditus cantus, clamorque tenentium muros, partemque urbis; omnia teneri custodes rati, alii per murum fugere, alii salire de muro, præcipitariique turba paventium. Magna pars tamen ignara tanti mali erat; & gravatis omnibus vino somnoque, & in vastæ magnitudinis urbe, parium sensu non satis pertinente in omnia. Sub luce Hexapylo effracto, Marcellus omnibus copiis urbem ingressus, excitavit conversitque omnes ad arma capienda, opemque, si quam possent, jam captæ prope urbi ferendam. Epicydes, ab Insula, quam ipsi Nasson vocant, citatus profectus agmine; haud dubius quin paucos per negligentiam custodum transfregisse murum expulsurus foret; occurrentibus pavidis, tumultum augere eos, dictitans, & majora ac terribiliora vero afferre; postquam confoexit omnia circa Epipolas armis completa, lacessito tandem hoste paucis missilibus retro in Achradinam agmen convertit: non tam vim, multitudinemque hostium metuens, quam ne qua intestina fraus per occasionem oriretur, cujusque inter tumultum Achradinæ atque Insulæ juncturer pertas. Marcellus tot mœnia ingressus, ex superioribus locis urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit, illacrymasse dicitur: partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim vetustæ gloriæ urbis. Athenienium claffes demersæ, & duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti, occurrebant: & tot bella cum Car-

thaginiensibus tanto cum diſcrimine geſta, tot tam opulentæ tyranni regeſque: præter cætera Hiero, quum recentiſſimæ memoriæ rex, cum ante omnia, quæ virtus ei fortunaque ſua dederat, beneficiis in populum Romanum inſignis. ea quum univerſa occurrerent animo, ſubiretque cogitatio', jam illa momento horæ arſura omnia, & ad cineres reditura: priuſquam ſigna Achradinæ admoveret, præmittit Syracuſanos, qui intra præſidia Romana eſſent, ut ante dictum eſt, fuerant. ut alloquio leni perlicerent hoſtes ad dedendam urbem.

Cap. XXV. Tenebant Achradinæ portas muroſque maxime transfugæ, quibus nulla erat per conditiones veniæ ſpes: ii nec adire muros, nec alloqui quemquam paſſi. Itaque Marcellus poſtquam ad inceptum irritum fuit, ad Euryalum ſigna referri juſſit. tumulus eſt in extrema parte urbis verſus à mari, væque imminens ferenti in agros, mediterraneaque inſulæ, percommode ſitus ad commeatus excipiendos. Præerat huic arci Philodemus Argivus, ab Epicyde impoſitus, ad quem miſſus à Marcello Soſis, unus ex interfectoribus tyranni, quum longo ſermone habito dilatus per fruſtrationem eſſet, rerulit Marcello, rempus eum ad deliberandum ſumpſiſſe. Quum is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admoverent caſtra legionesque, haud dubius, ſi in arcem accepiſſet eos, deleri Romanum exercitum inclusum muris poſſe; Marcellus ut Euryalum neque tradi, neque capi vidit poſſe, inter Neapolim & Tycham (nomina partium urbis, & inſtar urbium ſunt) poſuit caſtra: timens ne, ſi frequentia intraſſet loca, contineri ab diſcurſu miles avidus prædæ non poſſet. Legati eo ab Tycha & Neapoli, cum infulis & velamentis venerunt; precantes ut à cædibus & ab incendiis parcererur. De quorum precibus quum poſtulatis magis conſilio habito, Marcellus ex omnium ſententia edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret. cætera prædæ futura. caſtraque tectis parietum pro muro ſepta, portis regione platearum parentibus ſtationes præfidiaque diſpoſuit, ne quis in diſcurſu militum impetus in caſtra fieri poſſet. Inde ſigno dato militer diſcurrerunt: refractiſque foribus quum omnia terrore ac tumultu ſtreperent, à cædibus tamen temperatum eſt. rapinis nullus ante modus fuit. quam omnia diuturna felicitate cumulata bona egeſſere. Inter hæc & Philodemus, quum ſpes auxilii nulla eſſet, fide accepta, ut inviolatus ad Epicyden rediret, deducto præſidio tradidit tumulum Romanis. Averſis omnibus ad tumultum ex parte capræ urbis. Bomilcar noctem eam nactus, qua, propter vim tempeſtatis ſtare ad anchoram in alto Romana claſſis non poſſet, cum triginta quinque navibus ex portu Syracuſano profectus, libero mari vela in altum dedit. quinque & quinquaginta navibus Epicydæ & Syracuſanis relictis. edoctiſque Carthaginienſibus, in quanto res Syracuſina diſcrimine eſſet, cum centum navibus poſt paucos dies redit, multis (ut fama eſt) donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatis.

Cap. XXVI. Marcellus, Euryalo recepto, præſidioque ad fito; una cura erat liber, ne qua ab tergo vis hoſtium in arcem accepta, incluſos impeditoſque mœnibus ſuos turbaret. Achradinam inde, trinis caſtris per idonea diſpoſitis loca, ſpe ad inopiam omnium rerum incluſos redacturum, circumſedit. Quum per aliquot dies quietæ ſtationes utrinque fuiſſent, repente adventus Hippocratis & Himilconis, ut ultro undique oppugnarentur Romani, fecit. nam & Hippocrates caſtris ad magnum portum communitis, ſignoque ita dato qui Achradinam tenebant, caſtra vetera Romanorum adorrus eſt, quibus Criſpinus præerat; & Epicydes eruptionem in ſtationes Marcelli fecit. & claſſis Punica littori, quod inter urbem & caſtra Romana erat, appulſa eſt, ne quid præſidii Criſpino ſubmitti à Marcello poſſet. Tumultum tamen majorem hoſtes præbuerunt, quam certamen. nam & Criſpinus Hippocraren non repulit tantum munimentis, ſed inſecutus etiam eſt trepide fugientem: & Epicyden Marcellus in urbem compulit. ſatiſque jam etiam in poſterum videbatur proviſum. ne quid ab impetuinitio tum excurſionibus periculi foret. Acceſit & peſtilentia, commune malum quod facile utrorumque animos averteret à belli conſiliis. nam tempore autumni, & locis natura gravibus, multo tamen magis extra urbem, quam in urbe, intoleranda vis æſtus per utraque caſtra omnium ferme corpora movit. & primo temporis ac loci vitio & ægri erant, & moriebantur: poſtea curatio ipſa, & contactus ægrorum, vulgabat morbos: ut aut negledi defertique, qui incidiſſent, morerentur: aut aſſidentes curantesque, eadem vi morbi repleros ſecum traherent: quotidianaque funera & mors ob oculos eſſet, & undique dies noctesque, ploratus audirentur. poſtremo ita aſſuetudine mali efferaverant animos; ut non modo lacrymis juſtoque comploratu proſequerentur mortuos: ſed ne efferrent quidem, aut ſepelirent, jacerentque ſtrata exanima corpora in conſpectu ſimilem mortem exſpectantium: mortuique ægros, ægri validos, cum metu, tum tabe ac peſtifero odore corporum conficerent. & ut

ut ferro potius morerentur, quidam invadebant soli hostium stationes. Multo tamen major vis pestis Romanum castra quam Romana, (diu circumfcendo Syracusas, coelo aquisque adsuerant magis,) affecerat. Ex hostium exercitu Siculi ut primum videre ex gravitate loci vulgari morbos; in suas quisque propinquas urbes dilapsi sunt. At Carthaginienses, quibus nihil quam receptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone, ad internecionem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, traduxerat in urbem suos: infirmaque corpora tecta & umbrae recreaverant, multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumti sunt.

Cap. XXVII. Deleto terrestri Punico exercitu, Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, in haud magna oppida, caeterum & firma & munimentis tuta, (tria millia alterum ab Syracusis, alterum undecim ferme,) eo & commeatus & civitatibus suis comportabant, & auxilio arcessebant. Interrea Bomilcar iterum cum classe profectus Carthaginem, ita expolita fortuna foelicrum, ut spem faceret, non ipsis modo salutarem opem ferri posse, sed Romanos quoque in capta quodammodo urbe praecipulit, ut onerarias naves quam plurimas omni copia rerum onustas secum mitterent, classemque suam augerent. Igitur centum triginta navibus longis & septingentis onerariis profectus a Carthagine, prosperos satis ventos ad Trajicienium in Sicilium habuit. Sed iidem venti timerare eum Pachynum prohibebant. Bomilcaris adventus, fama primo, dein orarer spem mora, quum gaudium & merum invicem Romanis Syracusanisque praebuisset; Epicydes, metuens, ne si pergerent iidem qui tum tenebant ab ortu solis flare per dies plures venti, clatis Punica Africam reperterer; tradita Achradina mercenariorum militum ducibus, ad Bomilcarem navigat; classem in statione versa in Africam habentem, atque timentem navale praelium; non tam quod impar viribus aut numero navium esset, (quippe etiam plures habebat) quam quod venti aptiores Romanae quam suae classi flarent; perpulit tandem, ut fortunam navalis certaminis experiri vellet. Et Marcellus, quum & Siculum exercitum ex tota insula conciri videret, & cum ingenti commeatu classem Punicam advenire, ne simul terra marique inclusus urbe hostium urgeretur, quanquam impar numero navium erat, prohibere aditu Syracusarum Bomilcarem confirmit. Duae classes infestae circa promontorium Pachynum stabant; ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset, concurrerae. Itaque cadente jam Eu-

ro, qui per dies aliquot saevierat, prior Bomilcar movit: cujus prima classis petere altum visa est, quo facilius superaret promontorium. caeterum, postquam tendere ad Romanes naves vidit; incertum qua subita territus re, Bomilcar vela in altum dedit. militibus nunciis Heraclearn, qui onerarias retro in Africam repetere juberent, ipse Siciliam praetervectus, Tarentum petit. Epicydes a tanta repente defluxura spe, ne in obsidionem magna ex parte capiae urbis rediret, Agrigentum navigat: exspectaturus magis eventum quam inde quicquam moturus.

Cap. XXVIII. Quae ubi in castra Siculorum sunt nunciata, Epicydem Syracusis excessisse, a Carthaginiensibus relictam insulam, & prope iterum Romanis traditam, legatos de conditionibus dedendae urbis, explorata prius per colloquia voluntate eorum, qui obsidebantur, ad Marcellum mittunt. Quum haud ferme difereparet, quin quae ubique regum fuissent, Romanorum essent; Siculis caetera cum libertate ac legibus suis servarentur; evocatis ad colloquium his quibus ab Epicyde credi ae erant missos se simul ad Marcellum, simul ab eo ad exercitum Siculorum, ajunt, ut una omnium qui obsiderentur, quique extra obsidionem essent, fortuna esset; neve alteri proprie sibi pacis certerur quicquam. Recepti deinde ab iis, ut necessarios hospitesque alloquerentur, expositis quae pacta jam cum Marcello haberent, oblata spe salutis persuadere eos, ut secum praefectos Epicydis, Polyclitum, & Philistionem & Epicydem, cui Sidon cognomen erat, aggrederentur. Interfectis iis, & multitudine ad concionem vocata, de impiis, qua jam inter se fecerant, oculte soliti erant, conquesti, quamquam tot mala urgerent, negarunt, *fortunam accusandam esse, quod in ipsorum esset potestate, quamdiu ea paterentur. Romanis causam oppugnandi Syracusas fuisse caritatem Syracusanorum, non odium: nam ut occupatas ab sacrilegis Anniballs, deinde Hieronymi, Hippocrate, atque Epicyde adjerint, tum bellum movisse, & obsidere urbem coepisse: ut crudeles tyrannos ejus, non ut ipsam urbem expugnarent. Hippocrate vero interempto, Epicyde insuper ab Syracusanis, & praefectis ejus occisis, Carthaginiensibus omni possessione Siciliae terra marique pulsis, quam superesse causam Romanis, cur non perinde ac si Hiero ipse viveret, unius Romanae amicitiae cultor, incolumes Syracusas esse velint? Atque nec unde nec hominibus aliud periculi, quam ab semetipsis esse, si occasionem reconciliandi se Romano praetermisissent.*

sent, eam autem, qualis illo momento hora fit, nullam deinde fore, simul liberatos ab impotentibus tyrannis apparuisset.

Cap. XXIX. Omnium ingenti assensu audita ea oratio est. Prætores tamen prius creari, quam legatos nominari, placuit. ex iisdem deinde prætorum numero mitti oratores ad Marcellum, quorum princeps. *Neque primo*, inquit, *Syracusani a vobis defecimus, sed Hieronimus; nequaquam tam invitos imoltos, quam in nos: nec postea pacem tyranni cadem corruptam Syracusanos, quisquam, sed satellites regii Hippocrates atque Epicydes, oppressis nobis hinc metu, hinc fraude, turbaverunt. nec ausi quam dicere poteo. aliquando nobis libertatis tempus fuisse. quod pacis vobiscum non fuerit. Nunc certe eadem cum opprimas tenebant Syracusas, quam pacem nostri militesse capimus, exemplo reunimus ad tradenda arma: dedimus nos, urbem, mania: nullam recusandam fortunam, quæ imposita a vobis fuerit. Gloriam capta nobilissimæ pulcherrimæque urbis Graccarum bei tibi dederunt Marcelle, quæ quidquam terra marique memorandum gessimus, ea tui triumphi titulo accedit. Famæ ne credi velis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse, quo quisquis terra, qui suis mari venerit, nunc nostra de Athenientibus Carthaginiensibus, tropæa, nunc tua de nobis ostendat, incolumesque Syracusas familiæ vestræ sub clientela nominis Marcellorum, tutelaque habendas tradat. Ne plus apud vos Hieronimi quam Hieronis memoria nomenti facitat. diuturnis ille multo antiose fuit, quam his posteris illius etiam benevola perfunctus: hujus amentia ad perniciem tantum ipsius valuit.* Omnia & impetrabilia & tuta erant apud Romanos. inter ipsos plus belli ac periculi erat. Namque transfugæ tradi se Romanis rati, mercenariorum quoque militum auxilia in eundem compulere metum: arreptisque armis prætores primum obtruncant, inde ad cædem Syracusanorum discurrunt: quosque fors obtulit, irati interfecerunt, atque omnia quæ in promptu erant, diripuere. tum ne inde ducibus essent, sex præfectos creavere, ut terni Achradinæ ac Nasi præessent. Sedato tandem tumultu exsequentibus scisitando mercenariis, quæ acta cum Romanis essent; dilucere id quod erat, cœpit; aliam suam ac perfugarum causam esse.

Cap. XXX. In tempore legati a Marcello redierunt, falsa eos suspicione incitatos memorantes: nec causam experendæ pœnæ eorum ullam Romanis esse. Erat ex tribus Achradinæ præfectis Hispanus, Mericus nomine. ad eum inter comites legatorum de insuetia unus ex Hispanorum auxiliaribus est missus: qui sine arbitris Mericum nactus, primum quo in statu reliquisset Hispaniam, (& nunc inde venerat) exponit. *Omnia Romanis ibi obtinent arma. posse eum si operæ pretium facias, primum popularium esse: seu militare cum Romanis, seu in patriam reverti libeat. Contra, si male obsideri pergat, quam ipsem esse terra marique causa?* Motus his Mericus, quum legatos ad Marcellum mitti placuisset, fratrem inter eos mittit: qui per eundem illum Hispanum fecietus ab aliis ad Marcellum deductus quum fidem accepisset, compositisseque agendæ rei ordinem, Achradinam redit. Tum Mericus, ut ab suspicione proditionis averteret omnium animos, negat, *sibi placere legatos committere ultro citroque, nostre rei publicæ quemquam, neque mittendum: & quo intentius custodiæ ferventur, opportuna loca dividenda præfectis esse, ut suæ quisque partis tutandæ reus sit.* Omnes assensi sunt partibus dividundis. ipsi regio evenit ab Arethusa fonte usque ad ostium magni portus. Aiut scirent Romani, fecit. Itaque Marcellus nocte navim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Achradinam jussit: exponitque milites regione portæ, quæ prope fontem Arethusam est. Hoc quum quarta vigilia factum esset, expositosque milites Achradinæ erat, recepisset Mericus; luce prima Marcellus omnibus copiis mœnia Achradinæ aggreditur: ita ut non eos solum, qui Achradinam tenebant, in se converteret, sed ab Nasi etiam agmina armatorum concurrerent, relictis stationibus locis, ad vim & impetum Romanorum arcendum. In hoc tumultu actuariæ naves, instructæ jam ante, circumvectæque, ad Nasum armatos exponunt, qui improviso adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ, qua paulo ante excurrerant armati, haud magno certamine Nasum capere, deiectam repidationem & fuga custodum. neque ullis minus præsidii aut pertinacie ad manendum quam transfugis fuit: quia ne fuis quidem satis credentes se, medio certamine effugerunt. Marcellus ut captam esse Nasum didicit, & Achradinæ regionem unam tenere Romanicumque cum præsidio fuis adiunctum, receptui cecinit: ne regiæ opes, quarum fama major quam res erat, diriperentur.

Cap. XXXI. Suppresso imperu militum, & iis qui in Achradina erant transfugis, spatium locusque fugæ datus est: & Syracusani tandem liberi metu, portis Achradinæ apertis, oratores ad Marcellum mittunt, si-

nihil petentes aliud, quam incolumitatem, sibi, liberisque suis. Marcellus consilio advocato, & adhibitis etiam Syracusanis, qui per seditiones pulsi ab domo inter præsidia Romana erant, respondit: *non plura per annos quinquaginta honestasse Hieronis quam paucis his annis malificia corum, qui Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse; sed pleraque eorum, quo debuerint, recidisse: fæderumque ruptorum ipsos ab se gravissimos multo, quam populus Romanus, ultorem, panas exegisse. Se quidem tertium annum circumsedere Syracusas: non ut populus Romanus servam civitatem haberet, sed ne transfugarum duces captam & oppressam tenerent. Quæ si potuerint Syracusani facere, exemplo vel eos Syracusanorum esse qui intra præsidia Romana fuerint: vel hi panam dederint Achivis, qui præsidium tradiderint, vel ipsorum Syracusanorum postremo, serum quidem, sed forte consilium. Omnium sibi laborum periculorumque, circa mania Syracusana terra marique tam diu exhaustorum, nequaquam tantum fructum esse, quantum capere Syracusas videbatur.* Inde quæstor cum præsidio ad Nasum, ad accipiendam pecuniam regiam, custodiamque missus: urbs diripienda militi data est; custodibus divisis per domos eorum, qui intra præsidia Romana fuerant. Quum multa iræ, multa avaritiæ, fœda exempla ederentur; Archimedes memoriæ proditum est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu diripientium militum ciere poterat, intentum formis, quas in pulvere describerat, ab ignaro milite quis esset, interfectum. Ægre id Marcellum tulisse, sepulturæque curam habuisse, & propinquis etiam inquisitis, honori præstitisse nomen ac memoriam ejus fuisse. Hoc maxime modo Syracusæ captæ, in quibus prædæ tantum fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuisset, cum qua viribus æquis certabatur. Paucis ante diebus quam Syracusæ caperentur, T. Oracilius cum quinque remibus octoginta Uticam ab Lilybæo transmisit. & quum ante lucem portum intrasset, onerarias frumento onustas cepit: egressusque in terram, depopulatus est aliquantum agri circa Uticam, prædamque omnis generis retro ad naves egit. Illo quum tertio die quam inde profectus erat, cum centum triginta onerariis navibus frumento prædaque onustis rediit: idque frumentum exemplo Syracusis misit. Quod ni tam in tempore subveniisset, victoribus victisque pariter pernicioſa fames instabat.

Cap. XXXII. Eadem æstate in Hispania, cum biennio ferme nihil admodum memorabile factum esset, consilii quæ magis quam armis bellum gereretur, Romani imperatores egressi hibernis copias conjunxerunt. ibi consilium advocatum, omniumque in unum congruerunt sententiæ: quando ad id locorum id modo actum esset, ut Afdrubalem tenderent in Italiam retinerent: tempus esse id jam agi, ut bellum in Hispania finiretur: & satis ad id virium credebant accessisse, triginta millia Celtiberorum ea hieme ad arma excitata. Tres exercitus erant. Afdrubal Gisgonis filius, & Mago conjunctis castris quinque fermè dierum iter ab Romanis aberant. Propior erat Amilcaris filius Afdrubal; vetus in Hispania imperator. ad urbem nomine Anitorgin exercitum habebat. Eum volebant prius opprimi duces Romani: & ipsi erat satis superque ad id virium esse. illa restabat cura, ne fuso eo pergulis, alter Afdrubal & Mago, in avios saltus montesque recipientes se, bellum extraherent. Optimum igitur rati, divisis bifariam copiis totius simul Hispaniæ ampliebi bellum; ita inter se divisserunt, ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum adjunctumque adventitio Magonem duceret atque Afdrubalem: Cn. Cornelius cum tertia parte veteris exercitus, Celtiberis adjunctis cum Afdrubale Barcino bellum gereret. Una profecti ambo duces exercitusque, Celtiberis prægredientibus, ad urbem Anitorgin in conspectu hostium, utrimque ante amne, ponunt castra. Ibi Cn. Scipio, cum quibus ante dictum est, copiis subsitit, & P. Scipio profectus ad destinatam belli partem.

Cap. XXXIII. Afdrubal postquam animadvertit exiguum Romanum exercitum ad castra, & spem omnem in Celtiberorum auxilliis esse; perinus omnis barbaricæ, & præcipue omnium earum gentium, in quibus per tot annos militabat, perfidiæ; facili linguæ commercio, quum utraque castra plena Hispanorum essent, per occultæ colloquia nocticitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant. Nec atrox visum facinus. non enim ut in Romanos verterent arma, agebatur. & merces quanta vel pro bello fàris esset, dabatur. ne bellum gererent: & quum quies ipsa, tum reditus domum fructusque vicorum, quos suaque, grata vulgo erant. Itaque non ducibus facilius quam multitudini pertuasum est: simul nec merus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, si vi retinerent. Id quidem cavendum semper Romanis ducibus erit, exemplaque hæc vetera pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris, suarumque proprie virium in castris habeant. Signis repen-

de fubiatis Celtiberi abeunt, nihil aliud, quærentibus cauſſam obteſtantibuſque ne manerent, Romanis reſpondentes, quam domeſtico ſe avocari bello. Scipio poſtquam ſocii nec precibus nec vi retineri poterant, nec ſe aut parem fine illis hoſti eſſe, aut fratri rurſus conjungi vidit poſſe, nec tutum aliud ſalutare auxilium in promptu eſſe, retro quantum poſſet, cædere ſtatuit; in id omni cura intentus, necubi hoſti æquo ſe committeret loco: qui tranſgreſſus flumen prope veſtigiis abeuntium inſiſtebat.

Cap. XXXIV. Per eoſdem dies P. Scipionem par terror, periculum majus ab novo hoſte urgebat. Maliniſſa erat juvenis, eo tempore ſocius Carthaginienſium, quem deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia. is tum cum equitatu Numidarum & advenienti P. Scipioni occurrit, & deinde altidue diſtes nocheſque infeſtus aderat, ut non vagos tantum, procul à caſtris lignatum palutumque progreſſos, excipereat, ſed ipſis obequitaret caſtris, invectuſque in medias ſæpe ſtationes, omnia ingenti tumultu turbaret. Hoſtibus quoque ſæpe incuria repertino in portis valuque expidatum eſt: nec aut locus, aut tempus ullum vacuum à metu ac ſollicitudine erat Romanis: compulſiſque intra vallum, ademto rerum omnium uſu, quum prope juſta obſidio eſſet, futuramque ærthlorem eam appareret, ſi ſe Indibilis, quem cum Repteto igitur mooſico quotidio in caſtris, orapolitoque T. Fontelo legato, media nocte profectus, cum obviis hoſtibus manus conferuit. Agmina magis, quam acies pugnabant: ſuperior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat. cæterum & equites Numidæ repente, quos fœdiſſime cæſos in vaſtitate, ab lateribus circumfuſi, magnum terrorem intulere. Contracto adverſus Numidas certamine novo, tertius inſuper advenit hoſtis. duces Pœni aſſecuti ab tergo jam pugnantes, anceſque prœlium Romanos circumſteterat; incertos in quem potiſſimum hoſtem, quamve in partem conferri eruptionem facerent. Pugnanti hortantique imperatori & offerenti ſe ubi plurimus labor erat, latus dextrum lancea trajicitur: cunenſque is hoſtium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat, ut examinem labentem ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nunciantes diſcurrunt, imperatorem Romanum cecidiſſe. Hæc pervagata paſſim vox, ut & hoſtes haud dubie pro victoribus, & Romani pro victis eſſent, fecit. Fuga conſeſtim ex acie duce amiſſo fieri cœpta eſt. cæterum ut ad erumpendum inter Numidas, leviumque armorum auxilia haud difficilis tres erat: ita effugere tantum equitum, æquantiumque eques velocirate pedirum, vix poterant: cæſique prope plures in fuga, quam in pugna ſunt, nec ſuperfuiſſet quiſquam, ni præcipiti jam ad veſperum die nox interveniſſet.

Cap. XXXV. Haud ſegniter inde duces Pœni fortuna uſi, confeſtim è prœlio, vix neceſſaria quiete data militibus, ad Aſdrubalem Amilcaris ciratum agmen rapiunt: non dubia ſpe, quum junſti eſſent, debellari poſſe. Quo ubi eſt ventum, inter exercitus duceſque victoria recenti latoris gratulatio ingens fuit, imperatore tanto cum omni exercitu delero, & alteram pro haud dubia parem victoriam exſpectantes. Ad Romanos nondum quidem fama tantæ cladis pervenerat, ſed mœſtum quoddam ſilentium erat, & tacita divinatio: quibus jam præſagientibus animis imminentis mali eſſe ſolet. Imperator ipſe præterquam quod ab ſociis ſe deſertum, hoſtium tantum auctas copias ſentiebat, conjectura etiam & ratione ad ſuſpicionem acceptæ cladis, quam ad ullam bonam ſpem promior erat. *Gyonim modo enim Aſdrubalem de Macedonum miſi defunctos ſuo bello, ſine certamine adducere exercitum potuiſſe ſyomodo autem non obſtitiſſe, aut ab tergo ſecutum fratrem? ut ſi prohibere, quo minus in unum coirent & duces, & exercitus hoſtium, non poſſet, ipſe certe cum ſuorum conjungere exercitum.* His anxiis curis, id modo eſſe ſalutare in præſens credebat, cedere inde quantum poſſet: & inde una nocte, ignaris hoſtibus & ob id quietis, aliquantum emenſus eſt iter. Luce, ut ſenſerunt profectos hoſtes, præmiſſis Numidis, quam poterant maxime citato agmine ſequi cœperunt: ante noctem aſſecuti Numidæ, nunc ab tergo, nunc in latera incurſantes. Conſiſtere cœperunt, ac tutari agmen quantum poſſent: tamen tuto ut ſimul pugnarent procederentque, Scipio hortabatur, priuſquam pedeſtres copiæ aſſequerentur.

Cap. XXXVI. Cæterum nunc agendo, nunc ſuſtinendo agmen, quum aliquandiu haud multum procederetur, & nox jam inſtaret, revocat è prœlio ſuos Scipio: & collectos in tumulum quendam, non quidem ſatis tutum, (præſertim agminiperculſos) editiorem tamen, quam cætera circa erant, ſubducit. Ibi primo impedimentis, & equitatu in medium receptis,

receptis, circumdati pedites haud difficulter imperus incurrantium Numitarum arcebant: dein poſtquam toto agmine tres imperatores cum tribus iuſtis exercitibus aderant, apparebatque, parum armis ad tuendum locum ſine munimento valituros eſſe; circumiectare atque agitare dux coepit, ſi quo modo poſſet vallum circumiicere. ſed erat adeo nudus tumulus & aſperi ſoli, ut nec virgulta vallo caedendo, nec terra cedi ta faciendo, aut ducendae foſſae alliue ulli operi apta inveniri poſſet; nec naturalia quidem iacta ardum aut obiectum erat, quod hoſti adirum adſcendumve difficilem praeberet; omnia faſtigio leni ſubvexa. Ut tamen aliquam imaginem valli obiicerent, clitellas filigaras oneribus, velut ſtruentes ad altitudinem ſolitam, circumdabant; cumulo farcinarum omnia generis objecto, uti ad retinendum clitellae deſuerant. Punici exercitus poſtquam advenere, in tumulum quidem perfacile agmen erexere, munitionis vero faciem nova primo eos velut miraculo quodam tenuit: quum duce undique vociferarentur: *Quid ſtarent? non ludibrio in illud vix feminis puerisve morandis ſatis vallum diſtraherent, diriperentque? Captum hoſtem teneri, latentem poſt farcinas.* Haec contemptim duces increpabant. caterum, neque tranſilire, neque moliri onera objecta, nec cacdere ſilvaras clitellas, intuque obrutas farcinis, facile erat. Tardatis diu quum amolita objecta onera, armatis dediſſent viam, pluribuque idem partibus fieret, capra jam undique caſtra erant: pauci ab multis, perculſique a victoribus paſſim caedebantur. Magna pars tamen militum, quum in propinquas refugiſſet ſilvas, in caſtra P. Scipionis, quibus T. Fonteius legatus praerat, perfugerunt. Cn. Scipionem alii in tumulo primo impetu hoſtium caeſum tradunt: alii cum paucis in propinquam caſtris rurrim perfugiſſe. hanc igni circumdarum, atque ita exutis foribus, quas nulla moliri potuerunt vi, captam: omneſque intus cum ipſo imperatore occiſos. Anno ſeptimo poſtquam in Hiſpaniam venerat, Cn. Scipio, undetrigeſimo die poſt fratris mortem eſt interfectus. Luctus ex morte eorum, non Romae major quam per totam Hiſpaniam fuit. Quin apud cives partem doloris & exercitus amiſi, & alienata provincia, & publici trahebat clades. Hiſpaniae ipſos lugebant deſiderabantque duces: Cn. tamen magis, quo diutius praetuerat his, priorque & favorem occupaverat, & ſpecimen iuſtitiae temperantiaeque Romanae primus dederat.

Cap. XXXVII. Quum deletus exercitus, amiſſeque Hiſpaniae videretur, vir unus res perditas reſtituit. Erat in exercitu L. Marcius Septimi filius, eques Romanus, impiger juvenis, animique & ingenii aliquanto quam pro fortuna, in qua erat natus, majoris. ad ſummam indolem acceſſerat Cn. Scipionis diſciplina: ſub qua per tot annos omnes militiae artes edidicerat. Hic Sc. ex fuga collectis militibus, & quibuſdam de praefidiis deductis, haud contemnendum exercitum fecerat, junxeratque cum T. Fonteio P. Scipionis legato. Sed tantum praeſtitit eques Romanus auctoritate inter milites atque honore, ut noſtris citra liberum communitis quum ducem exercitum comitiis militaribus creari placuiſſet, ſubeuntes alii aliis in cuſtodiam valli ſtationeſque, donec per omnes ſuffragium iret, ad L. Marcium cuncti ſummam imperii detulerint. Omne inde tempus (exiguum id fuit) nunciandis acciſis, ut conveniendi ſui commentibus conſumptum: Sc omnia imperia milites, quum impigre, tum haudquaquam abjecto animo exſequebantur. Caeterum poſtquam Aſdrubalem Gigonis venientem ad reliquias belli delendas tranſiiſſe liberum, & appropinquare Italiam eſt, humanae rei propiorque opportuno ab novo duce milites viderunt; recordati quos paulo ante imperatores habuiſſent, quibuſque Sc ducibus Sc copiis freti prodire ad pugnam ſoliti eſſent; flere omnes repente, Sc offiatae capita: Sc alii manus ad coelum tendere, Deos obtestantes: alii ſtrati humi ſuum quiſque nominatim ducem implorare. neque ſedari lamentatio poterat; excitantibus centurionibus manipulares, & ipſo mulcente & increpante Marcio, quid in muliebres & inutiles ſe projeciſſent flerus potius, quam ad tutandos parentipes & liberos, & hoſtium acuerant animos, & ne inultos imperatores ſuos jacere ſinerent. Quum ſubito clamor tubarumque ſonus (jam enim prope vallum hoſtes erant) exauditur, inde verſo repente in iram luctu, diſcurrere ad arma: ac velut accenſi rabie diſcurrunt portas, & in hoſtem negligenter atque incomposite venientem incurrunt. Extemplo improviſa res pavorem incutit Poenis: mirabundique unde tot hoſtes tam ſubito exorti prope deleto exercitu forent: unde tanta audacia, tanta fiducia ſui victis ac fugatis: quis imperator duobus Scipionibus caeſis extitiſſet: quis caſtris praeſſet: quis ſignum dediſſet pugnae. Ad haec tot tam necopinata, primo omnium incerti, ſtupentesque referunt pedem: dein valida impreſſione puſſi, terga vertunt. Et aut fugientium caedes fanda fuiſſet, aut temerarius periculoſuſque ſequentium impetus, ni Marcius propere receptui dediſſet ſignum, obſiſtentique ad prima ſigna, quoſdam & ipſe retinens, concitatam repreſſiſſet

fisset aciem. Inde ita castra avidos adhuc cædisque & sanguinis reduxit. Carthaginienses trepide primo ab hostium vallo acti, postquam nemi-nem insequi viderunt, metu substitisse rati, contemptim rursus & sedato gradu in castra abeunt. Par negligentia in castris custodiendis fuit. nam etsi propinquus hostis erat, tamen reliquias eum esse duorum exercitum amissa quinque dierum deletorum, succurrebat. Ob hoc quum omnia neglecta apud hostes esset, exploratis iis, Marcius ad consilium, prima specie remerarium magis quam audax, animum adjecit, ut ultro castra hostium oppugnaret: simul facilius esse ratus, unius Asdrubalis expugnari castra, quam ubi rursus tres exercitus ac tres duces junxissent, sua defendi: simul aut ti succussisset cœptis, recepturum se auxiliatas res: aut si pulsus esset, tamen ultro inferendo arma, contemptum sui dempturum.

Cap. XXVIII. Ne tamen subita res, & nocturnus terror, etiam non sine fortunæ consilium perturbaret, alloquendos adhortandosque sibi milites ratus, concione advocata ita disseruit: *Vel mea erga imperatores nostros vitos moriuosque pietas, vel præsens animorum vestrorum, militis, fortuna fidem cuivis facere potest, mihi hoc imperium, ut amplum judicio vestro, ita re ipsa grave ac sollicitum esse. Quo enim tempore, nisi à melius maroremve obstupefaceret, vix ita compos mei esse, ut alia solatia invenire acre animo possem; cogor vestrum omnium vicem quod difficillimum in luctu est) unus consulere. & ne tum quidem, ubi quonam modo has reliquias duorum exercituum patriæ conservare possim, cogitandum est; avertere animum ab ejusmodi curis libet. Præsto est enim acerba memoria, quo Scipiones amborum dies nocteque curis insomnisque agitant: & excitant sæpe somno meo se, neu invictos per otio annos in his terris milites suos, commilitones vestros, nec rempublicam partiar inultam, & suam disciplinam sanque instituta sequi jubent. Ac ut superiis exercitum nemo obedientior me imperatore fuerit, ita post mortem suam, quod quaque in re factum illos fuisse maxime censeam, id optimum ducere vos quoque velim. non lamentis lacrimisque tanquam exsanctos prosequi, (vitam siquoque fama reviviscentem) sed quodcumque occurret memoria illorum, velut si adhortantes se numque dantes videatis eos, ita præsta inire. Nec alia profecto pestes hesterno die oculis animisque vestris obstata, memorabile illud edidit prælium: quo documentum dedistis hostibus, non cum Scipionibus exercitum esse nomen Romanum: & cujus populi vis atque virtus non abrupta sit Cannensi clade, ex omni profecto sanctia fortunæ emersuram esse. Nunc, qui tantum ausi estis sponte vestra, experiri libet, quantum audacitatis duce vestro audeatis. non enim hesterno die quum signum receptui cecidi, sequentibus effuse vobis turbatum hostem, frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam atque opportunitatem volui: ut postmodo præparati invictos, armati inermes, atque etiam sopitos, per occasionem aggredi possetis. Nec hujus occasionis ipsum, milites, forte temere, sed ex ipsa conceptam habeo. A vobis quoque procedo si quis quærat, quonam modo pauci à multis, victi à victoribus castra tutari sint; nihil aliud respondeatis, quam idipsum vinentes vos, omnia ex operibus firmata habuisse, & ipsos pavatos injectosque sua esse. Et ita se res habet. ad id, quod, ne timeatur, fortuna facit, minime tuti sunt homines: quia quod neglexerit, incautum atque apertum patet. Nihil omnium quæ metuunt hostes, quam ne obsessi modo ipsi atque oppugnati, castra sua ultro oppugnemus. Audeamus, quod credi non potest ausisse nos, eo ipso, quod dissimulum videtur, facillimum erit. Tertia vi, illa nocte silenti agmine ducam vos, ubi quietissima hodie, non vigiliarum ordinem, non stationes jussas esse. Clamor in portis auditus, & primus impetus castra caperit. tum inter torpidos somno, paventesque ad necopinatum tumultum, & inermes in cubilibus suis oppressos, illa cædes edatur, a qua vos hesterna die revocatos æger ferebatis. Scio audaxideri consilium: sed in rebus asperis & tenui spe, fortissima quæque consilia tutissima sunt. quia si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fuerit, nequicquam mox amissam queras. Unius diei in propinquo est: duo haud procul absunt. nunc aggredientibus aliqua spes est: & jam tentastis vestras atque illorum vires. Si idem proferimus, & hesternæ eruptionis fama contemni desierimus, periculum est, ne omnes duces omnesque copiæ consentiant. Tres deinde duces, tres exercitus sustinebimus hostium, quos Cn. Scipio incolumi exercitu non sustinuit? Ut dividendo copias periere duces nostri, ita separati ac divisi opprimi possunt hostes. Aetia belli gerenti via nulla est, præsidio nisi noctis proxime opportunitatem respectemus. Ite. Dii bene juvantibus: corpora curate, ut integri virentesque eodem animo in castra hostium irrumpatis, quo vestra tutari ejis.* Læti & audiere ab novo duce novum consilium, & quo audacius erat, magis placebat. reliquum diei expediendis armis, & cura-

curatione corporum consumptum; & major pars nostris quieti data est. quarta vigilia movere.

Cap. XXXIX. Erant ultra proxima castra hostium. Flumini intervallo distantes aliæ copiæ Pœnorum. Vallis cava intererat, condensa arboribus. In hujus silvæ medio ferme spatio cohors Romana arte Punica abditur, & equites. Ita medio itinere intercepto, cæteræ copiæ silenti agmine ad proximos hostes ducebe. Si quem statio nulla pro portis, neque in vallo custodiæ essent; velut in ipsa castra, nullo usquam obsistente, penetravere. Inde signa canunt, & tollitur clamor. Pars semisomnos hostes cædunt: pars ignes calis stramento arido rectis injiciunt: pars portas occupant, ut fugam intercludant. Hostes simul ignis, clamor, cædes, velut alienatos sensibus, nec audire, nec providere quicquam sinunt. incidunt inermes inter catervas armatorum; alii ruunt ad portas, alii obleptis itineribus fuper vallum saliunt: & ut quisque evaserat, protinus ad castra altera fugiunt: ubi ab cohorte & equitibus ex occulto procurrentibus circumventi, capiuque ad unum omnes sunt. quamquam etiam, si quis ex ea cæde effugisset, adeo raptim captis propioribus castris in altera transcursum castra ab Romanis est, ut prævenire nuncius cladis non posset. Ibi vero quo longius ab hoste aberant, & quia tub lucem pabulatum, lignatum & prædatum quidam dilapsi fuerant, neglecta magis omnia ac soluta invenere: arma tantum in stationibus posita: milites inermes, aut humi sedentes accubantesque, aut obambulantes ante vallum portasque. Cum his tam fecuris fortissimæ Romani, calentes adhuc ab recenti pugna, ferocesque victoria, prælium ineunt. Itaque nequaquam resisti in portis potuit. intra portas concursu ex totis castris ad primum clamorem & tumultum facto, atrox prælium oritur: diuque tenuisset, ni cruenta fuga Romanorum visa, indicium alterius cladis Pœnis, atque inde pavorem injecisset. Hinc terror in fugam avertit omnes: effusique, qua iter est, nisi quos cædes oppressit, exuuntur castris. Ita nocte ac die bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii. Ad triginta septem millia hostium cæsa, auctor est Claudius, qui annales Acilianos ex Græco in Latinum sermonem vertit: captos ad mille octingentos triginta: prædam ingentem partam. In ea fuisse clypeum argenteum pondo centum triginta octo, cum imagine Barcini Afdrubalis. Valerius Antias una castra Magonis capta tradit, septem millia cæsa hostium: altero prœlio, eruptione pugnatum cum Asdrubale: decem millia occisa, quatuor millia trecentos triginta captos. Piso quinque millia hominum, quum Mago cedentes nostros effuse sequeretur, cæsa ex insidiis scribit. Apud omnes magnum nomen Marum ducis est. Ipse veræ gloriæ ejus etiam miracula addunt: flammam ei concinnanti fumam è capite fine ipsius sensu, cum magno pavore circumstantium militum. monumentumque victoriæ ejus de Pœnis, usque ad incensum Capitolium, fuisse in templo clypeum, Marcium appellatum; cum imagine Asdrubalis. Quietæ deinde aliquamdiu in Hispania res fuere, utrisque, post tantas accepras invicem illatasque clades, cunctantibus periculum summæ rerum facere.

Cap. XL. Dum hæc in Hispania geruntur, Marcellus, captis Syracusis, quum cætera in Sicilia tanta fide atque integritate compositisset, ut non modo fuam gloriam, sed etiam majestatem populi Romani augeret; ornamenta urbis, signa tabulaque, quibus abundabant Syracusæ, Romam devexit. Hostium quidem illa spolia, & parta belli jure: cæterum inde primum initium mirandi Græcarum artium opera, licentiæque hujc sacra profanaque omnia vulgo spoliandi factum est. quæ postremo in Romanos Deos, templum idipsum primum, quod à Marcello eximie ornatum est, vertit. Visebantur enim ab externis ad portam Capenam edificata à Marcello templa: propter excellentia ejus generis ornamenta, quorum perexigua pars comparet. Legationes omnium ferme civitarum Siciliæ ad eum conveniebant. Difpar ut causa earum, ita conditio erat. qui ante captas Syracusas ad non deficiendum, aut rediderant in amicitiam, aut foci fideles accepti, cultique: quos metus post captas Syracusas dediderat, ut victi à victore leges acceperunt. Erant tamen haud parvæ reliquiæ belli circa Agrigentum Romanis: Epicydes & Hanno, duces reliqui prioris belli, & certius novus ab Annibale in locum Hippocratis missus, Libyphœnicum generis Hipponiates, (Mutinem populares vocabant) vir impiger, & sub Annibale magittro omneis belli artes edoctus. Huic ab Epicyde & Hannone Numidæ dati auxiliares: cum quibus ita pervagatus est hostium agros, ita focios ad retinendos in fide animos eorum, ferendumque in tempore cuique auxilium, edit; ut brevi tempore totam Sicilam impleret nominis sui; nec spes alia major apud faventes rebus Carthaginiensium esset. Itaque inclusi ad tempus mœnibus Agrigenti duces Pœnus Syracusiusque, non consilio Mutinis, quam fiducia magis, ausi egredi extra muros, ad Himeram ammem posuerunt castra. Quod ubi perlatum ad Marcellum est, extemplo copias movit:

movit : & ab hoſte quatuor ferme millium intervallo conſedit ; quid agerent parerentve exſpectaturus. Sed nullum neque locum neque tempus cunctationi conſiliove dedit Murines , tranſgreſſus amnem , ac ſtationibus hoſtium cum ingenti terrore ac tumultu invectus. Poſtero die prope juſto prœlio compulit hoſtem intra munimenta. inde revocatus , ſeditione Numidarum in caſtris facta , quos ſuum regni ferme eorum Heracleam Minoam conceſſiſſent , ad mitigandos revocandoſque eos profectus , magnopere monuiſſe duces dicitur , ne abſente ſe cum hoſte manus conſererent. Id ambo ægre paſſi duces , magis Hanno , jam ante anxius gloria ejus : Mutinen tibi modum facere, degenerem Afrum imperatori Carthaginienſi miſſo ab ſenatu populoque. Is perpulit cunctantem Epicyden, ut tranſgreſſi flumen in aciem exirent. nam ii Mutinem opperirentur, & ſecunda pugnæ fortuna eveniſſet , haud dubie Mutinis gloriam fore.

Cap. XLI. Enimvero indignum ratus Marcellus ſe , qui Annibalem ſubnixum victoria Cannenſi ab Nola repulliſſet , his terra marique victis ab ſe hoſtibus cedere ; arma propere capere milites,& efferri ſigna juſſit. Inſtruenti exercitum decem effuſis equis advolant ex hoſtium acie Numidæ, nunciantes, populares ſuos primum ea ſeditione motos : qua trecenti ex numero ſuo conceſſerint Heracleam. dein quod præfectum ſuum ab obtrectantibus ducibus gloriæ ejus ſub ipſam certaminis diem ablegatum videant , quieturos in pugna. Gens fallax promiſſi fidem præſtitit. itaque & Romanis crevit animus , nuncio celeri per ordinem miſſo , deſtitutum ab equite hoſtem eſſe, quem maxime timuerant : & territi hoſtes , præterquam quod maxima parte virium ſuarum non juvabantur , timore etiam incuſſo , ne ab ſuo & ipſi equite oppugnarentur. Itaque haud magni certaminis fuit. primus clamor atque impetus rem decrevit. Numidæ quum in concurſu quieti ſtetiſſent in cornibus , ut terga dantes ſuos viderunt, fugæ tantum parumper comites facti , poſtquam omnes Agrigentum trepido agmine petentes viderunt, ipſi metu obſidionis paſſim in civitates proximas dilapſi. Multa millia hominum cæſa captaque , & octo elephanti. Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. victor inde Syracuſas redit. Jam ferme in exitu annus erat. itaque ſcbatus Romæ decrevit , ut P. Cornelius Prætor literas Capuam ad conſules mitteret ; dum Annibal procul abeſſet , nec ulla magni diſcriminis res ad Capuam gereretur : alter eorum , ſi ita videretur , ad magiſtratus ſubrogandos Romam veniret. Literis acceptis , inter ſe conſules compararunt , ut Claudius comitia perficeret , Fulvius ad Capuam manerer. Conſules Claudius creavit , Cn. Fulvium Centumalum , & P. Sulpicium Servii filium Galbam , qui nullum antea curulem magiſtratum geſſiſſet. Prætores deinde creati, L. Cornelius Lentulus , M. Cornelius Cethegus , C. Sulpicius , C. Calpurnius Piſo. Piſoni juriſdictio urbana , Sulpicio Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia evenit. Conſulibus prorogatum in annum imperium eſt.

EPI-

EPITOME

Libri XXVI.

Annibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit. Ipse vero cum duobus millibus equitum usque ad Ipsam Capenam portam, ut urbis situm exploraret, obequitavit. & quum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit: nam quum in castra redissent, statim torrentes erat. Capua capta est a Q. Fulvio, & Ap. Claudio Coss. Principes Campanorum, veneno sibi consciverunt mortem. Quum Senatus Campanorum deligatus esset ad palos, ut securi ferirentur; literae a Senatu missae Q. Fulvio consuli, quibus jubebatur parcere, antequam legerat, in sinu posuit, & legati jussit, & supplicium peregit. Quum in comitiis apud populum quaereretur, cui mandaretur Hispaniarum imperium; nullo id volente suscipere, P. Scipio, P. filius, qui in Hispania ceciderat, praefectus est se iturum & suffragio populi consensuque omnium missus, Novam Carthaginem uno die expugnavit, quum ageret vigesimum quartum annum; visi feruntque divina specie creatus: quoniam & ipse postea quam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat: & in cubiculo matris ejus aureus Jupiter conspectus videbatur. Res praeterea in Sicilia gestae continent. & amicitiam cum Attolis junctam, bellumque gestum adversum Acarnanas, & Philippum Macedoniae regem.

CAPUT I.

CN. Fulvius Centumalus, P. Sulpicius Galba consules, quum Idibus Martiis magistratum inissent, senatu in Capitolium vocato, de republica, de administratione belli, de provinciis exercitibusque Patres consuluerunt. Q. Fulvio, Appio Claudio priori anni consulibus, prorogatum imperium est: atque exercitus, quos habebant, decreti. adjectumque, ne a Capua, quam obsidebant, abcederent, priusquam expugnassent. Ea tum cura maxime intentos habebat Romanos: non ab Ira tantum, quae in nullam umquam civitatem justior fuit; quam quod urbs tam nobilis ac potens, sicut defectione sua traxerat aliquot populos, ita recepta inclinatura rursus animos videbatur ad vetereis imperii respectum. Et praetoribus prioris anni, M. Junio in Etruria, P. Semproniо in Gallia, cum binis legionibus, quas habuerant, prorogatum est imperium. prorogatum & M. Marcello, ut pro consule in Sicilia reliquias belli perficeret eo exercitu, quem haberet. si supplemento opus esset, suppleret de legionibus, quibus P. Cornelius propraetor in Sicilia praefuisset. dum ne quem militem legeret ex eo numero, quibus senatus missionem reditumque in patriam negasset ante belli finem. C. Sulpicio, cui Sicilia evenerat, duae legiones, quas P. Cornelius habuisset, decretae: & supplementum de exercitu Cn. Fulvii, qui priore anno in Apulia foede casus fugatusque erat. Huic generi militum senatus eundem, quem Cannensibus, finem statuerat militiae: additum etiam utrorumque ignominia est, ne in oppidis Hibernaremus, neve haberent propius ullam urbem decem millibus passuum aedificarent. L. Cornelio in Sardinia duae legiones datae, quibus Q. Mucius praefuerat. supplementum, si opus esset, consules scribere jussi. T. Otacilio, & M. Valerio, Siciliae Graecisque ora, cum legionibus classibusque quibus praerant, decretae. Quinquaginta Graeci cum legione una, centum Siculi cum duabus legionibus habebant naves. Tribus & viginti legionibus Romanis eo anno bellum terra marique est gestum.

Cap. II. Principio ejus anni quum de literis L. Marcii referretur, quae gestae magnificae senatui vilae: ritulus honoris (quod imperio, non populi jussu, non ex auctoritate Patrum dato, *Proprietor Senatui*, scriptumque) magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli esse, imperatores legi ab exercitibus: & solenne auspicatorum comitiorum in castra & provincias, procul ab legibus magistratibusque ad militarem temeritatem transferri. & quum quidam referendum ad senatum censerent; melius vitium differri eam consultationem, donec proficiscerentur equites, qui ab Marcio literas atruleranl. Redibile de frumento & vestimentis exercitus placuit: eam utramque rem curae fore senatui. adscribi autem, *Proprietori L. Marcio*, non placuit: ne idipsum, quod consultationi relinquerant, pro praejudicato ferret. Dimissis equitibus, de nulla re prius consules retulerunt, omniumque in unum sententiae congruebant; agendum cum tribunis plebis esse: primo quo-

quoque tempore ad plebem ferrent, quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator præfuisset. Ea res cum tribunis ægre, promulgataque est. Sed aliud certamen occupaverat animos. C. Sempronius Blæsus die dicta Cn. Fulvium in Apulia amissium in concionibus vexabat: *multos imperatores temeritate atque inscientia exercitum in locum præcipitem perduxisse dictitans: neminem, præter Cn. Fulvium, ante corruptos omnibus vitiis legiones suas, quam probaverit. itaque vetare posse, prius eos posse, quam vitiosi sint. Nominem, quum suffragium ineat, satis cernere, cui imperium, cui exercitum permittat. Quid interfuisse inter Ti. Sempronium & Cnæum ei exercitum datos esset, brevi effecisse disciplina atque imperio, ut nouo eorum generis ac sanguinis sui memor in actie esset, præfatio sociis, hostibus terrori essent: Cumas, Beneventum, alias que urbes eos vetint & fanctibus Annibalis ereptas populo Romano restituisse. Cn. Fulvium, septentum Romanorum exercitum, bonesse genitos, liberaliter educatos, servilibus vitiis imbuisse. ergo effecisse, ut feroces & inquieti inter socios: ignavi, & imbelles inter hostes essent, nec impetum modo Pœnorum, sed ne clamorem quidem sustinere posse. Scipionis barcinum esse, milites in acie non fe-tisse, quum primus omnium imperator fugeret. ma is mirari se, aliquos stantes occidisse & non omnes comites Cn. Fulvii fuisse parcoris ac fugæ. C. Flaminium, L. Paulum, L. Postumium, Cn. & P. Scipiones cadere in acie maluisse, quam ex fuga circumventos exercitus. Cn. Fulvius prope unum nuncium deleti exercitus Romam retulit. Facinus inde, num esse, Cannensem exercitum, quod ex acie fugerit, in Siciliam deportatum, ac prius inde dimittatur, quam hostis ex Italia abscesserit. & hoc idem in Cn. Fulvii legionibus nuper decretum: Cn. Fulvio fugam ex prælio, ipsius temeritate commisso, impunitatem esse: & eum in ganea lustrisque ubi juventam egerit, senectutem actiurum: milites, qui nihil ad culpam attinerent, quam quod imperatoris similes fuerint, relegatos prope in exilium, ignominiosam pati militiam. adeo imparem libertatem Romæ dii ac pauperi, honorato atque inhonorato esse.*

Cap. III. Reus ab se culpam in milites transferebat: *Eos ferociter pugnam poscentes produstos in acie: non eo quo voluerint, (quia ferum diei fuerit) sed postero die & tempore & loco æquo insultetos, seu famam, seu vim hostium non sustinuisse. Quum essue ammes fugerent, se quoque turba adlatum; ut Varronem Cannensi pugna, ut multos alios imperatores. Qui autem solum se restantem prodesse reipublicæ, nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esset, posuisse? Non sui inopia commeatus, non in loco inisquo inducte adustum, non gentium inexplorato euntem insidiis circumventum. ei aperta, armis, acie victum: nec suorum animos, nec hostium, in potestate habuisse. Suum cuique ingenium audaciam aut pavorem facere. Bis eit accusatus; pecuniaque anquisitum, tertio, testibus datis, quum pene ferquum quod omnibus probris onerabatur, jurati permuli dicerent, fugæ pavoriique initium à prætore ortum: ab eo desertos milites, quum haud vanum timorem ducis crederent, terga dediise; tanta ira accensa est, ut capite anquirendum concio fuecluaret. De eo quoque novum certamen ortum, nam quum tribunus bis pecunia anquisiisset, tertio capitis se anquirere diceret; tribuni plebis appellati, collegæ, negarunt, se in mora esse, quo minus, quod ei more majorum permissum esset, ieu legibus, seu moribus malleT, anquireret; quoad vel capitis vel pecuniæ judicasset privato. Tum Sempronius perduellionis se judicare Cn. Fulvio dixit, diemque comitiis ab C. Calpurnio prætore urbis petit. Inde alia spes ab reo tentata est: si adesse in judicio Q. Fulvius frater posset; florens tum & suma rerum gestarum, & propinqua spe Capuæ poriundæ. Id quum per literas miserabiliter pro fratris capite scriptas perisset Fulvius, negasientque Patres, è republica esse, abiecti à Capua; priusquam dies comitiorum aderat, Cn. Fulvius exulatum Tarquinios abiit. Id ei justum exilium esse, scivit plebs.*

Cap. IV. Inter hæc vis omnis belli versa in Capuam erat. obsidebatur tamen acrius quam oppugnabatur: nec aut famem tolerare fervitia ac plebs poterant, aut mittere nuncios ad Annibalem per custodias tam arctas. Inventus est Numida, qui, acceptis literis evaiturum se profestus, ut promissum præstaret, per media Romana castra nocte egressus, spem accendit Campanis, dum aliquid virium superesset, ab omni parte eruptionem tentandi. Cæterum in multis certaminibus equestria prælia ferme prosperà faciebant: pedites superabantur. sed nequaquam tam lætum vincere, quam triste vinci ulla parte erat, ab obsesso & prope expugnato hoste. Inita tandem ratio est, ut quod viribus deerat, arte æquaretur. ex omnibus legionibus electi sunt juvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces, eis parmæ breviores, quam equestres, & teptena ja-

cula quaternos longa pedes data; præfixa ferro, quale baltis velitaribus est. eos singulos in equos suos accipientes equites assueferunt, & velli post sefe, & detilire perniciter, ubi signum datum esset. Postquam assuetudine quotidiana satis intrepide visum est fieri, in campum, qui medius inter castra murumque erat, adversus instructos Campanorum equites procesferunt. ubi ad conjectum teli ventum est, signo dato velites desiliunt. pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites incurrit: jaculaque cum imperu alia super alia emittunt. Quibus plurimis in equos virosque passim conjectis permultos vulneraverunt. pavoris tamen plus ex re nova atque inopinata injectum est: & in perculsum hostem equites invecti, fugam stragemque eorum usque ad portas fecerunt. Inde equitatu quoque superior Romana acies fuit. Instirutum, ut velites in legionibus essent. Auctorem peditum equiti immiscendorum, centurionem Q. Navium ferunt, honorique id ei apud imperatorem fuisse.

Cap. V. Quum in hoc statu ad Capuam res essent, Annibalem diversum, Tarentinæ arcis potiundæ Capuæque retinendæ trahebant curæ. vicit tamen respectus Capuæ, in quam omnium sociorum hostiumque conversos videbat animos: secumendo futuræ, qualemcunque eventum defectio ab Romanis habuisset. Igitur magna parte impedimentorum relicta in Bruttiis, & omni graviore armatu, cum delectis peditum equitumque quam poterat aprissimis ad maturandum iter, in Campaniam contendit. fecuti tantum raptim euntem tres & triginta elephanti. In valle occulta post Tifata montem imminentem Capuæ consedit. Advenienis quum castellum Galatiam, præsidio inde vi pulso, cepisset; in circumsedentes Capuam se vertit: præmissis ante nunciis Capuam, quo tempore castra Romana aggressionem esset, ut eodem & illi ad eruptionem parati, portis omnibus sese effunderent. Res nec explorata Romanis, ingentem præbuit terrorem. nam alia parte ipse adortus est: alia Campani, omnes pedites equitesque, & cum iis Punicum præsidium, quod Bostar & Hanno præerant, erupit. Romani ut in re trepida, ne ad unam concurrendo partem aliquid indefensi relinquerent, ita inter se copias partiti sunt. Applus Claudius Campanis, Fulvius Annibali est opositus. Claudius Nero proprætor cum equitibus sextæ legionis, via, quæ Suessulam fert; C. Fulvius Flaccus legatus cum sociali equitatu constitit è regione Vulturni amnis. Prælium non solito modo clamore ac tumultu est cœptum, sed ad alium virorum, equorum, armorumque sonum, disposita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ silenti nocte cieri solet, edidit clamorem, ut averteret eriam pugnantium animos. Campanos facile à vallo Applus arcebat. Major vis ab altera parte Fulvium, Annibal & Pœni, urgebant. legio ibi sexta loco cessit, qui pulsa, cohors Hispanorum cum tribus elephantis usque ad vallum pervasit: ruperatque mediam aciem Romanorum, & in ancipiti spe & periculo erat, utrum in castra perrumperet, an intercluderetur à suis. Quem pavorem legionis, periculumque castrorum Fulvius ubi vidit, Q. Navium primipilum alios centurionum horratur: *ut cohortem hostium sub vallo pugnantem invadant ac trucident. in summo discrimine rem verti: aut viam aandam tis esse, & minore conatu, quam condensam acies irrupisset, in castra irrupturos: aut confidendas sub vallo esse. nec magis certamitis quam fore: paucos esse, & ab suis interclusos: & quæ dum paveat, Romanis interrupta acies videatur, eam si se utrimque in hostem vertat, ancipiti pugna medios circumventuram.* Navius ubi hæc imperatoris dicta accepit, fecuti haftati signum ademptum ignifero in hostes inferi: jactcturum in medios eos minitans, ni se propere sequantur milites & partem capessant pugnæ. Ingens corpus erat, & arma honestabant: & subiarum alte signum converterat ad spectaculum cives hostesque. cæterum postquam jam ad signa perverat Hispanorum, tum undique in eum tragulæ conjectæ, & prope tota in unum acies versa: sed neque hostium multitudo, neque telorum vis arcere imperum ejus viri potuerunt.

Cap. VI. M. Atilius legatus primi principis ex eadem legione signum in ferit in cohortem Hispanorum coëgit. Et qui castris præerant, L. Porcius Licinus, & T. Popilius legati, pro vallo acriter propugnant: elephantosque transgredientes in ipso vallo conficiunt. quorum corporibus quum oppleta esset fossa, velut aggere aut ponte injecto, transitum hostibus dedit. Ibi per stragem jacentium elephantorum, arrox edita cædes. Altera in parte castrorum jam impulsi erant Campani, Punicumque præsidium, & sub ipta porta Capuæ, quæ Vulturnum fert, pupnabatur: neque tam armati irrumpentibus Romanis resistebant, quam quod porta balistis scorpionibusque instructa, missilibus procul hostes arcebat. & suppressit impetum Romanorum vulnus imperatoris Appii Claudii: cui suos ante prima signa adhortanti, sub

sub lævo humero summum pectus gæso ictum est. Magna tamen vis hostium ante portam est cæsa: cæteri trepidi in urbem compulsi. Et Annibal posteaquam cohortis Hispanorum stragem vidit, summaque vi castra hostium defendi, omissa oppugnatione recipere signa, & convertere agmen peditum, objecto a tergo equitatu, ne hostis intraret, cœpit. Legionum ardor ingens ad hostem infrequendum fuit: sed Flaccus recipiuntur cani jussit; satis ad utrumque profectum ratus, ut & Campani, quam haud multum in Annibale præfidii esset, & ipse Annibal sentiret. Cæsa eo die, qui hujus pugnæ auctores sunt, octo millia hominum de Annibalis exercitu, tria ex Campanis tradunt: signaque Carthaginensibus quindecim adempta, duodeviginti Campanis. Apud alios nequaquam tantum molem pugnæ invenio: plusque pavoris quam certaminis fuisse. quum inopinato in castra Romana Numidæ Hispanique cum elephantis irrupissent: elephanti per media castra vadentes, stragem fecerunt, quam Campani primo ac fugam abrumpentium vincula jumentorum facere. fraudem quoque super tumultum adjectam, immissis ab Annibale, qui (habuit aliquot) gnari Latinæ linguæ jubentem consultum verbis, quoniam amissa castra essent, pro se quemque militum in proximos montes fugere. sed eam celeriter cognitam fraudem, propterfamque magna cæde hostium: elephantos igni e castris exactos. Hoc ultimum (utcumque initum finitumque est) ante deditionem Capuæ prælium fuit. Medixtuticus, qui summus magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Lesius erat; loco obscuro tenuique fortuna ortus. Matrem ejus quondam, pro pupillo eo procurantem familiare ostentum, quum respondisset aruspex, summum quod esset imperium Capuæ, perventurum ad eum puerum; nihil ad eam spem agnoscentem, dixisse ferunt, *Næ tu perditas res Campanorum narras, ubi summus honos ad filium meum pervenit!* Ea ludificatio veri, & ipsa in verum vertit. nam quum fame ferroque urgerentur, nec spes ulla superesset, iis, qui nati in spem honorum erant, honores detractantibus; Lesius querendo, desertam ac proditam a primoribus Capuam, summum magistratum ultimus omnium Campanorum cepit.

Cap. VII. Cæterum Annibal, ut nec hostes elici amplius ad pugnam vidit, nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse; ne suos commeatus intercluderent novi consules; abscedere irrito incepto. & movere a Capua statuit castra. Multa secum quo jam inde ire pergeret volventi, subiit animum impetus, caput ipsum belli Romam petendi: cujus rei feræque cupitæ præmissam occasionem post Cannensem pugnam, & alii vulgo fremebant, & ipse non dissimulabat, *nequaquam pavore ac tumultu, non esse desperandum aliquam partem urbis occupari posse. Eo si Roma in discrimine esset, Capuam extemplo omissuros, aut ambo imperatores Romanos, aut alterum ex iis. & si discessissent copiæ, utrumque infirmiorem victum, aut fidi, aut Campanis bene cerendæ rei fortunam datoros esse.* Una ea cura angebat, ne ubi abscessisset, extemplo dederentur Campani. Numidam prompsum ad omnia audenda donis perlicit, ut literis acceptis, specie transfugæ castra Romana ingressus, altera parte Capuam clam pervadat. Literæ autem erant adhortatione plenæ. *Profectionem suam, quæ salutaris illis foret, abstraturam ab oppugnanda Capua duces æque exercitus Romanos. Ne desponderent animos: tolerando paucos dies, totam solaturos obsidionem.* Inde naves in flumine Vulturno comprehensas fubigi ad id, quod jam ante præsidii causa fecerat, castellum, jussit. Quarum ubi tantam copiam esse, ut una nocte trajici posset exercitus, allatum est, cibariis decem dierum præparatis, deductas nocte ad fluvium legiones ante lucem trajecit.

Cap. VIII. Id priusquam fieret, ita futurum compertum ex transfugis, Fulvius Flaccus senatui Romam quum scripsisset, varie hominum animi pro cujusque ingenio affecti sunt. Ut in re tam trepida, senatu extemplo vocato, P. Cornelius, cui Asinæ cognomen erat, omnes duces exercitusque ex omni Italia, neque Capuæ, ne jue ullius alterius rei memor, ad urbis præsidium revocabat. Fabius Maximus abscedi à Capua, terrerique & circumagi ad nutus comminationesque Annibalis, flagitiosum ducebat. *Qui ad Cannas victor, ire tanto ad urbem ausus non esset, eum a Capua repulsum spem portiundæ urbis Romæ cepisse?* *Non ad Romam obsidendam, sed ad Capuam liberandam obsidione, irc. Romam cum eo exercitu, qui ad urbem esset, Jovem fœderum ruptorum ab Annibale testem, Deosque alios, defensuros esse.* Has diversas sententias media sententia P. Valerii Flacci vicit, qui utriusque rei memor, imperatoribus, qui ad Capuam essent, scribendum censuit. *Quid ad urbem præsidii esset. quantas autem Annibal copias duceret, aut quanto exercitu ad Capuam obsidendam opus esset, ipsos scire. Si & Romam è ducibus alter, & exercitus pars mitti posset, ut ab reliquo & duce & exercitu Capua recte obsideretur; inter se comparan-*

vent Claudius Fulvius que, utri obsidendi Capuæ, utri ab obsidione patriam, Romam venturum esset. Hoc senatusconsulto Capuam perlato, Q. Fulvius proconsul, cui, collega ex vulnere ægro, eundum Romam erat, e tribus exercitibus milite electo ad quindecim millia pedirum, mille equites, Vulturnum traducit. inde quum Annibalem Latina via iturum satis comperisset, ipse per Appiæ municipia, quæque propter eam viam sunt, Setiam, Coram, Lanuvium præmisit, ut commeatus paratos & in urbibus haberent, & exagris devios in viam proferrent: præfidiaque in urbes contraherent, ut sua cuique respublica in manu esset.

Cap. IX. Annibal quo die Vulturnum est transgressus, haud procul a flumine castra posuit. Postero die præter Cales in agrum Sidicinum pervenit. ibi diem unum populando moratus, per Suessulam Allifanumque & Calinatem agrum via Latina ducit. sub Casinum biduo stativa habita & passim populationes factæ. Inde, præter Interamnam Aquinumque, in Frusinatem agrum ad Liris fluvium ventum. ubi intercisum pontem a Fregellanis morandi itineris caussa invenit. Et Fulvium Vulturnus tenuerat amnis, navibus ab Annibale incensis, rates ad trajiciendum exercitum in magna inopia materiæ ægre comparanteis. trajecto ratibus exercitu, reliquum Fulvio expeditum iter, non per urbes modo, sed circa viam expositis benigne commeatibus, erat: alacresque milites alius alium, ut adderet gradum memor ad defendendam ire patriam, hortabantur. Romam Fregellanus nuncius, diem noctemque itinere continuato, ingentem attulit terrorem, tumultuosius, quam aliatum erat, cursus hominum affingentium vana auditis, torum urbem concivierat. ploratus mulierum non ex privatis solum domibus exaudiebatur: sed undique matronæ in publicum effusæ circa Deum delubra discurrunt, cribus passis aras verrentes, nixæ genibus, supinas manus ad coelum ac Deos tendentes, orantesque, ut urbem Romanam a manibus hostium eriperent: matresque Romanas & liberos parvos inviolatos servarent. Senatus magistratibus in foro præsto est, si quid consulere velint. Alii accipiunt imperia, discedunteque ad suas quisque officiorum partes: alii offerunt se si quo usus operæ sit. præsidia in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in monte etiam Albano atque arce Æsulana ponuntur. Inter hunc tumultum Fulvium proconsulem profectum cum exercitu a Capua afferrur cui ne minueretur imperium, si in urbem veniisset, decrevit senatus, ut Q. Fulvio par cum consulibus imperium esset. Annibal infestius perpopulato agro Fregellano propter intersitos pontes, per Frusinatem Ferentinatemque & Anagninum agrum in Labicanum venit, inde Algido Tusculum petit: nec receptus moenibus, infra Tusculum dextrorsus Gabios descendit. inde in Pupiniam exercitu demisso, octo millia passuum ab Roma posuit castra. Quo propius hostis accedebat, eo major cædes fiebat fugientium; præcedentibus Numidis: plurisque omnium generum atque ætatum capiebantur.

Cap. X. In hoc tumultu Fulvius Flaccus porta Capena cum exercitu Romam ingressus, media urbe per Carinas Æsquilias contendit. inde egressus, inter Æsquilinam Collinamque portam posuit castra. Arditis plebis commeatum comportarunt. Consules itemque in castra venerunt. ibi de summa republica consultatum. Placuit consulibus portas Collinam Æsquilinamque ponere castra. C. Calpurnium prætorem urbanum Capitolio atque arci præesse: & senatum frequentem in foro contineri, si quid in tam subitis rebus consulto opus esset. Inter hæc Annibal ad Anienem fluvium, tria millia passuum ab urbe castra admovit. ibi, stativis positis, ipse cum duobus millibus equitum a porta Collina usque ad Herculis templum est prospressus: atque unde proxime poterat, omnia tirunque urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter atque otiose facere, Flacco indignum visum est. Itaque immisit equites, submoveique atque in castra redigi hostium equitatum jussit. Quum commissum prœlium esset, consulibus transfugæ nuntiarunt, qui tum in Aventino ad mille & ducentos erant, media urbe transire Æsquilias jusserunt: nullos aptiores, inter convalles rectaque hortorum & sepulchra aut cavas undique vias, ad pugnandum futuros rati. quos quum ex arce Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent; captum Aventinum conclamaverunt. Ea res tantum tumultum ac fugam præbuit, ut nisi castra Punica extra urbem fuissent, effusura se omnis pavida multitudo fuerit. tunc in domos atque in recta refugiebant: vagosque in viis suos pro hostibus lapidibus reliquæ incessebant. Nec comprimi tumultus aperirique error poterat, referris itineribus agrestium turba pecorumque, quæ repentinus pavor in urbem compulerat. Equestre prœlium secundum fuit, summoque hostes sunt: & quia multis locis comprimendi tumultus erant, qui temere oriebantur; placuit, omnes qui dictatores, consules, censores

foresve fuissent, cum imperio esse, donec recessisset à muris hostis. Et dici quod reliquum fuit, & nocte insequenti, multi temere excitati tumultus sunt, compressique.

Cap. XI. Postero die transgressus Anienem Annibal, in aciem omnes copias eduxit: nec Flaccus consuiescque certamen detrectavere. Instructis utrimque exercitibus in ejus pugnæ casum, in qua urbs Roma victori præmium esset; imber ingens grandine mixtus ita utramque actionem turbavit, ut vix armis retentis in castra sese receperint: nullius rei minore quam hostium metu. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit, ubi recepissent se in castra, mira ferocitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem eas res apud Pœnos vertit est: auditaque vox Annibalis fertur. *Fortunæ sibi urbis Romæ, modo mentem non daret, modo fortunam.* Minuere etiam spem ejus & alia parva magnaque res. magna illa, quod cum ipse ad mœnia urbis Romæ armatus sederet, militres sub vexillis in supplementum Hispaniæ profectos accivit: parva autem, quod per eos dies eum forte agrum, in quo ipse castra haberet, venisse, nihil ob id deminuto pretio, cognitum ex quodam captivo est. Id vero adeo superbum atque indignum visum, eius soli, quod ante bello captum possidere haberetque, Inventum Romæ emptorem, ut ex templo vocato præcone, tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc erant, jusserit venire. His motus ad Turiam fluvium caltra retulit, sex millia passuum ab urbe. inde ad lucum Feroniæ perrit Ire; templumque ea tempestate divitiis. Capenates aliqui accolæ ejus erant; primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes, multo auro argentoque id exornatum habebant. His omnibus donis tum spoliatum templum, æris acervi, quum rudera milites religione inducti jacerent, post profectionem Annibalis magni inventi. Hujus populatio templi haud dubia inter scriptores est. Cœlius. Romam eunrem ab Ereto divertisse eo Annibalem tradit: iterque ejus ab Reate, Cutilliique, & ab Amiterno ordirur ex Campania in Samnium: inde in Pelignos pervenisse. præterque oppidum Sulmonem in Marrucinos transisse: inde Albenti agro in Marsos, hinc Amiternum, Forulosque vicum venisse. Neque ibi error est, quod tanti exercitus vestigia intra tam brevis ævi memoriam potuerint confundi: isse enim ea conitat. Tantum id interesti; venerirne eo itinere ad urbem, an ab urbe in Campaniam redierit.

Cap. XII. Cæterum non quantum pertinaciæ ad præmendam obtidione Capuam Romanis fuit, tantum ad defendendam Annibali. namque ex Lucanis in Bruttium agrum; ad fretum vero ac Rhegium eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incautos oppressisset. Capua etsi nihil segnitus obsessa per eos dies fuerat, tamen adventum Flacci fensit. & admiratio orta est, non timuit regressum Annibalem. Inde per colloquia intellexerunt, relictos se desertosque, & spem Capuæ retinendæ deploratam apud Pœnos esse. Accessit celebrum proconsulis ex senatusconsulto propositum, vulgatumque apud hostes: ut qui civis Campanus ante certam diem transisset, sine fraude esset. nec ulla facta est transitio; metu magis eos, quam fide continente: quia majora in defectione deliquerant, quam quibus ignoti posset. Cæterum quemadmodum nemo privato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in medium consulebatur. Nobilitas rempublicam deseruerat, neque in senatum cogi poterat. In magistratu autem erat, qui non tibi honorem adjecisset, sed imminuisse fua vim ac jus magistratui, quem gerebat, intellexisset. Jam ne in foro quidem, aut publico loco, principum quisquam apparebat: domibus incluli patriæ, oceasum cum suo exitio indies exspectabant. summa curæ omnis in Bostiram. Hannonemque præfectos potentibi Punici verba erat jure, non fociorum periculo sollicitos. Hi conscriptis ad Annibalem literis, non libere modo, sed eriam aspere, quibus, *non Capuam solum traditam in manum hostibus, sed se quoque & prasidium in omnes evectatus proditos*, incusabant: *abisse eum in Bruttios, velut averientem se, ne Capua in oculis ejus caperetur, at hercule Romanos ne oppugnatione quidem urbis Romæ abstrahi ab Capua obsidenda potuisse. tanto constantiorem inimicum Romanum, quam amicum Pœnum esse. Si redeat Capuam, se pompæ qua vertere, & se, & Campanos paratos eruptioni fore. Non cum Rheginis neque Tarentinis bellum gesturos transisse Alpes. ubi Romanæ legiones sint, ibi & Carthaginienses exercitus debere esse. Sic ad Cannas, sic ad Trasimenum rem benegestam; cuiunde, conferendo cum hoste sua fortuna tentando.* In hanc sententiam literæ conscriptæ Numidis propositæ mercede jam profectis operam, danrur. Hi specie transfugarum quum ad Flaccum in caltra venissent, ut inde tempore capto abirent, famesque, quæ tam diu Capuæ erat, nulli non probabilem causam transitionis faceret, multer repente e Campania in caltra venit, seorum transfugarum unius: indicatque imperator

Romano, Numidas fraude compofita tranſiſſe, literaſque ad Annibalem ferre. id unum ex iis, qui ibi rem agerunſiſſet, arguere ſeſe paratam eſſe. Productus primo ſatis conſtanter ignorare ſe mulierem ſimulabat: paulatim dein convictus veris, quum tormenta poſci & parari videret; faſſus id ita eſſe. literaeque proferebantur: & additum etiam indicio, quod celabatur; & alies ſpecie transfugarum Numidas vagari in caſtris Romanis, ibi ſupra ſeptuaginta comprehenſi & cum tranſfugis novis multati virgis, manibuſque praecitis, Capuam rediguntur. Conſpectum tam triſte ſupplicium fregit animos Campanorum.

Cap. XIII. Concurſus ad curiam populi factus, coegit Leſium ſenatum vocare: & primoribus, qui jam ibi publicis conſiliis aderant, prolatam mandatum, niſi venirent in ſenatum, circa domos eorum ituros ſe, & in publicum omnes vi extracturos eſſe. Is timor frequentem ſenatum magiſtratui praebuit. Ibi quum caeteri de legatis mittendis ad imperatores Romanos agerent: Vibius Virius, qui defectionis ab Romanis auctor fuerat, interrogarus ſententiam, negat, eos qui de legatis, & de pace ac deditione loquantur, meminiſſe, nec quid facturi fuerint, ſi Romanos in poteſtate habuiſſent: nec quid ipſi patiendum ſit. Sibi quos, inquit, eam deditionem fore cenſeſis, qua quondam, ad adverſus Samnites auxilium impetraremus, nos noſtraque omnia Romanis dedidimus? Jam è memoria excellit, quo tempore, & in qua fortuna à populo Romano defecerimus? jam quemadmodum in defectione praeſidium, quod poterat emitti, per cruciatum & contumeliam, necarimus? quoties in obſidentes, quam inimice eruperimus, caſtra oppugnarimus? Annibalem vidaverimus ad opprimendos eos, hoc quod recentiſſimum eſt, ad oppugnandam Romam hinc eum miſerimus? Age contra, quae illi inſeſti in nos fecerint, repetite: ex eo quid ſperare ſit habeatis. Quum hoſtis alienigena in Italia eſſet, & Annibal hoſtis, & cuncta bello arderent, omiſſis omnibus, omiſſo ipſo Annibale, ambo conſules & duo conſulares exercitus ad Capuam oppugnandam miſerunt. Alterum annum circumvallatos incluſoſque nos fame premerunt: & ipſi nobiſcum ultima pericula ac graviſſimos labores perpeſſi: circa vallum ac faſſas ſaepe truncidati, & prope ad extremum caſtris exuti. Sed omitto haec. vetus atque uſitata res eſt, in oppugnanda hoſtium urbe labores ac pericula pati: illud ire atque odii exercabitis in ticium eſt. Annibal ingentibus copiis peditum equitumque, caſtra oppugnavit, & ex parte cepit: tanto periculo nihil moti ſunt ab obſidione. Proſectus trans Vulturnum, perueſſit Calenum agrum: nihil tanta ſociorum clade movendi ſunt. Ad ipſam urbem Romam inſeſta ſigna ferri juſſit. eam quoque tempeſtatem imminentem ſpreverunt. Transgreſſus Anienem, tria millia paſſuum ab urbe caſtra poſuit: poſtremo ad moenia ipſa & ad portas acceſſit. Romam ſe adempturum eis, niſi omitterent Capuam, oſtendit. non omiſerunt. Feras beſtias caeco impetu ac rabie concitatas, ſi ad cubilia & catulos earum ire pergas, ad opem ſuis ferendam advertas. Romanos Roma circumſeſſa, conjuges, liberi, quorum ploratus hinc quoque prope exaudiebantur, aras, foci. Deum delubra, ſepulchra majorum ſementi ad ultimum ſata, & Capua non averterunt. tanta aviditas ſupplicii expetendi, tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſiti. Nec injuria, forſitan nos quoque idem feciſſemus, ſi data fortuna eſſet. Itaque quando aliter Dis immortalibus viſum eſt, quam mortem ne recuſare quidem debeam, cruciatu contumeliaſque quas ſperat hoſtis, dum liber, dum mei potens ſum, effugere morte praeterquam honeſta, etiam leni poſſum. Non videbo Ap. Claudium & Q. Fulvium, victoria inſolenti ſubnixos, neque vinctus per urbem Romanam triumphi pompa ducar, neque ad deinde in carcere, aut ad palum delegatus, lacerato virgis tergo, cervicem ſecuri Romanae ſubjiciam: nec dirui incendique patriam videbo: nec rapi ad ſtuprum matres Campanas, virgineſque, & ingenuos pueros. Albam, unde ipſi orlundi erant, à fundamentis proruendam ſtirpi, ne memoria originum ſuarum extaret: nedum eos Capuae parſuros credam, cui inſeſtiores quam Carthagini ſunt. Itaque quibus veſtrum ante fato cedere, quam haec tot tam acerba videant, in animo eſt; iis apud me bodie epula inſtruenda parataeque ſunt. Satiatis vino ciboque populum idem, quod mihi datum fuerit, circumferetur: ea potio corpus ab cruciatu, animum a contumeliis, oculos, aures, & videndis audiendiſque omnibus acerbis indiviſque, quae manent vitios, vindicabit. parati erunt, qui magno rogo in proximo adium accenſo corpora examina injectant. Haec una via & honeſta & libera ad mortem. & ipſi virtutem mirabuntur hoſtes, & Annibal fortes ſocios ſciet ab ſe deſertos ac proditos eſſe.

Cap. XIV. Hanc orationem Viril plures audierunt cum aſſenſu, quam fertl animo id quod probabant exſequi potuerunt. Major pars ſenatus, multis ſaepe bellis experiam populi Romani clementiam haud diffidentes ſibi quoque placabilem fore, lega-

legatos ad dedendam Romanis Capuam decreverunt, miseruntque. Vibium Virium septem & viginti ferme senatores domum secuti sunt, ejusdalique cum eo. &, quantum facere potuerant, alienaris mentibus vino ab imminentis senfu mali, venenum omnes sumpserunt: inde missio convivio, dextris inter se datis, ultimoque complexu, collacrimantes suum patriæque casum, alii ut sodem voluptatem crearentur, manserunt: alii domos digressi sunt. Impletæ cibis vinoque venæ, minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt. itaque noctem totam plerique eorum, & diei insequentis partem quum animam egissent; omnes tamen, priusquam experirentur hostibus portæ, exspiraverunt. Postero die porta Jovis, quæ adversus castra Romana erat, jussu proconsulis aperta est. ea intromissa legio una & duæ alæ, cum C. Fulvio legato. Is quum omnium primum arma telaque quæ Capuæ erant, ad se conferenda curasset; custodiæ quoque portas dispositis, ne quis exire aut emitti posset, præfidium Punicum comprehendit. Senatum Campanum ire in castra ad imperatores Romanos jussit. quo quum venissent, extemplo his omnibus catenæ injectæ, jussique ad quæstores deferre quod auri argentique haberent. auri pondo septuaginta fuit; argenti tria millia pondo, & ducenta. senatores quinque & viginti Cales in custodiam, duodetriginta Teanum missi: quorum de sententia maxime defcitum ab Romanis constabat.

Cap. XV. De supplicio Campani senatus haudquaquam inter Fulvium Claudiumque conveniebat. Facilis impetrandæ venia Claudius; Fulvii durior sententia erat. Itaque Appius Romam ad senatum arbitrium ejus rei torum relicebat: percunctandi etiam æquum esse patribus conscriptis, Paribus, num communicassent consilia cum aliquibus feciorum Latini nominis municipiorum: & num ope eorum in bello forent, & muni ciporum adjuti. *Id vero minime committendum esse*, Fulvius dicere, *ut sollicitarentur crimibus dubiis socium fidelium animi: ne subjiceretur indicium, quels neque quid facerent, neque quid dicerent, quicquam umquam pensi fuisset. itaque fo eam quæstionem oppressurum extinctumque.* Ab hoc sermone quum digressi essent, Sc Appius quamvis ferociter loquentem collegam, non dubitaret tamen literas super tanta re ab Roma exspectaturum: Fulvius ne id ipsum impedimentum incepto foret, dimittens prætorium, tribunis militum ac præfectis socium imperavit, uti duobus millibus equitum delectis denunciarent, ut ad tertiam bocinam præsto essent. Cum hoc equitatu nocte Teanum profectus, prima luce portam intravit, atque in forum perrexit: concursuque ad primum equitum ingressum facto, magistratum Sidicinum citari jussit: imperavitque, ut producerer Campanos, quos in custodia haberet. Productí omnes, virgisque cæsi, ac fecuri percussi. Inde citato equo Cales percurrit: ubi quum in tribunali consedisset, productique Campani deligarentur ad palum, equites quos ab Roma venit, literasque à C. Calpurnio prætore Fulvio & senatusconsultum tradidit. murmur ab tribunali totam concionem pervalit, differri rem integram ad Patres de Campanis. & Fulvius id ita esse ratus, acceptas literas neque recitatas quum in gremio reposuisset, præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet. Ira de iis quoque qui Calibus erant, sumptum supplicium. Tum literæ lectæ senatusque consultum, ferum ad impediendam rem actam: quæ summa ope apparatæ sunt, ne impediri posset. Confurgentem jam Fulvium Taurea Jubellius Campanus per mediam vadens urbem turbamque, nomine inclamavit: & quum mirabundus, quidnam sese vellet, resedisset Flaccus, *Ale quoque*, inquit, *jube occidi, ut gloriari possis, multo fortiorem quam ipse eras virum te occisse esse.* Quum Flaccus negaret *profecto satis compotem mentis esse: modo prohiberi etiam se, si id vellet, Senatusconsulto*, diceret; tum Jubellius, *Quandoquidem*, inquit, *capit patria propinquis amicisque amissis, quum ipse mane mea conjugem liberosque interfecerim, ne quid indigni paterentur; mihi ne mortis quidem copia eadem est, quæ his civibus meis; petatur à virtute invisse hujus vitæ vindicta.* atque ita gladio, quem velte texerat, per adversum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit.

Cap. XVI. Quia & quod ad supplicium attinet Campanorum, & pleraque alia, de Flacci unius sententia acta erant: mortuum Applum Claudium sub deditionem Capuæ quidam tradunt. hunc quoque ipsum Taurea rum neque sua sponte venisse Cales, neque sua manu interfectum: sed dum inter cæteros ad palum deligatur, quia parum inter ítrepitus exaudiri possent quæ vociferabatur, silentium fieri Flaccum jussisse: rum Tauream, illa quæ ante memorata sunt, dixisse, virum se fortissimum ab nequaquam pari ad virtutem occidi. Sub hæc dicta, jussu proconsulis prænonem ita pronunciasse: *Lictor, vire forti adde virgas, & in eum primum lege age.* Lectum quoque senatusconsultum, priusquam fecuri ferirer,

quidam auctores sunt, fed quia ad-
ſcripſerunt in ſenatuconſulto factum,
ſi ei videretur, ne quem eam ad ſena-
tum reijceret, interpretatum eſſe,
quid magis e republ. duceret, affi-
mationem ſibi peraniſſam. Capuam à
Calibus redium eſt, Arellaque & Ca-
latia in deditionem acceptæ. ibi quo-
que in eos qui capita rerum erant,
animadverſum. Ita ad octoginta prin-
cipes ſenatus interfecti; trecenti fere
nobiles Campani in carcerem con-
iiti; alii per ſociorum Latini nomi-
nis urbes in cuſtodias dati, variis ca-
ſibus interierunt: multitudo alia ci-
vium Capuanorum venundata. De ur-
be, agroque reliqua conſtituta ſunt;
quibuidam delendam cenſentibus, ur-
bem prævalidam, propinquam, ini-
micam. Cæterum præſens utilitas vi-
cit. nam propter agrum, quem omni
fertilitate terræ ſatis conſtabat pri-
mum in Italia eſſe, urbs ſervata eſt.
ne quis habitandi ſpes incolarum
libertinorumque & inſitorum opiti-
cumque retenta: ager omnis & tecta
publica populi Romani facta. Cæte-
rum habitari tantum, tanquam ur-
bem, Capuam, frequentariique pla-
cuit: corpus nullum civitatis nec ſe-
natus, nec plebis conſilium, nec ma-
giſtratus eſſe. ſine conſilio publico,
ſine imperio multitudinem, nullius
rei inter ſe ſociam, ad conſenſum in-
habilem fore. præfectum ad jura red-
denda ab Roma quotannis miſſu-
ros. Ita ad Capuam res compoſitæ
conſilio ab omni parte laudebili. fe-
vere & celeriter in maxime noxios
animadverſum: multitudo civium
diſſipata in nullam ſpem reditus: non
ſævitum incendiis ruinisque in tecta
innoxia, murosque: & cum emo-
lumento quæſita etiam apud ſocios
lenitatis ſpecies inconlumitate ur-
bis nobiliſſimæ opulentiſſimæque,
cujus ruina omnis Campania, omnes
qui Campaniam circa accolunt, po-
puli ingemuiſſent: confeſſio ex-
preſſa hoſti, quanta vis in Roma-
nis ad experendas pœnas ab infideli-
bus ſocils, & quam nihil in Annibale
auxilii ad receptos in fidem tuendos
eſſet.

Cap. XVII. Romani Patres per-
functi, quod ad Capuam attinebat,
cura, Claudio Neroni ex iis duabus
legionibus, quas ad Capuam habue-
rat, ſex millia peditum, & trecentos
equites, quos ipſe legiſſet, & ſocium
Latini nominis peditum numerum
parem, & octingentos equites decer-
nunt. eum exercitum Puteolis in na-
ves impoſitum Nero in Hiſpaniam
tranſportavit. Quum Tarraconem
navibus veniſſet, expoſitiſque ibi co-
piis, & navibus ſubductis, ſocios
quoque navales multitudinis augen-
dæ cauſſa armaſſet; profectus ad Ibe-
rum flumen, exercitum ab T. Fon-
teio & L. Marcio accepit. Inde per-
git ad hoſtes ire. Afdrubal Amilca-
ris ad Lapides atros caſtra habebat in
Auſetanis. is locus eſt inter oppida
Illiturgim & Mentiſſam. Hujus fal-
tus fauces Nero occupavit. Afdrubal
ne in arcto res eſſet, caduceatorem
miſit, qui promitteret, ſi inde mit-
ſus foret, ſe omnem exercitum ex
Hiſpania deportaturum. Quam rem
quum læto animo Romanus accepiſ-
ſet, diem poſterum Afdrubal collo-
quio petivit, ut Romani leges con-
ſcriberent de tradendis arcibus ur-
bium, deque ſtatuendo, ad quam pra-
fidia deducerentur, ſimque omnia ſi-
ne fraude Pœni deportarent. Quod
ubi Imperavit, extemplo primis te-
nebris, atque inde tota nocte, quod
graviſſimum exercitus erat, Afdrubal
quacumque poſſet, evadere è latro
juſſit. data ſedulo opera eſt, ne mul-
ti ea nocte exirent, ut ipſa paucitas,
cum ad hoſtium ſilentio fallendum
aptior, tum ad evadendum per arctas
ſemitas ac difficiles eſſet. Ventum in-
ſequenti die ad colloquium eſt: ſed
loquendo plura ſcribendoque, dedita
opera, quæ in rem non eſſent, die
conſumpto, in poſterum dilatum eſt.
Addita inſequenti nox ſpatium dedit
& alios emittendi: nec poſtero die
res finem invenit. ita aliquot dies
diſceptando palam de legibus, nocte-
que, emittendis clam è caſtris Carthagi-
nienſibus, abſumptæ, & poſteaquam
major pars emiſſa exercitus erat, jam
ne iis quidem quæ ultra dicta erant,
ſtabatur: minuque ac minus (cum
timore ſimul fide decreſcente) con-
veniebat. Jam ferme pedeſtres omnes
copiæ evaſerant è ſaltu: quum pri-
ma luce denſa nebula ſaltum omnem
campoſque circa intexit. quod ubi
ſenſit Afdrubal, mittit ad Neronem,
qui in poſterum colloquium
differret. illum diem religioſum Car-
thaginienſibus ad agendum quicquam
rel feriæ eſſe. Ne rum quidem ſuſpe-
cta fraus. quum data eſſet venia ejus
diei, extemplo Afdrubal cum equita-
ru elephantiſque caſtris egreſſus, ſi-
ne ullo tumultu in itinere evaſit. Ho-
ra ferme quarta diſpulſa fole nebula
aperuit diem, vacuaque hoſtium ca-
ſtra conſpexerunt Romani. Tum de-
mum Claudius Punicam fraudem a-
gnoſcens, ut ſe dolo captum ſenſit,
proficiſcentem inſtitit ſequi, para-
tus conſligere acie: ſed hoſtis detre-
ctabat pugnam, levia tamen præ-
lia inter extremum Punicum agmen
præcurſoriſque Romanorum fie-
bant.

Cap. XVIII. Inter hæc Hiſpa-
niæ populi, nec qui poſt cladem ac-
ceptam defecerant, redibant ad Ro-
manos, nec ulli novi deficiebant. Et
Romæ ſenatui populoque, poſt rece-
ptam Capuam, non Italiæ jam major
quam Hiſpaniæ cura erat: & exerci-
tum

tum angeri & imperatorem mitti placebat. nec tamen quem mitterent, fatis constabat: quam illud, ubi duo summi imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura deligendum esse. Quum alii alium nominarent; posteriorem eo deconsuli est, ut populus proconsuli creando in Hispaniam comitia haberet: diemque comitiis consules edixerunt. Primo exspectaverant, ut qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. quae ut destituta respectatio est; redintegratus luctus acceptae cladis, desideriumque imperatorum a nisforum. Moesta itaque civitas prope inops consilii, comitiorum die tamen in campum defcendit: atque in magistratu verso circumspectant ora principum, aliorum alios animantium, fremuntque, adeo perditas res, desperatumque de republica esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere. Quum subito P. Cornelius, Publii qui in Hispania ceciderat filius, quatuor & viginti ferme annos natus, profusus se per medios, in superiore unde conspici posset loco constitit. In quem postquam omnium ora conversa sunt, clamore ac favore ominati exemplo sunt felix faustumque imperium. Jussi deinde inire consulum suffragium, ad unum omnes non centuriae modo, sed etiam homines, P. Scipionem dicere esse in Hispania jusserunt. Caeterum post rem actam, ut jam refederat impetus animorum ardorque, silentium subito ortum & tacita cogitatio, quidnam egisset novi, quod favor plus valuisset, quam ratio; aetatis maxime poenitebat: quadam fortunam etiam domus horrebant, nomenque, ex funestis duabus familiis in eas provincias, ubi inter sepulchra patris patruique res gerendae essent, proficiscentis.

Cap. XIX. Quam ubi ab re tanto imperio acta sollicitudinem curamque hominum animadvertit; advocata concione, ita de aetate sua imperioque mandato & bello quod gerundum esset, magno, elatoque animo disseruit; ut ardorem eum qui refederat, excitaret rursus, novaretque: & impleret homines certioris spei, quam quantam fides promisit humani, aut ratio ex fiducia rerum sufficere foler. Fuit enim Scipio, non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compositus: plerague apud multitudinem, aut per nocturnas visa species, aut velut divinitus, mente monita, agens: sive & ipse capti quadam superstitione animi, sive ut imperia consiliaque velut forte oraculi missa, sine cunctatione adsequeretur. Ad hoc jam inde ab initio praeparans animos, ea quo rogam virilem sumpsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque aedem consideret: & plerumque tempus solus in secreto ibi tereret. Haec mos, qui per omnem vitam servabatur, seu consulto, seu temere, vulgatae opinioni fidem apud quosdam fecit, ftirpis eum divinae virtutis esse, retulitque famam, in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate & fabula parem, angusis immasis concubitu conceptum, & in cubiculo matris ejus perspe vitam prodigii ejus speciem, interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapsam. His miraculis numquam ab ipso elusa fides est: quin potius aucta arte quadam, nec abnuendi tale quicquam, nec palam affirmandi. Multa alia ejusdem generis vera, alia affimulata, admirationis humanae in eo juvene excesserant modum: quibus freta mine civitas, aetati haudquaquam maturae tantam molem rerum, tantumque imperium permisit. Ad eas copias, quas ex vetere exercitu Hispania habebat, quaeque a Puteolis cum Claudio Nerone trajectae erant, decem millia militum, & mille equites addunter. & M. Junius Silanus propraetor adjutor ad res gerendas datus est. Ita cum triginta navium classe (omnes autem quinqueremes erant) ostiis Tiberinis profectus praeter oram Tusci maris, Alpes atque Gallicum sinum, & deinde Pyrenes circumvectus promontorium, Emporiis usque Graeca (oriundi & ipsi a Phocaea sunt) copias expofuit: inde sequi navibus jussis, Tarraconem pedibus profectus, conveatum omnium sociorum (etenim legationes ad famam adventus ejus ex omni te provincia effuderant) habuit. naves ibi fabducit: remissis quatuor triremibus Massiliensium, quae officii causa ab domo prosecutae fuerant. Reiponia inde legationibus suspensis varietate tot casuum dare coepit. Ita elato ab ingentivirtutum fiarum fiducia animo, ut nullum frustra eum excideret: ingenfque omnibus quae diceret, quam majestas ineffet, tum fides.

Cap. XX. Profectus ab Tarracone, & civitates sociorum & hiberna exercitus adiit: colloadvirque milites, quod duabus tantis cladibus deineeps ictis, provinciam obtinuissent. Ubi fructum fecundaque rerum sentire hoites pafii, omni cis Iberum agro eos arcuissent, sociosque cum fide tutati essent. Marcium secum habebat cum tanto honore, ut facile appareret nihil minus, quam vereri, ne quis obtarer gloriae suae. Successit inde Neroni Silanus, & in hiberna novi milites deduxit. Scipio omnibus quae adeunda agendaque erant, mature adiris

peractisque, Tarraconem concessit. Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quam apud cives fuerit: quæ: & divinatio quædam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat obortí temere, majorem inferens metum. In hiberna diversi concesserant: Afdrubal Gisgonis, utique ad Oceanum & Gades: Mago in mediterranea maxime supra Castulonentem Saltum: Afdrubal Amilcaris filius, maximus Ibero a circa Augustum hibernavit. Æstatis ejus extremo, quo capta est Capua, & Scipio in Hispaniam venit, Punica classis ex Sicilia Tarentum accita, ad arcendos commeatus prædiji Romani, quod in arce Tarentina erat; clauseratque quidem omnes ad arcem à mari aditus; sed assidendo diutius arcbiorem annonam soclis quam hosti faciebat. non enim tantum subvehi oppidanis per pacata littora apertosque portus prædido navium Punicarum poterat, quantum frumenti classis ipsa turba navali mixta ex omni genere hominum absumebat: ut arcis prædidum etiam fame invecto (quia pauci erant) ex anne præparato sufficere posset: Tarentinis classique ne invectum quidem sufficeret. Tandem majore gratia quam venerat, classis dimissa est. annona haud multum laxaverat: quia remoto marítimo prædidio, subvehi frumentum non poterat.

Cap. XXI. Ejusdem æstatis exitu M. Marcellus ex Sicilia provincia quum ad urbem veniffet, à C. Calpurnio Prætore senatus ei ad ædem Bellonæ datus est. ibi quum de rebus à se gestis disseruisset, questus leniter, non suam magis quam militum vicem, quod provincia confecta exercitum deportare non licuisset, postulavit, ut triumphanti urbem inire liceret. id non impetravit. Quum multis verbis actum esset, *Utrum minus conveniret, cujus nomine absentis ob res prospere ductu ejus gestas, supplicatio decreta foret, & Diis Immortalibus bonitus honos, ei privato inire triumphum: an quem tradere exercitum successori jussissent, (quod nisi manente in provincia bello non decerneretur) eum quasi debellato, triumphaturque quum exercitus testis meriti atque immeriti triumphi abesset;* medium visum, ut ovans urbem iniret. Triduani plebis ex auctoritate senatus ad populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die urbem ovans iniret, imperium esset. Pridie quam urbem iniret, in monte Albano triumphavit. inde ovans multam præ se prædam in urbem intulit. Cum simulacro Cæparum Syracusanum, catapultæ ballistæque, & alia omnia instrumenta belli lata, & pacis diuturnæ regiæque opulentiæ ornamenta, argenti æris que fabrefacti vis, alia supellex, prestoliaque vestis, & multa nobilia figna, quibus inter primas Græciæ urbes Syracusæ ornatæ fuerant. Punicæ quoque victoriæ signum, octo ducti elephanti. Et non minimum fuit spectaculum cum coronis aureis præcedentes Sosis Syracusanus, & Mericus Hispanus. quorum altero duce nocturno Syracusas introitum erat: alter Nasum, quodque ibi præfidii erat, prodiderat. His ambobus civitas data, & quingena jugera agri. Sosidi in agro Syracusano, qui aut regius, aut hostium populi Romani fuisset, & ædes Syracusis cujus vellet, eorum in quos bellí jure animadversum esset: Merico, Hispaniique, qui cum eo tranfierant, urbs agerque in Sicilia, ex iis, qui à populo Romano defecissent, jussa dari. Id M. Cornelio mandatum, ut ubi ei videretur, urbem agrumque eis assignaret. In eodem agro Belligeni, per quem illectus ad transitionem Mericus erat, quadringenta jugera agri decrera. Post profectionem ex Sicilia Marcelli, Punica classis, octo millia peditum, tria Numidarum equitum exposuit. Ad eos Murgantinæ defecerunt terræ. fecutæ defectionem earum Hybla & Macella sunt, & ignobiliores quædam aliæ. Et Numidæ præfecto Mutine, vagi per totam Siciliam, fociosque Romani agros urbantur. Super hæc exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia: magisque eis auctor ad seditionem, quam animus deerat. Inter has difficultates M. Cornelius prætor, & militum animos, nunc consolando, nunc castigando, sedavit, & civitates omnes quæ defecerant in deditionem redegit: atque ex his Murgantiam Hispanis, quibus urbs agerque debebatur, ex Senatusconsulto attribuit.

Cap. XXII. Consules quum ambo Apuliam provinciam haberent, minutique jam terroris à Pœnis & Annibale esset, sortiri jussi Apuliam Macedoniamque provincias. Sulpicio Macedonia evenit, isque Lævino successit. Fulvius Romam comitiorum causa arcessitus, quum comitia consularibus rogandis haberet, prærogativa Veturia Junior declaravit T. Manlium Torquatum: & T. Otacilium. Manlius qui præsens erat: gratulandi causa quum turba coiret, nec dubius esset consensus populi, magna circumfusus turba ad tribunal consulis venit: petitque ut pauca sua verba audiret, centuriamque, quæ tulisset suffragium, revocari juberet. Erecti omnibus expectatione quidnam postulaturus esset, oculorum valetudinem excusavit. *Impudentem & gubernatorem & imperatorem esse, qui, quum alienis oculis et omnia agendo*

agenda sint, postulet sibi aliorum capita ac fortunas committi, proinde si videretur, & redire in suffragium Veturiam juniorum juberet, & meminisset in consultibus creandis belli, quod in Italia sit, temporumque reipublicæ. Vix dum requiescit aures a strepitu & tumultu hostili, quo paucos ante menses assederint prope mœnia Romana. Post hæc quum centuria frequens succlamasset, nihil se mutare sententiæ; eosdemque consules dicturos esse, tum Torquatus Neque ego vestros, inquit, mores consuli ferre potero, neque vos imperium meum. Redite in suffragium, & cogitate belium Punicum in Italia, & hostium ducem Annibalem esse. Tum centuria & auctoritate mota viri, & admirantium circa fremitu, petit a consule, ut Veturiam seniorum citaret. Velle se fese cum majoribus natu colloqui, & ex auctoritate eorum consules dicere. Citatis ex ordine seioribus, datum secreto in Ovili cum his colloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dixerunt esse, duobus jam plenis honorum, Q. Fabio, & M. Marcello, & si utique novum aliquem adverfus Pœnos consulem creari vellent, M. Valerium Lævinum egregie adverfus Philippum regem terra marique res gessisse. Ita de tribus consultatione data, senioribus dimissis, juniores suffragium ineunt. M. Claudium Marcellum fulgentem sum Sicilia domita, & M. Valerium absentelis consules dixerunt. auctoritatem præterea Philippensem centuriæ secutæ sunt. Eludant nunc, antiqua mirantes. non equidem si qua sit fapientium civitas: quam docti fingunt magis quam norunt, aut principes graviores temperantioresque a cupidine imperii, aut multitudinem melius moratam cenſeam fieri posse. Centuriam vero seniorum seniores consulere voluisse, quibus imperium suffragio mandaret; vix ut veritimile sit, parentum quoque hoc seculo vilis levisque apud liberos auctoritas fecit.

Cap. XXIII. Prætoria inde comitia habita. P. Manlius Volso, & L. Manlius Acidinus, & C. Lætorius, & L. Cincius Alimentus creati sunt. Forte ita incidit, ut comitiis perfectis nunciaretur, T. Oracilium, quem T. Manlio, nisi interpellatus eo die comitiorum esset, collegam absentem datum, fuisse videbatur populus: mortuum in Sicilia esse. Ludi Apollinares & priore anno fuerant, & eo anno ut fierent, referente Calpurnio Prætore, senatus decrevit, ut in perpetuum voverentur. Eodem anno prodigia aliquot vitæ nunciatæque sunt. In ede Concordiæ Victoria quæ in culmine erat, fulmine ictta decussaque ad Victorias quæ in antefixis erant, hasit: neque inde procidit. Et Anagnia & Fregellis nunciatum est, murum portasque de cœlo tactas. & in foro Sudertano sanguinis rivos per diem totum manasse. & Ereti lapidibus pluisse, & Reate mulam peperisse. Ea prodigia hostiis majoribus sunt procurata, & obsecratio in unum diem populo indicta, & novendiale sacrum. Sacerdotes publici aliquot eo anno demortui sunt, neque suffecti: in locum M. Æmilii Numidæ decemviri sacrorum, M. Æmilius Lepidus: in locum M'. Pomponii Mathonis pontificis, C. Livius: in locum Sp. Carvilii Maximi auguris, M. Servilius. T. Otacilius Crassus pontifex quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in locum ejus non est facta. C. Claudius flamen Dialis, quod extra perperam dederat, flaminio abiit.

Cap. XXIV. Per idem tempus M. Valerius Lævinus, tentatis prius per secreta colloquia principum animis, ad indictum ab se ad idipsum concilium Ætolorum ciasse expeditæ venit. Ubi quum Syracusas Capuamque captas, in fidem in Sicilia Italiaque rerum fecundarum, ostentasset, adjecisseque, jam inde à majoribus tradium morem Romanis colendi socios, ex quibus alios in civitatem atque agquum secum jus accipiendi, alios in ea fortuna habendi ut foci esse quam cives malient; Ætolos eo in majore futuros honore, quod gentium transmarinarum in amicitiam primi venissent. Philippum eis & Macedonas graves accolas esse, quorum se vim ac spiritus, quo magis fregisse, & eo redacturum esse, ut non his modo in urbibus quas per vim admisserit, Ætolis excedant: sed ipsam Macedoniam infestam habeant. Et Acarnanas, quos agre ferrent Ætoli à corpore suo diremptos, restituturum se in antiquum formam utique de ditionis eorum. Hæc dicta promissaque ab Romano imperatore, scopas qui tum prætor gentis erat, & Dorimachus princeps Ætolorum affirmaverunt auctoritate sua; minore cum verecundia & majore cum fide vim majestatemque populi Romani extollentes. maxime tamen ipsa pollicitatione movebat Acarnaniæ. Legationis conceptæ conditiones quibus in amicitiam societatemque populi Romani venirent: additumque, ut si placeret, vellentique, eodem jure amicitiæ Eleï, Lacedæmoniique & Attalus & Pleuratus & Scerdilædus essent. Aliæque Attalus, Illyriique regem, Philippum ut exemplo Ætoli cum Eleï ipso terra gererent. Navibus ne minus viginti quinqueremibus adjuvaret Romanus. Urbium Corcyræ tenus ab Ætolia incipienti solum tectaque, & muri cum agris Ætolorum: alia annuis præda populi Romani esse. Da-

renique operam Romani, ut Acarnaniam Ætoli haberent. Si Ætoli pacem cum Philippo facerent, foederi adscriberent. ita ratam eorum pacem, & Philippum Acarnaniam Romanis fociisque, quique eorum ditionis essent, absoluisset. Item si populus Romanus fœdere jungeretur regi, ut easdem, ne jus ei belli inferendi Ætolis fociisque eorum esset. Hæc conuenerunt, conscriptaque biennio post, Olympiæ ab Ætolis, & Capitolio ab Romanis, ut restata sacratis monumentis esset, sunt posita. Moræ caussa fuerant retenti Romæ diutius legati Ætolorum. Nec tamen impedimento id rebus gerendis fuit. & Ætoli exemplo moverunt adversus Philippum bellum, & Lævinus Zacynthum (parva Ætoliæ est propinqua Ætoliæ: urbem unam eodem quo ipsa est nomine habet) eam præter arcem vi cepit, & OEniadas Nasumque Acarnanum, captas, Ætolis contribuit. Philippum quoque satis implicatum bello finitimo ratus, ne Italiam Pœnosque & pacta cum Annibale posset respicere; Corcyram ipse recepit.

Cap. XXV. Philippo Ætolorum defectio Pellæ hibernanti allata est. itaque quia primo vere moturus exercitum in Græciam erat, Illyrios finitimasque ei urbes alterno metu quiescere ut Macedonia videt, expeditionem subitam in Oricinorum atque Apolloniatium fines fecit: egressoque Apolloniatas cum magno terrore atque pavore compulit intra muros. Vastatis proximis Illyrici, in Pelagoniam eadem celeritate vertit iter: inde Dardanorum urbem ferme in Macedonia, transitumque Dardanis factum, cepit. His raptim actis, memor Ætolici junctique cum eo Romani belli, per Pelagoniam, & Lyncum, & Bortiæam, in Thessaliam descendit. Ad bellum secum adversus Ætolos capessendum incitari posse homines credebat, & relicto ad Zagos Thessaliæ Perfeo cum quatuor millibus armatorum ad arcendos aditu Ætolos, ipse priusquam majoribus occuparetur rebus, in Macedoniam atque inde in Thraciam exercitum ac Mædos eduxit. Incurrere ea gens in Macedoniam & relata erat; abi regem occupatum extrema bello, ac fine præsidio esse regnum sensisset. Ad Phragandas igitur vastare agros, & urbem Jamphorinam, caput arcemque Mædicæ, oppugnare cœpit. Scopas, ubi profectum in Thraciam regem occuparumque ibi bello audivit, armata omni juventute Ætolorum, bellum inferre Acarnaniæ parat. Adversus quos Acarnanum gens & viribus impar, & jam OEniadas Nasumque amissas cernens, Romanaque iniuper arma ingruere, tre magis instruit quam consilio bellum. Conjugibus liberisque & senioribus supra sexaginta annos in propinquam spiramen missis, ab quindecim ad sexaginta annos conjurant, nisi victores, se non redituros. Qui victus acie excessisset, eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare reciperet; diram execrationem in populares, obtestationem quam sanctissimam potuerunt, adversus hospites compulerunt. Precatique simul Epirotas sunt, ut qui suorum in acie cecidissent, eos uno tumulto contegerent, adhiberentque humaris titulum: HIC SITI SUNT ACARNANES, QUI ADVERSUS VIM ATQUE INJURIAM ÆTOLORUM PRO PATRIA PUGNANTES, MORTEM OCCUBUERUNT. Per hæc incitatis animis, castra in extremis finibus suis obviam hosti posuerunt. nunciis ad Philippum missis, quanto res in discrimine esset, omittere Philippum, id quod in manibus erat, coegerunt bellum; Jamphorinam per deditionem receptam, prospero alio successu rerum. Ætolorum imperum tardaverat primo conjurationis fama Acarnaniæ: deinde auditus Philippi adventus, regredi etiam in intimos coegit fines. Nec Philippus quamquam ne opprimerentur Acarnanes, itinere magnis legat, ultra. Diem est progressus. Inde quum audisset reditum Ætolorum ex Acarnania, & ipse Pellam rediit.

Cap. XXVI. Lævinus veris principio à Corcyra profectus navibus; superato Leucate promontorio, quum venisset Naupactum, Antigonia inde se petiturum edixit, ut præsto ibi Scopas Ætolique essent. Sita Anticyra est in Locride læva parte finum Corinthiacum intrantibus. breve terra iter eo, brevis navigatio ab Naupacto est. Tertio ferme post die utrimque oppugnari cœpta est. Gravior à mari oppugnatio erat: quia & tormenta machinæque omnis generis in navibus erant, & Romani inde oppugnabant. Itaque intra paucos dies recepta urbs per deditionem, Ætolis traditur; præda ex pacto Romanis cessit. Litore Lævino redditâ, consulem eum absentem dedicationem & sacrorum venire P. Sulpicium. cæterum diuturno ibi morbo implicitus, serius spe omnium Romam venit. M. Marcellus quum Idibus Martiis consulatum iniisset, senatum eo die moris modo caussa, habuit: professus, *nihil se, absente collega, neque de republica, neque de provinciis acturum. Scire se, frequentes Siculos prope urbem in villis obtrectatorum suorum esse. quibus tantum abesse, ut per se non liceat palam Romæ crimina edita fictaque ab inimicis vulgare; ut ni simulatorem aliquem sui timorem absente collega dicendi de consule esse, ipse*

ipse eis exemplo daturus senatum fuerit. Uni quidem collegæ veniffet, non passurum quicquam prius agi, quam ut Sicuti in senatum introducantur. Delectum prope à M. Cornelio per totam Siciliam habitum, ut quamplurimi questum de se Romam ventrent. eundem literis falsis urbem impleffe, bellum in Sicilia esse, ut juventus Italica trucidata. Maximi animi gloriam eo die adeptus consul senatum dimisit, ac prope justitium omnium rerum futurum videbatur, donec alter consul ad urbem veniffet. Otium, ut solet, excitavit plebis rumores: belli diuturnitate, & vastatos agros circa urbem, qua infesto agmine esset Annibal, & exhaustas dilectibus Italiam, prope quotannis exercitus cæsos querebantur, & consules bellicosos ambo, viros acres nimis & feroces creatos: qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem sorent passuri.

Cap. XXVII. Interrupit hos sermones nocte, quæ pridie Quinquatrus fuit, pluribus simul locis circa forum incendium ortum. eodem tempore sepremtabernæ, quæ postea quinque, & argentariæ, quæ nunc novæ appellantur, arsere. Comprehensa postea privatædificia: multum basilicæ erant: comprehensæ lautumiæ, forumque piscatorium, & atrium regium. Ædes Vestæ vix defensa est tredecim maxime fervorum opera, qui in publicum redempti ac manumissi sunt. nocte ac die continuatum incendium fuit. Nec nulli dubium erat, humana id fraude factum esse, quod plurimis simul locis, & iis diversis, ignes coorti essent. Itaque consul ex auctoritate senatus pro concione edixit, qui, quorum operaid conflatum incendium, profiteretur, præmium fore, libero pecuniam, servo libertatem. Eo præmio inductus Cn. Fulvius Calaviorum servus (Mannus ei nomen erat) indicavit, *dominos, & quinque præterea juvenes nobiles Campanos, quorum parentes à Q. Fulvio fecisti percussi erant, id incendium fecisse; eosque faciuros alia, ni comprehendantur.* Comprehensi ipsi, familiaque eorum. & primo elevabatur index, indiciumque: pridie eum verberibus castigarum ab dominis discessisse, per iram ac levitatem ex re fortuita crimen commentum. exterum ut coram coarguebantur, & quæstio ex ministris faciendis foro medio haberi cœpta est, fassi omnes, atque in dominos fervosque conscios animadversum est. Indici libertas data, & viginti millia æris. Consuli Lævino Capuam prærerenti circumfusa multitudo Campanorum est, obsecrantium eum lacrimis, ut sibi Romam ad senatum ire liceret, oratum, ti qua miseri cordia tandem flecti possent, ne ie ad ultimum perditum irent, nomenque Campanorum à Q. Flacco deleri finerent. Flaccus, *sibi privatam simultatem cum Campanis, negare, ullam esse: publicas inimicitias & hostiles esse, & futuras, quoad eo animo erga populum Romanum esse sciret. nullam enim in terris gentem esse, nullum infestiorem populum nomini Romano. Ideo se mœnibus inclusos tenere eos: quia se qui evasissent alibi aqua, velut feras bestias per agros vagari, & laniare, & trucidare quod cuimque obvium detur. Alios ad Annibalem transfugisse, alios ad Romam incendendam profectos. inventurum in semisso foro consulem vestigia sceleris Campanorum. Vestæ ædem pœnas, & ætumas ignes, & conditum in penetrali fatale pignus imperii Romani. Se minime censere tutum esse, Campanis potestatem intrandi Romana mœnia fieri.* Lævinus, Campanos, jurejurando à Flacco adactos, quinto die quam ab senatu relpondium acceptisent, Capuam redituros. Ita qui fe Romam justit. Hac circumfusus multitudine, simul Siculis obviam egressus Ætolisque Romam præivit: clariffimarum urbium excidio celeberrimis viris victos bello accusatores in urbem adducens. De republica tamen primum ac de provinciis ambo consules ad senatum retulere.

Cap. XXVIII. Ibi Lævinus, quo statu Macedonia & Græcia, Ætoli, Acarnanes Locrique essent, quæsque ibi res ipse egisset terra marique, exposuit. Philippum inferentem bellum Ætolis in Macedoniam rerro ab eo compulsum, ad intima penitus regni abisse, legionemque inde deduci posse. classem satis esse ad arcendum Italia regem. Hæc de se, deque provincia cui præfuerat. Consulum de provinciis communis relatio fuit. decrevere Patres, *Ut alteri consuli Italia bellumque cum Annibale, provincia esset: alteri classem, cui T. Otacilius præfuisset, Siciliamque provinciam cum I. Cincio prætore obtinerer.* Exercitus eis duo decreti, quæ in Etruria Galliaque essent (ea quatuor erant) legiones. urbanæ duæ superioris anni in Etruriam; duæ, quibus Sulpicius consul præfuisset, in Galliam mitterentur. Galliæ & legionibus præsset, quem consul, cujus Italia provincia esset, præfecisset. An Etruriam C. Calpurnius post prætoram, prorogato in annum imperio, missus; & Q. Fulvio Capua provincia decreta, prorogatumque in annum imperium. Exercitus civium sociorumque minui justis, ut ex duabus legionibus una legio, quinque millia pedirum, & trecenti equites essent: dimissis qui plurima stipendia haberent: & sociorum septem millia peditum, & trecenti

equites relinquerentur: eadem ratione stipendiorum habita in veteribus militibus dimittendis. Cn. Fulvio Consuli superioris anni, nec de provincia Apulia, nec de exercitu quem habuerat, quicquam mutatum. Tantum in annum prorogatum imperium est. P. Sulpicius collega ejus omnem exercitum, præter focios navales, justus dimittere est. Item ex Sicilia exercitus, cui M. Cornelius præfuisset, ubi consul in provinciam venisset, dimitti justus. L. Cincius Prætori ad obtinendam Siciliam, Cannensis milites dati; duarum instar legionum. Totidem legiones in Sardiniam P. Manlio Volsoni Prætori decretæ: quibus L. Cornelius in eadem provincia priore anno præfuerat. Urbanas legiones ita scribere consules justi, ne quem militem facerent, qui in exercitu M. Claudii, M. Valerii, Fulviique fuissent: neve eo anno plures quam una & viginti Romanæ legiones essent.

Cap. XXIX. His senatusconsultis perfectis, sortiti provincias consules. Sicilia & clasis Marcello, Italia cum bello adversus Annibalem Lævino evenit. Quæ fors velut iterum captis Syracusis, ita exanimavit Siculos exspectatione sortis in consulum conspectu stantes, ut comploratio eorum flebilesque voces, & extemplo oculos hominum converterent, & postmodo sermones præburent. Circumstant enim senatum: & ipsi horrida, affirmantes, se non modo suam quisque patriam, sed totam Siciliam relicturos, si eo Marcellus iterum cum imperio redisset. Nullo suo merito eum ante implacabilem in se fuisse: quid iratum quod Romam de se quidquam venisse dicerent, & fatidum? Obruit Ætnæ ignibus, aut mergi freto, satius illi insulæ esse, quam velut dedi noxæ inimico. Hæ Siculorum querelæ, domos primum nobilium circumlatæ, celebratæque sermonibus, quos partim misericordia Siculorum, partim invidia Marcelli excitabat, in senatum etiam pervenerunt. Postulatum à consulibus est, ut de permutandis provinciis senatum consulerent. Marcellus, si jam audiit ab senatu Sicili essent, aliam forsitan futuram fuisse sententiam suam, dicere. nunc ne quis timore strenuari eos dicere posset, eo minus de eo libere querantur, in cujus potestate mox futuri sint; si collega nihil interfit, mutare se provinciam paratum esse. deprecari senatus prudentium. nam quum extra sortem collegæ optionem dari provinciæ iniquum fuerit, quantum majorem injuriam, immo contumeliam esse, sortem suam ad eum transferri? Ita senatus, quum quid placeret, magis offendisset, quam decresset, dimittitur. inter ipsos consules permutatio provinciarum, rapiente fato Marcellum ad Annibalem, facta est: ut ex quo primus adverfæ pugnæ gloriam cæperat, in ejus laudem postremus Romanorum imperatorum, prosperis tum maxime bellicis rebus, caderet.

Cap. XXX. Permutatis provinciis, Siculi in senatum introducti, multa de Hieronis regis fide perpetua erga populum Romanum verba fecerunt. in gratiam publicam avertentes. Hieronymum ac posea Hippocratem & Epicyden tyrannos, quum ob alia, tum propter defectionem ab Romanis ad Annibalem, invisos fuisse sibi. ob eam causam & Hieronymum a principibus juventutis propè publico consilio interfectum: & in Epicydis Hippocratisque eadem sagitata nobilissimorum juvenum conjuratione factam: quos Marcelli mora destitutos, quia ad prædictum tempus exercitum ad Syracusas non admovisset, indicio facto, omnes ab tyrannis interfectos. Eam quoque Hippocratis atque Epicydis tyrannidem, Marcellum excitasse: Leontios clandestiter Romanum nomen deinde principes Syracusanorum defisse ad Marcellum transire: poliorcique, se urbem, quum vellet, et tradituros; sed eum primo vi capere maluisse. dein quum id neque terra, neque mari, omnia experiri, potuisse, auctores tradituros Syracusanos fuisse. rerum avarium Sopsi & Mericum Hispanum, quam principes Syracusanorum habere, toties id nequicquam ultro offerentes, præpotasse: quo scilicet justiore de causa veniss simos socios populi Romani truciderent, ac diripuerent. Si non Hieronymus ad Annibalem defecisset, sed Syracusanis & senatus, si portas Marcello Syracusani publice, & non oppressis Syracusanis, tyranni eorum Hippocrates & Epicydes, clausissent, si Carthaginiensium animis bellum cum populo Romano gessissent; quid ultra quam quod fecerit, nisi ut deleret Syracusas, facere hostiliter Marcellum potuisse? Certe præter mania & tecta exhausta urbis, & refracta ac spoliata Deum delubra, Diis ipsis ornamentisque eorum ablatis, nihil reliquum Syracusis esse. Bona quoque multis adempta: ita ut ne nudo quidem solo reliquisse utrepta fortunæ, alere sese ac suos posse. Orare se Patres Conscriptos, ut, si nequeant omnia, saltem, quæ compareant cognoscique possint, restituui dominis jubeant. Talia conquestos quum excedere templo, ut de postulatis eorum Patres consuli possent, Lævinus jussisset. Maneant imo, inquit Marcellus, ut coram his respondeam: quando ea conditione pro vobis, Patres Conscripti, bella gerimus, ut victos armis accusatores habeamus. Dux capiæ hæc

hoc anno urbes Capua Fulvium reum, Marcellum Syracusas habeant.

Cap. XXXI. Reductis in curiam legatis, tum consul. *Non adeo malestatis*, inquit, *populi Romani imperiique hujus oblitus sum, Patres Conscripti, ut si de meo crimine ambigeretur, consul dicturus causam, accusantibus Graecis, fuerim. sed non quid ego fecerim, in disquisitionem venit, quam quid ifi pati deberint. qui si non fuerunt hostes, nihil interest, nunc an vivo Hierone Syracusas violaverim. Sin autem deficiverunt, legatos nostros ferro atque armis petierunt, urbem ac mania claustrorum, exercitusque Carthaginiensium advectos intutati sint: quis passos esse hostilia, quum fecerint, indignatur? Tradentes urbem principes Syracusanorum, adversatus sum: Sosin, & Mericum Hispanum, quibus tantum crederem, pollores habui. Non estis extremi Syracusanorum, quorum vos humilitatem objiciatis. Quis est vestrum, qui se mihi portas aperturum, qui armatos milites meos in urbem accepturum promiserit? Oaistis, & execramini eos qui fecerunt, & ne hic quidem contumelis in eos dicendis parcitis: tantum abest, ut & ipsi tale quicquam faciuri fueritis. Tenuem humilitas eorum, Patres Conscripti, quam ifti objiciunt, maximo argumento est, me neminem, qui navatam operam reipublicae nostrae velit, aversatum esse. Et antequam obsiderem Syracusas, nunc legatis mittendis, nunc ad colloquium vocandis, tentavi pacem: & postea quam neque hostes violandi verecundia erat, nec mihi ipsi congressio ad portas cum principibus responsum dabatur, multis terra mariique exhaustis laboribus, tandem vi atque armis Syracusas cepi. Quae cognoscite acclerint, apud Annibalem & Carthaginenses, ubi justius, quam apud victoris populi senatum, quererentur. Ego, Patres Conscripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem, numquam spoliis earum urbem Romam exornarem. quae autem singulis victor aut ademit aut dedit; quum belli jure, tum ex cujusque merito satis fere me feciffe. Ea vos rata habeatis, Patres Conscripti, necne, magis reipublicae interest, quam mea. Mea quippe fides exfoluta est: ad rempublicam pertinet, ne acta mea rescindendo, alios in posterum legniores duces faciatis. Ita quoniam orator, & peculiorum, & mea verba audistis, Patres Conscripti; simul templo excedemus, ut me absente liberius consulis senatus possit.* Ita dimissis Siculis, & ipse in Capitolium ad delectum discessit.

Cap. XXXII. Consul alter de postulatis Siculorum ad Patres rerulit. Ibi quum diu de sententiis certatum esset, & magna pars senatus, principe ejus sententiae T. Manlio Torquato, *cum tyranni bellum gerendum fuisse, censerent, hostibus & Syracusanorum & populi Romani: & urbem recipi, non capi: & receptam legibus antiquis & libertate stabiliri, non festam servitute bello affligi. Inter tyrannorum & ducis Romani certamina, premium victoris in medio positum urbem hodieque virtutem ac nobilissimam periisse, horreum atque erarium quondam populi Romani: cujus munificentia ac donis multis tempestatibus, hoc denique ipso Punico bello adjuta ornataque respublica esset. Si ab inferis exstitat rex Hiero, infestissimus Imperii Romani cultor, quo ore aut Syracusas, aut Romam ire ostendi posse? quum, ubi semirutam ac spoliatam patriam respexisset, ingredientem Romam in vestibulo urbis, prope in porta, spolia patriae suae ostensurus sit? Haec talia quum ad invidiam consulis miserandumque Siculorum dicerentur, mirius tamen deprecabantur Patres causa Marcelli. Quae ita gerendo bellum victoriae essent, rata habenda esse. in reliquium curae senatui fore rem Syracusanam, mandaturosque consuli Lavino, quod fine jactura reipublicae fieri posset, fortunis ejus civitatis consuleret.* Missis duobus senatoribus in Capitolium ad consulem, uti rediret in curiam, & introductis Siculis, senatusconsultum recitatum est. legatique benigne appellati, ac dimissi, ad genua se Marcelli consulis projecerunt, obtecrantes, *ut quae deplorandae & levandae calamitatis causa dixissent, venienis eis daret, & in fidem, clientelamque se urbemque Syracusas acciperet.* post haec consul clementer appellatos eos dimisit.

Cap. XXXIII. Campanis deinde senatus datus est, quorum oratio miserabilium magis quam durior erat. neque enim meritas poenas negare poterant, nec tyranni erant, in quos culpam conferrent: sed fatis pensum poenarum, tot veneno absumptis, tot securi percussis senatoribus, credebant. *Paucos nobilium superstites esse, quos nec sua conscientia, ut quicquam de se gravius consulerent, impuleris, nec victoris in capitis damnaveris, eos libertatem sibi fuisse, & bonorum aliquam partem orare, cives Romanos, affinitatibus pleroque & propinquis jam cognationibus ex connubio novis junctos.* Summoris deinde e templo, pauliser dubitatum, an arcessendus a Capua Q. Fulvius esset. (mortuus enim post captam Claudius consul erat) ut coram imperatore qui res gessisset, sicut inter Marcellum Siculosque disceptatum fuerat, disceptaretur: dein, quum M. Arilium, C. Fulvium Fratrem Flacci, legatos ejus, ac

Q. Minucium & L. Veturium Philonem, item Claudii legatos, qui omnibus rite rendis rebus affuerant, in senatu viderent, nec Fulvium avocari à Capua, nec differri Campanos vellent; interrogatus sententiam M. Atilius Regulus, cujus ex iis qui ad Capuam fuerant, maxima auctoritas erat: *In consilio, inquit, arbitror me fecisse consultus. Capua capta, quidni quæreretur, cquis Campanorum de republica nostra bene meritus esset; duas mulieres compertum est, Vestiam Oppiam Atellanam Capuæ habitantem, & Fauculam Cluviam, quæ quondam quæstum corpore fecisset; illam quotidie sacrificasse pro salute & victoria populi Romani; hanc captivis egentibus alimenta etiam suppeditasse. Cætrorum omnium Campanorum eandem ergo nos animum, quem Carthaginiensium, fuisse. Securique percussos à Q. Fulvio esse magis, quorum dignitas inter alios, quam quorum culpa animadvertit. Per senatum aci de Campanis, qui cives Romani sunt, injussu populi non video posse. Idque & apud majores nostros in Satricanis factum est, quum defecissent: ut M. Antistius tribunus plebis prius rogationem ferret, scireique plebs, uti Senatui de Satricanis sententiæ dicendi esset. Itaque censeo cum tribunis plebis agendum esse, ut eorum unus plures ve rogationem ferant ad plebem, qua nobis statuendi de Campanis jus fiat.*

L. Atilius tribunus plebis, ex auctoritate senatus plebem in hæc verba rogavit: *Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui dediderunt in arbitrium ditionemque pop. Rom. Fulvio proconsule, quæque una secum dediderunt, agrum urbemque, divina, humanaque, utensilia que, sive quid aliud dediderunt; de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo. Quirites! Plebes sic fieri, uti rogatur, jubebant; juratus maxima pars senatus, qui adfuerat, id volumus jubemusque.*

Cap. XXXIV. Ex hoc plebiscito senatus consultus, Oppiæ Cluviæque primum bona ac libertatem restituit. *Si qua alia prædia petere ab senatu velent, venire eas Romam.* Campanis in familias singulas decretata facta, quæ non operæ pretium est omnia enumerare. *Aliorum bona publicanda: ipsos liberosque eorum & conjuges venendas, extra filias quæ antequissent prius quam in populi Romani potestatem venirent. Alios in vinculis condendos, & de his posteriori consultandum.* Aliorum Campanorum summam etiam census distinxerunt, publicanda necne bona essent; pecua captiva, præter equos, & mancipia, præter puberes virilis sexus, & omnia quæ solo non continerentur, restituenda, censuerunt, dolentes. *Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quam, qui eorum aut ipsi aut parentes eorum apud hostes essent, libros esse,* jusserunt: *ita ut nemo eorum civis Romanus, aut Latini nominis esset: neve quis eorum, qui Capuæ fuissent, dum portæ clausæ essent, in urbe agrove Campano intra certum diem maneret. Locus ubi habitarent, trans Tiberim, qui non contingeret Tiberim, daretur qui nec Capuæ nec in urbe Campana, quæ à pop. Romano defecisset, per bellum fuissent, eos cis Litim amnem Romam versus: qui ad Romanos transfugerent prius, quam Annibal Capuam veniret, eis Vulturnum emovendos,* centiuerunt, ne quis eorum propius mare quindecim millibus passuum agrum ædificiumve haberet. *Qui eorum trans Tiberim mori essent, ne ipsi posterive eorum ibi am pararent, haberentve, nisi in Velenc, aut Sutrino Nepesinove agro: dum ne cui major, quam quinquaginta jugerum agri modus esset. Senatorum omnium, quique magistratus Capuæ, Atellæ, Calatiæ gessissent, bona venire Capuæ,* jusserunt. *Libera corpora quæ venundari placuerat, Romam mitti, ac Romæ venire. Signa, statuas æneas, quæ capta de Rhodiis dicata sub Annibale fuerant sacra ac profana esset, ad pontificum collegium rejecerunt.* Ob hæc decreta mœstiores aliquanto quam Romam venerant, Campanos dimiserunt. nec jam Q. Fulvii sævitiam in se, sed iniquitatem Deum, atque execrabilem fortunam suam incusabant.

Cap. XXXV. Dimissis Siculis Campanisque, delectus habitus. scripto deinde exercitu, de remigum supplemento agi cœptum. in quam rem quum neque hominum satis, nec, ex qua parerentur stipendiumque acciperent, pecuniæ adequam ea tempestate in publico esset: sexcentos consules, ut privati ex censu ordinibusque, sicut antea, remiges darent cum stipendio cibariisque dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus hominum tantaque indignatio fuit, ut magis dux, quam materia seditioni deesset. *Secundum Siculos Campanosque plebem Romanam perdendam, lacerandamque sibi consules sumpsisse, per tot annos tributo exhaustos, nil reliqui, præter terram nudam ac vastam, habere. Tecta hostes incendisse, servos agricultores rempublicam abduxisse: nunc ad militiam parvo ære emendo, nunc remiges comparando. Si quid cui argenti ærisve fuerit, stipendio remigum, & tributis annuis ablatum. Se ut dent quod non habeant, nullaque in imperio cogi posse. Bona sua venderent: In corpora quæ reliqua essent, sævirent. Ne unde redimantur quidem, quicquam superesse.* Hæc non in occu-

to, sed propalam. In foro atque oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi fremebant: nec eos fefellere consules, nunc castigando, nunc consolando pererant. Spatium deinde his tridui fe dare ad cogitandum dixerunt: quo ipsi ad eam inspiciendam expediendamque rem intenti essent. Senatum postero die habuerunt de remigum supplemento: ubi quum multa differuissent, curæqua plebis recusatio esset, verterunt orationem eo, ut dicerent, *Privatis id, seu æquum seu iniquum onus injungendum esse. Nam unde, quum pecunia tot aere vio non esset, paraturos navales socios? Quomodo autem sine classibus, aut Siciliam obtineri, aut Italia Philippum arceri posse, aut tuta Italiæ littora esse?*

Cap. XXXVI. Quum in hac difficultate rerum consilium hereret; ac prope torpor quidam occupasset hominum mentes, tum Lævinus consul, *Magistratus senatui: & senatum populo, sicut honore præstent, ita ad omnia quæ dura atque aspera essent, subeunda æquum debere esse. Si quid injungendi patribus videtur, id prius in te ipsos, tuosque ipse statuere, facillimos omnes obedientes habebas. nec impensa gravis est, quum ex ea plus quam pro virili parte sibi quemque capere principum videant. Itaque classes habere atque ornare volumus populum Romanum: privatos sine recusatione remigio præbere. Ipsi primi ipsis primum imperemus. Aurum argentum, æs signatum omne senatores erastina die in publicum conferamus: ita ut annulos sibi quisque, & conjugi, & liberis, & filiæ bullam, & quibus uxor filiæve sunt, singulas uncias ponderi referuntur: argenti: qui curuli sella sedebunt, equi ornamenta & libras pondo, ut saltem patellamque Deorum causa habere possint. Cæteri senatores libram argenti tantum, æris signati quina millia ita singulos patres familiæ relicturamus. Cæterum omne aurum, argentum, æs signatum ad triumviros mensarios extemplo deferamus; nullo ante senatusconsulto facto: ut voluntaria collatio, & certamen adjuvandæ reipublicæ excitet ad æmulandum animos primum equestris ordinis, dein reliquæ plebis: hanc unam vidam, multa inter nos collocuti, confiles inventimus. Ingredimini Dîis bene juvantibus. Respublica incolumis & privatas res facile salvas præstat. publica prodendo, tua nequicquam serves.* In hæc tanto animo consensum est, ut gratiæ ultro consulibus agerentur. Senatu inde misso, pro se quisque aurum, argentum & æs in publicum conferunt: tanto certamine injecto, ut prima inter primos nomina fua vellent in publicis tabulis esse; ut nec triumviri accipiundo, nec scribæ referundo sufficerent. Hunc consensum senatus equestrer ordo est secutus: equestris ordinis plebes. ita sine edicto, sine coercitione magistratus, nec remige in supplementum, nec stipendio respublica eguit: paratisque omnibus ad bellum, consules in provincias profecti sunt.

Cap. XXXVII. Neque aliud magis tempus belli fuit, quo Carthaginienses Romanique pariter variis casibus immixtis, magis in ancipiti spe ac metu fuerint. Nam Romanis & in provinciis, hinc in Hispania adverse res, hinc prosperæ in Sicilia, luctus & lætitiam misceuerant: & in Italia, quum Tarentum amissum damno & dolori, tum arx cum præsidio retenta præter spem gaudio fuit: & terrorem subitum paveremque urbis Romæ obsessæ & oppugnatæ, Capua poli dies quatuor capta in lætitiam vertit. Transmarinæ quoque res quandam vice pensitæ. Philippus hostis tempore haud satis opportune factus: Ætoli novi adsciti socii, Attalusque Asiæ rex, jam velut despondente fortuna Romanis imperium Orientis. Carthaginienses quoque Capuam amissam, & Tarentum captum æquabant & ut ad mœnia urbis Romanæ nullo prohibente se pervenisse in gloria penebant, ita pigebat irriti incepti: pudebatque adeo se spretos, ut sedentibus ipsis ad Romana mœnia, alia porta exercitus Romanus in Hispaniam duceretur. Ipsa quoque mœniæ quo propius spem venerant, tanto duobus ducibus exercitibusque cæsis, debellatum ibi ac pulsos inde Romanos esse; eo plus, ab L. Marcio tumultuario duce ad vanum & irritum victoriam redactam esse, indignationis præbebat. Ita æquante fortuna, sustpensa omnia utrinque erant: integra spe, integro metu, velut illo tempore primum bellum inciperent.

Cap. XXXVIII. Annibalem ante omnia angebat, quod Capua pertinacius oppugnata ab Romanis, quam defensa ab se, multorum Italiæ populorum animos averterat: quos neque omnes tenere præsidiis, nisi vellet in multas parvasque partes carpere exercitum, quod minime tum expediebat, poterat: nec deductis præsidiis spei liberam vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem. Præceps in avaritiam & deliciarum, & ad spoliandas, quæ tueri nequibat, ut vastata hostí relinquerentur, inclinavit. Id fœdum consilium, quum incepto, tum etiam exitu fuit. neque enim indigna patientiam modo abalienabantur animi, sed cæterorum etiam: quippe ad plures exemplum, quam calamitas, pertinebat. Nec consul Romanus tentandis urbibus, ficunde spes aliqua se offenderet, deerat. Salapiæ principes erant,

erant, Dafius & Blafius : Dafius Annibali amicus, Blafius quantum ex tuto poterat, Romanam fovebat : & per occultos nuncios fpem proditionis fecerat Marcello, fed fine adjutore Dafio res tranfigi non poterat. Multum ac diu cunctatus, & tum quoque magis inopia conſilii potiorisque, quam ſpe effectus, Dafium appellabat. at ille quum ab re averſus, tum amulo potentatus inimicus, rem Annibali aperit. Acceſſito utroque, Annibal quum pro tribunali quædam ageret, mox de Blafio cogniturus, ſtarentque ſummoto populo accuſator & reus : Blafius de proditione Dafium appellabat. Enimvero ille, velut in manifeſta re, exclamat, ſub oculis Annibalis ſecum de proditione agi. Annibali atque eis qui aderant, quo audacior res erat, minus ſimilis veri viſa eſt. æmulationem profecto atque odium eſſe : & id crimen afferri. quod, quia reſtem habere non potuiſſet, liberius fingeni fit. Ita inde dimiſſi ſunt. nec Blafius ante abſtitit, tamen tam audaci incepto, quam idem obtundendo, docendoque quam ea res ipſis patriæque ſalutaris eſſet, pervicit, ut præſidium Punicum, (quingenti autem Numidæ erant) Salapiaque traderetur Marcello. Nec fine cæde multa tradi potuit. longe fortiſſimi equitum toto Punico exercitu erant. Itaque quamquam improvita res fuit, nec uſus equorum in urbe erat ; tamen armis inter tumultum captis, & eruptionem tentaverunt ; & quum evadere nequirent, pugnantes ad ultimum occubuerunt. nec plus quinquaginta ex his in poteſtatem hoſtium vivi venerunt. phiſique aliquanto damni hæc ala equitum amiſſa Annibali, quam Salapia fuit : nec deinde umquam Pœnus (quo longe plurimum valneratlequitatu ſuperior fuit.

Cap. XXXIX. Per idem tempus quum in arce Tarentina vix inopia tolerabili eſſet, ſpem omnem præſidium quod ibi erat Romanum, præfectuſque præſidii atque arcis M. Livius, in commeatibus ab Sicilia miſſis habebant. qui ut turo præterveherentur oram Italiæ, claſſis viginti ferme navium Rhegii ſtabat. Præerat claſſi commeatibuſque D. Quintius, obſcuro genere ortus ; cæterum multis fortibus factis gloria militari illuſtris. Primo quinque naves, quarum maximæ duæ triremes à Marcello ei traditæ erant, habuit : poſtea rem impigre ſæpe gerenti tres additæ quinqueremes : poſtremo ipſe à ſocils, Rheginſique, & à Velia & à Peſto, debitas ex fœdere exigendo, claſſem viginti navium, ſicut ante dictum eſt, effecit. Huic ab Rhegio profectæ claſſi, Democrates cum pari claſſe navium Tarentinarum numero, quindecim millia ferme ab urbe ad Sacriporum obvius fuit. Velis tum forte improvidus futuri certaminis Romanus veniebat. ſed circa Crotonem Sibarimque ſuppleverat remigio naves : hortatumque ad æmulam egregie pro magnitudine navium claſſem habebat. & tum forte ſub idem fere tempus & venti vis omnis cecidit, & hoſtes in conſpectu fuere : ut ad componenda armamenta, expediendumque remigem ac miſtem ad imminens certamen ſatis temporis eſſet. Rara alias ea in animis juſtæ concurrerunt claſſes : quippe quum in majoris diſcrimen rei, quam ipſæ erant, pugnarent. Tarentini, ut recuperata urbe ab Romanis poſt centeſimum prope annum, arcem eriam liberarent ; ſpe commeatus quoque hoſtibus, ſi navali prœlio poſſeſſionem maris ademiſſent, interclufuros : Romani, ut, retenta poſſeſſione arcis, offenderent, non vi aut virtute, ſed proditione ac furto, Tarentum amiſſum. Itaque ex utraque parte ſigno dato quum roſtris concurriſſent, neque retro navem inhibere ea, nec dirimi ab ſe hoſtem paterentur, quam quis indeptus navem erat, ferrea injecta manu ; ita conferebant ex propinquo pugnam, ut non miſſilibus tantum, ſed gladiis etiam prope collato pede gererentur res. Proræ inter ſe junctæ hærebant, puppes alieno remigio circumagebantur. in arctis ſtipatæ erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum intercideret. frontibus velut pedeſtris acies urgebant : perviæque naves pugnantibus erant. Infignis tamen inter cæteras pugna fuit duarum, quæ primæ agminis concurrerant inter ſe. In Romana nave ipſe Quintius erat, in Tarentina Nonius, cui Perconi fuit cognomen, non publico modo, ſed privato etiam odio inviſus atque infeſtus Romanis quod eius factionis erat, quæ Tarentum Annibali prodiderat. Hic Quintium ſimul pugnantem hortantemque ſuos, incautum haſta tranſigit. ille atque præceps cum armis procidit ante proram. victor Tarentinus in turbatam duce amiſſo navem impigre tranſgreſſus, quum ſummoviſſet hoſtes, & prora jam Tarentinorum eſſet, puppim male conglobati tuerentur Romani ; repente & alia à puppi irrumpit hoſtium apparuit. Ita in medio circumventa Romana navis capitur. hinc cæteris terror injectus, ut prætorium navem captam videre : fugientesque paſſim, aliæ in alio merſæ, aliæ in terram remis abreptæ, mox prædæ fuere Thurinis Metapontinisque. ex onerariis, quæ cum commeatu ſequebantur, perpaucæ in poteſtatem hoſtium venere : aliæ ad incertos ventos hinc atque illinc obliqua transferentes vela, in altum evectæ ſunt. Nequaquam pari fortuna

ra per eos dies Tarenti resgesta. nam ad quatuor millia hominum frumentarum egressa, quum in agris passim vagarentur; Livius, qui arci praesidioque Romano praerat, intentus in omnes occasiones gerendae rei, C. Persium, impigrum virum, cum duobus millibus armatorum ex arce emisit, qui vage effusos per agros palatosque adortus, quum diu passim cecidisset, paucos ex multis trepida fuga incidentes femiaperitis portarum foribus, in urbem compulit: ne urbs eodem impetu capereturr, ne spoliarentur res ad Tarentum; Romanis victoribus terra, Tarentinis mari. fiumenti spes, quae in oculis fuerat, utrosque fruitrara pariter.

Cap. XL. Per idem tempus Lævinus Consul jam magna parte anni circumacta, in Sicilia veteribus novisque, sociis exspectatus, quum venisset, primum ac potissimum omnium ratus, Syracusis nova pace inconditas componere res. Agrigentum inde, (quod belli reliquum erat, tenebaturque a Carthaginiensium validio praesidio) duxit legiones. Sa fuit fortuna incepto. Hannonem imperator Carthaginiensium, sed omnem in Murine Numidiaque spem repositam habebat. Per totam Siciliam vagus praedas agebat ex sociis Romanorum: neque intercludi ab Agrigento vi aut arte ulla, nec quin erumperet ubi vellet, prohibere poterat. Haec ejus gloria quia jam imperatoris quoque famae officiebat, postremo in invidiam vertit; ut ne bene gestae quidem res jam Hannoni propter auctorem satis laetae essent. propter quae postremo praefecturam ejus filio suo dedit, ratus, cum imperio auctoritatem quoque ei inter Numidas erepturum. quod longe aliter evenit. Nam veterem favorem ejus sua insuper invidia auxit, neque ille indignitatem injuriae tulit: confestimque ad Lævinum occultos nuncios misit de tradendo Agrigento. Per quos ut est facta fides, compositusque rei gerendae modus, portam ad mare ferentem Numidae quum occupassent, pultis inde custodibus, aut caesis, Romanos ad idipsum missos in urbem acceperunt. & quum agmine jam in media urbis ac forum magno tumultu iretur, ratus Hanno, non aliud quam tumultuum ac seditionem (id quod & ante accideratt) Numidarum esse, ad comprimendam seditionem procesiit. atque ille, quum ei multitudo major, quam Numidarum procul visa, & clamor Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidisset, prius quam ad letum reli veniret, capessit fugam. per averSas portam emissus, assumpto comite Epicyde, cum paucis ad mare pervenit: nactique opportune parvum navigium, relicta hostibus Sicilia (de qua per tot annos certatum erat) in Africam trajecerunt. alia multitudo Poenorum, Siculorumque ne tentato quidem certamine, quum caeci in fugam ruerent, clausique exitus essent, circa portas caesa. Oppido recepto Lævinus, qui capita rerum Agrigenti erant, virgis caesos securi percussit: caeteros praedamque vendidit. omnem pecuniam Romam misit. Fama Agrigentinorum cladis, Siciliam quum pervasisset, omnia repente ad Romanos inclinaverunt. Prodita brevi fuit viginti oppida: sex vi capta: voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. quarum civitatium principibus quum pro cujusque merito consul pretia poenasque exsolviSet, coegisseque Siculos posiris tandem armis, ad agrum colendum animos convertere, ut esset non incolarum modo alimentis frugifera insula, sed urbis Romae, atque Italiae (id quod multis saepe tempestatibus fecerat) annonam levarer; ab Agathyrna inconditam multitudinem secum in Italiam transvexit. quatuor millia hominum erant mixti ex omni colluvione exules, obaerati, capitalibus aufugi pelques; & quum in civitatibus suis ac sub legibus vixerant, & posiquam eos ex variis causis fortuna similis conglobaverat Agathyrnam, per latrocinia ac rapinam tolerantes vitam. hos neque relinquere Lævinus in insula, tum primum nova pace coalescente, velut materiam novandis rebus, fautorum ratus est; & Rheginis usui futuri erant ad populandum Bruttium agrum; assuetam latrociniis quaerentibus manum. Et quod ad Siciliam attinet, eo anno debellatum est.

Cap. XLI. In Hispania principio veris P. Scipio nobis deductis, evocatisque edicto Tarraconem sociorum auxiliis, classem onerariasque ostium inde Iberi fluminis perere jubet. Eodem legiones ex hibernis convenire quum jussisset: ipse cum quinque millibus sociorum ab Tarracone profectus ad orcrium est. quo quum venisset, alloquentibus maxime veteres milites, qui tantis superfuerant cladibus, ratus, concione advocata ita disseruit: *Nemo ante me novus imperator militibus suis, prius quam opera eorum usus esset, gratiae agere iure ac merito potuit. Me obsidi, priusquam provinciam adirem, obligavit fortuna: primum, quod ea pietate erga patrem patruumque meum vivos mortuosque fuistis: deinde, quod amissam tanta clade provinciae possessionem, integram, & populo Romano, & successori mihi, virtute vestra obtinuistis. Sed quum jam benignitate Deum id paremus atque agamus, non ut ipsi maneamus in Hispania, sed ne Poeni maneant, nec ut pro ripa Iberi stantes arceamus trans-*

transitum hostis, sed ut ultro transeamus, transferamusque bellum; vereor ne civi vestrum majus id, audaciaque consilium, quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum aut pro ætate mea videatur. Adverse pugnæ in Hispania, multiplex in animo, quam meo, minus quibusdam fuimus. Quippe cui pater & patruus intra triginta divum Iharium, ut aliud super aliud cumularetur familiæ nostræ funus, interfecti sunt. Sed ut familiaris pene orbitas ac solitudo frangit animum; ita publica quum fortuna tum virtus desperare de summa rerum prohibet; ea fato quidam data nobis fors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus. Vetera omitto, Porsennam, Gallos, Samnites, & Punicis bellis incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus prius bello auditi sunt? Quam quisquis de bello memoriave Omnibus ipse affui cladibus: aut quibus afuit, maxime unus omnium eas sensi. Trebia, Trasimenus, Cannæ, quid aliud sunt, quam monumenta obsciorum exercituum consulumque Romanorum? Adde cis Italiam Italiæ, Siciliæ, majoris partis Sardiniæ. Adde ad hæc terrorem ac pavorem, cæpio Punica inter Anienem & mania Romana posita: & visum prope in portis vicinorem Annibalem. In hac ruina rerum stetit una integra atque immobilis virtus populi Romani. Hæc omnia strata humi erexit ac sustulit. Vos omnium primi, milites, qui Cannensem cladem nudati Adrubali ad Alpes Italiamque, qui si se cum fratre conjunxisset, nullum jam nomen esset populi Romani, ductu auspicioque patris mei obstitistis, & secundæ res illas adversas sustinuerunt. Nunc, benignitate Deum, omnia secunda, prosperis, indeque ultima ac meliora in Italia Siciliaque geruntur. In Sicilia, Syracusæ Agrigentumque capium, pulsi tota insula hostes, receptaque provincia in ditione populi Romani est. In Italia Arpi recepti, Capua capta. Iter omne ab urbe Roma trepidæ fugæ emensus Annibal, in extremum angulum agri Bruttii compulsus, nihil jam majus precatur Deos, quam ut incolumi cedere atque obire ex hostium terra liceat. Quid igitur minus convenit milites, quam quum alia super alias clades cumulaverint ac Dii prope ipsi cum Annibale starent, eos tot victoriis vestris veis (aquentur enim etiam honore nominis) sustinuisse labantem fortunam populi Romani: nunc eosdem, quia illic omnia secunda lætaque sunt, animis deficere? Nuper quoque quæ acciderunt, utinam tam sine meo luctu, quam vestro, transissent! Nunc Dii immortales imperii Romani præsides, qui centuriis omnibus, ut mihi imperium juberent dari, fuere auctores; iidem auguriis auspiciisque & per noctiurnos etiam visus omnia lætia ac prospera portendunt. Animus quoque me is, maximus mihi ad hoc tempus vates, præsciit, nostram Hispaniam esse: brevi extorre hinc omne Punicum nomen amovia terra atque fœda fuga impleturum. Quod mens sua sponte divinat, idem subjicit ratio haud fallax. Vexati ab iis sicit. nostram fidem per legatos implorant. tres duces diffrepantes, propter defecerint alii ab aliis, tri fartam exercitum in diversissimas regiones dispersere. Eadem illos ingruit fortuna, quæ nuper nos afflixit. nam & deseruntur ab sociis, ut prius ab Celtiberis nos: & diduxerunt exercitus; quæ patri, patruique meo causa exitii fuit. Nec discordia intestina coire eos in unum sinet, neque singuli nobis resistere potuerunt. Vos modo animis, milites, date nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus. Agite milites veteres, novum exercitum, novumque ducem traducite Iberum, traducite in terras cum multis fortibus facilis sæpe a vobis paragratas. Brevi faciam, ut quemadmodum nunc nostrissimi sitis me patris patruique similitudinem oris vultusque, & lineamenta corporis; ita ingenii, fidei virtutisque exemplum, expressam ad effigiem vobis reddam, ut revixisse aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.

Cap. XL. Hac oratione accensis militum animis, relicto ad præsidium regionis ejus M. Silano cum tribus millibus peditum, & trecentis equitibus, cæteras omnes copias (erant autem viginti quinque millia peditum, duo millia & quingenti equites) Iberum trajecit. Ibi quibusdam Hispaniensibus, ut quorum in tres tam diversas regiones discessissent Punici exercitus, proximum aggrederetur; periculum esse ratus, ne eo facto in unum omnes contraherent, nec par esset unus tot exercitibus. Carthaginem Novam interim oppugnare statuit: urbem quam Isdam opulentam filiis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam. ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniæ obsides erant. Sitam præterea quum opportune ad trajiciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantævis classi, & neicio an unum in Hispaniæ ora, quo nostro adjacet mari. Nemo omnium quo iretur scibat, præter C. Lælium. Is classe circummissus, ita moderari cursum navium jussus erat, ut eodem tempore exercitus ostenderetur, & classis portum intraret. Septimo die ab Ibero Carthaginem ventum est. simul terra mariique castra ab regione urbis, qua in Septentrionem versa est, posita: bis ab tergo (nam frons natura tuta erat) val-

Lum

lum objectum. Cæterum ita Carthago sic est: Simus est maris media fere Hispaniæ ora, maxime Africo ventо oppositus, & quingentos passus introrsus retractus, paululo plus passuum in latitudinem patens. hujus in ostio sinus parva insula objecta ab alto, portum ab omnibus ventis præterquam Africo, tutum facit. ab intimo sinu peninsula exterit, tumulus is ipse, in quo condita urbs est; ab ortu soli & a meridie cinctа mari: ab occasu stagnum claudit, paulum & ad septentrionem fusum; incertæ altitudinis utcumque exæstuet aut decrescat mare. Continenti urbem jugum ducentos fere & quinquaginta passus patens conjungit. id, ne quam tam parvi operis munitio esset, non obstitit vallum imperator Romanus: seu fiduciam hosti superbe ostentans, sive ut subeunti sæpe ad mœnia urbis recursus pateret.

Cap. XLII. Cætera, quæ munienda erant, quum perfecisset, naves etiam in portu, velut maritimum quoque ostentans obsidionem, intruxit: circumvectusque classem, cum nouisset præfectos navium, ut vigilias noctурnas intenti servarent: omnia ubique primo obsessum hostem conari; regressus in castra, ut consilii sui rationem, quod ab urbe potissimum oppugnanda bellum orsus esset, militibus ostenderet, & spem potiundæ cohortando faceret; concione advocata ita disseruit: *Ad urbem unam oppugnandam, si quis nos addutos credidit magis operis vestri, quam emolumenti rationem exactam, milites, habet. Oppugnabitis enim, quæ maxime unius urbis, sed in una urbe universam copertis Hispaniam. Hic sunt obsides omnium nobilium regum populorumque: qui simul in potestate vestra erunt, extemplo omnia, quæ nunc sub Carthaginiensibus sunt, in dictionem transibunt. Hic opes omnis hostium sine qua neque illi gerere bellum possient: quippe qui mercenarios exercitus alunt: & quæ nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit, Hic tormenta, arma, armamenta, & omnis apparatus belli est, qui sumti eo vos instruet, & hostes nudabit. Potiemini præterea quum pulcherrima opulentissimaque urbe, tum opportunissima portu regio: unde terra marique, quæ belli usus poscunt, suppeditentur: quæ cum magna ipsi habebimus, tum dempserimus hosti non multo majora. Hæc illis arx, hoc horreum, ærarium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum est. Hinc rectus in Africam cursus est: hæc una inter Pyrenæum & Gades statio: hinc omni Hispaniæ imminet Africa. Sed quomodo vos instructos & ordinatos cognosco; ad Carthaginem Novam oppugnandam totis viribus & bono animo transeamus.* Quumque omnes una voce, *hoc facienaum*, succlamarent, eos Carthaginem duxit. tum terra marique eam oppugnari jubet.

Cap. XLIV. Contra Mago Pœnorum dux, quum terra marique instrui oppugnationem videret, & ipse copias ita disponit. Oppidanorum duo millia ab ea parte, qua castra Romana erant, opponit: quingentis militibus arcem intedit: quingentos tumulo urbis ab orientem versus imponit: multitudinem alium, quo clamor, quo subita vocasset res, intentam ad omnia occurrere jubet. Patefacta deinde porta, eos quos in via ferente ad castra hostium intruxerat, mittit. Romani, duce ipso præcipiente, eumque esse ex prostibus subitis ilis in certamine ipso subnitentes essent. Et primo haud impares fuere acie: subdidia deinde identidem summissa, e castris non averterunt solum in fugam hostes, sed adeo effusis institerunt, ut nisi receptui cecinisset, permixti fugientibus irrupturi fuisse in urbem viderentur. Perfidatio vero non in prælio major, quam tota urbe fuit. multæ stationes pavore atque fuga desertæ sunt: relictique muri, quum, qua cuique erat proximum, desiluissent. Quod ubi egressus Scipio in tumulum, quem Mercurii vocant, animadvertit, multis partibus nudata defensoribus mœnia esse; omnes e castris excitos ire ad oppugnandam urbem, & ferre scalas, juber. ipse trium præ se juvenum validorum scutis oppositis (ingens enim jam vis omnis generis telorum e muris volabat) ad urbem succedit, hortatur, imperat dum in arem sunt; quodque plurimum ad accendendos militum animos intererat, testis spectatorque virtutis atque ignaviæ cujusque adest. Itaque in vulnera acrela runt, neque illos muri, nequa superitantes armari arcere queunt, quin certatim ascendant. Et ab naibus eodem tempore ea quæ mari aliuitur, pars urbis oppugnari cœpta est. Cæterum tumultus inde major quam vis, adhiberi poterat. dum applicant, dum partim exponunt scalas milirefque, dum qua cuique proximum est, in terram evadere properant; nulla festinatione & certamine alii alios impediunt.

Cap. XLV. Inter hæc repleverat Jam Pœnus armatis muros, & vis magna ex ingenti copia congesta telorum suppeditabat. Sed neque virl, nec tela, nec quicquam aliud æque quam mœnia tutanda fide defendabant. rareæ enim scalæ altitudini æquari poterant: & quo quæque altiores, eo infirmiores erant. Itaque quum summus quisque evadere non posset, subirent tamen alii, onere ipso frangebantur, quid im stantibus scalis, quum altitudo caliginem oculis offudisset, ad

ad terram delati sunt. Et quum passim homines, fcalæque ruerent, & ipso succesfu audacia atque alacritas hostium crescerer, signum receptui datum est; quod spem non præsentis modo ab tanto certamine ac labore quietis obtesfis, sed etiam in posterum dedit; fcalis & corona capi urbem non posse. opera & difficilia esse, & tempus datura ad ferendam opem imperatoribus suis. Vix prior tumultus conticuerat, quum Scipio ab defessis jam vulneratisque recentes integrosque alios accipere fcalas jubet; & vi majore augendi urbem. Ipse, ut ei nunciatum est, æstum decedere; quod per piscatores Tarraconenses, nunc levibus cymbis, nunc, ubi ex fiderent, vadis pervagatos stagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum transitum dari; eo fecum armatos duxit. Medium ferme diei erat: & ad id quod sua sponte cedente in mare æstu trahebatur aqua, acer etiam Septentrio orrus inclinatum stagnum eodem quo æstus ferebat: & adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua esset, alibi genua vix lamberet. Hoc cura ac ratione compertum in prodigium ac Deos vertens Scipio, qui ad transitum Romanis mare verterent, & stagno auferrent, viasque antæ numquam initas humano vestigio aperirent; Neptunum jubebat ducem itineris sequi, ac medio stagno evadere ad mœnia.

Cap. XLVI. Ab terra ingens labor succedentibus erat: nec altitudine tantum mœnium impediebantur, sed quod eunres ad ancipites utrimque ictus, subjectos habebant Romanos; ut latera infestiora subeuntibus, quam adversa corpora, essent. At ex parte in alia quingenti & per stagnum facilis transitus, & in murum ascensus inde fuit. nam neque opere emunitus erat, ut ubi ipsius loci ac stagni præsidio satis creditum foret; nec ulla armatorum statio, aut custodia opposita; intentis omnibus ad opem ferendam, unde periculum oftendebatur. Ubi urbem sine certamine intravere, pergunt inde quanto maximo cursu poterant, ad eam portam, circa quam omnes contractum certamen erat. in quod adeo intenti omnium non animi solum fuere, sed etiam oculi aureique pugnantium spectantiumque. & adhortantium pugnantes; ut nemo ante ab tergo senserit capram urbem, quam tela in aversos inciderunt, & utrimque ancipitem hostem habebant. tunc turbatis defensoribus muri, & mœnia capta. & porta intus forisque pariter refringi cœpta: & moz cædendo confractis, ne iter impediretur, foribus armati imperum fecerunt. Magna multitudo & magnus terrorem debat, sed hi passim adcædem oppidanorum versi illa, quæ portam ingressa erat, justa acies, cum ducibus cum ordinibus, media urbe in forum procesfit. Inde quum duobus itineribus fugientes viderat hostes, alios ad tumultum in orientem versum, qui terebatur quingentorum militum præsidio, alios in arcem, in quam & ipse Mago cum omnibus fere armatis, qui muris pulsi fuerant, refugerant; partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit: partim ipse ad arcem ducit. & tumultus primo impetu est captus, & Mago arcem conatus defendere, quum omnia hostium plena viderer, neque spem ullam esse; se arcemque & præsidium dedidit. Quod dedita arx est, & cædes tota urbe passim factæ: nec ulli puberum, qui obvius fuit, parcebatur. tum signo dato cædibus finis factus. ad prædam victores versi, quæ ingens omnis generis fuit.

Cap. XLVII. Liberorum capitum virile sœcus ad decem millia capta. Inde qui cives Novæ Carthaginis erant, dimisit: urbemque, & sua omnia, quæ relicta eis bellum fecerat, restituit. Mpiacos ad duo millia hominum erant, eos publicos fore populi Romani edixit; cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli enixe operam navassent. Cæteram multitudinem incolarum juvenum, ac validorum ferworum, in classem ad supplementum remigum delegit. & auxerat navibus octo captivis classem. Extra hanc multitudinem Hispanorum oblides erant: quorum perinde, ac si sociorum liberi essent, cura habita. Captus & apparatus ingens belli; catapultæ maximæ formæ centum viginti, minores ducentæ octoginta & una: ballistæ majores viginti tres, minores quinquaginta duæ: scorpionum majorum minorumque, & armorum telorumque, ingens numerus: signa militaria septuaginta quatuor. Et auri argentique relata ad imperatorem magna vis: pateræ aureæ fuerunt CCLXVI. libras fermè omnes pondo: argenti facti, signatique decem & octo millia & CCC pondo: vasorum argenteorum magnus numerus. Hæc omnia C. Flaminio quæstori appensa adnumerataque sunt. tritici quadraginta millia modium, hordei ducenta septuaginta. Naves onerariæ CXIII in portu expugnatæ, capræque: quædam cum suis oneribus, frumento, armis, ære præterea, ferroque, & linteis, & sparto, & navali alia materia ad classem ædificandam: ut minimum omnium, inter tantas opes belli captas, Carthago ipsa fuerit.

Cap. XLVIII. Eo die Scipio C. Lælio cum sociis navalibus urbem custodire jusso, ipse in caftra legiones reduxit: fessosque milites omni-

bus

bus uno die belli operibus (quippe qui & acie dimicassent, & capiendæ urbe tantum laboris periculique adissent, & capta, cum iis qui in arcem confugerant, iniquo etiam loco pugnassent) curare corpora jussit. Postero die militibus navalibusque sociis convocatis, primum Dijs immortalibus laudesque Scipionis egit, qui se non urbis solum opulentissimæ omnium in Hispania uno die compotem fecissent, sed ante eo congressis omnis penè Africæ atque Hispaniæ opes: ut neque hostibus quicquam relinquereretur, & sibi ac suis omnia superessent. Militum deinde virtutem collaudavit, quod eos non eruptio hostium, non altitudo mœnium, non inexplorata ætate vada, non castellum in alto tumulo situm, non munitissima arx deterruisset, quo minus transcenderent omnia, perrumperentque. Itaque quamquam omnibus omnia deberet, præcipuum tamen murali corona decorus esse se, qui primus murum ascendisset, profiteretur, qui se dignum eo ducere dono. Duo profecti sunt. Q. Trebellius centurio legionis quartæ, & Sex. Digitius socius navalis. nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quam studia excitaverant uterque sui corporis hominum. Socios C. Lælius præfectus classis; legionarios, M. Sempronius Tuditanus aderat. Ea contentio quum prope seditionem veniret, Scipio tres recuperatores quum se daturum pronunciasset, qui cognita caussa testibusque auditis judicarent, uter prior in oppidum transcendisset; C. Lælio, & M. Sempronio advocatis partis utriusque, P. Cornelium Caudinum de medio adjecit: eosque tres recuperatores confidere, & caussam cognoscere jussit. Quum res eo majore agreretur certamine, quod amori tantæ dignitatis non tam advocati quam moderatores studiorum fuerant; C. Lælius, relicto consilio, ad tribunal ad Scipionem accessit, eumque docet, *rem sine modo ac modestia agi: ac prope esse, ne manus inter se conserant. Cæterum etiamsi vis abfit, nihilominus detestabili exemplo res agi: quippe ubi fraude ac perjurio de victoria pratur virtutis. Stare hinc legionarios milites, hinc classicos, per omnes Deos paratos jurare magis quæ velint, quam quæ sciant vera esse: eo obstringere perjurio non se solum suumque caput, sed sacra militaria & aquilas, sacramentique religionem. Hæc se ad eum de sententia P. Cornelii, & M. Sempronii deferre.* Scipio collaudato Lælio; ad concionem advocavit, pronunciavitque, *Se satis compertum habere, Q. Trebellium & Sex. Digitium pariter in murum ascendisse: sequo eos ambos virtutis caussa coronis muralibus donare.* tum reliquos, prout cuique meritum virtusque erat, donavit. ante omnes C. Lælium præfectum classis, & omni genere laudis fibimetipsi æquavit, & corona aurea ac triginta bubus donavit.

Cap. XLIX. Tum obsides civitatum Hispaniæ vocari jussit: quorum quantus numerus fuerit, piget scribere. quippe quibus alibi trecentos ferme, alibi sexaginta aut viginti quinque fuisse inveniam. Æque & alia inter auctores discrepant. Præfidium Punicum, alius decem, alius septem, alius haud plus quam duum millium fuisse scribit. Capta alibi decem millia capitum, alibi supra quinque & viginti invenias. Scriptores majores minoresque ad sexaginta capros scripserim, si auctorem Græcum sequar Silenum: si Valerium Antiatem, majorum scorpionum sex millia, minorum tredecim: adeo nullus mentiendi modus est. Ne de ducibus quidem convenit. plerique C. Lælium præfuisse classi, sunt qui M. Junium Silanum dicant. Armen præfuisse Punico præsidio, deditumque Romanis, Antias Valerius; Magonem alii scriptores tradunt. Non de numero navium captarum, non de pondere auri atque argenti, & redactæ pecuniæ, convenit. Si aliquibus assentiri necesse est; media fimillima veris sunt. Cæterum Scipio, vocatis obsidibus, primum universos bonum animum habere jubet. *Venisse eos in populi Romani potestatem, qui beneficio quam metu obligare homines malit: exteriusque gentes fide ac societate junctas habere, quam tristi fubjectas servitio.* Deinde acceptis nominibus civitatum, recensuit captivos; quot cujusque populi essent: & nuncios domum misit, ut ad suos quisque reciperandos veniret. Si quarum forte civitarum legati aderant, eis præfentibus suos restituit: cæterorum curam benigne tuendorum C. Flaminio quæstori attribuit. Inter hæc è media turba obsidum mulier magno natu, Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit, obtestarique cœpit: ut curam cultumque fœminarum impensius cultodibus commendaret. quum Scipio, nihil profecto defuturum, diceret; tum rursus mulier, *Haud magni ista facimus*, inquit, *quid enim huic fortunæ non satis est? Alia me cura, ætatem harum intuentem (nam ipsa jam extra periculum injuriæ muliebris sum) formulat.* Ætate & forma florentes circa erant Indibilis filiæ, aliæque nobilitate pari, quæ omnes eam pro parente colebant. Tum Scipio, *Mea, populique Romani disciplina caussa facerem*, inquit, *ne quid, quod sanctum usquam esset, apud nos violaretur. unus ni id curam impensius*

virgini quoque virtutis dignitatisque facit: quæ ne in malis quidem oblita decoris matronalis ejus. Spectatæ deinde integritatis viro traditur eas, puerique haud secus verecunde ac modeste, quam hospitum conjuges ac matres jussit.

Cap. L. Captiva deinde à militibus adducitur ad eum adulta virgo; adeo eximia forma, ut quæcunque incedebat, converteret omnium oculos. Scipio percunctatus patriam parentesque; inter cætera accepit, desponsam eam principi Celtiberorum adolescenti: Allucio nomen erat. Extemplo igitur parentibus sponsoque ab domo accitis, quum interim audirent deperire eum sponsæ amore; ubi primum venit, accusatione eum firmone quam parcissime adhibita, *Juvenem, inquit, imperatorem opto: quo minor sit inter nos hujus connubii verecundia: scio, quum sponsa tua capta à militibus nostris ad me ducta esset, auctoremque eam tibi cordi esse, ea forma faceret fatem; quia ipse, si tuis annos ludo ætatis, præsertim quod ea res legitimo amore* [ea non re publica] *animum nostrum occupasset, veniam mihi dari sponsam impensius amanti vellem: tuo, cui is possum, amori faveo. Fuit sponsa tua apud me eadem, quæ apud soceros tuos parentesque suos verecundia: servata tibi ea, ut inviolatum & integrum ad tuque dari tibi conjugem posset. Hanc mercedem unam pro eo numere pacisco; amicus populo Romano jis: ea si me verum bonum credis esse, quales patrem patrumque meum jam ante hæ gentes norant, scias multos nostri similes in civitate Romana esse: nec ullum in terris populum hodie dici posse, cui virtute tibi hostem tuisque esse velis, aut amicum malis.* Adolescens, simul pudore & gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens, Deos omnes invocare ad gratiam illi pro se referendam; quoniam ibi nequaquam satis facultatis pro tanto animo atque illius erga se merito esset. Parentes inde congratiique virginis appellati, qui quoniam gratis sibi redderetur virgo; ad quam redimendam satis magnum attulissent auri pondus; orare Scipionem, ut id ab se donum accipere, cœperunt: haud minorem ejus rei nquid se gratiam furu ans effe, affirmantes, quam redditæ invielatæ forret virginis. Scipio, quando tanto opere peterent, accepturum se pollicitus, poni ante pedes jussit: vocatoque ad se Allucio, *Super dotem, inquit, quam accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedent,* aurumque tollere, ac sibi habere jussit. His latus domis honoribusque dimissus domum, implevit populares laudibus meritis Scipionis: Veniſſe Dis fimillimum juvenem; vincentem omnia, quum armis, tum benignitate ac beneficiis. Itaque delectu clientium habito, cum delectis mille & quadringentis equitibus intra paucos dies ad Scipionem reverit.

Cap. L I. Scipio retentum secum Lælium, dum captivos obsidesque & prædam ex consilio ejus disponeret; satis omnibus compositis, data quinquereme, captivisque Magone & quindecim fere senatoribus, qui simul cum eo capti erant, in navem impositis, nuncium victoriæ Romam mittit. Ipse paucos dies, quibus morari Carthagine statuerat, exercendis navalibus pedestribusque copiis absumptit. Primo die legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt: secundo die arma curare & tergere ante tentoria jussit: tertio die rudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt: præpilatique missilibus jaculati sunt: quarto die quies data: quinto iterum in armis decursum est. Hunc ordinem laboris, quietisque, quoad Carthagine morati sunt, servarunt. Remigium duplicique militum tranquillo in altum evecti, agilitatem navium simulacris navalis pugnæ experiebantur. Hæc extra urbem terra marique, corpora simul, animosque ad bellum acuebant. urbs ipsa strepebat apparatu belli, fabris omnium generum in publica officina inclusis: duæ cuncta peri cula obibant, una in classe ac navali erat, nunc cum legionibus decurrebat: nunc operibus aspiciendis tempus dabat, quæque in officinis, quæque in armamentario ac navalibus fabrorum multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat. His ita inchoatis, redditique quæ adhuc militi erant, dispositisque præsidiis ad custodiam urbis; Tarraconem est profectus, à multis legationibus protinus in via aditus. quas partim dato responso ex itinere dimisit, partim distulit Tarraconem, quo omnibus novis veteribusque fociis, edixerat conventum. Et multi fere, qui cis Iberum incolunt populi, multi etiam ulteriores provinciæ convenerunt. Carthaginiensium duces, primo ex industria famam captæ Carthaginis compresserunt: deinde ut clarior res erat, quam ut regi ac dissimulari posset, elevabant verbis. *Nec opinato adventu ac prope furto urbem dici urbem unam Hispaniæ interceptam. cujus rei tam parvæ præmio clatum insolentem juvenem, immodico gaudio speciem magnæ victoriæ imposuisse. At ubi appropinquare tres duces, tres victores hostium exercitus audisset, occurfuram ei exemplo domesticorum funerum memoriam.* Hæc in vulgus jactabant; haudquaquam ipsi ignari, quantum sibi ad omnia virium Carthagine amissa decessisset.

EPI-

EPITOME LIBRI XXVII.

CN. Fulvius Proconsul cum exercitu ab Annibale ad Herdoneam cæsus est. Meliore eventu à Claudio Marcello consule adversus eundem ad Numistronem pugnatum est. Inde Annibal noctu recessit. Marcellus insecutus est, & subinde cedentem prælit. donec congrederet. priore pugna Annibal superior fuit, Marcellus insequenti. Fabius Maximus pater consul Tarentinos per proditionem recepit. In Hispania ad Baculam Scipio cum Asdrubale Amilcaris consistit & vicit. Inter alia captiva puerum regalem eximiæ formæ ad avunculum Masinissam cum donis dimisit. Claudius Marcellus, T. Quintius Crispinus consules speculatæ causa egressi cum paucis, insidiis ab Annibale circumventi sunt. Marcellus occisus fuit, Crispinus fugit. Res præterea à P. Sulpicio Prætore adversus Philippum & Achæos gestas continet. Lustrum à censoribus constitutum est: censa sunt civium capita centum triginta septem millia centum & octo: ex quo numero apparuit quantum hominum toi prælioruin adversa fortuna populo Romano consumsisset. Asdrubal, qui cum exercitu nova transcenderat Alpes, ut se Annibali conjungeret, cum millibus hominum quinquaginta fere cæsus est, M. Livii consulis ductu; sed non minore opera Claudii Neronis consilio. qui quum Annibali oppositus esset, relictis castris, ita ut hostem falleret, electa manu profectus, Asdrubalem circumvenit.

CAPUT I.

Ic status rerum Hispaniæ erat. In Italia consul Marcellus, Salapia per proditionem recepta, Maronem & Meles de Samnitibus vi cepit. Ad tria millia militum ibi Annibalis, quæ præsidii causa relicta erant, cæsa. Præda (& aliquantum ejus fuit) militi concessa. triticí quoque ducenta quadraginta millia modium, & centum decem millia hordei inventa. Cæterum nequaquam inde tantum gaudium fuit, quanta clades intra paucos dies accepta est. haud procul ab Herdonea urbe. Castra ibi Cn. Fulvius proconsul habebat, ipe recipiundæ Herdoneæ, quæ post Cannensem cladem ab Romanis defecerat, nec loco satis tuto posita, nec præsidiis firmata. Negligentiam insitam ingenio ducis augebat spes ea, quod labare iis adversus Poenum fidem intellexerat, postquam Salapia amisa excessisse his locis Annibalem in Bruttios auditum est. Ab Herdonea ea omnia per occultos nuncios delata Annibali, simul curam sociæ retinendæ urbis, & spem fecere incautum hostem aggrediendi. exercitu expedito, ita ut famam prope præveniret, magnis itineribus ad Herdoneam contendit, & quo plus terroris hosti objiceret, acie instructa accessit. Par audacia Romanus, consilio & viribus impar, copiis raptim eductis confixit. quinta legio & finitima ala acriter pugnam inierunt. Cæterum Annibal signo equitibus dato, ut, quum pedestres acies occupassent prælenti certamine oculos animosque, circumvecti, pars castra hostium, pars terga trepidantium invaderent; ipse in Fulvii similitudinem nonnihil, quod Cn. Fulvium prætorem biennio ante in Iitdem devicerat locis, increpans, similem eventum pugnæ fore, affirmabat. Neque ea spes vana fuit. nam quum cominus acie & peditum certamine multi cecidissent Romanorum, starent tamen ordines signaque; equestris à tergo tumultus, simul à castris clamor hostilis auditus, sextam ante legionem, quæ in secunda acie posita, prior ab Numidis turbata est; quintam deinde, atque eos qui ad prima signa erant, avertit. Pars in fugam effusi, pars in medio cæsi: ubi & ipse Cn. Fulvius cum undecim tribunis militum cecidit. Romanorum fociorumque quot cæsa in eo prælio millia sint, quis pro certo affirmet? quum crederetur millia alibi, alibi haud plus quam septem inveniam. Castris prædaque victor potitur. Herdoneam, quia & defecturam fuisse ad Romanos compertum, nec munitam in fide, si inde abscessisset; multitudine omni Metapontum ac Thurios traducta, incendit, occiditque principes, qui cum Fulvio colloquia occulta habuisse comperti sunt. Romani, qui ex tanta clade evaserant, diversis itineribus semermes ad Marcellum consulem in Samnium perfugerunt.

Cap. II. Marcellus nihil admodum tanta clade territus, literas Romam ad Senatum de duce & exercitu ad Herdoneam amisso scribit. cæterum, *eundem se, qui post Cannensem pugnam ferocem victoriâ Annibalem continuisset; ire adversus eum, brevem illi lætitiam qua exsultet fortu-*

rum. Et Romæ quidem quum luctus ingens ex præterito, tum timor in futurum erat. Consul ex Samnio in Lucanos transgressus, ad Numitronem in conspectu Annibalis loco plano, quum Pœnus collem teneret, posuit castra. Addidit & aliam fidentis speciem, quod prior in aciem eduxit. nec detrectavit Annibal, ut signa portis efferri vidit. Ita ramen acies instruxerunt, ut Pœnus dextrum cornu in collem tegeret, Romani sinistrum ad opidum applicarent. Ab hora tertia quum ad noctem pugnam extendissent, fessæque pugnando primæ acies essent, ab Romanis prima legio & dextera ala, ab Annibale Hispani milites & funditor Baleares, elephanti quoque, commisso jam certamine, in prælium acti. Diu pugna neutro inclinata fluctit. Primæ lationi tertia, dextræ alæ sinistra subiit, & apud hostes integri à festis pugnam accepere. Novum atque atrox prælium ex tam fegri repente exarsit: recentibus animis corporibusque: sed nox incerta victoria diremit pugnantes. Postero die Romani ab ipse orto, in multum diei stetere in acie: ubi nemo hostium adversus prodiit; spolia per orium legere, & congestos in unum locum cremavere suos. Nocte insequenti Annibal silentio movit castra, & in Apuliam abiit: Marcellus ubi lux fugam hostium aperuit, sauciis cum præsidio modico Numistrone relictis, præsolitoque his L. Furio Purpureone tribuno militum, vestigiis intlirit sequi. Ad Venusiam adeptus eum est. Ibi per dies aliquot quum ab stationibus procursaretur; mista equitum peditumque tumultuosa magis prœlia quam magna, & ferme omnia Romanis fecunda fuerunt. Inde per Apuliam duêti exercitus, sine ullo memorando certamine; quum Annibal nocte signa moveret, locum insidiis quærens: Marcellus, nisi certa luce, & explorato ante, non sequeretur.

Cap. III. Capuæ interim Flaccus dum bonis principum vendendis, agro, qui publicatus fuerat, locando (locavit autem eorum frumenti tempus terit; ne deesset materia in Campanos fæviendi, novem in occulto glisCens per indicium protractum est facinus. milites ædificiis enormos, simul ut cum agro recta urbis fruenda locarentur, simul metuens, ne suum quoque exercitum, sicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emolliret; in portis muriique fibimet ipsos recta militariter coegerat ædificare. erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta; stramento intecta omnia, velut de industria; alimentis ignis. Hæc noctis una hora ut omnia incenderent centum septuginta Campani, principibus fratribus Blosiis, conjuraverant. indicio ejus rei ex familia Blosiorum facto, portis regente justu proconsulis clausis, quum ad arma signo dato milites concurrissent; comprehensi omnes qui in nexa erant, & quæstione acriter habita, damnati necatique: indicibus libertas, & æris dena millia data. Nucerinos, & Acerranos querentes, ubi habitarent non esse, Acerris ex parte incendiis, Nuceria deleta, Romanum Fulvius ad tenatum misit. Acerranis permissum, ut ædificarent quæ incensa erant: Nucerini Atellam, quia id maluerant (Arellanis Calatiam migrare justis) traduxit. Inter multas magnasque res, quæ nunc secundæ, nunc adverse occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinæ quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius, & P. Aquilius, in Etruriam legati ad frumentum coëmendum quod Tarentum portaretur, profecti: & mille milites de exercitu urbano, par numerus Romanorum sociorumque, eodem in præsidium cum frumento missi sunt.

Cap. IV. Jam ædilas in exitu comitiorumque consularium instabat tempus. sed litteræ Marcelli negantis e republica esse, vestigium abiceli ab Annibale, cui cedenti, certamenque abnuenti gravius ipse instarer; curam injecerant, ne aut consulem tum maxime res agentem à bello avocarent, aut in annum consules deessent. Optimum visum est, quamquam extra Italiam esset, Valerium potius consulem ex Sicilia revocari. Ad eum litteræ justu senatus ab L. Manlio prætore urbis missæ, cum lireris consulis M. Marcelli: ut ex iis nosceret, quæ causa Patribus eum potius quam collegam revocandi ex provincia esset. Eo fere tempore legati ab rege Syphace Romam venerunt; quæ is prospera prœlia cum Carthaginiensibus feciisset, memorantes. *Regem nec inimiciorem ullt populo quam Carthaginiensi, nec amiciorem quam Romano*, affirmabant *esse. mississe eum antea legatos in Hispaniam ad Cn. & P. Cornelios, imperatores Romanos. nunc ab ipso velle fonte petere Romanorum amicitiam voluisse*. Senatus non legatis modo benigne respondit, sed & ipse legatos cum donis ad regem misit, L. Genucium, P. Pœtelium, P. Popilium. Dena rulere, togam, & tunicam purpuream, sellam eburneam, pateram ex quinque pondo auri factam. Pretenus & alios Africæ regulos justi adire, lis quoque quæ darentur, portata, togæ prætextæ, & ternum pondo pateræ aureæ. Et Alexandriam ad Ptolemæum Cleopatramque reges M. Atilius & Manius Acilius legati, ad commemorandam renovandamque amicitiam missi,

missi, dona tulere: Regi togam, & tunicam purpuream cum sella eburnea: Reginæ, pallam pictam cum amiculo purpureo. Multa ea ætate, qua hæc facta sunt, ex propinquis urbibus agrisque nunciata sunt prodigia; Tusculi agnum cum ubere lactenti natum: Jovis ædis culmen fulmine ictum, ac prope omni tecto nudatum. Ilsdem ferme diebus, Anagniæ terram ante portam ictam, diem ac noctem sine ullo ignis alimento arsisse. & aves, ad compitum Anagninum, in luco Dianæ nidos in arboribus reliquisse. Tarracinæ in mari haud procul portu angues magnitudinis miræ, lascivientium piscium modo exultasse. Tarquiniis porcum cum ore humano genitum. Er in agro Capenate, ad lucum Feroniæ, quatuor signa sanguine multo diem ac noctem sudasse. Hæc prodigia hostiis majoribus procurata decreto pontificum: & supplicatio diem unum Romæ ad omnia pulvinaria, alterum, in Capenate agro ad Feroniæ lucum, indicta.

Cap. V. M. Valerius consul literis excitus, provincia exercituque mandato Cinclo prætori, M. Valerio Messala præfecto classis, cum parte navium in Africam, prædatum simul speculatumque, quæ populus Carthaginiensis ageret parareque, misso; ipse decem navibus Romam profectus quum prospere pervenisset, senatum extemplo habuit. ibi de suis rebus pectis commemoravit. *Quum annos prope sexaginta in Sicilia terra marique sæpe magnis cladibus bellatum esset, se eam provinciam confecisse. neminem Carthaginiensem in Sicilia esse: neminem Siculum, qui metu inimicus fugati afuerint, non esse: omnes in urbes, in agros suos redactos, aratra serere, colentia reconi tandem terram, frugiferam ipsis cultoribus, populoque Romano pace ac bello fidissimum annonæ subsidium.* Exin Mutine, & si quorum alium merita erga populum Romanum erant, in senatum introducti; honores omnibus, ad exscivendam fidem consulis habiti. Mutines etiam civis Romanus factus; rogatione ab tribuno plebis ex auctoritate Patrum ad plebem lata. Dum hæc Romæ geruntur, M. Valerius Messala quinquaginta navibus quum ante lucem ad Africam accessisset, improvisio in agrum Utinensem effecentionem fecit: eumque late depopulatus, multis mortalibus cum alia omnis generis præda captis, ad naves rediit, atque in Siciliam transmisit: tertiodecimo die, quam profectus inde erat, Lilybæum revectus. Ex captivis, quæ sione habita, hæc comperta: consulique Lævino omnia ordine perscripta, ut sciret quo in statu res Africæ essent. *Quinque millia Numidarum cum Massinissa Gala filio accrrimo juvene Carthagine esse: & alios per totam Africam milites mercede conduci, qui in Hispaniam ad Asdrubalem trajicerentur; ut is quam maximo exercitu primo quoque tempore in Italiam transgressus, jungeret se Annibali. in eo positam victoriam credere Carthaginienses. Classem præterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam, eamque se credere brevi trajecturam.* Hæc recitata a consule, ita movere senatum, ut non exspectanda cominia consuli censerent, sed dictatorem comitiorum habendorum causa dici, & extemplo in provinciam redeundum. Illa disceptatio tenebat, quod consul in Sicilia se M. Valerium Messalam, qui tum classi præesset, dictatorem dicturum esse ajebat: Patres extra Romanum agrum (eum autem in Italia terminari) negabant dictatorem dici posse. M. Lucretius tribunus plebis, quum de ea re consuleret, ita decrevit senatus, *Ut consul prius quam ab urbe discederet, populum rogaret, quem dictatorem fieri placeret: eumque quem populus jussisset, dicere dictatorem. Si consul noluisset, prætor urbanus populum rogaret: si ne is quidem vellet, tum tribuni ad plebem ferrent.* Quum consul se populum rogaturum negasset, quod suæ potestatis esset, prætoremque vetussiet rogare: tribuni plebis rogarunt, plebesque scivit, ut Q. Fulvius, qui tum ad Capuam erat, dictator diceretur. Sed quo die id plebis concilium futurum erat, consul clam nocte in Siciliam abiit. destituntque Patres literas ad M. Claudium mittendas censuerunt, ut desertæ ab collega reipublicæ subveniret, diceretque, quem populus jussisset, dictatorem. Ita a Claudio consule Q. Fulvius dictator dictus, & ex eodem plebiscito & ab Q. Fulvio dictatore P. Licinius Crassus Pontifex maximus magister equitum dictus.

Cap. VI. Dictator posteaquam Romam venit, Cn. Sempronium Blæsum legatum, quem ad Capuam habuerat, in Etruriam provinciam ad exercitum misit; in locum C. Calpurnii prætoris: quem, ut Capuæ exercituque fuo præsset, literis excivit. Ipse comitia in quem diem primum potuit, edixit: quæ certamine inter tribunos dictatoremque injecto, perfici non potuerant. Galeria juniorum, quæ sorte prærogativa erat, Q. Fulvium & Q. Fabium consules dixerat eodemque jure vocatæ inclinassent, ni tribuni plebis C. & L. Arennii se interposuissent: qui neque magistratum continuari satis civile esse ajebant: &

multo feodioris exempli, eum ipsum creari qui comitia haberet. Itaque si suum nomen dictator acciperet se comitiis intercessuros: si alterum præterquam ipsius, ratio haberetur, comitiis se moram non facere. Dictator causam coniuriorum auctoritate senatus, plebiscito, exemplis tutabatur. namque Cneo Servilio consule, quum Cajus Flaminius alter consul ad Trasimenum cecidisset; ex auctoritate Patrum ad plebem latum, plebemque sciviße, ut quoad bellum in Italia esset, ex iis qui consules fuissent, quos & quoties vellet, reficiendi consules populo jus esset. exemplumque eam in rem se habere verus Lucii Pothumii Megelli, qui interrex iis comitiis quæ ipse habuisset, consul cum Cajo Junio Bubulco creatus esset; recens Quinti Fabii, qui sibi continuari consulatum, nisi id bono publico fieret, profecto numquam fisset. His orationibus quum diu certarum esset, postremo ita inter dictatorem ac tribunos convenit, ut eo quod cenßuisset senatus, staretur. Patribus id tempus reipublicæ visum est, ut per veteres, & expertos, bellique peritos imperatores respublica gereretur. itaque moram fieri comitiis non placere. Concedentibus tribunis, comitia habita. Declarati consules Quintus Fabius Maximus quintum, Quintus Fulvius Flaccus quartum. Prætores inde creati, Lucius Veturius Philo, Titus Quinctius Crispinus, C. Hostilius Tubulus, Cajus Aurunculeius. Magistratibus in annum creatis, Quintus Fulvius dictatura se abdicavit. Extremo actatis hujus, classis Punica navium quadraginta cum præfecto Amilcare in Sardiniam trajecta; Oibiensem primo, dein postquam ibi Publius Manlius Vulso prætor cum exercitu apparuit, circumacta inde ad alterum insulæ latus, Caralitanum agrum vastavit: & cum prædæ omnis generis in Africam vedlis. Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot sufficiebant. Cajus Servilius Pontifex factus in locum Titi Otacilii Crassi. Tiberius Sempronius Tiberii F. Longus augur factus in locum T. Otacilii Crassi. Decemvir item faciendis in locum Tiberii Sempronii C. F. Longi Tiberius Sempronius Tiberii F. Longus sufficetus. Marcus Marcius rex sacrorum mortuus est: & Marcus Æmilius Papus maximus curio. neque in eorum locum sacerdotes eo anno sufficti. Et censores hic annus habuit Lucium Veturium Philonem, & Publium Licinium Crassum, maximum pontificem. Crassus Licinius nec conful, nec prætor ante fuerat, quam censor est factus. ex adiilitate gradum ad censuram fecit. Sed hi censores neque senatum legerunt, nec quicquam publicæ rei egerunt: mors diremit L. Veturii. inde & Licinius censura se abdicavit. Ædiles curules L. Veturius, & P. Licinius Varus, ludos Romanos diem unum instaurarunt. Ædiles plebis Q. Catius, & L. Porcius Licinus ex multaticio argento signa ænea ad Cereris dedere: & ludos pro temporis ejus copia magnifici apparatus fecerunt.

Cap. VII. Exitu anni hujus, die quarta & trigesima quam ab Tarracone profectus erat, Cajus Lælius legatus Scipionis Romam venit. ipsum cum agmine captivorum ingressus urbem, magnum concursum hominum fecit. Postero die in senatum introductus, captam Carthaginem, caput Hispaniæ, uno die, receptaque aliquot urbes, quæ defecisset, renovatæque in societatem ejus, exposuit. Ex captivis comperta his fere congruentia, quæ in literis fuerant M. Valerii Maximæ. Maxime movit Patres Afdrubalis transitus in Italiam; vix Annibali atque ejus armis sublistentem. Productus & in conionem Lælius eadem edisserult. Senatus eo res feliciter à P. Scipione gestas, supplicationem in unum diem decrevit. C. Lælium primo quoque tempore cum quibus venerat navibus, redire in Hispaniam justit. Carthaginis expugnationem in hunc annum conuli, multis auctoribus: haud nescius, quosdam esse, qui anno insequenti captam traditerint. Quod mihi minus simile veri visum est, annum integrum Scipionem nihil gerundo in Hispania consumpsisse. Q. Fabio Maximo quintum, Q. Fulvio Flacco quartum consulibus, Idibus Martiis, quo die magistratum inierant, Italia annalis provincia decreta; rectionibus tamen partitum imperium: Fabius ad Tarentum, Fulvius in Lucanis ac Bruttiis rem gereret. M. Claudio prorogatum in annum imperium. Prætores sorti provincias: C. Hostilius Tubulus urbanam, L. Veturius Philo lus peregrinam cum Gallia, T. Quinctius Crispinus Capuam, Cajus Aurunculeius Sardiniam. Exercitus ita per provincias divisi. Fulvio duæ legiones, quas in Sicilia M. Valerius Lævinus habuerat: Quinto Fabio, quibus in Etruria C. Calpurnius profuisset, decretæ. Exercitus urbanus ut in Etruriam succederet: Cajus Calpurnius eidem præesset provinciæ exercitui que: Capuam, exercitumque, quem Q. Fulvius habuisset, Titus Quinctius obti-

obtineret. Cajus Hostilius ab Cajo Lætorio proprætore provinciam exercitumque, qui tum jam Arimini erat, acciperet. M. Marcello, quibus consul bene rem gesserat, legiones decretæ: M. Valerio cum L. Cincio (his quoque eft enim prorogatum de Sicilia imperium) Cannenfis exercitus datus: eumque fuppleve ex militibus qui ex legionibus Cnei Fulvii fuperefient, juffi. Conquifitos eos, confules in Siciliam miterunt: additaque eadem militiæ ignominia, fub qua Cannenfes militabant; quique ex prætoris Cnei Fulvii exercitu ob fimilis iram fugæ miffi eo ab fenatu fuerant. Cajo Aurunculeio eædem in Sardinia legiones, quibus Publius Manlius Vulfo eam provinciam obtinuerat, decretæ. Publio Sulpicio eadem legione, eademque claffe Macedoniam obtinere juffo, prorogatum in annum imperium. triginta quinqueremes ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium confulem mitti juffæ: cætera claffe prædatum in Africam, aut ipfum M. Valerium Lævinum trajicere; aut mittere, feu Lucium Cincium, feu Marcum Valerium Meffalam. Nec de Hifpania quicquam mutatum, nifi quod non in annum Scipioni Silanoque, fed donec revocati ab fenatu forent, prorogatum imperium eft. Ita provinciæ exercituumque in eum locum partita imperia.

Cap. VIII. Inter majorum rerum curas comitia maximi curionis, quum in locum M. Æmilii facerdos crearetur, vetus excitaverunt certamen; patricios negantibus C. Mamilii Vituli, qui unus ex plebe perebat, habendam rationem effe: quia nemo ante eum, nifi ex patribus, id facerdotium habuiffet. Tribuni appellari, ad fenatum rejecerunt. Senatus populi poteftatem fecit. Ita primus ex plebe creatus maximus curio C. Mamilius Virnius. Et flaminem dialem invitum inaugurari coegit P. Licinius pontifex maximus Cajum Valerium Flaccum. Decemvir facris faciundis creatus in locum Q. Mucii Scævolæ demortui, C. Lætorius. Cauffam inaugurari coacti flaminis libens reticuiffem, ni ex mala fama in bonam vertiffet. Ob adolefcentiam negligentem luxuriofamque Cajus Flaccus flamen captus à Publio Licinio pontifice maximo erat; L. Flacco fratri germano, cognatifque aliis ob eadem vitia invifus. Is, ut animum ejus cura facrorum & cærimoniarum cepit, ita repente exuit antiquos mores, ut nemo in tota juventute haberetur prior, nec probatior primoribus Patrum, fuis pariter alienifque, effet. Huius famæ confenfu elatus ad juftam fiduciam fui, rem intermiffam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetivit, ut in fenatum introiret. Ingreffum eum curiam quum Lucius Licinius prætor inde eduxiffet, tribunos plebis appellavit flamen. Vetuftum jus facerdotii repetebat: datum id cum toga prætexta, & fella curuli & flaminio effe. Prætor, non exoleris vetuftate annalium exemplis ftare jus, fed recentiffimæ cujufque consuetudinis uffu volebat: nec patrum, nec avorum memoria Dialem quemquam id jus ufurpaffe. Tribuni, rem inertia flaminum obliteratam, ipfis, non facerdotio damno fuiffe, quum æquum cenfuiffent, ne ipfis quidem contra tendentes præcire, maeno affenfu Patrum plebifque, flaminem in fenatum introduxerunt; omnibus ita exiftimantibus, magis fanctitate vitæ, quam facerdotii jure, rem flaminem obtimiffe. Confules prius quam in provincias irent, duas urbanas legiones in fupplementum, quantum opus erat cæteris exercitibus, militum fcripferunt. Urbanum veterem exercitum Fulvius conful Cajo Fulvio Flacco legato (frater hic confulis erat) in Etruriam dedit ducendum: & legiones, quæ in Etruria erant, Romam deducendas. Et Fabius conful reliquias exercitus Fulviani conquitas (fuere autem ad tria millia recenti triginta fex) Quintum Maximum filium ducere in Siciliam ad M. Valerium proconfulem juffit: atque ab eo duas legiones, & triginta quinqueremes accipere. Nihil hæc edifte ex infula legiones minuerunt nec viribus nec fpecie ejus provinciæ præfidium. Nam quum præter egregie fuppletas duas veteres legiones, transfugarum etiam Numidarum equitum peditumque magnam vim haberet, Siculos quoque qui in exercitu Epicydis aut Pœnorum fuerant, belli peritos vilos militari fcripfit. Ea externa auxilia quum fingulis Romanis legionibus adjunxiffet, duorum fpeciem exercituum fervavit: altero L. Cincium partem infulæ, qua regnum Hieronis fuerat, tueri juffit: altero ipfe cæteram infulam tuebatur: divifam quondam Romani Punicique imperii finibus: claffe quoque navium feptuginta partita, ut omni ambitu littorum præfidia oræ maritimæ eflent. Ipfe cum Mutinis equitatu provinciam peragrabat; ut viferet agros, cultaque ab incultis notaret: & perinde domitos laudaret caftigaretque. Ita tan-

tarum ea cura frumenti provenit, ut & Romam mitteret, & Catanam conveheret, unde exercitui, qui ad Tarentum æstiva æcturus esset, posset præberi.

Cap. IX. Cæterum transportati milites in Siciliam (& erant major pars Latini nominis, foederumque) prope magni motus causa fuere: adeo ex parvis sæpe magna sum momenta rerum pendentia feminitas enim inter Latinos, foederumque in concilii ortus: *Decimum annum delectibus, stipendiis exhaustos esse, quotannis ferme clade magna pugnare. Alios in acie occidi, alios morbo absumi: magis perire sibi civem, qui ab Romano miles lectus sit, quam qui à Poeno captus, quippe ab hoste gratis remitti in patriam; ab Romanis contra Italiam in exilium vertisse, quam in militiam abiegari. Octavum jam ibi annum senescere Cannensem militem, mortiurum antequam Italia hostis* (quippe nunc quum maxime florens viribus) *excedat. Si veteres milites non redeant in patriam, novi legantur, brevi neminem superfuturum. Itaque quod propediem res ipsa negatura sit, priusquam ad ultimam solitudinem atque egestatem perveniant, negandum populo Romano esse. Si consentientes in hoc socios videant Romani, profecto de pace cum Carthaginiensibus jungenda cogitaturos. aliter numquam, vivo Annibale, sine bello Italiam fore.* Hæc acta in conciliis. Triginta tum coloniæ pop. Rom. erant, ex iis duodecim, quum omnium legationes Romæ essent, negaverunt consulibus esse, unde milites pecuniamque darent. Eæ fuere Ardea, Nepete, Sutrium, Alba, Carseoli, Cora, Sueſſa, Circeii, Setia, Cales, Narnia, Interamna. Nova re consules icti, quum abiterrere eos à tam detestabili consilio vellent, castigando increpandoque plus quam leniter agendo profecturos rati, *eos ausos esse consulibus dicere*, ajebant, *quod consules in senatu ut pronunciarent, in animum inducere non possent. non enim detrectationem eam munerum militiæ, sed apertam defectionem à populo Romano esse. Redirent itaque propere in colonias, & tanquam integra re locuti magis quam ausi tantum nefas, cum suis consulerent, admonerent. non Campanos, neque Tarentinos esse, sed Romanos: inde orium is, inde in colonias atque in arcum bello captum stirpis augendæ causa missos: quæ liberi parentibus deberent, ea illos Romanis debere. si ulla pietas, si memoria antiquæ patriæ esset. Consulerent iterum de integro. nam tum quidem nec tenere scisse, ea proximi imperii Romani, tradendæ Annibali victoriæ esse* Quum alternis hæc consules diu jactassent, nihil moti legati, neque se quod donum renunciarent, habere dixerunt, neque senatum suum quid novi consuleret, ubi nec miles qui legeretur, nec pecunia, quæ daretur in stipendium, esset. Quum obstinatos eos viderent consules, rem ad senatum detulerunt. ubi tantus pavor animis omnium est injectus, ut magna pars actum de imperio diceret. idem alias colonias facturas; idem socios consensisse omnes, ad prodendam Annibali urbem Romanam.

Cap. X. Consules hortari & consolari senatum, & dicere, *Alias colonias in hac atque ofscio pristino fore, eas quoque ipsas quæ ab eo decesserint, si legati civium ea coloniæ mittantur, qui castigent, qui non precentur, rerecundiam imperii habituras esse.* Permissum ab senatu iis quum esset, agerent, facerentque, ut è republica ducerent; pertentatis prius aliarum coloniarum animis, citaverunt legatos: quæ viverunque ab iis recepit milites ex formula paratos esse? Pro duodeviginti coloniis M. Sextilius Fregellanus respondit: *& milites ex formula paratos esse: & si pluribus opus esset, plures daturos: & quicquid aliud imperarent vellentque populus Romanus, enixe facturos. ad sibi neque apes deesse, animum etiam superesse.* Consules, sibi parum videri, præfati, pro merito eorum, sua voce collaudari eos, nisi universi Patres iis in curia gratias egissent, sequi in senatum jusserunt. Senatus quam poterat honoratissimo decreto allocutus eos, mandat consulibus, ut ad populum quoque eos producerent. & inter multa alia præclara, quæ ipsis majoribusque suis præstitissent, recens etiam meritum eorum in rempublicam commemorarent. Ne nunc quidem post tot fecula silearunt, fraudenturve laude sua, Signini fuere & Norbani, Saticulanique, & Brundusini, & Fregellani, & Lucerini, & Venusini, & Adriani, & Firmani, & Arimenenses: & ab altero mari, Pontiani, & Pæstani, & Cosani: & mediterranei; Beneventani, & Æsernini, & Spoletani, & Placentini, & Cremonenses. Harum coloniarum subsidio tum imperium populi Romani stetit: ipsque gratiæ, & in senatu, & ad populum actæ. Duodecim aliarum coloniarum quæ detrectaverunt imperium, mentionem fieri Patres voluerunt, neque illos dimitti, neque retineri, neque appellari à consulibus. ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi Romani visa est. Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, consulibus; aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus servabatur, promi placuit. Prompta ad quatuor millia pondo auri. Inde quingena pondo data consulibus, & M. Marcello, & P. Sulpicio

cio proconsulibus, & L. Veturio prætori, qui Galliam provinciam fortitus erat: additumque Fabio Consuli centum pondo auri præcipuum, quod in arcem Tarentinam portaretur. cætero usi sunt ad vestimenta præsenti pecunia locanda exercituique in Hispania bellum secunda fua fama ducisque gerebat.

Cap. XI. Prodigia quoque, prius quam ab urbe Consules proficiscerentur, procurari placuit. In Albano monte tacta de cœlo erant, signum Jovis, arborque templo propinqua, & Ostiæ lacus, & Capuæ murus, Fortunæque ædes, & Sinuessæ murus portaque. Hæc de cœlo tacta. Cruentam etiam fluxisse aquam Albanam, quidam auctores erant; & Romæ intus cellam ædis Fortis Fortunæ de capite fignum, quod in corona erat, in manus sponte sua prolapsum. Et Priverni satis constabat bovem locutum, volturiumque frequenti foro in tabernam devolasse, & Sinuessæ natum ambiguo inter marem ac feminam sexu infantem: quos androgynos vulgus (ut pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone) appellat. & lacte pluisse, & cum elephanti capire puerum natum. Ea prodigia hostiis majoribus procurata, & supplicatio circa omnia pulvinaria, & obsecratio in unum diem indicta: & decretum, ut C. Hostilius prætor ludos Apollinis, sicut his annis vori facticque erant, voveret, faceretque. Per eos dies & censoribus creandis Q. Fulvius consul comitia habuit. Creati censores, ambo, qui nondum consules fuerant, M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. Hi censores, ut agrum Campanum fruendum locarent, ex auctoritate Patrum latum in plebem est, plebesque scivit. Senatus lectionem contentio inter censores de principe legendo, tenuit. Sempronii lectio erat, cæterum Cornelius morem traditum a patribus sequendum ajebat, ut qui primus censor ex iis qui viverent, fuisset, eum principem legerent: is T. Manlius Torquarus erat. Sempronius, cui Dii sorte legendi dedissent, ei jus liberum eosdem dedisse Deos. Se id suo arbitrio facturum: lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ civitatis esse vel Annibale judice victurus esset. Quum diu certatum esset verbis, concedente collega, lectus a Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus Consul: inde alius lectus senatus, octo prætoritis, inter quos L. Cæcilius Metellus erat; infamis auctor deterendæ Italiæ post Cannensem cladem. In equestribus quoque notis eadem servata causa. sed erant perpauci, quos ea infamia attingerat. Illis omnibus (& multi erant) adempti equi, qui Cannensium legionum equites in Sicilia erant. addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita stipendia procederent iis, qui æquo publico meruerant, sed dena stipendia equis privatis facerent. Magnum præterea numerum eorum conquisiverunt, qui equo merere deberent: atque ex iis, qui principio ejus belli septemdecim annos nati fuerant, neque militaverant, æratos fecerunt. Locaverunt inde efficienda quæ circa forum incendio consumpta erant, seprem tabernas, macellum, atrium regium.

Cap. XII. Transactis omnibus, quæ Romæ agenda erant, consules ad bellum profecti: prior Fulvius prægressus Capuam, post paucos dies confecturus rabiem, qui & collegam coram obtestatus, & per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detineret Annibalem, dum ipse Tarentum oppugnaret: ea urbe adempta hosti jam undique pulso, nec ubi consisteret, nec quid fidum respiceret habenti, ne remorandi quidem causam in Italia fore. Rhegium etiam nunclum mittit ad præfectum præsidii, quod ab Lævino Consule adversus Bruttios ibi locatum erat, octo millia hominum: pars maxima ab Agathyrna (ficut antea dictum est) ex Sicilia traducta, rapto vivere hominum assuetorum. additi erant Bruttiorum incidem perfugæ, & audacia & audendi omnia necessitatibus pares. Hanc manum ad Bruttium primum agrum depopulandum duci jussit, inde ad Cauloniam urbem oppugnandam. Imperata non impigre solum, sed etiam avide exsecuti, direptis fugatisque cultoribus agri, summa vi urbem oppugnabant. Marcellus & consulis literis excitus, & quia ita in animum induxerat, neminem ducem Romanum tam parem Annibali quam se esse; ubi primum in agris pabuli copia fuit, ex hibernis profectus, ad Canusium Annibali occurrit. Sollicitabat ad defectionem Canusinos Poenus. cæterum ut approximquare Marcellum audivit; castra inde movit. Aperte erat regio sine ullis ad insidias latebris; itaque in loca saltuosa cedere inde cœpit. Marcellus vestigiis insistabat, castraque castris conferebat: & operæ perfecto, extemplo in aciem legiones educebat. Annibal tirmatim per equites peditumque jaculatores levia certamina serens, casum universæ pugnæ non necessarium ducebat. tractus est tamen ad id quod vitabat certamen. Nocte prægressum eum assequitur locis planis ac patentibus Marcellus. castra inde ponentem, pugnando undique in munitores, operibus prohiber. Ira signa collata, pugnarumque totis copiis: & quum jam nox instaret, Marte æquo discessum est. castra exiguo distantia spatio, raptim ante noctem permunita. Postero

die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit. nec Annibal derrectavit certamen; mittis verbis adhortatus milites, *ut meminerint Italiam Campanique agri: contunderent ferociam hostis, urgere atque instare eum, non iter quietos facere, non castra ponere pati, non respirare aut circumspicere. quotidie simul orientem solem & Romanam aciem in campis videndam esse. Si uno proelio haud incruentus abeat, quietiùs deinde trenarum illique eum bellaturum.* His irritati adhortationibus, simulque taedio ferociae hostium quotidie inftantium lacessentiumque, acriter proelium ineunt. Pugnatum amplius duabus horis est. cedere inde ab Romanis dextra ala, & extraordinarii coepere. Quod ubi Marcellus vidit, ducdevicesimam legionem in primam aciem induxit. Dum alii trepidi cedunt, alii segniter fubeunt, turbata tota acies est: dein prorfus fusa; & vincente pudorem metu, terga dabant. Cecidere in pugna fugaque ad duo millia & feptingenti civium, fociorumque: in his quatuor Romani centuriones tres nobiles nomine Iitium, M. Licinius & M. Fulvius. Signa militaria quatuor de ala prima, quae fugit: duo de legione quae cedentibus sociis succefferat, amifa.

Cap. XIII. Marcellus, poftquam in castra reditum est: concionem adeo lavam atque acerbam apud milites habuit, ut praelio per diem totam infeliciter tolerato, triftior illi irati ducis oratio esset. *Diis immortalibus ut in tali re laudes gratesque*, inquit, *ago: quod victor hostis cum tanto pavore incidentibus vobis in vallum portasque, non ipsa castra est aggressus. deiecistis pro fossis ipsos armatos ex castris, quo omnis ciuisis pugnam. Qui pavor hic, qui terror, qui repente qui, & cum quibus pugnaretis, oblivio animos cepit? nempe iidem sunt hi hostes, quos vincendo & victos sequendo priorem aestatem fugientibus per hos dies institistis: quos laetos proelio fatigastis, quos hesterno die nec iter facere, nec castra ponere passi estis. Omitto ea quibus gloriari potestis: cuius & ipsius pudere ac paenitere vos oportet, referam. nempe aequis manibus hesterna die diremistis pugnam. Quid haec nox, quid hae dies attulit? cuius his copiae diminutae sunt an illorum auctae? Non equidem mihi cum exercitu meo loqui videor, nec cum Romanis militibus. corpora tantum atque arma eadem sunt. An ii eosdem animos habuisserunt, terga castra vidisse hostis ipsa aliqui manipulatim, aut cohorti assibuisse? Adeone cassis Romanis legionibus gloriabantur. eos illi hodierno die primum fugati exercitus deditis decus.* Clamor inde ortus, ut veniam ejus diei darer; ubi vellet deinde experiretur militum fiorum animos. *Ego vero experiar*, inquit, *milites: & vos ea ipsa de in aciem educam, ut victores potius quam victi nostram impetretis, quam petitis.* Cohortibus, quae signa amiserant, hordeum dari jussit: centurionesque manipulorum, quorum signa amiffa fuerant, diftrictis gladiis discinctos destituit: & ut poftero die omnes pedites equitesque armati adessent, edixit. Ita concio dimissa, fitentium, ut mentis esse inopes potos. neque illo die virum quemquam in acie Romana fuisse, praeter unum ducem, cui aut morte fati faciendum, aut egregia victoria esset. Postero die armati ornatique ad edictum aderant. Imperator eos collaudat pronunciatque, *a quibus orta pridie fuga esset, eos reposque, quae signa amisissent, se in primam aciem inducturum. cederejam sese, omnibus pugnantem ac vincentibus esse: & admirandum singulis universisque, ne pris hesternae fugae quam hodiernae victoriae fama Romam perveniat.* Inde cibo corpora firmare juffit, ut si longior esset pugna, viribus sufficerent. Ubi omnia dicta factaque sunt, quibus excitarentur animi militum, in aciem procedunt.

Cap. XIV. Quod ubi Annibali nunciatum est: *Cum eo nimirum*, inquit, *hostis res est, qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest. Seu cecidit, frociter instat victis: seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.* Signa inde canere jussit, copias educit. Pugnatum utrimque aliquanto quam pridie acrius est: Poenis ad obtinendum hesternum decus admirentibus; Romanis ad demendam ignominiam. Sinistra ala ab Romanis, & cohortes, quae amiserant signa, in prima acie pugnabant, & legio vicesima ab dextro cornu, instructa. L. Cornelius Lentulus, & C. Claudius Nero legati, cornibus praerant: Marcellus mediam aciem, hortator tentisque praesens, firmabat. Ab Annibale Hifpani primum obtinebant frontem, & id roboris in omni exercitu erat. Quum anceps diu pugna esset; Annibal elephantos in primam aciem induci jussit: fi quem injicere ea res tumultum ac pavorem posset. Et primo turbarunt signa, ordinesque, & partim occulcati, partim diffipati terrore qui circa erant, nudaverant una parte aciem. latisque fuga manasset, ni C. Decimius Flavus tribunus militum, signo arrepto primi hastati manipulum ejus signi fe sequi jussisset. duxit ubi maxime tumultum conglobatae bellua faciebant: pilaque in eas conjici jussit. Haesere omnia tela haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu, & tam conferta turba. sed ut non omnes vulnerati sunt; ita in quorum tergis infixa stetere pila, (ut eit genus anceps) in fugam

gam versi etiam integros avertere. Tum jam non unus manipulus, sed pro fe quisque miles, qui modo effugi agmen fugientium elephantorum poterat, pila conjicere. eo magis ruere in suos bellue: tantoque majorem stragem edere, quam inter hostes edi derant, quanto acrius pavor conterminatam agit, quam intidentis magistri imperio regitur. In perturbatam trancurfu belluarum aciem figna inferunt Romani pedites: & haud magno certamine diffipatos, trepidantesque avertunt. Tum in fugientes equitatum immittit Marcellus, nec ante finis fequendi eft factus, quam in caftra paventes compulit funt. Nam fuperalia, quæ terrorem trepidationemque faciebant, elephanti, quoque duo in ipta porta corruerant, coactique erant milites per foffam vallumque ruere in caftra. ibi maxima hoftium cædes facta: cæfa ad octo millia hominum, quinque elephanti. Nec Romanis incruenta victoria fuit. mille ferme, & centum ex duabus legionibus, & fociorum fupra mille & trecentos occifi: vulnerati permulti civium, foclorumque. Annibal nocte proxima caftra movit. Cupientem infequi Marcellum prohibuit multitudo fauciorum.

Cap. XV. Speculatores, qui profequerentur agmen, miffi, poftero die retulerunt, Bruttios Annibalem petere. iifdem fere diebus & ad Q. Fulvium confulem Hirpini & Lucani, & Volfcentes, traditis præfidiis Annibalis, quæ in urbibus habebant, dediderunt fefe, clementeque à confule cum verborum tantum caftigatione, ob errorem perfidiæ, dimiffi. Et Bruttiis fimilis fpes veniæ facta eft: quum ab iis Vibius & Pactius fratres, longe nobiliffimi gentis ejus, eandem, quæ data Lucanis erat, conditionem deditionis petentes veniffent. Q. Fabius confuli oppidum in Salentinis Manciarum vi cepit. ibi ad quatuor millia hominum capta; & cetera prædæ aliquantum. Inde Tarentum profectus, in ipfis faucibus portus pofuit caftra. naves, quas Livius tutandis commeatibus habuerat, partim machinationibus onerat, apparatuque monumm oppugnandorum; partim tormentis & faxis, omnique miffilium telorum genere inftruit: onerarias quoque, non eas folum, quæ remis agerentur; ut alii machinas fcalafque ad muros ferrent, alii procul ex navibus vulnerarent mœnimm propugnatores. Eæ naves ab aperto mari, ut urbem aggrederentur, inftructæ paratæque fiunt. Et erat libeyum mare, claffe Punica, quam Philippus oppugnare Ætolos pararet, Corcyram tranfmiffa. In Bruttiis interim Caulonii oppugnatores fub adventum Annibalis, ne opprimerentur, in tumultum à præfenti impetu tum, ad cetera inopem, fe recepere. Fabium Tarentum obfidentem levat dictu momentum ad rem ingentem potiundam adjuvit. Perfidiam Bruttiorum datum ab Annibale Tarentini habebant. ejus præfidii præfectus deperibat amore mulierculæ, cujus frater in exercitu Fabii confulis erat. is certior literis fororis factus de nova conjuetudine advenæ locupletis, atque inter populares tam honorati, fepti nationi per fororem quotidie impelli amantem poffe; quid fperarer, ad confulem defulit. quæ quum haud vana cogitatio vifa effet, pro perfuga juffus Tarentum tranfire, ac per fororem præfecto conciliatus, primo occulte animum ejus tentando, dein fatis explorata levitate, blanditiis muliebribus perpulit eum ad proditionem cuftodiæ loci, cui præpofitus erat. Ubi & ratio agendæ rei, & tempus convenit, miles nocte per intervalla ftationum clam ex urbe emiffus, ea quæ acta erant, quæque, ut agerentur, conveniebat, ad confulem refert. Pabulis vigilia prima, dato figno iis qui in arce erant, quique cuftodiam portus habebant, ipfe circuitio portu ab regione urbis in orientem verfa occultus confedit. Canere inde tubæ fimul ab arce, fimul à portu & ab navibus, quæ ab aperto mari appulfæ erant; clamorque undique cum ingenti tumultu, unde minimum periculi erat, de induftria ortus. Conful interim filentio continebat fuos. Igitur Tarentates, qui præfectus antea claffis fuerat, forte illo loco præpofitus, poftquam quieta omnia circa fe vidit, alias partes eo tumultu perfonare, ut caperæ urbis interdum excitaretur clamor; veritus ne inter cunctationem fuam conful aliquam vim faceret, fignaque inferret; præfidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat fonus, traduxit. Fabius, quum ex temporis fpatio & ex filentio ipfo (quod ubi paulo ante ftrepebant excitantes vocantefque ad pugnam, inde nulla accidebat vox) deductas cuftodias fenfiffet; ferri fcalas ad eam partem muri, qua Bruttiorum cohortem præfidium agitare proditionis conciliator nunciaverat, jubet. Ea primum eft captus murus; adjuvantibus recipientibufque Bruttiis: & tranfcenfum in urbem eft. inde & proxima refracta porta, ut frequenti agmine figna inferrentur. Tum clamore fublato, fub ortum ferme lucis, nullo obvio armato in forum perveniunt: omnefque undique, qui ad arcem portumque pugnabant, in fe converterunt.

Cap. XVI. Prælium in aditu fori majore impetu, quam perfeverantia commiffum eft, non animo, non armis, non arte belli, non vigore aut viribus corporis, par Romano Tarentinus erat. Igitur pilis tantum

conjectis, prius penè quam conferent manus, terga dederunt, dilapsique per nota urbis itinera in suas amicorumque domos. Duo ex ducibus Nico & Democrates, fortiter pugnantes cecidere. Philomenus qui proditionis ad Annibalem auctor fuerat, quum citato equo ex proelio avectus esset; vagus paulo post equus errans per urbem cognitus: corpus nusquam inventum est. creditum vulgo est, in puteum apertum ex equo praecipitasse. Carralonem autem praefectum praefidii Punici, cum commemoratione paterni hospitii potiris armis venientem ad consulem, miles obvius obtruncat. Alii alios paffim sine discrimine armatos, inermes, cecidunt; Carthaginenses Tarentinosque pariter. Bruttii quoque multi paffim interfecti, seu per errorem, seu vetere in eos instito odio: seu ad proditionis fimam (ut vi potius arque omnis captum Tarentum videretur) extinguendam. Tum ab exercitu diripiendam urbem dicunt. millia triginta servilium capitum dicuntur capti: argenti vis ingens fácti fignatique: auri octoginta leprem millia pondo: signa tabulaeque prope ut Syracusanum ornamenta aequaverint. Sed majore animo generis ejus praeda abstinuit Fabius quam Marcellus: qui interroganti scribae, quid fieri fignis veller (ingentis magnitudinis Dii sunt, suo quisque habitu in modum pugnantium formati) *Deos iratos Tarentinis relinqui* jussit. Murus inde, qui urbem ab arce dirimebat, diruitus est ac dejectus. Dum haec Tarenti aguntur, Annibal iis, qui Cauloniam oblidebant, in deditionem acceptis; audita oppugnatione Tarenti, dies nocteque cursim agmine acto quum festinans ad opem ferendam, captam urbem audisset; *Et Romani*, inquit, *suum Annibalem habent. eadem, qua expugnatus, arte, Tarentum amisimus.* Ne tamen fugienris modo convertisse agmen videretur; quo contituerat loco, quinque millia ferme ab urbe posuit castra. ibi paucos moratus dies, Metapontum sese recepit. inde duos Metapontinos cum literis principum ejus civitatis ad Fabium Tarentum mittit: fidem ab consule accepturos, impunita iis priora fore, si Metapontum ei cum praesidio Punico prodidissent. Fabius vera, quae afferrent, esse ratus, diem qua accessurus esset Metapontum, constituit: literaique ad principes dedit, quae ad Annibalem delatae sunt. Enimvero letus sacceslit fraudis, si ne Fabius quidem dolo invictus fuisset, haud procul Metaponto infidias ponit. Fabio auspicanti, prius quam egrederetur ab Tarento, aves semel atque iterum non addixerunt. hostia quoque caesa consulenti Deos, aruspex, cavendum à fraude hostili, & ab insidiis, praedixit. Metapontini, postquam ad constitutum non venerat diem, remissi ut cunctantem horrarentur, repente comprehensi, metu gravioris quaestionis detegunt insidias.

Cap. XVII. Ablatis ejus principio, qua haec agebantur, P. Scipio in Hispania quum hiemem totam reconciliandis barbarorum animis, partim donis, partim remissione obsidum captivorumque absumpsisset, Edeico ad eum, clarus inter duces Hispanos, venit. Erant conjunctae liberisque ejus apud Romanos, sed praeter eam causam etiam, velut forruita inclinatio animorum: quae Hispaniam omnem averterat ad Romanum à Punico imperio, traxit eum. Eadem causa Indibili Mandonique fuit, haud dubie omnis Hispaniae principibus, cum omni populorum manu relicto Asdrubale, fecedendi in imminentes caltris ejus tumulos, unde per continentia juga rutus receptus ad Romanos esset. Asdrubal quum hostium res tacitis augiscere incrementis cerneret, tuas imminui, ac fore, ut, nisi audendo aliquid moveret, qui cogitaret, fluereret; diuricare quam primum ltatuit. Scipio avidior etiam certaminis erat; cum à spe, quam successus rerum augebat; tum quod prius, quam Jungerentur hostium exercitus, cum uno dimicare duce exercituque, quam simul cum universis, malebat. Caeterum, etiam si cum pluribus pariter dimicandum foret, arte quadam copias auxerat. nam quum videret nullum esse navium usum, quia vacua omnis Hispaniae ora classibus Punicis erat, subductis navibus Tarracone, navales fbclos terrestribus copiis addidit. & armorum affatim erat captorum Carthagine: & quo post captam eam fecerat, tanto opificum numero Inclusio. Cum iis copiis Scipio vetis principio ab Tarracone egressus (jam enim & Laelius redierat ab Roma, sine quo nihil majoris rei motum volebat) ducere ad hostem pergit. Per omnia pacata eunti, ut cuiusque populi fines transiret, prosequentibus excipientibusque fociis, Indibilis & Mandonius cum suis copiis occurrerunt. Indibilis pro utroque locutus, haudquaquam ut barbarus stolide incauteque, sed potius cum verecunda gravitate: propterque *excusanti transitionem ut necessitatem, quam glorianti ea velut ad primam occasionem rapta. Scire enim se, transfugae nomen execrabile veteribus fociis, novis suspectum esse. neque eum se reprehendere morem hominum, si tamen anceps causa esset, non nomen, facti. Mortia inde sua in duces Carthaginienses commemoravit, avaritiam* cum

contra eorum, superbiamque, & omnis generis injurias in se atque populares. Itaque corpus dumtaxat suum ad id tempus apud eos fuisse: animum jam pridem ibi esse, ubi jus ac fas crederent coli. ad hos quoque confugere supplices, qui nequeant hominum vim atque injurias pati. Se id Scipionem orare, ut transitio sibi nec fraudi apud eum, nec honori sit. quales ex hac die experiundo cognorit, privatæ operæ eorum præstiturum fidem. Postulatis quod licet facturum Romanus: nec pro transfugis habiturum, qui non duxerint societatem ratam, ubi nec divini quicquam nec humani sanctum esset. Productæ deinde in conspectum iis conjuges liberique, lacrimantibus gaudio redduntur, atque eo die in hospitium abducti. Postero die redere accepta fides diminuique ad copias adducendas. Inde in deinde in castris tendebant, donec ducibus iis ad hostem perventum est.

Cap. XVIII. Proximus Carthaginiensium exercitus Atdrubalis prope urbem Baeculam erat. pro castris equitum stationes habebant. In eas velites antefinianique, & qui primi agminis erant, advenientes ex itinere, priusquam castris locum caperent, adeo contemptim impetum fecerunt, ut facile appareret, quid utrique parti animorum esset. In castra trepida fuga compulsi equites sunt. signaque Romana portis prope ipsis illata. Atque illo quidem die irritatis tantum ad certamen animis castra Romani poluerunt. Nocte Atdrubal in tumulum copias recipit: plano campo in summo parentem: fluvius ab tergo, ante circaque velut ripa præceps eram ejus omnem cingebat. Superat & ulterior inferior summissa saltigio planities. eam quoque altera crepido haud facilior in ascensum ambibat. In hunc inferiorem campum postero die Asdrubal, postquam stantem pro castris hostium aciem vidit; equites Numidas, leviumque armorum Baleares, & Afros demittit. Scipio circumvectus ordines signaque, ostendebat, hoitem prædamante ipse equo dimicandi campo, captantem tumulos, loci natura, non virtutis armorumque, suæ in conspectu. sed alteram mentis habuisse Carthaginem, quæ transcendisset miles Romanus. Nec tumulos, nec arcem, nec mare quidem obstitisse satis, ad id fore altitudines, quæ capissent hostes, ut per præcipitia & prærupta salientes fugerent. eam quoque se illis fugam claussuram. Coarctetque duas, alteram renere fauces vallis, per quam deferretur amnis, jubet: alteram viam insidere, quæ ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. ipse expeditos, qui pridie stationes hostium pepulerant, ad levem armaturam animo stantem supercilio ducit. Per asperta primo, nihil aliud quam via impediti iere. deinde ut sub ictum venerunt, relorum primo omnis generis vis ingens effusa est in eos: ipsi contra, saxa, quæ locus strata passim, omnia ferme missilia, præbet: ingerere, non milites solum, sed etiam turba calonum immixta armatis. Cæterum quamquam ascensus difficilis erat, & prope obruebantur telis facisque, assuetudine tamen succedendi munita, & pernacia animi, subierunt primi. Quibus simul cepere aliquid æqui loci, ubi firmo consisterent gradu, levem & concursatorem hostem, atque intervallo tantum, quum procul missilibus pugna eluditur, instabilem eundem ad cominus conferendas manus, expulerunt loco: & cum cædes magna in aciem altiori superstantem tumulo impegere. Inde Scipio justit adversus mediam evadere aciem victoribus, cæteras copias cum Lælio dividit; atque eum parte dextra tumuli circumire, donec mollioris ascensus viam inveniret, jubet. ipse ab læva circuitu haud magno, in transiversos hostes incurrit. Inde primo turbata acies est, dum ad circumsonantem undique clamorem flectere cornua & obvertere ordines volunt. Hoc tumultu & Lælius subiit, & dum pedem referunt, ne ab tergo vulnerarentur, laxata prima acies, locusque ad evadendum & medius datus est: qui per tam iniquum locum, stantibus integris ordinibus, elephantisque ante signa locatis, nunquam evasissent. Quum ab omni parte cædes fierent, Scipio, qui lævo cornu in dextrum incucurrerat, maxime in nuda hostium latera pugnabat. Et jam ne fugæ quidem paratæ locus. nam & stationes utrimque Romanæ dextra lævaque insederant vias: & portam castrorum ducis principumque fuga clauserat; addita trepidationi elephantorum, quos territos æque atque hostes timebant. Cæsa igitur ad octo millia hominum.

Cap. XIX. Asdrubal jam antequam dimicaret, pecunia rapta, elephantisque præmissis, quam plurimos poterat de fuga excipiens; præter Tagum flumen ad Pyrenæum tendit. Scipio castris hostium potitus, quum præter libera capita omnem prædam militibus concessisset, in recensendis captivis decem millia peditum, duo millia equitum invenit. ex iis Hispanos fine pretio omnes dominum dimisit. Afros vendere quæstorem justit. Circumfusa inde multitudo Hispanorum & ante deditorum, & pridie captorum, regem eum ingenti consensu appellavit. Tum Scipio, silentio per præconem facto,

sibi maximum nomen imperatoris esse dixit, *quo se militem, aut appellasset, regium nomen alibi magnum, Romæ intolerabile esse. Regalem animum in se esse; sibi in hominis ingenio amplissimum ducerent, tacite judicarent; vocis usurpatione abhorrerent.* Sensere etiam barbari magnitudinem animi; cujus miraculo nominis alii mortales fluperent, id ex tam altis fastigio abjurnatis. Dona inde regulis principibusque Hispanorum divisa, & ex magna copia castrorum equorum trecentos, quos vellet, eligere Indibilem justit. Quum Afros venderet justu imperatoris quæstor, puerum adulum inter eos forma indigni, quum audisset regii generis esse, ad Scipionem misit, quem quum percunctaretur Scipio, *quis, & cujus, & cur id ætatis in castris fuisset; Numidam esse*, ait, *Massivam populares vocare. orbum à patre fratrum apud maternum avum Galam regem Numidarum educatum: cum avunculo Massinissa, qui nuper cum equitum delectu Carthaginiensibus venisset, in Hispaniam trajecisse. Prohibitum propter ætatem à Massinissa, nunquam ante prælium iniisse. Ho die, quo pugnatum cum Romanis esset, hoc die avunculo clam armis equoque sumpto in aciem exisse: vix prohibuisse eum in præsens, quin ad Romanos esset.* Scipio quum asservari Numidam jussisset, quæ pro tribunali agenda erant, peragit. inde quum se in prætorium recepisset, vocatum eum interrogat, *vellemne ad Massinissam reverti?* quum effusis gaudio lacrimis, *cupere vero*, diceret, tum puero annulum aurum, torquem laneo clave cum Hispano fallo. & aurea fibula equumque ornatum donat, justisque profequi quoad vellet equitibus dimittit.

Cap. XX. De bello inde consilium habitum. & auctoribus quibusdam, ut confestim Afdrubalem perlequerentur; anceps id ratus, ne Magonem quoque Afdrubal cum eo jungerent copias, præfidio tantum ad intidendum Pyrenæum misso, ipse reliquum æstatis recipiendis in fidem Hispaniæ populis absumpsit. Paucis post prælium factum ad Baculum diebus, quum Scipio rediens jam Tarraconem saltu Castulonensi excessisset; Afdrubal Gisgonis filius & Mago imperatores ex ulteriore Hispania ad Afdrubalem venere; serum post male gestarum auxilium; consilio in cætera exsequenda belli haud parum opportuni. Ibi conferentibus, quid in cujusque provinciæ regione animorum Hispanis esset, unus Afdrubal Gisgonis, ultimam Hispaniæ oram, quæ ad Oceanum & Gades vergit, ignaram adhuc Romanorum esse, eoque Carthaginiensibus satis fidam cenebat. Inter Afdrubalem alterum & Magonem conflabat, *beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publice privatimque esse: nec transitionibus finem ante fore, quam omnes Hispani milites aut in ultima Hispaniæ amoti, aut traducti in Galliam forent. Itaque etiamsi senatus Carthaginiensium non consuluisset, eundum tamen Asdrubali fuisse in Italiam. nihil bellicum ratus, quod ad summam rei esset: simul ut Hispanos omnes procul à nomine Scipionis ex Hispania abduceret. exercitum ejus cum transitionibus, tum adverso prælio imminutum, Hispanis repleri militibus. Et Magonem, Asdrubali Gisgonis filio tradito exercitu, ipsum cum grandi pecunia ad conficienda mercede auxilia in Baleares trajicere. Asdrubalem Gisgonis cum exercitu penitus in Lusitaniam abire: nec cum Romanis manus conserere. Maximisse eo omni equitatu quod roboris esset, tria millia equitum expleri: eumque augmen per ulteriorem Hispaniam secta opem ferre. postium oppida atque agros populari.* his decretis, ad exsequenda quæ statuerant, duces digressi. Hæc eo anno in Hispania acta. Romæ fama Scipionis indies crescere. Fabio Tarentum captum æstu magis quam virtute, gloriæ tamen esse. Fulvii fenelcere famæ. Marcellus etiam adverso rumore esse, super quam quod primo male pugnaverat, quia vagante per Italiam Annibale, media æstate Venusium in tecta milites abduxisset. Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus plebis. Is jam à primo pugna, quæ adversa fuerat, assiduis conjonctionibus infamem invidiosumque plebei Claudium fecerat, & jam de imperio abrogando ejus agebat: quum tamen necessarii Claudii obtinuerunt, ut relicto Venusiæ legato, Marcellus Romam rediret ad purganda ea, quæ inimici deerneruent: nec de imperio ejus abrogando absente ipso ageretur. Forte fuit idem remanus & Marcellus ad deprecandam ignominiam, & Q. Fulvius consul comitiorum causa Romam venit.

Cap. XXI. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est, Ingenti concursu plebis quæ & omnium ordinum. Accusavitque tribunus plebis, non Marcellum modo, sed omnem nobilitatem. *Fraude eorum & cunctatione fieri, ut Annibal decimum jam annum Italiam provinciam habeat: diutius ibi quam Carthagine exierit. Habere finitum imperii prorogati Marcello populum Romanum. eis eum verbis etiam, affirmavit, usque foto rectis agere.* Hanc tribuni orationem ita obruit Marcellus commemoratione rerum suarum, ut non rogatio solum de imperio ejus abrogando antiquaretur, sed postero die consulem eum ingenti consensu centuriæ omnes crearent.

Ad-

Additur collega T. Quintius Crispinus, qui tum prætor erat. Postero die prætores creati P. Licinius Crassus Dives, pontifex maximus, P. Licinius Varus, Sex. Julius Cæsar, Q. Claudius Flamen. Comitiorum ipsorum diebus follicita civitas de Etruriæ defectione fuit. Principium ejus rei ab Arretinis fieri. C. Calpurnius scripserat, qui eam provinciam prætor obtinebat. Itaque consestim eo missus Marcellus consul designatus, qui rem inspiceret; ac, si digna videretur, exercitu accito bellum ex Apulia in Etruriam transferret. Eo motu compressi Etrusci quieverunt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cum libertate ac legibus suis, responsum ab senatu est, ut redirent quum Fabius consul Romam venisset. Ludi & Romani & plebeii eo anno in singulos dies instaurati. Ædiles curules fuere L. Cornelius Caudinus, & Servius Sulpicius Galba: plebeii, C. Servilius, & Q. Cæcilius Metellus. Servilium negabant jure aut tribunum plebis fuisse, aut ædilem esse; quod patrem ejus, quem triumvirum agrarium occisum a Boiis circa Mutinam esse, opinio per decem annos fuerat, vivere, atque in hostium potestate esse fatis constabat.

Cap. XXII. Undecimo anno Punici belli consulatum inierunt M. Marcellus quintum (ut numererur consulatus, quem vitio creatus non gessit) & T. Quintius Crispinus. Utrique consilium Italia decreta provincia est, & bello comitium prioris anni exercitus: tertius tum erat Venusiæ, cui M. Marcellus præfuerat. Ita ut ex tribus eligerent duos quos vellent: tertius tel traderetur: cui Tarentum & Salentini provincia evenisset. Cæteræ provinciæ ita divisæ prætoribus. P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Crasso munitioni mœnia peregrina, & quo senatus consuluisset: Sex. Julio Cæsari Sicilia, Q. Claudio Flamini Tarentum. Prorogatum imperium in annum est Q. Fulvio Flacco, ut provinciam Capuam, quæ T. Quintii prætoris fuerat, cum una legione obtineret, prorogatum & C. Hostilio Tubulo est, ut proprætor in Etruriam ad duas legiones succederet C. Calpurnio. Prorogatum & L. Veturio Philoni est, ut proprætor Galliam eandem provinciam cum iisdem duabus legionibus obtineret, quibus prætor obtinuisset. Quod in L. Veturio, idem in C. Aurunculeio decretum ab senatu, latumque de prorogando imperio ad populum est, qui prætor Sardiniam provinciam cum duabus legionibus obtinuerat. additæ ei ad præsidium provinciæ, quinquaginta longæ naves, quas P. Scipio ex Hispania miserat. Et P. Scipioni, & M. Silano iuæ Hispaniæ, fuique exercitus in annum decreti. Scipio, ex octoginta navibus, quas aut secum ex Italia adductas aut captas Carthagine habebat, quinquaginta in Sardiniam transmittere jussus. quia fama erat, magnum navalem apparatum eo anno Carthagine esse: ducentis navibus omnem oram Italiæ, Siciliæque ac Sardiniæ impleturos. Et in Sicilia ita divisa res est. Sex. Cæsari exercitus Cannensis est datus. M. Valerius Lævinus (ei quoque enim prorogatum imperium est) classem quæ ad Siciliam erat navium septuaginta obtineret. Addereo triginta naves, quæ ad Tarentum prope anno fuerant. cum ea centum navium classe, ubi videretur ei, prædatum in Africam trajiceret. Et P. Sulpicio, ut eadem classe Macedoniam Græciamque provinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. De duabus, quæ ad urbem Romam fuerant, legionibus, nihil mutatum est. Supplementum, quo opus esset, scriberent consules, permissum. Una & viginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. Et P. Licinio Varo prætori urbis negotium datum, *ut naves longas triginta, veteres reficeret, quæ Ostiæ erant, & circiuti novas naves factis navalibus compleret: ut triginta remorum navium classe oram maris circumam urbi Romanæ tueri posset.* C. Calpurnius vetitus ab Arretio movere exercitum nisi cum successor venisset. Idem & Tubulo imperatum, ut inde præcipue caveret, ne qua nova consilia experirentur.

Cap. XXIII. Prætores in provinciis profecti. Consules religio tenebat, quod prodigiis aliquot nunciatis, non facile litabant. Et ex Campania nunciata erant, Capuæ duas ædes, Fortunæ & Martis, & sepulchra aliquot de cœlo tacta. Cumis (adeo minimis etiam rebus prava religio inhæret Deos) mares in ade Jovis aurum rosisse. Casini examen apum ingens in foro consedisse. Et Ostiæ murum portamque de cœlo tactam. Cære vulturium volasse in ædem Jovis. Vulsinii sanguine lacum manasse. Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit. Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ, diuque non imperrata pax Deum, in capita consulum, republica incolumi, exitibilis prodigiorum eventus vertit. Ludi Apollinares Q. Fulvio. Ap. Claudio consulibus à P. Cornelio Sulla prætore urbis primum facti erant. Inde omnes deinceps prætores urbani fecerant: sed in unum annum vovebant, deque incerta faciebant. Eo anno pestilentia gravis incidit in urbem agrosque: quæ tamen magis in longos morbos quam in perniciales evasit. Ejus pestilentiæ causa, & supplicatum per compita tota

urbe est, & P. Licinius Varus prætor urbis legem ferre ad populum jussus, ut hi ludi in perpetuum in statam diem voverentur. Itaque ipse primus ita vovit, fecitque ante diem III Non. Quintil. is dies deinde solennis servatus.

Cap. XXIV. De Arretinis, & fama indies gravior, & cura crescere Patribus. Itaque C. Hostilio scriptum est, ne differret obsides ab Arretinis accipere: & cui maxime Romam deducendos, C. Terentius Varro cum imperio missus, qui ut advenit, exemplo Hostilius legionem unam, quæ ante urbem castra habebat, signa in urbem ferre jussit, præsidiaque locis idoneis disposuit, tum in foro citatis senatoribus obsides imperavit. Quum senatus biduum ad considerandum peteret tempus, aut inde exemplo dare, aut se postero die fraterum omnes liberos simpturum, edixit, inde portas custodire jussi tribuni militum, præfectique fociun & centuriones, ne quis noctu urbe exiret. Id signius, negligentiusque factum. septem principes senatus, prius quam custodiæ in portis locarentur, ante noctem cum liberis evaserunt. Postero die luce prima quum senatus in forum citari cœptus esset, deliberari, bonaque eorum venire unt. à cæteris senatoribus centum viginti obsides, liberi ipforum accepti; tradidique C. Terentio Romam deducendi. Is omnia fuspectiora, quam ante fuerant, in senatu fecit. Itaque tamquam imminente Etrusco tumultu, legionem alteram ex urbanis Arretium ducere jussus ipse C. Terentius, eamque habere in præsidio urbis. C. Hostilium cum cætero exercitu placet totam provinciam peragrare, & cavere, ne qua occasio novare cuplentibus res daretur. C. Terentius ut Arretium cum legione venit, claves portarum quum magistratus poposcisset, negantibus iis comparere; fraude amoras magis ratus, quam negligentia intercidisse; ipse alias claves omnibus portis imposuit: cavitque cum cura, ut ominia in potestate sua esset. Hostilium interea nonuit, ut in eo spem non moturos quicquam Etruscos ponerent, si, ne quid moveri possit, caviisset.

Cap. XXV. De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum coram Fabio; defendente ipso quos ceperat armis, aliis infensis. & plerisque sequentibus eos Campanorum noxæ, pœnæque. Senatusconsultum in sententiam Manii Acilii factum est, ut oppidum præsidio custodiretur: Tarentinique omnes intra mœnia continerentur. res integra postea referretur, quum tranquillior status Italiæ esset. Et de M. Livio prætecto arcis Tarentinæ haud minore certamine actum est; aliis senatusconsulto notantibus præfectum, quod ejus focordia Tarentum proditum hosti esset: aliis præmia decernentibus, quod per quinquennium arcem tutatus esset, maximeque unius ejus opera receptum Tarentum foret: mediis ad censores, non ad senatum notionem de eo pertinere dicentibus. cujus sententiæ & Fabius fuit. adjecit tamen, fateri se, opera Livii Tarentum receptum, (quod amici vulgo in senatu jactabant) neque enim decipiendum fuisse, nisi amissum foret. Consulum alter T. Quinctius Crispinus ad exercitum, quem Q. Fulvius Flaccus habuerat, cum supplemento in Lucanos est profectus. Marcellum aliæ atque aliæ objectæ animo religiones tenebant. In quibus quod quum Gallico Gallico ad Lautiduinadem Honori & Virtuti vovisset, dedicatio ejus à pontificibus impediebatur: quod negabant unam cellam amplius quam uni Deo rite dedicari. quin ii de cœlo tacta, aut prodi, ii aliquid in ea factum esset, difficilis procuratio foret: quod uni Deo res divina fieret, sciri non posset. Neque enim duobus, nisi certis Deis, rite una hostia fieri. ita addita Virtutis ædes approperato opere: neque tamen ab ipso ædes eæ dedicatæ sunt. Tum demum ad exercitum, quem priore anno Venusiæ reliquerat, cum supplemento proficiscitur. Locros in Bruttiis Crispinus oppugnare conatus, quia magnam famam attulisse Fabio Tarentum rebatur, omne genus tormentorum, machinarumque ex Sicilia arcelierat: & naves inidem accitæ erant, quæ vergentem ad mare partem urbis oppugnarent. Ea omissa oppugnatio est, quia Lachinum Annibal admoverat copias: & colligam edixisse jam à consulibus exercitum fama erat, cui conjungi volebat. Itaque in Apuliam ex Bruttiis reditum, & inter Venusiam Bantiamque, minus trium millium passuum intervallo, consules binis castris considerant. In eandem regionem & Annibal rediit; averto ab Locris bello. ibi ambo consules ingenio feroces prope quotidie milites in aciem excire: haud dubia spe, si duobus exercitibus consiliaribus junctis commissum sele hostis, debellari posse.

Cap. XXVI. Annibal quia cum Marcello bis priore anno congressus vicerat, victusque erat, ut cum eodem si dimicandum foret, nec spem nec merum ex vano haberet; ita duobus consulibus haudquaquam sese parem futurum credebat. itaque totus in suas artes versus, infidiis locum quærebat. Levia tamen prœlia interdum castris vario eventu fiebant: quibus quum extrahi æstatem posse consules crederent, nihilominus oppugnari

gnari Locros posse rati, L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum classe trajiceret, scribunt. Et ut ab terra quoque oppugnari moenia possent, ab Tarento partem exercitus, qui in praesidio erat, duci eo jusserunt. Ea ita futura per quosdam Thurinos compertum Annibali quum esset, mittit ad Infidendam ab Tarentinis. Ibi sub tumulo Peteliae tria millia equitum, peditum duo in occulto locata: In quae inexplorato euntes Romani quum incidissent, ad duo millia armatorum caesa, & mille ducenti ferme vivi capti. alii dissipati fuga per agros saltusque Tarentum rediere. Tumultus erat silvestris inter Punica & Romana castra, ab neutris primo occuparus: quia Romani qualis pars ejus, quae vergeret ad hostium castra, esset, ignorabant, Annibal insidiis, quam castris aptiorem eum crediderat. Itaque nocte ad id missas aliquot Numidarum turmas medio in saltu considerat, quorum interdiu nemo ab statione movebatur, ne aut arma, aut ipsi procul conspicerentur. Fremebant vulgo in castris Romanis, occupandum eum tumulum esse, & castellio firmandum: ne, si occuparus ab Annibale foret, velut in cervicibus haberent hostem. Movit ea res Marcellum, & collegae, *quia tutius*, inquit, *ipsi cum equitibus paucis exploratum? Subjecta res oculis nostris certius dabit consilium.* Adsentiente Crispino, cum equitibus ducentis & viginti, ex quibus quadraginta Fregellani, caeteri Etrusci erant, profiscitur. Secuti M. Marcellus consulis filius, & A. Manlius, tribuni militum: simul & duo praefecti socium, L. Arennius, & M. Aulius. Immolasse eo die quidam memoriae prodidere consulem Marcellum, & prima hostia caesa, jecur sine capite inventum, in secunda omnia comparuisse, quae adsolent. Auctum etiam ostium in capite: nec id fane aruspici placuisse; quod secundum trunca & turpia extra, nimis laeta apparuissent.

Cap. XXVII. Caeterum consulem Marcellum tanta cupiditas renebar dimicandi cum Annibale, ut numquam satis castra castris colliara ducer. Eam quoque vallo egrediens signum dedit, ut ad locum miles esset paratus: si collis, in quem speculatum irent, placuisset, vasa colligerent, ac sequerentur. Exiguum campi ante castra erat: inde in collem aperta undique & conspecta ferebat via. Numidis speculator nequaquam in spem tantae rei positus, sed si quos vagos pabuli aut lignorum caussa longius a castris progressos posset excipere, signum dat ut pariter ab suis quisque latebris exorirentur. Non ante apparuere, quibus obviis ab jugo ipso consurgendum erat, quam circumiere qui à tergo includerent viam. Tum undique omnes exorti, & clamore fublato impetum fecere. Quum in ea valle consules essent, ut neque evadere possent in jugum occupatum ab hoste, nec receptum ab tergo circumventi haberent; extrahi tamen diutius certamen potuisse, ni coepta ab Etruscis fuga pavorem caeteris injecisset. Non tamen omisere pugnam deserti ab Etruscis Fregellani, donec integri consules hortando, ipsique ex parte pugnando rem sustinebant. Sed postquam vulneratos ambo consules, Marcellum etiam transaxum lancea prolabentem ex equo moribundum videre, tum & ipsi (neque aliud superarat) cum Crispino consule duobus jaculis icto, & Marcello adolescente, fausto & ipso, effugerunt. Interfectus A. Manlius tribunus militum, & ex duobus praefectis socium M. Aulius occisus, L. Arennius captus. & lectores consulum quinque vivi in hostium potestatem venere: caeteri aut interfecti, aut cum consule effugerunt. equites tres & quadraginta, aut in proelio aut in fuga ceciderunt, duodeviginti vivi capti. Tumultuatum & in castris fuerat, ut consulibus irent subsidio; quum consulem & filium alterius consulis sauctos, exiguaque infelicis expeditionis reliquias, ad castra venientes cernunt. Mors Marcelli quum alioqui miserabilis fuit; tum quod nec provocatae, (major jam enim sexaginta annis erat) neque provideri prudentia ducis, tam improvide se collegamque, & prope totam rempublicam in praeceps deferat. Multos circa unam rem ambigue fecerim, si quae de Marcelli morte variant auctores, omnia exsequi velim. Ut omittam alios, L. Coelius triplicem rei gestae ordinem edit: unam traditam fama: alteram scriptam laudatione filii, qui rei gestae interfuerit: tertiam, quam ipse pro inquisitione sibi comperta affert. Caeterum ita fama variat, ut tamen plerique loci speculandi caussa castris egressum; omnes, insidiis circumventum, tradant.

Cap. XXVIII. Annibal magnum terrorem hostibus morte consulis unius, vulnere alterius, injectum esse ratus, ne cui deesset occasioni, castra in tumulum, in quo pugnatum erat, extemplo transfert. Ibi inventum Marcelli corpus sepelit. Crispinus & morte collegae, & suo vulnere territus, silentio insequentis noctis profectus, quos proximos nanctus est montes, in iis loco alto & tuto undique castra posuit. Ibi duo duces sagacirer moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem. Annibalo Marcelli simul cum corpore Annibal potitus erat. ejus signi errore ne qui dolus necteretur à

Poeno,

Poeno, metuens Crispinus, circa civitates proximas mitterat nuncios: occisum collegam esse, annuntiabant ejus hostem potitum. ne quibus literis crederent nomine Marcelli compositis. Paulo ante hic nuncius consulis Salapiam venerat, quum literæ ab Annibale allatæ sunt; Marcelli nomine compositæ: ite nocte, quæ diem illum fecutura esset, Salapiam venturum. parati milites essent, qui in præsidio erant, si quo opera eorum opus esset. Sentire Salapitani fraudem: & abira, non defectionis modo, sed etiam equitum interfectorum, rati occasionem fupplicii peti, remisso retro nuncio, (perfuga autem Romanus erat) ut sine arbitro milites quæ vellent, agerent, oppidanos per muros utrinque opportuna loca in stationibus dispanunt: custodias, vigiliasque in eam noctem intentius instruunt. circa portam, qua venturum hostem rebantur, quod roboris in præsidio erat, opponunt. Annibal quarta vigilia ferme ad urbem accesit. Primi agminis erant perfugæ Romanorum, & arma Romana habebant. ii, ubi ad portam est ventum, Latine omnes loquentes exciant vigiles: aperiique portam jubent. consulem adesse. Vigiles velut ad vocem eorum excitati, tumultuari, trepidare, moliri portam. cataracta dejecta claufi erant. eam partim vectibus levant: partim funibus subducunt, in tantum altitudinis, ut subire recti possent. Visdum satis patebat iter, quum perfugæ certatim ruunt per portam: & quum fexcenti feme intrassent, remisso fune, quo suspensa erat, cataracta magno fonitu cecidit. Salapitani, alii per fugas negligenter ex itinere suspensa humeris, ut inter pacatos, gerentes arma, invadunt: alii è turri ejus portæ murisque faxis, fudibus, pilis, abterrent hostem. Ita inde Annibal fuamet ipse fraude captus abiit profectusque ad Locrorum solvendam obsidionem, quam Cinclus summa vi, operibus tormentorumque omni genere ex Sicilia advecto, oppugnabat. Magoni jam haud ferme fidenti, retenturum defensurumque se urbem, prima ipsi morte nunciata Marcelli affulsit. Securus inde nuncius, Annibalem Numidarum equitatu præmisso, ipsum quantum accelerare posse, cum peditum agmine sequi. Itaque ubi primum Numidas edito è speculis signo adventare sensit, & ipse parefacta repente porta ferox in hostes erumpit. Et primo, magis quia improvifo id fecerat, quam quod par viribus esset, anceps certamen erat. deinde ut fupervenere Numidæ, tantus pavor Romanis est invectus, ut paffim ad mare ac naves fugerent; relictis operibus machinisque, quibus muros quatiebant. Ita adventu Annibalis soluta Locrorum obsidio est.

Cap. XIX. Crispinus postquam in Bruttios profectum Annibalem sentit, exercitum cui collega præfuerat, M. Marcellum tribunum militum Venusiam abducere jussit. ipse cum legionibus suis Capuam profectus, vix lectiçæ agitationem præ gravitate vulnerum patiens; & Romam literas de morte collegæ scripsit, quantoque ipse in discrimine esset. *Se comitiorum causa non posse Romam venire: quia nec vix laborem passurus videretur, & de Tarento sollicitus esset, ne ex Bruttiis Annibal eo converteret agmen. Legatos opus esse ad se mitti, ortos prudentes cum quibus, quæ vellet, de republica loqueretur.* Hæ literæ recitatæ, magnum & luctum morte alterius, & merum de altero fecerunt. Itaque & Q. Fabium filium ad exercitum Venusiam miserunt: & ad consulem tres legati missi, Sext. Julius Cæsar, L. Licinius Pollio, L. Cincius Alimentus, quum paucis ante diebus ex Sicilia rediisset. Hi nunciare consuli jussi, ut sine ullo comitia ipse Romam venire non posset; dictatorem in agro Romano dicerer comitiorum causa. Si consul Tarentum profectus esset, Q. Claudium prætorem plucere in eam regionem inde abducere legiones, in qua plurimas sociorum urbes tueri posset. Eadem æstate M. Valerius cum classe centum navium ex Sicilia in Africam transmisit: & ad Clupeam urbem exfensione facta, agrum late nullo ferme obvio armato vastabat. Inde ad naves raptim prædatores recepti, quia repente fama accidit, classem Punicam adventare. octoginta erant & tres naves. Cum iis haud procul Clupea prospere pugnat Romanus. decem & octo navibus captis, fugatis aliis, cum magna terrestri navalique præda, Lilybæum rediit. Eadem æstate & Philippus implorantibus Achæis auxilium tulit, quos & Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urebat: & Ætoli navibus per fretum, quod Naupactum & Patras interfluit (Rhion incolæ vocant) exercitu trajecto, depopulati erant. Attalum quoque regem Asiæ, quia Ætoli summum gentis fuæ magistratum ad eum proximo concilio detulerant, fama erat in Europam trajecturum.

Cap. XX. Ob hæc Philippo in Græciam descendenti ad Lamiam urbem, Ætoli duce Pyrrhia, quia prætor in eum annum cum absente Attalo creatus erat, occurrerunt. Habebant & ab Attalo auxilia secum: & mille ferme ex Romana classe à P. Sulpicio missos. Adversus hunc ducem atque has copias Philippus bis propero eventu pugnavit: mille admo-

admodum hoſtium utraque pugna occidit. Inde quum Ætoli metu compulſi Lamiæ urbis mœnibus tenerent ſeſe, Philippus ad Phalara exercitum reduxit. in Maliaco finu is locus eſt, quondam frequenter habitatus propter egregium portum, tutaſque circa ſtationes, & aliam opportunitatem maritimam, terreſtremque. Eo legati ab rege Ægypti Ptolemæo, Rhodiiſque, & Athenienſibus & Chiis venerunt, ad dirimendum inter Philippum atque Ætolos bellum. Adhibitus ab Ætolis & ex finitimis pacificator Amynander rex Athamanum. Omnium autem non tanta pro Ætolis cura erat; ferociribus quam pro ingeniis Græcorum gentis: quam ne Philippus regnumque ejus, grave libertati futurum, rebus Græciæ immiſceretur. De pace dilata conſultatio eſt in concilium Achæorum; concilioque ei & locus, & dies certa indicta. interim triginta dierum inducias imperatæ. Profectus inde rex per Theſſaliam Bœotiamque, Chalcidem Euboeæ venit, ut Attalum, quem claſſe Euboeam petiturum audierat, portubus & litrorum aquabi. Inde præſidio relicto adverſus Attalum, ſi forte interim trajeciſſet, profectus ipſe cum paucis equitum levique armaturæ, Argos venit. Ibi curatione Heræorum Nemeorumque ſuffragiis populi ad eum delata, quia ſe Macedonum reges ex ea civitate oriundos referunt: Heræis peractis, ab ipſo Iudicro extemplo Rhium profectus eſt, ad indictum multo ante ſociorum concilium. Ibi de Ætolico finiendo bello actum, ne cauſſa aut Romanis, aut Attalo intrandi Græciam eſſet. Sed ea omnia vicdum inducarium tempore circumacto, Ætoli turbavere poſtquam Attalum Æginam veniſſe, & Romanam claſſem ſtare ad Naupactum audivere. Vocati enim in concilium Achæorum in quo eædem legationes erant, quæ ad Phalara egerant de pace; primum queſti ſunt quædam parva contra fidem conventionis tempore induciarum facta: poſtremo negarunt dirimi bellum poſſe, niſi Meſſenii Achæi Pylum redderent, Romanis reſtituerentur Atintania, Scerdilædo & Pleurato Ardyæi. Enimvero indignum ratus Philippus, victos vicſtoſque ſibi ultro conditiones ferre: *ne antea quidem ſe ullo de pace audiſſe, aut inducias petiſſe*: dixit, *ſpem ullam habentem quietoris Ætolos; ſed ut omnes ſocios teſtes haberet, ſe pacis, illos belli cauſſam queſiſſe.* ita infecta pace concilium dimiſit; quatuor millibus armatorum relictis ad præſidium Achæorum, & quinque longis navibus acceptis, quas ſi adjeciſſet miſſe nuper ad ſe claſſi Carthaginienſium, & ex Bithynia ab rege Prufia venientibus navibus, ſtatuerat navali prœlio laceſſere Romanos; jam diu in ea regione potentes maris. ipſe ab eo concilio Argos regreſſus: jam enim Nemeorum appetebat tempus, quæ celebrari volebat præſentia ſua.

Cap. XXXI. Occupato rege apparatu ludorum, & per dies feſtos hilarentius quam inter belli tempora remittente animum, P. Sulpicius ab Naupacto profectus, claſſem appulit inter Sicyonem & Corinthum, agrumque nobiliſſimæ fertilitatis effuſe vaſtavit. Fama ejus rei Philippum ab ludis excivit: rapimque cum equitatu profectus, juſſis ſubſequi peditibus, palatos paſſim per agros, graveſque præda (ut qui nihil tale metuerent) adortus Romanos, compulit in naves. Claſſis Romana haud quaquam læta præda Naupactum rediit. Philippus quoque ludorum, qui reliqui erant, celebrictatem, quantæcumque de Romanis fama, victoriæ partæ fama auxerat: lætitiaque ingenti celebrati feſti dies. eo magis etiam, quod popularitter dempto capitis inſigni, purpura atque alio regio habitu, æquaverat cæteris ſe in ſpectelo: quo nihil gratius eſt civitatibus liberis. Præbuiſſeque haud dubium eo facto ſpem libertatis, niſi omnia intoleranda libidine fœda ac deformia effeciſſet. vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritimas domos dies noctesque: & ſubmittendo ſe in privatum faſtigium, quo minus conſpectus, eo ſalutior erat: & libertatem quum aliis vanam oſtendiſſet, roram in ſuam licentiam verterat. Neque enim omnia æmebat aut eblandiebatur, ſed vim etiam flagitiis adhibebat: periculoſumque & viris & parentibus erat, moram incommoda feveritate libidini regiæ facſiſe. tuni etiam principi Achæorum Arato adempta uxor nomine Polycratia: ac ſpe regiarum nuptiarum in Macedoniam aſportata fuerat. Per hæc flagitia ſolenni Nemeorum peracto, paucisque additis diebus, Dymas eſt profectus ad prætidium Ætolorum, quod ab Eleis accitum acceptumque in urbem erat, ejiciendum. Cycliadas (penes eum ſumma imperii erat) adhæsque ad Dymas regi occurrere: & Eleorum accenti odio, quod à cæteris Achæis diſſentirent & infenſi Ætolis, cuos Romanum quoque adverſus fe moviſſe bellum crebebant. Profecti ab Dymis conjuncto exercitu tranſiunt Larifſum amnem, qui Eleum agrum ab Dymæo dirimit.

Cap. XXXII. Primum diem, quo fines hoſtium ingreſſi ſunt, populando abſumpſerunt. Poſtero die acie infructa ad urbem acceſſerunt: præmiſſis equitibus, qui obequitando portis promptum ad excurſiones genus laceſ-

lacesserent Ætolorum. Ignorabant Sulpicium cum quindecim navibus ab Naupacto Cyllenen trajecisse: & expositis in terram quatuor millibus armatorum, silentio noctis, ne conspici agmen posset, intrasse Elim. Itaque improvisa res ingentem injecit terrorem, poltquam inter Ætolos Eleosque Romana signa atque arma cognovere. Et primo recipere suos voluerat rex: dein, contracto jam inter Ætolos & Trallos (Illyriorum id est genus) certamine, quum urgeri videret suos, & ipse rex cum equitatu in cohortem Romanam incurrit. Ibi equus pilo trajectus, quum profapsum per caput regem effudisset, atrox pugna utrinque accensa est: & ab Romanis impetu in regem facto, & protegentibus regis, infignis & ipsius pugna fuit, quum pedes inter equites coactus esset prælium inire. deinde quum jam impar certamen esset, cadentesque circa eum multi & vulnerarentur, raptus ab suis atque alteri equo impositus, fugit. Eo die castra quinque millia passuum ab urbe Eleorum potuit. postero ad castellum (Pyrgam vocant) copias omnes eduxit: quo agrestium multitudinem cum pecoribus metu populationum compulsam audierat. eam incondiram inermemque multitudinem primo flatim terrore adveniens cepit: compensaveraque ea præda, quod ignominiæ ad Elim acceptum fuerat. Dividenti prædam captivosque (fuerant autem quatuor millia hominum, pecoris omnis generis ad millia viginti) nuncius ex Macedonia venit: Eropum quendam, corrupto arcis præfidiique præfecto, Lychnidum cepisse. tenere & Dassaretiorum quotidiani vicos, & Dardanos etiam concire. Omisso igitur Achaico atque Ætolico bello, relictis tamen duobus millibus & quingentis omnis generis armatorum, cum Menippo & Polyphanta ducibus ad præsidium locorum, profectus ab Dymis per Achaiam Bucolamque & Boeheidem, decimis castris Demetriadem in Thessaliam pervenit.

Cap. XXXIII. Ibi alii majorem afferentes tumultum nuncii occurrunt: Dardanos in Macedoniam effusos, Oresti jam tenere, ac descendisse in Ægestæum campum: fiammaque inter barbaros celebrem esse, Philippum occisum. Expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnavit; in arborem illatus impetu equi ad eminentem ramum, cornu alterum galeæ præfregit. id inventum ab Ætolo quodam, perlatumque in Ætoliam ad Scerdiledum, cui notum erat inimicæ galeæ; famam interfecti regis vulgavit. Post professionem ex Achaia regis, Sulpicius Æginam classe profectus, cum Attalo sese conjunxit. Achaei cum Ætolis Eleisque, haud procul Messene properare pugnam fecerunt. Attalus rex, & P. Sulpicius Æginæ hibernarunt. Exitu hujus anni T. Quintius Crispinus consul, dictatore comitiorum ludorumque faciendorum caussa dicto T. Manlio Torquato, ex vulnere moritur. alii Tarenti, alii in Campania mortuum tradunt. Id quod nullo ante bello acciderat; duo consules fine memorando proelio interfecti, velut orbam rempublicam reliquerant. Dictator Manlius magistrum equitum Cn. Servilium (tum aedilis curulis erat) dixit. Senatus, quo die primum eit habitus, ludos magnos facere dictatorem iussit, quos M. Æmilius praetor urbis, C. Flaminio, Cn. Servilio, consulibus, faceret: & in quinquennium voverat. Tum dictator & ludos fecit, & in infequens lustrum vovit. Caeterum, quum duo consulares exercitus tam prope hostem sine ducibus essent, omnibus aliis curis abiis, una praecipua cura Patres populumque incesit, consules primo quoque tempore creandi: & ut eos potissimum crearent, quorum virtus satis tuta a fraude Punica esset; *cum toto eo bello damnosa, praepropera ac fervida ingenia imperatorum fuissent: tum ab ipso nunc consules nimia cupiditate conferendi cum hoste manum, in necopinatam fraudem lapsos esse. caeterum Deos immortales miseritos nominis Romani, peperciffe innoxiis exercitibus: temeritatem consulum ipsorum capitibus damnasse.*

Cap. XXXIV. Quum circumspicerent Patres, quosnam consules facerent, longe ante alios eminebat C. Claudius Nero. Ei collega quaerebatur. & virum quidem eum egregium ducebant: sed promptiorem actioremque, quam tempora belli postularent, aut hostis Annibal: temperandum acre ejus ingenium moderato & prudenti viro adjunctio Claudia genitebant. M. Livius erat multis ante annis ex consulatu populi judicio damnatus. quam ignominiam adeo aegre tulerat, ut & rus migraret: & per multos annos & urbe, & omni coetu careret hominum. octavo ferme post damnationem anno M. Claudius Marcellus, & M. Valerius Laevinus consules reduxerant eum in urbem: sed erat vefte obsoleta, capilloque & barba promissa: praeferens in vultu habituque insignem memoriam ignominiae acceptae. L. Veturius & P. Licinius censores, eum tonderi, & squalorem deponere, & in senatum venire, fungique aliis publicis muneribus coegerunt. sed tum quoque aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat, donec cognati hominis eum caussa M. Livii Maca-

Macati, quum fama eius agreretur, tantem coegit in senatu fenientiam dicere. Tum ex tanto intervallo auditus convertit ora hominum in se, cauſamque fermonibus præbuit, *indigno iuuiriam a populo factam, magnoque id damno fuiſſe, quod tam gravi bello nec opera, nec conſilio talis viri ipſa reſpublica eſſet. C. Nero nequit. M. Livium, neque M. Valerium Laevinum dari collegas poſſe, quia duos patricios creari non liceret. eandem cauſſam in T. Manlio eſſe, præterquam quod recuſaſſet dictatum conſulatum, recuſaturuſque eſſet. Egregium per conſulum fore, ſi M. Livium C. Claudio collegam adjunxiſſent. Nec populum minus honorem ejus rei ortam à Patribus eſt aſſernatus. Unus eam rem in civitate, is cui deferebatur honos, abnuebat: levitatem civitatis accuſans. Sordidati rei non miſeritos, camillam regum invito offerre: eodem honores panaſſe quæ congerit. Si bonum virum dicere, quid ita male tractatum damnatumſue eſt? ſi noxium comperiſſent, quid ita male creatio prior conſulatu, alterum crederent? Hæc taliaque arguentem & querentem, cattigabant Patres; & M. Furium memorantes revocatum de exilio, patriam pulſam ſede ſua reſtituiſſe. Id patrem facilitiam, ſic patria, patiendo ac ferendo leniendam eſſe.* adnixi omnes, cum C. Claudio M. Livium conſulem fecerunt.

Cap. XXXV. Poſt diem tertium ejus diei prætorum comitia habita. Prætores creati L. Porcius Licinus, C. Mamilius, A. & C. Hoſtilii Catones. Comitiis perfectis, ludiſque factis, dictator & magiſter equitum magiſtratu abierunt. C. Terentius Varro in Etruriam proprætor miſſus, ut ex ea provincia C. Hoſtilius Tarentum ad eum exercitum iret, quem T. Quinctius conſul habuerat. & L. Manlius trans mare legatus iret, vi ſi foreque quæ ibi gerentur: ſimul, quod Olympiæ ludicrum ea æſtate futurum erat, quod maximo coetu Græciæ celebraretur: ut ſi tuto per hoſtem poſſet, adiret id concilium: ut qui Siculi bello ibi profugi, aut Tarentini cives relegati ab Annibale eſſent, domos redirent: ſi renteque ſua omnia, quæ ante bellum habuiſſent, reddere populum Romanum. Quia periculoſiſſimus annus imminere videbatur, neque conſules in republica erant; in conſules deſignatos omnes verſi; quam primum eos forriri provincias, & præficifere quam quiſque eorum provinciam, quem hoſtem haberet, volebant. De reconciliatione etiam gratiæ eorum in ſenatu actum eſt; principio facto à Q. Fabio Maximo. Inimicitiæ autem nobiles inter eos erant, & acerbiores eas, indigniorque Livio fuit calamitas fecerat, quod ſpretum ire in ea fortuna credebat. itaque is magis implacabilis erat: & nihil opus eſſe reconciliatione, ajebat. acrius & intentius omnia geſturos; timentes ne ciefcendi ex ie inimico collegæ poteſtas fieret. Vicit tamen auctoritas ſenatus, ut potiris ſimultatibus, communi animo conſiſioque adminiſtrarent: remquidam. Provinciæ iis non permixtæ regionibus, ſicut ſuperioribus annis, ſed diverſæ extremis Italiæ finibus; alteri adverſus Annibalem Bruttii, Lucani; alteri Gallia adverſus Aldrubalem (quem jam Alpibus appropinquare fama erat) decrera. Exercitum ex duobus, qui in Gallia, quique in Etruria eſſent, addito urbano, eligeret quem malleſ, qui Galliam eſſet ſortitus. Cui Bruttii provincia eveniſſet, novis legionibus urbanis ſcriptis, utrius malleſ conſulum prioris anni exercitum fumeret. Relicto à conſule exercitum, Q. Fulvius proconſul accipere: eique in antium ſuperiorem eſſet. & C. Hoſtilio, cui pro Etruria Tarentum mutaverant provinciam, pro Tarento Capuam mutaverunt. legio una data, cui Fulvius proximo anno præfuerat. De Aſdrubalis adventu in Italiam cura indies creſcebat.

Cap. XXXVI. Maſilienſium primum legati nunciaverant, eum in Galliam tranſgreſſum: erectoſque adventu ejus, quia magnum pondus auri atruliſſe diceretur, ad mercede auxilia conducenda, Gallorum animos. miſſi deinde cum iis legati ab Roma Sex. Antiſtius & M. Retius ad rem inſpiciendam, retulerant, miſiſſe ſe cum Maſilienſibus ducibus, qui per hoſpites eorum principes Gallorum omnia explorata inferrent. Pro comperto habere, Aſdrubalem ingenti jam coacto exercitu proximo vere Alpes trajecturum: nec tum eum quicquam aliud morari, niſi quod clauſe hieme Alpes eſſent. In locum M. Marcelli P. Ælius Pætus augur creatus, inauguratuſque. & Cn. Cornelius Dolabella rex ſacrorum inauguratuſ eſt in locum M. Marcii, qui biennio ante mortuus erat. Hoc eodem anno & luſtrum conditum eſt à cenſoribus P. Sempronio Tuditano, & M. Cornelio Cethego. Cenſa civium capita centum triginta ſeptem millia, centum & octo. minor aliquanto numerus quam qui ante bellum fuerat. Eo anno primum, ex quo Annibal in Italiam veniſſet, comitium rectum eſſe, memoriæ proditum eſt, & ludos Romanos ſemel inſtauratos ab ædilibus curulibus Q. Metello, & C. Servilio. & plebeis ludis bidnum inſtauratum ab Q. Mamilio, & M. Cæcilio Metello ædilibus plebis. & tria ſigna ad Cereris eidem dederunt: & Jovis epulum fuis

fuit Iudorum causa. Consulatum inde ineunt C. Claudius Nero, & M. Livius iterum. qui, quia jam designati provincias sortiri erant, prætores fortiri jusserunt. C. Hostilio urbana evenit: addita & peregrina, ut tres in provincias exire possent. A. Hostilio Sardinia. C. Mamilio Sicilia. L. Porcio Gallia evenit. Supplendi legionum trium & viginti; ita per provincias divisa, ut bina consulum essent, quatuor Hispania haberet: tres prætores binas, in Sicilia, in Sardinia & Gallia; duas C. Terentius in Etruria, duas Q. Fulvius in Bruttiis; duas Q. Claudius circa Tarentum & Salentinos; unam C. Hostilius Tubulus Capuæ. Duæ urbanæ ut scriberentur. primis quatuor legionibus populus tribunos creavit. in cæteras comitia miserunt.

Cap. XXXVII. Principium consules proficiscerentur, novendiale sacrum fuit: cuia Veiis de cœlo lapidaverat. Sub unius prodigii (ut fit) mentionem, alia quoque nunciata, Minturnis ædem Jovis, & lucum Maricæ; item Atellæ murum, & portam de cœlo tacta. Minturnenses, terribilius quod esset, adjiciebant, sanguini rivum in porta fluxisse. & Capuæ lupus nocte portam ingressus, vigilem laniaverat. Hæc procurata hostilis majoribus prodigia, & supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum. inde iterum novendiale instauratum, quod in Armilustro lapidibus vim pluere. Liberatas religione mentes turbavit rursus nunciatum, Frutinone infantem natum esse quadrimo parem: nec magnitudine tam mirandum, quam quod is quoque, ut Sinuessæ biennio ante, incertus mas an fœmina esset, natus erat. Id vero aruspices ex Etruria acciti fœdum ac turpe prodigium dicere, extorrem agro Romano procul terræ contactu alto mergendum. Vivum in arcam conjiciere, provectumque in mare projecerunt. Decrevere item pontifices, ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent. Id quum in Jovis Statoris æde diceretur condirum ab Livio poeta carmen, tacta de cœlo ædes in Aventino Junonis Reginæ. prodigiumque id ad matresnas aruspices quum respondissent, donoque Divam placandam esse; ædilium curulium edicto in Capitolium convocatæ, quibus in urbe Romana, intraque decimum lapidem ab urbe, domicilia essent, ipsæ inter se quinque & viginti delegerunt, ad quas ex dotibus stipem conferrent. Inde donum pelvis aurea facta, laraque in Aventinum, purgque & caste à matronis sacrificatum. Confestim ad aliud sacrificium eidem Divæ ab decemviris edicta dies: cujus ordo talis fuit: ab æde Apollinis boves fœminæ albæ duæ porta Carmentali in urbem ductæ. post eas duo signa cupressea Junonis Reginæ portabantur: tum feptem & viginti virgines longam indutæ vestem, carmen in Junonem Reginam canentes ibant: illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingeniis; nunc abhorrens & inconditum si referatur. Virginum ordinem sequebantur decemviri coronati lauream, prætextatique. A porta Jugario vico in forum venere. in foro pompa constitit; & per manus reste data, virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt. Inde vico Tusco, Velabroque, per Boarium forum, in clivum Publicum, atque ædem Junonis Reginæ pervectum. ibi duæ hostiæ ab decemviris immolatæ, & simulacra cupressea in ædem illata.

Cap. XXXVIII. Diis rite placatis, delectum consules habebant acriùs intentiusque, quam prioribus annis quitquam meminerat habitum. nam & bellii terror duplicatus nisi hostis in Italiam adventu: & minus juventutis erat, unde scriberent milites. Itaque colonos etiam maritimos, qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant. quibus recusantibus, edixere in diem certam, ut quo quisque jure vacationem haberet, ad senatum deferret. Ea die hi populi ad senatum venerunt: Ostienses, Alsienses, Antias, Anxuras, Minturnenses, Sinuessanos, & ab supero mari Senenses. Quum vacationes suas quisque populus recitaret; nullius quum in Italia hostis esset, præter Antiatem Ostiensemque, vacatio observata est, & earum coloniarum juniores jurejurando adacti, supra dies triginta non pernoctaturos se esse extra mœnia coloniæ suæ, donec hostis in Italia esset. Quum omnes censerent, primo quoque tempore consulibus eundum ad bellum: nam & Adirbali oppugnarendum esse defecenti ab Alpibus, ne Gallos Cisalpinos, neve Etruriam erectam in spem rerum novarum sollicitaret: & Annibalem tuo proprio occupandum bello, ne emergere ex Bruttiis atque obviam fratri ire posset) Livius cunctabatur, parum fidens suarum provinciarum exercitibus: colligam ex duobus consularibus egregiis exercitibus, & tertio, cui Q. Claudius Tarenti præesset, electionem habere. intuleratque mentionem de volonibus revocandis ad signa. Senatus libenter potestatem consulibus fecit, & tumplendi undè vellent, & eligendi de omnibus exercitibus quos vellent, permutandique: & ex provinciis, quos è republica censerent esse, traducendi. Ea omnia cum summa concordia consulum acta. Volones in undevicesimam & vicesimam legiones scripti. Magni roboris auxi-

lia

lia ex Hispania quoque à P. Scipione M. Livio missa, quidam ad id bellum auctores sunt: octo millia Hispanorum Gallorumque, & duo millia de legione militum: equitum ad mille octingentos, mixtos Numidas Hispanosque. M. Lucretium has copias navibus adduxisse: & sagittariorum, funditorumque ad quatuor millia, ex Sicilia C. Mamilium misisse.

Cap. XXXIX. Auxerunt Romæ tumultum literæ ex Gallia allatæ ab L. Porcio prætore: *Adventabam moveisse ex Hibernis, & jam Alpes transire: octo millia Ligurum conscripta, armataque, conjunctura se transgresso in Italiam esse, nisi obviam ire Ligures qui eos bello occuparet. Se enim in valido exercitu, quanti tutum putaret, progressum.* His literæ consules, raptim confecto delectu, maturius quam constituerant, exire in provincias coëgerunt: ea mente, ut uterque hostem in sua provincia contineret, neque coniungi, aut confligere in unum vires paterent. Plurimum in eam rem adjuvit opinio Annibalis: quod etsi ea ætate transiturum in Italiam fratrem crediderat, recordando quæ ipse in transitu nunc Rhodani, nunc Alpium, cum hominibus locisque pugnando per quinque menses exhausisset, haudquaquam tam facilem maturumque transitum exspectabat. ea tardius moventi ad hiberna causa fuit. Cæterum Asdrubal, & tua & aliorum spe omnia celeriora atque expeditiora fuere. non enim receperunt modo Arverni eum, deinceps que aliæ Gallicæ atque Alpinæ gentes; sed etiam secutæ sunt ad bellum. & quum per munita pleraque transitu fratris, quæ ille viis fecerant, ducebat; tum etiam duodecim annorum assuetudine perviis Alpibus factis, inter mitiora jam hominum transibat ingenia. Invitirati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra anniti, omni genere humano infocabiles erant. & primo ignari quo Poenus pergeret; suas rupes suaque castella, & pecorum hominumque præda pari credidere: fama deinde Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur, satis edocuerat, viam tantum Alpes esse, duas prævalidas urbes, magno inter se spatio dissitas, de imperio & opibus, certare. hæc causse aperuerant Alpes Asdrubali. Cæterum quod celeritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam, dum frustra obsidet magis, quam oppugnat, corripit. Credideræ campestris oppidi facilem expugnationem esse: & nobilitas coloniæ indurxerat eum, magnum se excidio ejus urbis terrorem cæteris rapturum injecturum. Non ipsum solum ea oppugnatio impedit: sed Annibalem post famam transitus ejus tanto spe sua celeriorem, jam moventem ex hibernis, continuerat. quippe reputantem non solum quam lenta urbium oppugnatio esset: sed etiam quam ipse fruitra eandem illam coloniam ab Trebia victor regressus tentasset.

Cap. XL. Consules diversis itineribus profecti ab urbe, velut in duo pariter bella, distenderant curas hominum: simul recordantium, quas primus adventus Annibalis intulisset Italiæ clades: simul quanta illa angerent cura, quos tam propitios urbi atque imperio fore Deos, ut eodem tempore utrobique res publica prospere gereretur. adhuc adversis secundis pensando, rem ad id tempus extractam esse, quum in Italia ad Trasimenum & Cannas præcipitasset Romanam rem, prospera bella in Hispania prolapsam eam erexisse. postea quam in Hispania alia super aliam clades, duobus egregiis ducibus amissis, duos exercitus ex patre delesset, multa secunda in Italia Scipionæ gesta quasi tatam reipublicam excepisse: & ipsum interstitium loci, quod in ultimis terrarum oris alterum bellum gereretur, spatium dedisse ad respirandum. *Nunc duo bella in Italiam accepta, duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam, & unum in locum totam periculi molem, omne omen tantum esse. qui eorum prior ad esset, intra paucos dies castra cum altero junctura.* terrebat & proximus annus lugubris duorum consulum funeribus. His anxii curis homines, digredientes in provincias consules profecuti sunt. Memoriæ proditum est, plenum adhuc iracundiæ M. Livium ad bellum profiscentem dixisse, *Meminerit Q. Fabius, se prius quam genus hostium cognosset, temere manum conseruisse, responsse, Ubi primum hostium agmen conspexisset, pugnaturum.* Quum quæreretur, quæ causa festinandi esset; *Aut ex hoste egregiam gloriam, inquit, aut ex civibus ejectis gaudium, meritum certe, etsi non honestum, capiam.* Prius quam Claudius consul in provinciam perveniret, per extremum finem agri Larinatis ducentem in Salentinos exercitum, Annibalem cum expeditis cohortibus adortus C. Hostilius Tubulus, incompositio agmini terribilem tumultum intulit. ad quatuor millia hominum occidit, novem signa militaria cepit. Moverat ex hibernis ad famam hostis Q. Claudius, qui per urbes agri Salentini castra dispositas habebat. Itaque ne cum duobus exercitibus simul confligeret Annibal, nocte castra ex agro Tarentino movit, atque in Bruttios concessit. Claudius in Salentinos agmen convertit.

Hosti-

Hostilius Capuam petens, obvius ad Venafium fit conſuli Claudio. Ibi ex utroque exercitu electa peditum quadraginta millia, duo millia & quingenti equites, quibus conſul ad verſus Annibalem res gereret: reliquas copias Hoſtilius Capuam ducere juſſus, ut Q. Fulvio proconſuli traderet.

Cap. XLI. Annibal undique contracto exercitu, quem in hibernis, aut in præſidiis agri Bruttii habuerat, in Lucanos ad Grumentum venit; ſpe recipiendi oppida, quæ per metum ad Romanos defeciſſent. eodem à Venuſia conſul Romanus exploratis itineribus contendit, & millia fere & quingentos paſſus caſtra ab hoſte locat. Grumenti mœnibus prope junctum videbatur Pœnorum vallum. quingenti paſſus erant inter caſtra Punica ac Romana. Interjacebat campus, colles imminebant nudi, ſiniſtro lateri Carthaginienſium, dextro Romanorum; neutris ſuſpecti: quod nihil ſilvæ neque ad inſidias latebrarum habebant. In medio campo ab ſtationibus procurrentes, certamina, haud ſatis digna dictu, ferebant. Id modo Romanum quærere apparebat, ne abire hoſtem patererur. Annibal inde evadere cupiens, totis viribus in aciem deſcendebat. Tum conſul ingenio hoſtis uſus, quo minus in tam apertis collibus timeret inſidiæ poterant; quinque cohortes additis quinque manipulis, nocte jugum ſuperare & in averſis vallibus conſidere jubet. tempus exſurgendi ex inſidiis, & aggrediendi hoſtem, Ti. Claudium Aſellum tribunum militum, & P. Claudium præfectum ſocium edocet, quos cum iis mitebat. Ipſe luce prima copias omnes peditum equitumque in aciem eduxit. Paulo poſt & ab Annibale ſignum pugnæ propoſitum eſt: clamorque in caſtris ad arma diſcurrentium eſt ſublatus. inde eques, pedeſque certatim portis ruere, ac palati per campum properare ad hoſtes. Quos ubi effuſos conſul videt, tribuno militum tertiæ legionis C. Aurunculeio imperat, ut equites legionis quanto maximo impetu poſſit, in hoſtem emittat. ita pecorum modo, incompoſitos toto paſſim campo ſe fudiſſe, ut ſterni obteriquepriuſquam inſtruantur, poſſint.

Cap. XLII. Nondum Annibal è caſtris exierat, quum pugnantium clamorem audivit. itaque excitus tumultu raptim ad hoſtem copias agit. Jam primos occupaverat equeſtris terror. peditum etiam prima legio; & dextra ala præcluſum inibant. Incompoſiti hoſtes ut quemque aut pediti, aut equiti caſus obvulit, ita conferunt manus. creſcit pugna ſubitis, & procurrentium ad certamen numero augetur: pugnantesque (quod niſi in vetere exercitu, & duci veteri haud facile eſt) inter tumultum ac terrorem inſtruxiſſet Annibal; ni cohortium ac manipulorum decurrentium per colles clamor ab tergo auditus, merum, ne interclauderentur à caſtris, injeciſſet. Inde pavor incuſſus: & fuga paſſim neri cœpta eſt. minorque cædes fuit, quia propinquitas caſtrorum brevirem fugam perculſis fecit. Equites enim in tergo hærebant: in tranſverſa latera invaſerant cohortes, ſecundis collibus via nuda ac facili decurrentes. tamen ſupra octo millia hominum occiſa: ſupra ſeptingentos capti: ſigna militaria novem adempta: elephanti etiam, quorum nullus uſus in repentina ac tumultuaria pugna fuerat, quatuor occiſi, duo capti. Circa quingentos Romanorum fociorumque victores ceciderunt. poſtero die Pœnus quievit. Romanus in aciem copiis eductis, poſteaquam neminem ſigna contra efferre vidit; ſpolia legi cœlorum hoſtium, & ſuorum corpora collata in unum ſepeliri juſſit. inde inſequentibus continuis diebus aliquot ita inſtitit portis, ut prope inferre ſigna videretur: donec Annibal tertia vigilia crebris ignibus tabernaculiſque, quæ pars caſtrorum ad hoſtes vergebat, & Numidis paucis, qui in vallo portiique ſe oſtendent, relictis, profectus Apuliam petere intendit. Ubi illuxit, ſucceſſit vallo Romana acies. & Numidæ ex compoſito pauliper in portis ſe valloque oſtentavere: fruſtratique aliquandiu hoſtes, citatis equis agmen ſuorum aſſequuntur. Conſul ubi ſilentium in caſtris, & ne paucos quidem qui prima luce obambulaverant, parte ulla cernebat; ducibus equitibus ſpeculatum in caſtra præmiſſis poſtquam ſatis tuta omnia eſſe exploratum eſt, inferri ſigna juſſit. tantumque ibi moratus, dum milites ad prædam diſcurrunt, receptui deinde cecinit, multoque ante noctem copias reduxit. Poſtero die primi luce profectus, magnis itineribus famam & veſtigia agminis ſequens, haud procul Venuſia hoſtem aſſequitur. Ibi quoque tumultuaria pugna fuit. ſupra duo millia Pœnorum cæſa. Inde nocturnis, montaniſque itineribus Pœnus, ne locum pugnandi daret, Metapontum petit. Hanno inde (is enim præſidio relictus fuerat) in Bruttios cum paucis ad exercitum novum comparandum miſſus. Annibal copiis ejus ad ſuas additis, Venuſiam retro, quibus venerat itineribus repetit: atque inde Canuſium procedit. Nunquam Nerone veſtigiis hoſtis abſtiterat: & Q. Fulvium, quum Metapontum ipſe proficiſceretur, in Lucanos, ne regio ea ſine præſidio eſſet, arceſſierat.

Cap.

Cap. XLIII. Inter hæc ab Asdrubale, postquam à Placentiæ obsidione abscessit, quatuor Galli equites, duo Numidæ cum literis ad Annibalem missi, quum per medios hostes totam ferme longitudinem Italiæ emensi essent, dum Metaponтum cedenteni Annibalem sequuntur, incertis itineribus Tarentum delati, à vagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium prætorem deducuntur. Eum primo incertis implicantes responsis, ut merus tormentorum admotus fateri vel coegit, edocuerunt; literas se ab Asdrubale ad Annibalem ferre. Cum iis literis, ficut erant, fignatis, L. Virginio tribuno militum ducendi ad Claudium conſulem traduntur. duæ simul turmæ Samnitium præfidii cauſſa miſſæ. qui ubi ad conſulem perverenunt, literæque lectæ per interpretem ſunt, & ex captivis percunctatio facta; tum Claudius non id tempus eſſe reipublicæ ratus, quo conſilijs ordinariis provinciæ ſuæ quiſque finibus per exercitus ſuos cum hoſte deſtinato ab ſenatu, bellum gereret: Audendum ac novandum aliquid improviſum, inopinatum, quod cœptum non minorem apud cives, quam hoſtes, terrorem faceret; perpetratum in magnam lætitiam ex magno metu verteret; literis Aſdrubalis Romam ad ſenatum miſſis, ſimul & ipſe Patres conſcriptos quid pararet, edocet, ut quum in Umbria ſe occurſurum Aſdrubal fratri ſcribat; legionem à Capua Romam arceſſant: delectum Romæ habeant: exercitum urbanum ad Narniam hoſti opponant. Hæc ſenatui ſcripta. Præmiſſa autem per agrum Larinatem, Marrucinum, Frentanum, Prætutianum, qua exercitum dictūrus erat, ut omnes ex agris urbibuſque commearus pararos militi ad veſcendum in viam deferrent, equos lumentaque alia producerent, ut velicularium ſeſſis copia eſſet. Ipſe de toto exercitu civium ſociorumque quod roboris erat, deligit, ſex millia peditum, mille equites: pronunciat, occupare ſe in Lucanis proximam urbem Punicumque in ea præſidium velle, ut ad iter parati omnes eſſent. Profectus nocte, dexit in Picenum. Et conſuli quidem quantis maximis poterat itineribus, ad collegam ducebat; relicto Q. Catio legato, qui caſtris præeſſet.

Cap. XLIV. Romæ haud minus terroris ac tumultus erat, quam fuerat biennio ante, quum caſtra Punica objecta Romanis mœnibus portiſque fuerant. neque ſatis conſtabat animis, tam audax iter conſulis laudarent vituperarentne. Apparebat, (quo nihil inſquius eſt) ex eventu famam habiturum. *Caſtra prope Annibalem hoſtem relicta ſine duce cum exercitu, cui detractum foret omne quod roboris, quod florie fuerit; & conſulem in Lucanos oſtendiſſe iter, quum Picenum & Galliam peteret: noſtra relinquentem nulla alia re tutiora, quam errore hoſtis, qui ducem inde atque exercitus partem abiſſe ignoraret. Quid futurum, ſi id palam fiat? & aut inſequi Neronem cum ſex millibus armatorum validiſſimum, Annibal toto exercitu velit, aut caſtra invadere, prædæ relicta, ſine viribus, ſine imperio, ſine auſpicio? Veteres ejus belli clades, duo conſules proximo anno interfecti terrebant. & ea omnia acciderunt, quum unus imperator, unus exercitus hoſtium in Italia eſſet: nunc duo bella Punica ſuborta, duos ingentes exercitus, duos prope Annibales in Italia eſſe, quippe & Aſdrubalem, patre eodem Amilcare genitum, æque impigrum ducem, per tot in Hiſpania annos Romano exercitum bello, gemina victoria ingnoun, duobus exercitibus cum clariſſimis ducibus delerum, nam itineris quidem celeritate ex Hiſpania & concitatis ad arma Gallicis gentibus, multo magis quam Annibalem ipſum gloriari poſſe. quippe in iis locis hunc coegiſſe exercit un, quibus ille majorem partem militum ſame, ac frigore, quæ miſerrima mortis genera ſunt, amiſiſſet.* Adjiciebant etiam periti rerum Hiſpaniæ, *haud cum ignoto duce C. Nerone congreſſurum: ſed quem in ſaltu impedito deprehenſus forte, haud ſecus quam puerum, conſcribendis fallacibus conditionibus pacis fruſtratus eluſiſſet.* Omnia majora etiam vero præſidia hoſtium, minora ſua, metu interpretes tempore in deteriora inclinato, ducebant.

Cap. XLV. Nero poſtquam jam tantum intervalli ab hoſte fecerat, ut deregi conſilium ſatis tutum eſſet, paucis milites alloquitur. *Negat ullius conſilium imperatoris in ſpecie audacius, reipſa tutius fuiſſe, quam ſuum. Ad eorum eos ſe victoriam ducere. quippe ad quod bellum collega non ante, quam ad ſatietatem ipſius peditum atque equitum datæ ab ſenatu copiæ fuiſſent, majores, inſtructioreſque quam ſi adverſus ipſum Annibalem iret, profectus ſit; eo ipſo quantumcunque virium momentum addiderint, rem omnem inclinaturos. Auditum modo in acie (nam ne ante auditetur, daturum operam) alterum conſulem, & alterum exercitum adveniſſe, haud dubium victoriam factiurum. Eamdem bellum confecere, & parva momenta in ſpem metumque impellere animos. Gloriæ quidem ex re bene geſta partæ ſtudium prope omnem ipſos laturos. Semper quod poſtremum adjectum ſit, id rem totam videre traxiſſe. Cernere ipſos, quo concurſu, qua admiratione, quo favore hominum iter ſuum celebretur.* Et, hercule, per inſtructa omnia

omnia ordinibus virorum mulierumque undi que exagris effultorum, inter vota ac preces & laudes ibant: illos præsidia Reipublicæ, vindices urbis Romæ imperiique appellabant: in illorum armis dextrisque tam liberorumque istorum filiorum ac libertatem repositam esse. Deos summos Deasque precabantur, ut illis fastum iret felixque pugna, matura ex hostibus victoria esset: damnarentque ipsi victorum, quæ pro iis fuisse pisserit. Ut quemadmodum nunc felicitri profequerentur eos, ita paucos post dies læti ovantibus victoria celebraturi irent. Invitare inde pro se equitque, & offerre & fatigare precibus, ut quæ ipsis jumentisque usui essent, ab se potissimum sumerent, benigne omnia cumulata dare. Modestia certare milites, ne quid ultra usum necessarium sumerent: nihil morari, nec ab signis abjiciere civum capteres: diem ac hostem ire: ne quod fatis ad naturale desideriun corporum esset, quieri dare. Et ad collegam præmissi erant, qui nunciarent adventum, percunctarenturque, clam an palam, interdiu an nocte, venire sese velles, itidem an aliis consilere castris. Nocte clam ingredi melius visum est.

Cap. XLVI. Tessera per castra ab Livio consule data erat, ut tribunum tribunus, centurio centurionem, eques equitem, pedes pedites acciperet. neque enim dilatari castra opus esse, ne hostis adventum alterius consulis sentiret & coactatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat, quod Claudianus exercitus nihil ferme, præter arma, secum in expeditionem tulerat. Cæterum in ipso itinere auctum voluntariis agmen erat; offerentibus sese ultro; & veteribus militibus perfunctis jam militia; & juvenibus, quos certatim nomina dantes si quorum corporis species, roburque virium aptum militiæ videbatur, conscripserat. Ad Senam castra alterius consulis erant: & quingentos inde ferme passus Asdrubal aberat. Itaque quum jam appropinquaret, tectus montibus fubiit ut Nero: ne ante noctem, castra ingrederetur. Silentio ingressi, ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti, cum summa omnium lætitia hospitaliter excipiuntur. Postero die consilium habitum, cui & L. Porcius Licinus præter affuit. Castra juncta consulum castris habebat & ante adventum eorum, per loca alta ducendo exercitum, quum modo intideret angustos saltus, ut transitum clauderet, modo ab latere aut ab tergo carperet agmen, ludificatus hostem omnibus artibus belli fuerat. Is tum in consilio aderat. Multorum eo inclinant sententiæ, ut, dum fessum via ac vigiliis reficeret militem Nero; simul & ad noscendum hostem paucos sibi fumeret dies, tempus pugnæ differretur. Nero non suadere modo, sed summa ope orare intitit, *ne consilium suum, quod tutum celeritas fecisset, temerarium morando faceret. Tempus id esse, quod nunquam futurus esset; velut torpentem Annibalem, nec castra sua sine duce relicta aggredi, nec ad sequendum se iter intenditle. antequam se moveat, deleri exercitum Asdrubalis posse, retrieque in Apuliam. Qui prolatando spatium hosti det, eum & ipsa castra prodere admonet, & aperire in Gallium iter; ut per otium ubi velit, ad Asdrubal conjungatur. Extemplo signum dandum, & occupatum in acie. Abutendumque errore hostium adventus præpintumque. dum nescire illi sciant cum paucioribus, nec hi cum plurimis, & validioribus rem esse.* Consilio diuturno signum pugnæ proponitur, confestimque in aciem procedunt.

Cap. XLVII. Jam hostes ante castra instructi stabant. moram pugnæ attulit, quod Asdrubal provectus ante signa cum paucis equitibus, scuta vetera hostium notavit, quæ ante non viderat, & frigidiores equos, multitudo quoque major foliti vifa est. Suspicatus enim, id quod erat, receptui propere cecinit, ac misit ad flumen, unde aquabantur: ubi & excipi aliqui posient, & notari oculis, ti qui forte adustioris coloris, ut ex recenti via, essent; simul circumvehi procul castra jubet, speculariique, num auctum aliqua parte sit vallum: & ut attendant, semel bisne signum canat in castris. Ea quum ordine omnia relata essent; castra nihil aucta errorem faciebant. Bina erant, sicut ante adventum consulis alterius fuerant: una M. Livii, altera L. Porcii: neutri quicquam quo latius tenderetur, ad munimenta adjectum. Illud veterem ducem assuetumque Romano hosti movit; quod semel in prætoriis castris signum, bis in consularibus referebant ceciniste. duos profecto consules esse, & quonam modo alter ab Annibale abiceffisset, cura angebat. Minime id quod erat, suspicari poterat, tantæ rei fruitratione Annibalem elusum: ut ubi dux, ubi exercitus esset, cum quo castra collata haberet, ignorabat. Profecto haud mediocri clade abterritum infequi non ausum, magnopere verebat; ne perfidia rebus ferum ipio auxilium veniffet: Romanisque vitudem jam fortuna in Italia, quæ in Hispania esset. Interdum, literas suas ad eum non perveniffe, credere: interceptisque iis, consulem ad sese opprimendum accelerasse. His anxius curis, extinctis ignibus, vigilia prima dato signo, ut tacita via

colli-

colligerent, signa ferri justit. In trepidatione & nocturno tumultu dices, parum intente asservari, alter in destinatis iam inde ante animo latebris subtedit, alter per vada nota Metaurum flumen tranavit: ita defertum à ducibus agmen, primo per agros palatur; deinde aliquot semno ac vigiliis sternunt corpora passim, atque infrequentia relinquunt signa. Asdrubal, dum lux viam ostenderet, ripa fluminis signa ferri jubet. & per tortuosi amnis sinus flexuque errorem volvens haud multum profecisse; ubi prima luce transitum opportunum ostendisset, transiturus. sed quum, quantum mare abscedebat, tanto altioribus coërcentibus amnem ripis, non inveniret vada; diem terendo, spatium dedit ad infrequendum sese hosti.

Cap. XLVIII. Nero primum cum omni equitatu advenit. Porcius deinde adsecutus cum levi armatura. Qui quum fessum agmen carperent ab omni parte incursarentque. & jam omisso irinere, quod fugæ simile erat, castra metari Poenus in tumulo super fluminis ripam vellet; advenit Livius peditum omnibus copiis, non Irineris modo, sed ad conterendum extremplo prœlium instructis, armatisque. Sed ubi omnes copias conjunxerunt, directaque acies est; Claudius dextro in cornu, Livius ab sinistro pugnam intruit: media acies præteri tuenda datur. Asdrubal omissa munitione castrorum posquam pugnandum vidit, ne in primæ aciei ante signa elephantos conlocet. circa eos lævo in cornu advertus Claudium Gallos opponit; haud tantum eis fidens, quantum ab hoste timeri eos credebat. Ipse dextrum cornu adversus M. Livium tibi, atque Hispanis (& ibi maxime in vetere militæ fsem habebat) fumpsit. Ligures in medio post elephantos positi; sed longior quam latior acies erat. Gallos prominens collis tegebat. Ea frons, quam Hispani renebant, cum sinistro Romanorum cornu concurrit. dextra omnis acies extra prœlium eminens cessabat. collis oppositus erat, ne aut à fronte, aut ab latere aggrederentur. Inter Livium, Asdrubalemque ingens contractum certamen erat, atroxque cædes utrimque edebatur. Ibi duces ambo, ibi pars major peditum equitumque Romanorum: ibi Hispani, vetus miles periusque Romanæ pugnæ, & Ligures, eorum in armis genus, eodem verti elephanti, qui primo impetu turbaverant antelignanos, & jam signa moverant loco: deinde, crescente certamine & clamore, impotentius jam regi, & inter duas acies versari, velut incerti quorum essent; haud dissimiliter navibus sine gubernaculo vagis. Claudius, *Quid ergo præcipiti cursu tam longum iter emensi sumus?* clamitans militibus, quum in adversum collem fruftra signa erigere conatus esset; postquam ea regione penetrari ad hostem non videbat posse; cohortes aliquot subductas è dextro cornu, ubi stationem magis segnem quam pugnam futuram cornebat, post aciem circumduxit. & non hostibus modo, sed etiam suis inopinantibus in sinistrum hostium latus incurrit. tantaque celeritas fuit, ut quum offendisset se ab latere, mox in terga jam pugnarent. Ita ex omnibus partibus ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidantur Hispani Ligurefque: & ad Gallos jam cædes pervenerat. Ibi minimum certaminis fuit. nam & pugnæ magna ab signis aberant, nocte dilapsi, ittratique somno passim per agros: & qui aderant, itinere ac vigiliis fessi, intolerantissima laboris corpora, vix arma humeris gestabant. Et jam diei medium erat, sitisque & calor hiantes cudendos capiendosque affatim præbebat.

Cap. XLIX. Elephanti plures ab ipsis rectoribus quam ab hoste interfecti. fabrile scalprum cum malleo habebant, id, ubi sævire belluæ ac ruere in suos cœperant, magister inter aures positum, ipso in articulo quo jungitur colli cervix, quanto maximo poterat, ictu adigebat. Ea celerrima via mortis in tantæ molis bellua inventa erat, ubi regendi spem vicissent. primusque id Asdrubal instituerat, dux quum fæpe alias memorabilis, tum illa præcipue pugna. Tile pugnantes hortando, pariterque obeundo pericula, sustinuit: ille fessos, abnuentesque tædio & labore, nunc precando, nunc castigando, accendit: ille fugientes revocavit, omissamque pugnam aliquot locis restituit. postremo, quum haud dubie fortuna hostium esset, ne superesset tanto exercitui fuum nomen fecuto, concitato equo se in cohortem Romanam immisit. Ibi ut patre Amilcare & Annibale fratre dignum erat, pugnans cecidit. Numquam eo bello, una acie tantum hostium interfectum est, redditaque æqua Cannensi clades, vel duces vel exercitus inferiri videbatur. Quinquaginta fere millia hostium occisa: capta quinque millia & quadringenti: præda alia magna tum omnis generis, tum aurl etiam argentique. Civium etiam Romanorum, qui capti apud hostes erant, supra quatuor millia capitum recepta. id solatii fuit pro amissis eo prœlio militibus. Nam haudquaquam incruenta victoria fuit: octo ferme millia Romanorum, sociorumque occisa. Adeoque etiam victores sanguinis cædisque ceperat fatias, ut postero die, quum esset nunciatum Livio consuli, Gallos Cisalpinos,

Ligurefque, qui aut prælio non affuiſſent, aut inter cædem effugiſſent, uno agmine abire ſine certo duce, ſine ſignis, ſine ordine ullo aut imperio: poſſe, ſi una equitum ala mittatur, omnes deleri; *Superſint*, inquit, *aliqui nuncii, & hoſtium cladis, & noſtræ virtutis.* Nero ea nocte, quæ ſecuta eſt pugnam, citatiore quam inde venerat agmine, die ſexto ad ſtativa ſua atque ad hoſtem pervenit. Iter ejus frequentia minore, quia nemo præceſſerat nuncius, lætitia vero tanta, vix ut compotes mentium præ gaudio eſſent, celebratum eſt. Nam Romæ neutræ animi habitus fatis dici enarrarique poteſt: nec quo incerta exſpectatione eventus civitas fuerat, nec quo victoriæ famam accepit. Numquam per omnes dies, ex quo Claudium conſulem profectum fama attulit, ab orto ſole ad occidentem, aut ſenator quiſquam à curia atque ab magiſtratibus abſceſſit, aut populus è foro. Matronæ, quia nihil in ipſis opis erat, in preces obteſtationeſque verſæ; per omnia delubra vagæ ſupplicis votiſque fatigare Deos. tam ſollicitæ ac ſuſpenſæ civitati, fama incerta primo accidit: duos Narnienſes equites in caſtra, quæ in faucibus Umbriæ oppoſita erant, venliſſe ex prælio nunciantes, cæſos hoſtes. Et primo magis auribus quam animis id acceptum erat, ut majus lætiuſque, quam quod mente capere, aut fatis credere poſſent: & ipſa celeritas fidem impediebat, quod biduo ante pugnatum dicebatur. Literæ deinde ab L. Manlio Acidino miſſæ ex caſtris afferuntur de Narnienium equitum adventu. Et literæ per forum ad tribunal Prætoris latæ, ſenatum curia exciverunt: tantoque certamine ac tumultu populi ad fores curiæ concurſum eſt, ut adire nuncius non poſſet, traheruntque à percunctantibus, vociferantibuſque, ut in Roſtris, priuſquam in ſenatu, literæ recitarentur. tandem ſummoti, & coërciti à magiſtratibus: diſpenſarique lætitia inter impotentes ejus animos potuit. In ſenatu primum, deinde in concione literæ recitatæ ſunt: & pro cujuſque ingenio aliis jam certum gaudium, aliis nulla ante futura fides erat, quam legatos, conſultumve literas audiſſent.

Cap. LI. Ipſos deinde appropinquare legatos allatum eſt. tum ſenivero omnis ætas currere obvii; primus quiſque oculis auribuſque haurire tantum gaudium cupientes. ad Mulvium uſque pontem continens agmen pervenit. Legati erant, L. Veturius Philo, P. Licinius Varus, Q. Cæcilius Metellus. circumfuſi omnis generis hominum frequentia in forum pervenerunt; quum alii ipſos, alii comites eorum, quæ acta eſſent, percunctarentur, & ut quiſque audierat, exercitum hoſtium imperatoremque occiſum, legiones Romanas incolumes, ſalvos conſules eſſe; exemplo aliis porro impertiebant gaudium ſuum. Quum ægre in curiam perventum eſſet; multo ægrius ſummora turba ne Patribus miſceretur, literæ in ſenatu recitatæ ſunt. inde produ&ti in concionem legati. L. Veturius literis recitatis, ipſe planius omnia, quæ acta erant, expoſuit; cum ingenti aſſenſu, poſtremo etiam clamore univerſæ concionis, quum vix gaudium animis caperent. Diſcurſum inde, ab aliis circa templa Deum, ut grates agerent; ab aliis domos, ut conjugibus liberiique tam lætum nuncium impertirent. Senatus, quod M. Livius, & C. Claudius conſules, incolumi exercitu, ducem hoſtium legionetque occidiſſent, ſupplicationem in triduum decrevit. eam ſupplicationem C. Hoſtilius prætor pro concione edixit; celebrataque à viris fœmiſiique eſt. Omnia templa per totum triduum æqualem turbam habuere: quum matronæ ampliſſima veſte cum liberis, perinde ac ſi debellatum foret, omni ſoluta metu, Deis immortalibus grates agerent. Statum quoque civitaris ea victoria movit: ut jam inde haud ſecus quam in pace, res inter ſe contrahere, vendendo, emendo, mutuum dando, argentum creditum ſolvendo, auderent. C. Claudius conſul quum in caſtra rediiſſet, caput Aſdrubalis quod ſervatum cum cura attulerat, projici ante hoſtium ſtationes, captivoſque Afros vinctos, ut erant, oſtendi, duos etiam ex iis ſolutos ire ad Annibalem, & expromere quæ acta eſſent, juſſit. Annibal tanto ſimul publico familiariique ictus luctu; *agnoſcere ſe fortunam Carthaginis*, fertur dixiſſe: caſtraque inde motis, ut omnia auxilia, quæ diffuſa latius tueri non poterat, in extremum Italiæ angulum Bruttios, contraheret; & Metapontinos, civitatem univerſam, excitos ſedibus ſuis, & Lucanorum, qui ſuæ ditionis erant, in Bruttium agrum traduxit.

EPITOME LIBRI XXVIII.

Res in Hispania prospere gestæ à Silano Scipionis legato & ab L. Scipione patre adversus Pœnos, Sulpicio Proconsule & ab Attalo Rege Asiæ adversus Philippum regem Macedonum, pro Atolis, referuntur. Quum M. Livio, & Claudio Nerone consulibus triumphus decretus esset: Livius, qui in provincia sua rem gesserat, quadrigis invectus est: Nero qui in collega provinciam, ut victoriam ejus adjuvaret, venerat, equo est secutus. & in hoc habitu plus gloriæ reverentiæque habuit. nam & plus in bello, quam collega, fecerat. Ignis in æde Vestæ negligentia virginis, quæ non custodierat, extinctus est: virgo cæsa est flagro. P. Scipio in Hispania cum Pœnis debellavit, decimoquinto anno ejus belli, anno quinto postquam venerat: exutusque in totum possessione ejus hostibus, Hispanum recepit. & à Tarracone in Africam ad Syphacem regem Numidarum, duobus navigiis transvectus, fœdus junxit. Asdrubal Gisgonis, ibi cum eo in eodem lecto accubuit. Munus gladiatorium in honorem patris patruique Carthaginæ Novæ dedit: non ex gladiatoribus, sed ex iis qui aut in honorem ducis, aut ex provocatione in certamen descendebant: in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. Cum Astapa urbs abs Romanis oppugnaretur, oppidani liberos & conjuges rogo extructo occiderunt, & se insuper precipitaverunt. Ipse Scipio, dum gravi morbo implicitus esset, fortitudinem in parte exercitus motam, confirmatus discussitque: rebellantesque Hispaniæ populos coegit in deditionem venire. Et amicitia facta est cum Masinissa rege Numidarum, qui illi auxilium, si in Africam trajecisset, policebatur: cum Gaditanis quoque post discessum inde Magonis, cui ex Carthagine scriptum erat, ut in Italiam trajiceret. Romam reversus, consulque creatus. Africam provinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data est: permissumque in Africam trajicere, si ex republ. esse censeret. Mago Amilcaris filius à minore Baleari insula, ubi hiemarat, in Italiam trajecit.

CAPUT I.

QUum transitu Asdrubalis, quantum in Italiam declinaverat belli, tantum levatæ Hispaniæ viderentur, renatum ibi fubito par priori bellum est. Hispanias ea tempestate sic habebant Romani, Pœnique. Asdrubal Gisgonis filius ad Oceanum penitus, Gadesque concesserat. Nostri maris ora, omnisque ferme Hispania, qua in orientem vergit, Scipionis ac Romanæ ditionis erat. Novus imperator Hanno in locum Barcini Asdrubalis novo cum exercitu ex Africa transgressus, Magonique junctus, quum in Celtiberia, quæ media inter duo maria est, brevi magnum hominum numerum armasset; Scipio adversus eum M. Silanum cum decem haud plus millibus militum, equitibus quingentis, misit. Silanus quantis maximis potuit itineribus, (impediebant autem & asperitates viarum, & angustiæ saltibus crebris, ut pleraque Hispaniæ sunt, inclusæ) tamen non solum nuncios, sed etiam famam adventus sui prægressus, ducibus indidem ex Celtiberia transfugis ad hostem pervenit. Eisdem auctoribus compertum est, quum decem circiter millia ab hoste abesset, bina castra circa viam, qua irent, esse: læva Celtiberos, novum exercitum supra novem millia hominum, dextra Punica tenere castra. hæc stationibus, vigiliis, omni justa militari custodia tuta & firma esse: illa altera fidem neglectamque, ut barbarorum & tironum, & minus timentium quod in sua terra essent. Ea prius aggredienda ratus Silanus, signa quam maxime ad lævam jubebat, ferri, necunde ab stationibus Punicis conspicerentur. Ipse præmissis speculatoribus, citato agmine ad hostem pergit.

Cap. II. Tria millia ferme aberat, quum haud dum quisquam hostium senserat. confragosa loca, & obsita virgultis tenebant colles. Ibi in cava valle, atque ob id occulta, considere militem, & cibum capere jubet. Iterum speculatores, transfugarum dicta affirmantes, venerunt. Tum sarcinis in medium conjectis arma Romani capiunt: acieque justa in pugnam vadunt. Mille passuum aberant, quum ab hoste conspecti sunt, trepidarique repente cœptum. & Magonex castris, citato quo ad primum clamorem & tumultum advehitur.

Erant autem in Celtibero exercitu quatuor millia scutatorum & ducenti equites; hanc justam legionem (& id forte robori erat) in prima acie locat: cæteram levem armaturam, in subsidiis posuit. Quum ita instructos educeret castris, vixdum in egressos vallo Romani plia conjecerunt. Subsidunt Hispani adversus emissa tela ab hoste, inde ad mittenda ipsi confurgunt; quæ quum Romani conferti, ut solent, crebriatis excepissent scutis; tum pes cum pede collatus, & gladiis geri res cœpta est. Cæterum asperitas locorum, & Celtiberis, quibus in prœlio concurfare mos est, velocitatem inutilem faciebat: & haud iniqua eadem erat Romanis stabili pugnæ utilitas; nisi quod anguftiæ & internata virgulta ordines dirimebant: & singuli binique, velut cum paribus, conferere pugnam cogebantur. Quod ad fugam impedimento hostibus erat, id ad cædem eos, velut vinctos, præbebat. Et jam ferme omnibus scutatis Celtiberorum interfectis, levis armatura, & Carthaginienses, qui ex alteris castris subsidio venerant, perculsi cædebantur. duo haud amplius millia peditum, & equitarus omnis, vix inito prœlio, cum Magone effugerunt. Hanno alter imperator cum eis, qui postremi jam prostigato prœlio advenerant, vivus capitur. Magonem fugientem equitatus ferme omnis, & quod veterum peditum erat fecuti, decimo die in Gaditanam provinciam ad Afdrubalem pervenerunt. Celtiberi novus miles, in proximas dilapti silvas, inde domos diffugerunt. Peroppertuna victoria, nequaquam tantum jam conflatum bellum, quanta futuri materia belli (si licuisset eis, Celtiberorum gente excita, & alios ad arma follicitare populos) oppressa erat. Itaque collaudato benigne Silano, Scipio spem debellandi, si nihil eam ipse cunctando moratus esset, nactus, ad id, quod reliquum belli erat, in ultimam Hispaniam adversus Afdrubalem pergit. Pœnus quum castra tum forte ad sociorum animos in Batica continendos in fide haberet, signis repente fubitis, fugæ magis, quam itineris modo, penitus ad Oceanum & Gadeis ducit. Cæterum quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus, antequam freto Gades trajiceret, exercitum omnem pasim in civitates dimisit, ut & muris se ipsi & armis muros tutarentur.

Cap. III. Scipio ubi animadvertit, dissipatum pasim bellum, & circumferre ad singulas urbes arma, diutini magis quam magni esse operis, retro vertit iter; ne tamen hostibus eam relinqueret regionem, L. Scipionem fratrem cum decem millibus peditum, & mille equitum, ad oppugnandam opulentissimam in iis locis urbem, Oringin barbari appellabant, mittit. Sicca in Meleslum finibus est Hispaniæ gentis, ager fruliser. argentum etiam incolæ fodiunt. ear arx fuit Afdrubali ad excursiones circa in mediterraneos populos faciendas. Scipio castris prope urbem positis, prius quam circumvallaret urbem, mittit ad portas, qui ex propinquo alloquio animos tentarent, fuaderentque, ut amicitiam portius quam vim experirentur Romanorum. Ubi nihil pacati respondebatur, fossa duplicique vallo circumdata urbe, in tres partes exercitum dividit: ut una semper pars, quietis interim suabus, oppugnaret. Prima pars cum adoriri oppugnare est, atrox sane & anceps prœlium fuit: non hubire, non scalas ferre ad muros præ incidentibus telis facile erat. & jam qui erexerant ad murum scalas, alii furcis ad idipsum factis detrudebantur, in alios lupi superne ferrei lapsi, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. quod ubi animadvertit Scipio, nimia paucitate suorum exæquatum certamen esse, & jam eo superare hostem, quod ex muro pugnaret; duabus simul partibus, prima recepta, urbem est aggressus. Quæ res tantum pavoris injecit tessis jam cum primis pugnando, ut & oppidani mœnia repentina fuga defererent: & Punicum præsidium metu, ne prodita urbs esset, relictis stationibus in unum se colligeret. Timor inde oppidanos incessit, ne, si hostis urbem intrasset, sine discrimine, Pœnus an Hispanus esset, obvii passim cæderentur. Itaque patefacti repente portæ, frequentes ex oppido scie ejecerunt; scuta præ se tenentes ne tela procul conjicerentur; dextras nudas ostentantes, ut gladios abjecisse appareret. id utrum parum ex intervallo fit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incommertum est. Impetus hostilis in transfugas fatus: nec fecus, quam adversa acies, cæti. Eademque porta signa infesta in urbem illata: & aliis partibus feculbus, dolabrisque cædebantur & refringebantur portæ, & ut quisque intraverat eques, ad forum occupandum (ita enim præceptum erat) pergebat. Eo quoque additum erat & triarium equiti præsidium, legionarii cæteras partes pervaluit: direptione & cæde obviorum, nisi qui armis se tuebantur, abstinuerunt. Carthaginienses omnes in custodiam dati sunt: oppidanorum quoque irrecenti ferme, qui claudebant portas. cæteris traditum oppidum, fuæ redditæ res. Cecidere in urbis eius oppugnatione hostium duo millia ferme, Romanorum haud plus nonaginta.

Cap.

Cap. IV. Læta & ipſis, qui rem geſſerant, urbis ejus expugnatio fuit & imperatori & reſtoque exercitui, & ſpecioſum adventum ſuum, ingentem turbam captivorum præ ſe agentes, fecerunt. Scipio collaudato fratre, quum quanto poterat verborum honore, Carthagini ab ſe capræ, capram ab eo Oringin æquaſſet, quia & hiems inſuabat, ut nec tentare Gades, nec diſjectum paſſim per provinciam exercitum Afrdrubalis conſectari poſſet; in citeriorem Hiſpaniam omnes ſuas copias reduxit: dimiſiſque in hiberna legionibus, L. Scipione fratre Romam miſſo, & Hannone hoſtium imperatore, cæteriſque nobilibus captivis, ipſe Tarracone concelit. Eodem anno claſſis Romana cum M. Valerio Lævino proconſule ex Sicilia in Africam tranſmiſſa in Uticenſi Carthaginienſique agro late populationes fecit. extremis finibus Carthaginienſium circa ipſa mœnia Uticæ ædificatæ arſere. Inde ſexcentenibus Siciliam claſſis Punica (ſeptuaginta erant longæ naves) occurrit. decem & ſeptem naves ex iis captæ ſunt, quatuor in alto merſæ. cætera fuſa ac fugata claſſis. Terra marique victor Romanus cum magna omnis generis præda Lilybæum recepit. Toto inde mari pulſis hoſtium navibus, magni commeatus frumenti Romam ſubvecti.

Cap. V. Principio æſtatis ejus, qua hæc ſunt geſta, P. Sulpicius proconſul, & Attalus rex quum Æginæ (ſicut ante dictum eſt) hibernaſſent, communi inde claſſe junctâ, Romanæ quinque & viginti quinqueremes, regiæ quinque & triginta, tranſmiſerunt. Et Philippus, ut, ſeu terra ſeu mari obviam eundum hoſti foret, paratus ad omnes conatus eſſet, ipſe Demetriadem ad mare deſcendit: Lariſſam diem ad conveniendum exercitui edixit. Undique ab ſociis legationes Demetriadem ad famam regis convenerunt. Suſtulerant enim animos Ætoli, quum ab Romana societate, tum poſt Attali adventum: ſi nitimoſque depopulabantur. nec Acarnanes ſolum Bœotique, & qui Euboam incolunt, in magna meru erant: ſed Achæi quoque; quos ſuper Ætolicum bellum Machanidas etiam Lacedæmonius tyrannus haud procul Argivorum fine poſitis caſtris terrebat. hi omnes ſuis quiſque urbibus, quæ pericula terra marique portenderentur, memorantes, auxilia regem orabant. Ne ex regno quidem ipſius tranquillæ nunciabantur res. & Scerdilædum, Pleuratumque motos eſſe, & Thracum maxime Mædos, ſi quod longinquum bellum regem occupaſſet, proxima Macedoniæ incurſuros. Bœoti quidem & interiores Græciæ populi, Thermopylarum ſaltum, ubi anguſtæ fauces coartant iter, foſſa valloque interclusi ab Ætolis nunciabant, ne tranſitum ad ſociorum urbes tuendas Philippo darent. Vel legatum ducem tot excitare tumultus circumfuſi poterant. Legationes dimittit: pollicitus, prout tempus ac res ſe daret, omnibus laturum ſe auxilium. in præſentia, quæ maxime urgebat res, Peparethum præſidium urbi mittit, unde allatum erat, Attalum ab Lemno claſſe tranſmiſſa omnem circa urbem agrum depopulatum. Polyphantam cum modica manu in Bœotiam, Menippum item quendam ex regiis ducibus cum mille peltaſtis (pelta cetræ haud diſſimilis eſt) Chalcidem mittit: additi quinqueni Agrianum; ut omnes inſulæ præſidio tueri poſſent. ipſe Scotuſſam eſt profectus: eodemque ab Lariſſa Macedonum copias traduci juſſit. Eo nunciatum eſt, concilium Ætolis Heracleam indictum, regemque Attalum, ad conſultandum de ſumma belli, venturum. Hunc conventum ut turbaret ſubito adventu, magnis itineribus Heracleam duxit. & concilio quidem dimiſſo jam venit: ſegeribus tamen, quæ prope maturitatem erant, maxime in finu Æniano vaſtatis. Scotuſſam copias reduxit. Ibi exercitu omni relicto, cum cohorte regia Demetriadem ſeſe recipit. Inde ut ad omnes hoſtium motus poſſet occurrere, in Phocidem, atque Eubœam, & Peparethum mittit, qui loca alta eligerent, unde editi ignes apparerent. ipſe in Tiſæo (mons eſt in altitudinem ingentem cacuminis editi) ſpeculam poſuit: ut ignibus procul ſublatis ſignum, ubi quid molirentur hoſtes, momento temporis acciperet. Romanus imperator, & Attalus rex à Peparetho Nicæam trajicerunt. inde claſſem in Eubœam ad urbem Oreum tranſmittunt: quæ ab Demetriaco ſinu Chalcidem & Euripum petenti, ad lævam prima urbium Eubœæ poſita eſt. Ita inter Attalum ac Sulpicium convenit, ut Romani à mari, regii à terra oppugnarent.

Cap. VI. Quatriduo poſt quam appulſa claſſis eſt, urbem aggreſſi ſunt. id tempus occultis eum Platore, qui à Philippo præpoſitus urbi erat, colloquiis abſumptum eſt. Duas arces urbs habet, unam imminentem mari, altera urbis media eſt. cuniculo inde via ad mare ducit, quam à mari turris quinque tabulatorum, egregium propugnaculum, claudebat. Ibi primo atrociſſimum contractum eſt certamen, & turre inſtructa omni genere telorum, & tormentis machiniſque ad oppugnandam eam ex navibus expoſitis. Quum omnium animos oculoſque

id certamen avertisset, porta maritimæ arcis Platon Romanos accepit, momentoque arx occupata est. Oppidani pulsi inde in mediam urbem ad alteram tendere aceruum. Et ibi politi erant, qui fores portæ obiicerent. ita exclusi in medio cæduntur capiuntque. Macedonum præsidium conglobarum sub arcis muro stetit; nec fuga effusè petita, nec pertinaciter præsito inito. Eos Platon venia a Sulpicio impetrata in naves impositos ad Demetrium Phthiotidis expulit: ipse ad Attalum se recepit. Sulpicius tam facili ad Oreum successu elatus, Chalcidem inde protinus victrici classe petit. ubi haudquaquam ad ipsum eventus respondit. Ex parenti utrimque coactum in angustias mare, speciem intuenti primo geminæ portis in ora duo veri præbuerit: sed haud facile alia insestior classi statio est. nam & venti ab utriusque terræ præcalris montibus, subitis ac procellosis se dejiciunt, & fretum Euripi non septies die, ticut fama fert, temporibus flatis reciprocat: sed temere in modum venti, nunc huc nunc illuc verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur. ita nec nocte nec die quies navibus datur. Quum classem tam infesta statio accepit, tum & oppidum alia parte clausum mari, alia ab terra egregie munitum, præsidioque validò firmatum, & præcipue fide præsectorum principumque, quæ fluxa & vana apud Oreum fuerat, stabile atque inexpugnabile fuit. Id prudenter, ut in temere susceptа re, Romanus fecit, quod circumspectis difficultatibus, ne fruttra tempus tereret, celeriter abstitit incepto, classemque Inde ad Cynum Locridis (emporium id est Opuntiorum urbis mille passuum à mari sitæ) trajecit.

Cap. VII. Philippum & ignes ab Oreo editi monuerant, sed serius Platoris fraude è specula elati: & impari maritimis viribus, haud facilis erat in insulam classi accessus. ita res per cunctationem omissa. Ad Chalcidis auxilium ubi signum accepit, impigre est motus. nam & ipsa Chalcis, quanquam ejusdem insulæ urbs est, tamen adeo arcto interfunditur freto, ut ponte continenti jungatur, terræque aditum faciliorem quam mari habeat. Igitur Philippus deiecto præsidio, fusisque Ætolis, qui saltum Thermopylarum insidebant, quum ab Demetriade Scotussam, inde de tertia vigilia profectus, trepidos hostes Heracleam compulisset, ipse uno die Phocidis Elatiam millia amplius sexaginta contendit. Eodem fermè die ab Attalo rege Opuntiorum urbs capta diripiebatur. concesserat eam prædam regi Sulpicius, quia Oreum pancos ante dies ab Romano milite, expertibus regiis, direptum fuerat. Cum Romana classis Oreum se recepisset, Attalus ignarus adventus Philippi, pecuniæ a principibus exigendis terebat tempus. adeoque improvisa res fuit, ut nisi Crerensium quidam forte pabulatum ab urbe longius progressi, agmen hostium procul conspexissent, opprimi potuerit. Attalus inermis atque incompositus, curfu effusus ne ad navis quidem, & inclientibus ab terra naves Philippus supervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit. inde Opuntem rediit, Deos hominesque accusans, quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amisisset. Opuntii quoque abeadem ira increpiti, quod quum traherent obsidionem in adventum suum potuissent, vlso statim hoste prope in voluntariam deditionem concessissent. Compositis circa Opuntem rebus, Toronem eit profectus. Et Attalus primo Oreum se recepit. Inde quum fama accidisset, Prusiam Bithyniæ regem in fines regni sui trangressum, omissis Romanis rebus, atque Ætolico bello, in Asiam trajecit. Et Sulpicius Ægium classem recipit, unde Initio veris profectus erat. Haud majore certamine quam Opuntem Attalus ceperat, Philippus Toronem cepit. Incolebant urbem eam progenies Achæi Phthiotæ. ea urbe tha capta à Philippo, quum in fidem Ætolorum perfugissent, fedem eis Ætoli eam dederant, urbis vastatæ ac desertæ priore ejusdem Philippi bello. Tum ab Torone, sicut paulo ante dictum est, recepta profectus, Tritonon, & Drymas, Doridis parva atque ignobilia oppida cepit. Inde Elatiam, justis ibi se opperiri Prolemæi Rhodiorumque legatis, venit. Ubi quum de finiendo Ætolico bello ageretur (affuerant enim legati nuper Heracleæ concilio Romanorum Ætolorumque) nuncius affertur, Machanidam, Olympiorum solenne Judicium parantes Elæos, aggressi fuisse. Prævertendum id ratus, legatis cum benigno responso dimissis; se neque causam ejus belli fuisse; nec moram (si modo æqua & honesta conditione liceat) paci facturum; cum expedito agmine profectus per Bœotiam, Megara, atque inde Corinthum descendit. unde commeatibus sumptis, Phliunta Pheneumque perit. Et jam cum Heræam veniisset, audito, Machanidam fama adventus sui territum refugisse Lacedæmonem, Ægium se ad consilium Achæorum recepit: simul classem Punicam, ut mari quoque aliquid posset, accitam, ibi ratus se inventurum. Paucis antedies in Phoceas trajecerant Pœni: inde portus Acarnanum petierant, quum ab Oreo profectum Attalum Romanoique auxiliset; veriti ne ad se iretur, & intra Rhium (fau-

(fauces æ funt Corinthii ſinus) opprimerentur.

Cap. VIII. Philippus mœrebat quidem & angebatur, quum ad omnia ipſe raptim eſſet, nulli tamen ſe rei in tempore occurriſſe, & rapientem omnia ex oculis elapſiſſe celeritatem ſuam fortunam. In concilio autem diſſimulans ægritudinem, elato animo diſſeruit: *teſtatus Deos homineſque, ſe nullo loco, nec tempore defuiſſe, quin ubi hoſtium arma concrepuiſſent, eo quanta maxima poſſet celeritate tenderet: ſed vix ratione inire poſſe, utrum ab ſe anxiacius, an fugacius ab hoſtibus geratur bellum. Sic ab Opunte Attalum, ſic Sulpicium a Chalcide, ſic eis ipſis diebus Machanidam è manibus ſuis elapſum. Sed non ſemper ſelicem eſſe fugam: nec pro diſpoſiti bi bellum habendum, in quo, ſi modo congreſſus cum hoſtibus ſit, victoria. Quod primum eſſet, confeſſionem ſe hoſtium habere, nequaquam pares eſſe ſibi: brevi & victoriam haud dubiam habiturum, nec meliore eventu eos ſecum quam ſpe pugnaturos.* Læti regem ſocii audierunt. Redditi illi ab Achæis Heraclides & Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod ſuorum fuiſſe finium ſatis probabant, reſtituit. inde navibus acceptis ab Achæis (erant autem tres quadriremes, & biremes totidem) Anticyram trajecit. inde quinqueremibus ſeptem, & lembis viginti amplius, quos ut adjungeret Carthaginienſium claſſi, miſerat in Corinthium ſinum, profectus ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupleum ſunt, exſcenſionem fecit. Haud fefellit Ætolos: nam hominum quod aur in agris, aut in propinquis caſtellis Potidaniæ ac Apolloniæ fuit, lin ſi vas mensque conflatis, ſpecora, quæ inter feſtinationem abigi nequerant, ſunt directa & in naves compulſa. Cum his cæteraque præda, Nicia prætore Achæorum Ægium miſſo, quum Corinthum petiſſet, pedeſtres inde copias per Bœotiam terra duci juſſit. ipſe ab Cenchreis prærer terram Atticam ſuper Sunium navigans, inter medias prope hoſtium claſſes, Chalcidem pervenit. inde, collaudata fide ac virtute, quod neque timor, neque ſpes flexiſſent eorum animos; hortatuſque in poſterum, ut eadem conſtantia permanerent in ſocietate, iſ ſuam quam Oritanorum atque Opuntiorum fortunam mallent; ab Chalcide Oreum navigat, principumque iis, qui fugere capta urbe, quam ſe Romanis tradere, maluerant, ſumma rerum & cuſtodia urbis permiſſa: ipſe Demetriadem ab Eubœa, unde primo ad eyem ferendam ſociis profectus erat, trajecit. Caſſandream deinde centum navium longarum carinis poſitis, contractaque ad effectum ejus operis multitudine fabrorum navalium, quia res in Græcia tranquillas & proſectio Attali feceraț, & in tempore laborantibus ſociis larum ab ſe auxilium, retro in regnum conceſſit, ut Dardanis bellum inferret.

Cap. IX. Extremo æſtatis ejus, qua hæc in Græcia geſta ſunt, quum Q. Fabius Maximus pater legatus ab M. Livio conſule Romam ad ſenatum nunciaſſet, conſulem ſatis præſidii Galliæ provinciæ credere L. Porcium cum ſuis legionibus eſſe: decedere ſe inde, ac deduci exercitum conſularem, poſſe; Patres non M. Livium tantum redire ad urbem, ſed collegam quoque ejus C. Claudium juſſerunt. id modo in decreto interfuit, quod M. Livii exercitum reduci, Neronis legiones Annibali oppoſitas manere in provincia juſſerunt. Inter conſules ita per literas convenit, ut, quemadmodum uni animo rempublicam geſſiſſent; ita, quamquam ex diverſis regionibus convenirent, uno tempore ad urbem accederent. Præneſte qui prior veniſſet, collegam ibi opperiri juſſus. Forte ita eveniit, ut eodem die ambo Præneſte venirent. inde præmiſſo edicto, ut triduo poſt frequens ſenatus ad ædem Bellonæ adeſſet, omni multitudine obviam effuſa, ad urbem acceſſere. Non ſalutabant modo univerſi circumfuſi, ſed contingere pro ſe quiſque victrices dextras conſulum cupientes; alii gratulabantur, alii gratias agebant, quod eorum opera incolumis reſpublica eſſet. In ſenatu quum more omnium imperatorum, expoſitis rebus ab ſe geſtis, poſtulaſſent, ut pro republica ſuriter feliciterque adminiſtrata, & Diis immortalibus haberetur honos, & ipſis triumphandis urbem inire liceret; ſe vero ea quæ poſtularent, decernere Patres, merito Deorum primum, dein ſecundum Deos, conſulum, reſpondendum; & ſupplicatione amborum nomine, & triumpho utrique decreto, inter ipſos, ne quum bellum communi animo geſſiſſent, triumphum ſepararent, ita convenit: *ut quoniam ea in provincia M. Livii res geſta eſſet, eo die, quo pugnatum foret, ejus forte auſpicium fuiſſet; & exercitus Livianus deductus Romam veniſſet. Neronis deduci non potuiſſet de provincia; ut M. Livium quadrigis urbem ineuntem milites ſequerentur: C. Claudius equo ſine militibus inveheretur.* In conſolatus triumphus, quum utrique, tum magis ei, qui quantum merito anteibat, tantum honore collegæ ceſſerat, gloriam auxit: *illum equitem ajebant ſex dierum ſpatio tranſcurriſſe longitudinem Italiæ: & eo die cum Aſdrubale in Gallia ſignis col-*

latis pugnasse, quo eum castra adversus esse in Apulia posita habere Annibal crediderit. Ita unum consulem pro utraque parte Italiae adversus duos duces, duos imperatores, hinc consilium unum, hinc corpus exposuisse. Nomen Neronis satis fuisse ad continendam castra Annibalem: Asdrubalem vero, qua alia re, quam adventu ejus obrutum atque exstinctum esse? Itaque iret alter consul fatalibus curis multrijugis, si vellet, equis. Uno equo per urbem vectum triumphum vehi: Neronumque etiam si pedes incedat, vel parta eo vello, vel spretas ostentui gloria, memorabilem fore. Hi sermones spectantium Neronem usque in Capitolium profecti sunt. Pecuniae in erario tuierunt festertium tricies octogenta millia aeris. militibus M. Livius quinquagenos fenos asses divisit, tantundem C. Claudius Centenius militibus suis eit pollicitus, quum ad exercitum rediisset. Notatum eo die plura carmina militaribus jocis in C. Claudium, quam in consulem suum jactata. Equites L. Veturium, & Q. Caecilium legatos magnis tulisse laudibus: hortatosque esse plebem, ut eos consulem in absentia faceret. Creavere. adjecisse equitum praerogativae auctoritatem consulis; postero die in concione, quam forti fideique duorum praecipue legatorum opera uti essent, commemorantes.

Cap. X. Quum comitiorum tempus appeteret, & per dictatorem comitia haberi placuisset, C. Claudius consul M. Livium collegam dictatorem dixit: Livius Q. Caecilium magistrum equitum. a M. Livio dictatore creati consules L. Veturius, Q. Caecilius. is ipse, qui tum erat magister equitum. Inde praetorum comitia habita, creati C. Servilius, L. Caecilius Metellus, Ti. Claudius Asellus, Q. Mamilius Thurinus, qui tum aedilis plebis erat. Comitiis perfectis, dictator magistratu abdicato, dimisoque exercitu, in Etruriam provinciam ex senatusconsulto est profectus, ad quaestiones habendas, qui Etruscorum Umbrorumque populi defectionis ab Romanis ad Asdrubalem fub adventum ejus consilia agitassent, quique eum auxiliis, aut commeatu, aut ope aliqua juvissent. Haec eo anno domi militiaeque gesta. Ludi Romani ter toti instaurati ab aedilibus curulibus, Cn. Servilio Caepione, Ser. Cornelio Lentulo. Item ludi plebeii semel toti instaurati ab aedilibus plebis Manio Pomponio Matthone, & Q. Mamilio Thurino. Tertiodecimo anno Punici belli, L. Veturio Philone, & Q. Caecilio Metello consulibus, Brutii ambobus, ut cum Annibale bellum gererent, provincia decreta. Praetores exinde fortiti sunt: M. Caecilius Metellus urbanam, Q. Mamilius peregrinam, C. Servilius Siciliam, Ti. Claudius Sardiniam. Exercitus ita divisi: consulum alteri, quem C. Claudius prioris anni consul; alteri, quem Q. Claudius praetor (eae binae legiones erant) habuisset exercitum: in Etruria duas volonum legiones à C. Terentio praetore M. Livius proconsul, cui prorogatum in annum imperium erat, acciperet. & Q. Mamilio, ut collegae jurisdictione tradita, Galliam cum exercitu, cui L. Porcius praetor praefuerat, obtineret, decretum est: justisque populari agros Gallorum, qui ad Poenos fub adventum Asdrubalis defecissent. C. Servilio cum Cannensibus duabus legionibus, sicut C. Mamilius renuerat, Sicilia tuenda data. Ex Sardinia vetus exercitus, cui A. Hostilius praefuerat, deportatus. novam legionem, quam Ti. Claudius traiiceret secum, consules conscripserunt. Q. Claudio, ut Tarentum, C. Hostilio Tubulo, ut Capuam provinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. M. Valerius proconsul, qui tuendae circa Siciliam maritimae orae praefuerat, triginta navibus longis. Servilio praebilis, cum cetera omni classe redire ad urbem jussus.

Cap. XI. In civitate tanto diferimine belli sollicita, quum omnium secundorum adverforumque causas in Deos verterent, multa prodigia nunciabantur. Tarracinae Jovis aedem Satrici Matris Matutae de coelo tactam. Sarricanos haud minus terrebant in aedem Jovis foribus ipsis duo prolapsi angues. Ab Antio nunciatum est, cruentas spicas metentibus visas esse. Caere porcus bicaps, & agnus mas idemque femina natus erat. In Gallia Sinuessae lucem ferebant: & nocte Fregellis lucem oborta. Et bos in agro Romano locutus, & ara Neptuni multo sudore manasse in circo Flaminio dicebatur: & aedes Cereris, Saluris, Quirini, de Coelo tactae. Prodigia confules hostilis majoribus procurare jussi, & supplicationem unum diem habere. Ea ex senatusconsulto facta. Plus omnibus aut nunciatis peregre, aut visis domi prodigiis, terruit animos hominum, ignis in aede Vestae exstinctus. eaque flagro est Vestalis, cujus custodia noctis ejus fuerat, jussu L. Licinii pontificis. Id quamquam nihil porterndentibus Deis, caeterum negligentia humana acciderat, tamen & hostilis majoribus procurari, & supplicationem ad Vestae haberi placuit. Priusquam proficiscerentur consules ad bellum, moniti ab senatu sunt, *ut in agros redeuntes de bis curam haberent. Dum bellatum esset summotum bellum ab urbe Romana & Latio esse, & posse suae messis*

metu in agris habitari. Minime conuenire, Siciliæ, quam Italiæ colendæ majorem curam esse. Sed res haudquaquam erat populo facilis; & liberis cultoribus bello adfumptis, & inopia servitiorum, & pecore direpto, villisque diruitis aut incensis, magna tamen pars auctoritate consulum compulsa in agros remigravit. Moverant autem hujusce rei mentionem Placentinorum & Cremonensium legati, querentes, agrum suum ab accolis Gallis incursari, ac vastari: magnamque partem colonorum fuorum dilapsam esse: & infrequentes fe urbes, agrum vastum ac desertum habere. Mamilio prætori mandatum, ut colonias ab hoste tueretur. Consules ex senatusconsulto edixerunt, ut qui cives Cremonenses atque Placentini essent, ante certam diem in colonias reverterentur: principio deinde veris & ipsi ad bellum profecti sunt. Q. Cæcilius consul exercitum ab C. Nerone, L. Veturius ab Q. Claudio proprætore accepit, novisque militibus, quos ipse conscripserat, supplevit. In Contentinum agrum consules exercitum duxerunt, passimque depopulati, quum agmen jam gravi præda esset, in Liburnum angulo, à Bruttiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt, ita ut non præda, sed armati quoque in periculo fuerint. major tamen tumultus, quam pugna fuit: & præmissa præda, incolumes & legiones in loca tuta evasere. Inde in Lucanos profecti, ad hanc extremam totam gens in ditionem populi Romani rediit.

Cap. XII. Cum Annibale nihil eo anno rei gestum est. nam neque ipse se obtulit in tam recenti vulnere publico privatoque, neque lacessierunt quietem Romani. tantam ineste vim, ut etiam omnia alia cives eum ruerent, in uno illo duce censebant. Ac nescio an mirabilior adversis quam secundis rebus fuerit. quippe qui, quum & in hostium terra per annos tredecim, tam procul ab domo, varia fortuna bellum gesserit exercitu non suo civili, sed mixto ex colluvione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis; alius habitus, alia vestis, alia arma, alii ritus, alia sacra, alii prope dei essent; ita quodam uno vinculo copulaverit eos, ut nulla nec inter ipsos, nec adversus ducem fedition exoriretur; quum & pecunia saepe in stipendium, & commeatus in hostium agro deessent: quorum inopia, priore Punico bello multa infanda inter duces militesque commissa fuerant. Post Asdrubalis vero exercitum cum duce, in quibus fere omnis reposita victoriæ fuerat, delectum, cedendoque in angulum Bruttium cætera Italia concessum; cui non videatur mirabile, nullum motum in castris factum? nam ad cætera id quoque accesserat, ut ne alendi quidem exercitus, nisi ex Bruttio agro spes esset; qui ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat: tum magnam partem juventutis abstractam à cultu agrorum bellum occupaverat, & mos virilo animo infirmi genitique lasciviæ militiam exercendi. nec ab dono quicquam mittebatur, de Hispania retinenda sollicitis, tamquam omnia prospera in Italia essent. In Hispania res quadam ex parte eandem fortunam, quadam longe disparem habebant: eandem, quod proelio victi Carthaginienses duce amisso in ultimam Hispaniæ oram usque ad Oceanum compulsi erant: disparem autem, quod Hispania, non quam Italia modo, sed quam ulla pars terrarum bello regerando aptior erat, locorum hominumque ingeniis. itaque ego prima Romanis in ea provinciarum, quæ quidem continentis sint, posthuma omnium, nostra demum ætate, ductu auspicioque Augusti Cæsaris, perdomita est. Ibi tum Asdrubal Gisgonis, maximus clarissimusque eo bello secundum Barcinos dux, regulus sub Gadibus, rebellandi spem adjuvante Magone Amilcaris filio, delectibus per ulteriorem Hispaniam habitis, ad quinquaginta millia pedum, & quatuor millia & quingentos equites armavit. Te equestribus copiis ferme inter auctores convenit: peditum septuaginta millia quidam adducta ad Silpiam urbem scribunt. Ibi super campos patentes duo duces Pœni ea mente, ne detrectarent certamen, consederunt.

Cap. XIII. Scipio, quum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset, neque Romanis legionibus tantæ fe parem fore multitudini ratus, ut non in speciem saltem opponerentur barbarorum auxilia; neque in iis tamen tantum virium ponendum, ut mutando fidem, quæ cladis causa fuisset patri patruoque, magnum momentum faceret; præmisso Silano ad Celtam duodevigintia oppidis regnantem, ut equites peditesque ab eo, quos se per hiemem conscripturum pollicitus erat, acciperet: ipse ab Tarracone profectus, prorinus ab Sucris, qui accolunt viam, modica contrahendo auxilia, Castulonem pervenit. Eum Silano auxilia, tria millia peditum & quingenti equites, inde ad Baeculam urbem progressus omni exercitu civium, sociorum; peditum equitumque quinque & quadraginta millibus. Castra ponentibus eis Magо & Masinissa cum omni equitatu aggressi sunt, ut adhuc ne munientes, ni abditi post tumulum, opportune ad id positum, ab Scipione equites,

improviso in effusos incurrissent. Hi promptissimum quemque, & proxime vallum, atque in ipsos munitores primum invectum, vixdum procliio inito fuderunt: cum cæteris, qui sub signis atque ordine agminis incessissent, longior & diu ambigua pugna fuit. Sed quum ab stationibus primum expeditæ cohortes, deinde ex opere deducti milites, atque arma capere jussi plures & integri festis, magnumque jam agmen armatorum à castris in prœlium rueret, terga haud dubie vertunt Pœni Numidæque. Et primo tumultum abibant; nihil propter pavorem festinationemve confusis ordinibus: dein, postquam acrius ultimis incidebat Romanus, neque sustineri imperus poterat; nihil jam ordinum memores, passim qua cuique proximum fuit, in fugam effunduntur. Et quamquam eo prœlio, aliquantum & Romanis aucti & diminuti hostibus animi erant, tamen numquam per aliquot intequentes dies ab excursionibus equitum levisque armaturæ cessatum est.

Cap. XIV. Ubi satis tentatæ per hæc levia certamina vires fuint; prior Asdrubal in aciem copias eduxit: deinde & Romani processere, sed utraque acies pro vallo steterit instructa: & quum ab neutris pugna cœpta esset, jam die ad occasum inclinante, à Pœno prius, deinde ab Romano in castra copiæ reductæ. Hoc idem per dies aliquot factum, prior semper Pœnus copias castris educebat, prior festis stando signum receptui dabat. ab neutra parte procursum, telumve missum, aut vox ulla orta. mediam aciem hinc Romani, illinc Carthaginienses mixti Afris: cornua locii tenebant: erant autem utrimque Hispani pro cornibus. ante Punicam aciem elephanti castris prout quisque speciem præbebant. Jam hoc in instructis castris sermonis erat, ita, ut instructi stetissent, pugnaturos. medias acies Romanum Pœnumque, quos inter belli causa esset, pari robore animorum armorumque concurrires. Scipio ubi hæc obtinere credita animadvertit, omnia de industria in eum diem, quo pugnaturus erat, mutavit. Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati & pransi essent: armatus eques frenatos, instratosque teneret equos. Vixdum satis certa luce, quietatum omnem cum armatura in stationes Punicas immisit: inde confestim ipse cum gravi agmine legionum procedit: præter opinionem destinatam suorum hostium sue, Romano milite cornibus firmatis, fociis in mediam aciem acceptis. Asdrubal clamore equitum excitatus, ut ex tabernaculo prosiluit, tumultumque ante vallum, & trepidationem suorum, & procul signa legionum fulgentia, plenosque hostium campos vidit; equitatum omnem extemplo in equites emittit. Ipse cum peditum agmine castris egreditur. nec ex ordine foltto quicquam acie instruendi murat. Equitum jam diu anceps pugna erat: nec ipsa per se decerni poterat, quia pulsis (quod prope invicem fiebat) in aciem peditum turus receptus erat. sed ubi jam haud plus quingentos passus acies inter se aberant, signo receptui dato, Scipio, pate factisque ordinibus, equitarum omnem levemque armaturam in medium acceptam divisamque in partes duas, in subsidiis post cornua locat. Inde ubi incipiendæ jam pugnæ tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) prælio gradu incedere jubet. ipse è dextro cornu (ibi namque præerat) nuncium ad Silanum & Marcium mittit, ut cornua extenderent in finistra parte, quemadmodum se tendentem à dextra vidissent: & cum expeditis peditum equitumque prius pugnam conserenrent cum hoste, quam coire inter se mediæ acies possent. Ita diductis cornibus cum ternis peditum cohortibus, tenuique equitum turmis ad hoc velitibus, citato gradu in hostem ducebant: sequentibus in obliquum aliis. Sinus in medio erat, quia segnius Hispanorum signa incedebant, & jam conflixerant cornua: quum, quod roboris in acie hostium erat, Pœni veterani, Afrique nondum ad teli conjectum venissent, neque in cornua ut adjuvarent pugnantes, discurrere auderent; ne aperirent mediam aciem venienti ex adverso hosti. Cornua ancipiti prœlio urgebantur: eques, levisque armatura, & velites, circumductis alis in latera incurrebant; cohortes à fronte urgebant, ut abrumperent cornua à cætera acie.

Cap. XV. Et tum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum quod turba Balearium tironumque Hispanorum, Romano Latinoque militi objecta erat, & procedente jam die vires etiam deficere Afdrubalis exercitum cœperant, oppressos matutino tumultu, coactosque priusquam cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire. Ad id sedulo diem extraxerat Scipio, ut sera pugna esset. nam ab ferima demum hora peditum signa cornibus incucurrerunt. ad medias acies aliquanto serius pervenit pugna: ita ut prius æstus à meridiano sole, laborque stando sub armis, & simul fames sitisque corpora aficeret, quam manus cum hoste consererent. Itaque steterunt sceuris inniti. nam super cætera elephanti etiam, tumultuoso genere pugnæ equitum velitumque & levis armaturæ conterrati, è cornibus in mediam aciem sese intulerant. Fessi igitur corporibus animisque retulere pedem:

dem; ordines tamen servantes, haud secus, quam si imperio ducis cederet integra acies. Sed quum eo ipso loco, ubi inclinatam sensere rem, victores se undique invehenter: nec facile impetus sustinueri posset; quamquam retinebat, obsitebatque cedentibus Afdrubal, *ab tergo esse coloeas tutumque receptum, si inordine se reciperent*, clamitans; tamen vincente verecundiam metu (quum proximus quisque hostem cederet) terga extemplo data, atque in fugam sese omnes effuderunt. Ac primo consistere signa in radicibus collium, ac revocare in ordines militem conerant; cunctantibus in adversum collem erigere aciem Romanis. deinde ut inferri impigre signa viderunt integrata fuga, in castra pavidi compelluntur. Nec procul vallo Romanus aberat: cepisseque tanto impetu castra; ni se ex vehementi fole, quod inter graves imbre nubes effulget, tanta vis aquæ dejecisset, ut vix in castra fua receperint se victores: quosdam etiam religio ceperit, ulterius quicquam eo die conandi. Carthaginienses, quamquam fessos labore ac vulneribus, nox imberque ad necessariam quietem vocabat; tamen quia metus & periculum cessandi non dabat tempus prima luce oppugnaturis hostibus castra, saxis undique circa ex propinquis vallibus congestis augent vallum; munimento sese, quando in armis parum præsidii foret, defensuri. Sed tranfitio fociorum, fuga ut tutior moret videretur, fecit. Principium defectionis ab Attane regulo Turdetanorum factum est. is cum magna popularium manu transfugit. Inde duo munita oppida cum præsidiis tradita a præfectis Romano. Et ne latius, inclinatis semel ad defectionem animis ferperet res, silentio proximæ noctis Afdrubal castra movet.

Cap. XVI. Sciplo, ut prima luce qui in stationibus erant, retulerunt, profectos hostes; præmisso equitatu signa ferri jubet. adeoque citato agmine ducti sunt, ut si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie assecuturi fuerint. ducibus est creditum, brevius aliud esse iter ad Bætim fluvium, ut transeuntes aggrederentur. Afdrubal, clauso transitu fluminis ad Oceanum flectit. & jam inde fugientium modo effusi abitant; idque ab legionibus Romanis aliquantum intervalli fecit. Equites, navalique armatura, nunc ab tergo, nunc ab lateribus occurrendo, fatigabat morabaturque: sed quum ad crebros tumultus signa consisterent, & nunc equestria, nunc cum velitibus auxiliique peditum prælia consererent, & superveneruntlegiones. Inde non jam pugna, sed trucidatio velut pecorum fieri; donec ipse dux fugæ auctor, in proximos colles cum sex millibus ferme semiermium evasit. cæteri cæsi captique: castra tumultuaria raptim Pœni tumulo editissimo communierunt: atque inde, cum hostis nequicquam subire iniquo ascensu conatus esset, haud difficulter sese tutari sunt. Sed obsidio in loco nudo atque inopi vix in paucos dies tolerabilis erat. itaque tranfitiones ad hostes fiebant. Postremo dux ipse navibus acceptis, (nec procul inde aberat mare) nocte relicto exercitu, Gadeis perfugit. Scipio fuga ducis hostium audita, decem millia peditum, mille equites relinquit Silano ad castra eorum obsidionem. ipse cum cæteris copiis, septuagesimis castris, protinus cauflis regulorum civitatumque cognoscendis, ut præmia ad veram meritorum æstimationem tribui possent, Tarraconem redit. Post profectionem ejus Mutinissa cum Silano clam congressus, ut ad nova consilia gentem quoque suam obedientem haberet, cum paucis popularibus in Africam trajecit; non tam evidenti eo tempore subitæ mutationis causa, quam documento post id tempus constantissimæ ad ultimam senectam fidei, ne tum quidem cum fine probabili causa fecisse. Magonem remissis ab Afdrubale navibus Gades petit. Cæteri deserti ab ducibus pars transitione, pars fuga dissipati per proximas civitates sunt. nulla manus numero aut viribus insignis. Hoc maxime modo ductu atque auspicio P. Scipionis pulsi Hispaniæ Carthaginienses sunt; tertiodecimo anno post bellum initum, quinto postquam P. Scipio provinciam & exercitum accepit. Haud multo post Silanus, debellatum referens, Tarraconem ad Scipionem rediit.

Cap. XVIII. L. Scipio cum multis nobilibus captivis nuncius receptæ Hispaniæ Romam est missus. & quum cæteri lætitia gloriaque ingenti eam rem vulgo ferrent, unus qui gesserat, inexplebilis virtutis veræque laudis, parvum instar eorum, quæ ipse ac magnitudine animi concepisset, receptas Hispanias ducebat, jam Africam, magnamque Carthaginem, & in iisum decius nomenque velut consummatam ejus belli gloriam spectabat. Itaque præmoliendas ibi ratus jam res, conciliandosque regum gentiumque animos, Syphacem primum regem statuit tentare. Massylorum is rex erat. Massylæ gens amnis Mauris, in regionem Hispaniæ, maxime qua sita Nova Carthago est, spectant. Fœdus ea tempestate regi cum Carthaginiensibus erat, quod haud gravius ei fanctiusque, quam vulgo barbaris, quibus ex fortuna pender fides, ratus fore; oratorem ad eum C. Lælium cum donis mittit. Quibus barbarus

letus, & quia res tum prospere ubique Romanis, Pœnis in Italia adversæ, in Hispania nullæ jam erant; amicitiam se Romanorum acciperent annuit. firmandæ ejus fidem nec dare, nec accipere, nisi cum ipso coram duce Romano. Ita Lælius, in id modo fide ab rege accepta; tutum adventum fore, ad Scipionem rediit. Magnum in omnia momentum Syphax affectant res Africæ erat; opulentissimus ipsos Carthaginienses; finibus etiam regni apte ad Hispaniam, quod freto exiguo dirimuntur, positis. Dignam itaque rem Scipio ratus, quæ, quoniam non aliter posset, magno periculo peteretur; L. Marcio Taracone, M. Silano Carthagine Nova, quo pedibus ab Tarracone itineribus magnis erat, ad præsidium Hispaniæ relictis; ipse cum C. Lælio duabus quinqueremibus ab Carthagine profectus tranquillo mari plurimum remis, interdum & leni adjuvante vento, in Africam trajecit. Forte incidit, ut eo ipso tempore Asdrubal publicus Hispaniæ septem triremibus portum invectus, anchoris positis terræ applicaret naves; quum conspecto duæ quinqueremes haud cuiquam dubio, quin hostium essent, opprimique a pluribus priusquam portum intrarent, possent, nihil aliud quam tumultum ac trepidationem simul militum ac nautarum nequicquam armaque & naves expedientium, fecerunt. percussa enim ex alto vela paulo acrioris vento, priu, in portum intulerunt quinqueremes, quam Pœni anchoras molirentur. nec ultra tumultum cepere quidquam in regio portu audebat. Itaque prior in terram Asdrubal, mox Scipio & Lælius egressi, ad regem pergunt.

Cap. XVIII. Magnificumque id Syphaci (nec erat aliter) visum, duorum opulentissimorum ea tempestate duces populorum, uno die suum pacem amicitiamque petentes venisse. Utrumque in hospitium invitat; & quoniam fors eos sub uno tecto esse, atque ad eosdem penates voluisset: contrahere ad colloquium divinendarum similitudinum causa est conatus; sed Scipione abnuente, aut privatos sibi ullum cum Pœno odium esse, quod colloquendo finiret: aut de republica se cum hoste agere quicquam injussu senatus posse. Illud magno opere tendente rege, ne alter hospitum exclusus mensa videretur, ut in animum induceret ad eadem venire epulas; haud abnuit. Cœparumque simul apud regem est: & eodem etiam lecto Scipio atque Asdrubal (quia ita cordi erat regi) accubuerunt. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modo, barbarum infucatumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum, facundo alloquendo sibi conciliarit, *mirabiliorem que sibi cum congressu coram visum præ se ferebat, quam bello rebus gestis. Nec dubitare, quin Syphax, regnumque ejus jam in Romanorum esset potestate. eam artem illi viro ad conciliandos animos esse. Itaque non quomodo Hispaniæ amissæ sint, quærendum magis Carthaginiensibus esse, quam quo modo Africam retineant, cogitandum. Non peregrinabundum, neque circa amnes oraque vagantem tantum ducem Romanum, relicta provincia novæ ditionis, relictis exercitibus, duabus navibus in Africam trajecisse, & commisisse se in hostilem terram, in potestatem regiam, in fidem inexpertam: sed potiundæ Africæ spem affectantem. Illum jam pridem volutare in animo, hoc palam fremere quod non quemadmodum Annibal in Italia, sic Scipio in Africa bellum gereret.* Scipio fredere isto cum Syphace, profectus ex Africa, duabitque & plerumque levis in alto jactatus ventis, ad quatuor Novæ Carthaginis portum tenuit.

Cap. XIX. Hispaniæ sicut à bello Punico quietæ erant, ita quasdam civitates, propter conscientiam culpæ, metu magis quam fide quietas esse apparebat: quarum maxime infignes & magnitudine & nomine, Illiturgi & Castulo erant. Castulo cum prosperis rebus socii fuissent, post cæsos cum exercitibus Scipiones, defecerant ad Pœnos. Illiturgitani prodendis, qui ex illa clade ad eos perfugerant, interficiendique, fecius etiam ac fecerant, addiderant. In eos populos primo adventu, quum dubiæ Hispaniæ essent, merito magis quam utiliter sævitum foret; tunc jam tranquillis rebus, quia tempus experendæ pœnæ videbatur veniffe, accitum ab Tarracone L. Marcium cum tertia parte copiarum ad Castulonem oppugnandum mittit: ipse cum cætero exercitu quintis ferme ad Illiturgin castris pervenit. Claufæ erant portæ, omniaque instructa & parata ad oppugnationem arcendam: adeo conscientia, quid se meritos scirent, pro indicio eis bello fuerat. Hinc exhortari milites Scipio ortus est. *Ipsos claudendo portas hostilemque Hispanos, quid ut timerent, meriti essent. itaque multo infestiores animos cum iis, quam cum Carthaginiensibus, bellum gerentium esse. ultore cum illis populo ne ira de integro & gloria certaturi; ab iis perfidiæ & crudelitatis*

tis & scelerisque panas expetendas esse. Venisse tempus, quo & nefandam commilitonum necem & suametipsos, si eodem fuga delati forent, instructam fraudem ulciscerentur: & in omne tempus gravi documento sancirent, ne quis unquam Romanum civem, militemque in ulla fortuna opportunum injuriæ duceret. Ab hac cohortatione ducis incitati, scalas electis per manipulos virls dividunt: partitoque exercitu, ita ut parti alteri Lælius præesset legatus, duobus simul locis ancipiti terrore urbem aggrediuntur. Non dux unus, aut plures principes opitulantur, sed suus ipsorum ex conscientia culpæ metus ad defendendam impigre urbem hortatur. Se meminerant, & admonebant alii alios *supplicium ex se, non victoriam peti. Ubi quisque mortem oppetere, id referre, utrum in pugna & in acie, an Mars communis & victum sepe cruentus, & affligeret victorem; an postmodo trucmata & diruta urbe, ante ora captarum conjugum liberorumque, inter verbera & vincula, omnia fæda atque indigna passi exspirarent.* Igitur non militaris modo ætas, aut virl tantum, sed fœminæ puerique supra animi corporisque vires audsunt: propugnantibus tela ministrant, saxa in muros munientibus gerunt. Non liberras solum agebatur, quæ virorum fortium tantum pectora acuit; sed ultima omnium stupidia, & fœda mors ob oculos erat. Accendebantur animi & certamine laboris ac periculi, atque ipso inter se conspectu. Itaque tanto ardore certamen initum est, ut domitor ille totius Hispaniæ exercitus ab unius oppidi juventute sæpe repulsus à muris, haud satis decoro pavore refugerit. Id ubi vidit Scipio, veritus ne vanis contumbus suorum, hostibus creceret animus, & segnior miles fieret; sibimet conandum ac partem periculi capessendam esse ratus; increpita ignavia militum, ferri scalas jubet: feipsum, ut cæteri cunctenur, escendnrum minatur. Jam subverat haud mediocri periculo menia, quum clamor undique ab sollicitis vicem imperatoris militibus fublatus: scalæque multis simul partibus erigi cœptæ. Et ex altera parte Lælius instar. Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri. arx etiam ab ea parte, qua inexpugnabilis videbatur, inter tumultum capta est.

Cap. XX. Transfugæ Afri, qui tum inter auxilia Romana erant; & oppidanis in ea tuenda, unde periculum videbatur, veris & Romanis subeuntibus qua adire poterant; consexerunt edificiumam urbis partem, quia rupe prælta tegebatur, neque opere ullo munitam; & ab defensoribus vacuam. levium corporum homines, & multa exercitatione pernicium, pavos secum ferreos portantes, qua per inæqualiter eminentia rupis poterant, scandunt. sicubi nimis arduum & leve saxum occurrebat, clavos per modica intervalla figentes, quum velut gradus fecissent; primi insequentes extrahentes manu, postremi subslevantes eos, qui præirent; in summum evadunt. inde decurrunt cum clamore in urbem jam captam ab Romanis. Tum vero apparnit, ab ira & ab odio urbem oppugnatam esse. nemo cæpiendi vivos, nemo parcentibus ad dirigendum animum omnibus, prædæ memor est. Trucidant inermes juxta atque armatos, fœminas pariter ac viros: usque ad infantium cædem ira crudelis pervenit. Ignem deinde rectis injiciunt, ac dirnum quæ incendio absumi nequeunt: supellectilia quoque urbis exstinguere, ac delere memoriam hostium fedis cordi est. Castulonem inde Scipio exercitum ducit. quam urbem non Hispani modo convenæ, sed Punici etiam exercitus è diuspara passi fuga reliquiæ turabantur. sed adventum Scipionis prævenerat fama cladis illiusque fortunorum terrorque inde ac desperatio invaserat; & in diversis causis, quum sibi quisque consultum sine alterius respectu vellet, primo tacita suspicio, deinde aperta discordia secessionem inter Carthaginienses atque Hispanos fecit. His Cerdubelius propalam deditionis auctor. Himilco Punicis auxiliaribus præerat: quos urbemque clam fide accepta Cerdubellus Romano prodit. Mitior ea victoria fuit. nec tantundem noxæ admissum erat, & aliquantum iræ lenierat voluntaria deditio.

Cap. XXI. Marcius inde in barbaros, si qui nondum perdomiti erant, sub jus, ditionemque redigendos: Scipio Carthaginem, ad vota solvenda Diis, munusque gladiatorium, quod mortis causa patris patruique paraverat, edendum redit. Gladiatorium spectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, servorum delectu ac liberorum, qui venalem sanguinem habent. Voluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit. nam alii missi ab regulis sunt ad specimen imitæ genti virtutis ostendendum: alii ipli professi, se pugnaturos in gratiam ducis: alios æmulatio & certamen, ut provocarent; provocatique haud abnuerent, traxit. quidam quas diceptando controversias finire nequirent, aut noluerant.

pacto inter se, ut victorem res sequerentur, ferro decreverunt. Neque obscuri generis homines, sed clari illustreique, Corbis & Orsua patrueles fratres, de principatu civitatis, quam Ibem vocabant, ambigentes, ferro se certaturos professi sunt. Corbis major erat ætate. Orsuæ pater principeps proxime fuerat; à fratre majore post mortem ejus principatu accepto. Quum verbis discepture Scipio vellet, ac fedare ira; negarum id ambo dicere communibus cognatis: nec alium deorum hominumve, quam Martem se judicem habituros esse. Robore major, minor flore ætatis ferox, mortem in certamine, quam ut alter alterius imperio subjiceretur, præoptantes, quod ab tanta rabie dirimi nequirent, infigne spectaculum exercitui præbuere, documentumque, quantum cupiditas imperii malum inter mortales esset. Majore usu armorum & astu facile stolidas vires minoris superavit. Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi pro copia, & provinciali & castrensi apparatu.

Cap. XXII. Res interim nihilominus ab legati gerebantur. Marcius superato Bæte amni, quem incolæ Certim appellant, duas opulentas civitates fine certamine in deditionem accipit. Astapa urbs erat, Carthaginiensium semper partis: neque id tam dignum ira erat, quam quod, extra necessitates belli, præcipuum in Romanos gerebant odium. nec mirbem, aut situ aut munimento tutam habebant, quæ feroclores iis animos faceret: sed ingenia incolarum latrocinio læta, ut excursiones in finitimum agrum sociorum populi Romani facerent, impulerant, & vagos milites Romanos, laxatique & mercatores excipierent. magnum etiam comitatum, quia paucis parum tutum fuerat, transgredientem fines positis insidiis circumventum iniquo loco interfecerunt. Ad hanc urbem oppugnandam quum admotus exercitus esset, oppidani conscientia scelerum, quia nec deditio tuta ad tam infestos videbatur, nec spes mœnibus aut armis nuenes salutis erat; facinus in se ac suos fœdum ac ferum conscisount. Locum in foro destinant, quo pretiosissima rerum suarum congererent. super eum cumulum conjuges ac liberos considere quum jussissent, ligna circa extruunt, faceseque virgultorum conjiciunt. Quinquagintà deinde armatis juvenibus præcipiunt, ut donec incertus eventus pugnæ esset, præsidium eo loco fortunarum suarum, corporumque, quæ cariora fortunis essent, servarent. Si rem incitnatam viderent, atque in eo jam esse ut urbs caperetur; scirent, omnes, quos evntes in prælium cernerent, mortem in ipsa pugna obituros. Illos se per Deos superos inferosque orare, ut memores libertatis, quæ illo die aut morte honesta, aut servitute turpani finienda esset, nihil reliquerent, in quod sæviret iratus hostis posset. Ferrum ignemque in manibus esse. Amicæ ac fides postius ea, quæ peritura essent, absumerent manus, quam insultarent superbo ludibrio hostes. His adhortationibus execratio dira adjecta, si quem a propolito spes mollitiave animi flexisset. Inde concitato agmine patentibus portis ingenti tumultu erumpunt. Neque erat ulla satis firma statio oppolita; quia nil minus quam ut egredi mœnibus auderent, timeri poterat. perpaucæ equitum turmæ, levisque armatura repente è castris ad idipsum emissa occurrit. Acrior impetu atque animis, quam compositior ordine ullo pugna fuit. Itaque pulsus eques, qui primus hostì se obtulerat, terrorem intulit levi armaturæ. pugnarumque sub ipso vallo foret, ni robur legionum, perexiguo ad initruendum dato tempore, aciem direxisset. Ibi quoque trepidatum parumper circa signa est, quum cæci furore in vulnera ac ferrum vecordi audacia ruerent. dein vetus miles adversus temerarios impetus pertinax, cæde primorum insequentes suppressit. conatus paulo post ultra inferre pedem, ut neminem cedere, atque obstinatos mori in vestigio quemque suo videit; patefacta acie (quod ut facere posset, multitudo armatorum facile suppeditabat) cornua hostium amplexus, in orbem pugnantes ad unum omnes occidit.

Cap. XXIII. Atque hæc tamen hostium iratorum, ac rum maxime dimicantium jure belli in armatos repugnantesque edebantur. fœdior alia in urbe trucidatio erat; quum turbam fœminarum puerorumque imbellem inermemque cives sui cæderent, & in succensum rogum fœmianima pleraque injicerent corpora, rivique sanguinis flammam orientem restinguerent: postremo ipsi cæde miserandæ suorum fatigati, cum armis medio se incendio injecerunt. Jam cædi perpetratæ victores Romani supervenerunt. ac primo conspectu tam fœdæ rei mirabundi, parumper obstupuerunt. dein quum aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens, avidítate ingenii humani, rapere eos igne vellent, correpti ab flamma funt, alii ambusti æstatu vaporis: quum receptus primis, urgente ingenti turba, non esset. Ita Astapa, sine præda militum, ferro ignique absumpta est. Marcius cæteris ejus regionis metu in deditionem acceptis, victorem exercitum Carthaginem ad Scipionem reduxit. Per eos ipsos dies perfugæ à Gadibus venerunt, pollicentes, urbem,

Punt-

Punicumque præsidium, quod in ea urbe esset, & imperatorem præsidi cum classe proditores esse. Mago ibi ex fuga substiterat, navibusque in Oceano collectis, aliquantum auxilio rum & trans fretum ex Africa ora; & ex proximis Hispaniæ locis per Hannonem præfectum coegerat. Fide acceptæ ataque perfugis; & Marcius eo cum expeditis cohortibus, & Lælius cum septem triremibus, quinqueremi una est missus, ut terra marique communi consilio rem gererent.

Cap. XXIV. Scipio ipse gravi morbo implicitus, graviore tamen fama, quum ad id quisque quod audierat (insita hominum libidine addendi de industria rumores) adjiceret aliquid; provinciam omnem ac maxime longinqua ejus turbavit: apparuitque, quantam excitatura molem vera fuisset clades, quum vanus rumor tantas procellas excivisset. non socii in fide, non exercitus in officio manit. Africanus & Indibilis, quibus (quia regnum tibi Hispaniæ, pulsis inde Carthaginiensibus, destinarant animis) nihil propse contigerat, concitatis popularibus (Lacetani autem erant) & juventute Celtiberorum excita, agrum Suessetanum Sedetanumque sociorum populi Romani hostiliter depopulati sunt. Civilis alius furor in castris ad Sucronem ortus. Octo ibi millia militum erant; præsidium gentibus, quæ cis Iberum incolunt, impositum. Motæ autem eorum mentes sunt; non tum primum quum de vita imperatoris dubii rumores allati sunt; sed jam ante, licentia ex diuturno, ut fit, otio collecta, nonnihil, quod in hostico laxius rapto suetis vivere, arctiores in pace res erant. Ac primo sermones tantum occulti ferebantur, si bellum in provincia esset, quid sese inter pacatos facere: si debellatum jam & confecta provincia esset, cur in Italiam non revehi? Flagitatum quoque stipendium procacius, quam ex more & modestia militari, erat: & ab custodibus probra in circumeuntes vigilias tribunos jacta: & nocte quidam prædatum in agrum circa pacatum ierant: postremo interdiu, ac propalam sine commeatu ab signis abibant. omnia libidine ac licentia militum, nihil instituto ac disciplinæ militiæ, aut imperio eorum qui præerant, gerebatur. forma ramen Romanorum castrorum constabat una ea sse, quod tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, & jura reddere in principiis finebant, & signum ab eis petebant, & in stationes ac vigilias in ordinem ibant: & ut vim imperii abstulerant, ita speciem dicto parentium ultro sibi imperantes servabant. Erupit deinde seditio, postquam reprehendere atque improbare tribunos ea, quæ fiebant, & conari obviam ire, & propalam abnuere, furoris eorum & futuros socios, sensserunt. Fugatis itaque ex principiis, ac paulo post & castris tribunis, ad principes seditionis, gregarios milites, C. Albium Calenum, & C. Atrium Umbrum, delatum omnium consensu imperium est. qui nequaquam tribunicijs contenti ornamentis, insignia etiam summi imperii, fasces securesque attrectare ausi: neque venit in mentem, suis tergis, suisque cervicibus virgas illas securesque imminere, quas ad metum aliorum præferrent. Mores Scipionis satis credita occæcabat animos: sub cujus vulgatam mox famam non dubitabant totam Hispaniam arsturam bello. in eo tumultu & sociis pecunias imperari, & diripi propinquas urbes posse. & turbatis rebus, quum omnia omnes auderent, minus insignia fore quæ ipsi faciebant.

Cap. XXV. Quum adhuc subinde recentes nuncios, non mortis modo, sed etiam funeris exspectarent, neque superveniret quisquam, evanescerentque temere ortus rumor; tum primi auctores requiri cœpti. & subtrahente se quoque, ut credidisse potius temere, quam finxisse rem talem videri posset; destiti duces jam sua ipsi insignia, & pro vana imagine imperii quod gererent, veram justamque mox in se verituram potestatem horrebant. Stupenti ita seditioni, quum vivere primo, mox etiam valere Scipionem, certi auctores afferunt, tribuni militum fepetem, ab ipso Scipione missi supervenerunt. Ad quorum primum adventum exasperati animi; mox, ipsis placido sermone permulcentibus nostos, cum quibus congressi erant, leniti sunt. circumeuntes enim tentoria primo, deinde in principiis prætorioque, ubi inter se ferentium circulos vidissent, alloquebantur: percunctantes magis, quæ caussa iræ consternationisque subitæ foret, quam factum accusantes. Vulgo stipendium non datum ad diem jactabatur: & quum eodem tempore, quo fœdus Illiturgitanorum extitisset, post duorum imperatorum durumque exercituum stragem, sua virtute defensum nomen Romanum, ac retenta provincia esset; Illiturgitanos pœnam noxæ meritam habere; suis rectefactis gratiam qui exsolvat non esse. Talia querentes æqua orare, ferque ea relaturos ad imperatorem, responsum. lætari quod nihil tristius, nec infanabilius esset: & P. Scipionem Deum benignitate, & Rempublicam, esse gratiæ referendæ. Scipionem bellis assuetum, ad seditionum procellas rudem, follicitum habebat

bebat res, ne aut exercitus peccando, aut ipse puniendo, modum excederet. In præsentia ut coepisset, leniter agi placuit, & missi circa stipendiarias civitates arcessitores, stipendii spem propinquam fecere. Edictum subinde propositum, ut ad stipendium petendum convenirent Carthaginem: seu carptim partes, seu universi mallent. Tranquillam seditionem jam per se languescentem, repentina quies rebellantium stipendio fecit. redierant enim in fines omisso incepto Mandonius & Indibilis; postquam vivere Scipionem allatum est. nec jam erat aut civis, aut externus, cum quo furorem suum consociarent. Omnia circumspectantes consilia, nihil reliqui habebant, præter non tutissimum à malis confidere receptum, ut imperatoris vel justæ iræ, vel non desperandæ clementiæ sese committerent. etiam hostibus eum ignoviſſe, cum quibus ferro dimicaſſet. Suam seditionem sine vulnere, sine sanguine fuisse: nec ipsam atrocem, nec atroci pœna digna am: ingenia humana sunt ad suam cuique levandam culpam nimio plus facunda. Illa dubitatio erat, singulæne cohortes, an universi ad stipendium petendum irent. inclinavit sententia, quod tutius censebant, universos ire.

Cap. XXVI. Per eosdem dies, quibus hæc illi consultabant, consilium de iis Carthagini erat: certabantque sententiis, utrum in auctores tantum seditionis (erant autem hi numero haud plusquam quinque & triginta) animadverteretur, an plurium supplicio vindicanda tam fredi exempli defectio magnaque seditio esset. Victa sententia lenior, ut unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret. ad multitudinem castigationem fatis esse. Consilio dimisso, ut id actum videretur, expeditio adversus Mandonium Indibilemque edicitur exercitui; qui Carthagine erat, & cibaria dierum aliquot parare jubentur. Frumentis sepem, qui & antea Sucronem ad leniendam seditionem ierant, obviam exercitui missis, quina nomina principum seditionis edita sunt. ut eos per idoneos homines, benigno vultu ac sermone in hospitium invitatos, sopitoque vino, vinciret. Haud procul jam Carthagine abeerant, quum ex obviis auditum, postero die omnem exercitum cum M. Silano in Lacetanos proficisci; non metu modo omni, qui tacitus inhibebat animis, liberavit eos, sed lætitiam ingentem fecit: quod magis habitura solum imperatorem, quam ipsi futuri in societate ejus essent. Sub occasum solis urbem ingressi sunt, exercitumque alterum parantem omnia ad iter viderunt, excepti sermonibus de industria compositis: lætum opportunumque adventum eorum imperatori esse, quod sub ipsam profectionem alteri ius excercitus venissent; corpora curant. A tribunis sine ullo tumultu auctores seditionis per idoneos homines perducti in hospitia, comprehensi ac vincti sunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus, cujus simulabatur iter, proficisci coepere. sub lucem signa mota, & ad portam retentum agmen: custodesque circa omnes portas missi, ne quis urbe egrederetur. Vocati deinde ad concionem qui pridie venerant, ferociter in forum ad tribunal imperatoris, ut ultro territuri fucclamationibus, concurrunt. Simul & imperator in tribunal ascendit: & reducti armati à portis inermi fe concioni ab tergo cum fuderunt. tum omnis ferocia concidit, &, ut postea fatebantur, nihil æque eos terruit, quam præter spem robur & color imperatoris; quem affectum visuros crediderant: vultusque, quales ne ipse quidem ajebant esse. Sedit tacitus paulisper, donec nunciatum est, deductos in forum auctores seditionis, & parata jam omnia esse.

Cap. XXVII. Tum silentio per præconem facto, ita cepit: *Nunquam mihi defuturam orationem, qua exercitibus meis alloquerer, confidi. nec quo verba unquam potius quam res exercuerim; sed quia propè à pueritia in castris hæsitus, assueveram militaribus ingeniis. Ad vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat: quos ne quo nomine quidem appellare debeam, scio. Civesne? qui patria vestra defecistis: an milites? qui imperium auspiciumque abnuistis, sacramenti religionem rupistis. Hostes? corpora, ora, vultum, habitum civium agnosco: facta, dicta, consilia, animos hostium video. Quid enim vos, nisi quod litterges & accensi, aut profligati aliud, aut speratis? Et illi tamen Mandonium, atque Indibilem, regiæ nobilitatis viros, duces furoris secuti sunt: vos auspicium & imperium ad Umbrum Atrium, & Calenum Albium, detulistis. Negate vos id omnes fecisse, aut factum voluisse. militer: quantum enim furorem adjunxisti Hispania Carthaginiensibus, nullum locum tota provincia, nullos homines credebam esse, ubi vita invisa esset mea. si me non solum adversus socios gesseram, sed etiam adversus hostes. In castris en mels (quantum me opinio fefellit!) fama mortis meæ non accepta solum, sed etiam*

etiam expectata est. Non quod ego vulgari facinus per omnes velim (equidem si totum exercitum meum mortem mihi optasse crederem; hic statim ante oculos vestros morerer: nec me vita juvaret, invisa civibus & militibus meis); sed multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est, venti & aurae cient, ita aut tranquillum, aut procellae in vobis sunt: & causa atque origo omnis furoris penes auctores est; vos contagione insanistis. Qui mihi ne hodie quidem scire videmini, quo amentiae progressi sitis: quid sacinoris in me, quid in patriam, parentesque ac liberos vestros, quid in Deos, sacramenti reses, quid adversus auspicia, sub quibus militatis, quid adversus morem militiae ac disciplinae majorum, quid adversus summi imperii majestatem ausi sitis. De me ipso taceo. temere potius, quam avide crediderit is. denique ego sim, cujus imperii tadere exercitum, minime mirandum sit. patria quid de nobis mereatur, quam cum Mandonio & Indibili conjurandi consilia prodebatis? Quid populus Romanus, quum imperium ablatum ab tribunis suffragio populi creatis, ad homines privatos detulistis? quum, eo ipso non contenti: si pro tribunis illos haberetis, fasces imperatoris illi ad eos, quibus servus, cui imperarent, nunquam fuerat, Romanus exercitus detulistis. In praetorio tetenderunt Albius & Atrius: classicum apud eos cecinit: signum ab iis petitum est: sederunt in tribunali P. Scipionis: lictor apparuit: submoto inceserunt: fasces cum securibus praelati sunt. Capides plutei, & fulmina jaci de caelo & injustos fasces animalia edere, vos portenta esse putatis: hoc est portentum, quod nullis hostis, nullis supplicationibus sine sanguine eorum, qui tantum facinus ausi sunt, expiari possit.

Cap. XXVIII. Atque ego (quanquam nullum scelus rationem habet) tamen ut in re nefaria, quae mens, quod consilium vestrum fuerit, scire velim. Rhegium quondam in praesidium missa legio, interfectis per scelus principibus civitatis, urbem opulentissimam per decem annos tenuit. propter quod sacinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romae securi percussi sunt. Sed id primum, non Atrium Umbrum semilixam, nomnis etiam abominandi ducem, sed Decium Jubellium tribunum militum secuti sunt: nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus aut Lucanis, hostibus populi Romani, se conjunxerunt. vos cum Mandonio & Indibili consilia communicastis, & arma consociaturi fuistis. Illi, sicut Campani Capuam, Tuscis veteribus cultoribus adempeam, Mamertini in Sicilia Messanen. sic Rhegium habituri perpetuam sedem erant: nec populum Romanum, nec socios populi Romani ultro lacessituri bello. Suaronemne vos domicilium habituri eratis? ubi si vos decedens confecta provincia imperator reliquerem, Deum hominumque fidem implorare debebatis; quod non reditis ad conjuges liberosque vestros. Sed horum quoque memoriam, sicut patriae meique ejecerit is ex animis vestris. Vitam consilii sui erat, sed non ad ultimum dementis, exspui volo. Mene vivo, & exerco incolumi exercitu, cum quo ego die uno Carthaginem cepi, cum quo quatuor imperatores, quatuor exercitus Carthaginiensium fudi, fugavi, Hispania expuli, nos olio nihilo hominum, minoris certe omnes pretii, quam Albius & Atrius sunt, quibus vos subjecistis, Hispaniam provinciam populo Romano erepturi eratis? Amoliar & amoveo nomen meum. nihil ritra facile creditam mortem meam a vobis violatus sim. Quid? si ego morerer, mecum ne respublica? mecum casurum imperium populi Romani erat? ne istuc Jupiter Optimus Maximus sirit; urbem auspicato Diis auctoribus in aeternum conditam, fragili huic & mortali corpori aequalem esse. Flaminio, Paullo, Graccho, Postumio Albino, Al. Marcello, T. Quinctio Cristino, Cn. Fulvio, Scipionibus meis, tot tam claris imperatoribus uno bello absumptis, superstes est populus Romanus, eritque mille aliis nunc ferro, nunc morbo morientibus. meo unius funere eletta populi Romani est Respublica? Vos ipsi hic tot Hispaniae, patres & patrueo, duobus imperatoribus interfectis, Septimum Marcium ducem vobis adversus exultantes recenti victoria Panos delegistis. & sic loquor, tanquam sine duce Hispania futurae fuerint. Al. Silanus, eodem jure, eodem imperio mecum in provinciam missus a L. Scipione fratre meus, C. Laelius, legati, vindices majestatis imperii deessent? Utrum exercitus exercitui. an duces ducibus, an dignitas, an causa comparari poterat? quibus si omnibus superiores essetis, arma cum Panis contra patriam, contra vires vestras ferretis? Africam Italiae, Carthaginem urbi Romae imperare vultatis? Quam ob noxam patriae?

Cap. XXIX. Cortolanum quondam damnatio injusta, miserum & indignum exilium, ut iret ad oppugnandam patriam, impulit: revocavit tamen a publico parricidio privata pietas. Vos qui dolor, quae ira incitavit? Stipendiumne diebus paucis imperatore agro ferius numeratum, satis digna causa fuit,

cur

cur patriæ indiceretis bellum? cur ad Ilergetes defecistis a populo Romano? cur nihil divinarum humanarumve rerum inviolatum vobis esset? Insanistis profecto milites: nec major in corpus meum vis morbi, quam in vestras mentes invasit. Horret animus referre, quid crediderint homines, quid speraverint, quid optaverint. Auferat omnia terra malorum, si possit: si non, certe utcunque silentium tegat. Non negaverim tristem atrocemque vobis visam orationem; quanto creditis factaevestra atrociora esse, quam dicta mea? & me ea quæ feci sitis, pati æquum censetis: vos ne dici quidem omnia æquo animo ferretis? Quod ne ea quidem ipsa ultra exprobrabuntur, utinam tam facile vos obliviscamini eorum, quam ego obliviscar. Itaque quod ad vos universos attinet, si erroris pœnitet, satis superque pœnarum habeo. Albius Gallenus, & Atrius Umber, & cæteri nefariæ seditionis auctores, sanguine luent quod admiserunt. Vobis supplicii eorum spectaculum non modo non acerbum, sed lætum etiam, si sana mens rediit, debet esse. de nullis enim quam de vobis infestius, aut inimicius consuluerunt. Vix finem dicendi fecerat, quum ex præparato simul omnium rerum terror oculis auribusque eius offensus. Exercitus, qui corona concionem circumdederat, gladiis ad scuta concrepuit. præconis audita vox citantis nomina damnatorum in consilio. Nudi in medium protrahebantur. & simul omnis apparatus supplicii expromebatur. deligati ad palum, virgisque cæsi, & fœcuri percussi, adeo torpentibus meru, qui adorant, ut non modo ferocior vox adversus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur. Tractæ inde de medio omnes, purgatoque loco citati milites nominatim apud tribunos militum, in verba P. Scipionis jurarunt, stipendiumque ad nomen singulis persolutum.

Cap. XXX. Hunc finem exitumque seditio militum cœpta apud Sucronem habuit. Per idem tempus ad Bætim fluvium Hanno præfectus Magonis, missus à Gadibus, cum parva manu Afrorum, mercede Hispanos follicitrando, ad quatuor millia juvenum armavit: exinde exercitus ab L. Marcio, maxima parte militum inter tumultum captorum castrorum, quibusdam etiam in fuga amissis, palatos, perfequente equite, cum paucis ipse effugit. Dum hæc ad Bætim fluvium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum evectus, ad Carteiam classe accessit. Urbs ea in ora Oceani sita est, ubi primum è faucibus angustis panditur mare. Gades sine certamine proditione recipiendi, ultro qui eam rem pollicerentur, in castra Romana venientibus, spes, sicut ante dictum est, fuerat, sed patefacta immatura proditio est, comprehensisque omnes, Mago Adherbali prætori Carthaginem devehendos tradit. Adherbal conjuratis in quinqueremem impositis, præmisso quæ, quia tardior quam triremis erat, ipse cum octo triremibus modico intervallo sequitur. Jam fretum intrabat quinqueremis, quum Lælius & ipse in quinqueremi e portu Carteiæ sequentibus septem triremibus evectus, in Adherbalem ac triremes invehitur, quinqueremem satis credens deprensam rapido in freto in adversum æstum reciprocari non posse. Peenus in re subita parumper incertus trepidavit, utrum quinqueremem sequeretur, an in hostes rostra converteret. Ipsa cunctatio facultatem derrectandæ pugnæ ademit. Jam enim sub ictu teli erant, & undique instabant hostes. æstus quoque arbitrium moderandi naves ademerat. neque erat navali pugna similis: quippe ubi nihil voluntarium, nihil artis aut consilii esset. Una natura freti, æstusque totius certaminis potens, suis alienis navibus nequicquam remigio in contrarium tendentes invehebar, ut fugientem videres retro vortice intortam victricibus illatam: & sequentem, si in contrarium tractum incidisset maris, fugientis modo sese avertentem. Jam in ipsa pugna hæc quum infesto rostro peteret hostium navem, obliqua ipsa ictum alterius rostri accipiebat: illa quum transiverfa obiceretur hosti, repente intorta in proram circumagebatur. Quum inter tremens forruna regente anceps prœlium misceretur, quinqueremis Romana, seu pondere renacior seu pluribus remorum ordinibus scindentibus vortices, quum facilius regeretur, duas triremes suppresiit, unius prælata imperu lateris alterius remos deterit. cæteraque, quas indepta esset, mulcasset, nisi cum reliquis quinque navibus Adherbal velis in Africam transmisisset.

Cap. XXXI. Lælius victor Carteiam revectus, auditis quæ acta Gadibus erant; patefactam proditionem, conjuratosque missos Carthaginem: suem ad arrivin modo Magonem, venissent; nuncios ad L. Marcium mittit, nisi rerere frustra tempus fedendo ad Gades vellent, redeundum ad imperatorem esse; assentiente Marcio, paucos post dies ambo Carthaginem rediere. Ad quorum discessum non respiravit modo Mago; quum terra mari ne ancipiti meru urgeretur; sed etiam audita rebellione Illergerum, spem recuperandæ Hispaniæ nanctus, nuncios Carthaginem mittit ad senatum: qui simul seditionem civilem in castris Re-

Romanis, simul defectionem sociorum in majus verbis extollentes, hortarentur, ut auxilia mitterent, quibus traditum à patribus imperium Hispaniæ regeri posset. Mandonius & Indibilis in fines regressi, paulisper, dum, quidnam de seditione statuerentur, scirent, suspensi quievere: si civium errori ignoscerentur, non diffidentes sibi quoque ignoscipossè; postquam vulgata est atrocitas supplicii, suam quoque noxam pari pœna æstimatam rati vocatis rursus ad arma populoribus, contractisque, quæ ante habuerant, auxiliis, in Sedetanum agrum, ubi principio defectionis fiativa habucrant, cum viginti millibus peditum, duobus millibus equitum quingentis, transcendere.

Cap. XXXII. Scipio cum fide solvendi pariter omnibus noxis innoxiisque stipendii, tum vultu ac sermone in omnes placato, facile reconciliaris militum animis, prius quam castra ab Carthagine moveret, concione advocata, multis verbis in perfidiam rebellantium, quum invectus, *nequaquam eodem animo se ire* professus est *ad vindicandum id scelus, quo civilem errorem nuper sanaverit. Tum se haud secus quam viscera secantem sua, cum gemitu & lacrimis triginta hominum capitibus septuplo octo millium seu imprudentium, seu noxam : nunc lato & erecto animo ad eadem illergetum ire. Non enim eos, neque natos in eadem terra, nec ulla secum societate junctos esse. eam, quæ sola fuerit, fidei, atque amicitiæ ipsos per scelus rupisse. Ire exercitu suo se, præterquam quod omnes cives, aut socios, Latinique nominis videat, etiam eo moveri, quod nemo fere sit miles, qui non aut à patruo suo Cn. Scipione, qui primus Romani nominis in eam provinciam venerit, aut à patre consule, aut à se sit ex Italia advectus. Scipionum nomini auspicissque omnes assuetos, quos secum in patriam ad mortium triumphum deducere velit : quos consulatum petenti, velut si omnium communis agatur honos, assuetos spereet. Quod ad expeditionem attinet, quæ inter, immemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat. Magonis hercule filii, qui extra orbem terrarum in circumfusum Oceano insulam cum paucis perfugere navibus, majorem curam esse, quam ut regerent. quippe illic & audem Carthaginiensem, & quantumcunque Punicum præsidium esse : hic latrones, latrocinumque ducet. quibus ut ad populandos finitimorum agros, tectaque urenda, & rapienda pecora aliqua vis sit; ita in acie ac signis collatis nullam esse. magis velocitate ad fugam, quam armis fretos, pugnaturos esse. Itaque non quod ullum inde periculum, aut semen majoris belli videat, ideo se prius quam provincia decedat, apprimendos Ilergetes duxisse : sed primum, ne impunitas tam fœderatæ defectionis effet : deinde, ne quis in provincia simul virtute tanta & felicitate perdomita, relictus hostis dici posset. Proinde Deos bene juvantibus sequerentur, non tam ad bellum gerendum (neque enim cum pari hoste certamen esse) quam ad expetendas ab hominibus scelestis pœnas.*

Cap. XXXIII. Ab hac oratione dimisso, ad iter se comparare in diem posterum jubet, profectusque decimis castris pervenit ad Iberum flumen. Inde superato amni, die quarto in conspectu hostium posuit castra. Campus ante montibus circa septus erat. in eam vallem Scipio quum pecora rapta pleraque ex hostium agris, propelli ad irritandam feritatem barbarorum jussisset, velites subsidio misit. à quibus ubi per procursationem commissa pugna esset, Lælium cum equitatu impetum ex occulto facere jubet. Mons opportune prominens equitum insidias texit : nec ulla mora pugnæ facta est. Hispani in conspecta procul pecora, velites in Hispanos præda occupatos incurrere. Primo missilibus territare : deinde emissis levibus telis, quæ irritare magis quam decernere pugnam poterant, gladios nudant & collato pede res cœpta geri est : ancepsque pedestre certamen erat, nisi equites supervenissent. neque ex adverso tantum illati obvios obtrivere, sed circumvecti etiam quidam per infima clivi, ab tergo se, ut plerosque interciderent, objecere : majorque cædes fuit, quæ quantum cedere fuga per excursiones prœlia solent. Ira magis accensa adverso prœlio barbaris est, quam imminuti animi. itaque ne perculsi viderentur, prima luce postero die in aciem processere. Non capiebat omnes copias angustia, ficut antè dictum est, vallis : duæ igitur mediæ partes, omnis equitatus in aciem descendit. quod reliquum peditum erat, obliquo constituerunt colle. Scipio pro se esse loci angustias ratus; & quod in arcto pugna Romano aptior quam Hispano militi futura videbatur; & quod in eum locum detracta hostium acies esset, quin non omnem multitudinem eorum caperet: novo etiam consilio adjecit animum: equitem nec se posse circumdare cornibus in tam angusto spatio : & hosti, quem cum pedite adjuvisset, inutilem fore. Itaque imperat Lælio, ut per colles quam occultissimo itinere circumducat equites, segregetque, quantum possit, equestrem à pedestri pugna. Ipse omnia signa peditum in hostes vertit : quatuor cohortes in fronte statuit, quia latius pandere aciem

aciem non poterat. Moram pugnandi nullam fecit, ut ipso certamine averteret ab conspectu transfugium per cetes equitum. Neque ante circumduitos sentire, quam tumultum equestris pugnæ ab tergo accepere. Ita duo diversa prœlia erant: duæ pedítum acies, duo equitatus per longitudinem campi (quia misceri ex genere utroque prœlium angustiæ non patiebantur) pugnantes. Hispanorum, quum neque pedes equiti, nec eques pediti auxilio esset; pedes fiducia equitis temere commissus campo cæderetur, eques circumventus nec peditem à fronte (jam enim strátæ pedestres constraerant) nec ab tergo equitem sustinere; & ipsi quum diu in orbem sese stantibus equis defendissent, ad unum omnes cæsi sunt: nec quisquam peditum equitumque superfuit, qui in valle pugnaverunt. Tertia pars, quæ in colle ad spectaculum magis tutum quam ad partem pugnæ capessendam steterat, se locupletem ad fugiendum habuit. inter eos Screguli ipsi fugerunt, priusquam tota circumveniretur acies; inter tumultum elapsi.

Cap. XXXIV. Castra eodem die Hispanorum præter reliquam prædam cum tribus ferme millibus hominum capiuntur. Romani locisque ad mille ducentos eo prœlio ceciderunt; vulnerata amplius tria millia hominum. minus cruenta victoria fuisset, si parentiore campo, & ad fugam capessendam facili foret pugnantum. Indibilis abjectis belli consiliis, nihil tutius in omnibus rebus experta fide & clementia Scipionis ratus, Mandonium fratrem ad eum mittit: qui advolutus genibus *fatalem rabiem temporis ejus* accusat, *quum velut contagione quadam pestifera, non Ilergetes modo & Lacetani, sed castra quoque Romana insanierint. Suam quidem & fratris, & reliquorum popularium eam conditionem esse; ut aut, si ita videatur, reddant spiritum P. Scipioni; ab eodem illo acceptum: aut servati bis uni debitum vitam pro eo in perpetuum devoveant. Antea in causa sua fiducium fuit fuisse, quorum experta clementia ejus: nunc contra, nullam in caussa, omnem in misericordia victoris spem repositam habere.* Mos veruttus erat Romanis, cum quo nec fœdere nec æquis legibus jungerentur amicitia, non prius imperio in eum ranquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidisset: obsides accepti, arma adempta, præsidia urbibus imposita forent. Scipio multis invectus in præsentem Mandonium, absentemque Indibilem verbis, *illos quidam merito periisse ipsorum malefício*, ait: *victuros suo æquo populi Romani beneficio. Castrum, se neque arma iis adempturum (quippe ea pignora timentium rebellionem esse) sed libera arma relinquere, solutoque metu animos. Neque se in obsides innoxios fed in ipsos, si defecerint, sæviturum: nec ab inermi, sed ab armato hoste panas expetiturum. Utrumque fortunam experiri permittere sese, utrum propitios, an iratos habere Romanos malient.* Ita dimissus Mandonius; pecunia tantummodo imperata, ex qua stipendium militi præstari posset. ipse Marcio in ulteriorem Hispaniam præmisso, Silano Tarraconem remisso, paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent, cum expeditis Marcium jam appropinquantem Oceano assequitur.

Cap XXXV. Inchoata res jam ante de Masinissa aliis atque aliis de caussis dilata erat, quod Numida cum ipso utique congredi Scipione volebat, atque ejus duello fidem sancire. ea tum ineuntis ram longi ac tam devii caussa Scipioni fuit. Masinissa quum Gadibus esset certior adventare eum à Marcio factus, caussando corrumpi equos inclusos in insula, penuriamque omnium rerum & facere cæteris, & ipsos fenire, ad hoc equitem materiæ cere desidia; Magonem perpulit, ut se trajicere in continentem ad depopulandos proximos Hispanes agros pateretur. Transgressus, tres principes Numidarum præmittit, ad tempus locumque colloquio statuendum: duos pro obsidibus retineri à Scipione jubet. remisit tertio, qui, quo jussum erat, adduceret Masinissam; cum paucis in colloquium venerunt. Ceperat jam ante Numidam ex fama rerum gestarum admiratio viri: substitueratque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam. cæterum major præsentis veneratio cepit, & prudentiam quod suapte natura multa majestas inerat, adornabat promissa cæsaries habitusque corporis, non cultus munditiis, sed virilis vere ac militaris, & ætas in medio virium robore, quod plenius nitidiusque ex morbo velut renovatus nos juventæ faciebat. Prope attonitus ipso congressu Numida, *gratias ac fratris filio remisso agit. Ex eo tempore affirmat, eam se quæsisse occasionem, quam tandem oblatam Deum immortalium beneficio non omiserit. Cupere se illi populoque Romano operam navare. ita, ut nomen unius exercitus magis eniixe adjungat Romanam. Id se, etiamsi jampridem vellet, minus præstare in Hispania, terra aliena atque ignota potuisse: in qua autem genitus educatusque in spem paterni regni esset, facile præstaturum. Siquidem eundem Scipionem ducem in Africam mittant Romani, fatis superque perbrevis evit Carthaginem esse.* Lætus eum Scipio virili audivitque; quum caput

caput rerum in omni hoſtium equitatu Maſiniſſam fuiſſe ſciret, & ipſe juvenis ſpecimen animi præ ſe ferret. Fide data acceptaque, profectus retro Tarraconem eſt. Maſiniſſa permiſſu Romanorum ne ſine cauſſa trajeciſſe in continentem videretur; populatus proximos agros, Gades rediit.

Cap. XXXVI. Magoni deſperatis in Hiſpania rebus, in quarum ſpem fœditio primum militaris, deinde defectio Indibilis animos ejus ſuſtulerant, paranti trajicere in Africam, nunciatum ab Carthagine eſt, jubere ſenatum, ut claſſem quam Gadibus haberet, in Italiam traiceret: conducta ibi Gallorum atque Ligurum quanta maxima poſſet, juventute, conjungeret ſe Annibali: neu ſeneſcere bellum maximo impetu, majore fortuna coepturn fineret. Ad eam rem & à Carthagine pecunia Magoni advecta eſt: & ipſe quantam poruit, à Gaditanis exegit: non ærario modo eorum, ſed etiam templis ſpoliatis & privatim omnibus coactis aurum argentumque in publicum conferre. Quum præteriveheretur Hiſpaniæ oram, haud procul Carthagine Nova expoſitis in terram militibus, proximos depopulatus agros, inde ad urbem claſſem appulit. Ibi quum interduin milites in navibus tenuiſſet, nocte in littus expoſitos ad parrem eam muri, qua capta Carthago ab Romanis fuerat, ducit: nec præſidio tatis valido urbem renerl ratus, & aliquos oppidanorum ad ſpem novandi res aliquid moturos. Cæterum nuncii ex agris ſrepidi, fimul populationem agreſtiumque fugam & hoſtium adventum attulerant: & vita interdiu claſſis erat, nec fine cauſſa electam ante urbem ſtationem apparebat. itaque inſtructi armatique, intra portam, ad ſtagnum ac mare verſam, continebantur. Ubi effuſi hoſtes, mixta inter milites navalis turba, ad muros tumultu majore quam vi ſubierunt, patefacta repente porta, Romani cum clamore erumpunt: turbatoſque hoſtes, & ad primum incurſum conjectumque telorum averſos, uſque ad littus cum multa cæde perſequuntur. nec nili naves littori appulſæ trepidos accepiſſent, ſuperefſet pugnæ aut fugæ quiſquam. In ipſis quoque trepidatum navibus eſt, dum ne hoſtes cum ſuis ſimul irrumperent, trahunt ſcalas oraique, & anchoras, ne in moliendo mora eſſet, præcidunt. multique adnantes navibus, incerto præ tenebris quid aut peterent aut vitarent, fœde interierunt. Poſtero die quum claſſis inde retro ad Oceanum, unde venerat, fugiſſet, ad cœtingenti homines cæſi inter murum litruſque, & ad duo millia armorum inventa.

Cap. XXXVII. Mago quum Gadeis recepiſſet, excluſus inde ad Cimbim (haud procul à Gadibus is locus abeſt) claſſe appulſa, mittendis legatis, querendoque quod portæ ſibi ſocio atque amico clauſæ forent, purgantibus iis, multitudinis concurſu factum, infeſtæ ob direpta quædam abs conſcendentibus naves militibus, ad colloquium Sufferes eorum, qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus, cum quæſtore alicuique lacertos verberibus cruci affigi juſſit: inde navibus ad Pityuſam inſulam, centum millia ferme à continenti (Pœni tum eam incolebant) trajecit: itaque claſſis bona cum pace accepta eſt, nec commeatus modo benigne præbiti, ſed in ſupplementum claſſis juventus armaque data, quorum fiducia Pœnus in Baleares inſulas (quinquaginta inde millia abſunt) transmiſit. Duæ ſunt Baleares, major altera atque opulentior armis viriſque: & portum habet, ut commode hibernaturum ſe (& jam extremum autumni erat) crederet. cæterum haud ſecus quam ſi Romani eam inſulam incolerent, hoſtiliter claſſi occurſum eſt. Fundis ut nunc plurimum, ita tunc ſolo eo telo uteburtur. nec quiſquam alterius gentis unus tantum ea arte, quantum inter alios omnes Baleares excellunt. itaque tanta vis lapidum creberrimæ grandinis modo in propinquantem jam terræ claſſem effuſa eſt, ut intrare portum non auſi, averterent in altum naves. In minorem inde Balearium inſulam trajecerunt, fertilem agro; viris, armique haud æque validam. Itaque egreſſi navibus, ſupra portum loco munito caſtra locant: ac ſine certamine urbe agroque poriti, duobus millibus auxiliarium inde conſcriptis, miſſiſque Carthaginem ad hibernandum, naves ſubduxerunt. Poſt Magonis ab Occaſione ara diſceſſum, Gaditani Romanis dedunnt.

Cap. XXXVIII. Hæc in Hiſpania P. Scipionis ductu auſpicioque geſta. Ipſe L. Lentulo & L. Manlio Acidino provincia tradita, decem navibus Romam rediit. & ſenatu extra urbem dato in æde Bellonæ, quas res in Hiſpania geſſiſſet, diſſeruit: quoties ſignis collatis dimicaſſet, quot oppida ex hoſtibus vi cepiſſet, quas gentes in ditionem populi Romani redegiſſet. adverſus quatuor ſe imperatores, quatuor victores exercitus in Hiſpaniam iſſe: neminem Carthaginienſem in iis terris reliquiſſe. Ob has res ſignis collatis dimicaſſet, quor oppida ex hoſtibus vi cepiſſet, quas gentes in ditionem populi Romani redegiſſet. adverſus quatuor ſe imperatores, quatuor victores exercitus in Hiſpaniam iſſe: neminem Carthaginienſem in iis terris reliquiſſe. Ob has res geſtis magis rentata eſt triumphi ſpes, quam petita pertinaciter: quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſſiſſet, conſtabat. Senatu miſſo, urbem eſt ingreſſus argentique præ ſe in ærarium tulit quadringentiens millia pondo CCCXLII, & ſignati argenti magnum numerum.

rum. Comitia inde creandis consulibus habuit L. Veturius Philo: centuriaque omnes ingenti favore P. Scipionem consulem dixerunt. collega additus ei P. Licinius Crassus pontifex maximus. Cæterum comitia majore, quam ulla per id bellum celebrata frequentia, proditum memoriæ est. Convenerant undique non fasfragandi modo, sed etiam spectandi caussa P. Scipionis, concurrebantque & domum frequentes, & in Capitolium ad immolantem eum, quum centum bobus votis in Hispania Jovi facificaret: spondebantque animis, fucturum C. Lutatius superius bellum Punicum finisset, ita id quod instaret, P. Cornelium Asinum, atque ut Hispania omni Pœnos expulisset, hic Italia pulsurum esse: Africamque ei, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam destinabant. Prætoria inde comitia habita. creati duo, qui rum ædiles plebi erant, Sp. Lucretius & Cn. Octavius, & ex privatis Cn. Servilius Cæpio, & L. Æmilius Papus. Quartodecimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio & P. Licinius Crassus ut consulatum inierunt, nominatæ consulibus provinciæ sunt. Sicilia Scipioni extra fortem, concedente collega, quia cura sacrorum pontificem maximum in Italia retinebat; Bruttii Crasso. Tum prætoriæ provinciæ in fortem conjectæ. urbana Cn. Servilio obtigit: Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucretio: Sicilia L. Æmilio: Cn. Octavio Sardinia. Senatus in Capitolio habitus. ibi referente P. Scipione, senatusconsultum factum est, ut quos Indos inter seditionem militarem in Hispania vovisset, ex ea pecunia, quam ipse in ærarium detulisset, faceret.

Cap. XXXIX. Tum Saguntinorum legatos in senatum introduxit. Ex eis maximus natu: *Etsi nihil ultra malorum est, Patres conscripti, quam quod passi sumus, ut ad ultimum fidam vobis præstaremus; tamen ea vestra merita, imperatorumque vestrorum erga nos fuerunt, ut nos cladium nostrarum non pœniteat. Bellum propter nos suscepistis: suscepturn quartum decimum annum tam pertinaciter geritis, ut spe ad ultimum alterius ex his victoriæ, & populum Carthaginiensem adduxeritis. Quum in Italia tam atrox bellum & Annibalem hostem haberetis, consules cum exercitu in Hispaniam, velut ad colligendas reliquias naufragii nostri misistis. P. & Cn. Cornelii, exquo in provinciam venerunt, nullo tempore destiterunt, quæ nobis secunda, quæque adversa hostibus nostris essent, facere. Jam omnium primum oppidum nobis restituerunt: per omnem Hispaniam vires nostros venundatos, dimissis qui conquirerent, ex servitute in libertatem restituerunt. Quum jam prope esset, ut optabilem ex misserima fortunam haberemus; P. & Cn. Cornelii imperatores vestri luctuosius nobis prope quam vobis perierunt. Tum vero ad hoc retracti ex disjunctibus locis in fidem antiquam videbamur, ut iterum servitutis & alterum excidium patriæ videremus. nec ad perniciem nostram Carthaginienſi utique aut duce aut exercitu opus esse: ab Turdulis nos veterrimis hostibus, qui priores quoque excitati caussa nobis fuerant, exstinguti pulsique, quum ex inspirato repente missistis nobis P. hunc Scipionem: quem, fortunatissimi omnium Saguntinorum videmur, quia consulem declaratum videmus, ac vidisse nos civibus nostris renunciaturi sumus, spem omnem salutemque nostram. qui quum plurimas hostium vestrorum cepisset in Hispania urbes, ubique ex captorum numero exoneros Saguntinos in patriam remisit. postremo Turdetaniam, adeo infestam nobis, ut illa gente incolumi stare Saguntum non posset, ita bello affixit, ut non modo nobis, (absit verbo invidia) ne posteris quidem timenda nostris esset. Deletam urbem terminus eorum, quorum in gratiam Saguntum deleverat Annibal. vectigal ex agro eorum capimus, quod nobis non fructu jucundius est, quam ultione. Ob hæc, quibus majora neque sperare, neque optare ab Diis immortalibus poteramus, gratias actum nos decem legatos Saguntinos senatus populusque ad vos misit, simul gratulatum, quod ita res bos annos in Hispania atque Italia gessisti, ut Hispaniam non libero amne tenus, sed ipsa terrarum ultimas finit Oceanus, domitam armis habeatis: Italiæ, nisi quatenus vallum castrorum circa it, nihil reliquerit. Hæc ut Jovi Optimo Maximo, præsidi Capitolinæ arcis, non grates tantum ob hæc agere jussi sumus, sed donum hoc etiam, sicuti permitteretis, coronam auream in Capitolium victoriæ ergo ferre. Id ut permittatis, quæsumus. utique, si vobis ita videtur, quæ nobis imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua auctoritate vestra faciatis.* Senatus legatis Saguntinis respondit, *Et dirutum & restitutum Saguntum fidei Socialis utrimque servatæ documentum omnibus gentibus fore. Suos imperatores, recte & ordine, & voluntate senatus fecisse, quod Saguntum restituerint, civesque Saguntinos servitio exemerint: quæque alia eis benigne fecerint, ea senatum ita voluisse fieri. donum permittere ut in Capitolio ponerent.* Locus inde lautiaque legatis præberi jussa, & munera ergo in singulos dari ne minus denamillia

millia æris. Legationes deinde cæteræ in senatum introductæ, auditæque. Et petentibus Saguntinis, ut quarenus tuto possent, Italiam spectatum irent: duces dati, literæque per oppida missæ, ut Hispanos comiter acciperent. Tum de republica, de exercitibus scribendis, de provinciis, relatum.

Cap. XL. Quum Africam novam provinciam extra sortem P. Scipioni destinari, homines fama ferrent, & ipse nulla jam modica gloria contentus; non ad gerendum modo bellum, sed ad finiendum dicerer se consulem declaratum esse, neque aliter id fieri quam si ipse in Africam exercitum transportasset, & actiurum se id per populum aperte ferret: si patres adversaretur, id consilium haudquaquam primoribus Patrum cum placerer, cæterique per metum aut ambitionem mussarent; Q. Fabius Maximus rogatus: sententiam; Scio, inquit, multis vestrum videri, Patres Conscripti, rem aditam hodierno die agi, & frustra habitarum orationem, qui tanquam de integra re, de Africa provincia, sententiam dixerit. Ego autem primum illud ignoro, quemadmodum jam certa provincia Africa consulis viri fortis ac strenui sit, quam nec senatus censuit in hunc annum provincias esse, nec populus jussit. deinde, si est consulibus peccare arbitror, qui de re transacta simulando se referre, senatum ludibrio habet: non senatorem modo, qui de quo consulitur, suo loco dicit sententiam. Atque eo certum habeo, dissentienti mihi ab ista æstimatione in Africam trajiciendi, dictatum rerum subeundam opinionem esse: unius, ingenio meo cunctationis; quam metum pigritiamque homines adolescentes sane appellent: dum ne pœniteat, adhuc aliorum speciosiora primo adspectu consilia semper visa, mea usu meliora. alterius, obtrectationis atque invidiæ adversus unius civem indigne gloriam fortissimi consulis. Qua suspicione, si me neque vita acta & mores mei, neque dictatura cum quinque consularibus, tantumque gloriæ belli domique partæ vindicat, ut propius sagitidium ejus sim, quam desiderium, æquo saltem liberet. quæ enim mihi cemulatio eum eo esse potest, qui ne filio quidem meo æqualis sit? Me dictatorem, quum vigerem adhuc viribus & in cursu maximarum rerum essem, recusantem nemo aut in senatu, aut ad populum audivit, quo minus insectanti me magistro equitum, quod fando nunquam ante auditum erat, imperium meum æquaretur. Rebus quam verbis assequi malui, ut qui aliorum judicio mihi comparatus erat, sua mox confessione me sibi præferret: nedum ego personalibus honoribus certaminibus mihi atque æmulationes, cum adolescente florentissimo proponam. videlicet ut mihi jam vivendo, non solum rebus gerendis fessis, si huic negata fuerit, Africa provincia decernatur. cum ea gloria, quæ parta est, vivendum atque moriendum est. Vincere ego prohibui Annibalem, ut a vobis, quorum augent nunc vires, etiam vinci possit.

Cap. XLI. Illud te mihi ignoscere, P. Corneli, æquum erat, si quum in me ipso nunquam pluris famam hominum, quam rempublicam fecerim; ne tuam quidem gloriam bono publico præponam. quamquam si aut bellum nullum in Italia, aut in hostis esset, ex quo vicio nihil gloriæ quæreretur; qui te in Italia retinere, esse id bono publico faceret, simul cum bello materiam gloriæ tuæ ipse ereptum videri posset. Quum vero Annibal hostis incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obsideat, penitebit te, P. Corneli, gloriæ tuæ, si hostem eum, qui tot fugarum, tot cladium nobis causa fuit, tu consul Italia expuleris. & sicut penes C. Lutatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit, ita penes te hujus fuerit? Nisi aut Amilcar Annibali duce est præferendus, aut illud bellum huic, aut victoria illa major clariorque, quam hæc (modo contingat ut te consule vincamus) futura est. Ab Drepanis atque Eryce detraxisse Amilcarem, quam Italia expulisse Pœnos atque Annibalem, malis? Ne tu quidem, etsi magis pararam, quam speratam gloriam appeteris, Hispania potius quam Italia bello liberata gloriatis. Nondum ea est animi elatio, quem non magis timuisse videatur, quam contemnisse, qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc accingeris, nec per istos circuitus, ut quum in Africam trajeceris; secuturum te illuc Annibalem speres, potius quam recto hinc itinere, isti Annibal est, eo bellum intendis? Egregiam te, Romane, velit Punici patriæ pelis? Hoc & natura prius est, tua quum defenderis, aliena ire oppugnatum. Pax ante in Italia quam bellum in Africa sit: & nobis prius decedat timor, quam ultro alios inferatur. Si utrumque tuo ductu auspicioque fieri potest; Annibale ille victo, Illic Carthagine expugnata. si alterutra victoria novis consulibus relinquenda est; prior quum major clariorque, tum causæ etiam insequentis fuerit. Nam nunc quidem, præterquam quod & in Italia & in Africa duos diversos exercitus alere æratium non potest; præterquam quod unde classes, unde commeatibus præbendis sufficiamus, nihil reliqui est; periculi tandem, quantum adeatur, quem fallit? P. Licinius in Italia, P. Scipio bellum

lium in Africa geret. Quid, si (quod omnes Dii omen avertant, & dicere etiam reformidat animus, sed quæ acciderunt, accidere possunt) & victor Annibal ire ad urbem pergat? tum demum te consulem ex Africa, non Q. Fulvium à Capua, arcessemus? Quid? quod in Africa quoque Mars communis belli erit. Domus tibi tua, pater patrimusque, intra triginta dies cum exercitibus casi, documento sint; ubi per aliquot annos maximis rebus terra marique gerendis amplissimum nomen apud exteras gentes populi Romani vestræque familiæ fecerant. Dies me deficiat, si reges, imperatores, que, temere in hostium terras transgressos cum maximis cladibus suis exercitumque suorum, numerare velim. Athenienses, prudentissima civitas, bello domi relicto, auctore aque duce Themistocle juvenes magna classe in Siciliam transmissa, una navali pugna florentem rempublicam suam in perpetuum affligerunt.

Cap. XLII. *Externa & nimis antiqua repeto. Africa eadem ista, & M. Atilius insigne unius exemplum fortunæ exemplum, nobis documento sint. Ne tibi, P. Cornueli, quum ex alto Africam conspexeris, ludus & jocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur. Quid enim simile? pacato mari præter oram Italiæ Galliæque vectus, Emporias in urbem sociorum classem appulisti: expositos milites, per tutissima omnia, ad socios & amicos populi Romani, Tarraconem duxisti: ab Tarracone deinde iter per præsidia Romana: circa Iberum exercitus patrii patriique tui, post amissos imperatores ferociores & calamitate ipsa, duæ tumultuariæ quidem ibi L. Marcius, & militari usu parum ad tempus fecius, sustinebant: nobilitas ac ingenia, quæ in bello maxime valent, clara imperatoribus qualibet arte belli parumpugnata per summum otium Carthago, nullo trium Punicorum exercituum socios defendente. Cætera, neque ea elevo, nullo tamen modo Africo bello comparandas subi non portus illos classi nostræ apertos, non ager patulus, non civitas socia, non rex amicus, non consistendi usquam locus non procedenti. Quacunque circumspexeris, hostilia omnia atque infesta. An Syphaci Numidisque credis? satis sit semel credidum. Non semper temeritas est felix: & fortuna belli parvis sibi præstitit, in quum operæ pretium sit, cum mercede magna faciat. Non hostes patrem patriumque unum armis prius, quam Celtiberi socii fraude circumvenerunt: nec tibi ipsi à Magone & Asdrubale hostium ducibus, quantum ab Indibili & Mandonio in fidem accepisti, periculi fuit. Numidis tu credere potes, defectionem militum tuorum cæpertus? Et Syphax & Massissa se, quam Carthaginienses, malunt potentissimos in Africa esse: Carthaginienses, quam quemquam alium. Nunc illos æmulatio inter se, & omnes causse certaminum acuunt, quia prout externus metus est. Ostendere illis Romana arma, & exercitum alienigenam, velut ad commune resilium undum incendium concurrent. Alter iidem tibi Carthaginienses Hispaniam defenderunt: aliter, meam patriæ, tempus Dumn. deos & focos, defendendi, quum cuntes in proximi pavida profugerint conjunx, & parvi liberi occursabunt. Quid porro? Si satis consti Carthaginienses consensu Africæ, ide sociorum regum, manibus suis, quum tuo exercitusque tui præsidio nudatam Italiam videbunt, ipsi ultro novum exercitum in Italiam aut ex Africa miserint, aut Magonem, quem à Balearibus classe transmissa jam præter oram Ligurum Alpinorum vectari constat, Annibali se conjungere jusserint? Nempe in eodem terrore animus, in quo nunc fuimus, quum Asdrubal in Italiam transcendit: quem tu, qui non solum Carthaginem, sed omnem Africam exercitu tuo es clausurus, è manibus tuis in Italiam emisisti. Victum à te dices: eo quidem minus vellem & id tua, non reipublicæ solum causse, iter datum citio in Italiam esse. Patere nos omnia quæ fingera tibi ac reipublicæ in imperio evenire, tuo consilio assignare; adversa casibus incertis belli & fortunæ delegare. Quo melior fortiorque es, eo magis talem præsidem tibi patria atque uxor et Italia retinet. Non potest ne ipse quidem dissimulare, tibi Annibali sit, tibi caput esse hanc hujus belli civitatemque dati præ te feras, eam tibi causam trajiciendi in Africam esse, ut Annibalem eo trahas. Sive igitur hic, sive ille, cum Annibale est tibi futura res. Utrum ergo tandem firmior eris in Africa tibi, an hic tuo collegæque tui exercitu conjunctos ne Claudius quidem & Livius Consules tam recenti exemplo, quantum id interfit, documento sunt? Quid? Annibalem, utrum tandem extremus an ultis agri Bruttii frustra jam diu posecentem ab domo auxilia, an propinqua Carthago & tota socia Africa potentissimo armis utrisque facile? Quod ipsud consilium est, ibi malle decernere, ubi tuæ dimidio minores copiæ sint, hostium multo majores, quam ibi duobus exercitibus adversus unum tot præliis & tam diuturna & gravi militia fessum, præsertim quum sit? Quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit, repeta. Ille consul profectus in Hispaniam, ut Annibali ab Alpibus descendenti occurreret, in Italiam ex pro-

provincia redtit: tu, quem Annibal in Italiâ fit, relinquere Italiam parat; non quia respublica id utile, sed quia tibi amplum & gloriosum censes esse: sunt quum provincia & exercitus relicto, sine lege, sine senatusconsulto, duabus navibus populi Romani imperator fortunam pacis tam & majestatem imperii quæ tam in uno capite periclitabantur, commisisti. Ego P. Cornelium Patres conscripti, reipublicæ nobisque, non sibi ipsi privatim evectum consulem existimo: exercitusque ad cultoriam urbis atque Italiæ scriptos esse, non quos regio more per superbiam consules, quo terrarum velint, trajiciant.

Cap. XLIII. Cum oratione ad tempus parata Fabius, tum auctoritate & inveterata prudentiæ fama magnam partem senatus, & seniores maxime movisset, plurisque consilium suum quam animum adolescentis ferocem laudarent; Scipio ita locutus fertur: *Et ipse Q. Fabi principio orationis meæ, C. commendavit, in sententia sua posse obtrectationem suspectam esse. Cujus ego rei non tam ipse auctus tantum virum insimulare, quam ea sæpe icto, vitio orationis ac rei, haud sane purgata opto. Sic enim honores suos & famam rerum gestarum extulit suarum, ad extinguendum invidiæ crimen, tamquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur: & non ab eo, qui, quia super cæteros excellat, quo me quoque altiti non dissimulo, me sibi æquari nolit. Ei senem se præsumtum honoribus, & me insita ætatem fiti, ne quo properem; tamquam non longius quam quantum vitæ humanæ spatium est, cupiatis gloria extendatur, maximoque pars ejus in memoriam ac posteritatem promineat. Maximo cuique ita accidere animo certum habeo, ut se non cum præsentibus modo, sed cum omnis ævi claris viris comparent. Equidem haud dissimulo, me tua, Q. Fabi, laudes non assiqui solum velle, sed (bona venia tua dixerim) si possim, etiam exsuperare. Und me ita ferat, ne mihi in animo res meæ antiquæ sint, ut nolimus quemquam nostri simili in eadem re virum. Id enim non eorum modo, qui bus invidemus, sed reipublicæ, & penè omnis generis humani detrimentum fit. Commemoravit, quantum essem periculi adituras, si in Africam trajicerem: ut meam quoque, non solum reipublicæ & exercitus curam, videretur sollicitus. Unde hæc repente cura de me exorta? quum pater patruusque meus interfecti, quum duo exercitus eorum prope occidione cæsi essent, quum amissis Hispaniis, quum quatuor exercitibus Pœnorum, quatuor duces omnia metu turmisque tenerent, quum quæstores ad id bellum imperator nemo se offenderet, præter me, nemo proferri nomen ausus esset, quum mihi quatuor & viginti annos nato demissus imperium populus Romanus, quid ita tum nemo eadem me ætate petitum, difficultatem belli, patris patruique recentem cladem commemorabat? Una major aliqua nunc in Africa cæmitates accepta est, quam tunc in Hispania erat? An magnos nunc simt exercitus in Africa, duces plures inclutosque, quam tunc in Hispania fuerunt? An acies mea nunc maturior bello gerendo fuit, quam nunc est? An cum Carthaginiensi hoste in Hispania, quam in Africa bellum geri aptius est? Facile est post insos pugnatosque quatuor exercitus Punicos, post tot urbes vi captas, aut metu subactas in ditionem, post pacatam omnia usque ad Oceanum, tot regulos, tot gentes, post receptam totam Hispaniam, ita ut vestigium nullum belli reliquum sit, elevare meos res gestas: tam, Hercule, quum in prioribus Africa recidem, ea ipsa glovare, quæ vitio retinenti mei causa, ut terribilia exercitui nostro fuerint, verbis exsolutuntur. Negat ullos patere portus. M. Atilium captum in Africa commemorat; tanquam M. Atilius primo accessu ad Africam offenderit, neque recordatur, illi ipsi tam infelici imperatori potuisse tamen portus Africæ, & res egregias primo anno gessisse: & quantum ad Carthaginienses duces attinet, invictum ad ultimum permansisse. Nihil igitur me ipso tu exemplo territueris: si hoc bello, non prius, si nuper, & non annis ante quadrigentis, ipsa clades accepta foret, qui ego mi nus in Africam Regio, capto, quam Scipionibus occisis in Hispaniam, trajecerem? Nec feliciius Xanthippum Lacedæmonium Carthaginiensi, quam me patria mea fuerem natum esse, crescentique mihi ex copia fiducia, quod posse in hominis unius virtute, tantum momenti esse. At etiam Athenienses auctoritati sunt, temere in Siciliam, omisso domi bello, trajecisse. Cur ego, quoniam Græcas fabulas enarrare vatat, non Agathoclem potius Syracusanum regem, quum diu Siciliæ Punico fato vexatæ, tum trajecisse in hanc eandem Africam, advertisse eo bellum unde venerat, referi?

Cap. XLIV. *Sed quid, ultro metum inferre hosti, & ab se remoto periculo alium in ejus timorem adducere, quale sit, veteribus exterisque exemplis admonere opus est? Majus profectò ipse alium excitabilem esse quam Annibal potest nullum intrisse, altiores populere fines.*

an tuos uri, exsindi, vastari, plus animi ad inferendi periculum, quam propulsandi. Ad hoc major ignoratio rerum rem ipsi terror: bona malaque hostium ex propinquo ingressus finesque aspicias. Non ipse varare Annibal fore, ut tot in Italia populi ad se deficerent, quot defecerunt post Cannensem cladem; quanto minus quicquam in Africa Carthaginiensibus finitimum ac stabile est, infidis fociis, cuncta suspecta domibus. Ad hoc nos etiam defecti ab fociis, vobis nostris milite Romano, justimus. Carthaginiensibus civilis roboris est, mercede paratos milites habent, Afros, Numidasque; levissima fide mutandæ ingenia. Hic modo nihil moras, usus & trajiciße me audietis, & ardere bello africum, & molientem hinc Annibalem, & obsideri Carthaginem. Legiones, & sequentiores ex Africa especiate nuncios, quam ex Italia audiebatis. Has mihi ipse subjicit fortuna populi Romani, Dii fœderis ab hoste violati ultores, Sphax, Afer infimisque reges; quorum si fidei ita inimicitiæ, ut bene rutum a perfidia sint. Adulta quæ nunc ex intervallo non apparent, bellum aperiet & id ipsi viri & aucis, non deesse fortunæ præbenti se, & oblata casu flectere ad consilium. Habeo, Q. Fabi, parem, quem das, Annibalem, sed illum potius ego trahar, quam ille me retinuit. In Italia terra cogam pugnare eum, & Carthago potius præmium victoriæ erit, quam seminula Bruttiorum capsella. Ne quid interim, dum trajicio, dum expono exercitum in Africa, dum castra ad Carthaginem promoveo, respublica hic detrimenti capiat; quod tu, Q. Fabi, quum victor tota Italia volitaret Annibal, pontifi præstare; hoc vide ne contumelioſum sit, consulio jam & pene fracto Annibale, negare, posse P. Licinium consulem virum fortissimum præstare, qui ne a sacris absit pontifex maximus, ideo in sortem tam longinquæ provinciæ non venit. Si, Hercule, nihil a maturius hoc, quo ego censeo, modo perficere ut bellum; tamen ad dignitatem populi Romani, famamque apud reges gentesque externas pertinebat; non ad defendendam modo Italiam, sed ad inferenda etiam Africæ arma, videri nobis animum esse hoc hac creati consulatque, quod Annibal audisse ut, nec vinci dum ab Romanorum auctore ex priore Punico bello, tum quum de Sicilia certaretur, tories Africam ab nostris exercitibus & classibus oppugnatam, nunc quum de Italia certetur, Africam peccatam esse. Reges fuit aliquando vexatus tum diu Italia, vastatur, exsulteturque tuscicem Africæ. Castra Romana potius Carthaginis portis immineant, quam nos iterum vallum hostium ex mœnibus nostris videamus. Africa sit reliqui belli fedes: illuc terror fugaque, populatio agrorum, defectio fociorum, cæteræ belli clades, quæ in nos per quatuordecim annos ingruerunt, tentantur. Quæ ad rempublicam pertinent, & bellum quod instat, & provincias de quibus agitur, dixisse satis est. Illa longa oratio, nec ad eos pertinens sit, si quemadmodum Q. Fabius meos regentes in Hispania exercitus, sic ego contra gloriam ejus efundere, & meam verbis extollere velim. Neutrum faciam, Patres conscripti. Si fulla alia re, modestia certe & temperando linguæ audiendos fenem decet. Ita & vixi & res essi, ut tacitus ea opinionis, quam vestra fit mea conceptam animis haberetis, facile contentus essem.

Cap. XLV. Minus æquis animis auditus est Scipio, quia vulgatum erat, si apud Senatum non obtinuisset, ut provincia Africa tibi decerneretur, ad populum extemplo laturum. Itaque M. Fulvius, qui consul quater & censor fuerat, postulavit a consule, ut palam in senatu diceret, permitteretne Patribus, ut de provinciis decernerent? Staturusque eo esset quod consuluisset, an ad populum laturus? Quum Scipio respondisset, se quod è republica esset, facturum; tum Fulvius, Non ego ignarus quid res consulares sibi afferre essent, quæsiverim, quippe quum præ te feras tentare magis, quam consulere senatum, & mi provinciam tibi quam volueris, extemplo decernamus, par etiam relationem habeas. Itaque a nobis, Tribuni plebis, postulo, inquit, ut sententiam mihi ideo non dicenti quod ego in meam sententiam discedature, non sit ratum habiturus consul, auxilio sitis. Inde altercatio orta, quum consul negaret, æquum esse tribunos intercedere, quo minus suo quisque loco senator rogatus sententiam diceret; Tribuni ita decreverunt, Si consul senatui de provinciis permittit, stare eo quod senatus censuerit, placet, nec de ea re ferri ad populum patiemur: si non permittit, qui de ea re sententiam rectisabit dicere, auxilio erimus. Consul diem ad colloquendum cum collega petiit. Postero die permissum senatui est. Provinciæ ita decretæ: alteri consuli Sicilia, & trajicere ea transire naves quas C. Servilius superiore anno habuisset: permissumque ut in Africam, si id e republica esse censeret, trajiceret. alteri Bruttii, & bellum cum Annibale, cum eo exercitu, quem L. Veturius, aut Q. Cæcilius: hi & fortirentur inter se comparerentve uter in Bruttiis duabus legionibus, quas consul reliquisset, rem gereret: imperiumque in annum prorogaretur, cui ea provincia evenisset. & cæteris præter consules prætoribusque, qui exercitibus provinciisque præfuturi erant, prorogata imperia.

peria. Q. Cæcilio forte evenit, ut cum consule in Bruttiis adversus Annibalem bellum gereret. Iudi deinde Scipionis, magna frequentia & favore spectantium, celebrati. Legati Delphos ad donum ex præda Afdrubalis portandum missi, M. Pomponius Matho, & Q. Catius; tulerunt coronam auream cc pondo, & simulacra Apolliorum, ex mille pondo argenti facta. Scipio, quum ut deletum haberet, neque imperasset, neque magnopere retendisset; ut voluntarios ducere ibi milites liceret, tenuit: & quia impensæ negaverat reipublicæ futuram classem, ut quæ ab sociis darentur ad novas fabricandas naves, acciperet. Iterumque primum populi profuis quisque facultatibus consulem adjutoros policiti. Cæsetes frumentum sociis navalibus commeaturnque omnis generis, Populonienses ferrum, Tarquinienses lintea in vela, Volaterrani interamenta navium & frumentum, Arretini triginta millia scutorum, falcas totidem, pila, gæsa-hastas longas, millium quinquaginta: tantumam pari cujusque generis numero expeturos, fecures, rutra, falces, alveolos, molas quantum in quadraginta longas navesopus esset, tritici centum & viginti millia modium, & in viaticum decurionibus remigibusque collaturos. Perusini, Clusini, Rusellani abietem in fabricandas naves, & frumenti magnum numerum, abiete ex publicis silvis est usus. Umbriæ populi & præter hos Nurtini, & Reatini, & Amiternini. Sabinusque ager omnis, milites polliciti. Marsi, Peligni, Marrucinique, multi voluntarii, nomina in classem dederunt. Camertes quum æquo fœdere cum Romanis essent, cohortem armatam sexcentorum hominum miserunt. Triginta navium carinæ, viginti quinqueremes, decem quadriremes quum essent politæ; ipse ita instituit operi, ut die quadragesimo quinto, quam ex silvis detracta materia erat, naves instructæ armatæque in aquam deductæ sint.

Cap. XLVI. Profectus in Siciliam est triginta navibus longis; voluntariorum septem ferme millibus in naves impositis. Et P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus consulares venit. ex eis cum sibi sumpsit, quem L. Veturius consul habuerat. Metello, ut quibus præfuisset legionibus, iis præesset (facilius cum assuetis imperio rem gesturum ratus) permisit. Et prætores diversi in provincias profecti. Et quia pecunia ad bellum deerat, agri Campani regionem, a fossa Græca ad mare versam, vendere quæstores jussi; indicio quoque permisso, qui ager civis Campani fuisset, ut is publicus populi Romani esset. Indici præmium constitutum, quantæ pecuniæ ager indicatus esset, pars decima. Et Cn. Servilio Prætori urbis negotium datum, ut Campani cives, ubi cuique ex senatusconsulto liceret habitare, ibi habitarent: animadverteretque in eos, qui alibi habitarent. Eadem æstate Mago Amilcaris filius, ex minore Balearium insula, ubi hibernarat, juventute lecta in classem imposita, in Italiam triginta ferme rostratis navibus & multis onerariis, duodecim millia peditum, duo ferme equitum trajecit: Genuamque, nullis præsidiis maritimam oram tutantibus, repentino adventu cepit. inde ad oram Ligurum Alpinorum, si quos ibi motus facere posset, classem appulit. Inguani (Ligurum ea gens est) bellum ea tempestate gerebant cum Epanteriis montanis. Igitur Pœnus, Savone oppido Alpino præsidio depotata, & decem longis navibus in stationem ad præsidium relictis, ceteris Carthaginem mittis ad tuendam maritimam oram; quia fama erat, Scipionem trajecturum esse; ipse societate cum Inguanis, quorum gratiam malebat, composita, montanos instituit oppugnare. Et crescebat exercitus indies; ad famam nominis ejus Gallis undique confluentibus. Ea literis cognita S. Lucretii, ne fructra Afdrubale cum exercitu delero biennio ante fuerent locati, si par aliud inde bellum, duce tantum mutato, oriretur, curam ingentem accenderunt Patribus. Itaque & M. Livium Proconsulem ex Etruria volonum exercitum admovere Ariminum jusserunt, & Cn. Servilio prætori negotium datum, ut si e republica censeret esse, urbanas legiones, cui imperio videretur dato, ex urbe duci juberet. M. Valerius Lævinus Arretium eas legiones duxit. Eisdem diebus naves onerarias Pœnorum ad ostoginta, circa Sardiniam, ab Cn. Octavio, qui provinciæ præerat, captas, Cœlius frumento missio ad Annibalem commeatuque onustas, Valerius prædam Etruscam Ligurumque montanorum captivos, Carthaginem perportantes, tradit. in Bruttiis nihil ferme anno eo memorabile gestum est. Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Pœnosque: nisi quod Punicum exercitum super morbum etiam fames affecit. Propter Junonis Laciniæ templum æstatem Annibal egit. ibique aram condidit, dedicavitque, cum ingenti rerum ab se gestarum titulo; Punicis Græcisque literis inculpto.

EPITOME
LIBRI XXIX.

EX Sicilia C. Lælius in Africam à Scipione missus, ingentem prædam reportavit: & mandata Massiniſſæ Sciſcitanda exponit, conquerentis quod nondum exercitum in Africam trajeciſſet. Bellum in Hiſpania totum, victore Romano, quod Incibilis excitaverat; ipſe in acie occiſus. Mandonius exspectantibus Romanis à ſuis deditus eſt. Magoni, qui in Gallia & in Liguribus erat, ex Africa & mi tium ampla manus miſſa, & pecuniæ, quibus auxilia conducerei: præceptumque, ut ſe Annibali jungeret. Scipio à Syracuſis in Bruttios trajecit, & acros, paſſo Pœnico præſidio, fugatoque Annibale, recepit. Vax cum Philippo fœdus eſt. Una mater deportata eſt Romam à Peſſinunte oppido Phrygiæ; carmine in libris Sibyllinis invento, pelli Italia alienigenam hoſtem poſſe. Is mater Idæa de, portata Roma eſt, tradita autem eſt Romanis per Attalum regem Aſiæ. Lapis erat, quem matrem Deum incolæ aiebant. Excepit P. Scipio Naſica Cn. filius, ejus, qui in Hiſpania perierat, vir optimus à ſenatu judicatus, adoleſcens nondum quæſtorius: quoniam ita reſponſum habebat: ut numen id ab optimo viro reciperetur, conleraveturque. Legatos Romam miſerunt, qui de impietate Q. Pleminii legati quererentur, quod pecuniam Proſerpinæ abſtulerat, & libros eorum ac conjuges ſtupraverat. Pleminius in catenis Romam perductus, in carcere mortuus eſt. Quum falſus rumor de P. Scipione proconſule, qui in Sicilia erat, in urbem portatus eſſet, tamquam is luxuriaretur; miſſi ab hoc legati à ſenatu, qui explorarent an ea vera eſſent; purgatus inſumma Scipio in Africam trajecit, ſenatus permiſſu. Syphax acceptâ in matrimonium nita Aſdrubalis Giſgonis, amicitiæ, quam cum Scipione ipſe junxerat, renunciavit. Meſſuſſe, vox Maſſilorum. Annus pro Carthaginenſibus in Hiſpania militat, annus patre Gala, de regno excideratur, quo per bellum ſæpe repetito, aliquot præliis à Scipione rege Numida ejus victus, in totum privatus eſt: & cum ducentis equitibus exul Scipioni ſe junxit: & cum eo primo ſtatim bello Hannonem Amilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio, adventu Aſdrubalis & Syphacis, qui prope cum centum millibus armatorum venerant, ab obſidione Uticæ depulſus, liberum communivit. Sempronius conſul in agro Crotonienſi pro tore adverſus Annibalem pugnavit. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt civium capita ducenta quindecim millia. Inter cenſores M. Livius & Claudius Livio collega equum ademit, quod à populo damnatus acluſque in exilium fuerat, & Livius Claudio, quod falſum in ſe teſtimonium dixiſſet, & quod minime bona fide ſecum in gratiam rediſſet. Idem omnes tribus, extra unam, ærarias reſtituit, quod & innocentem ſe damnaſſent, & poſtea conſilium cenſoremque feciſſent.

CAPUT I.

SCipio poſteaquam in Sicilium venit, voluntarios milites ordinavit, centuriavitque: ex iis trecentos juvenes, florentes ætate & virium robore, inermes circa ſe habebat; ignorantes quem ad uſum neque centuriati, neque armati ſervarentur. Tum ex totius Siciliæ juniorum numero, principes genere & fortuna trecentos equites, qui ſecum in Africam trajicerent, legit: diemque iis, qua equis armiſque inſtructi atque ornati adeſſent, edixit. Gravis ea militia, procul domo, terra marique multos labores magna pericula allatura videbatur; neque ipſos modo, ſed parentes cognatoſque eorum ea cura angebat. Ubi dies, quæ dicta erat, advenit, arma equoſque oſtenderunt. tum Scipio, renunciari ſibi dixit, quoſdam equites Siculorum tamquam gravem & duram horrent eam militiam. Si qui ita animati eſſent, malle eos ſibi jam tum fateri, quam poſtmodo querentes legnes atque inutiles milites reipublicæ eſſe. Expromerent quid ſentirent, cum bona venia ſe auditurum. Ubi ex his unus auſus eſt dicere, ſe prorſus, ſi ibi uti rum velit, liberum eſſet, nolle militare: tum Scipio ei, *Quoniam igitur, adoleſcens, quid ſentires, non diſſimulaſti, vicarium tibi expedium, cui tu arma equumque & cætera inſtrumenta militiæ tradas, & tecum hinc exemplo domum duc eum, exerceat, doceatque cures quo armiſque.* Læto condirionem accipienti, unum ex trecentis, quos inermes habebat, tradit: ubi hic modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris cæteri videunt; ſe quiſque ex uſare, & vicarium accipere. Ita trecentis Siculis Romani equites ſubſtituti, ſine publica impenſa. Hoc cen-

cendorum atque exercendorum curam Siculi habuerunt: quia edictum imperatoris erat, ipsum militaturum, qui ita non fecisset. Eo egiam hanc aliam equitum evasisse ferunt: multisque proeliis rempublicam adjuvisse. Legiones inde quum inspiceret, plurimorum stipendiorum & iis milites delegit; maxime qui sub duce Marcello militaverant: quos quum optima disciplina institutos crederet, tum etiam ab longa Syracusarum obsidione peritissimos esse urbium oppugnandarum, nihil enim parvum, sed Carthaginis jam excidia agitabat animo. Inde exercitum per oppida dispertit; frumentum Siculorum civitatibus imperat: ex Italia advecto parcit: veteres naves reficit, & cum iis C. Laelium in Africam praedatum mittit. novas Panormi fabricari, quia ex viridi materia reptim factae erant, ut in siccum hiberna rent. Praeparatis omnibus ad bellum, Syracusas nondum ex magnis belli motibus satis tranquillas, venit. Graeci res, à quibusdam Italici generis, eadem vi, qua per bellum ceperant, retinentibus, concessas sibi ab senatu rejudicant. Omnium primum ratus, tueri publicum fidem, partim edicto, partim judiciis etiam. In pertinaces ad obtinendam injuriam reddiris, suas res Syracusanis restituit. Non ipsis tantum ea res sed omnibus Siciliae populis grata fuit: eoque exinde bellum adjuverunt. Eadem aestate in Hispania coortum ingens bellum concierem fregere indebili: nulla alia de causa, quam per admirationem Scipionis contempta imperatorum aliorum orto. *Eum superesse unum ducem Romanis, caeteros ab Annibale interfectos, rebantur. Eo non in Hispania caesis Scipionibus alium, quem mitterent, subnisse. & postea quam in Italia rautus bellum gereret, adversus Annibalem unum accessum. praeterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Romani habuerunt, exercitum quoque inde veterem deductum. Tropida omnia, ut inconditam turbam hominum, esse. numquam talem occasionem liberandae Hispaniae fore. Servitum ad eam diem aut Carthaginiensibus aut Romanis: nec invitem bis aut illis, sed interdum utrisque simul. Pulsos ab Romanis Carthaginienses; ab Hispanis, si consentirent, pelli Romanos posse. ut ab exsuli externo imperio soluta in perpetuum Hispania in patrios rediret mores ritusque.* Haec aliaque dicendo, non populares modo, sed Auseranos quoque vicinam gentem concitat, & alios finitimos sibi atque illis populos. Itaque intra paucos dies triginta millia peditum, quatuor ferme equitum. In Sederanum agrum, quo edictum erat, convenerunt.

Cap. 11. Romani quoque imperatores, L. Lentulus & L. Manlius Acidinus, ne gliscere prima negligendo, bellum, junctis & ipsi exercitibus per agrum Auseranum, hostico, ramquam pacato, clementer ductis militibus, ad fedem hostium perveniere. trium millium spatio procul a castris eorum posuerunt castra. Primo per legatos neutiquam tentatum, ut discederetur ab armis, dein quum in pabulatores Romanos imperatus repente ab equitibus Hispanis factus esset, summisso ab statione Romana equitatu, proelium equestre fuit: haud fane memorando in partem ullam eventu. Sole oriente postero die armati instructique omnes mille ferme passus procul a castris Romanis aciem ostendere. Medii Auseranorum erant: cornua dextrum Ilergetes, laevum ignobiles tenebant Hispani populi. Inter cornua & mediam aciem intervalla patentia satis late fecerant; qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent. Et Romani more suo exercitum quum instruxissent, id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones & ipsi parentes equiti relinquerent vias. Caetetum Lentulus ei parti usum equitis fore ratus, quae prior in dehiscentem intervallis hostium aciem equites emisisset; Ser. Cornelio tribuno militum imperat, equites per patentes in hostium acie vias permittere equos jubeat: ipse coepta pugna profiere pedestri pugna, tantum moratus, dum cedenti duodecimae legioni, quae in laevo cornu adversus Ilergetes locata erat, tertiam decimam legionem ex subsidiis in primam aciem firmamentum ducit. Postquam aequata ibi pugna est, ad L. Manlium inter prima signa hortantem, ac subsidia quibus res postulabat locis inducentem, venit. indicat tura ab laevo cornu esse: jam militum ab se Cornelium Servium procella equestri hostes circumfusurum. Vix haec dicta dederat, quum Romani equites in medios invecti hostes, simul pedestres acies turbarunt, simul equitibus Hispanorum viam intercludi equos clauserunt. Itaque omissa pugna equestri, ad pedestrem Hispani descenderunt. Romani imperatores, ut turbatos hostium ordines & trepidationem pavoremque, & fluctuantia viderunt signa, hortantur, orant, milites, *ut per culpas irrumpant, non restituat aciem patlantur,* non sustinuissent tam infestum impetum barbari, ni regulus ipse Indibilis, cum equitibus ad pedes degressus, ante prima signa peditum fecbjecisset. Ibi aliquandiu atrox pugna steterit. tandem postquam ii, qui circa regem, feminecm restantem, deinde plo terrae affixum, pugnabant, obruti telis occubuerunt, tum, fuga passim coepta, plurefque cesi,

quia equos confcendendi equitibus ſpatium non fuerat, & quia perculſis acriter inſtiterunt Romani. nec ante abſeſſum eſt, quam caſtris quoque exuerunt hoſtem. Tredecim millia Hiſpanorum cæſa eo die, octingenti ferme capti. Romanorum ſociorumque paulo amplius ducenti, maxime in lævo cornu cecidimus. Pulſis caſtris Hiſpani aut qui ex proelio effugerant, ſparſi primo per agros, deinde in ſuas quiſque civitates redierunt.

Cap. III. Tum à Mandonio evocati in concilium, conqueſtique ibi clades ſuas, increpitiſ auctoribus beſſis, legitos mittendos ad ſuma tradenda, deditionemque faciendam cenſuerunt. Quibus, culpam in auctorem belli indibilem cæteroſque principes, quorum plerique in acie ceciderant, conferentibus, tradendisque arma & dedentibus ſeſe, reſponſum eſt: *In deditionem ita accipere, ſi Mandonium cæteroſque belli concitores tradi ſibi vivos: ſin minus: exercitus ſe in agrum Ilergetum Auſetanorumque, & deinceps alium populorum ducturos.* Hæc dicta legatis, renunciataque in concilium. Ibi Mandonius, cæterique principes comprehenſi & traditi ad ſupplicium. Hiſpaniæ populis pedibra pax: ſtipendium ejus anni duplex, & frumentum ſex menſium imperatum, fagaque & togæ exercitui, & obſides ab triginta ferme populis accepti. Ita Hiſpaniæ rebellantis tumultu haud magno motu intra paucos dies concluſo & compreſſo, in Africam omnis terror verſus. C. Lælius mœſte ad Hipponem Regium cum acceſſiſſet, luce prima ad populandum agrum, ſub ſignis milites ſocioſque navales duxit. Omnibus, pacis modo incurioſe agentibus, magna clades illata: nunciique trepidi Carthaginem terrore ingenti complevere, claſſem Romanam, Scipionemque imperatorem (& fama fuerat jam in Siciliam tranſgreſſum) adveniſſe. Nec quot naves vidiſſent, nec quanta manus agros popularetur, ſatis gnari, omnia in majus metu augente, accipiebant. itaque primo terror pavorque, deinde mœſtitia animos inceſſit: *tantum fortunam mutaſſe, ut qui modo iſti exercitum ante mœnia Romana habuiſſent victores, ſtratiſque tot hoſtium exercitibus, omnes Italiæ populos aut vi aut voluntate in deditionem accepiſſent: ii verſo Marte, Africæ populationes & obſidionem Carthaginis aſſuri forent: nequaquam pari ad tutiendā ea robore. ac Romani fuiſſent. Illis Romanam plebem, illis Latium juventutem præbuiſſe; majorem ſemper frequentioremque pro tot caſis exercitibus ſuboleſcentem. Suam plebem, imbellem in urbe, imbellem in agris eſſe. mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram ſpei mobili atque infida. Jam reges, Syphacem poſt colloquium cum Scipione alienatum: Maſiniſſam aperta defectione, infeſtiſſimum hoſtem. nihil iſſuam ſpei, nihil auxilii eſſe. Nec Magonem ex Gallia moquere tumultus quicquam, nec conjungere ſeſe Annibali: & Annibalem ipſum jam à ſenectute ſeneſcere, & viribus.*

Cap. IV. In hæc deflenda prolapſos ab recenti nuncio animos, rurſus terror inſtans revocavit ad conſultandum, quonam modo obviam præſentibus periculis iretur. Delectus raptim in urbe agriſque haberi placet, mittere ad conducenda Afrorum auxilia, munire urbem, frumentum convehere, tela, arma parare, intrueare naves, ac mittere ad Hipponem adverſus Romanam claſſem. Jam hæc agentibus nuncius tandem venit, Lælium, nec ſatis ſemenia copiaſque, quantæ ad incurſiones agrorum ſatis fint, tranſvectas, ſummæ belli molem adhuc in Sicilia eſſe. Ita reſpiratum, mittique ad Syphacem legationes, alioſque regulos, firmande ſocietatis cauſſa, coepit. Ad Philippum quoque miſſi, qui ducenta argenti talenta pollicerentur, ut in Siciliam aut Italiam trajiceret. Miſſi ad duos imperatores in Italiam, ut omni terrore Scipionem retinerent: ad Magonem non legati modo, ſed viginti quinque naves longæ, ſex millia peditum, octingenti equites, ſeptem elephanti, ad hoc magna pecunia ad conducenda auxilia, quibus fretus propius urbem Romanam exercitum admoveret, conjungereque ſe Annibali. Hæc Carthagine parabant agitabantque; ad Lælium prædas ingentes ex agro inermi ac nudo præſidiis agentem, Maſiniſſa fama Romanæ claſſis excitus, cum equitibus paucis venit. *Is ſæpiter rem actā ab Scipione queſtus, quod tum non jam exercitum in Africam trajecſſet, perculſis Carthaginienſibus, Syphace impedito finitimis bellis, quem incertum haberē; ſi ſpatium ad ſua ut vellet componenda detur, nihil ſincera fide cum Romanis actuarum. Hortaretur, ac ſtimularet Scipionem ne caſſaret, ſe, quamquam regno pulſus eſſet, cum haud contemnendis copiis affuturum pedium equitumque. nec ipſi Lælio morandum in Africa eſſe. claſſem credere profectūm à Carthagine, cum qui adſcente Scipione non ſatis tutum eſſe contrahi certamen.*

Cap. V. Ab hoc ſermone dimiſſo Maſiniſſa, Lælius poſtero die naves prædā onuſtas ab Hippone ſolvit, revectuque in Siciliam, mandata Maſiniſſæ Scipioni expoſuit. Eiſdem ferme diebus naves, quas ab Carthagine

gine ad Magonem missæ erant; inter Albingaunos, Ligures Genuamque accesserunt. In iis locis tum forte Mago tenebat castellum: qui legatorum auditis verbis, jubentium exercitus quam maximos comparare; extemplo Galliorum Ligurumque (namque utriusque gentis ingens ibi multitudo erat) concilium habuit, &c, *missum se ad eos vindicandos in libertatem*, ait: *& ut ipsi cernant, mitti sibi ab domo præsidia: sed quantis viribus, quanto exercitu id bellum geratur, in eorum potestate esse. Duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum in Etruria esse. satis scire, Sp. Lucretium se cum M. Livio junctiurum, multa millia ipsis etiam armanda esse, ut duobus ducibus, duobus exercitibus Romanis resistatur. Galli, summam ad id suam voluntatem esse, dicere: se ea quam una castra Romani contrahant, altera in finitima terra Etruria prope in conspectu habeant, si palam fiat auxiliis adjutum ab esse Pœnum, extemplo infestos utrimque exercitus in agrum suum incursuros. ea ab Gallis desiderari, quibus occulte adjuvari posset. Ligures, quod proximi agro urbique esse eorum castra Romana sint, libera consilia esse. illos armare juventutem, & capessere pro parte bellum, æquum esse.* Ligures haud abnuere: tempus modo duorum mensium petere ad delectus habendos. Interim Mago milites Gallis Ligustisque, quam per agros eorum mercede conducere. nominatus quoque omnis generis occulte ad eum a Gallicis populis mittebantur. M. Livius exercitum volonum ex Etruria in Galliam traducit: junctusque Lucretio, si se Mago ex Liguribus propius urbem moveat, obviam ire parat: si in Etruriæ angulo Alpium quietus se contineat, & ipse in eadem regione circa Ariminum Italiæ præsidio futurus.

Cap. V I. Post reditum ex Africa C. Lælii, & Scipione æmularo Maximisse adhortationibus, & militibus præcum ex hostium terra cernentibus rota classe efferri, accensis ad trajiciendum quam primum, intervenit major minor cogitatio, Locros urbem recipiendi, quæ ab defectionem Italiæ deciverat Scipia ad Pœnos. Spes autem affectandæ ejus rei ex minima re affulsit: Iarrocinilis magis quam justo ira in Pleminium Brutriis gerebantur res; principio ab Numidis facto, & Brutriis, non societate magis Punica, quam suopte ingenio congruentibus in eum morem. Postremo Romani quoque jam contagione quadam rapto gaudentes, quantum per duces licebat, excursiones in hostium agros facere. Ab iis egressi quidam urbem Locrensis circumventi, Rhegiumque abstracti fuerant. in eo captivorum numero fabri quidam fuere, assueti forte apud Pœnos mercede opus in arce Locrorum facere. Ii cogniti ab Locrensium principibus, qui pulsi ab adversa factione, quæ Annibali Locros tradiderat, Rhegium se contulerant: cum cætera percunctantibus (ut mos est qui diu abfuit) quæ domi agerentur, expositissent; idem fecerant, si redempti ac remissi forent, arcem se iis trauduros. ibi se habitare, fidemque sibi rerum omnium inter Carthaginienses esse. Itaque ut qui simul desiderio patriæ angerentur, simul cupiditate inimicos ulciscendi ardenter, redentis extemplo iis remissisque, quum ordinem agendæ rei composuissent, signaque quæ procul editia observarent; ipsi ad Scipionem Syracusas profecti, apud quem pars exulum erat, referentes ibi promissa captivorum, quum ipsem ab effectu haud dubie rerum consuli fecissent; tribuni militum cum iis M. Sergius & P. Matienus missi, justique ab Rhegio tria millia militum Locros ducere. Sc Q. Pleminio proprætori scriprum, ut rei agendæ adesset. Profecti ab Rhegio, scalas ad editam altitudinem arcis fabricatas portantes, media fere nocte ex eo loco, unde convenerat, signum dedere proditoribus arcis. qui parati intentique, & ipsi scalas ad idipsum factas cum demississent, pluribusque simul locis scandentes accepissent, prius quam clamor oriretur, in vigiles Pœnorum, ut in nullo tali metu sopitos, impetus est factus, quorum genitius primo morientium exaudirus; deinde subita conternatio ex somno. & tumultus, quum causa ignoraretur, postremo certior res, aliis excitantibus alios, jamque ad arma pro se quisque vocabat: hostes in arce esse, & cedi vigiles, oppressique fere a Romani, nequaquam numero pares, ni clamor ab iis, qui extra arcem erant, fublatus, incertum unde accidisset (omnia vana augente nocturno tumultu) fecisset. Itaque velut plena jam hostium arce territi Pœni, omisso certamine, in alteram arcem (duæ sunt haud multum inter se distantes) confugiunt. Oppidani urbem habebant; victoribus præmium in medio positam. Ex arcibus duabus præcilis quotidie levibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Amilcar Punico præsidio præerat: Bc arcessentes ex propinquis locis subsidia, copias augebant. Ipse postremo veniebat Annibal. nec fustinuissent Romani, nisi Locrensium multitudo exacerbata superbia atque avaritia Pœnorum, ad Romanos inclinasset.

Cap. V I. Scipioni ut nunciatum est, in majore discrimine Locris rem verti, totumque Annibalem advenire; ne præsidium etiam peri-

clitaretur haud facili inde receptu; & ipse à Messana, L. Scipione fratre in praetidio ibi relicto, quum primum aestu fretum inclinatum est, naves mari secundo mittit: Et Annibal à Butroro amni (haud procul is ab urbe Locris abest) nuncio praemisso, ut ipsi luce prima summa vi proelium cum Romanis ac Locrensibus conferrent, dum ipse, averlis omnibus in eum tumultum, ab tergo urbem incautam aggrederetur: ubi haec certa pars invisit pugnam, ipse nec in arcem se includere, turba locum artum impeditura, voluit: neque scalas, quibus scanderent muros, arripuerat. farcinis in acervum conjectis, quum haud procul muris ad terrorem hostium alem offendisset, tamquam equitibus Numidis circumsistabat urbem, dum scalae, quaeque alia ad oppugnandum opus erant, parantur; ad vitandum qua maxime parte aggredererur. progressus ad murum, scorsione icto qui proximus eum forte steterat, terrirus inde tam pericu loso casu, receptui canere, quum jussisset, castra procul ab ictu teli communiit. Clasius Romana à Messana Locrosali juot horis die superante accessit: expositi omnes e navibus, & ante occasum solis, urbem ingressi sunt. Postero die caetra ex arce à Punis pugnat. & Annibal jam scalis altisque omnibus ad oppugnationem paratis, stabiat muros, quum repente in eum nihil minus quam tale quicquam timentem, patefacta porta eruumpunt Romani. ad ducentos improvidos cum invasissent, occidunt. caeteros Annibal, ut confusum adesse sensit, in castra recipit: nunciosque missi ad eos, qui in arce erant, ut signa legionis conflulerent, nocte moris castris abiit. Et qui in arce erant, igni injecto tectis, quae tenebant, ut is tumultus hostem morarerur, magnum fuorum, fugae simili curtu, ante nocrem assecuti sunt.

Cap. VIII. Scipio ut Sc arcem relictam à hostibus & vacua vidit castra, vocatos ad concionem Locrenses, graviter ob defectionem incusavit: de auctoribus supplicium sumsit, bonaque eorum alteritus factionis principibus, ob egregiam fidem adversus Romanos, concessit. publice nec dare, nec eripere se quicquam Locrensibus, dixit, *Romam mittere legatos: quam senatus aequum censuisset, eam fortunam habituros. Illud satis scire, etsi male de populo Romano meritt essent, in vultore statu sub iratis Romanis futuros quam sub amicis Carthaginiensibus fuerint.* Inde Q. Pleminio legato praficiendique quod arcem ceperat, ad tuendam urbem relicto, cum quibus venerat copiis, Messinam traiecit. Ita superbe Sc crudeliter habiti Locrenses ab Carthaginiensibus port defectionem ab Romanis fuerant, ut medicas injurias non aequo modo animo pati, sed prope jubenti possent, vetarent enimvero tantum Pleminius Amilcarem praefidii praefectum, tantum praetidiarii milites Romani Poenos scelere atque avaritia superaverunt, ut non armis, sed vitiis viderentur certari. nihil omnium, quae inopi invisas opes potentioris faciunt, praetermissum in Locrenses est: ad hoc ducere à militibus in corpora ipsorum, in liberos, in conjuges infandae contumeliae editae Nam avaritia ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit: nec alia modo templa violata, sed Proserpinae etiam, Intactl omni aetate, thesauri: praterquam quod à Pyrrho, qui eum magno piaculo sacrilegii sui manubias retulit, spoliati diebantur. Ergo ficut ante regiae naves laceratae naufragiis, nihil in terram integri, praeter sacram pecuniam Deae, quam asportabant, exturlerant: tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem objecit, atque inter se ducem in ducem, militem in militem rabie hostili vertit.

Cap. IX. Summae rei Pleminius praerat: militum pars sub eo, quam ipse ab Rhegio abduxerat, pars sub tribuno erat. Rasorem quodam ex Capitolio domo Pleminii miles fugiens, se quentibus quorum erat, obvius forte Sergio & Matieno tribunis militum fuit. cui quum jussu tribunorum ademptum poculum esset: jurgium inde & clamor, pugna postremo orta inter Pleminii milites, tribunosque: ut huic quisque opportunius adjuverat, multitudine simul acrumultu crescente. Victi Pleminii milites, quum ad Pleminium cruorem ac vulnera ostentarentes non sine vociferatione atque indignatione concurrissent, probra in eum ipsum jactata in jurgiis referentes; accensus ira, domo fe protripuit, vocarique tribunos nudari, ac virgas expediri jubet. Dum spoliandis iis (repugnabant enim, militemque implorabant) tempus teritur, repente milites feroces recenti victoria, ex omnibus locis, velut advertus hostes ad arma conclamatum esset, concurrerunt. & quum probata jam virgis corpora tribunorum vidissent, rum vero in multo importuniorem fubito rabiem accensi, fine respectu, non majestatis modo, sed etiam humanitatis, in legatum, impetum, lictoribus prius indignum in modum mulcatis, faciunt. tum ipsum, ab suis intercessum & fecialium, humiliter laceranr, & prope extanguem, naso auribusque mutilatis, relinquunt. His Messanam nunciatis, Scipio post paucos dies Locros hexeri advectus, quum causam Pleminii & tribunorum audisset, Pleminio

alo noxa liberato, relictoque in ejusdem loci præsidio, tribuni scribus Judicatis, & in vincula conjectis, ut Romam ad senatum mitterentur, Messanam atque inde Syracusas redit. Pleminius impotens iræ, neglectam ab Scipione & nimis leviter latam suam injuriam, ratus; nec quemquam æstimare alium eam litem posse, nisi qui atrocitatem eius patiendo sensisset; tribunos attrahi ad se jussit; laceratoque omnibus, quæ pati corpus ullum potest, supplicii interfecit: nec fatiatus vivorum pœna, insepultos projecit. Simili crudelitate & in Locrensium principes usus, quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem præfectos audivit. & quæ antea per libidinem atque avaritiam facta exempla in facios ediderat, hæc ab ira multiplicia edere: infamiæ atque invidiæ non sibi modo, sed etiam imperatori esse.

Cap. X. Jam comitiorum appetebat tempus, quum P. Licinii consulis literæ Romam allatæ, *se, exercitumque suum gravi morbo adfectari; nec sisti posse, ni ab urbe ire mali, aut creationem etiam, in hostes inimissa. Itaque quoniam ipse venire ad comitia non posset, si ita Patribus videretur, se Q. Cæcilium Metellum dictatorem comitiorum causa dicturum: exercituum Q. Cæcilii dimitti, & republica esse. Nam neque usum ejus nisi in præsentia esse, quum Annibal jam in hibernis suos recepisset: & tanta inesserit in ea castra vis morbi, ut nisi mature dimittantur, nemo omnium superstitum videatur.* ea consulis a Patribus facienda, ut & republica bide que sua duceret, permissa. Civitatem eo tempore regens, quæ maxime ad inveniendum carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum, inspectis. *Quandoque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italiæ vincique posse, si mater Idæa a Pessinunte Romam advecta foret.* Id carmen ab decemviris inventum eo magis Patres movit, quod & legati, qui donum Delphos portaverant, referebant: & sacrificantes ipsos Pythio Apollini litavisse, & responsum oraculi editum, majorem multo victoriam, quam cujus ex spoliis dona portarent, adesse populo Romano. In unum sibi summam conferebant P. Scipionis velut prævigentem animum de fine belli, quod deposcebat provinciam Africam. Itaque quo maturius fatis, ominibus oraculisque portendearis fese victoriæ compotes fierent, id cogitare, quæ ratio transportandæ Romam Deæ esset.

Cap. XI. Nullas dum in Asia civitates fociis habebat populus Romanus: tamen memores, Æsculapium quoque ex Græcia quondam, haud dum ullo fœdere fociata, valetudinis populi causa arcessitum, & jam cum Attalo rege propter communem adversus Philippum bellum cœptam amicitiam esse, factum eum, quæ posset, populi Romani causa; legatos ad eum decernunt, M. Valerium Lævinum, qui bis consul fuerat, ac res in Græcia gesserat M. Cæcilium Metellum prætorium, Ser. Sulpicium Galbam ædilitium, duos quæstorios, C. Tremellium Flaccum, & M. Valerium Faltonem. His quinque naves quinqueremes, ut ex dignitate populi Romani adirent eas terras, ad quas conciliandamjeitas nomini Romano esset, decernunt. Legati Asiam petentes protinus Delphos quum escendissent, oraculum adierunt, consulentes, ad quod negotium donum missi essent, perficiendi ejus, quam sibi ipsem populoque Romano portenderet. Responsum esse ferunt, *Per Attalum regem compotes ejus fore quod peterent. quum Romam Deam devexissent, tum curarent, ut eam qui vir optimus Romæ esset, hospitio excipiret.* Pergamum ad regem venerunt. Is legatos comiter acceptos Pessinuntem in Phrygiam deduxit: sacrumque iis lapidem, quem matrem Deum incolæ esse dicebant, tradidit, ac deportare Romam jussit. Præmissus ab legatis M. Valerius Falto nunciavit, Deam apportari, quærendum virum optimum in civitate esse, qui eam rite hospitio excipieret. Q. Cæcilius Metellus dictator ab consule in Bruttiis comitiorum causa dictus, exercitusque eius dimissus: magister equitum L. Veturius Philo. Comitia per dictatorem habita. Consules facti M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus absens, quum provinciam Græciam haberet. Prætores inde creati, Ti. Claudius Nero, M. Marcius Ralla. L. Scribonius Libo, M. Pomponius Matho. Comitiis peractis, dictator fese magistratu abdicavit. Ludi Romani ter, plebei festies instaurati. Curules erant ædiles Cn. & L. Cornelii Lentuli. Lucius Hispaniam provinciam habebat: absens creatus, absens eum honorem gessit. Ti. Claudius Asellus, & M. Junius Pennus plebei ædiles fuerunt. Eodem Virtutis eo anno ad portam Capenam M. Marcellus dedicavit, templumdenimo anno postquam a patre ejus primo consule non in Gallia ad Clastidium fuerat. Fr flamen Martialis eo anno est mortuus M. Æmilius Regillus.

Cap. XII. Negiscte eo biennio res in Græcia erant, inque Philippus Atolos, deserto ab Romanis, cui uni debebant auxilio, quibus vocant conditionibus ad petendam & pacificendam fulgeat pacem. quod tibi omni ei pernicie maturasset, bellantem eum cum Ætolis P. Sem-

pronius proconsul, successor imperii missus Sulpicio, cum decem millibus peditum, & mille equitibus, & triginta quinque rostratis navibus (haud parvum momentum ad opem ferendam locis) oppressisset. Vix dum pace facta nuncius regi venit, Romanos Pyrrachium venisse: Parthinosque & propinquas aliasgentes motas esse ad spem novandi res: Dimallumque oppugnari. Eo se verterant Romani ab Ætolorum, quo missi erant, auxilio: trati, quod fine auctoritate sua adversus fœdus cum rege pacem fecissent. Ea cum audisset Philippus, ne qui motus major in finitimis gentibus populisque oriretur, magnis itineribus Apolloniam contendit: quo Sempronius se receperat, missō Lætorio legato cum parte copiarum, & quindecim navibus in Ætoliam, & ad vitandas res, postemque si posset, turbandam. Philippus ægros Apolloniatium valtavit, & ad urbem admotis copiis, potestatem pugnæ Romano fecit. quem postea quam quietum muros tantummodo tueri vidit, nec satis fidens viribus ut urbem oppugnaret, & cum Romanis quoque, ficut cum Ætolis, cupiens pacem, si posset, sin minus, inducias facere; nihil ultra iritatis novo certamine odiis, in regnum se recepit. Per idem tempus tædio diuturni belli Epirotæ, tentata prius Romanorum voluntate, legatos de pace communi ad Philippum misere; satis consideres conventuram confirmantes, si ad colloquium cum P. Sempronio imperatore Romano veniisset. Facile impetratum (neque enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus) ut in Epirum transiret. Phœnice urbs est Epiri; ibi prius collocutus rex cum Europo, & Sarda, & Philippo Epirotarum prætoribus, postea cum P. Sempronio congredi-tur. Affuit colloquio & Amynander Athamanum rex, & magistratus alii Epirotarum, & Acarnanum. Primus Philippus prætor verba fecit, & perlit simul ab rege, & ab imperatore Romano, ut finem belli facerent, darentque eam fortunæ veniam. P. Sempronius conditiones pacis dixit, ut Parthini, & Dimallum, & Bargulum, & Eugenium, Romanorum essent. Atintania, si missis Romam legatis ab senatu impetrasset, Macedoni accederet. In eas conditiones quum pax conveniret, ab rege fœderi adscripti, Achæi Phthyniæ rex, Achæi, Bœoti, Thessali, Acarnanes, Epirotæ: ab Romanis, Ilienses, Attalus rex, Pleuratus, Nabis Lacedæmoniorum tyrannus, Elei, Messenii, Athenienses. His conserpta contagnatæ sunt, & in duos menses inducie fadæ, donec Romam mitterentur legati, ut penalis in has conditiones pacem juberet. Jurerunt que omnes tribus: quia verso in Africam bello, omnibus aliis in præsentia levari bellis volebant. P. Sempronius pace facta, ad consulatum Romam decessit.

Cap. XIII. M. Cornelio, P. Sempronio consulibus (quintusdecimus is annus Punici belli erat) provinciæ, Cornelio Etruria cum vetere exercitu, Sempronio Bruttii, ut novas scriberet legiones, decretæ. Prioribus, M. Marcio urbana, L. Scribonio Libone peregrina, & eidem Gallia, M. Pomponio Mathoni Sicilia, Ti. Claudio Neroni Sardinia evenit. P. Scipioni cum eo exercitu, cum ea classe, quam habebat, prorogatum in annum imperium est. item P. Licinio, ut Bruttios cum duabus legionibus obtineret; quoad eum in provincia cum imperio morari consuli è republica visum esset. Et M. Livio, & Sp. Lucretio, cum binis legionibus, quibus adversus Magonem Galliæ præfidio fuissent, prorogatum imperium est. Et Cn. Octavio, ut cum Sardiniam, legionemque Ti. Claudio tradidisset, ipse navibus longis quadraginta maritimam oram, quibus nubibus tenatus consuleret, tueretur. M. Pomponio prætori in Sicilia Cannensis exercitus duæ legiones decretæ. T. Quinctius Tarentum, C. Hostilius Tubulus Capuam, propratores, sicut priore anno, cum vetere utroque præsidio obtinerent. De Hispaniæ imperio, quos in eam provinciam duos præcipuos nitri placeret, latum ad populum est. Omnes tribus eosdem L. Cornelium Lentulum, & L. Manlium Acidinum proconsules, sicut priore anno renuissent, obtinere eas provincias jussirunt. Consules delectum habere instituerunt, & ad novos scribendas in Bruttios legiones, & ceteratum (ita enim justi ab senatu erant) exercitum supplementum.

Cap. XIV. Quamquam nondum apuste Africa provincia decreta erat (occultantibus id, credo, Patribus, ne reficient Carthaginienses) tamen in eam spem erecta animus erat, in Africa eo anno debellatum iri: finemque bello Punico adesse. Implevere ea res superstitionum animos: prodigia quoque nuncianda, & ad credenda prodigia erant: eo plura vulgabantur. *Duos soles visos: & nocte in occidente se: & facem Solis ab ortu Solis ad occidentem porrigi visam. Tarentinos portam Apuliæ ex portarum multis locis unam, in cælo tactam. Inde Junonis Solis Lanuvii cum hordeo fragore simpitum editum.* Eorum procurandorum causa diem unum supplicatio fuit: & novendiale sacrum, quod de cœlo lapidatum esset, factum. Eo accepit consultatio de matre Idæa accipienda, quam præterquam quod M. Valerius, unus ex

ex legatis, prægressus, actutum in Italia fore nunciaverat: recens nuncius aderat, Tarracinæ jam esse. Haud parvæ rei judicium senatum tenebat, qui vir optimus in civitate esset. Veram certe victoriam ejus rei ibi quisque maller, quam ulla imperia, honoresve suffragio seu Patrum, seu plebis delatos. P. Scipionem, Cn. filium, ejus qui in Hispania ceciderat, adolescentem nondum prætorium, judicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum esse. id quibus virtutibus inducti ita judicarint, itaut prodituri à proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus, libens posteris traderem; ita meas opiniones, conjectando rem vetustate obruram, non interponam. P. Cornelius cum omnibus matronis Ostiam ire jussus obviam Deæ. isque eam de nave accipere, & in terram elatam tradere ferendam matronis. Postquam navis ad ostium Tiberini accessisset, sicut erat jussus, in salum nave evectus, ab sacerdotibus Deam accepit, extulitque in terram. Matronæ primores civitatis, inter quas unius Claudiæ Quintæ insigne eli nomen, accepere: cui dubia (ut traditur) antea fama, clariorem ad posteros tam religiosi ministerio pudicitiam fecit. Eæ per manus sitcedentes deinceps aliæ aliis, omni effusa civitate obviam, thuribulis ante januas positis, qua præferebatur, atque incenso thure, precantibus, ut volens propitiaque urbem Romanam iniret, in eadem Victoriæ, quæ est in palatio, pertilere Deam ante diem Idus Aprilis. isque dies festus fuit. populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectisterniumque & ludi fuere, Megalesia appellata.

Cap. XV. Quum de supplemento legionum, quæ in provinciis erant, agerctur, tempus effe, quibuscum senatoribus subjectum esset, quæ dubiis in rebus utcumque tolerata essent, ea dempto jam tandem Deum benignitate meru, non ultra pati. Erectis expectatione Patribus, subjecerunt: colonias Latinas duodecim, quæ Q. Fabio & Cn. Publio consulibus abnuissent militibus dare, eas annum jam ferme sextum vacationem militiæ, quasi honoris & beneficii causa habere: quum interim boni, obedientesque socii pro fide atque obsequio imperii Romani continuis omnium annorum deiectibus exhausti essent. Sub hanc vocem non memoria magis Patribus renovata rei prope jam obliteratæ, quam ira irritata est. itaque nihil prius referre consules pati, decreverunt, *ut consules magistratus, denoscue principes, Neptie, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carseolis, Sora, Suessa, Setia, Circeis, Narnia, Interamna*, (eæ namque coloniæ ih ea causa erant) *Romam excirent: iis imperarent, quantum quisque earum coloniarum militum plurimum dedisset populo Romano, ex quo hostes in Italia essent, duplicatum ejus summæ numerum peditum daret, & equites centenos ternos. si quis eum numerum equitum explere non posset, pro singulis uno tres pedites liceret dare: pedites, equitesque quum locupletissimi legerentur, mitterenturque, ubicunque, extra Italiam supplemento opus esset. Si qui ex iis recusarent, retineri eyus coloniæ magistratus, legatosque placare: neque, si postularent, senatum dari, priusquam impetrata fecissent, stipendium præterea iis colonis in militia æris, asses singulos, imperari, exigique quotannis: censumque in iis coloniis agi ex formula ab Romanis censoribus data. dari autem placere eandem, quam populo Romano: deferrique Romam ab juratis censoribus coloniarum, priusquam magistratu abirent.* Ex hoc senatusconsulto accitis Romam magistratibus, primoribusque earum coloniarum, consules quum militem stipendiumque imperassent, alii aliis magis recusare ac reclamare, *negare tantum militiæ loci posse: eos, si simplum ex formula imperaretur, mixturos, orare, atque obsecrare, ut sibi senatum adire ac deprecari liceret. nihil se, quare perire merito deberent, admisisse: sed si pereundum etiam foret, neque suum delictum, neque iram populi Romani, ut plus militum daretis, quam imperatum, posse effecere.* Consules obstinati manere legatos Romæ jubent; magistratus ire domos ad delectus habendos. nihil summa militum, quæ imperata esset, Romam adducta, neminem iis senatum daturum. Ita præcisa spe senatum adeundi deprecandique, delectus in iis duodecim colonis, per longam vacationem numero juniorum auctо, haud difficulter est perfectus.

Cap. XVI. Altera iridem res, prope æque longo negleta silentio, relata à M. Valerio Lævino est. qui privatis collatas pecunias, fe ac M. Claudio consulibus, reddi tandem æquum esse dixit, *nec mirari quemquam debere, in publica obligata fide suam præcipuam curam esse. Nam præterquam quod aliquid proprie ad consulem ejus anni, quo collatæ pecuniæ essent, pertineret: etiam se auctorem ita censendi fuisse; imoi annario ære plebe ad tantum æs cliente.* Grata ea Patribus admonitio fuit: jussisque referre consulibus, decreverunt, *ut tribus penstionibus ea pecunia solveretur: primam præsentem ii qui tum essent, duas tertii & quinti consules numerarent.* Omnes deinde alias curas unoccupavit, postquam Locrentium clades, quæ ignorantes ad eam diem fuerant, legatorum

adventu vulgatæ sunt. nec tam Q. Pleminii scelus, quam Scipionis in eo auctoritatis ambitio aut negligentia irascendi hominum irritavit. Decem legati Locrenses, obsiti squalore & sordibus, in comitio fedentibus consulibus, velamenta supplicum, ramos oleæ (ut Græcis mos est) porrigentes, ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt. Quæ postquam consulibus Locrensibus dixerunt esse, ea pulso à Q. Pleminio legato, Romanisque militibus, quæ pati ne Carthaginienses quidem velit populus Romanus. Rogare, ut sibi Patres adeundi, deplorandique eorum fas potestatem facerent.

Cap. XVII. Senatu dato, maximum invidiæ, Scipioni, quanti est unquam nostræ apud vos querelæ, Patres Conscripti, plurimum in eo momenti esse, si probe scitis, & quomodo proditi Locri Annibali sint, & quomodo pulso Annibale præsidio restituti in dicionem vestram, quippe si & animi affectionis proditi publico consilio abhi, & pudicum in vestram ditionem appareat, non voluntatis solum, sed operæ in ac virtute nostræ, navis indigeniui, bonis ac fidelibus socijs tam atroces atque indignas injurias ab legato vestro militibusque fieri. Sed ego carissimi urbis quidem sociorum nostræ deplorandi ac differendam arbitror esse, dictorum reum gravia: uocis, in cor im P. Scipione, qui Locros recepit, omnium nobis rebus properanque factorum testis, agatur: alterius, quo i qualiscumque fuimus, tamen hac quæ pati fuimus, pati non desimus. Quæ Consules, dissimulare. Patres Conscripti, nos, unum præsidium Punicum in arce nostra habuemus, multa fœda, indigna, & à profecto præsidii Amilcare, & ab Numidis Afris que passos esse. Sed quid illa sunt, collata cum iis, quæ hodie patimur? Cum tota quanta, quæ, audistis, Patres Conscripti, ha quod nostra dicam. In diversissimis est nunc humanum omne genus, utrum vos, an Carthaginienses principes orbis terrarum videat. Si ex iis, quæ Locrenses cum adhibis passi sumus, aut à vestro præsidio nunc quam maxime patimur, æstimandum Romanum de Punicum imperium sit, nemo non illos sibi quam nos dominos præoptet. Et tamen videte, quemadmodum Locrenses in vos animati sint. Cum à Carthaginiensibus injuriam tanto minores accipiremus, ad vestrum imperatorem confugimus: animi à vestro præsidio objecimus hostibus pati iniuriam, nec quidem alio quam ad vos querelæ detulimus. Aut vos ubi ea vestræ perditæ res nostræ, Patres Conscripti, aut ne ab Dijs quidem immortalibus quod precemur, quicquam speremus. Q. Pleminii legatus mi, fuit eius præsidio ad recipiendos à Carthaginiensibus Locros, & eum eodem isti relicti est præsidio. In hoc locato vestro (dant enim animum ad loquendum libere ultimæ miseriæ) nec hominis quicquam est, Patres Conscripti, præter figuram & speciem, neque Romani ejus, præter habitum vestitumque & sonum Latinæ linguæ. Pejus, ac bellua luminosa, quidlis fretum quondam, quo ab Sicilia dividimur, ad pernicium navigantium circumfedisse fabulæ ferunt. At si scelus, libidinemque, & avaritiam solus ipse exercere in socios vestros satis haberet, unam profundam quidam voraginem tantam patientia nostra experiendo, nunc amnes emissiones militesque vestros (adeo in promiscuo licentiam atque improbitatem esse volui) Pleminios fecit: omnes rapiunt, spoliant, verberant, culnerant, occidunt: constuprant matronas, virgines, ingenuos, raptos ex complexu parentum. Quotidie captivæ urbis nostræ, quotidie diripiuntur: dis nobisque omnia passim mulierum puerorumque, qui rapiuntur atque avehuntur, ploratibus sonant. Miretur qui sciat, quomodo aut nos ad patientiam sufficiamus, aut illos qui faciunt, nondum taverna unum inveniamus, faciesve caperit. Neque quæ pati nos possumus, nec quibus operæ est audire singula, quæ pati unus communiter omnia amplectar. Nego domum ullam Locris, nego quemquam hominem experiem injuriæ esse: nego ullum genus sceleris, libidinis, avaritiæ supe esse, quod in ullo qui pati coactus pretussissem fit. Perenatio exiri potest, utor cassa civitatis sit deserabilior, quum hostes bello urbem capere, an quum exitiabilis tyrannus vi atque armis oppressit. Omnia, quæ captæ urbes patiuntur, passi sumus, & cum maxime patimur, Patres Conscripti: omnia quæ crudelissimi atque impotentissimi tyranni scelera in oppressos cives edunt, Pleminius in nos, liberosque nostros, & conjuges, edidit.

Cap. XVIII. Unum est, de quo nominatim & nos queri religio infinita animis cogat, & vos audire & exsolvere vemphilatum augeram vestram, ne quid in nobis videatur, vetimus, Patres Conscripti Vidimus enim cum quanta cæremonia non vestros solum colatus Deos, sed etiam externos accipiatis. Fanum est apud nos Proserpinæ, de cujus sanctitate templi credo aliquem famam ad vos pervenisse Pyrrhi bello: qui cum ex Sicilia rediens Locros classe prætervehretur, inter alia fuda, quæ propter latum ergo nos in civitatem nostram facinora edidit, thesauros quoque Proserpinæ tentatos ea eam diem, si oliarit: atque ita pecunia in navis inposita, ipse terra est profectus. Quid ego veniam, Patres Conscripti? Classis poste-

ro

vo die fidissima tempestate lacerata, omnesque naves, quæ sacram pecuniam habuerunt, in litora nostra ejectæ sunt. Hoc tanta clade edoctus tandem Deos esse superbissimus reus, pecuniam omnem conquisitam in templum Proserpinæ referri justit. nec tamen illi unquam postea prosperi quicquam evenit: pulsus que Italia, ignobili atque inhonesta morte, temere nocte ingressus Arcos, occubuit. Hæc quum audisset legatus vester, tribunique militum, & mille alia, quæ non augent aut relinquunt causam, sed præsentis Deæ numine sæpe compertæ nobis majoribusque nostris, referebantur; auri sunt nihilominus sacrilegos admovere manus intactis illis thesauris: & nefanda præda scipsos, ac domos contaminare suas, & militem captivos. Ideoque per vos fidem vestram P. C. prius quam ceterum scelus existat, neque in Italia, neque in Africa quicquam rei pestiferis; ne quod piaculum commissum sit non solum sanandum, sed etiam publica cladi luendum. Quamquam non nunc quidem, & aut in ducibus aut in militibus vestris ea sæva Dea. Aliquoties jam inter se signis collatis concurrunt. dux alterius partis Pleminius, alterius duo tribuni militum erant: non acrius cum Carthaginiensibus, quam inter se ipsi ferro dimicaverunt, prabuit fortunæ occasionem furore suo Locros recipiendi Annibali. ne actitus ab nobis Scipio intervenisset. At, Hercule, milites contactos sacrilegio furor agitat: in ducibus ipsis punienda nullum Deæ numen apparuit? Immo tibi præsens maxime fuit. Virgis cæsi tribuni ab legato sunt. Legatus deinde ipse filii tribunorum interceptus, præsagum quod toto corpore laceratus, naso quoque auribusque decisis exsanguis est relictus: recreatus dein: legatus ex vulneribus, tribunos militum in vincula conjecit, deis verberatos, servilibusque omnibus supplicis cruciatus truncando occidit: morientes in proximo projecit sepulri. Hæ Deæ panas a templi sui spoliatoribus habet: nec ante desinet omnibus eos agitare furiis, quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit. Majores quondam nostri, gravi Crotoniensium bello, quia extra urbem templum Junonis, transferre in urbem eam pecuniam voluerunt, quæ ex dedicata ex deluubro vove est, abstinerent manus: Deam sua templa defensuram. Quia movendi inde thesauros incussa erat religio, muro circumdare templum voluerunt. ad aliquantum tum altitudinis exstructa erant mœnia, quum subito collapsa ruina sunt. Sed & nunc, & sæpe alias Dea suam sedem, suumque templum aut tutata est, aut a violatoribus gravia piacula exegit. nostræ injuriæ, nec potest, nec debet illatas ulcisci, quam vos, Patres Conscripti. At nos, vestramque fidem simplices confugimus. nihil nostra interest, utrum sub ilio præsidio Locros esse finatis, an irato Annibali & Pœnis ad supplicium dedatis. Non postulamus, ut exemplo nostris, ut de absente, ut indicta causa credatis. Veniat, coram ipse audiat, ipse diluat. Si quicquam scelerisi, quod homo in homines edere potest, in nos prætermisit; non recusamus, quin & nos, omnia eadem iterum si pati possimus, patiamur. & ille omni divino humanoque liberetur scelere.

Cap. XIX. Hæc quum ab legatis dicta essent, quæstiosetque ab iis Q. Fabius, detulissentne eas querelas ad P. Scipionem; respondérunt: missos legatos esse, sed eum bello apparatu occupatum esse, & in Africam aut jam trajecisse, aut intra paucos dies trajecturum. Et legati gratia quanta esset apud imperatorem, exportos esse: quum interea & tribunos cognita causa, tribunos in vincula conjecerit: legatum æque sontem ac noxiæ criam, in ea potestate reliquerit. Justis excedere e templo legatis, non Pleminius modo, sed criam Scipio principum orationibus lacerari. ante omnes Q. Fabius, natum eum ad corrumpendam disciplinam militarem, arguere. Sic & in Hispania plus prope per seditionem militum, quam bello amissum. externo & regio more & indulgere licentiæ militum, & sævire in eos. Sententiam deinde æque trucem orationi adjecit. Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere, & ex vinculis causam dicere: ac si vera forent, quæ Locrios deportarentur in carcere necari, bonaque ejus publicari. P. Scipionem, quod de provincia accessisset injussu senatus, revocari: agique cum tribunis plebis, ut de imperio ejus abrogando ferrent ad populum. Locrensibus cum senatum responderet, quas injurias sibi facias quererentur, eas neque senatum neque populum Romanum factas velle. Viros bonos, sociosque & amicos eos appellari: liberos, conjuges, quæque alia erepta essent, restitui: pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinæ sublata esset, conferri: duplamque pecuniam in thesauros reponi: & cum ex templo piaculare fieri, ita ut prius ad collegium pontificum referretur: quod fieri thesauri moti, violati essent; aut piacula quibus iis, quibus hostis, fieri placeret. Mittes qui Locris essent omnes in Siciliam transportari: quatuor cohortes sociorum Latini nominis in præsidium Locros adduci. Perregari

eo die sententiæ accensis studiis pro Scipione & adversus Scipionem non potuere. Præter Pleminii facinus, Locrensiumque cladem, ipsius etiam imperatoris non Romanus modo sed ne militaris quidem cultus jactabatur, *cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio, libellis etiam palæstræque operam dare: æque ac gnizer mollitieque cohortem totam Syracusarum amœnitate frui: Carthaginem atque Annibalem excidisse de memoria: exercitum ipsius, quanta corruptum, qualis Suessæ in Hispania fuerit, qualis nunc Locris, sociis magis quam hosti metuendum.*

Cap. XX. Hæc quanquam partim vera, partim mixta, eoque similia veris jactabantur, vicit tamen Q. Metelli sententia: qui de exteris Manlio absentibus, de Scipionis caussa diffenit. *Qui enim conveniret, quem modo civitas juvenem admodum, unum recuperandæ Hispaniæ delegerit ducem, quem receptâ ab hostibus Hispania ad imponendum Punico bello finem creaverit consulem, ipse destituerit Annibalem ex Italia detractuque, Africam subjecturum? cum repentè, tanquam Q. Pleminium, indicia caussa prope damnatum, ex provincia revocari? quum ea, quæ in se nefarie facta Locrensis quereretur, ne præsente quidem Scipione facta aiceret, neque aliud quam patientia, aut pudor, quod legato peperciffet, infimulari posse? Sibi placere, M. Pomponium prætorem, cui Sicilia provincia sorte evenisset, triduo proximo in provinciam proficisciconsules, decem lecatos, quos iis videretur, ex senatu legere, quos cum prætore mitterent, & duos tribunos plebei, atque ædilem. Cum eo consilio prætorem cognoscere, si ea quæ Locrenses facta quererentur, jussu aut voluntate P. Scipionis facta essent, ut cum de provincia decedere juberent. Si P. Scipio jam in Africam trajeciset, tribini plebis, atque ædiles, cum duobus legatis, quos maxime prætor idoneos censuisset, in Africam proficiscerentur: tribuni atque ædiles, qui reduceront inde Scipionem: legati, qui exercitui præsent, donec novus imperator ad eum exercitum veniset. Sin M. Pomponius & decem legati compesisent, neque jussu, neque voluntate P. Scipionis ea facta esse; ut ad exercitum Scipionis manere, bellumque ut propositum esset gereret.* Hoc facto senatusconsulto cum tribunis plebis actum est, ut comparent inter se, aut sorte legerent, qui duo cum prætore ac legatis irent. Ad collegium pontificum relatum de expiandis, quæ Locris in templo Proserpinæ tacta, violataque inde edicit. Tribuni plebis cum prætore & decem legatis profecti, M. Claudius Marcellus, & M. Cincius Alimentus: iis ædilis plebis datus, quem is aut in Sicilia prætori dicto audiens non esset Scipio, aut jam in Africam trajecisset, comprehendere tribuni juberent, ac jure sacrosanctæ potestatis reducerent. Prius Locros ire, quam Messanam consilium erat.

Cap. XXI. Cæterum duplex fama est, quod ad Pleminium attinet. alii audiris quæ Romæ acta erient, in exilium Neapolim missum, alii in Q. Metellum unum ex legatis incidisse, & ab eo Rhegium vi retractum tradunt: alii, ab ipso Scipione legatum cum triginta nobilissimis equitum missum, qui Q. Pleminium in catenas, & cum ea feditionis principes, conjicerent. Ii omnes, seu ante Scipionis, seu cum prætoris jussu traditi in custodiam Rhegii sunt. Prætor legatique Locros profecti, primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere. omnem enim sacram pecuniam, quæque apud Pleminium, quæque apud milites erat, conquisitam, cum ea, quam ipsi secum attulerant, in thesauris reponerunt, ac placuit lare iacrum fecerunt. tum vocatos ad concionem milites, prætor signa extra urbem efferre jubet, castraque in campo locat, cum gravi edicto, *Si quis miles aut in urbe restitisset, aut secum exulisset quod suum non esset, Locrensibus se permittere, ut quod sui quisque cognovisset, prehenderet. si quid non comparet, repeteret. Animo omnia, libera corpora placere sine mora Locrensibus restitui, non levi defunctorum pœna. qui non restituisset.* Locrentium deinde concionem habuit, atque *iis libertatem legesque suas populum Romanum senatusque restituere* dixit. *Si qui Pleminium, ultimæ quæ accusare vellet, Rhegium se sequeretur. Si de Scipione publice quæri vellent, ea quæ Locris nefarie in Deos hominesque facta essent, jussu aut voluntate P. Scipionis facta esse, legatos mitterent Messanam; ibi se cum consilio cognitorum.* Locrenses prætori legatisque & senatui ac populo Romano gratias egere *se ad Pleminium accusandum ituros. Scipionem, quamquam parum injuriis civitatis sua doluerit, eum esse virum, quem amicum sibi quam inimicum malint esse. pro certos se habere neque jussu, neque voluntate P. Scipionis tot tam nefanda commissa, aut Pleminio nimium, aut sibi parum creditum. Naturæ institum quibusdam esse, ut magis peccari nolint, quam satis animi ad vindicandas peccata habeant.* Et prætori & consilio haud mediocre onus demptum erat de Scipione cognoscendi. Pleminium, & ad duo & triginta homines cum eo damnaverunt, atque in catenis Romam miserunt: ipsi ad Scipionem profecti sunt,

sunt, ut ea quoque, quæ vulgata fermonibus erant, de cultu ac deditia imperatoris, soluta que militiæ disciplina, comperta oculis perferrent Romam.

Cap. XXII. Venientibus eis Syracusas, Scipio res, non verba ad purgandum sese paravit. exercitum omnem eo convenire, classem expediri justit, tanquam dimicandum eo die terra marique cum Carthaginiensibus esset. Quo die venerunt, hospitio comiter acceptis, postero die terrestrem navalemque exercitus non instructos modo, sed hos decurrentes, classem in portu, simulacrum & ipsam edentem navalis pugnæ, ostendit: tum circa armamentaria & horrea aliumque belli apparatum visendum prætor legatique ducti. Tantaque admiratio singularum universarumque rerum incussa, ut satis crederent, aut illo duce atque exercitu vinci Carthaginiensem populum, aut nullo alio posse: juberentque, quod Dii bene verterent, trajicere, & spei concepræ, quo die illum omnes centuriæ priorem consulem dixissent, primo quoque tempore comitem populum Romanum facere: adeoque ferisinde animis profecti sunt, tanquam victoriam, non belli magnificum apparatum nunciaturi Romam essent. Pleminius, quique in eadem causa erant, postquam Romam eit ventum, extemplo in carcerem conditi, ac primo producti ad populum ab tribunis, apud præoccupatos Locrenſium clade animos, nullum misericordiæ locum habuerunt. postea, quum fœpius producerentur, jam senescente invidia, mollebanturque ire: & ipsa deformitas Pleminii, memoriaque absentis Scipionis, favorem ad vulgum conciliabat. Mortuus tamen prius in vinculis est, quam judicium de eo populi perficeretur. Hunc Pleminium Clodius Licinius in libro tertio rerum Romanarum refert, ludis votivis, quos Romæ Africanus iterum consul faciebat, conatum per quosdam quos pretio corruperat, aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carceris fugiendique haberet occasionem, patefacto dein scelere, delegatum in Tullianum ex senatusconsulto. De Scipione postquam nisi in senatu actum, ubi omnes legatique & tribuni, classem eam, exercitum, ducemque verbis extollentes, effecerunt, ut senatus censeret, primo quoque tempore in Africam trajiciendum; Scipionique permitteretur, ut ex iis exercitibus, qui in Sicilia essent, ipse legeret, quos in Africam secum trajiceret, quos provinciæ relinqueret præsidio.

Cap. XXIII. Dum hæc apud Romanos geruntur, Carthaginienſes quoque quum speculis per promontoria omnia positis, percunctantes paventesque ad singulos nuncios sollicitam hiemem egissent, haud parvum & ipsi tuendæ Africæ momentum adjecerunt societatem Syphacis regis, cujus maxime fiducia trajecturum in Africam Romanum credideruntt. Erat Asdrubali Gisgonis filio, non hospitium modo cum rege, de quo ante dictum est, quum ex Hispania forte in idem tempus Scipio atque Asdrubal convenerunt: sed mentio quoque inchoata affinitatis, ut rex duceret filiam Asdrubalis. Ad eam tem confummandam, rempusque nuptiis statuendum (jam enim & nubilis erat virgo) profectus Asdrubal, ut accensum cupiditate (& sunt ante omnes Numidæ barbaros effusi in Venerem) sensit, virginem ab Carthagine arcessit, maturatque nuptias: & inter alias gratulationem, ut publicum quoque fœdus privato adjiceretur, societas inter populum Carthaginiensem regemque, data ultro citroque fide, eosdem amicos inimicosque habituros, jurejurando affirmatur. Cæterum Asdrubal, memor & cum Scipione initæ regi societatis, & quum vana & mutabilia barbarorum ingenia esset; veritus, ne, si trajiceret in Africam Scipio, parvum vinculum ea nuptiæ essent; idum accensum recenti amore Numidam haberi, perpellit, blandiriis quoque puellæ adhibitis, ut legatos in Siciliam ad Scipionem mittat, per quos moneat eum, Ne prioribus suis promiſis fretus in Africam trajiciat. Se & nuptiis, & societate Carthaginiensis sibi Asdrubalis, quam celerit apud se in hospitio, & publico etiam fœdere cum populo Carthaginiensi junctum. Hortari primum, ut procul ab Africa, sicut adhuc fecerint, bellum Romani cum Carthaginiensibus gerant, ne sibi inter se certaminibus eorum, armaque aut hæc aut illa, admoniem alteram societatem, quæ necessaria. Si non abstineat Africa Scipio, & Carthaginii exercitum admoveat, sibi necessarium fore, & pro terra Africa, in qua & ipse sit genitus, & propatria conjugis suæ, proque parente, ac penatibus, dimicare.

Cap. XXIV. Cum his mandatis ab rege legati ad Scipionem missi. Syracusis eum convenerunt. Scipio quanquam magno momento rerum in Africa gerendarum, magnaque spe destituras erat, legatis propere, priusquam res vulgarerur, remissis in Africam, literas dat ad regem: quibus eriam atque etiam monet eum, Ne jura hospitii secum, nec cum populo Romano initæ societatis, neu fas, fidem, dextras, Deos testes atque arbitros conventorum, fallat. Cæterum, quando neque celari adventus Numidarum poterat (vagari enim in urbe, obverſatique prætorio erant) &, si silererur quid petentes veniſſent, peri-

periculum erat, ne vera eo ipso quod celarentur, fua fponte magis emanarent, timorque in exercitu incederet, ne simul cum rege & Carthaginiensibus foret bellandum, avertit à vero falsis præoccupando mentes hominum. Et vocatis ad concionem militibus, *Non ultra esse cunctandum* ait. *Instare, ut in Africam quam primum trajiciat, socios reges. Masinissam prius ipsum ad Lælium venisse, querentem, quod cunctando tempus terereatur. nunc Syphacem mittere legatos, idem admirantem, quæ tam diuturnæ moræ fit caussa: postulantemque, ut aut trajiciatur tandem in Africam exercitus, aut si mutata consilia sint, certior fiat, ut & ipse fibi ac regno suo possit consulere. Itaque jam satis omnibus insidiis apparatisque, & re jam ita ultro citroque ejecta cunctationem, ita animo sibi esse. Lilybæum classe traducta, eodemque omnibus peditum equitumque copiis contractis, quæ prima dies eurfum navibus daret, Deis bene juvantibus, in Africam trajicere.* Literas ad M. Pomponium mittit, ut, si ei videretur, Lilybæum veniret: communiter consuleretur, quas legiones potissimum, & quantum militum numerum in Africam trajiceret. item circum oram omnem maritimam mitit, ut naves onerariæ comprehensæ Lilybæum omnes traherentur. Quicquid militum navisumque in Sicilia erat, quum Lilybæum convenissent, & nec urbis multitudinem hominum, nec portus naves caperet, tantus omnibus ardor erat in Africam trajiciendi, ut non ad bellum duci viderentur, fed ad certa victoriæ præmia. præcipue qui superabant ex Cannensi exercitu milites, illo, non alio duce credebant fore rempublicæ opera finite fe militiam ignominiosam posse. Et Scipio minime id genus militum aspernabatur: ut qui neque ad Cannas ignavia eorum eladem acceptam fciret, neque ullos æque veteres milites in exercitu Romano esse, expertosque non variis præliis modo, fed urbibus etiam oppugnandis. Quinta & sexta Cannenses erant legiones. eas fe trajecturum in Africam quum dixisset, singulos milites infpexit: relictosque, quos non idoneos credebat, in locum eorum fubjecit, quos secum ex Italia adduxerat; fupplevitque ita eas legiones, ut singulæ fena millia & ducenos pedites, trecenos haberent equites: fociorum item Latini nominis pediti equitesque de exercitu Cannenti legit.

Cap. XXV. Quantum militum in Africam transportatum fit, non parvo numero inter auctores difcrepat. Alibi decem millia peditum, duo millia & ducentos equites: alibi fedecim millia peditum, mille & fexcentos equites, alibi parte plus dimidia rem auctam, quinque & triginta millia peditum equitumque in naves impofita invenio. quidam non adjecere numerum; inter quos ne ipse in re dubia poni malim. Cœlius ut abstiner numero, ita ad immensum multitudinis fpecies auget. Voluces ad terram delapsas clamore militum alt, tantamque multitudinem conscendisse naves, ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui videretur. Milites ut in naves ordine ac fine tumultu conscenderent, ipse eam fibi curam fumpfit. nauticos C. Lælius, qui classis præfectus erat, in navibus, ante conscendere coactos, continuit. Commeatus imponendi M. Pomponio prætori cura data, quinque & quadraginta dierum cibaria, e quibus quindecim dierum cocta, impofita, Ut omnes jam in navibus erant, scaphas circummisit, ut ex navibus, gubernatorefque & magistri navium, & bini milites, in forum convenirent ad imperia accipienda. Poftea quam convenerunt, primum ab iis quæstus, si aquam hominibus, jumentisque in totidem dies, quot frumentum, impofuissent. Ubi refpondebant, aquam dierum quinque & quadraginta in navibus esse; tum edixit militibus, ut filentium quieti nauris fine certamine ad miniferia exfequenda bene obedientes præstarent, cum viginti roftratis fe ac L. Scipionem ab dextro cornu, lævum totidem roftratas, & C. Lælium præfectum claffis cum M. Porcio Catone (quæstor rum is erat) onerariis futurum præsidio. Lumina in navibus fingula roftratæ, bina onerariæ haberent: in prætoria nave infigne nocturnum trium lumium fore. Imperia ut observarent, gubernatoribus edixit. Fertilisimus ager, eoque abundans omnium copia rerum eft regio, & imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari sunt: prius que, quam Carthagine fubveniretur, opprimi videbantur posse. Iis edictis imperatis, redire ad naves justit. & postero die Deis bene juvantibus signo dato solvere naves.

Cap. XXVI. Multæ classes Romanæ e Sicilia, atque ipso illo portu profectæ erant. Caterum non eo bello solum (nec id mirum; prædatum enim tantummodo pleraque classes ierant) sed ne superiore quidem ulla profecto tanti spectaculi fuit, quanquam fi magnitudine classis æstimaretur, & bini consules cum binis exercitibus ante trajecerant: & prope totidem roftratæ in illis classibus fuerant, quot onerariis Scipio tum trajiciebat. nam præter quinquaginta longas naves, quadringentis fere me onerariis exercitum transvexit. Sed & bellum bello, fecundum prioris

us

ut atrocius Romanis videretur, quam quod in Italia belligerabat, tam ingentes itineris tot exercituum hinc ad cæsis ducibus effecerant. Sc Scipio dux partim fatis fortibus, partim fuæ fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriæ celebratus conveniebat animos: simul & mens ipsa præjudicandi, nulli ante eo bello duci terram quod ad Annibalem detrahendum ex Italia, transferendumque & finiendum in Africa bellum, le tranfire valgaverat. Concurrerat ad spectaculum in portum omnis turba: non habitantium modo Lilybæi, sed legationum omnium ex Sicilia: quæ & ad profequendum Scipionem officii causa convenerant, & prætorem provinciæ M. Pomponium fecutæ fuerant, ad hoc legiones, quæ in Sicilia relinquebantur, ad profequendos commilitones prosecutæque: tanta claffis modo ante spectantibus è terra, fed terra etiam omnis circa referta turba spectaculo navigantibus erat.

Cap. XXVII. Ubi illuxit, Scipio e prætoria nave, silentio per præconem facto, *Divûm Hercule*, inquit, *viri mari terraque milites, nos precor quæsoque; uti quæ in meo imperio gesta sunt, gerantur, postque gerentur, ea mihi, populo Romano, Africæ Romanæ, sociis nominique Latino, qui populi Romani, quique meum sectam, imperium aut victumque terra, mari, omnibus fortunis sequuntur, bene vertantur: eaque vos omnia bene juvetis: bonis auspicibus auxitis: latos incolumesque victis perduellibus victores, spoliis decoratos, præda onustos triumphantesque, mecum domos reduces sistatis: inimicorum postumique ulciscendorum coniam facitote, quoque populus Carthaginiensis in finitatem nostram facere molitus est, ea ut mihi populoque Romano in civitatem Carthaginiensem exempla evadant facultatem detis.* Secundum eas preces, cruda extra, cæsa victima, uti mos, in mare porricit, rubaque signum dedit proficiscendi. Vento fecundo vehementi fatis profecti, celeriter è conspectu terræ ablati sunt: & à meridie nebula occepit, ita ut vix concursus navium inter se vitarent. Ienior ventus in alto factus, noctem iniequentem eadem caligo obtinuit: fole orto ea difficulta. & addita vis vento. Jam terram cernebant haud ita multo post gubernator Scipioni ait, non plus quinque millia passuum Africam abesse, Mercurii promontorium se cernere. ii jubeat eo dirigi; jam in portu fore omnem classem. Scipio ut in conspectu terra fuit, precatus Deos, uti bono reipublicæ fuoque, Africam videret; dare vela, & alium infra navibus accessum petere jubet. Vento eodem ferebantur, cæterum nebula tub idem ferme tempus, quo pridie, exorta, conspectum terræ ademit, & ventus premente nebula cecidit. Nox deinde incertiora omnia fecit. Itaque anchoras, ne aut inter se concurrerent naves, aut terræ inferrentur, jecere. Ubi illuxit, ventus idem coortus, nebula disjecta, aperuit omnia Africæ littora. Scipio quod esset proximum promontorium percunctatus, quum pulchri promontorium id vocari audisset; *Placet omen*, inquit, *hue dirigite rates*. Eo classis decurrit: corpie omnes in terram expositæ sunt. Prosperam navigationem sine terrore ac tumultu, fuisse permulis Græcis Latinisque auctoribus creditum: Cœlius unus, præterquam quod non merias fluctibus naves, cæteros omnes cœlestes maritimosque terrores, postremo abreptam è tempestate ab Africa classem ad insulam Æsimurum, inde ægre correctum cursum exponit. & prope obrutis navibus, injussu imperatoris exaphis haud secus quam naufragos milites sine armis cum ingenti tumultu in terram evasisse.

Cap. XXVIII. Expositis copiis Romani castra in proximis tumulis metantur. Jam non in maritimos modo agros conspectu primum classis, dein tumultu egredientium in terram pavor terrorque pervenerat, sed in ipsas urbes. neque enim hominum modo turba mulierum puerorumque agminibus immixta, omnes passim compleverat vias, fed pecora quoque præ se agrestes agebant; relinqui subito Africam dicebant. Urbibus vero ipsis majorem quam quem secum attulerant, terrorem inferebant. præcipue Carthaginis prope ut capte tumultus fuit. Nam post M. Attilium Regulum & L. Manlium consule, annis prope quinquaginta, nullum Romanum exercitum videant, præter prædatorias classes, quibus excensiones in agros maritimos fiebant: rapisque quæ obvia fors fecerat, prius recursum semper ad naves, quam clamor agrestes concieret, fuerat. eo major tum fuga pavorque in urbe fuit. Et, Hercule, neque exercitus domi validus, neque dux quem opponerent, erat. Asdrubal, Gisgonis filius, genere, fama, divitiis, regia tum etiam affinitate, longe primus civitatis erat: fed eum nihilo ipso Scipione aliisque præliis fusum, pulsumque in Hispania meminerant: nec magis ducem duci parem, quam tumultuarium exercitum suum Romano exercitui esse. Itaque velut ti urbem extemplo aggressurus Scipio foret, ita ad arma est conclamatum: post eque captim classe, & armati in muris, vigiliæque & stationes dispo-

dispositæ, ac nocte insequenti vigilarum est. Postero die quinquenti equites hyeculorum ad mare turbandoque egredientes ex navibus nisi; in stationes Romanorum incidentur. Jam enim Scipio classe Uticam missa, ipse haud ita multum progressus à mari, tumulos proximos ceperat, equites & in stationibus locis idoneis posuerat, & per agros misserat prædatum.

Cap. XXIX. Ii cum Carthaginiensi equitatu prælium quum commisissent, paucos in ipso certamine, plerosque fugientes persecuti: In quibus præfectum quoque Hannonem, nobilem juvenem, occiderunt. Scipio non agros modo circa vastavit, sed urbem etiam proximam Afrorum latis opulentam cepit. nihil præter cætera quæ exemplo in naves onerarias impositæ, mille aque in Siciliam erant, octo millia liberorum capitum servorumque sunt capta. Lætissimus tamen Romanis in principio rerum gerendarum advenus Masanissam fuit, quem quidam ducentis hauc amplius equitibus, plerique cum duum millium equitatu tradunt venisse. Cærerum quum longe maximus omnium ætatis suæ regum hic fuerit, plurimumque rem Romanam juverit: operæ pretium videtur excedere paululum ad enarrandum, quam varia fortuna usus sit in amittendo recuperandoque paterno regno. Militanti pro Carthaginiensibus in Hispania, pater ei moritur: Galæ nomen erat. Regnum ad fratrem regis Oesalcem, pergrandem natu (mos ita apud Numidas est) pervenit. haud multo post, Oesalce quoque mortuo, major ex duobus filiis ejus Capusa, puero admodum altero, paternum imperium accepit. Cærerum quum magis jure gentis quam auctoritate inter suos aut viribus obtinerer regnum; extirit quidam, Mezetulus nomine, non alienus sanguine regibus, familiæ semper inimicæ, ac de imperio varia fortuna cum iis, qui tum obtinebant, certantis. Is conciatis popularibus, apud quos invidia regum magnæ auctoritatis erat, castris palam positis, defendere regno in aciem, ac dimicare de regno cogit. in eo prælio Capusa cum multis principum cecidit, gens Massyliorum omnis in ditionem imperiumque Mezetuli concessit. regio nomine, ipse abitinuit: contentusque nomine modico tutoris, puerum Lacumacen, qui ittirpis regiæ supererat, regem appellat. Carthaginiensem nobilem fœminam, sororis filiam Annibalis, quæ proxime Oesalci regi nupta fuerat, matrimonio sibi jungit; ipse Carthaginiensium socieratis: & cum Syphace hospitium vetustum legatis mittis renovat; omnia ea auxilia præparans adversus Masanissam.

Cap. XXX. Et Masanissa, audita morte patrui, dein nece fratris paruli, ex Hispania in Mauritaniam (Bocchar ea tempestate rex Maurorum erat) trajicit. ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quatuor millia Maurorum impetravit. Cum iis præmisso nuncio ad parentes suosque amicos, quum ad fines regni pervenisset, cognoscit fratrem Numidæ ad eum convenerunt. Igitur Mauris inde, sicut conveuerat, retro ad regem remissis, quamquam aliquanto minor spe multitudo, nec cum qua tantam rem aggredi satis auderet, convenire; ratus agendo ac moliendo vires quoque ad agendum aliquid collecturum, proficiscenti ad Syphacem, Lacumaci regulo ad Thapsum occurrit. Trepidum agmen quum in urbem refugisset, urbem Masanissa primo impetu capit, ex regiis alios tradentes se recipit, alios vim parantes occidit. pars maxima cum ipso puero inter tumultum ad Syphacem, quo primum intenderant iter, pervenerunt. Fama hujus modicæ rei in principio rerum prospere actæ, convertit ad Masanissam Numidas. affluebantque undique ex agris vicinque veteres milites Galæ, & invitabant juvenem ad recuperandum paternum regnum. Numero militum aliquantum Mezetulus superabat, nam & ipse eum exercitum, quo Capusam vicerat, & ex recepris post eadem regis, aliquot habebat: & puer Lacumaces ab Syphace auxilia ingentia adduxerat, quindecim millia peditum. Mezetulo decem millia equitum erant. Quibuscum Masanissa nequaquam tantum peditum equitumve habens, acie confixit. vicit tamen & veterum militum virtus, & prudentia inter Romana & Punica arma exercitati ducis. Regulus cum tutore & cetigua Massylorum manu in Carthaginiensem agrum perfugit. Ita recuperato regno paterno Masanissa, quia ibi adversus Syphacem haud paulo majorem restare dimicationem cernebat, optimum ratus cum fratre paruele gratiam reconciliare, missis qui & pacto ipsem facerent, si in eadem Masanissæ sese permitteret, futurum in eodem honore, quo apud Galam Oesalces quondam fuisset: & qui Mezetulo, ne impunitatem, quæ omnia cum fide restitui sponderet; ambo præoptantes exilio modicam domi fortunam (omnia, ne id fieret, Carthaginiensibus de industria agentibus) ad sese perduxit.

Cap. XXXI. Atdrubal tum forte quum hæc gerebantur, apud Syphacem erat, qui Numidæ haud fane multum ad se pertinere credenti, utrum penes Lacumacen, an Masanissam regnum Massyliorum esset; *satis cum magnopere ait, si Masanissa* [illegible] *fatui*

sam eſſdem contentum fore, quibus patrem Gadam, aut patruum ejus Oſalcem, crediat. multo majorem indolem in eo animi ingeniique eſſe, quam in ullo gentis ejus unquam fuiſſet. Sæpe eum in Hiſpaniaterra inter homines virtutis ſpecimen dediſſe ſocius pariter noſtribusque: & Syphacem & Carthaginienſes, niſi orientem illum ignem oppreſſiſſent, ingenti mox incendio, cum jam nullam opem ferre poſſent, arſuros. Adhæc teneras & regulet ejus aures eſſe, vixdum coaleſcunt fontis regnum. Inſtando ſtimulandoque pervincit, ut exercitum ad fines Maſſyliorum admoveat: atque in agro, de qu; ſepe cum Gala non verbis modo diſceptatum, ſed eriam armis certatum fuerat, tamquam haud dubie ſuæ rei, caſtra locet. ſi quis arceat, quod maxime opus iit, acie dimicaturus: ſin per metum agro cedatur, in medium regnum eundum. aut ſine certamine conceſſuros in ditionem ejus Maſſylios, aut nequaquam pares futuros armis. His vocibus incitatus Syphax, Maſaniſſæ bellum infert: & primo certamine Maſſylios fundit fugatque. Maſaniſſa cum paucis equitibus ex acie in montem (Balbum incolæ vocant) perfugit. familiæ aliquot cum mapalibus pecoribuſque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt regem: cætera Maſſyliorum multitudo in ditionem Syphacis conceſſit. Quem ceperant exules montem, herbidus aquoſuſque eſt: & quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque, carne ac lacte veſcentium, abunde ſufficiebat alimentis. Inde noctturnis primo ac furtivis incurſionibus, deinde aperto latrocinio, infeſta omnia circa eſſe: maximeque uti Carthaginienſis ager, quia & plus prædæ quam inter Numidas, & latrocinium rutius erat. jamque adeo licenter eludebant, ut ad mare deveétam prædam venderent mercatoribus, appellentibus naves ad idipſum; pluresque, quam juſto ſæpe in bello, Carthaginienſium caderent, caperentque. Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginienſes, infenſumque & ipſum ad reliquias belli perſequendas inſtigabant. ſed vix regium videbatur, latronem vagum in montibus conſectari.

Cap. XXXII. Bocchar ex præfectis regis, vir acer & impiger ad id delectus. ei data quatuor millia peditum, duo equitum. ea præmiorumque ingentium ſpe onerarus, ſi caput Maſaniſſæ retuliſſet, aut vivum (id vero inæſtimabile gaudium fore) cepiſſet, palaros incurioſeque agentes improviſo adortus, pecorum hominumque ingenti multitudine à præſidio armatorum excluſa, Maſaniſſam ipſum cum paucis in verticem montis compellit. inde, propulſum ac jam debellato, nec prædæ modo pecorum hominumque captorum miſſa ad regem, ſed copiis etiam, ut aliquanto majoribus quam pro reliquiis belli, remiſſis, cum quingentis haud amplius peditibus ducentiſque equitibus, degreſſum jugis Maſaniſſam periecutus in valle arcta, faucibus utrimque oppoſitus, includit. ibi ingens cædes Maſſyliorum facta. Maſaniſſa cum quinquaginta haud amplius equitibus per anfractus montis ignotos ſequentibus ſe eripuit. Tenuit tamen veſtigia Bocchar: adeptuſque eum patentibus prope Clupeam urbem campis, ita circumvenit, ut præter quatuor equites, omnes ad unum interfecerit. cum iis ipſum quoque Maſaniſſam ſaucium prope è manibus inter tumultum amiſit. In conſpectu erant fugientes; alia equitum diſperſa toto campo; quibuſdam ut occurrerent per obliqua tendentibus, quinque hoſtes ſequebatur. amnis ingens fugientes accepit (neque enim cunctanter, ut quos major metus urgeret, immiſerant equos) raptique gurgite, & in obliquum prælati. duobus in conſpectu hoſtium in præruptum gurgitem haurtis, ipſe periiſſe creditus. at duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulteriora ripæ emerſerunt. Is finis Boccari ſequendi fuit; nec ingredi flumen auſo, nec habere credenti ſe jam quem ſequeretur. Inde vanus auctor abſumpti Maſaniſſæ ad regem redit; miſſique qui Carthaginem gaudium ingens nunciarent: totaque Africa fama mortis Maſaniſſæ repleta, varie animos affecit. Maſaniſſa in ſpelunca occulta quum herbis curaret vulnus, duorum equitum latrocinio per dies aliquot vixit. ubi primum ducta cicatrix, patique poſſe viſa jactationem, audacia ingenti pergit ire ad regnum repetendum, atque in ipſo itinere, haud plus quadraginta equitibus collectis, quum in Maſſylios palam jam quis eſſet ferens veniſſet, tantum motum ouum favore priſtino, tum gaudio inſperato, quod quem periiſſe crediderant, incolumem cernebant, fecit, ut intra paucos dies ſex millia peditum armatorum, quatuor equitum, ad eum convenirent: jamque non in poſſeſſione modo paterni regni eſſet, ſed etiam ſocios Carthaginienſium populos, Maſæſylorumque fines (id Syphacis regnum erat) vaſtaret. Inde irritato ad bellum Syphace, inter Cirtham Hipponemque in lugis opportunorum ad omnia montium conſedit.

Cap. XXXIII. Majorem igitur eam rem Syphax ratus, quam ut per præfectum agerer, cum filio juveno (nomen Verminæ erat) parte exercitus miſſa, imperat, ut circumducto agmine, in ſe intentum hoſtem ab tergo

tergo invadat. Nocte profectus Vermina, qui ex occulto aggressurus erat, Syphacem aurem intendit aperto itinere, ut qui signis collatis acie dimicaturus, movit castra. Ubi tempus vitium est, quo perveniße jam circummißi videri poterant, & ipse leni clivo ferente ad hostem, quum multitudine fretus, tum præparatis ab tergo insidiis, per adversum montem erectum aciem ducit. Massanissa fiducia maxime loci, quo multo æquiore pugnaturus erat, & ipse dirigit suos. Atrox prælium & diu anceps fuit; loco & virtute militum Massanissæ, multitudine, quæ nimio major erat, Syphacem juvante. Ea multitudo divisa, quum pars a fronte urgeret, pars a tergo se circumfudißet. Victoriam haud dubiam Syphaci dedit & ne effugium quidem parebat; hinc a fronte, hinc ab tergo inclußis. Itaque ceteri pedites equitesque, ceßi aut capti, ducentos ferme equites Massanissæ circa se conglobatos, divißoque turmatim in cuneos parte, erumpere juxta, loco prædicto, in quem ex dißipata convenirent fuga. Ipse qua interdederat, inter media tela hostium evasit. duæ turmæ hærere: altera metu deßita hosti; pertinacior in repugnando tegrefii erat, variisque dux fatigabatur: alios vino & somno graves arma capere, & frenare eques cogendo, aliis, ne sparsi & inconditi sine ordine, sine signis omnibus portis excurrerent, obßitendo. Primo incaute se evehentes Massanissa excipiebat; mox plures simul conferri portas etiam, æquaverant certamen: postremo jam omnis equitatus prælio quum adeßet, sustinere ultra nequivere. Non tamen effusi fuga Massanissa, sed cedendo sensim, imperus eorum excipiebat: donec ad tumulos tegentes Romanum equitatum pertraxit. Inde exorti equites, & ioli integris viribus, & recentibus equis, Hannoni Affisque pugnando ac fugiendo fessis se circumfudere. & Massanissa flexis subito equis in pugnam rediit. Mille ferme qui primi agminis fuerant, ut quibus haud facilis receptus fuit, cum ipso duce Hannone interclusi atque inter fectl tunt. ceteros ducis præcipue territos cæde, effuße fugientes per tria millia passuum victores secuti, ad duo præterea millia equitum aut ceperunt, aut occiderunt. inter eos satis constabat, non minus duc ento Carthaginienßum equites fuiße; & divitiis quoßdam & genere illußres.

Cap. XXXV. Eodem forte quo hæc gesta sunt die, naves quæ prædam in Sicilium vexerant, cum commeatu redière: velut eminatæ, ad prædam alteram repetendam sese veniße. Duos eodem nomine Carthaginienßium duces duobus equeßri-

bus

bus prælliis Interfectos, non omnes auctores sunt: veriti, credo, ne falleret bis relata eadem res. Coelius quidem & Valerius, captum etiam Hannonem tradunt. Scipio, præfectos equitesque prout cujusque opera fuerat, ante omnes Masanissam, insignibus donis donat. & firmo præsidio Salerae impositio, ipse cum cætero exercitu profectus, non agris modo quacumque incedebat populatis, sed urbibus etiam quibuldam vicisque expugnatis, late fuso terrore belli, festimo die quam profectus erat, magnam vim hominum, & pecoris, & omnis generis prædæ trahens, in castra redit: graveque iterum hostium focilis naves dimittit. Inde omnibus expeditionibus parvis populationibusque, ad oppugnandam Uticam omnes belli vires convertit: eam deinde si cepisset, sedem ad cætera exsequenda habituras. Simul Sc à classe navales focii, qua ex parte urbs mari alluitur, simul & terrestris exercitus, ab imminente prope ipsis mœnibus tumulo, est admotus. Tormenta machinaque & advexerat secum, & ex Sicilia missa cum commeatibus erant: & nova in armamentario multis talium operum artificibus de industria inclusis, fiebant. Uticenses tanta undique mole circumsessis in Carthaginienli populo; Carthaginienlibus in Adrubale ita, ti is movisset Syphacem, ipes omnis erat, sed, deiderio indigentium, auxilia tardius cuncta movebantur. Adrubal intentissima conquisitione quum ad triginta millia pedilum, tria equitum conficisset, non tamen ante adventum Syphacis castra propius hostem movere est ausus. Syphax cum quinquaginta millibus pedilum, decem equitum, advenit: confestimque motis ab Carthagine castris, haud procul Uticà, munitionibus que Romanis, consedit. Quorum adventus hoc tamen momenti fecit, ut Scipio, quum quadraginta ferme dies nequicquam omnia experiens obsedisset Uticam, abscederet inde irrito incepto. Jam enim hiems instabat. Castra hiberna in promontorio, quod tenui jugo continenti adhæret. In aliquantum maris spatium extenditur, communit: uno vallo & navalium castra amplectitur, jugo medio legionum castris impositis. Latus ad leptentrionem versum subductæ naves navalesque focii tenebant: meridianam vallem ad alterum littus devexam equitatus.

Cap. XXXVI. Hæc in Africa usque ad extremum autumni gesta. Præter convectum undique ex populatis agris circa frumentum, commeatusque ex Sicilia atque Italia advectos, Cn. Octavius proprætor ex Sardinia ab Ti. Claudio prætore, cujus ea provincia erat, ingentem vim frumenti advexit. horreaque non folum, quæ jam facta erant, repleta, sed nova adjuncta. Vetustissima exercitui deerant. id mandatum Octavio, ut cum prætore ageret, si quid ex ea provincia comparari ac mitti posset. ea quoque haud segniter curata res. Mille ducentæ togæ brevi sparlo, duodecim millia tunicarum missa. Æstate ea, qua hæc in Africa gesta sunt, P. Scipio consulis, cui Bruttii provincia erat, in agro Crotoniensi cum Annibale in isto itinere tumultuario prælio conflixit. agminibus magis quam acie pugnatum est. Romani pulsi, & tumultu verius quam pugna: mille Scducenti de exercitu consulis interfecti: in castra trepide reditum. Neque oppugnare tamen ea hostes auli, cæterum silentio proximæ noctis profectus inde consul, præmisso nuncio ad P. Licinium proconsulem, ut suas legiones admoveret, copias conjunxit. ita duo duces, duo exercitus ad Annibalem redierunt. ner mora diminendi facta est: quum consilii duplicatæ vires, Pœno recens victoria animo esset. In primam suas legiones Sempronius induxit: in subsidiis locatæ P. Licinii legiones. Consul principio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vovit, si eo die hostes fudisset: compositque ejus voti fuit. Fusi ac fugati Pœni: supra quatuor millia armatorum cæsa: pauto minus trecenti vivi capti. Sc equi quadraginta, Sc undecim militaria signa. Perculsus adverso prælio Annibal, Crotonem exercitum abduxit. Eodem tempore M. Cornelius consul, altera parte Italiæ, non tam armis quam judicitum terrore Etruriam continentiorem ferme ad Magonem, ac per eum ad spem novandi res versam. Eas quæstiones ex senatus consulto minime ambitiose habuit. multique nobiles Etrusci, qui aut ipli ierant, aut miserant ad Magonem de populorum suorum defectione, primo præsentes condemnati, postea, conscientia sibimetipli exilium consicntes, quum absentes damnati essent, corporibus subtractis, bona rantum, quæ publicari poterant, pignoranda pœnæ præbebant.

Cap. XXXVII. Dum hæc consules diversis regionibus agunt, censores interim Romæ M. Livius & C. Claudius senatum recitaverunt. Princeps iterum lectus Q. Fabius Maximus. notati septem: nemo tamen, qui sella curuli sedisset. Sarta tecta acriter, & cum summa fide exegerunt. viam è foro Boario ad Veneris, & circa foros publicos, & ædem Matris magnæ in Palatio faciendam locaverunt. vectigal etiam novum ex salaria annona statuerunt. sextante sal

fui & Romæ, & per totam Italiam erat. Romæ pretio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi pretio præbendum locaverunt. Id vectigal commentum alterum ex censoribus satis credebant, populo ratum, quod iniquo judicio quondam damnatus esset: & in pretio talis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant. inde Sallinatori Livio inditum cognomen. Lustrum condirum serius, quia per provincias dimiserunt censores, ut civium Romanorum in exercitibus, quantus ubique esset, referretur numerus. Censa cum iis ducenta decem quatuor millia hominum, conditi lustrum C. Claudius Nero. Duodecim deinde coloniarum (quod numquam antea factum erat) deferentibus ipsum coloniarum censoribus, censum acceperunt: ut quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta extarent. Equitum deinde census agi cœptus est: & ambo forte censores equum publicum habebant. Quum ad tribum Pollian venrum est, in qua M. Livii nomen erat, & præco cunctaretur citare ipsum censorem; Cita, inquit Nero, M. Livium. & sive ex reticia & verere simultate, sive intempestiva jactatione severitatis inflatus; Livium, quia populi judicio esset damnatus, equum vendere jussit. Item M. Livius quum ad tribum Narniensem & nomen collegæ ventum est, vendere equum C. Claudium jussit; duarum rerum caussa: unius, quod falsum adversus se testimonium dixisset: alterius, quod non sincera fide secum in gratiam rediisset. Itaque ibi fœdum certamen, inquinandi famam alterius cum suæ famæ damno, factum est. Exitu censuræ quum in leges jurasset C. Claudius, & in ærarium esset endisset, inter nomina eorum, quos ærarios relinquebat, dedit collegæ nomen. Deinde M. Livius in ærarium venit, & præter Mæciam tribum, quæ se nec condemnasset, neque condemnatum aut consulem aut censorem fecisset; populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus ærarios reliquit. quod & innocentem se condemnassent, & condemnatum consulem & censorem fecissent, neque inritiari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis ab se peccatum esse. Inter quatuor & triginta tribus, & C. Claudium ærarium fore. quod in exemplum haberet bis eundem ærarium relinquendi, C. Claudium nominatim se inter ærarios fuisse relicturum. Prævum certamen notarum inter censores: castigatio inconstantiæ populi censoria & gravitate temporum illorum digna. In invidia censores quum essent, crescendi ex his rarus esse occasionem, Cn. Bæbius tribunus plebis diem ad populum utrique dixit. Ea res contentu Patrum difficilis est, ne postea obnoxia populari auræ censura esset.

Cap. XXXVIII. Eadem ætate in Bruttiis Clampetia à consule vi capta, Consentia & Pandosia, & ignobiles aliæ civitates, voluntate in dictionem venerunt. Et quum comitiorum jam appeteret tempus, Cornelium potius ex Etruria, ubi nihil belli erat, Romam acciri placuit. Is consules Cn. Servilium Cæpionem, & C. Servilium Geminum creavit. Inde prætoria comitia habita. creati P. Cornelius Lentulus, P. Quintilius Varus, P. Ælius Pætus, P. Villius Tappulus. Hi duo quum ædiles plebis essent, prætores creati sunt. Consul comitiis perfectis, ad exercitum in Etruriam rediit. Sacerdote eo anno mortui, atque in locum eorum sufiecti, Ti. Veturius Philo flamen Martialis; in locum M. Æmilii Regilli, qui priore anno mortuus erat, creatus inauguratusque: & in M. Pomponii Mathonis auguris & decemviri locum creati decemvir M. Aurelius Cotta, augur Ti. Sempronius Gracchus admodum adolescens; quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat. Quadrigæ aureæ eo anno in Capitolio positæ ab ædilibus curulibus, C. Livio, & M. Servilio Gemino. Et Iudi Romani biduum instaurati. Item per biduum plebei, ab ædilibus P. Ælio, P. Villio: & Jovis epulum fuit, Iudorum caussa.

EPITOME
LIBRI XXX.

IN Africa Scipio Carthaginienſes, & eundem Syphacem Numidarum regem, Aſdrubalemque plurimis prælis victi, adjuncta Maſaniſſa, binaque hoſtium caſtra expugnavit: in quibus quadraginta millia hominum ferro ignique conſumpta ſunt. Syphacem per C. Lælium & Maſaniſſam cepit. Maſaniſſa Sophonisbam uxorem Syphacis, filiam Aſdrubalis captam, ſtatim adamat, & nuptias factis uxorem habuit: caſtratuſque à Scipione, venenum ei miſit, quo baccho illa deceſſit. Effectumque eſt multis Scipionis victoriis, ut Carthaginienſes in deperationem acti, in auxilium publicæ ſalutis Annibalem ex Italia revocarent. iſque anno decimoſexto Italiæ diſcedens, in Africam trajecit, tentavitque per colloquium pacem cum Scipione componere: & quum ab conditionibus pacis non convenſſet, acie victus eſt. Pax Carthaginienſibus data eſt potentioris. Annibal Giſconem, pacem diſſuadentem, manu ſua detraxit: exſultata deinde temeritate facti, ipſe pacem ſuaſit. Mago, qui bello in agro Inſubrium cum Romanis conſiſterat, ſuſpectus, dum in Africam per legatos revocatus reverteretur, ex vulnere mortuus eſt. Maſaniſſæ regnum reſtitutum eſt. Reverſus in urbem Scipio, amplißimum nobili triumphum egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo ſenator præcedens ſecutus eſt. Scipii Africanus (incertum militari pri is favore, an populari auctus ti cognominatus) primus certe hic imperator victæ à ſe nominegentis nobilitatus eſt.

CAPUT I.

CN. Servilius Cæpio, & C. Servilius Geminus Conſules (ſextusdecimus is annus belli Punici erat) quum de republica belloque & provinciis ad ſenatum retuliſſent, cenſuerunt Patres, ut conſules inter ſe compararent, ſortirenturve, uter Bruttios adverſus Annibalem, uter Etruriam ac Ligures provinciam haberet. cui Bruttii evenißent, exercitum à P. Sempronio Conſule acciperet. P. Sempronius (ei quoque enim proconſuli imperium in annum prorogatur) P. Licinio ſuccederet: is Romam reverteretur, bello quoque bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempeſtate inſtructior civis habebatur, congeſtis omnibus humanis à natura fortunaque bonis. Nobilis idem ac dives erat: forma viribuſque corporis excellebat. Facundißimus habebatur; ſeu cauſſa oranda, ſeu in ſenatu & ad populum ſuadendi ac diſſuadendi locus eſſet: juris pontificii peritißimus. Super hæc, bellicæ quoque laudes conſulatus comporem fecerant. Quod in Bruttiis provincia, idem in Etruria ac Ligustinis decrerum. M. Cornelius novo conſulii tradere exercitum juſſus: ipſe prorogato imperio Galliam provinciam obtinere cum legionibus iis, quas prætor L. Scribonius priore anno habuiſſet. Sortiri deinde provincias: Cæpioni Bruttii, Servilio Gemino Etruria evenit. Tum prætorum provinciæ in ſortem conjectæ. Juriſdictionem urbanam P. Ælius, Sardiniam Cn. Lentulus, Siciliam P. Villius, Ariminum cum duabus legionibus (ſub Spurio Lucretio eæ fuerant) Quintilius Varus eſt ſortitus. Et Lucretio prorogatum imperium, ut Genuam oppidum à Magone Pœno diruturn exædificaret. P. Scipioni non temporis, ſed rei gerendæ fine, donec debellatum in Africa foret, prorogatum imperium eſt: decretumque, ut ſupplicatio fieret: quod is in Africam provinciam trajeciſſet, ut ea res ſalutaris populo Romano ipſique duci atque exercitui eſſet.

Cap. II. In Sicilium tria millia militum ſunt ſcripta. &, quia quod roboris ea provincia habuerat, in Africam tranſvectum fuerat, ne qua claſſis ex Africa trajiceret, quadraginta navibus cuſtodiri placuerat Siciliæ maritimam oram. Tredecim novas naves Villius ſecum in Siciliam duxit: cæteræ in Sicilia veteres refectæ. Huic claſſi M. Pomponius prioris anni Prætor prorogato imperio præpoſitus, novos milites ex Italia advectos in naves impoſuit. Parem navium numerum Cn. Octavio Prætori item prioris anni cum pari jure imperii ad tuendam Sardiniæ oram Patres decreverunt. Lentulus Prætor duo millia militum dare in naves juſſus. Et Italiæ ora, quia incertum erat, quo miſſuri claſſem Carthaginienſes forent (videbantur autem quilquid nudatum præſidiis eſſet periturі) M. Marcio Prætori prioris anni cum totidem navi-

navibus tranda data est. tria millia militum in eam classem ex decreto Patrum consules scripserunt, & duas legiones urbanas ad tacenta belli. Hispaniæ cum exercitibus imperioque veteribus imperatoribus, L. Lentulo & L. Manlio Acidino decretæ. Viginti omnino legionibus, & centum sexaginta navibus longis erit Romana eo anno gesta. Prætores in provincias ire justi. Consulibus imperatum, ut priusquam ab urbe proficiscerentur, ludos magnos facerent, quos T. Manlius Torquatus dictator in quintum annum vovisset, in eodem statu respublica staret. Et novas religiones excitabant ingenti animi hominum prodigia ex pluribus locis nuncciata. Aurum in Capitolio corvi non lacerasse tantum rostris credidi, sed etiam edisse. Muros Antii coronam auream arrosere. Circa Capuam omnem agrum locustarum vis ingens, ita ut unde advenissent, parum constaret, corrupit. Equuleus Reatæ cum quinque pedibus natus. Anagnie Gurli primum ignes in cœlo, dein fax ingens arsit. Fruitione arcus solem tenui linea amplexus est; circulum deinde ipsum major solis orbis extrinsecus includit. Arpini terra campestri agro in ingentem tumum confedit. Consultum aliæri primam hostiam immolanti, caput jecinoris defuit. Et prodigia majoribus hostiis procurata. editi a collegio pontificum Dii quibus sacrificarentur.

Cap. III. His transactis, consules prætoresque in provincias profecti. omnibus tamen (velut eam fortitis) Africæ cura erat. seu quia ibi tum maxime rerum bellique verti cernebant: seu ut Scipioni gratificarentur, in quem tum omnis versa civitas erat. Itaque non ex Sardinia tantum (sicut ante dictum) sed ex Sicilia quoque & Hispania vettimenta, frumentumque, & arma etiam ex Sicilia, & omne genus commeatus ex portabant. Nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remisit, quæ multa simul undique cum circumstabant. Uticam obsidebat. castra in conspectu Afdrubali erant. Carthaginienses deduxerant naves. civibus paratam inftructamque ad commeatus intercipiendos habebant. Inter hæc, ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo dimiserat: si forte jam fatias amoris in uxorem ex multa copia eum cepisset. Ab Syphace magis pacis cum Carthaginiensibus conditiones, ut Romani Africa, Pœni Italia excederent, quam si bellarerur, ipses ulla deferturum afferebatur. Hæc per nuncios magis equidem acta crediderim (& ita pars major auctores sunt) quam ipsum Syphacem, ut Antias Valerius prodit, in castra Romana ad colloquium venisse. Primo eas conditiones imperator Romanus vix auribus admisit. postea ut causa probabilis suis commeandi foret in castra hostium, mollius eadem illa abnuere, ac ipsem facere, saepius ultro citroque agitantibus rem conventuram. Hibernacula Carthaginiensium, congesta tenuere ex agris materia exædificata, lignea ferme tota erant. Numidæ praeipue arundine textis toreaque pars maxima tectis, passim nullo ordine, quidam, ut sine imperio occupatis locis, extra fossam etiam vallumque habitabant. Hæc relata Scipioni ipsem fecerant, castra hostium per occasionem incendendi.

Cap. IV. Cum legatis, quos miserat ad Syphacem calonum loco primos ordines spectate virtutis atque prudentiæ fervili habitu mittebat; qui dum in colloquio legati essent, vagi per castra alius alia, aditus exitusque omnes, situm formamque & universorum & partium, & pleni, qua Numidæ haberent, quantum intervalli inter Afdrubalis ac regia castra esset, specularentur: moremque simul nocturni stationum, virilitamque: nocte, an interdiu opportuniores indidanti essent. & inter crebra colloquia alii atque alii de industria, quo pluribus omnia nora essent, mittebantur. Quum saepius agitata res certiorem spem paxis indies & Syphaci & Carthaginiensibus per eum faceret; legati Romani veritos se reverti ad imperatorem ajunt, nisi certum responsum detur. Proinde seu ipsi fieret jam sententia, seu consulendus Afdrubal & Carthaginienses essent, consuleret. Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum naviter geri. Dum consultitur Afdrubal ab Syphace, ab Afdrubale Carthaginienses: & speculatores omnia vicendi, & Scipio ad comparanda ea, quæ in rem opus erant, tempus emit. & ex mentione ne ac ipse pacis negligentia, ut sit, apud Pœnos Numidamque orta cavendi, ne quid hostile interim paterentur. Tandem relatum responsum, quibusdam (quia nimis cupere Romanus pacem videbatur) iniquis per occasionem adjectis: quæ per opportune curienti tollere inducias Scipioni causam præbuere ac nuncio regis, quum relaturum se ad consilium dixisset, postero die respondit. *Se uno frustra tendente, nulli alii pacem placuisse. Renunciaret igitur, nullam aliam se impetrasse, quam retractis Carthaginiensibus. Syphaci cum Romanis esse.* Ira tellit inducias, ut libera tide incepta exsequerentur: deductisque navibus (& jam veris principium erat) machinas tormentaque, velut a mari agressurus Uticam, imponit. Duo millia militum ad capiendum, quem antea tenue-

tenuerat, tumulum super Uticam mittit: simul ut ab eo quod parabat, in alterius rei curam converteret hostium animos: simul ne suos, quum ipse ad sypha cem Afdrubalemque profectus esset, eruptio ex urbe & impetus in castra sua relicta cum levi praesidio fieret.

Cap. V. His praeparatis, advocatoque consilio, edicere exploratoribus jussit, quae comperta adferrent. Masanissae, ea omnia hostium nota erant; postremo quid ipse pararet in proximam noctem, propemit. Tribunis edicit, ut ubi praetorio dimisso signa concinuissent, extemplo educerent castris legiones. Ita, ut imperaverat, signa sub occasum solis efferri sunt coepta. Ad primam ferme vigiliam agmen explicabant: media nocte (septem enim millia itineris erant) modico gradu ad castra hostium perventum. Ibi Scipio partem copiarum Lelio, Masanissaeque Numidas attribuit: & castra Syphacis invadere, ignemque conjicere subito. Singulos deinde ordines, Caelium ac Masanissam seductos obtestatur, *ut quantum nox providentiae adimat, tantum diligentia expleant, curaque. Se Afgrubalem Punicaque castra aggressurum. Caeterum non ante capturum, quam ignem in regis castris conspexisset.* Neque ab re ea mora dicta est. nam ut proximis castis injectus ignis haesit, extemplo proxima quaeque, & deinceps continua amplexus, totis fe passim diffipavit castris. Et tremidatio quidem, quanta necesse erat, in nocturno essulo tam late incendio, orta est: caeterum fortuitum, non hostilem ac belli.um ignem rati esse, sine armis ad restinguendum incendium effusi, in armatos incidere hostes; maxime Numidas, ab Ma nissa nutricia regiorum castrorum ad exitus itinerum idoneis locis dispositos. Multos in locis cubilibus semiiomnos haulit flamma: multi in praecipiti fuga, ruentes super alios alii, in angustiis portarum obriti sunt.

Cap. VI. Relucentem flammam primo vigiles Carthaginiensium, deinde excitati alii nocturno tumultu quum conspexissent, ab eodem errore credere & ipsi sua sponte incendium ortum. & clamor inter eodem ac vulnera fublatus, an ex trepidatione nocturna esset, confusus, sensum veri admebat. Igitur pro se quisque inermes, ut quibus nihil hostile fuspectum esset, omnibus portis, qua cuique proximum erat, ea modo, quae restinguendo ipsi fuerant, portantes, in ignem Romanum ruebant. Quibus coelis omnibus, praeterquam hostili odio, etiam ne quis nun ius effugeret, extemplo Scipio neglectas, ut in tali tumultu, portas invadit: ignisque in proxima tecta conjectis, effusa flamma primo veluti sparsa oluribus, lo is relaxat: dein per e n ipsa ferrens, uno repente omnia in endio hausit. Ambusti homines jumentaque; foeda primum fuga, dein ilvage obruerant itinera portarum. Quos non oppresserat ignis, ferae absumpsit: binaque castra clade una delera. Duces tamen ambo, & ex rot millibus armatorum duo millia pedilum, & quingenti equites semiermes, magna pars inuci, effugerunt. Caesa aut hausta flammis ad quadraginta millia hominum sunt, capta fusira quinque millia. multi Carthaginiensium nobiles, undecim senatores, signa militaria centum seruaginta octo cum Numidici, fusira duo millia septingenti, elephanti decem capti: octo flammis ferroque absumpti, magnaque vis armorum capta. Ea omnia imperator Vulcano sacrata incendit.

Cap. VII. Afdrubal ex fuga cum paucis Afrorum urbem proximam peterat: eoque omnes qui supererant, veluti duce fequentes, se contulerant. mens deinde, ne dederetur Scipioni, urbe excesit. Mox eodem patentibus portis Romani accepti: nec quicquam hostile, quia voluntate concesserant in ditionem, factum. duae tubinde urbes captae direptaeque, ea praeda, & quae castris ex incendio & igne rapta erant, militi concessa est. Syphax octo millium ferme inde spatio loco communito consedit. Afdrubal Carthaginem contendit, ne quid per metum ex recenti clade melius consuleretur. quo tantus primo terror eft allatus, ut omissa Utica Carthaginem crederent extemplo Scipionem obsessurum. Septimus itaque Suffetes (quod velut consulare imperium apud eos erat) vocaverunt. Ibi tribus dictis sententiis, una, de pace legatos ad Scipionem decernebat: altera, Annibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam revocabat: tertia, Romanae in adversis rebus constantia erat; reparandum exercitum, Syphacemque orandum, ne bello absisteret. centebat. Haec sententia, quia Afdrubal praesens, Barcinaque omnes factionis bellum malebant, vicit. Inde delectus in urbe agrisque haberi coepit, & ad Syphacem legati missi: fumma ope & ipsum reparantem bellum: quum uxor nen jam ut ante blanditiis fatis potentibus ad animum amantis, sed precibus & misericordia veluisset; plena lacrimarum obtestans, ne patrem suum patriamque prederet: iisdemque Romanis Carthaginem, cujus coelo conflagrasset, abiturai fineret. Spem quoque opportune ei lucam offerebant legati: quatur millia Celtiberorum circa urbem, nomine Abbam, ab consultissimo suis conducta in Hispania, egregiae juventutis, sibi occurrisse:

rifle: & Asdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. Igitur non benigne modo legatis respondit, sed attendit etiam multitudinem Numidarum agrestium, quibus per vulgum dies animo equestre desidisset. & omnem juventutem affirmat excitarum ex regno. Scire incendio, non praelio clades acceptam. eum bello inferiorem esse, qui armis vincatur. Haec legatis respondit. Et post dies paucos rursus Asdrubal & Syphax copias junxerunt. is omnis exercitus fuit triginta ferme millium armatorum.

Cap. VIII. Scipionem, velut debellato iam, quod ad Syphacem Carthaginiensesque attinerent, Uticae oppugnandae intentum, Jamque machinas admoventem muris, avertit fama redintegrati belli: madidisque praedatis ad speciem modo oblidionis terra marique relictis, ipse cum robore exercitus ire ad hostes pergit. Primo in tumulo, quatuor ferme millia distante ab castris regiis, consedit: poterat die cum equitatu in Magnos (ita vocant) campos, subiectos ei tumulo, degressus, succedendo ad stationes hostium, lacessendoque levibus praeliis, diem absumpsit: & per insequens biduum tumultuosis hinc atque illinc excursionibus invicem, nihil dictu satis dignum fecerunt. quarto die utrimque in aciem descensum est. Romanus principes post haftatorum prima signa, in subsidiis triarios constituit: equitarum Italicum ab dextro cornu, ab laevo Numidas Masanissamque opposuit. Syphax Asdrubalque Numidicis adversus Italicum equitatum, Carthaginiensibus contra Masanissam locaris; Celtiberos in mediam aciem in adversa signa legionum accepere. ita instructi, concurrunt. Primo impetu simul utraque cornua, & Numidae & Carthaginienses pulsi. nam neque Numidae, maxima pars agrestes, Romanum equitarum, neque Carthaginienses, & ipse novus miles, Masanissam recenti super cetera victoria terribilem, sustinuere. Nudata utrimque cornibus Celtiberum acies stabat: quod nec in fuga salus ulla ostendebatur locis ignotis, neque fides veniae ab Scipione erat; quem bene meritum de se & gente sua, mercenariis armis in Africam expugnatum venisse. Igitur circumfusis undique hostibus, alii super alios cadentes obstinati moriebantur: omnibusque in eos versis, aliquantum ad pugnam temporis Syphax & Asdrubal praecesserunt. Fatigatos caede diutius, quam pugna, victores nox oppressit.

Cap. IX. Postero die Scipio Laetum Masanissamque cum omni Romano & Numidico equitatu expedi-

tisque militum, ad persequendos Syphacem atque Asdrubalem mittit. Ipse cum robore exercitus, urbes circa omnes, quae Carthaginiensium ditionis erant, partim ipse, partim metu, partim vi subegit. Carthaginiensium quidem erat ingens terror, & circumferentem arma Scipionem omnibus finitimis raptim pedemotis, ipsam Carthaginem repente aggressurum credebant. Itaque & muri reciebantur propugnaculisque armabantur: & pro se quisque, quae distinae obtidioni tolerandae sunt, ex agris convehebat. Rara mentio est pacis, frequentior legatorum ad Annibalem arcessendum mittendorum. pars maxima classem, quae ad commeatus excipiendos parata erat, mittere jubent ad opprimendam flatione navium ad Uticam incaute agentem: fortuna etiam navalia castra relicta cum levi praesidio oppressura. In hoc consilium maxime inclinant: legatos tamen ad Annibalem mittendos censent, quippe classi ut feliciter fluxerat, ita parte aliqua levari Uticae obtidionem: Carthaginem ipsam, quin capiatur, non imperatorem alium quam Annibalem, neque exercitum alium quam Annibalis superesse. Deductae ergo naves, simul & legati in Italiam profecti, raptimque omnia ftimulante fortuna agebantur: & in quo quisque celeberet, prodi ab se tantum omnium rebatur. Scipio gravem Iam spoliis multarum urbium exercitum trahens, captivis aliaque praeda in vetera castra ad Uticam mittit. Iam in Carthaginem intentus, occupat felicium fuga cultodium Tunetanae: abest ab Carthagine quindecim millia ferme passuum, locus quum operibus, tum ipsa natura tutissimus, & qui & ab Carthagine conspici, & praebere ipse prospectum quum ad urbem, tum ad circumfusum mare urbi posset.

Cap. X. Inde quum maxime vallum Romani paterent, conspecta classis hostium est; Uticam Carthagine petens. Ipitur, omisso opere, pronunciatum iter, signaque raptim ferri iubet coepta: ne naves in terram & obtidionem verfae, ac minime navali praelio aptae opprimerentur. Qui enim refistirent agili & nautico instrumento aptae & armatae classi, naves rostratae machinaeque gerentes; & aut in onerariarum usum verfae aut ita pulsae ad muros, ut, pro aggere ac pontibus, praebere ascensus possent? Itaque Scipio, contra quam in navali certamine solet, rostratis, quae praesidio allis esse poterant, in postremam aciem receptis prope terram; onerariarum quadruplicem ordinem pro munito adversus hostem oppesuit: eaque ipse, ne in tumultu pugnae turbari

bari ordines possent, nullis anteminisque de nave in navem trajectis, ac validis funibus velut uno inter se vinculo illigatis, comprendit: tabulisque fugerinstravit, ut pervius in totum navium orbem esset: & subjectis pontibus intervalla facit, qua procurrere speculatoriæ naves in hostem, ac tuto recipi possent. His raptim pro tempore instructis, mille ferme delecti propugnatores onerariis imponuntur: telorum maxime mistilium, ut, quamvis longo certamine, duraverint, vis incensa congeritur. Ita parati atque intenti hostium adventum opperiebantur. Carthaginienses, qui, si maturassent, omnia permixta turba trepidantium primo impetu oppressissent; perculti terrestribus cladibus, atque inde ne in mari quidem, ubi ipsi plus poterant, satis fidentes, de regni navigatione absumpto, sub occasum solis in portum (Rusicinona Afri vocant) classe appulere. postero die sub ortum solis instruxere ab alto naves, veluti ad justum prælium navale, & tamquam extructis contra Romanis. Quum diu steterint, postquam nihil moveri ab hostibus viderunt, tum demum onerarias aggrediuntur. Erat res minime certamini navali similis, proxime speciem muros oppugnantium navium. altitudine aliquantum onerariæ superabant: ex rostratis Pœni vana pleraque (utpote fugino jactu) tela in superiorem locum mittebant: gravior ac pondere ipso illisa vis forte quæ ex onerariis ictus erat. Speculatoriæ naves ac levia ipsi navigia, quæ sub constratis pontium per intervalla excurrebant, primo ipso tantum impetu ac magnitudine rostrarum obruebantur: deinde & propugnatoribus quos intermoverat, quod permixtæ cum hostium navibus inhibere sæpe tela cogebant; metu ne ambiguo ictu tuis inciderent: postremo asseres ferreo uncо præfixi (harpagonas vocat milites) ex Punicis navibus injici in Romanas conti. Quos quum neque ipsos, neque catenas, quibus sustinensi injiciebantur, incidere possent; ut quæque retro inhibita rostrata onerariam hærentem unco traherent, scindi videres vincula, quibus alia aliis innexa erat, seriem aliam simul pluium navium erabi. Hoc maxime modo lacerati sunt omnes pontes, & vix transilientibi in secundum ordinem navium spatium propugnatoribus datum est. Sex ferme onerariæ puppibus abstractæ Carthaginem sunt. major quam pro re lætitia, sed eo gratior, quod inter assiduas clades ac lacrimas unum quantumcunque ex inperato gaudium affulserat; cum eo, ut appareret haud procul exitio fuisse Romanam classem, ni cessatum a præfectis suarum navium foret, & Scipio in tempore subeniset.

Cap. XI. Per eosdem forte dies quum Lælius & Masinissa quintodecimo ferme die in Numidiam pervenissent; Masyliі regnum paternum Masinissæ lati, ut ad regendum desiderarum, concessere. Syphax, pulsis inde præfectis præsidiisque suis, vetere se continebat regno; neutiquam quietarius. Stimulabant regnum amor, uxor socerque: & ira viris equisque abundabat, ut subjectæ oculis regni per multos ferentis annos vires, etiam minus barbare atque imperiti animo spiritus possent facere. Igitur omnibus, qui bello apti erant, in unum coactis, equos, arma, tela dividit. equites in turmas, pedites in cohortes, sicut quondam ab Romanis centurionibus didicerat, distribuit. Exercitu haud minore, quam quem prius habuerat, caterum omni prope novo atque incondito, ire ad hostes pergit. Et castris in propinquo positis, primo pauci equites ex tuto speculantes ab stationibus progredi: inde jaculis summoti recurrere ad tuos: inde excursiones inceptare fieri, & quum pulsos indignatio accenderet, plures subire. quod irritamentum certaminum equestrium est, quum aut vincentibus spes, aut pullis ira aggregat suos. Ita tum à paucis prælio accenso, omnem utrimque postremo equitatum certaminis studium effudit. ac dum sinerum equestre prælium erat, multitudo Masæsylorum, ingentia agmina Syphace emittente, sustineri vix poterat: deinde, ut pedes Romanus repentino per turmas suas viam dantes intercursu stabilem aciem fecit, abterruitque effuse invehentem sese hostem; primo barbari feginius perferunt equos, deinde stare ac prope turbari nonnere pugnæ: postremo, non pedibi solum cedere, sed ne equitem quidem sustinere, pedi tis prælidio audentem. Jam signa quoque legionum appropinquabant. tum vero Masæsyli non modo primum impetum, sed ne conspectum quidem signorum atque armorum tulerunt: tantum seu memoria priorum cladium, seu præsens terror valuit.

Cap. XII. Ibi Syphax, dum obequitat hostium turmis; si pudore, si periculo suo fugam sistere posset, equo grassatur: icto effusus opprimitur, capiturque: & vivus (lætum ante omnes Masinissæ præbiturus spectaculum) ad Lælium perfrahitur. Cirtha caput regni Syphacis erat: eo se ingens hominum confulit vis. Cædes in eo prælio minor quam victoria fuit, quia equestri tantummodo prælio certarum fuerat. non plus quinque millia occisa, minus dimidium ejus hominum captum est; imperu in

caſtra fuſo, quo perculſa rege amiſſo multitudo ſe contulerat. Maſaniſſa *ſibi quidem*, dixere, *nihil adhuc in præſentia pulchrius quam victorem, recuperatum tanto poſt intervallo patrium invaſere regnum: ſed tam ſecundæ, quam adverſis rebus non dari ſpatium ad conſultandum. Si ſe Lælius cum equitatu victoque Syphace Carthaginem præcedere ſinat; trepida omnia metu ſe oppreſſurum Lælium cum præſidio ſuoſque motioris itineribus poſſe.* Aſſentiente Lælio progreſſus Cirtham, evocari ad colloquium principes Cirthentium jubet. Sed apud ignaros regis caſus, neque quæ adta eſſent promendo, nec minis, nec ſaniendo, ante valuit, quam rex vinctus in conſpectum datus eſt. Tum ad ſpectaculum tam fœdum comploratio orta: & partim pavore mœnia ſunt deſerta, partim repentino conſenſu gratiam apud victorem quærentium paſſe ſe portæ. Et Maſaniſſa præſidio cœtus portis oppoſitis nunquæ premium dimiſit, ne cui fuga pateret exitus, ad regiam accurrunt cuncto valli e vio. Intranti veſtibulum in ipſo limine Sophonisba uxor Syphacis, filia Aſdrubalis Pœni occurrit: & quum in medio agmine armatorum Maſaniſſam inſignem, quum armis tum cætero habitu, conſpexiſſet; regem eſſe (id quod erat) rata, genibus advoluta ejus: *Omnia quidem*, inquit, *ut poſſes in nos, Dii tibi dederunt, victuſque & felicitas tua. Sed ſi captivæ apud dominum vitæ precibus ſuis locum ſupplicum mitigare licet, ſi genua, ſi dextram attingere dextram, precor quæſoque per majeſtatem regiam, in qua paulo ante nos quoque fuimus, per gentis Numidarum nomen, quod tibi cum Syphace commune fuit, per hujuſce rei ſe Dios, qui te melioribus auſpiciis accipiant, quam Syphacem hinc miſerum; hinc nostrum ſupplici des, ut ipſe quodcunque fert animus, de captiva ſtatues, neque me in cujuſquam Romani ſuperbum ac crudelis arbitrium mittas ſinas. Si nihil aliud quam Syphacis uxor fuiſſem, tamen Numidæ atque in eadem mecum Africa geniti, quam alienigenæ & externi ſedum experiri malleon. Quid Carthaginienſi ab Romano, quid filiæ Aſdrubalis timendum ſit: vides. Si nulla alia re notes, morte me ut cunctos ab Romanorum arbitrio, eo obtecſoreque. Forma erat indolis & ſirentitiæ ætas. Paque quum modo dexteram ampleſtens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem expoſceret, propiuſque blandicias oratio eſſet, quam preces; non in miſericordiam modo prolapſus eſt animus victoris, ſed (ut eſt genus Numidarum in Venerem præceps) amore captivæ victor captus, data dextera in id quod petebatur obligando fidei in regium concedit. Inſtitit deinde reputare ſecum ipſe, quemadmodum promiſſi fidem præſtaret, quod quum expedire non poſſet; ab amore temerarium atque impudens mutuatur conſilium. Nuptias enim ipſum diem repente parari jubet, ne quid relinquerer integri aut Lælio, aut ipſi Scipioni confulendi velut in captivam, quæ Maſaniſſæ jam nupta foret. Factis nuptiis, ſupervenit Lælius: & adeo non diſſimulavit improbare ſe factum, ut primo etiam cum Syphace & cæteris captivis detractam eam toro genitali miſerit ad Scipionem conjunx ſit. victus deinde precibus Maſaniſſæ orantis, ut arbitrium, utrius regum duorum fortunæ acceſſio Sophoniſba eſſet, ad Scipionem rejiceret; miſſo Syphace & captivis, cæteras urbes Numidiæ, præſidiis regiis occupabantur, adjunctæ Maſaniſſi receptæ.

Cap. XIII. Syphacem in caſtra adduci, quum eſſet nunciatum, omnis velut ad ſpectaculum triumphi multitudo effuſa eſt. Præcedebat ipſe victus, ſequebatur grex nobilium Numidarum. Tum quantum quiſque plurimum poſſet, magnitudini Syphacis, famæ gentis victoriam ſuam augendo, addebat: *illum eſſe regem, cujus tantum majeſtati duo potentiſſimi in terris tribuerint populi, Romanus Carthaginienſiſque, ut Scipio imperator ſuus ad amicitiam ejus potendam, relicta provincia Hiſpania, ſit profectus, duabus quinquereminibus in Africam navigaverit: Aſdrubal, Pœnorum imperator, non ipſe modo ad eum in regnum venerit, ſed etiam filiam ei nuptum dederit. Habuiſſe eum tempore uno in poteſtate duos imperatores, Pœnum & Romanum. Sicut ab Dis immortalibus pars utraque hoſtiis mactandis pacem petiſſet, ita ab eo utrumque pariter amicitiam petitam. Jam tantas habuiſſe opes, ut Maſaniſſam regno puſſum eo regegerit; ut vita ejus, fama mortis, & latebris, ſerarium modo in ſilvas rapto ejus, ſervetur. His ſermonibus circumſtantium celebratis rex, in prætorium ad Scipionem eſt perductus. Movit & Scipionem quum fortuna pristina viri præſenti fortunæ collata. tum recordatio habiti dextræque datæ, & fœderis publici de privatim juncti. Eodem hinc & Syphaci animum dederunt in aliquando victore. nam quum Scipio, quid ſibi voluiſſet, quæreret, qui non ſolicitatem ſolum abnuiſſet Romanam, ſed ultro bellum intuliſſet; tum ille, *peccaſſe quidem ſe, atque infantiſſe fatebatur. ſed non tum*

quum demum, quum arma adversus populum Romanum capisset; eximum sui furoris fecisse, non principium. Tunc se intimisse, tum hospitia privata & publica sedesque omnia ex animo ejecisse, quum Carthaginiensem matrimonium donum acceperit. Illis nuptialibus facibus ardere contagrasse suam: illam furiam pestemque omnibus delinimentis animum suum avertisse atque alienasse: nec conquisisse, donec ipsa amicitia suis nefaria sibi arma adversus hostem atque amicum induerit. Peraite tandem, inquit, ejicite ex hoc in miseriis solatii esse, quod in omnium nominum inimicissimi sibi domum ac penates eandem pejem ac fortunam transire videat. neque prudentiorem, neque constantiorem Masanissam, quam Sophacem esse, etiam juventa incognitum, cerne fultus tius dum atque intemperantius eam quam se duxisse.

Cap. XIV. Haec non hostili modo odio, sed amoris etiam stimulis, amaram apud aemulum cernens, quum dixisset; non mediocri cura Scipionis animum pepulit. & fidem criminibus, raptae Scipione ante dotata nuptiae neque consulto neque expectato Lylio, faciebant: ramque praeceps festinatio, ut quo die capram hostem vidisset, eodem matrimonio junctam acciperet, & ad penates hostis sui nuptiale sacrum concreret. eo fecisse hanc inimicitiam Scipioni, quod ipsum in Hispania juvenem nullius forma pepulerat captivae. Haec secum voluranti Laelius ac Masanissa supervenerunt; quos quum pariter ambo & benigno vultu excepisset, & egregiis laudibus frequenti praetorio celebrasset; abeuntem ad cenam Masanissam hic alloquitur: *Aliquando, optime Masanissa, intuentem in me bona, & principio in Hispania ad jungendam mecum amicitiam venisse, & postea in Africa teipsum, postquam omnes tuas in fidem meam commisisse. Atqui nulla earum virtutes est, propter quas appendus tibi visus sim, qua eo aeque atque temperantia & continentia libidinum gloriatus fuerim. Hanc te quoque ad caeteras tuas eximias virtutes, Masanissa, adjecisse velim, non est, non. (mihi credas) tantum ab hostibus armisque tuis, postea periculum, quantum ab circumfusis undique voluptatibus. qui eas tua temperantia frenavit ac domuit, ne multo majus decus, majoremque victoriam tibi pepererit, quam nos Syphace victo habemus. Quae me absente frenare ac fortiter fecisti, libenter & commemoravi, & meminerit caetera teipsum reputare tecum, quam, me dicente, erubescere malo. Syphax populi Romani auspicio victus capitusque est. Itaque ipse, comitum, regnum, ager, oppida, homines, qui incolant, quicquid denique Syphacis fuit, praeda populi Romani est: & regem, conjugemque ejus, etiamsi non civis Carthaginiensis esset, etiam si non patrem ejus imperatorem hostium cadentem, Romani oporteret vinci, de Senatus populique Romani de ea judicium atque arbitrium esse: quae regem nobis fecium alienasse, atque in arma, esse praecipitem dicatur. Vince animum, carne deformes multa bona non vitio, sed ex aeriorum gratiam majore culpa quam causa citius ejicies, corumpes.*

Cap. XV. Masanissa haec audienti, non rubor solum suffusus, sed lacrymae etiam obortae: & quum, se quidem in potestate futurum imperatoris dixisset, orasseque eum, ut quamvum res ineret, fidei suae teneret obtinere consuleret, promisisse enim, esse in nullius potestatem eam traditurum, ex praetorio in tabernaculum suum confusis concessit. Ibi arbitris remotis, quum crebro suspiritu, & gemitu, quod facile ab circumstantibus tabernaculum exaudiri posset, aliquantum temporis consumpsisset; ingenti ad postremum edito gemitu, fidum e fervis vocat, sub cujus custodia regio more ad incerta fortunae venenum erat, & mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam jubet, ac simul nunciare: *Masanissam libenter se timuisse, & fidem praestaturum fuisse, quam vir uxori debuerit. Quoniam arbitrium ejus, qui possint, adimant, secundam fidem praestare, ne viva in potestatem Romanorum veniat. Memor patris imperatoris, patriaeque & duorum regum, quibus nupta fuisset: sibi ipsi consuleret.* Hunc nunciium ac simul venenum ferens, minister, quum ad Sophonisbam venisset, *Accipio*, inquit, *nuptiale munus; nec ingratum, si mihi majus vir uxori praestare potuit. Hoc tamen nuncia; melius me moriturum fuisse, si non in funere meo nupsissem.* non locuta est ferocius, quum acceptum poculum nullo trepidationis signo dato impavide hausit. Quod ubi nunciatum est Scipioni, ne quid aeger animi ferox juvenis gravius consuleret, accitum eum exemplo nunc falatur; nunc, quod temeritatem temeritate alia lnerit, tristioremque rem quam necesse fuerit, fecerit, leniter castigat. Poscero dic, ait, a praesenti motu averteret animum ejus, in tribunal ascendit & concionem advocari jussit. Ibi Masanissam primum regem appellatum, eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli, & purpurea eburneo, regia ritta, & palmata tunica donat. Addit verbis honorem,

Neque magnificentius quicquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus amplius eo ornatum esse, quo tunc omnium externarum rerum Masinissam populi Romani fecerat. L. Inde deinde, Scipionem collaudatum, aurea corona donat. Sc ahi militares viri, prout à quoque navata opera erat, donati. Iis honoribus militum segri animus erectus, usque in spem proximi quoque, filium Syphacc, omnis Numidiæ potiturum.

Cap. XVI. Scipio C. Lælio cum Syphace ablisque captivis Romam misso, cum quibus & Masinissæ legati profecti sunt, ipse ad Tunetam fluvium castra refert: & quæ munimenta inchoaverat, perfecit. Carthaginienses, non brevi etiam, sed prope vano gaudio, ab fatis prospera ea in præsens oppugnatione clades pertuli, post famam capti Syphacis, in quo plus prope, quam in Asdrubale atque exercitu tuo spei reponiebant, perculi, jam nullo anchore belli ultra audito oratores ad pacem petendam mittunt: frigentes feniorum principes. Id erat lanitius apud illos consilium, maximaque ad ipsum senatum regendum vis. Qui ubi in castra Romana & prætorium pervenerunt, more adulantium (accepto, credo, ritu ex regione, ex qua oriundi erant,) procidebaeunt. Conveniens oratio tam humili adulationi fuit, non culpam purgantium, sed transferentium infitium culpæ in Annibalem, impotentiæque ejus fautores. Venlam civitati perebant, civium temeritate bis jam ante everſæ, incolumi fortunæ iterum hoſtium beneficio. *Imperium ex victis hostibus populum Romanum, non perniciem petere. Paratis obedienter servire, quæ vellet, imperaret.* Scipio, *& veniſſe ea ſpe in Africam ſe ait, & ſpem ſuam prospero belli eventu auctam, victoriam ſe, non pacem, domum reportaturum esse: tamen quum victoriam prope in manibus habeat, pacem non abnuere, ut omnes gentes sciant, populum Romanum & ſuſcipere juſte bella, & finire. Leges pacis ſe has dicere. Captivos & perfugas, & ſugitivos reſtituat: exercitus ex Italia & Gallia deducant: Hiſpania abſtineant: inſulis omnibus, quæ inter Italiam & Africam ſitæ, decedant: naves longas, præter viginti, omnes tradant: tritici quingenta, hordei trecenta millia modium.* Pecuniæ ſummam quantam imperaverit, parum convenit. alibi quinque millia talentum, alibi quinque millia pondo argenti, alibi duplex tripondium millibus imperatum invenio. *His conditionibus*, inquit, *placeat ne pax, triduum ad conſultandum dabitur. Si placuerit, necum tuto ciſſe facile, Romam ad ſenatum mittere, patres.* Ita ſimilis Carthaginienſes, nullas recusandas conditiones pacis quum contuliſſent (quippe qui moram temporis quærerent, dum Annibal in Africam trajiceret) legatos almis ad Scipionem, ut inducias facerent, alios Romam ad pacem petendam mittunt; ducentos paucos in ſpeciem captivos, perfugaſque & fugitivos, quo impetrabilior pax eſſet.

Cap. XVII. Multis ante diebus Lælius, cum Syphace primoribusque Numidarum captivis, Romam venit: quæque in Africa gerebantur, omnia expoſuit ordine Patribus; ingenti omnium & in primis lætitia, & in ſummum ſpe. Conſulti inde Patres, Regem in cuſtodiam Albam mittendum cenſuerunt: Lælium retinendum, donec legati Carthaginienſes venirent. Snnollicatio in quartiduum decreta eſt. P. Ælius prætor ſenatu miſſo, & concione inde advocata, cum C. Lælio Rem ita decrevit. Ubi vero audientes, fuiſſe Carthaginienſium exercitus, deviſum & captum ingentis nominis regem, Numidiam omnem egregia victoria peregrinam; tacitum continere gaudium non poterant, quin clamoribus, quibuſque aliis multitudo ſoler, lætitiam immodicam ſignificarent. Itaque prætor extemplo edixit, *Uti æditui adeſ tracte omnes tota urbe aperirent, circumeundi, ſalutandique Deos agendique grates per totum diem populo poteſtas fieret.* Poſtero die legatos Maſaniſſæ in ſenatum introduxit. *Gratulari primum ſenatui ſiſunt, quod P. Scipio proſpere res in Africa geſſiſſet, deinde gratias egerunt, quod Maſaniſſam non appellaſſet modo regem, ſed feciſſet; reſtituendo in paternum regnum: in quo poſt Syphacem ſubalatum, ſi ita Patribus viſum eſſet, ſine metu & certamine eſſe regnaturus. Deha, quæ collaudatum pro concione, amplexus eſſet, deceſſiſſet domo, quibus ne indignus eſſet, & deſiſſe operam Maſaniſſam, & porro daturum eſſe. Petere, ut regium nomen, ceteraque Scipionis beneficia & munera, ſenatus decreto confirmaret: & ubi moleſtum eſſet, illud quoque petere Maſaniſſam, ut Numidas captivos, qui Romæ conſpexerint, remitteret. Id ſibi amplum apud populares futurum eſſe.* Ad ea reſponſum legatis: *Rerum geſtarum in Africa proſpere, communem ſibi cum rege gratulationem eſſe. Scipionem recte atque ordine videri feciſſe, quod eum regem appellaverit: & quicquid aliud fecerit, quod cordi foret Maſaniſſæ, ea Patres comprobare atque laudare.* Munera, quæ legati ferrent regi, decreverunt: ſagula pur-

purpurea duo cum fibulis aureis singulis, & lato clavo tunicis: & equos duo phaleratos: bina equestria arma cum loricis: & rabentacula, militaremque supellectilem, qualem praeberi consuli mos esset. Haec regi praetor mittere jussus. legatis in singulos dona ne minus quinum millium. comitibus eorum millium aeris: & vestimenta bina legatis, singula comitibus. Numidicique qui ex custodia emissi redderentur regi, ad hoc aedes, libera loca, lautia legatis decreta.

Cap. XVIII. Eadem aestate, qua haec decreta Romae, & in Africa gesta sunt, P. Quintilius Varus praetor, & M. Cornelius proconsul, in agro Insubrium Gallorum cum Magone Poenos signis collatis pugnarunt. Praetoris legiones in prima acie fuerunt: Cornelius suas in subsidiis tenuit; ipse ad prima signa equo advectus: proque duobus cornibus praetor ac proconsul milites ad inferenda in hostes signa summa hortabantur. Posteaquam nihil commovebant, cum Cornelio Quintilius: *Lentior, ut videor, sit pugna*, inquit, *& induratus praeter spem resistendo hostium timor: ac ne vertat in audaciam, periculum est. Equestrem procellam excitemus oportet, si turbare ac statu movere volumus. Itaque incitate, ad prima signa praetium sustine, ego inducam in pugnam equites: vel ego hic in prima acie rem geram, tu quamor legionum equites in hostem emitte.* Utram vellet praetor munieris partem proconsule accipiente, Quintilius praetor cum filio, cui Marcio praenomen erat, impigro juvene, ad equites pergit: jussoque ascendere in equos, repente in hostem emittit. Tumultum equestrem auxit clamor ab legionibus additus: nec stetisset hostium acies, ni Magonad primum equitum motum paratos elephantos extemplo in praelium induxisset. Ad quorum terrorem odoremque & adspectum territi equi, vanum equestre auxilium fecerunt, & ut permixtus, ubi cuspide uti & cominus gladio posset, roboris majoris Romanus eques erat; ita in ablatum paventibus procul equis melius ex intervallo Numidae jaculabantur. Simul & peditum legio duodecima, magna ex parte coesa, pudore magis quam viribus tenebat locum: nec diutius tenuisset, ni ex subsidiis tertiadecima legio in primam aciem inducta, praelium duorum expetisset, Magoque ex subsidiis Gallos integros legioni opposuisset. Quibus haud magno certamine fusis, haftati legionis undecimae conglobant sese, atque elephantos jam etiam peditum acies turbantes invadunt. in quos cum pila confertos conjecissent, nullo ferme fructu emisso, omnes retro in aciem suorum averterent: quatuor gravati vulneribus corruerunt. Tum primum connexi hostium acies; simul omnibus peditibus, ut acerbius videre elephantos, ad augendum pavorem ac tumultum efiuus. ied donec fletit ante signa Mago, gradum sentim referentes ordines, tenorem pugnae servabant; posteaquam femine transixo cadentem, auferrique ex praelio prope cernebam videre; extemplo in fugam omnes versi. Ad quinquemillia hostium eo die caesa, & signa militaria duo & viginti capta. Nec Romanis incruenta victoria fuit: duo millia & trecenti de exercitu praetoris, pars multo maxima ex legione duodecima amissi. inde & tribuni militum duo, M. Coelcnius, & M. Maenius: tertiadecimae quoque legionis, quae postremo praelio affuerat, Cn. Helvius tribunus militum in reitiruenda pugna occidit, & duo & viginti ferme equites illustres obtriti ab elephantis cum centurionibus aliquot perierunt: & longius certamen fuisset, ni vulnere ducis consecta victoria esset.

Cap. XIX. Mago proximae noctis silentio profectus, quantum pati viae per vulnus poterat, itineribus extentis, ad mare in Ligures Ingaunos pervenit. ibi cum legati ab Carthagine paucis ante diebus in finum Gallicum appulsis navibus adierunt, jubentes, primo quoque tempore in Africam traiicere. idem & fratrem ejus Annibalem (nam ad eum quoque isse legatos eadem jubentes) factum. Non in eo esse Carthaginienses res, ne Italiam atque Italiam armis obtineant. Mago, non imperio modo Senatus periculoque patriae motus, sed metuens eriam, ne victor hostis moranti instaret. Ligurefque ipti relinqui Italiam à Poenis cernentes, ad eos quorum mox in potestate futuri essent, deficerent, simul fperans leniorem in navigatione, quam in via jactationem vulnerisfore, & curationi omnia commodiora, impositis copiis in naves profectus, vixdum superata Sardinia, ex vulnere moritur: naves quoque aliquot Poenorum disiectae in alto à classe Romana, quae circa Sardiniam erat, capiuntur. Haec terra magisque in parte Italiae, quae jacet ad Alpes, gesta. Consul C. Servilius, nulla memorabili re in provincia Etruria, & Gallia (quoniam eo quoque processerat) gesta, patre C. Servilio, & Q. Lutatio patruo ex servitute post sextumdecimum annum recepris, qui ad vicum Tanetum à Boiis captî fuerant; hinc patre, hinc Catulo lateri circumdatis, privato magis quam publico decore insignis Romam redit. Latum ad populum est, *ne C. Servilio fraudi*

diesset, quod patres, qui sella curuli sedissent, vetuss, quum id honoraret, ringentis plebis atque æditia pietas iustisset, contra quam sanctum legibus erat. Hæc ingentiore perlata in prouinciam redijt. Ad Cn. Seruilium consulem, qui in Bruttiis erat. Confertæ, Vffugum, Verges, Bendice, Hercleulum, Sypheum, Argentanum, Clampetia, multisque aliis ignobilibus populi, senescente Punicum bellum, cernentes, desciscere. Eidem consul cum Annibale in agro Crotoniensi acie confixit. Obscura eius pugnæ fama est. Valerius Antias, quinaque millia hostium cæsa ait, quæ tanta res est, ut aut impudenter ficta sit, aut negligenter præterinissa. Nihil certe vltra rei in Italia ab Annibale gestum, nam ad eum nouique legati ab Carthagine, vocantes in Africam, iis fere diebus, quibus ad Magonem, venerunt.

Cap. XX. Prendens genensque ac vix lacrymis temperans, dixisse legatorum verba audisse pedemque edita sunt mandata: *Fessa non pecunia, inquit, Carthago bellum reposcit, neque, vetando suppeditum & pecuniam mitti, iampridem retrahebant. Vicit ergo diuinabam non populus Romanus totius cæsus fugatusque, sed senatus Carthaginensis obstructionis atque barbaliæ, neque hæc deformitate vestras mitt tam P. Scipio exercitus sit atque efferre ipse, quam Hannibal, qui nonum nostrum, quando alia re non potuit, ruina Carthaginis oppressit.* Iam hoc inum prælatens animo, præparaverat ante naves, iraque inutili militum turba præsidii specie in oppida Bruttii agri, quæ pauca magis metu, quam fide continebantur, diminuit, quod roboris in exercitu erat, in Africam transvexit: multis Italici generis (quia in Africam secutures abnuentes concesserant in Junonis Lacinie delubrum, inviolatum ad eam diem) in templo ipso fede interfectis. Raro quemquam alium partium exilii causa relinquentem, magis mœstum abisse ferunt, quam Annibalem hostium terra excedentem. Reflexisse sæpe Italiæ littora, & Deos hominesque accusantem, in se quoque ac suum ipsius caput execratum, *Quod non ceteorum ab Capenæ victoria militem Romam duxisset. Scipionem ire ad Carthaginem iussum, qui consul hostem in Italia Punum non vidisset. Se centum millibus armatorum ad Trasimenum & Cannas cæsis, circa Casilinum, Cumasque & Nolam consensisse.* Hæc accusans, querensque, ex diutina possessione Italiæ est deiectus.

Cap. XXI. Romam per eosdem dies, & Magonem & Annibalem profectos allatum est, cuius duplicis gratulationis minuit lætitiam, & quod parum duces in retinendis iis (quum id mandatum ab senatu esset) aut animi, aut virium habuisse videnantur, & quod bellicti quam, omni belli mole in unum ducem exercitumque inclinata, quo evaturæ esset res. Per eosdem dies legati Sagunitini venerunt, comprehensos cum pecunia adducentes Carthaginenses, qui ad conducenda auxilia in Hispaniam profecti, ducentum & quinquaginta aut eo, octingentum pondo argenti in vestibulo curiæ pependerunt. Hominibus acceptis, & in carcerem conditis, auro argentoque redditio, gratiæ legatis actæ: atque insuper munera data ac naves, quibus in Hispaniam reverterentur. Mensio deinde ab senioribus fabia est; *Sagunti homines bona quam mali sentire. Transitu in Italiam Annibalis, quantum terroris parsorijque, sese meminisse, quas deinde clades, quos luctus incalisse? Vita castra hostium è mœnibus videre, quæ cuiusque finitorum, uniuersi ciuitatis fuisse? quotes in concilijs voces, mouere ad vetum porrigentium auditas: Eu unquam illæ dies futurus esset, quo vacuum hostibus Italiam bona pace florentem cernere? Desisse tandem id Deos fecondectimo demum anno? nec esse qui Diis gratias agere conspicant. Adeo ne adeuentem quidam gratiam homines hominesque accipere; nedum ut præterire satis memores sint.* Conclamatum deinde ex omni parte curiæ est, uti referret P. Ælius prætor: decretumque, ut quinque dies circa omnia pulvinaria supplicaretur, victimæque majores immolarentur centum viginti. Iam dimisso Lælio, legatisque Maliniffe, quum Carthaginiensium legatos de pace ad senatum venientes Puteolis vios, inde terra venturos allarum esset; revocari C. Lælium placuit, ut coram eo de pace ageretur. Q. Fulvius Gillo, legatus Sulpitianis, Carthaginenses Romam adduxit: quibus vetiris ingredi urbem, hospitium in villa publica, senatus ad ædem bellonæ datus est.

Cap. XXII. Orationem eandem ferme, quam apud Scipionem, habuerunt; culpam omnem belli à publico crudelio in Annibalem vertentes. *Eum iniussu senatus non Alpes modo, sed Iberum quoque transgressum: nec Romanis solum, sed ante etiam Saguntinis, primato consilio bellum intulisse. Senatui ac populo Carthaginiensi fi quis vere æstimet, fædus ad eum diem sanctissimum esse cum Romanis. Itaque nihil aliud sibi mandatum esse uti petarent, quam ut in ea pace, quæ postremo cum consule Lutatio facta esset, manere liceret.* Quum, more tradito, Parribus poteltatem interro-gan-

gandi, si quis quid vellet, legatos prætor feciſſet: ſenioresque qui ſuaderibus interfuerant, alia alii interrogarent, nec meminiſſe per ætatem (etenim omnes ferme juvenes erant) dicerent legati; conclamatum ex omni parte curiæ eſt, Punica fraude electos, qui veterem pacem reperirent, cujus ipſi non meminiſſent.

Cap. XXIII. Emotis deinde curia legatis, ſententiæ interrogari cœpere. M. Livius C. Servilium conſulem, qui propior eſſet, arceſſendum, ut coram eo de pace ageretur, cenſebat. quum de re majore quam quanta ea eſſet, conſultando incidere non poſſet; non videri ſibi abſente conſulum altero, amboſve, eam rem agi, ſatis ex dignitate populi Romani eſſe. Q. Merellus, qui triennio ante conſul, dictatorque fuerat, *Quum P. Scipio cædendo exercitus, agros populatus, in eam neceſſitatem compuliſſet hoſtes, ut ſupplices pacem peterent; & nemo omnium verius exiſtimare poſſet, qua mente ea pax peteretur, quam is, qui ante portas Carthaginis bellum gereret; nullius alterius conſilii quam Scipionis acceptandam, abnuendamve pacem eſſe.* M. Valerius Lævinus, qui bis conſul fuerat, *Speculatores, non legatos veniſſe* arguebat: *jubensque ex Italia excedere, & cuſtodes cum iis uſq; ad naves mittendos: Scipioniſque ſcribendum, ne bellum remitteret.* Lelius Fulviſque adjecerunt: *Et Scipionem in eo poſitum habere ſe ſtem pacis, ſi Annibal & Magoo Italia non revocarentur. Omnia ſimulaturos Carthaginienſes, duces exercituſque expectantes. deinde, quamvis recentium fœderum & Deorum omnium oblitos, bellum inferturos.* Nihil inquit Lævini ſententiam diſceſſum. Legati pace infecta, ac prope fine reſponſo, dimiſi.

Cap. XXIV. Per eos dies Cn. Servilius conſul, haud dubius quin pacatæ Italiæ penes ſe gloria eſſet, veriſ pulſum ab ſe Annibalem perſequens, in Siciliam, inde in Africam tranſiturus, proficiſcitur. Quod ubi Romæ vulgatum eſt, primo conſulere Patres, ut prætor ſcriberet conſuli, Senatum æquum cenſere in Italiam reverti eum: deinde quum prætor, ſpreturum eum literas ſuas, diceret; dictator ad idipſum creatus P. Sulpicius, pro jure majoris imperii conſulem in Italiam revocavit: reliquum anni, cum M. Servilio magiſtro equitum, circumeundis Italiæ urbibus, quæ bello alienatæ fuerant, neſcendiſque ſingularum cauſis, conſumpſit. Per id quiciem tempus, & ex Sardinia ab Lentulo prætore centum onerariæ naves, cum commeatu & viginti roſtratarum præſidio, & ab hoſte & ab tempeſtatibus mari tuto, in Africam tranſmiſerunt. Cn. Octavius ducem onerariis, triginta longis navibus ex Sicilia trajicienti, non eadem fortuna fuit. in conſpectum ferme Africæ profpero curſu vectum, primo deſtituit ventus, deinde verſus in Africum turbavit, ac paſſim naves diſjecit. Inde cum ſubtraxit, per adverſos fluctus ingenti remigum labore enixus, Apollinis promontorium tenuit. onerariæ pars maxima ad Ægimurum (inſula ea finum ab alto claudit, in quo ſita Carthago eſt, triginta ferme millia ab urbe) aliæ adverſus urbem ipſam ad Calidas Aquas delatæ ſunt, triennia in conſpectu Carthaginis erant. itaque ex tota urbe in forum concurſum eſt. Magiſtratus Senatum vocare, populus in curiæ veſtibulo fremere, ne tanta ex oculis manibuſque amitteretur præda. Quum quidam paucis petitæ, alii induciarum, nondum enim dies exierat) fidem opponerent; permixtoque pene ſenatus populique concilio, conſenſum eſt, ut claſſe quinquaginta navium Adrubal Ægimurum trajiceret: inde per littora portuſque diſperſas Romanas naves colligeret. Deſertæ fuga nautarum, primum ab Ægimuro, dein ab Aquis onerariæ, Carthaginem puppibus tractæ ſunt.

Cap. XXV. Nondum reverterant ab Roma legati, neque ſciebatur quæ ſenatus Romani de bello, aut pace ſententia eſſet, necdum inducias dies exierat: eo indigniorem injuriam cuius Scipio, ab iis qui petiſſent pacem & inducias, & ſpem pacis & fidem induciarum violarum eſſe; legatos Carthaginem, M. Bæbium, L. Sergium, L. Fabium, exemplo miſit. qui quum multitudinis concurſu prope violati eſſent, nec reditum turiorem futurum cernerent; perterrunt à magiſtratibus, quorum auxilio vis prohibita erat, ut naves mitterent, quæ ſe proſequerentur. Datæ triremes duæ, quum ad Bagradam flumen pervenſſent, unde caſtra Romana conſpiciebantur, Carthaginem redíere. Claſſis Punica ad Uticam ſtationem habebat. ex ea tres quadriremes proclam miſſo à Carthagine nuncio urſi fierent, ſeu Adrubale, qui claſſi præerat, ſine publica fraude auſo facinus, quinqueremem Romanam ſuperantem promontorium ex alto repente aggreſſæ ſunt, ſed neque noſtro ferire celeritate liberabantur poterant, neque tranſilire armati ex humiliioribus in altiorem navem: & defendebatur egregie, quoad tela ſuppeditarunt. quis deficientibus, quum jam nulla alia res eam quam prominquitas terræ, multitudoque à caſtris in littus effuſa, tueri potuiſſet; concitatam remis quinque-

maximo impetu poterant, in terram quum immisissent, navis tantum lactura facta, incolumes ipsi evaserunt. Ira alio super aliud scelere quum haud dubie inducias ruptas essent, Lælius Fulvinique ab Roma cum legatis Carthaginiensibus supervenissent, quibus Scipio, *Ex non indictarum modo fide à Carthaginiensibus, sed etiam jus gentium in legatis violatum esse? tamen se nihil nec institutis populi Romani nec fas nefarium indictum in iis factumve esse*, quum dixisset, legatis dimissis bellum parabat. Annibali jam terræ aperopin quanti, justus e nauticis ecendere in malum, ut speculatetur quam tenerent regionem, quum dixisset, sepulchrum dirurum prorum spectare, abominatus, præterveni justo gubernatore, ad Lepsim appulit classem, atque ibi copias exposuit.

Cap. XXVI. Hæc eo anno in Africa gesta. Insequentia exceduut in eum annum, quo M. Servilius Geminus, qui tum magister equitum erat, & Ti. Claudius Nero, consules facti sunt. Cæterum exitu superioris anni quum legati Iociarum urbium ex Græcia questi essent, vastatos agros ab regio pacatisque profectosque in Macedoniam legatos ad res repetendas, non admisso ad Philippum regem: simul nunciarent, quatuor millia militum cum Sopatro duce trajecta in Africam dici, ut essent Carthaginiensibus præsidio, & pecuniæ aliquantum una missum: legatos ad regem, qui hæc adverbis fœdus facta videri Patribus nunciarent; mitrendos censuit senatus. Missi C. Terentius Varro, C. Mamilius, M. Aurelius. Iis tres quinqueremes datæ. Annus integris incendio ingenti, quo clivus Publicius ad fanum exultus est, & acervorum magnitudine, fed non magna vilitas fuit: præterquam quod pace omnis Italia erat aperta, etiam quod magnam vim frumenti ex Hispania vexit M. Valerius Falto, & M. Fabius Buteo ædiles curules quaternis aris vicatim positis delectipatuit. Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactæ ætatis; iniquidem verum est, augurem duos & sexaginta annos fuisse: quod quidam auctores sunt. Vir certe fuit dignus tanto cognomine, vel si novum ab eo incipere. Superavit paternos honores, duos magistr. Iurium victoriis, & magnibus prelibus duos indignis Rullus: ita omnia æquare unus hostis Annibal potest. Cautior tamen quam promptior hic habitus fuit: & sicut duntes, utrum ingenio cunctator fuerit, an quia ira bello propriæ, quod tum gerebatur, natum erat, hic quod certius est, quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait. Augur in locum ejus inauguratus Q. Fabius Maximus filius: in ejusdem locum pontifex (nam duo facerdotia habuit) Ser. Sulpicius Galba. Ludi Romani diem unum, plebeii ter tori instaurati ab ædilibus, M. Sextio Sabino, & C. Tremellio Flacco. Ii ambo prætores facti, & cum iis C. Livius Salinator, & C. Aurelius Cotta. Comitia ejus anni, utrum C. Servilius consul habuerit, an quia eum res in Etruria tenuerint, quæstiones ex senatus consulto de conjurationibus principum habentem, dictator ab eo dictus P. Sulpicius, incertum ut sit, diversi auctores faciunt.

Cap. XXVII. Principio insequentis anni, M. Servilius, Ti. Claudius, senatu in Capitolium vocato, de provinciis retulerunt, Italiam atque Africam in sortem conjici, Africam ambo cupientes, volebant. cæterum Q. Mavello maxime annitente, neque dara, neque negata est Africa. Consules justi cum tribunis plebis agere, ut si iis videretur, populum rogarent, quem vellet in Africa bellum gerere. Omnes tribus P. Scipionem jusserunt. nihilominus consules provinciam Africam (ita enim senatus decreverat) in sortem conjecerunt. Ti. Claudio Africa evenit, ut quinquaginta navium classem, omnes quinqueremes, in Africam trajiceret, parique imperio cum Scipione imperator esset. M. Servilius Etruriam fortitus. in eadem provincia & C. Servilio prorogatum imperium, ut consulem manere ad urbem senatui placuisset. Prætores, M. Sextius Galliam est sortitus, ut duas legiones provinciamque traderet ei P. Quintilius Varus: C. Livius Bruttios cum duabus legionibus, quibus P. Sempronius proconsul prior anno præfuerat: M. Tremellius Scillam, ut ab P. Villio Tappulo Prætore prioris anni provinciam & duas legiones acciperet; Villius proprætor viginti navibus longis, militibus mille, oram Siciliæ tuaretur: inde M. Pomponius, viginti navibus reliquis, mille & quingentos milites Romam deportaret. C. Aurelio Cottæ urbana evenit. cæteris ira, uti quisque obtinebant provincias exercitusque, prorogata imperia. Sexdecim non amplius eo anno legionibus defensum imperium est. Et ut placatis Diis omnia inciperent agerentque, ludos quos M. Claudio Marcello, P. Quintilio Consulibus, T. Manlius dictator, qualique hostias majores voverat, si per quinquennium illud respublica eodem statu fuisset, ut eos ludos consules, priusquam ad bellum proficiscerentur, facerent. Ludi in circo per quatriduum facti: hostiaque, quibus vota erant Diis, cæsa.

Cap.

Cap. XXVIII. Inter hæc simul spes, simul cura indies creicebat: nec fatis certum conitare apud animum poterat, utrum gaudio dignum eſſet, Annibalem, poſt textum decimum annum, ex Italia decedentem, vacuum poſſeſſionem ejus reliquiſſe populo Romano, an magis metuendum, quod incolumi exercitu in Africam tranſiſſet. *Locum nimirum non periculum mutavum, cujus tantæ admirationis olatem qui nuper diſceſſiſſet.* Q. *Fabium haud fruſtra cauere ſolitum; præviſorem in ſua terra futurum hoſtem Annibalem, quam in aliena fuiſſet. nec Scipioni aut cum Syphace inconſulte barbarie rege, cui Statorius ſemiſtxa ducere exercitus ſolitus ſit, aut cum ſocero ejus Aſdrubale, fugaciſſimo duce, rem futuram, aut tumultuariis exercitibus cum aptiſſimum ſeniorem turba ſubito collectis: ſed cum Annibale, prope nato in prætorio patris fortiſſimi ducis, alito atque educato inter arma; puero quondam milite, nix dum juvene imperatore: qui ſe pene vincendo factus, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiam ab Alpibus ad fretum monumentis ingentium rerum compleſſet, ducere exercitum æqualem ſtipendiis ſuis; duratum omnium rerum patientia, quas vires fides fiat homines paſſos: perfuſum millies cruore Romano: exuvias non militum tantum, ſed etiam imperatorum portantem. Multos occurſuros Scipioni in acie, qui præterires, aut imperatores qui conſules Romanos ſua manu occidiſſent, muralibus vallariisque inſignes coronis, perangates captа caſtra, captas urbes Romanas. Non eſſe hodie tot faſces magiſtratibus populi Romani, quot captos ex cæde imperatorum præferre poſſet Annibal.* Has formidines agitando animis, ipſi curas & metus augebant etiam, quod quum aſſueſſent per aliquot annos bellum ante oculos aliis atque aliis in Italiæ partibus lenta ſpe, in nullum propiaquum debellandi ſpem gerere, erexerant omnium animos Scipio & Annibal, veluti ad ſupremum certamen comparati duces. Ii quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, & victoriæ ſpes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, eo curæ intentiores erant. Haud diſpar habitus animorum Carthaginenſibus erat, quos, modo, petiſſe pacem invenerat Annibalem ac rerum geſtarum ejus magnitudinem, pœnitebat; modo, quum reſpicerent, bis ſeſe acie victos, Syphacem captum, pulſos ſe Hiſpania, pulſos Italia, atque ea omnia unius virtute & conſilio Scipionis fama, velut fatalem cum ducem in exitium ſuum natum, horrebant.

Cap. XXIX. Jam Adrumetum pervenerat Annibal. unde ad reciendum ex lactatione maritima militem, paucis diebus ſumptis, excitus pavidis nunciis, omnia circa Carthaginem obtinere armis, aſſerentium, magnis itineribus Zamam contendit. Zama quinque dierum iter ab Carthagine abeſt. inde præmiſſi ſpeculatores, quum excepti a cuſtodibus Romanis deducti ad Scipionem eſſent; traditos eos tribunis militum, juſſoſque omiſſo metu viſere omnia, per caſtra, qua vellent circumduci; ſubit: permanctarusque, ſatin' per commodum omnia exploraſſent, datis qui proſequerentur, retro ad Annibalem dimiſit. Annibal nihil quidem eorum quæ nunciabantur (nam Mataniſſam cum ſex millibus peditum, quatuor equitum veniſſe, eo ipſo forte die, afferebant) læto animo audivit; maxime hoſtis fiducia, quæ non de nihilo profecto concepta eſt, perculſus. Itaque, quamquam & ipſe cauſſa belli erat, & adventu ſuo rurſus averat & pactas inducias, & ſpem fœderum; tamen, ſi integer, quam ſi victus peteret pacem, æquiora impetrari poſſe ratus, nuncium ad Scipionem miſit, ut colloquendi ſecum poteſtatem faceret. Id utrum ſua ſponte fecerit, an publico conſilio; neutrum cur affirmem habeo. Valerius Antias, primo prælio victum eum à Scipione, quo duodecim millia armatorum in acie funt cæſa, mille & ſeptingenti capti: legatum cum aliis decem legatis tradit in caſtra ad Scipionem veniſſe. Cæterum Scipio quum colloquium haud abnuiſſet, ambo ex compoſito duces caſtra protulerunt, ut coire ex propinquo poſſent. Scipio haud procul Nadagara urbe, tumulo cæteraloco superiore, tum quod aquatio intra teli conjectum erat, conſedit. Annibal tumulum à quatuor millibus inde, tutum commodumque alioqui, niſi quod longinquæ aquationis erat, cepit. ibi in medio locus conſpectus undique, nequid inſidiarum eſſet, delectus.

Cap. XXX. Summotis pari ſpatio armatis, cum ſinguiis interpretibus congreſſi ſunt, non ſine modo ætatis maximi duces, ſed omnis ante ſe memoriæ, omnium gentium cuilibet regum imperatorumve pares. Pauliper alter alterius conſpectu, admiratione mutua prope attoniti mutierunt. Tum Annibal prior, *Si hoc ita fato actum erat, ut ad primus bellum tantis populo Romano, quique toties propriis manibus victoriam hauſi, is ultro ad pacem petendam venirem; lator tamen forte poſtulatorum datum, à quo peterem. Hinc quoque fortunæ ſatis egregia non in ultimis laudatum hoc fuerit, Annibalem, cui tot de*

Romanis ducibus victoriam Dii dedissent, tibi cessisse: teque huic bello, veluti prius quam nostris clarissimis insigni, finem imposuisse. Hoc quoque lustrorum casus celaverit fortuna, ut cum patre tuo consule coeperis arma, cum eodem primum Romano imperatore signa contuleris; ad filium eius inermis ad pacem petendam veniam. Optimum quidem fuerat, cum patribus nostris mentem datam ab Diis esse, ut & vos Italiae & nos Africae imperio contenti essemus: neque enim ne nobis quidem Sicilia ac Sardinia satis aliena pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tam egregiis amissis ducibus. Sed, praeterita magis reprehendi possunt quam corrigi. Ita alienas appetivimus, ut de nostris dimicaremus, nec in Italia solum nobis bellum, nobis in Africa effet: sed & ego in patris vestris prope ac manibus signa arripiam hostium videris; & nos ab Carthagine fremitum castrorum Romanorum exaudimus. Quod igitur nos maxime abominaremur, vos ante omnia optaretis: in meliore vestra fortuna de pace actum: animum ei, quorum & nos interest pacem esse, & qui quodcumque agentibus, natum civitatibus nostris haberi a fint. animo tanum nobis omne est non abhorrente a quietis consiliis. Quod ad me attinet; jam dudum, senem in patriam reverten-tem unde puer profectus sum, jam fecundae, jam adverfae res a pugnando dimovent, ut rationem sequi quam fortunam malim. Iuam & adolescentiam, & perpetuam felicitatem ferociora utraque, quam quietis opus est consiliis, metuo. Non temere incerta casuum reputat, quam fortuna suo quam beatior. Quod ego tibi ad Thrasymenum, ad Cannas, id tu hodie es. Vis dum militari erate imperio accepto omnia audaci fione incipientem nullarum fefellit fortuna. Patris & patrui perfecutus mortem, ab calamitate ve-strae domus deos insi ne virtutis gratiaque eximie capiti: amissis filiorum recipe tibi, quatuor inde Punicis exercitibus pulsis; consul creatus, quam caeteris ad iuandam Italiam parum animi effet, transfossus in Africam, duobus hic exercitibus caesis. Vale eadem hora capsis simul inconsisque castris, Syphace potentissimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri imperii erepta, me sextum decimum jam annum hoerentem in possessione Italiae detraxisti. Potest victoriam malle quam pacem, animus. Novi vobis spiritus magnos meos quam utiles: & mihi talis aliquando fortunae affluxit. Quod si in secundis rebus, bonam quoque mentem darent Dii; non ea solum quae evasissent, sed etiam ea, quae evenire possent, reputaremus. Ut omnium oblivifcaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum. Quem modo castris inter Anienem atque urbem ingressum positus, ac jam prope scandentem moenia Romae videras; hic cernis, duabus fortissimis viris fratribus clarissimis imperatoribus orbatum, ante moenia prope obsessae patriae, quibus terrui vestram urbem, ea pro mea deprecantem. Maximae cuique fortunae minime credendum est. In bonis tuis rebus, nostris auxiliis, tibi ampla ac speciosa dantur est pax: nobis potentibus magis necessaria, quam bonesta. Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria. haec in tua, illa in Deorum manu est. Ne tot annorum felicitatem, in unius horae dederim discrimen. Quem tuis vires, tum vim fortunae, Martemque belli communem, propone animo. Utrimque ferrum, corpora humana erunt. utique minus quam in bello certamis respondent. Non tantum ea id quod datur pace jam habes potes, si praelio vincas, gloriae accessit, quantum adempsis. si quid adverfi evenisset. Simul partis ac spectata decora unius horae fortuna evertere potest. Omnia in pace jungenda tuae potestatis sunt. P. Cornelii: tunc ea habenas fortuna est quam Dii dederint. Inter pauca felicitatis virtutisque exempla Scipiones extendam: nec eadem terra fuisset, si victor pacem potentibus dedisset patribus nostris: sed non statuendo tandem felicitati modum, nec coniunctio efferentem se fortunam, quanto altius elatus erat eo foedius corruit. Est quidem eius, qui dat, non qui petit, conditionem decore pacis: sed forsitan non indigni simus, qui nobilimetipsis multam invocemus. Non recusamus, quin omnia, propter quae bellum initum est, vestra sint; Sicilia Sardinia, Hispania; quicquid insularum toto inter Africam Italiamque continetur mari. Carthaginenses, inclusi Africae littoribus, nos (quando ita Dijs placuit) externa etiam terra marique videamus regentes imperia. Haud negaverim, propter non nimis sincere petitam aut expectatam nuper pacem, suspectam esse vobis Punicam fidem. multum per quos petita sit, ad fidem tuendae pacis pertinet, Scipio. Vestri quoque (ut audio) Patres nonnihil etiam ob hoc, quia parum alienarat in legatione erat, negarunt pacem. Arridet peto pacem: qui neque petierunt nisi utilem eandemque & propter eandem utilitatem timebor eam, propter quam petit.

petii. & quemadmodum, quia à me bellum captum est, ne quem ejus pœniteret, quòd ipsi invidere Dei, propitii tùa amnitte, ne quem pacis pœniteat.

Cap. XXXI. Adversus hæc imperator Romanus in hanc fere sententiam respondit. *Non me fallebat, Annibal, adventus tui spe Carthaginenses & præsentem insitiandum fidem, & spem pacis turbasse, neque id sine dissimulatione, qui de conditionibus superioris pacis omnia subtrahas, præter ea, quæ jampridem in nostra potestate sunt. Cæterum sicut tibi cura est, sentire cives tuos, quanto per te omne leventur: sic mihi laborandum est, ne quæ tunc peteremus, hodie jubenda ex conditionibus pacis præmia perfidiæ habeant. Intigni, quibus eadem paterat contitio, ut etiam profit vobis fraus, petitis. Neque parres nostri priores de Sicilia, neque nos de Hispania fecimus bellum. & tunc Mamertinum factiosum periculum, & tunc Saguntì exstitit fortuna regis justa inducerunt arma. Vos lacessisse, & tu ipse fateris & Dii testes sint: qui ex illius belli exitu locundum jus fasque dederunt, & hujus dant & dabunt. Quod ad me attinet, & humanæ infirmitatis memini, & casus fortunæ rerum, & omnia quæcumque acciunt, subjecta esse mille casibus scio. Cæterum quemadmodum superbe, & violenter me fatuer facere, si priusquam in Africam trajecissem, de tua voluntate eadentem Italia & imposito in navem exercitu ipsum mentionem de pacem petendam deformaver: sic nunc, quum prope manu conserta restituatem ac tergiversantem in Africam attraxerim, nulla sum tibi verecundia obstrictus. Proinde si quid ad ea, in quæ tum pax conventura videbatur (tua sint, nosti:) mutata natura cum commissis, & inutilias expuenatarum, legatorumque violatorum addictur; est apud reseram ad consilium. Sin illa quoque gravi videantur, bellum paratè, quotidiam pacem pati non potuisti.* Ita lassata pace, ex colloquio ad suos quum se recepisset; fustra verba jactura renunciant. armis decernendum esse, habendamque eam fortunam, quam Dii dedissent.

Cap. XXXII. In castra ut ventum, pronunciant ambo. *Arma expedirent milites, animosque ad supremum certamen, non in unum diem, sed in perpetuum, si felicitas adesset, victores. Roma an Carthago jura gentibus darent, ante crastinum noctem scituros neque enim Africam, aut Italiam, sed orbem terrarum victoriæ præmium fore; par periculum præmio, quibus adversa pugnæ fortuna fuisset.* nam neque Romanis effugium ullum patebat in alienis ignotaque terra: & Carthaginì supremo auxilio etiam adesse videbatur præsens excidium. Ad hæc diferimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus; multa ante parta decora, aut cumulaturi eo die aut everturi. Anceps igitur spes & merus miscebam animos: contemolantibusque, modo suam, modo hostium aciem, quum oculis magis quam ratione pensarent vires, simul læta, simul tristia obverfabantur. quæ ipsis sua sponte nec fuccurrebant, ea duces admonendo atque hortando subiiciunt. Postus, sedecim annorum in terra Italia res gestas, tot duces Romanos, tot exercitus occidione occilos; & sua culque decora, ubi ad insignem alicujus pugnæ memoria militem venerat, referebat. Scipio, Hispanias, & recentia in Africa prælia, & confli-gendi hostium: quod neque non petere pacem propter metum, neque manere in ea præ insita animis perfidia potuissent. ad hæc, colloquium Annibalis in secreto habitum, ac liberum fingenti, qua velit flectit. *Umbratur, quibus quondam auspiciis patres eorum pugnaverint ad Æsopeis finibus, et illis auspiciis in acie portendisse Deos, adesse finem belli, ac litoris. In manibus esse prædam Carthaginis, reditum domum in patriam, ad parentes, liberos, conjuges, penatesque Deos.* celsus hæc corpore, vultuque ita lætus, ut victis jam videres, dicebat. Instruit deinde primos hastatos; post eos principes: triarios postremam aciem claudit.

Cap. XXXIII. Non confertas autem cohortes ante sua quamque signa instruebat, fed manipulos aliquantum inter se distantes, ut eliet spatium, quo elephanti horroribus accepti nihil ordines turbarent. Ludius (cujus ante legati, eo anno quæstoris extra sortem ex senatusconsulto opera utebatur) cum Italico equitatu ab finistro cornu, Masanissa Numidaque ab dextro opposiit. vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus (ea tunc levis armatura erat) complevit. dato præcepto, ut, ad imperum elephantorum, aut post rectos refugerent ordines, aut in dextram lævamque diffcurfu applicantes se antesignanis, viam, qua irruerent in incipita tela, belluis darent. Annibal ad terrorem primum elephantos (octoginta autem erant, quor nulla umquam in acie ante habuerat) instruxit: deinde auxilia Ligurum, Gallorumque, Balearibus, Maurisque admixtis, in se-

fecunda acie Carthaginienſes Afrofque, & Macedonum legionem; modico inde intervallo relicto ſubdiariam aciem Italicorum militum (Bruttii plerique erant, vi ac neceſſitate plures quam ſuæ voluntate dilecdentem ex Italia ſecuti) inſtruxit. Equitatum etiam ipſum circumdedit cornibus: dextrum Carthaginienſes, ſiniſtrum Numidæ tenuerunt. Varia adhortatio erat in exercitu inter tot homines; quibus non lingua, non mores, non lex, non arma, non veſtitus habituſque, non cauſſa militandi eadem eſſet. Auxiliaribus, & prædæ ſtudentibus, & multiplicata mercis ex præda oſtentatur. *Galli proprio atque inito in Romanos odio accenduntur. Liguribus cumpi uberes lætiæ, deductis ex agerrimis montibus, in hoc victoriæ oſtentantur. Mauros Numidaſque impetent Maſaniſſæ futuri dominatus terret. Adiis alibi ſpes ac metus faciantur. Carthaginienſibus nunia patrii, Dii penates, ſepulcra maiorum, liberi cum parentibus, conjuges paridæ, aut excidium ſervitiumque, aut imperium orbis terrarum; nihil aut in medium, aut in jhem medium oſtenditur.* Quum maxime hæc imperator apud Carthaginienſes, duces ſuarum gentium inter populares, plerique per interpretes inter inimixtos alienigenis, agerent, tubæ cornuaque ab Romanis cecinerunt: tantusque clamor ortus, ut elephanti in ſuos, ſiniſtro maxime cornu, verterentur; Mauros ac Numidas. Addidit facile Maſaniſſa perculſis terrorem, nudavitque ab ea parte aciem equeſtri auxilio. Paucæ tamen beſtiarum intrepidæ in hoſtem actæ, inter velitum ordines cum multis fuis vulneribus ingentem ſtragem edebant, retilientes enim ad manipulos velites, quum viam elephantis ne obterrerentur, feciſſent; in eos ancipites ad ictum utrimque conjiciebant haſtas: nec pila ab anteſignanis ceſſabant; donec undique incidentibus telis exacti ex Romana acie, hi quoque in ſuo dextro cornu ipſos Carthaginienſium equites in fugam verterunt. Lælius, ut turbatos vidit hoſtes, addit perculſis terrorem.

Cap. XXXIV. Utrimque equite nudata erat Punica acies; quum pedes concurrit, nec ſpe, nec viribus jam par. ad hoc, dicta parva, ſed magni eadem in re gerenda momenti res; congruens clamor à Romanis eoque major & terribilior; diſſonæ illis, ut gentium multarum diffcrepantibus linguis, voces. pugna Romana ſtabilis, & ſuo & armorum pondere incumbentium in hoſtem: concurſatio & velocitas illinc major, quam vis. Igitur primo impetu exemplo movere loco hoſtium aciem Romani, ala deinde & unibonibus pulſantes, in ſummotos gradu illato, aliquantum ſparſi, velut nullo reſiſtente, inceſſere, urgentibus & noviſimis primos, ut ſemel motam aciem ſenſere; quod ipſum vim magnam ad pellendum hoſtem addebat. Apud hoſtes, auxiliareis cedenteis fecunda acies Afri & Carthaginienſes adeo non ſuſtinebant, ut contra etiam, ne reſiſtentes pertinaciter primos cædendo ad ſe perveniret hoſtis, pedem referrent. Igitur auxiliares terga dant repente: & in ſuos verſi, partim reppere in ſecundam aciem, partim non recipientes cædere: uti paulo ante non adjuti, & tunc exciuti. Et prope duo jam permixta prælia erant, quum Carthaginienſes timul cum hoſtibus, timul cum ſuis cogerentur conſerere manus. non tamen ita perculſos tranſoſque in aciem acceperi, ſed denſatis ordinibus, in cornua, vacuumque circa campum extra prælium ejecere, ne pavidos fuga, vulneribuſque milites, in certam & integram aciem miſcerent. Cæterum tanta ſtrages hominum armorumque, locum, in quo ſteterant paulo ante auxiliares, compleverat, ut propter difficilior tranſitus eſſet, quam per confertos hoſtes fuerat. itaque qui primi erant haſtati, per cumulos corporum armorumque, & tabem ſanguinis, qua quiſque poterat, ſequentes hoſtem, & ſigna & ordines confuderunt. principum quoque ſigna fluctuari cœperant, vagam ante ſe cernendo aciem. Quod Scipio ubi vidit, receptui propere canere haſtatis juſſit: & ſaucios in poſtremam aciem ſubductis, principes triariosque in cornua inducit; quo tutior firmiorque media haſtatorum acies eſſet. Ita novum de integro prælium ortum eſt: quippe ad veros hoſtes perventum erat, & armorum genere, & uſu militiæ, & fama rerum geſtarum, & magnitudine vel ſpei vel periculi pares. Sed & numero Romanus ſuperior erat, & animo: quod jam equites, jam elephantos fuderat: jam prima acie pulſa, in ſecundam pugnabat.

Cap. XXXV. In tempore Lælius ac Maſaniſſa pulſos per aliquantum ſpacii ſecuti equites, revertentes in avertam hoſtium aciem incurrere. Is demum equitum impetus fudit hoſtem. multi circumventi in acie cæſi: multi per parentem circa campum fuga ſparſi, renente omnia equitatu, paſſim interierunt. Carthaginienſium ſocioruinque cæſa eo die ſupra mille viginti: per ferme numerus captus eſt, cum ſignis militaribus centum triginta tribus; elephantis undecim. Victores ad duo millia cecidere. Annibal cum paucis equitibus inter tumultum elapſus, Adrumetum perfugit: omnia & in præſidio, & ante aciem, priuſquam excederet pugna.

pugna, expertus. Se confestione etiam Scipionis, omniumque peritorum militiæ, illam laudem adeptus, singulari arte aciem eo die instruxisse. *Elephantos in prima fronte: quorum fortuitus impetus atque intolerabilis vis, signa sequi, & seruare ordines (in quo plurimum spei ponerent) Romanos prohiberet. Deinde auxiliares ante Carthaginiensium aciem, ne homines mixti collusione omnium gentium, quos non fides teneret, sed merces, liberum receptum fugæ haberent: simul primum ardorem atque impetum hostium excipientes fatigarent; ac si nihil aliud, vulneribus suis ferrum hostile hebetarent. Tum, ubi opus foret, stabiles Carthaginienses Afrosque: ut omnibus rebus alios pares, eo quod integri cum fessis ac saucijs pugnarent, superiores essent: Italicos intercallo quoque diremptos, incertos socij an hostes essent, in postremam aciem summotos.* Hoc ordine velut ultimo virtutis opere, Annibal quum Adrumetum refugisset, accitusque inde Carthaginem sexto ac trigesimo post anno, quam puer inde profectus erat, rediisset; fassus in curia est, non prælio modo se, sed bello victum, nec spem salutis alibi quam in pace imperanda esse.

Cap. XXXVI. Scipio confestim à prælio expugnatis hostium castris direptisque, cum ingenti præda ad mare ac naves rediit; nuncio allato, P. Lentulum cum quinquaginta rostratis, centum onerariis, omni genere commeatus, ad Uticam accessisse. Admovendum igitur undique terrorem perculsæ Carthagini ratus, misso Lælio Romam cum victoriæ nuncio, Cn. Octavium terrestri itinere ducere legiones Carthaginem jubet: ipse ad suam veterem nova Lentuli classe adjuncta, profectus ab Utica portum Carthaginis petit. Haud procul aberat, quum velata infulis ramisque oleæ Carthaginiensium occurrit navis. Decem legati erant principes civitatis, auctore Annibale missi ad petendam pacem, qui cum ad puppim prætoriæ navis accessissent, velamenta fupplicum porrigentes, orantes, implorantesque fidem & misericordiam Scipionis; nullum illis aliud responsum datum, quam ut Tunetem venirent: eo se moturum castra. Ipse ab contemplato situ Carthaginis, non tam nolcendi in præsentia, quam deprimendi hostis caussa, Uticam, eodem & Octavio revocato, rediit. Inde procedentibus ad Tunetem nuncijs allatus, Verminam Syphacis filium cum equitibus sagittariis, quam peditibus, venire Carthaginiensibus auxilio. pars exercitus cum omni equitatu Saturnalibus primis ad non aggressa, Numidas levi certamine fudit. exitu quoque fugæ intercluso, à parte omni circumdatis equitibus, quindecim millia hominum cæsa, mille & ducenti vivi capti sunt, & equi Numidici mille & quingenti: signa militaria septuaginta duo. Regulus Ipse inter tumultum cum paucis effugit. Tum ad Tunetem eodem, quo antea, loco, castra posita, legatique triginta Carthagine ad Scipionem venerunt. & illi quidem multo miserabilius quam ante (quo magis cogebat fortuna) egerunt: sed aliquanto minore cum misericordia ab recenti memoria perfidiæ auditi sunt. In consilia, quamquam justa ira omneis ad delendam æmulabat Carthaginem; tamen quum & quanta res esset, & quam longâ temporis obsidio tam munitæ & validæ urbis, reputarent, & Ipsum Scipionem expectatio successoris, venturi ad paratam alterius labore ac periculo finiti belli famam, sollicitarer; ad pacem omnium animi versi sunt.

Cap. XXXVII. Postero die, revocatis legatis, & cum multa castigatione perfidiæ monitis, ut ex cladibus edocti, tandem Deos & jusjurandum esse crederent; conditiones pacis dictæ: *ut liberi legiones suis reinerent. quas urbes, quosque agros, quibusque finibus ante bellum tenuissent, teneremt, populandique finem eo die Romanis facerent. Perfugas, fugitivosque, & captivos omneis redderent Romanis, & naves rostratas, præter decem triremes, traderent: elephantosque, quos haberent domitos. neque domarent alios. Bellum neve in Africa, neve extra Africam, injussu populi Romani gererent. Mansisse res redderet ea, si eadem cum eo facerent. Frumentum, stipendiumque auxilijs, donec ab Roma legati rediissent, præstarent. Decem millia talentum argenti descripta, pensionibus æquis, in annos quinquaginta solverent. Obsides centum arbitratu Scipionis darent: ne minores quatuordecim annis, neu triginta majores. Inducias ita se daturum, si per priores inducias naves onerariæ capræ, quæque fuissent in navibus, restituerentur. Aliter nec inducias, nec pem pacis ullam esse.* Has conditiones legati cum domum ferre jussi in concione audirent, & Gisgo ad dissuadendam pacem processisset, audiretur que à multitudine, inquieta eadem & imbelli: indignatus Annibal, dici ea in tali tempore audirique; arreptum Gisgonem manu sua ex fugeriore loco detraxit. Quæ insueta liberæ civitati species, quum fremitum populi movisset, perturbatus militaris vir urbana libertate, *Nonne*, inquit, *annorum à vobis profectus, post trigesimum sextum annum redit. Militares artes (quæ me à puero fortuna nunc privatæ nunc

nunc publica docuit) probe videor scire. Urbis ac foci jura, leges, mores, cos me oportet docuisse. Excute a imprudentia, de pace multis verbis differuit, quam nec iniqua, & necessaria esset. Id omnium maxime difficile erat, quod ex navibus per inducias captis, nihil, præter ipsas comparebat naves: neque in auxilio erat facilis, adversantibus paci, qui arguerentur. Placuit naves reddi. Et homines utique Italici. *Cetera, quæ absident, æstimanda Scipioni permitti: atque ita pecunia luere Carthaginienses.* Sunt qui Annibalem ex acie ad mare perueniſſe, inde præparata nave ad regem Antiochum exemplo profectum tradant: postulantique ante omnia Scipioni, ut Annibal sibi tradetur; respondisse, Annibalem in Africa non esse.

Cap. XXXVIII. Posteaquam redierunt ad Scipionem legati; quæ publici in navibus fuerant, ex publicis decreta rationibus quæstores, quæ privata proiere in quemque iussi, pro ea summa pecuniæ viginti quinque millia pondo argenti præsentia exacta: inducisque Carthaginiensibus datæ in tres menses. Additum, ne per inducias tempus alio usquam quam Romam mitterent legatos: si quicumque legati Carthaginem venissent, ne ante dimitterent eos, quam Romanum imperatorem, qui, & quæ peterentes veniſſent, certiorem facerent. Cum legatis Carthaginiensibus Romam missi L. Veturius Philo, & M. Marcius Ralla & L. Scipio imperatoris frater. Post eos dies, commeatus ex Sicilia Sardiniaque tantam vilitatem annonæ effecerunt, ut pro vectura frumentum mercator nauis relinqueret. Romæ ad nunciatum primum rebellionis Carthaginiensium repentatum fuerat; jussuque erat Ti. Claudius maturе in Siciliam classem ducere, atque inde in Africam trajicere, & ubi reconsul M. Servilius ad urbem moveret; denec quo statu res in Africa esset, scirerur. Segniter omnia in comparanda deducendaque classe Ti. Claudio consule facta erant; quod Patres de pace Scipionis potius arbitrium esse, quibus legibus daretur, quam consulis censuerant. Prodigia quoque nunciata ipsam famam rebellionis terrorem attulerant. Cumis Solis orbis minui visus, & pluit lapideo imbri. & in Veliterno agro terra ingentibus cavernis confedit, arboresque in profundum haustæ. Aricie forum, & circa tabernæ, Frusinone murus aliquot locis, & porta, de cælo tacta; & in palatio lapidibus pluit. Id prodigium mere parrio novendiali sacro, cetera hostilis majoribus expiata. inter quæ & iam aquarum intolita magnitudo in religionem verſa. nam ita abundavit Tiberis, ut ludi Apollinares, circo inundato, extra portam Collinam ad ædem Erycinæ Veneris parati sint. Cæterum ludorum ipso die, serenitate subita orta, pompa ducí cœpta ad portam Collinam, revocata deductaque in circum est; quum discessisse inde aquam, nunciatum esset: lætitiamque populo & ludis celebritatem additit fides sua solenni spectaculo reddita.

Cap. XXXIX. Claudium Consulem profectum tandem ab urbe inter portus Cosanum Laureranumque atrox vis tempestatis adorta, in metum ingentem adduxit. Populonios inde quum pervenisset, deriſerunt ibi dum reliquum tempestatis exsiveret; Ilvam insulam, & ab Ilva Corsicam, à Corsica in Sardiniam trajecit. ibi superantem Insanos montes, multo & sævior & infestioribus locis tempestas adorta, di jecit classem. Multæ quassatæ armamentique spoliatæ naves, quædam fractæ. Ita vexata ac lacerata classis Carales venit. ubi dum subductæ reficiuntur naves, hyems oppressit: circumactumque anni tempus; & nullo prorogante imperium, privatus Ti. Claudius classem Romam reduxit. M Servilius, ne comitiorum caussa ad urbem revocaretur; dictatore dicto C. Servilio Gemino, in provinciam est profectus. Dictator magistrum equitum P. Ælium Pætum dixit. Sæpe comitia indicta perhel tempestates prohibuerunt. Itaque quum prideIdus Martias veteres magistratus abiissent, novi iussi in eum diem; respublica sine curulibus magistratibus erat. L. Manlius Torquarus pontifex, eo anno mortuus. in locum ejus suffectus C. Sulpicius Galba. Ab L. Licinio Lucullo, & Q. Fulvio ædilibus curulibus, ludi Romani ter totiinstaurati. Pecuniam ex arario scribæ viatoresque ædilitii clam egestisse per indicem comperti, damnati sunt; non sine infamia Luculli ædilis. P. Ælius Tubero, & L. Lætorius ædiles plebis virio creari, magistratu se abdicarunt, quum ludos ludorumque caussa epulum Jovi feciſſent, & fugna tria ex multaticio argento facta in Capitolio posuissent. Cerealia ludos dictator & magister equitum ex senatusconsulto fecerunt.

Cap. XL. Legati ex Africa Romani simul Carthaginienseque quum veniſſent Romam, senatus ad ædem Bellonæ habitus est. ubi quum L. Veturius Philo, pugnarum cum Annibale esse fuorema Carthaginiensibus pugna, finemque randem luguori bello impositum, ingenti lætitia Patrum expoſuiſſet; adjecit, Verminam etiam Syphacis filium, quæ parva bene gestæ rei accessio erat, devictum.

vlenum. in concionem inde prodire jussus, gaudiumque id populo impetrire. Tum patuere fœda gratulatione, omnia in urbe templa, supplicationesque in triduum decretæ. Legatis Carthaginiensium & Philippi legis (nam ii quoque venerant) petentibus, ut senatus sibi daretur, responsum jussu Patrum ab dictatore est, consules novos eis senatum daturos esse. Comitia inde habita, creati consules, Cn. Cornelius Lentulus, P. Ælius Paetus: Prætores, M. Junius Pennus, cui fors urbana evenit. M. Valerius Falto Brutius, M. Fabius Buteo Sardiniam, P. Ælius Tubero Siciliam est sortitus. De provinciis consulum nihil ante placebat agi, quam legati Philippi reges & Carthaginienses quid ei essent, belli finem alterius, principium alterius profiscientem animis. Cn. Lentulus consul cupiditate flagrabat provinciæ Africæ; seu bellum foret, facilem victoriam, seu jam finiretur, finiti tanti belli se consule gloriam petens. Negare itaque prius quicquam ei Patrum, quam sibi Africam decretam esse; concedente colliega, moderato viro & prudenti, qui gloriæ ejus certamen cum Scipione, præterquam quod iniquum esset, etiam impar futurum cernebat. Q. Minucius Thermus & Manius Acilius Glabrio, tribuni plebis, *rem, priore anno inquisitam tentatam ab Tib. Claudio consule, Cn. Cornelium tentare* aiebant. *Ex auctoritate Patrum latum ad populum esse, cujus vellent imperium in Africa esse. Omnes quinque & triginta tribus P. Scipioni id imperium decrevisse.* Multis contentionibus & in senatu & apud populum actæres, postremo eo deducta fuit, ut Senatui permitteretur. Patres igitur jurati (ira convenerat) censuerunt, Uti consules provincias inter se compararent, sortirentur ve, uter Italiam, uter classem navium quinquagintra haberet. Cui classis obvenisset, in Siciliam navigaret: si jus cum Carthaginiensibus componi nequisset, in Africam trajiceret. Consul mari, Scipio eodem, quo adhuc, jure imperii, terra rem gereret. Si conditiones convenirent pacis, tribuni plebis populum rogarent, utrum consulem, an P. Scipionem juberent pacem dare. & quem id deportandus exercitus vi cher ex Africa esset, deportare. Si pacem per P. Scipionem dari atque id eodem exercitu deportari jussissent, ne consul ex Sicilia in Africam trajiceret. Alter consul, cui Italia evenisset, duas legiones à M. Sextio Præture acciperet.

Cap. XLI. P. Scipioni cum exercitibus, quos haberet, in provincia Africa prorogatum imperium. Prætori M. Valerio Fulroni duæ legiones in Brutiis, quibus C. Livius priore anno præfuerat, decretæ. P. Ælius prætor duas legiones in Sicilia ab Cn. Tremellio accipere. Legio una M. Fabio in Sardiniam, quam P. Lentulus propretor habuisset, decernitur. M. Servilio prioris anni consuli, cum suis duabus item legionibus, in Etruria prorogatum imperium est. Quod ad Hispanias attineret, aliquot jam annos ibi L. Cornelium Lentulum, & L. Manlium Acidinum esse, ut consules cum tribunis agerent, an eis videretur, ut plebem rogarent, cui juberent in Hispania imperium esse. is ex duobus exercitibus in unam legionem conficeretur Romanos milites, & in quindecim cohortes focios Latini nominis, quibus provincias obtinerent, veteres milites L. Cornelius, & L. Manlius in Italiam deportarent. Cornelio consuli quinquaginta navium classis ex duabus classibus, Cn. Octavii, quæ in Africa erat, P. Villii, quæ Siciliæ oram tuebatur, decreta: ut quas navesveller, deligeret. P. Scipio quinquaginta longas naves habebat, quas habuisset. quibus si Cn. Octavium, sicut præfuisset, præesse veller, Octavio propraetori in eum annum imperium esset: si Lælium præficeret, Octavius Romam decederet: reduceretque naves, quibus proconsuli usus non esset. Et M. Fabio in Sardiniam decem longæ naves decretæ. Et consules duas legiones urbanas scribere justi: ut quatuordecim legionibus eo anno, centum navibus longis respubl. administraret.

Cap. XLII. Tum de legatis Philippi, & Carthaginiensium actum. Priores Macedonas introduci placuit. quorum vana oratio fuit: partim purgantium, quæ queli erant missi ad regem a Roma legati de populatione sociorum: partim, ultro accusantium quidem & socios populi Romani, sed multo infestius M. Aurelium quem ex tribus ad se missis legatis delecta habito fabilitate, & se bello lacessite contra fœdus, & Cepe cum præfectis fuis collatis pugnasse: partim, postulantium, ut Macedones, duxque eorum Separer, qui apud Annibalem mercede militassent, captique in vinculis essent, sibi restituerentur. Adversus ea M. Fulvius, missus ad id tum ab Aurelio ex Macedonia, disseruit. *Aurelium restitum, ac socii populi Romani fœdi populationibus atque iniuria ad regem adsperent: opinor sociorum non excelsisse: dedisse operam, ne impune in agros eorum transcenderent populatores. Sapatrum ex purpuratis & propinquis regis esse: cum eum quatuor millibus Macedonum, & pectinis missum nuper in Africam esse, Annibali Carthaginiisque auxilio.* De his rebus inter regati Mace-

Macedones, quum perplexe responderent, ipsi ante respondum tulerunt, *Bellum quæ ero regem, & si pergat, propediem in ventumum. Suspiciose ab eo fœdus violatum: & quod sociis populi Romani inimicias fecerit, bello armisque lacessiverit: & quod hostes auxilio & pecunia juverit. Et P. Scipionem recte atque ordine visseri fecisse & facere, quod eos, qui arma contra populum Romanum ferentes capti sunt, baltium dimittendo in civitatibus habeat. & M. Aurelium ex republica fecere, quod imperatorem senatui esse, quod fœdus populi Romani quando jure fieri is non potuerunt, tuetur.* Cum hoc tam triti responso dimissis Macedonibus, legati Carthaginienses vocati. quorum ætatibus dignitatibusque conspectis (nam longe primi civitatis erant) tum pro se quisque dicere, vere de pace ait. Insignis ramen inter cæteros Asdrubal erat (Hædum populares cognomine appellabant) pacis semper auctor, adversusque factioni Barciuæ. Eo tum plus illi auctoritatis fuit, belli culpam in paucorum cupiditatem a republica transferenti. qui quum varia oratione utus esset, nunc purgando crimina, nunc quadam fatendo, ne impudenter certa negantibus difficilior venia esset, nunc monendo etiam Patres conscriptos, ut rebus secundis modeste ac moderate uterentur; *Si se ætate Hannonem audissent Carthaginienses, & tempore uti voluissent, daturos fuisse pacis conditiones quas tunc peterent. Raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari. Populum Romanum ab invictum esse, quod in secundis rebus sapere & consulere meminerit. & hostile, nisi animum fuisse, si aliter sacerent. Ita insolentia, quibus nova fortuna sit, imperanti lætitia insanire. Populo Romano ætatis ad hoc jam obsoleta ex victoria gaudia esse, ac plus pene parendo victis, quam vincendo imperium auxisse.* Cæterorum miserabilior oratio fuit, commemorantium, *Ex quantis opibus quo res ruissent Carthaginiensium res. nihil eis qui modo orbem prope terrarum obtinuissent armis, superesse, præter Carthaginis mœnia. Iis inclusos, non terra, non mari quicquam sui juris cernere. Urbem quoque ipsam, ac penates ita habitiros, si non in ea quoque, quo nihil ultetius sit, sevitie populus Romanus velit.* Quum dicti infelicioribus Patres appareret, senatorum unum infestum perfidiæ Carthaginiensium fucciamasse ferunt, *Per quos Deos fœdus ictum essent, quum eos, per quos ante ictum esset, fefellissent? Per eosdem,* inquit Asdrubal, *qui tam infesti sunt fœdera violantibus.*

Cap. XLIII. Inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus consul, cui classis provincia erat, Senatusconsulto intercessit. Tum M. Acilius & Q. Minucius tribuni plebis ad populum tulerunt, Vellent, juberentne senatum decernere, ut cum Carthaginiensibus pax fieret. & quum eam pacem dare, quæ usque ex Africa exercitus deportare juberent? De pace uti regassent, omnes tribus jusserunt: pacem dare P. Scipioni, eundem exercitus deportare. Ex hac regatione senatus decrevit, ut P. Scipio ex decem legatorum sententia pacem cum populo Carthaginiensi, quibus legibus ei videretur, faceret. Gratias deinde Patribus agere Carthaginienses, petierunt, ut sibi in urbem introire, & colloqui cum civibus suis liceret, qui captivi in publica custodia essent. esse in iis partim propinquos, amicosque suos, nobiles homines; partim ad quos mandata a propinquis haberent. Quibus conventis quum rursus peterent, ut sibi quos vellent, ex iis redimendi potestas fieret; jussi non ina edere. Se quum ducentos ferme ederent, Senatusconsultum factum est, *Ut legati Romani eluerent ea capitula, quos Carthaginienses vellent, ad M. Cornelium Scipionem in Africam deportarent: nunciarentque ei, ut si pax conveniffet, sine præmio eos Carthaginiensibus redderet.* Feciales quum in Africam ad fœdus feriendum irent, haberentur: ipsis pollulantibus. Senatusconsultum in hæc verba factum est: *Ut prisco lapide silicis, priscaque verbenas secum ferrent: uti prætor Romanus his imperaret, ut fœdus ferirent, illi prætorem sagmina poscerent.* Herba id genus ex arce summum dari fecialibus solet. Ita dimisso ab Roma Carthaginiensibus, quum in Africam venissent ad Scipionem, quibus ante diem ad legibus pacem recerunt. Naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt. inter quos Q. Terentius Culleo senator fuit. Naves provectas in altum incendi jussit. quinquentas fuisse omnis generis, quæ remis agerentur, quidam tradunt: quarum compectum repente incendium tam lugubre fuisse Pœnis, quam si ipsa Carthago arderet. De perfugis gravius, quam de fugitivis consulrum. nominis Latini qui erant, fecuri percussit. Romani in crucem sublati.

Cap. XLIV. Annis ante quadragesima pax cum Carthaginiensibus potissime facta erat. Q. Lutatio, A. Manlio consulibus. bellum initum annis post tribus & viginti, P. Cornelio, Ti. Sempronio consulibus. Finitum est, octavodecimo anno, Cn. Cornelio, P. Ælio Pæto consulibus. Sæpe postea ferunt Scipionem dixisse, Ti. Claudii primum cupiditatem, deinde Cn. Cornelii, fuisse in mora, quo minus

minus id bellum exitio Carthaginis finiret. Carthaginienſibus quum prima collatio pecuniæ diutino bello exhauſtis difficilis videretur, mœſtitiaque & fletus in curia eſſet, identem Annibalem ferunt conſpectum. cujus quum Aſdrubal Hædus riſum increparet in publico fletu, quum ipſe lacrymarum cauſſa eſſet: *Si quemadmodum oris habitus cernitur oculis inquit, ſic & animus intus cerni poſſet, facile vobis appareret, non lætâ ſed prope amentis malis condita hæc quem increpatis riſum eſſe. qui tamen nequaquam adeo eſt intempeſtivus, quam veſtræ iſtæ abſurdæque ab horrentes lacrimæ ſunt. Tunc fleſſe decuit, quum adempta nobis arma, incenſæ naves, interdictum externis bellis. illo enim vulnere concidimus. Nec eſſe in nos odio veſtro conſilium ab Romanis creditis. Nulla magna civitas diu quieſcere poteſt. ſi foris hoſtem non habet, domi invenit. Ut præualida corpora ab externis cauſſis tuta vitantur, ſed ſuis ipſa viribus onerantur. Tantum nihilum eſt publicis malis ſimilitudo, quantum ad privatas res pertinet: nec in eis quicquam acrius, quam pecuniæ ad mnium ſtimulat. Itaque quum ſpolia victæ Carthaginis detrahebantur, quum inermem jam ac nudam deſtitui inter tot armatas gentes Africæ cernentis, nemo lugemitis, unus quia tributum ex privata conferendum eſt, tanquam in publico funere complorantis. Quam vereor, ne propediem ſententia leviſſimo in malo vos habile lacrymaſſe.* Hæc Annibal apud Carthaginienſes. Scipio concione advocata, Maſaniſſam, ad regnum paternum Cirtha oppido, & ceteris urbibus agriſque, quæ ex regno Syphacis in populi Romani poteſtatem veniſſent, adjectis donavit, Cn. Octavium claſſem in Sicilian ductam Cn. Cornelio conſuli tradere juſſit. legatos Carthaginienſium Romam proficiſci, ut quæ ab ſe ex decem legatorum ſententia acta eſſent, ea Patrum auctoritate populique juſſu confirmarentur.

Cap. XLV. Pace terra marique parta, exercitu in naves impoſito, in Siciliam Lilybeum trajecit. inde magna parte militum in navibus miſſa, ipſe per lætam pace non minus quam victoria Italiam, effuſis non urbibus modo ad habendos honores, ſed agreſtium etiam turba obſidente vias, Romam pervenit: triumphoque omnium clariſſimo urbem eſt invectus. Argenti tulit in ærarium pondo centum millia triginta triamilitibus ex præda quadragenos aeris diviſit. Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriæ, Syphax eſt; Tiburi haud ita multo ante mortuus, quo ab Alba traductus fuerat. conſpecta mors tamen ejus fuit, quia publico funere eſt elatus. Hunc regem in triumpho ductum Polybius, haudquaquam ipernendus auctor, tradit. Securus Scipionem triumphantem eſt piteo capiti impoſito Q. Terentius Culleo: omnique deinde vita, ut dignum erat, libertatis auctorem coluit. Africanum cognomen militaris prius favor, an popularis aura celebraverit, an ficuri Felicis Sullæ, Magnique Pompeii patrum memoria, cœptum ab aſſentatione familiari ſit, parum compertum habeo. Primus certe hic imperator nomine victæ ab ſe gentis eſt nobilitatus. exemplo deinde hujus, nequaquam victoria pares, infignes imaginum titulos, claraque cognomina familiæ fecere.

EPITOME

LIBRI XXXI.

BELLI adversus Philippum Macedoniæ regem quod intermissum erat, reperti caussa feruntur hæ. Tempore initiorum, quo iuvenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas venerunt & in sacrariorum Cereris cum aliis peregrinis fuis intraverunt. ob hoc, tamquam nefas fuminum commisissent, ab Athenienfibus caesi sunt. Acarnanes mortium suorum commenti. ad sedandam ab illos auxilium a Philippo petierunt. Paucis mensibus post pacem Carthaginiensium Annam, quinquagesimo quinquagesimo anno ab urbe condita, quo Athenienfium, qui adjudicantur a Philippo, legati auxilium a senatu petierunt & senatus id consulsit serendum, plene, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, diffentiente, tenuit auctoritas Patrum, ut socie civitati ferri opem populus juberet. Bellum id P. Sulpicio consuli mandatum est: qui exercitu in Macedoniam ducto, equestribus praliis cum Philippo prospere pugnavit. Amanni a Philippo obsessi, ad exemplum Saguntinorum, suos sequi sceleris sunt. L. Furi is praetor Gallos Insubres rebellantes, & Amilcarem Poenum, bellum in ea parte molientem, acie vicit. Amilcar eo bello occisus est, & milia hominum triginta quinque. Praetorea expeditiones Philippi regis, & Sulpicii consulis, expeditaeque urbium, ab utraque factae, continet. Sulpici is consul, adjuvantibus rege Attalo, & Rhodiis, bellum gerebat. Triumphavit de Gallis L. Furius praetor.

CAPUT I.

NE quoque juvat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli Punici pervenisse. nam etsi properaveri aufum, pericriturum res omneis Romanas, in partibus singulis tanti operis fatigari minime convenit; tamen quum in mentem venit, tres & sexaginta annos (tot enim sunt a primo Punico ad secundum bellum finitum) neque multa voluminia occupasse mihi, quam occuparint quadringenti octoginta octo anni a condita urbe ad Appium Claudium consulem, qui primus bellum Carthaginiensibus intulit; jam provideo animo, velut qui proximis littori vadis inducti mare medibus ingreditur, quicquid progredior, in vastiorem me alritudinem, ac velut profundum invehi: & crefcere pene onus, quod prima quaque pericliendo minui videbatur. Pacem Punicam bellum Macedonicum excepit; periculo haudquaquam comparandum, aut virtute ducis, aut militum robore; claritate regum Macedonum, vetustaque fama gentis, & magnitudine imperii, quo multa quondam Europæ, majorem partem Asiæ obtinuerant armis, prope nobilius. Caeterum coeptum bellum adversus Philippum decem ferme ante annis, triennio prius decretum erat, quum Ætoli & belli & caedi: fumiere causa vacuo, deinde pace Punica jam Romanos, & infensos Philippo, quum ob infidam adversus Ætolos, aliosque regionis ejusdem locios pacem, tum ob auxilia cum pecunia nuper in Africam missa Annibali, Peenique, preces Athenienfium, quos agro pervastato in urbem compulerat, excitaverunt ad renovandum bellum.

Cap. II. Sub idem fere tempus & ab Attalo rege & Rhodiis legati venerunt, nunciantes, Asiæ quoque civitates follicitari. His legationibus repondum est; curæ Asianam rem fenatui fore. Consultatio de Macedonico bello integra ad consules, qui tunc in praelio cum Boiis erant, rejecta est. Interim ad Ptolomæum Ægypti regem legati tres missi. C. Claudius Nero, M. Æmilius Lepidus, P. Sempronius Tudiranus: ut & annunciarent victum Annibalem, Poenosque. & gratias agerent regi, quod in rebus dubiis, quum finitimi eum locii Romanos defererent, in fide manfisset. Si peterent, ut si coacti indicto bellum adversus Philippum fuscepissent, pristinum animum erga populum Romanum conservaret. Eodem fere tempore P. Ælius consul in Gallia, quum audisset à Boiis ante fuum adventum incursiones in agros locioruin factas, duobus legionibus subito in finitimum eius caussa citis, addiitisque ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo, C. Oppium praefectum locium hac tumultuaria manu per Umbriam (quam tribum Sappinam vocant) agrum Boiorum invadere jussit. Ipse eodem aperto itinere per medios montes duxit. Oppius ingressus hostium fines, primo populationes saris prospere, ac tuto fecit, delecto deinde ad castrum Mutilum

ilium fatis idoneo loco ad demetenda frumenta (jam enim maturæ erant segetes) profectus, neque explorato circa, nec stationibus satis firmis, quæ armatæ inermes atque operi intentos tutarentur, pestis, improvisio impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumventus. Inde pavor fugaque etiam armatos cepit. Ad septem millia hominum palata per segetes sunt cæsa inter quos ipse C. Opsius præfectus. cæteri in castra metu compulsi, inde tuto circa confinii militari proxima potte, relicta magna parte rerum suarum, ad consulem per salutis prope invios pervenere. qui, nisi quod populatus est Bojorum fines, & cum Ingaunis Liguribus fœdus icit, nihil, quod esset memorabile, aliud in provincia quam gessisset, Romam rediit.

Cap. III. Quum primum senatum habuit, universis pollulantibus, ne quam prius rem quam de Philippo Bœotiisque quereliis ageret, tertium extemplo est, decreturque fecialibus Ætnatus, ut P. Lentulus consul, quam videretur ei, cum imperio mitteret, qui classe accepta, quam ex Sicilia Cn. Octavius reduceret, in Macedoniam trajiceret. M. Valerius Lævinus proprætor missus, circa Vibonem duodequadraginta navibus ab Cn. Octavio acceptis in Macedoniam transivit. ad quem quum M. Aurelius legatus venisset, edoctusque eum, quantos exercitus, quantum navium numerum comparasset rex, & quemadmodum circa omnes non continentis modo urbes, sed etiam insulas, partim ipse adeundo, partim per legatos, conciret homines ad arma: pertæsum Romanis id expessendum bellum esse, ne cunctantibus iis auderet Philippus, quod Pyrrhus prius ausus ex aliquanto minore regno esset; hæc eadem scribere Aurelium consulibus & senatui placuit.

Cap. IV. Exitu hujus anni eum de agris veterum militum relatum esset, qui ductu atque auspicio P. Scipionis in Africa bellum perfecissent; decreverunt Patres, ut M. Junius prætor urbis, si ei videretur, decemviros agro Samniti Apuloque quod ejus publicum populi Romani esset, inter quos dividendo, crearet. Creati P. Servilius, Q. Cæcilius Metellus, C. & M. Servilii (Geminis ambobus cognomen erat) L. & A. Hostilii Catones, P. Villius Tappulus, M. Fulvius Flaccus, P. Ælius Pætus, Q. Flaminius. Per eos dies P. Ælio consulum comitia habente, creati consules P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta. Prætores exinde facti, Q. Minucius Rufus, L. Furius Purpureo, Q. Fulvius Gillo, Cn. Sergius Plancus. Ludi Romani scenici eo anno magnifice apparateque facti ædilibus curulibus, L. Valerio Flacco & L. Quintio Flaminino. Iidum instauratum est: frumentique vim ingentem, quod ex Africa P. Scipio miserat, quaternis æris populo cum summa fide & gratia dividunt. Et plebeii ludi terni ortinstaurati ab ædilibus plebis, L. Apustio Fullone, & Q. Minucio Rufo qui ex ædilitate prætor creatus erat. Sc Jovis epulum fuit ludorum causa.

Cap. V. Anno quingentesimo quinquagesimo ab urbe condita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio consulibus, bellum cum rege Philippo initum est; paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam. Omnium primum eam rem Idibus Martiis, quo die tum consulatus inibatur, P. Sulpicius consul tetulit: senatusque decrevit, uti consules majoribus hostiis rem divinam facerent, quibus Diis iidis videretur, cum precatione ea: *Quam rem senatus populusque Romanus de republica, deque inexundo novo bello in animo haberet; ea res uti populo Romano, fortique, ac nomini Latino, bene ac feliciter eveniret.* Secundum rem divinam, precationemque, ut de republica deque provinciis senatum consulerent. Per eos dies opportune irritandis ad bellum animis, & literæ à M. Aurelio legato, & M. Valerio Lævino proprætore allatæ: & Athenienium novo legatio venit, quæ regem appropinquare finibus fuis nunciaret: brevique, non agros modo, fed urbem etiam in ditione ejus futuram, nisi quid in Romanis auxilii foret. Quum pronunciasient consules; rem divinam rite perfectam esse, & precationem admissile Deos, ut ea res prosperet, lætaque exta fuisse, & prolationem finium, victoriamque, & triumphum portendi; tum literæ Valerii Aurelioque lectæ, & legati Athenienium auditi. Senatus inde consultum factum est, ut iisdem gratiæ agerentur, quod diu sollicitati, ne obsidionis quidem metu fide deficissent, de auxilio mittendo tum responderet placere, quum consules provincias sortiti essent: atque is consul, cui Macedonia provincia evenisset, ad populum tulisset, ut Philippo regi Macedonum indiceretur bellum.

Cap. VI. Sulpicio provincia Macedonia sorte evenit, domo recusationem promulgavit. *Velint, jubeant Philippo regi Macedoniique, qui sub regno ejus essent, ob injurias, armaque illata socia populi Romani bellum indici.* alteri consuli Aurelio Italia provincia obtigit. Prætores exinde sortiti sunt, Cn. Sergius Plancus urbanam, Q. Fulvius Gillo Siciliam: Q. Minucius Rufus Bru-

Bruttios, L. Furius Purpureo Gallium. Rogatio de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus fere centuriis antiquata est. id quum festi diuturnitate & gravitate belli tua sponte homines tædio laborum periculorumque recerant, tum Q. Bæbius tribunus plebis viam antiquam criminandi Patres ingressus, incusaverat bellis ei bellis fœci, ne pace unquam frui plebs posset, neque ferentem patii Patres, lacerat usque prebis in senatu tribunus plebis, & consulem pro se quisque hortari, ut de integro comitia rogationi ferendæ ederet, castigarerque segnitiem populi. atque docere quanto damno, dedecorique dilatio ea belli futura esset.

Cap. VII. Consul in Campo Martio comitiis habitis, prius quam centurias in suffragium mitterer, concione advocata, *Ignorare*, inquit, *videmini mihi, Quirites, non utrum bellum an pacem habeatis, vos consule: neque enim liberum id vobis permisit Philippus, qui terra marique ingens bellum moliatur: sed utrum in Macedoniam legiones transportetis, an hostem in Italiam accipiatis. Hoc quantum interfit, si unquam ante alias, Punico certe proximo bello experti estis. Quis enim dubitat, quin, si Saguntinis obsessis fidemque vestram implorantibus impigre tulissemus opem, sicut patres nostri Mamertinis tulerant; totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus? Ne illud quidem dubium est, quin hunc ipsum Philippum pactum jam per legatos, literasque cum Annibale in Italiam transiturum, nisi cum classe Lævino, qui ultro ei bellum inferret, in Macedonia continuturis. & quod tunc fecimus, quum hostem Annibalem in Italia haberemus: id nunc pulso Italia Annibale, deditiis Carthaginiensibus, cunctamur facere? Patiamur, oppugnandis Athenis, sicut Sagunto obsidendo Annibalem passi sumus, segnitiem nostram experiri regem. Non quinto inde mense, quemadmodum ab Saguntio Annibal, sed quinto inde die, quam ab Corintho solverit naves, in Italiam pervenit. Ne aquaverit Annibali Philippum, ne Carthaginiensibus Macedonas, Pyrrho certe æquabitis. dico, quantum vel vir, vel gens genti præstat. Minima accessio semper Epirus regno Macedoniæ fuit, & hostis est. Telesinum ipsum totam in ditione Philippus habet. Apollonia ipsos: non vetere fama nec gli. nuam modo Pyrrhi sed habitatores. Nostra nunc compara, quanto magis florentem Italiam, quanto omnis integras res, salvis ducibus, salvis tot exercitibus, quos Punicum posset bellum absumpsit, aggressus Pyrrhus, tanten consulit, & videbor prope ad ipsum urbem Romanam venire? Nec Tarentini modo, quæque illa Italiæ, quam majorem Græciam vocant, ut linguam, ut nomen secutos credetes, sed Lucanus, & Bruttius, & Samnis, à nobis defecerunt. Hæc vos, si Philippus in Italiam transmiserit, quietura aut maniturne hic credetis? Manserunt enim Punico postea bello, nunquam isti populi, nisi quum deerit ad quem desciscant, a nobis non deficient. Si pigniffet vos in Africam trajicere, hostile in Italia Annibalem & Carthaginenses hostes haberetis. Macedonia potius, quam Italia, bellum habeat. Inglitos urbes agrique ferro atque igni vastentur. Experti jam sumus foris nobis quam domi felicitra, potentioraque arma esse. Ite in suffragium bene juvantibus Diis: & quæ Patres consuerunt, vos jubete. Hujus nobis sententiæ non consuli modo audior est, sed etiam Dii immortales, qui mihi quæsumenti precantique ut hoc bellum mihi, senatui, vobisque & sociis ac nomini Latino, classibus exercitibusque nostris bene ac feliciter eveniret; læta omnia prosperaque portendere.*

Cap. VIII. Ab hac oratione in suffragium missi, uti rogarat, bellum jusserunt. Supplicatio hinde à consulibus in tridnum ex Senatusconsulto indicta est, obsecratique circa omnia pulvinaria Dii, quod bellum cum Philippo populus jussisset, id bene ac feliciter eveniret. consulique feciales ab consule Sulpicio, bellum quod indiceretur rapi Philippo, utrum ipsi utique manciari juberet: an satis esset, in finibus regni quod proximum prædium esset, eo nunciari; feciales decreverunt, utrum eorum faciret, recte facturum. Consuli à Patribus permissum, ut quem videretur ex iis, qui extra senatum essent, legarum mitteret ad bellum regi indicendum. Is ex decretis ibus consilium prætorumque æctum, consules binas legiones scribere jussi: vereres dimittere exercitus. Sulpicio, cui novum ac magni nominis bellum decretum erat, permissum, ut de exercitu, quem P. Scipio ex Africa deportasset, voluntarios, quos posset, duceret: invitum ne quem militem veterem ducendi jus esset. Prætoribus L. Furio Purpureoni, & Q. Minucio Rufo quina millia socium Latini nominis consuli daret: quibus prædidis alter Galliam, alter Bruttios provinciam obtineret. Q. Fulvius Gillo & ipse justus, ex eo exercitu, quem P. Ælius consul habuisset, ut quisque minime multa stipendia haberet, legere, donec & ipse quinque millia socium ac nominis Latini effecisset: id prædidio. Siciliæ provinciæ esset. M. Valerio Falconi,

toni, qui prætor prior anno Campaniam provinciam habuerat, prorogatum in annum imperium est, uti prætor in Sardiniam trajiceret: atque de exercitu, qui ibi esset, quinque millia socium nominis Latini, qui eorum minime multa stipendia haberet, legeret. Et consules duas urbanas legiones scribere jussi: quæ, si quo res posceret, multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate, iraque inde tumentibus, mitterentur. Sex legionibus Romanis eo anno usura reipublicæ erat.

Cap. IX. In ipso apparatu belli legati ab rege Ptolemæo venerunt, qui nunciarunt, *Aegyptios Antiochus Philippumque præsidio regi auxilium. Externa etsi communia sint, tamen nisi ex auctoritate populi Romani, neque classem, neque exercitum defendendi aut oppugnandi cujusquam causa regem in Graeciam missurum esse. Id autumnum eum in Aegypto, si propitia Romanis fortuna deos iuvet, vel Europæ vel Asiæ oras; si malint, pestilens: animo ipsum auxilia, quæ fortis amicus Philippum mori Athenas passus, misisse.* Gratiæ regi ab senatu actæ, responsumque; *Tutari socios populo Romano in animo esse: si quæ res ad id bellum opus sit, facturos regi.* regnique ejus opes scire jussisse fidemque fidelia esse reipublicæ esse. Munera deinde legatis in singulos quinum millium æris ex Senatusconsulto missa. Quum delectum consules haberent parandæque quæ ad bellum opus essent; civitas religiosa, in principiis maxime novum bellorum, supplicationibus habitis jam, & obsecratione circa omnia pulvinaria facta, ne quid prætermitterent, quod aliquando fictum esset; ludos Jovi donumque vovere consulem, cui provincia Macedonia evenisset, jussit. Moratus veto publico Licinius pontifex maximus refutit, qui legavit ex incerta pecunia vovere debere. *Si ea pecunia non posset in bellum usui esse; reponi statim debere, nec cum alia pecunia misceri, quod nisi factum esset, votum rite solvi non posse.* Quamquam & res, & auctor movebat, tamen ad collegium pontificum referre consuli jussus. Si potuisset recte votum incertæ pecuniæ fieri, posse, rectissime etiam esse, pontifices decrevere. Vovit in eadem verba consul prætorque maximo pontifice, quibus antea quinquennalia vota suscipi solita erant: præterquam quod tanta pecunia, quantam tum, quum solveretur, senatus censuisset, ludos, donaque facturum vovit. Tertio ante ludi magni de certa pecunia voti erant: li primi de incerta.

Cap. X. Omnium animis in bellum Macedonicum versis, repente nihil minus eo tempore timentibus, Gallici tumultus fama exorta est. Insubres, Cœnomanique, & Boii, excitis Salyis, Ilvatibusque, & ceteris Ligustinis populis; Amilcare Pœno duce, qui in iis locis de Afdrubalis exercitu subsitterat, Placentiam invaserant: & direpta urbe, ac per iram magna ex parte incensa, vix duobus millibus hominum inter incendia ruinasque relictis, trajecto Pado ad Cenomanos diripiendam pergunt. Vicinæ urbis audita clades, spacium colonis dedit ad claudendas portas, præsidiaque per muros dispononenda. ut obsiderentur tamen prius quam expugnarentur: nunciosque mitterent ad Prætorem Romanum. L. Furius Purpureo qui tum provinciæ præerat, ceterq ex Senatusconsulto exercitu dimisso, præter quinque millia socium ac Latini nominis, cum iis copiis in proxima regione provinciæ circa Ariminum subsiterat. is tum senatui scripsit, quo in tumultu provincia esset. *Duorum consulum alterum ante vestibulum ipsum portarum Pisauri bella sustinere; alterum captam ac direptam ab hostibus, alterum oppugnari. Nec in exercitu fuo satis præsidii colonis laborantibus esse, nisi quinque millia socium quadrata, inta millibus hostium (tot enim in armis esse) truculanda obiicere velit, & tanta jam clade jam inflatos excidio coloniæ Romanæ augere hostium animos.*

Cap. XI. His literis recitatis decreverunt, ut C. Aurelius consul exercitum, cui in Etruriam ad conveniendum diem edixerat, Arimini eadem die adesse juberet. Se aut ipse, si per commune reipublicæ posset, ad opprimendum Gallicum tumultum proficisceretur: aut L. Furio prætori scriberet, ut quum ad eum legiones ex Etruria venissent, missis in vicem earum quinque millibus socionum, qui interim Etruriæ præsidio essent, proficisceretur ipse ad coloniam liberandam obsidione. Legatos item mittendos in Africam censuerunt, eosdem Carthaginem, eosdem in Numidiam ad Masanissam. Carthaginem, ut nunciarent, *civeni eorum Amilcarem relictum in Gallia, haud facile scire ex Afdrubalis prælio, an ex Masinissa postea exercitu, bellum contra fœdus fieret. Excreviste Gallorum, Liguriumque excivisse ad arma contra populum Romanum. eum si eos placeret, renovandum illis, & ad eum populo Romano esse.* Simul nunciare justi. perfugas sibi non omnes redditos esse. insagnam partem eorum ad Gallos Carthaginis obsecrari dici: quos comprehensi convenirique debere, ut sibi ex fœdere restituantur. Hæc ad Carthaginenses mandata. Masanissæ *gratulari jussi, quod non patrium modo re-*

superasset regnum, sed partis florentissima Syphacis finium adjecta etiam auxisset. nuncia re præterea justi, *bellum cum rege Philippo suscepturum, quod Carthaginienses auxilia juvisset, injuriasque inferendo sociis populi Romani, stagrante bello Italiæ coegisset classes exercitusque in Graciam mitti; & dijudicato cognitaque causa imperavisse, ut ad id bellum mitteret auxilia Numidarum equitum.* Dona amplata, quæ ferrent regi, vasa aurea argenteaque, toga purpurea, & palmata tunica cum curuli sellula: & toga præterea cum curuli sella: judique polliceri, si quid ei ad firmandum augendumque regnum opus esse judicasset, enise id populum merito ejus omnia allaturum. Veniuque quoque Synnadi nihil legati per eos dies senatum dixerunt; excusantes errorem adolescentium & culpam omnem in fraudem Carthaginiensium avertentes. *Et Masinissam Romanis ex bello amicum factum: Verminam quoque amitti animum ac officia in populum Romanum aut a Masinissa, aut ab alio quovis inceptari. Vetera ut Rex, socialque & amicus ad senatu appellaretur.* Respondit legatis ei: & *patrem ejus Syphacem sine causa ex socio & amico hostem repente populi Romani factum: & eum ipsum nullamentum adolescentiæ bello lacessentem Romanos potuisse. Itaque pacem illi prius petendam a populo Romano esse, quam ut rex socius amicusque appelletur. Nomina ejus honorem pro magnis rege se regum meritis dare populum Romanum confuesse. Legatos Romanos in Africa fore: quibus mandatum senatum, ut Verminæ pacis dent leges: Hoc um arbitrium eis populo Romano permittere. Si quid ad eas addi, demi, mutarive vellet, rursus ad senatu eis postulandum fore.* Legati cum iis mandatis in Africam missi, C. Terentius Varro, P. Lucretius, Cn. Octavius. quinqueremes singulis datæ.

Cap. XII. Literæ deinde in senatu recitatæ sunt Q. Minucii prætoris, cui Bruttii provincia erat; Peculium Locris ex Proserpinæ thesauris nocte clam sublatam: nec ad quos pertineat facinus, vettigia ulla extare. Indigne passus Senatus, non cessari ab sacrilegiis: & ne Dionysium quidem tam clarum recentique noxæ simul ac pœnæ exemplum, horum mentes deterreie. Cn. Aurelio consuli negotium datum, ut ad prætorem in Bruttios scribaret: senatui placere, quæstionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius prætor triennio ante habuisset. Quæ invenia pecunia esset, reponi. si quo minus inventum foret, expleri: ac piacularia. si videretur, sicut ante pontifices consuluissent, fieri curia explandæ violationis ejus templi. Prodigia etiam subidem tempus pluribus locis nuncia ra accidernnt. In Lucanis collum arille afferebant. Palverni fereno per diem totum rubrum solem fuisse. Lanuvii templo Sospitæ Junonis nocte frigidum ingentem exortum. Jam animalium obscœni fœtus pluribus locis nunciabantur. in Sabinis incertus infans natus, masculus an fœmina esset, alter fexdecim jam annorum item ambiguo sexu inventus. Fruhnone agnus cum suillo capite, sinucile porcus cum capite humano natus: in Lucanis in agro publico equulcus cum quinque pedibus. Fœda omnia & deformia; erantisque in alienos fœtus natura vifa. Ante omnia abominati fœminarem, infligi in mare exemplo deportari: sicut proxime C. Claudio, M. Livio consulibus deportatus similis prodigii fœtus erat. Nihilo minus decemviros adire libros de portento ejussertunt. Decemviri ex libris res divinas eadem, quæ prius me fecentium ad pacem deum facere fient, imperarunt. carmen præterea ab ter novenis virginibus cani per urbem jusserunt, donumque Junoni Reginæ ferri. Ea uti fierent, C. Aurelius consul ex decemvirorum responso curavit. Carmen sicut patrum memoria Livius, ita tum condidit P. Licinius Tegula.

Cap. XIII. Explatis omnibus religionibus (nam etiam Locris sacrilegium perveltigatum à Q. Minucio erat, pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros repolita) quum consules in provincias proficisci vellent; privati frequentes, quibus ex pecunia, quam M. Livius, M. Claudio consulibus mutuam dederant, tertia pensio debebatur eo anno, adierunt senatum: quia consules, quum ad novum bellum, quod magna classe magnisque exercitibus gerendum esset, vix ærarium sufficeret; negaverant esse, unde iis in præsentia solveretur. Senatus quærentes eos non sustinuit. *Si in Punicum bellum pecunia data, in Macedonicum quoque bellum uti respublica vellet; aliis ex aliis orientibus bellis, quid aliud quam publicatam pro beneficio tanquam ob noxam suam pecuniam fore?* Quum Sc privati æquum utique arent, nec ramen solvendo ære alieno respublica esset, quod medium inter æquum & utile erat, decreverunt, *Ut, quoniam magna pars eorum agros vasto vendales esse diceret, & fabinæ eruptis opus esse; agri publici, qui intra quinquagesimum lapidem esset, capita iis pecoris Consules æquum æstimaturos. & in ea æs vectigales tributi causa publicum agrum esse in-*

impositurus, ut si quis, quum soluere posset populus : pecuniam habere, quam agrum malle, restituere agrum populo. Laeti eam conditionem primi accepere. Terentius, Tabuliusque is ager, quia pro tertia parte pecuniae datus erat, appellatus.

Cap. XIV. Tum P. Sulpicius, secundum vota in Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profectus ab urbe, Brundusium venit, & veteribus militibus voluntariis ex Africano exercitu in legiones delectis, navibusque ex classe consulis Cornelii lectis; altera die, quam a Brundusio solvit, in Macedoniam trajecit. Ibi ei praeto fuere Athenienses legati, orantes, ut se obsidione eximeret. Missus exemplo Athenas est C. Claudius Centho cum viginti longis navibus, & militum copiis. neque enim ipse rex Athenas obsidebat, eo maxime tempore Abydum oppugnabat; jam cum Rhodiis & Attalo navalibus certaminibus, neutro feliciter proelio, vires exercitus. Sed animos ei faciebat praeter ferociam ingitam, foedus etiam cum Antiocho Syriae rege: divisaque jam cum eo Aegypti opes: cui, morte audita Ptolomaei regis, ambo imminebant. Contraxerant autem sibi cum Philippo bellum Athenienses haudquaquam digna causa: dum ex vetere fortuna nihil praeter animos servant. Acarnanes duo juvenes per Initiorum dies non initiati templum Cereris, imprudentes religionis, cum caetera turba ingressi sunt. Facile eos fermo prodidit, absurde quaedam percunctantes: deductique ad antistites templi, quum palam esset per errorem ingressos; tanquam ob infandum scelus interfecti sunt. Id tam foede atque hostiliter factum pens Acarnanum ad Philippum defuit: impetravitque ab eo, ut datis Macedonum auxiliis, bellum is inferre Athenientibus pateretur. Hic exercitus primo terram Atticam ferro ignique depopulatus, cum omnis generis praeda in Acarnaniam rediit: & irritatio animorum ea prima fuit, postea justum bellum decretis civitatis ultro indicendo factum. Attalus enim rex, Rhodiique fecuti cedentem in Macedoniam Philippum, quum Aeginam venissent; rex Piraeum, renovandae fraudesque cum Atheniensibus foederis causa trajecit. Civitas omnis obviam effusa cum conjugibus ac liberis, facerdotes cum insignibus suis, intrantem urbem, ac Dii prope ipsi excisi sedibus suis, excepiuntur.

Cap. XV. In concionem extemplo populus vocatus, ut rex, quae vellet, coram aperet: deinde ex dignitate magis visum, scribere eum, de quibus videretur, quam praesentem aut referendis suis in civitatem beneficiis erubescere, aut significationibus ac clamationibus hoc multitudinis, assentatione immodica pudorem onerantis. In literis autem, quae missae in concionem, recitatae sunt, commemoratio erat beneficiorum, primum in civitatem sociam: deinde rerum, quas adversus Philippum gessisset: ad postremum adhortatio; Capessendum bellum, dum se, dum Rhodios, tum quidem dum eriam Romanos haberent. Nequisquam postea, si tum cessassent, praetermissam occasionem quaesturos. Rhodii deinde legati auditi sunt: quorum recens erat beneficium, quod naves longas quatuor Athenienssium captas nuper a Macedonibus, recuperatasque remiserant. itaque ingenti consensu bellum adversus Philippum decretum. Honores regi oriundi Attalo immodici, deinde & Rhodiis habiti: tum primum mentio illata de tribu, quam Attalida appellarent, ad decem veteres tribus addenda: & Rhodiorum populus corona aurea virtutis gratia donatus, civitasque Rhodiis data, quemadmodum Rhodii prius Atheniensibus dederant. Secundum haec rex Attalus Aeginam ad classem se recepit. Rhodii Ciam ab Aegina, inde per insulas Rhodum navigarunt: omnibus, praeter Andrum, Parumque, & Cythnum, quae praesidiis Macedonum tenebantur, in societatem acceptis. Attalum Aeginae missi in Asiam nuncii, confectaque inde legati alliquandiu nihil agentem tenuere: & neque illos excire ad arma potuit, gaudentes utcumque compolita cum Philippo pace. & ipse, Rhodiique, si inititissent tunc Philippo, egregium libetatae per se Graeciae titulum habere potuisseant; paludenique rursus eum in Italiae spontum trajicere, occupantemque Graeciae opportuna loca vires colligere, bellum aluere; gloriamque eius gesti perfectique, Romanis concesserunt.

Cap. XVI. Philippus magis recto animo est usus: qui quum Attalum Rhodesque hostes non instituisset, ne Romano quidem, quod imminebat, bello territus, Philocle quodam ex praefectis suis cum duobus millibus peditum, equitibus ducentis ad populandos Atheniensium agros misso, classe tradita Heraclidi, ut Maroneam peteret: ipse terra eodem cum expeditis duobus millibus peditum, equitibus ducentis pergit. Et Maroneam quidem primo impetu expugnavit: Aenum inde cum magno labore, postremo proditione Ganymedis praefecti Ptolomaei capit. deinceps alii castella, Cypsela, & Doriscon, & Sorrhenum, occupat. inde progressus ad Chersonesum, Elaeunta & Alopeconnesum, tradentibus ipsis, recepit. Callipolis quo-

quoque & Madytos dedita, & castella quædam ignobilia. Abydeni ne legatis quidem admissis, regi portas clauserunt. ea oppugnatio diu Philippum tenuit: eripiuse ex obsidione, ni cessarum ab Attalo & Rhodiis foret, potuerunt. Attalus tantorundem tantum milites in præsidium, Rhodii quadrirememum unam ex classe, quam ad Tenedum stare, miserunt. eodem postea quum jam vix sustinerent obsidionem, & ipse Attalus quum trajecisset, ipsem tantum auxilii ex propinquo offendit; neque terra neque mari adjutis socius.

Cap. XVII. Abydeni primo termentis per muros dispositis, non terra modo adeuntes aditu arcebant: sed navium quoque stationem infestam hosti faciebant. postea quum & muri pars ictuum ruinis, & ad interiorem raptim oppositum murum cuniculis jam perventum esset; legatos ad regem de conditionibus tradendæ urbis miserunt. Pacifecibantur autem, ut Rhodiam quadriremem, cum sociis navalibus, Attalique præsidium emitti liceret: atque ipsis urbe excedere, cum singulis vestimentis. Quibus quum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus, respondisset; adeo renunciata hæc legatio ab indignatione simul ac desperatione iram accendit, ut ad Saguntinam rabiem versa, matronas omnes in templo Dianæ, pueros ingenuos, virgineique, infantes etiam cum suis nutricibus, in gymnasium includi juberent: aurum & argentum in forum deferri, vestem pretiosam in naves Rhodiam Cyzicenamque, quæ in portu erant, conjici: sacerdotes victimasque adduci, & altaria in medio poni. ibi delecti primum, qui ubi cæsam aciem suorum pro diruto muro pugnantem vidissent, extemplo coniuges liberosque interficerent; aurum, argentum, vestemque, quæ in navibus esset, in mare dejicerent: tectis publicis, privatisque, quamplurimis locis possent, ignes subjicerent: & se facinus perpetraturos, præeuntibus execrabile carmen sacerdotibus, jurejurando adactis: tum militaria astas jurare, neminem vivum, nisi victorem, acie excessurum. Hi memores Deorum adeo pertinaciter pugnaverunt, ut quum nox prælium diremptura esset, rex prior, territus rabie eorum, pugna abstinerit. Principes, quibus atrocior pars facinoris delegata erat, unum paucos & confectos vulneribus ac lassitudine superesse prælio cernerent; luce prima sacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt.

Cap. XVIII. Ante deditionem ex iis legatis Romanis, qui Alexandriam missi erant, M. Æmilius trium consensu minimus natu, audita obsidione Abydenorum, ad Philippum venit. qui quæstus Attalo Rhodiisque arma illata, & quod tum maxime Abydum oppugnaret; cum rex, ab Attalo & Rhodiis ultro se bello lacessitum diceret; *Num Abydeni quoque*, inquit, *ultro tibi intulerunt arma? Intueto vera audire, ferocior oratio vila est, quam quæ habenda apud regem esset. Ætas, inquit, & forma, & super omnia Romanum nomen te ferociorem facit. Ego autem primum velim vos fœderum memores servare mecum pacem. Si bello lacessiris, mihi quoque in animo est lacessere, ut regnum Macedonum, nomenque, haud minus quam Romanum, nobile bello sentiatis.* Ita dimisso legato, Philippus auro argentoque, quæ coacervata erant, accepto; hominum prædam omnem amisit. tanta enim rabies multitudinem invasit, ut repente proditos rati, qui pugnantes mortem occubuissent, periturumque aliis alii exprecantes, & sacerdotibus minantes, qui quos ad mortem devovissent, eorum deditionem vivorum hosti fecissent, repente omnes ad cædem conjugum liberorumque discurrerent, teque ipsi per omnes vias lethi interficerent. Obstupefactus eo furore rex, supprimit impetum militum: & *triduum ferme ad mortiendum Abydenis dare*, dixit. Quo spatio plura facinora in se viti ediderunt, quam infesti edidissent victores: nec nisi quem vincula, aut alia necessitas mori prohibuit, quisquam vivus in potestatem venit. Philippus imposito Abydi præsidio, in regnum rediit. Quum velut Saguntí excidium Annibali, sic Philippo Abydenorum clades ad Romanum bellum animos fecisset, nuncii occurrunt, consulem jam in Epiro esse, & Apolloniam terrestres copias, navales Corcyram in hiberna deduxisse.

Cap. XIX. Inter hæc legatis, qui in Africam missi erant de Amilcare Gallici exercitus duce, responsum à Carthaginiensibus est, nihil ultra se facere posse, quam ut exilio eum multarent, bonaque ejus publicarent. Perfugas & fugitivos, quos inquirendo vestigare potuerint, reddidisse: & de ea re missuros legatos Romam, qui senatui satisfacerent. Ducenta millia modium tritici Romam, ducenta ad exercitum in Macedoniam miserunt. Inde in Numidiam ad reges profecti legati. dona data Matinissæ, mandatasque edita. Equites mille Numidæ (quum duo millia daret) accepti. Ipse in naves imponendos curavit: & cum ducentis millibus modium tritici, ducentis hordei, in Macedoniam misit. Tertia legatio ad Verminam erat. Is ad primos fines regni legatis obviam progres-

greſſus, ut ſcriberent ipſi quas vellent pacis conditiones permiſit. Omnem pacem bonam juſtamque fore ſibi cum populo Romano. Patæ leges pacis, juſſuſque ad eam confirmandam, mittere legatos Romam.

Cap. XX. Per idem tempus L. Cornelius Lentulus proconſule ex Hiſpania redit, qui quum in ſenatu res ab ſe per multos annos fortiter feliciterque geſtas expoſuiſſet, poſtulaſſetque ut triumphanti ſibi invehi liceret in urbem; res triumpho dignas eſſe conſebat ſenatus: ſed exemplum à majoribus non accepiſſe: ut qui neque dictator, neque conſul, neque prætor res geſſiſſet, triumpharet. Proconſulis illum Hiſpaniam provinciam, non conſulem, aut prætorem, obtinuiſſe. Decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem iniret; intercedente Ti. Sempronio Longo tribuno plebis, qui nihilo magis id more majorum, aut ullo exemplo, futurum diceret. Poſtremo victus conſenſit. Patrum tribunus ceſſit: & ex Senatuſconſulto L. Lentulus ovans urbem eſt ingreſſus. Argenti tulit ex præda quadraginta quatuor millia pondo: auri duo millia quadringenta. militibus ex præda centum viginti aſſes divitt.

Cap. XXII. Jam exercitus conſularis ab Arretio Ariminum traduCtus erat, & quinque millia ſcutum Latini nominis ex Gallia in Etruriam tranſierant. itaque L. Furius magnis itineribus ab Arimino adverſus Gallos Cremonam tum obſidentes profectus, caſtra mille quingentorum paſſuum intervallo ab hoſte poſuit. Accuſo egregie rei perendæ fuit, ſi protinus de via ad caſtra oppugnanda duxiſſet. Palati paſſim vagabantur per agros, nullo ſatis firmo relicto præſidio. Iaſtitudini militum timuit, quod raptim ductum agmen erat. Galli clamore ſuorum ex agris revocati, omiſſa præda, quæ in manibus erat, caſtra defendere. Se poſtero die in aciem progreſſi. nec Romanus moram pugnandi fecit. ſed vix ſpatium inſtruendi fuit: eo curſu hoſtes in prœlium venerunt. Dextra ala (in alas diviſum ſocialem exercitum habebat) in prima acie locata eſt: in ſubſidiis duæ Romanæ legiones. M. Furius dextræ alæ, legionibus M. Cæcilius, equitibus L. Valerius Flaccus (legati omnes erant) præpoſiti. Prætor ſecum duos legatos, Cn. Lætorium, & P. Titinium habebat; cum quibus circumſiſtere, & obire ad omnes hoſtium ſubitos conatus poſſet. Primo Galli omni multitudine in unum locum adnixi, obruere atque obterere ſeſe dextram alam, quæ prima erat, ſperarunt poſſe. ubi id parum procedebat, circumvenire à cornibus & amplecti hoſtium aciem (quod in multitudine adverſus paucos facile videbatur) conati ſunt. Id ubi vidit prætor, ut & ipſe dilataret aciem, duas legiones ex ſubſidiis dextra lævaque alæ, quæ in prima acie pugnabat, circumdat, ædemque Deo Jovi vovit, ſi eo die hoſtes fudiſſet. L. Valerio imperat, ut parte duarum legionum equites, altera ſociorum equitum in cornua hoſtium emittat, nec circumvenire eos aciem patiatur. ſimul & ipſe, ut extenuatam mediam diduCtis cornibus aciem Gallorum vidit, ſigna inferre confertos milites, & perrumpere ordines jubet. Et cornua ab equitibus, & mediі à pedite pulſi, acrepente, quum omni parte cædi ingenti ſternerentur, Galli terga vertunt, fugaque effuſa repetunt caſtra. fugientes perſecutus eques, mox & legiones infecutæ in caſtra impetum fecerunt. Minus ſex millia hominum inde effugerunt. cæſa & capta ſupra quinque & triginta millia cum ſignis militaribus octoginta, carpentis Gallicis, multa præda oneratis, plus ducentis. Amilcar dux Pœnus eo prœlio cecidit, & tres imperatores nobiles Gallorum. Placentini caprivi ad duo millia liberorum capitum redditi colonis.

Cap. XXIII. Magna victoria lætaque Romæ fuit. literis allatis, ſupplicatio in triduum decreta eſt. Romanorum ſociorumque ad duo millia eo prœlio ceciderunt: plurimi dextræ alæ, in quam primo imperu vis ingens hoſtium illata eſt. Quamquam per prætorem prope debellatum erat, conſul quoque C. Aurelius perfectis, quæ Romæ agenda fuerant, profectus in Galliam, victorem exercitum à prætore accepit. Conſul alter, quum autumno ferme exacto in provinciam veniſſet, circa Apolloniam hibernabat. ab claſſe, quæ Corcyræ ſubducta erat, C. Claudius, triremeſque Romanæ (ſicut ante dictum eſt) Athenas miſſæ, quum Piræum perveniſſent, deſpondentibus jam animos ſociis, ſpem ingentem attulerant. nam & terreſtres ab Corintho, quæ per Megaram incurſiones in agros fieri ſolitæ erant, non fiebant, & prædonum à Chalcide naves, quæ non mare ſolum infeſtum, ſed etiam omnes maritimos agros Athenienſibus fecerant, non modo Sunium ſuperare, ſed nec extra freum Euripi committere aperto mari ſe audebant. Supervenerunt his tres Rhodiæ quadriremes, & erant Artice tres apertæ naves, ad tuendos maritimos agros comparatæ. Hac claſſe ii urbs agrique Athenienſium defenderentur, ſatis in præſentia exiſtimanti Claudio eſſe, majoris etiam rei fortuna oblata eſt.

Cap. XXIII. Exules ab Chalcide regiorum injuriis pulsi, arsulerunt, occupari Chalcidem sine certamine ullo posse. nam & Macedonas, quia nullus in propinquo tibi hostium metus, vagari passim, & oppidanos praesidio Macedonum fretos, custodiam urbis negligere. His auctoribus profectus, quamquam Sunium ita mature pervenerat, ut inde provehi ad primas angustias Euboeae posset, ne superato praenuntios conspiceretur, clasim in alterum inde usque ad noctem tenuit. Primis tenebris movit. & tranquillo perveltus Chalcidem, paulo ante lucem, qua infrequentissima urbis sunt, paucis militibus turrim proximam, murumque circa scalis cepit: alibi sopitis custodibus, alibi nullo custodiente, progressi inde ad frequentia aedificiis loca, cuttodibus interfectis, refractaque porta, ceterum inultrudinem armatorum accepérunt. Inde in forum urbem diffunlum est: audito etiam tumultu, quod circa forum ignis retectis injectus erat. Concitti arunt & horrea regia. & armamentarium cum ingenti apparatu machinarum, tormentorumque. exules inde passim fugientium pariter ac repugnantium tieri coacta est. nec ullo jam, qui militaris aetatis esset, non aut caso, aut fugato, Sopatro etiam Acarnane praefecto praesidii interfecto, praeda omnis primo in forum collata, deinde in naves impolita. carcer etiam ab Rhodiis refractus: eminique captivi, quos Philippus tamquam in tutissimam custodiam conderat. Statuis inde regis dejectis truncatisque, signo receptui dato, conscendernt naves; & Piraeum, unde profecti erant, redierunt. Quod si tantum militum Romanorum fuisset, ut & Chalcis teneri, & non deseri praesidium Athenarum potuisset; magna res principio Italiam belli, Chalcis & Euripus adempta regi forent. nam ut terra Thermopylarum angustiae Graeciam, ita mari fretum Euripi claudit.

Cap. XXIV. Demetriade tum Philippus erat, quo quum esset nunciata clades focis urbis, quamquam ferum auxilium perditis erat, tamen quae proxima auxilio esset, ultionem petens, cum expeditis quinque millibus pedirum, & trecentis equitibus extemplo profectus, curtu prope Gyrtiden contendit; inuiquasquam dubius opprimi posse, a qui destitutus spe, nec quicquam aliud, quam ad deforme fugientium semiruta ac fumantia focis urbis quum venisset, paucis vix qui fe pelirent bello absumptos reliquis, aeque raptim ac venerat, transgressus ponte Euripum, per Boeotiam, Athenas ducit, pari incepto haud dissimilem eventum ratus repositurum. & respondisset, ni speculator (hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno curfu emetientes spatium) contemplatus regium agmen e specula quadam, progressus nocte media Athenas pervenisset. Idem ibi somnus, eademque negligentia erat, quae Chalcidem dies ante paucos prodiderat. Excitati nuncio trepido & prator Athenienfium, & Dioxippus praefectus cohortis mercede militantium auxiliorum, convocatis in forum militibus, tuba signum ex arce dari jubent, ut hostes adesse omnes scirent, ita undique ad portas, post ad muros discurrunt. Paucas post horas Philippus, aliquanto tamen ante lucem appropinquans urbi, conspectis luminibus crebris, & fremitu hominum trepidantium (ut in tali tumultu) evasuros, instituit signa. & considere ad conquiescendum agmen jussit; vi aperta propalam usurus, quando parum dolus profuerat. Ab Dipylo acceffit. porta ea, velut in ore urbis posita major aliquanto patentiorque, quam ceterae, est: & intra eam extraque latae sunt viae, ut & oppidani diligere celeri a hostium portam oppetent; & externi times mille ferme passus in Academiae gymnasium ferens, pediti equitique hostium liberum spatium praberet. Eo limite Athenienses cum Attali praefidio, & cohorte Dioxippi, acie intra portam instructa signa extulerunt. Quod ubi Philippus vidit, habere fe hostes in potestate rarus, & diu optata caede (neque enim ulli Graecarum civitatum in festior erat) expletarum, cohortatus milites, *ut, fe intuentes, pugnarent, fcirentque ibi signa, ibi aciem esse debere, ubi rex esset*; concitat in hostes equum, non ira tantum, sed etiam gloria elatus, quod inter primi tumba completis etiam ad spectaculum muris, consisi fe pugnantem egregium ducebat. Aliquantum ante aciem cum equitibus paucis evectus in medios hostes, ingentem quum fuis ardorem, tum pavorem hostibus injecit. plurimos manu sua comminuit; nullique vulneratos compositique in portam, conjectus & ipse, quum majorem in angustiis trepidationem edidisset eadem, in temerario incepto rutum tamen receptum habuit: quia qui in turribus portae erant, sustinebant tela, ne in permixtos hostibus suos conjicerent. Intra muros denique tenentibus milites Athenienfibus, Philippus signo receptui dato, castra ad Cynosarges (templum Herculis, gymnasiumque & lucus erat circumjectus) posuit. sed Cynosarges, & Lyceum, & quicquid sancti amoenique circa urbem erat, incensum est, diruraque non resta solum, sed etiam sepulchra: nec divini humanique juris quicquam prae imporenti ira est servatum.

Cap.

Cap. XXV. Postero die quum primo clauſæ fuiſſent portæ, deinde ſubito aperiæ, quia præſidium Attali ab Ægina, Romanique ab Piræeo, intraverant urbem, caſtra ab urbe retulit rex tria ferme millia paſſuum. Inde Eleutinem profectus, ſine improviſo templi caſtellique, quod & imminet & circumdatum eſt templo, capiendi, quum haudquaquam neglectas cuſtodias animadverriſet, & clamſem à Piræeo ſubinde venire; omiſſo incepto, Megaram, ac protinus Corinthum ducit. & quum Argis Achæorum concilium eſſe audiſſet, inopinantibus Achæis, concioni ipſi ſuppervenit. Conſultabant de bello adverſus Nabin tyrannum Lacedæmoniorum: qui tranſiato imperio à Philopœmene ad Cycliadem, nequaquam parem illi ducem, dilapſa cernens Achæorum auxilia, integrabat bellum, agroſque finitimorum vaſtabat; & jam urbibus quoque erat terribilis. Adverſus hunc hoſtem, quum, quantum ex quaque civitatum militum conſcriberetur, conſulterent; Philippus demptarum ſe eis curam, quod ad Nabin & Lacedæmonios attineret, poſtulatus: tantum aguros iociorum populationibus prohibiturum, ſed terrorem omnem belli in ipſam Laconicam, ducto eo extemplo exercitu, tranſlaturum. Hæc oratio quum ingenti hominum aſſenſu acciperetur: *Ita tamen æquum eſt*, inquit, *ne ceſſira meis armis tutare, ne mea tutanda undantur præſidiis. Itaque ſi vobis videtur, tantum parate militum, quantum ad Oreum, & Chalcidem, & Corinthum tuenda ſatis ſint: ut meis ab tergo tutis, ſecuras bellum Nabidi inferam & Lacedæmoniis.* Non fidelit Achæis, quo ſedatam bene benigna pollicitatio, auxiliumque oblatum advertus Lacedæmonios: id quæri, ut obſidem Achæorum juventutem educerent ex Peloponneſo, ad illigandam Romano bello gentem. & id quidem coarguere Cycliades præter Achæorum nihil attinere ratus, id modo quum diſſidet, non licere legibus Achæorum de aliis rebus referre, quam propter quas convocati eſſent, decreto de exercitu parando adverſus Nabin facto, concilium fortiter ac libere habitum dimiſit; inter aſſentatores regios ante eam diem habitus. Philippus magna ſpe deductus, voluntariis paucis militibus conſcripris, Corinthum, atque in Atticam terram rediit.

Cap. XXVI. Per eos ipſos dies, quibus Philippus in Achaia fuit, Philocles præfectus regius ex Eubœa profectus cum duobus millibus Thracum Macedonumque ad depopulandos Athenienſium fines, è regione Eleuſinis Ilium Citheronis tranſcendit. inde dimidia parte militum ad prædandum paſſim per agros emiſſa, cum parte ipſe occultus loco ad inſidias opportuno conſedit, ut ſi ex caſtello ab Eleuſine in prædantes ſuos impetus fieret, repente hoſtes effuſos ex improviſo adoriretur. Non fefellere inſidiæ. Itaque revocatis, qui diſſiparentur, ad prædandum, militibus, inſtructisque ad oppugnandum caſtellum Eleuſinem profectus, cum multis inde vulneribus receſſit. Philippoque ſe venienti ex Achaia conjunxit. Tentata & ab ipſo rege oppugnatio ejus caſtelli eſt. ſed naves Romanæ Piræeo venientes, intromiſſumque præſidium, obſidere inceptos coegerunt. Diviſo deinde exercitu rex cum parte Philoclem Athenas mittit, cum parte ipſe Piræum pergit: ut dum Philocles tibeundo muros, & comminanda oppugnatione contineret urbe Athenienſes, ipſi Piræum levi cum præſidio relictum expugnandi facultas eſſet. Cæterum nihilo ei Piræi, quam Eleuſinis facilior, iiidem fere defendentibus, oppugnatio fuit. A Piræeo Athenas repente duxit. inde eruptione ſubita peditum equitumque inter anguſtias ſeminuti muri, qui brachiis duobus Piræum Athenis jungit, repulſus; omiſſa oppugnatione urbis, diviſo cum Philocle rurſus exercitu, ad vaſtandos agros profectus; quum priorem populationem ſepulchris circa urbem diutendis exercuiſſet; ne quid inviolatum relinqueret, templa Deum, quæ pagatim facrata habebant, incendit atque in cendi juſſit. Exornata eo genere operum eximie terra Attica, & copia domeſtici marmoris, & ingeniis artificum, prabuit huic furori materiam. neque enim diuere modo ipſa templa, ac ſimulacra evertere fatis habuit: ſed lapides quoque, ne integri cumularent ruinas, frangi juſſit. Se poſtquam non tam ira fatiata, quam ira exercendæ materia hæc deerat, agro hoſtium in Bœotiam exceſſit, nec aliud quicquam dignum memoria in Græcia egit.

Cap. XXVII. Conſul Sulpicius eo tempore inter Apollonium ac Dyrrachium ad Apſum flumen habebat caſtra: quo arceſſitum L. Apuſium legatum, cum parte copiarum ad depopulandos hoſtium fines mittit. Apuſius extrema Macedoniæ populatus Corrago, & Gerrunio, & Orgeſio, caſtellis primo impetu captis, ad Antipatrium, in faucibus anguſtis ſitam urbem venit: ac primo evocatos principes ad colloquium, ut fidei Romanorum ſe committerent, perlicere eſt conatus: deinde, ubi magnitudine ac mœnibus ſituque urbis freti, dicta aſpernabantur; vi atque armis adortus, expugnavit, puberibuſque interfectis, præda omni militibus conceſſa, diruit

taurus, atque urbem incendit. Hic metus Corinthiorum, satis validum & munitum oppidum, sine certamine ut dederetur Romanis, effecit. Praesidio ibi relicto, Ilion (nomen propter alterum in Asia urbem, quam oppidum, notius) vi capitur. Reverterentem legatum ad consulem cum satis magna praeda, Athenagoras quidam regius praefectus in transitu fluminis a novitiis agminis adortus, postremos turbavit. Ad quorum clamorem, & trepidationem quum revectus equo propere legatus signa convertisset, conjectisque in medium sarcinis aciem direxisset; non rulere imperum Romanorum militum regii, multi ex his occiti, plures capti. Legatos incolumi exercitu reducto ad consulem, remittitur inde extemplo ad classem.

Cap. XXVIII. Hac satis felici expeditione bello comnisso, reguli ac principes accolae Macedoniam in castra Romana veniunt, Pleuratus Scerdilaedi filius, & Amynander Athamanum rex, & ex Dardanis Bato, Longari filius. Bellum suo nomine Longarus cum Demetrio Philippi patre gesserat. pollicentibus auxilia, respondit consul, Dardanorum & Pleurati opera, quum exercitum in Macedoniam induceret, se usurum. Amynandro Aetolos concitrandos ad bellum attribuit. Attali legatis (nam ii quoque per id tempus venerant) mandat, ut Aeginae rex, ubi hibernabat, classem Romanam opperiretur. qua adjuncta, bello maritimo, sicut ante, Philippum urgeret. Ad Rhodios quoque missi legati, ut capesserent partem belli. Nec Philippus segnius (jam enim in Macedoniam pervenerat) apparabat bellum. Filium Perseu, puerum admodum, datis ex amicorum numero, qui aetatem ejus regerent, cum parte copiarum ad obsidendas angustias, quae ad Pelagoniam sunt, mittit. Sciathum & Peparethum, haud ignobiles urbes, ne classi hostium praedae praemio essent, diruit. Ad Aetolos mittit legatos, ne gens inquieta adventu Romanorum fidem mutaret.

Cap. XXIX. Concilium Aetolorum statuta die, quod Panaetolium vocant, futurum erat. Huic ut occurrerent, & legati regis iter accelerarunt, & ab consule missus L. Furius Purpureo legatus venit. Athenienses quoque legati ad id concilium occurrerunt. Primo Macedones, cum quibus recentissimum foedus erat, auditi sunt. qui, *nulla nova re, nihil se novi habere quod afferrent*, dixerunt: *quibus enim de caussis, experta inutilis societate Romana, pacem cum Philippo fecissent, compositam semel servare eos debere. An imitari*, inquit unus ex legatis, *Romanorum licentiam, an legitatem dicam, maxellis? qui quum legatis vestris Romae respondeti ita jussissent, Quid ad nos venitis Aetoli, sine quorum auctoritate pacem cum Philippo fecistis? Idem nunc, ut bellum secum adversus Philippum geratis, postulant. & antea propter vos, & pro vobis arma sumpta adversus eum fimulabant: nunc vos in pace esse cum Philippo prohibent. Messanae ut auxilio essent, primo in Siciliam conscenderunt: iterum, ut Syracusas oppressas ab Carthaginiensibus in libertatem exlmerent. Et Messanam & Syracusas, & totam Siciliam ipsi habent, & belligerantesque propinciani seceribus & falcibus sul jecerunt. Scilicet, sicut vos Naupacti legiosve vestris per magistratus a vobis creatos concilium habetis, socium hostemque libere, quem velitis, lecturi, pacem ac bellum arbitrio habituri vestro; sic Siculorum civitatibus Syracusas Messanam, aut Lilybaeum finitimae concilium. Praetor Romanus conventus agit: eo imperio evocati conveniunt: excelso in suggestu superba jura reddentem, stipatum litloribus vident: virgae fergo, secures cervicibus imminent: & quotannis alium atque alium dominum serviunt. Nec id mirari debent, aut possunt, quum Italiae urbes Rhegium, Tarentum, Capuam, ne finitimas nominem, quarum ruinis crevit urbs Romana, ejusdem subjectas videant imperio. Capua quidem sepulchrum ac monumentum Campani populi, elato & extorri ejecto ipso populo, superest; urbs truncata, sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium; relicta crudelius habitanda, quam si deleta foret. Furor est, si alienigenae homines plus linguae & moribus & legitibus, quam maris terrarumque spatio discreti, haec tenuerint, sperare quicquam eodem statu mansurum. Philippi vestros esse aliquid videtur libertati vestrae: qui, quum me-ito vestro, vobis infestus esset, & nihil a vobis ultra quam pacem petiit, fidemque hodi: pacis pacte desiderat? Assuefacite his terris legiones externas, & jugum accipite. sero ac nequicquam, quum dominum Romanum habebitis, bellum Philippum quaeretis. Aetolos, Acarnanas, Macedonas, ejusdem linguae homines, leves ad tempus ortae causae dissungunt conjunguntque: cum alienis, cum barbaris aeternum omnibus Graecis bellum est, ortique. natura enim, quae perpetua est, non mutabilibus in diem caussis, hostes sunt. Sed unde coepit oratio mea, ibi desinet. Hoc loco iidem homines de ejusdem Philippi pace triennio ante decrevistis, iidem improbantibus eam pacem Romanis, qui nunc pactam*

pactam & compositam turbare voluerunt. in qua consultatione nihil fortuna mutavit: cur vos mutetis, non video.

Cap. XXX. Secundum Macedonas, ipsis Romanis ita concedentibus jubentibusque, Athenienses, qui fœda passi, justius in crudelitatem sævitiamque regis invehi poterant, introducti sunt. Deploraverunt vastationem populationemque miserabilem agrorum. Neque id se queri, quod hostilia ab hoste passi forent (esse enim quædam belli jura: quæ ut facere, ita pati sit fas) sata exuri, dirui tecta, prædas hominum pecorumque agi; miseræ magis, quam indigna patientia esse. Verum enimvero id se queri, quod is, qui Romanos alienigenas & barbaros vocet, adeo omnia simul divinæ humanæque jura violaverit, in parvula illis rebellis vicisque consecrata, ne in unam urbem quidem contributi majores sui deserta reliquerint. circa ea omnia templa Philippum infestos circumtulisse lenes: semiusta & truncata simulacra Deum inter prostratos jacere passos templorum. Quidem terram Atticam fecerit exoratamque quodam, opulentiamque; talem eam, si liceat, Attoliam, Græciamque omnem faciturum. Urbis quoque sua similem deformitatem futuram fuisse, nisi Romani venissent, eodem enim scelere urbem colonicis Deos, præsidemque arcis Minervam, petitam: eodem Jovis Tonantis Capitolium, eodem Piræei Jovem Minoemque, sed ab eorum non templis modo, sed etiam mœnibus vi atque armis repulsum, in ea delubra quæ sola religione tuta fuerint, sæviisse. Itaque se orare atque obsecrare Ætolos, ut misereri Atheniensium, ducti ius Diis immortalibus, deinde Romani, qui secundum Deos plurimum possint, bellum suscipererent.

Cap. XXXI. Tum Romanus legatus: Totam orationis meæ formam, Macedonas primum, deinde Athenienses mutarunt. Nam & Macedones, quum ad conquerendas Philippo injurias ad nos venissent, non urbes venissem, ultro accusando Romanos, defensionem ut accusatione potiorem haberem, effecerunt: & Athenienses in Deos superos infelicissime nefanda atque inhumana scelera ejus referendo, quid mihi aut cuiquam reliquerunt, quod objicere ultra possim? Eadem Clanios, Abydenos, Æneos, Maronitas, Thasios, Parios, Samios, Lariss enses, Messenios hinc ex Achaia, eximiæ queri: graviora etiam acerbioraque eos, quibus nocendi majorem faculatem habuit. Nam quod ad ea attinet, quæ nobis objecit; nisi jocularia ista sunt, fateor ea defendi non posse. Rhegium, & Capuam, & Syracusas nobis objecit. Rhegium Pyrrhi bello, legio a nobis, Rhegini ipsis ut mitigemus orantibus, in præsidium missa, urbem ad quam defendendam missa erat, per scelus possedit. Comprobavimus ergo id facinus, an bello persecuti fœderatum lectorum, qui potestatem nostram redactam, tergo & cervicibus pœnas sectis pendere quum cogissemus, urbem, agros, suaque omnia cum libertate legibusque Rheginis reddidimus? Syracusanis oppressis ab externis tirannis, quo indignius esset, quum tutissimus opem, & fatigati prope per triennium terra marique urbe nunquam ante oppugnata essemus, quum jam ipsi Syracusani servire tyrannis, quam capi a nobis mallent; captam ipsam armis, & liberatam urbem reddidimus. Neque inficias imus, Siciliam provinciam fuisse, civitates, quæ in parte Carthaginiensium fuerunt, & uno animo cum illis adversus nos bellum gesserunt, stipendiarias nobis ac vectigales esse. quin contra, hoc & nos & omnes gentes scire volumus, pro merito cuique erga nos fortunam esse. An Campanorum pœne, & qua neque ipsi quidem queri possunt, nos pœnitet? Hi homines quum pro iis bellum adversus Samnites per annos prope septuaginta, cum magnis nostris cladibus gessissemus; ipsos fædere primum, deinde connubio atque inde civitationibus, postremo civitate nobis conjunxissemus: tempore nostro adverso primi omnium Hannibalem postorum, præsidio nostro fœde interfecto, ad Annibalem defecerunt: deinde indignati se obsideri a nobis, Annibalem ad oppugnandum Romam miserunt. Horum si neque urbs ipsa, neque bono quisquam superesset, quis durius quam pro merito ipsorum statutum indignari posset? Plures fabimet ipsi conscientia scelerum mortem conscivierunt, quam a nobis supplicio affecti sunt. Cæteris ita oppidum, ita agros ademimus, ut agrum locumque ad habitandum daremus; urbem innoxiam stare incolumem passimus, ut qui hodie videat eam, nullum oppugnatæ captæve ibi vestigium inveniat. Sed quid ego Capuam dico? quum Carthagini victæ pacem de libertate dederimus. Magis illud est periculum, ne nimis facile victis ignoscendo, plures ob idipsum ad experiendam adversus nos fortunam belli incitemus. Hæc pro nobis dicta

...ius, hæc adversus Philippum: cuius domestica parricidia, & sociorum ...ntorumque cædes, & hostium inhumanissimum prope quam crudelissimam, vos, qui propiores Macedoniæ ejus, melius nostis. Sicut ad hoc attinet, Ætoli; nos pro vobis bellum suscepimus adversus Philippum. vos sine nobis cum eo pacem fecistis. Et forsitan dicatis, velut Punico occupatis nobis coactos metu vos, leges pacis ab eo, qui tum plus poterat, accepisse: quæ, quoniam alia maiora urgerent, neglectum a vobis veluti ea, quæ ipsi omisimus. Nunc & nos pacem benignitate Punico perfecto bello, totis viribus nostris in Macedoniam incubuimus: & vobis restituendi vos in amicitiam societatemque nostram fortuna oblata est: ubi peris, cum Philippo, etiam Graece cum Romanis nobilibus.

Cap. XXXII. Hæc dicta ab Romano quum essent, inclinatis omnium animis ad Romanos, Damocritus prætor Ætolorum, pecunia, ut fama est, ab rege accepta, nihil aut huic aut illi parti assensus, Romanos magni æstimandos consilii negavit esse, tum initio ætatem, quam celeritatem, dixit. Celeremus enim pœnitentiam, sed eandem teram atque inutilem sequi; quam precipitata raptim consilia neque revocari, neque in integrum restitui possint. Deliberationis autem ejus, cuius ipse maturitatem expectandam putaret, tempus iis jam hunc statui posse, quum legibus cautum esset, ne de pace bellove, nisi in Panætolico & Pylaico concilio ageretur, decernerent extempio, ut prætor sine fraude, quum de bello aut de pace agere velit, advocet concilium: & quod tum referatur decernatque, id perinde ius ratumque sit, ac si in Panætolico, aut Pylaico concilio actum esset. Dimissis ita suspensa re legatis, egregie consultum genti ajebat, nam utrius partis melior fortuna belli esset, ad ejus societatem inclinaturos. Hæc in concilio Ætolorum acta.

Cap. XXXIII. Philippus impigre terra marique parabat bellum: navales copias Demetriadem in Thessalia contrahebat. Attalum, Romanamque classem principio veris ab Ægina ratus moturos, navibus maritimaque ora prælecit Heraclidem, quem & ante præfecerat. Ipse terrestres copias comparabat, magna ex duo auxilia detracturus Romanis credens; ex una parte Ætolos, ex altera Dardanos; faucibus ad Pelagoniam a filio Perseo interclusis. Ab consule non parabatur, sed gerebatur jam bellum: per Dassaretiorum fines exercitum ducebat, frumentum, quod ex hibernis exsulerat, inseguum vehens; quod in usum militi satis esset, præbentibus agris. Oppida vicique, partim voluntate, partim metu ie tradebant. quædam vi expugnata, quædam deserta, in montes propinquos refugientibus barbaris, in conicibantur. Ad Lycum flumen pervenit prope flumen Bevium: inde frumentarium circa horrea Dassaretiorum nactebat. Philippus confirmata quidem omnia circa, pavoremque ingentem hominum cernebat; sed parum gnarus quam pariem petisset consul, dum equitum alios exploratum, alios hostes iter intrendidisset, mint. Idem error apud consulem erat. Movisse ex hibernis regem sciebat, quam regionem petisset ignorans. is quoque speculatum misserat equites. Hæ duæ alæ ex diverso, quum diu incerti itineribus vagate per Dassaretios essent, tandem in unum iter convenerunt. Neutros fefellit, ut fremitus procul hominum equorumque exauditus est, hostes approquinquare. Itaque prius quam in conspectum venirent, equos armaque expediebant. nec mora, ubi primum hostem videre, concurrendi facta est. Forte Sc numero & virtute, utrique lecti utrinque, haud impares, æquis viribus per aliquot horas pugnarunt. Fatigatio ipsorum equorumque, incerta victoria diremit prosilium. Macedonum quadraginta equites, Romanorum quinque Sc triginta ceciderunt. Neque consilio explorati quicquam, in qua regione castra hostium essent, aut illi ad regem, aut hi ad consulem referunt. per transfugas cognitum est, quos levitas ingeniorum ad cognoscendas hostium res in omnibus bellis præbet.

Cap. XXXIV. Philippus aliquid Sc ad caritatem suorum, Sc ut promptius pro eo periculum adirent, ratus profecturum se, si equitum, qui ceciderant in expeditione, sepeliendorum curam habuisset; afferri eos in castra justit, ut conspicerentur ab omnibus funeris honos. Nihil tam incertum nec tam inoffirmabile est, quam animi multitudinis. quod promptiores ad subeundum omnem dimicationem videbatur facturum, id merum pigritiamque incussit: nam qui hastis sagittisque, Sc rara lanceis vulnera facta vidissent, cum Græcis Illyriisque pugnare assueti, posteaquam gladio Hispaniensi detruncata corpora brachiis abscissis, aut ora cervice defecta, divisa a corpore capita, patentiaque viscera, Sc fœditatem allam vulnerum viderunt; adversus quæ rela, quosque viros pugnandum esset, pavidi vulgo cernebant. Ipsum quoque regem terror cepit, nondum justo prælio cum Romanis congressum. itaque revocato filio, præsidioque, quod in Pelagoniæ faucibus erat, ut iis copiis suas augeret, Pleurato Dardanique

nisque iter in Macedoniam patefecit. Ipse cum viginti millibus peditum, quatuor equitum, ducibus transfugis, ad hostem profectus, paulo plus ducentos passus à castris Romanis tumultum propinquum Athaco, fossa ac vallo communivit: ac subjecta cernens Romana castra, admiratus esse dicitur, & universam speciem castrorum, & descripta suis quæque partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum intervallis: & negasse barbarorum ea castra ullâ videri posse. Biduum consuli & rex, alter alterius conatus exspectantes, continuere tuos intra vallum: tertio die Romanos omnes copias in aciem eduxit.

Cap. XXXV. Rex vero tam celerem aleam universi certaminis timens, quadringentos Trallesi (Illyriorum id, sicut alio diximus loco,est genus) & Cretenses trecentos, addito iis peditibus pari numero equitum cum duce Athenagora, uno ex purpuratis, ad lacessendos hostium equites misit. Ab Romanis, quum aberat acies eorum paulo plus quingentos passus, velites & equitum turmæ ferme ab utroque numero quoque eques pedesque hostem æquarent. Credidere regii, genus pugnæ quo assueverant, fore; ut equites invicem insequentes refugientesque, nunc relis uterentur, nunc terga darent, Illyriorum velocitas ad excursiones, & impetus subitos alui esset, Cretenses in invehentem se effuse hostem tagittas conjicerent. Turbavit hunc ordinem pugnandi non acrior quam pertinacior impetus Romanorum. nam haud secus, quam si tota acie dimicarent, & velites emissis hastis cominus gladiis rem gerebant, & equites ad semel in hostem erecti insultantibus equis, partim ex ipsis equis, partim desilientes immisceretisque se pedestribus, pugnabant. ira nec eques regius equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam; nec pedes concurrator, & vagus, & prope feminudus genere armorum velliti Romano, parmam gladiumque habenti; pariterque & ad se tuendum, & ad hostem perendum armato. Non tulere itaque dimicationem; nec alia re, quam velocitate, rutantes se, in castra refugerunt.

Cap. XXXVI. Uno deinde intermisso die, quum omnibus copiis equitum levisque armaturæ pugnaturus rex esset, nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno inter tina castra in insidiis abdiderat; præceperatque Athenagoræ & equitibus, ut si aperto prælio procederet res, uterentur fortuna: si minus, cedendo fensim, ad insidiarum locum hostem pertrahorent. Et equitatus quidem cessit: duces cetratæ cohortis, non satis exspectato signo ante tempus excitatis suis, occasionem bene gerendæ rei amiserc. Romanus & aperto prælio victor, & tutus à fraude insidiarum, in castra fere recepit. Pollero die omnibus copiis consul in aciem descendit; ante prima signa locatis elephantis: quo auxilio tum primum Romani, quia captos aliquot bello Punico habebant, uti sunt. Ubi latentem intra vallum sensit, exprobrans metum successit. Posteaquam ne tum quidem potestas pugnandi dabatur, quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat; dispersos milites per agros equitibus extemplo invasuris; octo ferme inde millium intervallo tutiorem frumentationem habiturus, castra ad Ottolophum (id est loco nomen) movit. Quum in propinquo agro frumentarentur Romani, primo rex intra vallum suos tenuit, ut crescerent simul & negligentia cum audacia hosti. Ubi effusos vidit, cum omni equitatu, & Cretensium auxiliaribus, quantum equirem velocissimi pedites curfu sequire poterant, citato profectus agmine, inter castra Romana & frumentatores conjicit signa. Inde copias divisis, partim ad consectandos vagos frumentatores emisit, data signo, ne quem vivum relinquerent; cum parte ipse subtilit, itineraque, quibus ad castra recurrisi videbantur hostes, obsedit. Jam passim crades ac fuga erat, nec dum quisquam in castra Romana nuncius cladis pervenerat; quia refugientes in reclem stationem incidebant: & plures ab obsidentibus vias, quam ab emissis ad cædem, interficiebantur. ranaemque inter medias hostium stationes clausi quidam trepidi, tumultum magis quam certum nuncium intulerunt castris.

Cap. XXXVII. Consul equitibus justis qua quisque posset, obviam ferre laborantibus: ipse legiones è castris educit, & agmine quadrato ad hostem ducit. Dispersi equites per agros quidem aberrarunt, sicuti ejusmoribus aliis ex alio exsitentibus loco. Pars obvios habuerunt hostes. pluribus locis simul pugna cruit. Regia statio atrocissimum præstitit debebat. nam & ipsa multitudine sua tum potissimumque prope justa acies erat: & Romanorum, quia medios obsederat iter, plurimi in eam irruebant. Eo quoque superiores Macedones erant, quod & rex ipse hortator aderat, & Cretenses auxiliares multos ex improviso vulnerabant, conferti promiscuique in dispersos, & effusos pugnantes. Quod si modum in insequendo habuissent, non in præsentis modo certaminis gloriam, sed in summam etiam belli pro-

fectum foret: nunc aviditate cædis intemperantius insecuti, in progressus cum tribunis militum cohortes Romanas incidere: & fugiens eques, ut primo signa eorum vidit, conversi in effusum hostem equos: versaque momento temporis fortuna pugnæ est; terga dantibus qui modo secuti erant. Multi cominus congressi, multi fugientes interfecti, nec ferro tantum periere, sed in paludes quidam conjecti, profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Rex quoque in periculo fuit; nam ruente fauces equo præceps ad terram datus, haud multum abfuit, quin jacens opprimeretur. Saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit, pavidumque regem in equum subjecit. Ipse quum pedes æquare cursu fugientes non posset equites, ab hostibus ad casum regis concitatis confossus perlit. Rex circumvectus paludes pervias inviasque trepida fuga, in castra tandem, jam desperantibus plerisque incolumem evasurum, pervenit. Ducenti Macedonum equites eo prœlio periere, centum ferme capti, octoginta admodum ornati equi, spoliis simul armorum relatis, abducti.

Cap. XXXVIII. Fuerunt, qui hoc die regem temeritatis, consulem segnitiæ accularent. nam & Philippo quiescendum fuisse, quum paucis diebus hostes exhaustos circa omni agro ad ultimam inopiæ venturos sciret; & consulem quum æquitatum hostium levemque armaturam fudisset, ac prope regem ipsum cepisset, protinus ad castra hostium ducere debuisse. nec enim manifuros ita perculsos hostes fuisse; debellarique momento temporis potuisse. Id dictu, quam re, ut plerasque, facilius, nam si omnibus peditum quoque copiis rex congressus fuisset, fortitan inter tumultum, quum omnes victi metuque perculti ex prœlio intra vallum, protinus inde supervadentem munimenta victorem hostem fugerent, exui castris potuerit rex. quum vero integræ copiæ peditum in castris manssissent, stationes ante portas, præsidiaque disposita essent, quid, nisi ut temeritatem regis effuse paulo ante secuti perculsos equites imitaretur, profecisset? neque enim ne regis quidem primum consilium, quo integrum in frumentatores palatos per agros fecit, reprehendendum foret, si modum prosperæ pugnæ imposuisset. Eo quoque minus est mirum, rentasse eum fortunam, quod fama erat, Pleuratum, Dardanosque ingentibus copiis profectos domo, jam in Macedoniam transcendisse. Quibus si undique circumventus copiis foret, sedentem Romanum debellaturum, credi poterat. Itaque secundum duas adversas equestres pugnas, multo minus tutam moram in iisdem stativis fore Philippus ratus, quum abire inde & fallere abiens hostem vellet, caduceatore sub occasum solis ad consulem misso, qui inducias ad fepeliendos equites peteret; fruttratus hostem secunda vigilia, multis ignibus per rota castra relictis, silenti agmine abiit.

Cap. XXXIX. Corpus jam curabat consul, quum veniisse caduceatorem, & quid veniisset, nunciarum est. responso tantum dato, mane postero die fore coplam convenendi, id quod quærirum erat, nox, dieique insequentis pars, ad præcipiendum iter Philippo data est. montes, quum viam non ingressurum gravi agmine Romanum sciebat, perit. Consul prima luce caduceatore datis inducliis dimisso, haud ita multo post abisse hostem quum sensisset, ignarus qua sequeretur, iisdem stativis frumentando dies aliquot consumpsit. Superam deinde petit, atque ex Pelagonia frumentum, quod in agris erat, convexit. Inde ad Pellinam est progressus; nondum comperto, quam regionem hostes petissent. Philippus quum primo ad Bryanium stativa habuisset; profectus inde transversis limitibus, terrorem præbuit subirum hosti. Movere itaque ex Pellina Romani, & ad Osphagum flumen postuerunt castra. Rex haud procul inde & ipse, vallo super ripam amnis ducto (Erigonum incolæ vocant) confedit. inde satis comperto Eordæam petituros Romanos, ad occupandas angustias, ne superare hostes arctis faucibus inclusum aditum possent, præcessit. ibi alia vallo, alia fossa, alia lapidum congerie, ut promuro esset, alia arboribus objectis, ira ut locus postulabat, aut materia suppeditabat, opere permunit, atque (ut ipse rebatur) vim suapte natura difficilem, objectis per omnes transitus operibus, inexpugnabilem fecit. Erant pleraque silvestria circa, incommoda phalangi maxime Macedonum: quæ, nisi ubi prælongis hastis velut vallum ante clypeos objecit (quod ut fiat, libero campo opus est) nullius admodum usus est. Thraces quoque romphææ, ingentis & ipse longitudinis, inter objectos undique ramos impediebant. Cretentium una cohors non inutilis erat: sed quæ quoque ipsa, ut si quis imperum faceret, in parentem vulneri equum, equitemque fagitras conjicere poterat; ita adversus scuta Romana, nec ad trajiciendum satis magnam vim habebat, nec aperti quicquam erat quod peterer. Itaque id ut vanum reli genus fenestrunt esse, faxis passim rota valle jacentibus inscissebant hostem, ea ma-

fore cum ſonitu, quam vulnere ullo, pulſatio ſcutorum, parumper ſuccedentes Romanos temuit. Deinde iis quoque ſpretis, partim teſtudine facta per adverſos vadunt hoſtes: partim brevi circuitu quum in jugum collis evaſiſſent, trepidos ex præſidiis ſtationibuſque Macedonas deturbant &c, ut in locis impeditis difficili fuga, pleroſque etiam obtruncant.

Cap. XL. Ita anguſtiæ minore certamine, quam quod animis proſuerant, ſuperatæ: & in Eordæam perventum; ubi pervaſtatis paſtim agris, in Elimeam ſe recepit. inde impetum in Orthidem fecit: & oppidum Celetrum eſt aggreſſus, in peninſula ſitum. Lacus mœnia cingit: anguſtis faucibus unum ex continenti iter eſt. Primo ſitu ipſo freti, clauſis portis imperium abnuere: deinde poſtquam ſigna ferri, ac teſtudine ſuccedi ad portam, obſeſſaſque fauces agmine hoſtium videruntur, priſquam ad experiretur certamen, meru in deditionem venerunt. Ab Celetro in Daſſaretios proceſſit: urbemque Pelium vi cepit. ſervitia inde cum cætera præda abduxit. & libera capita ſine pretio dimiſit: oppidumque iis reddidit; præſidio valido impoſito. nam & ſita opportune urbs erat ad impetus in Macedoniam faciendos. Ita peragraris hoſtium agris, conſul in loca jam pacata ad Apolloniam, unde orſus bellum erat, copias reduxit. Philippum averterant Ætoli, & Athamanes, & Dardani, & tot bella repente alia ex aliis locis exorta. Adverſus Dardanos jam ſuperientes ex Macedonia ſeſe, Athenagoram cum expeditis peditibus ac majore parte equitatus miſit, juſſum inſtare ab tergo abeuntibus, & carpendo poſtremum agmen, ſegniores eos ad movendos domo exercitus efficere. Ætolos Damocritus præter, qui moræ ad decernendum bellum ad Naupactum auctor fuerat, idem proximo concilio ad arma conciverat: poſt famam equeſtris ad Oſtolophum pugnæ, Dardanorumque & Pleurati cum Illyriis tranſitum in Macedoniam, ad hæc claſſis Romanæ adventum in Oreum, & ſuper circumfuſas tot Macedoniæ gentes, maritimam quoque inſtantem obſidionem.

Cap. XLI. Hæ cauſſæ Damocritum Ætoloſque reſtituerant Romanis: & Amynandro rege Athamanum adjuncto profecti, Cercinium obſedere. Clauſerant portas; incertum vi, an voluntate: quia regium habebant præſidium. Cæterum intra paucos dies captum eſt Cercinium, atque incenſum, qui ſuperfuerant e magna clade, liberi ſervi-que inter cætera prædam abducti. Is finor omnes, qui circumcolunt Bebeis paludem, relictis urbibus, montes coegit petere. Ætoli inopia prædæ inde averſi, in Perrœbiam ire pergunt. Cyretias ibi vi capiunt, fœdeque diripiunt: qui Mallœam incolunt, voluntate in deditionem ſocieratemque accepti. Ex Perrœbia Gomphos petendi Amynander auctor erat: & imminet Athamania huic urbi, videbaturque exspugnari fine magno certamine poſſe. Ætoli campos Theſſalicæ opimos ad prædam petiere; ſequente, quanquam non probante, Amynandro, nec effuſas populationes Ætolorum, nec caſtra, quo fors tuliſſet loco, ſine ullo diſcrimine ac cura muniendi poſita. Itaque ne temeritas eorum, negligentiaque, ſibi ac ſuis etiam cladis alicujus cauſſa eſſet: quum campeſtribus locis ſubjicientes eos caſtra Phecado urbi videret, ipſe paulo plus quingentorum paſſuum inde tumulum ſuis, quamvis levi munimento tutum, cepit, quum Ætolis, niſi quod populabantur, vix meminiſſe videretur ſe in hoſtium agro eſſe: alii palatſemiermes vagarentur, alii in caſtris ſine ſtationibus per ſomnum vinumque dies noctibus æquarent. Philippus inopinantibus advenit. quem quum adeſſe refugientes ex agris quidam pavidi nunciaſſent, trepidare Damocritus, cæteriique duces: & erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo ſopiti jacebant. Excitare igitur alii alias, jubere arma capere, allos dimittere ad revocandos, qui palati per agros prædabantur. tantaque trepidatio fuit, ut ſine gladiis quidam equitum exirent, loricas plerique non induerent. Ita raptim educti, quum univerſi ſexcentorum ægre ſimul equites peditesque numerum expleſſent, incidunt in regium equitatum, numero animisarmiſque præſtantem. Itaque primo impetu fuit, vix tentato certamine, turpi fuga reperunt caſtra. cæli, captique quidam, quos equites ab agmine fugientium interclufere.

Cap. XLII. Philippus ſuis jam vallo appropinquantibus receptui canit juſſit. fatigatos enim equos viroſque non tam prœlio quam itineris ſimul longitudine, ſimul præpropera celeritate, habebat. Itaque turmatim equites, invicemque manipulos levis armaturæ aquatum ire & prandere jubet: alios in ſtatione armatos retinet, opperiens agmen peditum tardius durium propter gravitatem armorum. Quod ubi advenit, & ipſis imperatum, ut ſtatutis ſignis armiſque ante ſe poſitis, raptim cibum caperent, binis, ternisve ſummum ex manipulis aquandi cauſſa miſſis; interim eques cum levi armatura paratus inſtructuſque ſteterit, ſi quid hoſtis moveret. Ætoli (jam

simus. Sic quæ per agros multitudo sparsa fuerat, recoperat se in castra) ut defensiori munimenta, circa portas vallumque armatos dispounit, dum quietos hostes ipsi feroces extra tuebantur. postea quam mota signa Macedonum sunt, & fiducere ad vallum parati atque instructi cœpere, omnes repente relictis stationibus, per aversam partem castrorum ad tumulum, ad castra Athamanum perfugiunt. multi in hac quoque tam rapida fuga cæsi aliique sunt Ætolorum. Philippus, si fatis dici superesset, non dubius quin Athamanes quoque exui castris potuissent, die per proelium, deinde per directionem castrorum absumpto, sub tumulo in proxima planitie consedit; prima luce insequentis diei hostem aggressurus. Sed Æroli eodem pavore, quo sua castra reliquerant, postremam primo diei fugerunt. Maxime ultul fuit Amynander, quo duce Athamanes itinere pcciti, summis montibus, per calles ignotos sequentibus eos hostibus in Ætolam perdaverunt. non ita multos in diversa fuga error intulit in Macedonum equites, quos luce prima Philippus, ut deterrum tumulum vidit, ad carpendum hostium agmen misit.

Cap. XLIII. Per eos dies & Athenagoras regius præfectus Dardanos recipientes se in fines adeptus, postremum agmen primo turbavit, dein postea quam Dardani conversis signis direxere aciem, æqua pugna visto proelio erat. ubi virtus præcedere Dardani coepisset, equite & levi armatura regii, nullum telis auxilii genus habentes Dardanos, oneratos immobilibus armis vexabant. & loca ipsi adiuvabant. Occisi perpauci sunt, plures vulnerati. capsus nemo, quia non excedunt temere ordinibus suis, sed cedentium & pugnam & sequentium. Ita damna Romano accepta bello, dubius per opportunas expeditiones coercitis gentibus rettiuere Philippus; incepto forti, non prospero solum eventu. Minuit deinde ei forte oblata res hostium Ætolorum numerum. Scopas princeps gentis ab Alexandria magno cum pondere auri ab rege Ptolemæo missus, sex millia peditum, & equites mercede conductos Argyraspidas habuit. nec ex iuventute Ætolorum quemquam reliquisset, ni Damocritus, nunc belli quod instaret, nunc futuræ solitudinis admonens, diuturnum cura generis, an ut adversaretur Scopæ, parum denis cultus) partem iuniorem castigando domi continuisset. Hæc ea ætate ab Romanis, Philippoque gesta erant.

Cap. XLIV. Claris a Corcyra eiusdem principio æstatis cum L. Apustio legato profecti, Malea superata, circa Sycaeum agri Hermionici Attalo regi conjuncta est. Tum vero Athenienium civitas, cui odio in Philippum per metum jam diu moderata erat, id omne in auxilii præsentis ipsum effudit. nec unquam ibi defuit lingua prompta ad plebem concitandam, quod genus, quum in omnibus liberis civitatibus, tum præcipue Athenis, ubi oratio plurimum pollet, favore multitudinis alitur. Rogationem exemplo tulerunt, plebisque scivit, ut Philippi statuæ, imagines omnes, nominaque earum, item majorum eius curiis ac multebris sexus omnium tollerentur, deleturique: dies festi, sacra sacerdotes, quæ ipsius majorumve eius honoris causa instituta essent, omnia profanarentur. Loca quoque in quibus positum aliquid inscriptumve honoris ejus causa fuisset, detestabilia esse, neque in iis quicquam posses ponidicatique placere eorum, quæ in locis puro pœni dedicatique sus esset. Sacerdotes publicos, quotiescumque pro populo Athenienii, sacrificque & exercitibus & civibus eorum precaretur: totius detestari atque exorari Philippum, illorum, quæ vegetumque, execrari nominatique, sacrificque Macedonum genus omne, nomenque. additumque decreto, Si quis quid posset, quod ad nocem nominibusque Philippi pertineret, ferret, id omne populum Athenienium iussurum: si quis contra ea nominibus, prave honore ejus dixisset, facisset, aut occidisset eum, iure cæsurum. postremo inclusum, Ut omnia quæ adversus Pisistratidas decreta quondam erant, eadem in Philippo serentur. Athenienses quidem literis verbisque, quibus solis valent, bellum adversus Philippum gerebant.

Cap. XLV. Attalus, Romanique, quum Piræum primum ab Hermione petissent, paucos ibi morati dies, oneratique æque immodicis adhonores fociorum, ac quæ in iram adversus hostem fuerant, Athenienium decretis, navigant à Piræeo Andrum. & quum in porta, quem Gaureleon vocant, constitissent, militis qui tenerent oppidanorum animos, si voluntate tradere urbem, quam vim experiri mallent; postquam præsidio regio arcem teneri, nec se potestuis fore esse respondebant: expeditis copiis, omnique apparatu bellum oppugnandarum, diversis partibus navium, Legatus Romanus ad urbem subeunt. Plus aliquanto Graecos Romana signa armaque nen ante viri, animique militum, tam prompte fuscedentium mare, terruere. Itaque fuga exemplo in arcem facta est: urbe hostes potiti. & in arce quum biduum loci femina gis quum armorum fiducia repugnassent; tertio die, pacti ipsi præsidiumque, ut cum singulis vestimentis

tis Delium Bœotiæ transeherentur. Ea ab Romanis regi Attalo concessa: prædam, ornamentaque urbis ipsi avexerunt. Attalus ne defertam haberet insulam, & Macedonum fere omnibus, & quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit. postea & ab Delio, qui ex pacto transvecti eo fuerant, promissis regis, quum deficerium quoque patriæ facilius ad credendum inclinaret animos, revocati. Ab Andro Cythnum trajecerunt. ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequicquam absumpti: & quia vix operæ pretium erat, abscessere. Ad Prasias (contracontis Atticæ is locus est) Ilæorum viginti lembi cladi Romanorum adjuncti sunt. ii missi ad populandos Carystiorum agros, cætera classis Geræstum, nobilem Euboææ portum, dum à Carysto Ilæi redirent, tenuit. Inde omnes velis in altum datis, maris medio prætervectum Scyrum insulam fœnum pervenere. ibi paucos dies, sæviente Boreæ, retenti; ubi prima tranquillitas data est, Sciathum trajecere, vastatam urbem, direptamque nuper a Philippo. Per agros palati milites frumentum, & si qua alia vilui esse ad vescendum poterant, ad navses ferebant. prædæ nec æmuli quicquam, nec meruerant Græci cur diriperentur. Inde Cassandream petentes, primo ad Mendin, maritimum civitatis ejus vicum, tenuere. inde quum superato promontorio ad ipsa mœnia urbis circumagere classem vellent, fœva exorta tempestate prope obruti scutibus; dispersi magna ex parte amissis armamentis in terram effugerunt. Omen quoque ea maritima tempestas ad rem terra gerendam fuit. nam collectis in unum navibus, expositisque copiis aggressi urbem, cum multis vulneribus repulsi (sic erat validum ibi regium præsidium) irrito incepto regressi Canastræum Pallenes trajecere. inde superato Toronæ promontorio, navigantes Acanthum petiere. ibi primo ager vastatus, deinde ipsa urbs vi capta, ac direpta. nec ultra progressi (jam enim & graves prædæ naves habebant) retro, unde venerant, Sciathum, & ab Sciatho Euboæam reperunt.

Cap. XLVI. Ibi relicta classe, decem navibus expeditis sinum Maliacum intravere; ad colloquendum cum Ætolis de ratione gerendi belli. Sosystrhicas Ætolus princeps legationis eius fuit, quæ ad communicanda consilia Heracleam cum rege & cum Romano legato venit. Petitum ex fœdere ab Ætolis est, ut mille milites præstaret. tantum enim numerum bellum gerentibus adversus Philippum debebat. Id negatum Ætolis: quod illi quoque gravati prius essent ad populandam Macedoniam exire, quo nempore Philippo circa Pergamum urente facra profanaque, abstrahere eum inde respectu rerum suarum potuissent. Ita Ætoli cum spe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimissi. Apustius cum Attalo ad classem rediit. inde consultari de Oreo oppugnando cœptum. Valida ea civitas & mœnibus, & quia ante fuerat tentata, firmo erat præsidio. Conjunxerant se iis post expugnationem Andri cum præfecto Agesimbroto, viginti Rhodiæ naves, tecte omnes. eam classem in stationem ad Cenæum miserunt (Ithmæ id fuere Demetriadem promontorium est peroportune obiectum) ut si quid inde moverent Macedonum naves, in præsidio essent. Heraclides præfectus regius classem ibi tenebat: magis per occasionem, si quam negligentia hostium dedisset, quam aperta vi quicquam facturus. Eversum diverti Romani, & rex Attalus oppugnabant: Romani à maritima arce, regii adversus vallem inter duas jacentem arces, qua & muro intersepta urbs est. & ut loca diversa, sic dispari modo etiam oppugnabant: Romani testudinibus & vineis, & arietem admovendo muris: regii ballistis, carapultisque, & allo omni genere tormentorum tela ingerentes. & pondere ingenti saxa jaciebant, & cuniculos, & quicquid aliud priore oppugnatione expertum profuerat. Cæterum non plures tantum Macedones, quam ante fuebantur urbem arcesque, sed etiam præsentioribus animis, & castigationibus regis in admissa culpa. & simul minarum, simul promissionum in futurum memores, ita ut parum in expugnatione celeri spei esset. Interim & aliud agi posse rati legatos, relictis quos satis videbantur ad opera perficienda militibus, trajicit in proxima continentis: Lariss æmque (non illam in Thessalia nobilem urbem, sed alteram, quam Cremasten vocant) subito adventu, præter arcem, cepit. Attalus quoque, Ægeleon, nihil minus quam tale quicquam in alterius oppugnatione urbis timentibus, oppressit. Et jam quum opera in effectu erant circa Oreum: tum præsidium quod intus erat, labore assiduo, vigiliis diurnis pariter nocturnisque, & vulneribus confectum. Muri quoque pars ariete incusso subruta, multis jam locis prociderat: perque apertum ruina iter nocte Romani, quodque super portum est, in arcem perrupterunt. Attalus luce prima, signo ex arce dato ab Romanis, & ipse urbem invasit; simulis magna ex parte muris: præsidium oppidanique in alteram arcem perfugere, unde biduo post dedi-

deditio facta. urbs regi, captiva corpora Romanis cessere.

Cap. XLVII. Jam autumnale æquinoctium inflabat; & est finus Euboicus, quam Cœla vocant, suspectus nautis. itaque ante hiemales motus evadere inde cupientes, Piræum, unde profecti ad bellum erant, repetunt. Aprilium tricinta navibus ibi relictis, super Maleam navigat Corcyram. Regem spatium Initiorum Cereris, ut sacris interesset, tenuit. secundum Initia & ipse in Asiam se recepit; Agelimbroto & Rhodiis domum remissis. Hæc ea ætate terra marique adversus Philippum Vocliose ejus, consulis & legato Romanis, adjuvantibus rege Attalo & Rhodiis gesta. Consul alter C. Aurelius ad confectum bellum quum in provinciam venisset, haud clam tulit Iram adversus prætorem, quod abiente se rem gessisset. missoque igitur eo in Etruriam, ipse in agrum hostium legiones induxit: populandoque, cum præda majore quam gloria bellum gesit. L. Furius, simul quod in Etruria nihil erat rei, quod gereret, simul Gallico triumpho imminens, quem absente consule irato atque invidente facilius impetrari posse ratus, Romam inopinato quum venisset, senatum in æde Bellonæ habuit: expositisque rebus gestis, ut triumphanti sibi in urbem invehi liceret, petit.

Cap. XLVIII. Apud magnam partem senatus, & magnirudine rerum gestarum valebat, & gratia. majores natu negabant triumphum; & quod alieno exercitu rem gessisset, & quod provinciam reliquisset avidate rapiendi occationem triumphi; id vero eum nullo exemplo feciss. consulares præcipue, exspectandum fuisse consulem dicebant. potuisse enim castris prope urbem positis, rutanda colonia, ira ut acie non decerneret, in adventum ejus rem extraheret. & quod prætor non fecisset, senatui faciendum esse. Consulem exspectarent: ubi coram disceptantes consulem & prætorem audissent, verius de causa existimaturos esse. Magna pars senatus nihil præter res gestas, & an in magistratu fuisque auspiciis gessisset, censebant spectare senatum debere. *Ex dubiis colonias, quæ velut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus oppositæ fuissent, quum una direpta & incensa esset, trajecturumque id incendium velut ex continentibus tectis in alteram jam propinquam coloniam esse, quid tandem prætori faciendum fuisse? Nam si sine consule gera nihil oportuerit, aut senatum peccasse, qui exercitum prætori dederit: (potuisse enim, si non cum prætoris, sed consulis exercitu rem geri voluerit, ita finire Senatus consultum, ne per prætorem, sed per consulem gereretur:) aut consulem, qui non, quum exercitum ex Etruria transire in Galliam jussisset, ipse Arimini occurrerit, ut vello interesset, quod sine eo geri sas non esset. Non excusabile bello temporis moras & dilationes imperatorum, & quamdum esse interdum, non quia velis, sed quia hostis cogat. Pugnam ipsam, eventumque pugnæ spectari oportere. Jusos casosque hostis: castra capta ac direpta: coloniam liberatam obsidione: alterius colonia captivos recuperatos, restitutosque suis: debellatum uno prælio esse. Non homines tantum ea victoria lætatos, sed Dis quoque Immortalibus per triduum supplicationes habitas: quod bene ac felliciter, non quod male ac temere respublica à L. Furio prætore gesta esset. Data fato etiam quodam Furiæ genti Gallica bella.*

Cap. XLIX. Hujus generis orationibus ipius amicorumque victa est, præsentis gratia prætoris, absentis consulis majestas: triumphumque frequentes L. Furio decreverunt. Triumphavit de Gallis in magistratu L. Furius prætor. In ærarium tulit trecenta viginti millia æris, argenti centum septuaginta millia pondo: neque captivi ulli ante currum ducti, neque spolia prælata, neque milites secuti; omnia, præter victoriam, penes consulem esse apparebat. Ludi deinde à P. Cornelio Scipione quos consul in Africa voverat, magno apparatu facti. Et de agris militum ejus decretum, ut quot quisque eorum annos in Hispania aut in Africa militasset, in singulos annos bina jugera acciperet. eum agrum decemviri adsignarent. Triumviri inde creari ad supplendum Venusinis colonorum numerum, quod bello Annibalis attenuatæ vires ejus coloniæ erant, C. Terentius Varro, T. Quintius Flamininus, P. Cornelius, Cn. Scipio. hi colonos Venusinos adscripserunt. Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtinebat, magnum hostium exercitum in agro Sedetano fudit. quindecim millia Hispanorum eo prælio dicuntur cæsa, signa militaria capta octo & septuaginta. C. Aurelius consul, quum ex provincia Romam cognitiorum causa venisset, non id, quod animis præceperant, quæstus est, *Non exspectatum se ab senatu, neque discepiandi cum prætore consulii potestatem factam: sed ita triumphum decrevisse senatum, ut nullus, nisi ejus, qui triumphaturus esset, haud eorum, qui bello interfuissent, verba audiret. Majores ideo instituisse, ut legati, tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adessent; ut veritas rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice videretur. Ecquem ex eo*

eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, si non militem, lixam saltem fuisse, quem percunctari possit senatus, quid veri prætor canive referret? Comitiis deinde diem indixit: quibus creati sunt consules L. Cornelius Lentulus, P. Villius Tappulus. Prætores inde facti L. Quintius Flamininus, L. Valerius Flaccus, L. Villius Tappulus, Cn. Babius Tamphilus. Annona quoque eo anno pervilis fuit. frumenti vim magnam ex Africa advectam ædiles curules M. Claudius Marcellus, & Sex. Ælius Pætus binis æris in modios populo diviserunt: & ludos Romanos magno apparatu fecerunt: diem unum instaurarunt: signa ænea quinque ex mulctaticio argento in ærario posuerunt. Plebeii ludi ab ædilibus L. Terentio Massa & Cn. Babio Tamphilo, quem prætorem designaverant, ter toti instaurati. Et ludi funebres eo anno per quatriduum in foro, mortis M. Valerii Lævini causa à P. & M. filiis ejus facti: & munus gladiatorium datum ab iis. paria quinque & viginti pugnarunt. M. Aurelius Cotta, decemvir sacrorum, mortuus. in ejus locum Manius Acilius Glabrio sufferctus. Comitiis ædiles curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere magistratum non potuerunt. nam C. Cornelius Cethegus abiens creatus erat, quum Hispaniam obtineret provinciam: C. Valerius Flaccus, quem prætentem crearant, quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat: magistratum autem plus quinque dies, nisi qui jurasset in leges, non licebat gerere. Perente Flacco, ut legibus liceret; senatus decrevit, ut si ædilis qui pro se juraret, arbitratu consulum daret, consules, si eis videretur, cum tribunis plebis agerent, ut ad plebem ferrent. Datus qui juraret pro fratre L. Valerius Flaccus, prætor designatus. tribuni ad plebem tulerunt, plebesque scivit, ut perinde esset, ac si ipse ædilis jurasset. Et de altero ædile scitum plebis est factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire juberent, ut C. Cornelius ædilis curulis ad magistratum gerendum veniret, & L. Manlius Acidinus decederet de provincia multos post annos. Plebs Cn. Cornelio Lentulo, & L. Stertinio proconsulibus imperium esse in Hispania jussit.

EPITOME

LIBRI XXXII.

Comptura prodigia ex diversis regionibus nunciata referuntur: inter quæ, in Macedonia in puppi longæ navis lauream esse natam. T. Quintius Flamininus consul adversus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri, fugatumque coëgit in regnum revertí. Ipse Thessaliam, quæ est cisina Macedoniæ, sactis Ætolis & Athamanibus, vexavit. L. Quintius Flamininus consulis frater navali prælio, Attalo rege & Rhodiis adjuvantibus, Euboeam & maritimam oram cepit. Achæi in amicitiam recepti sunt. Conjuratio servorum facta de solvendis Carthaginiensibus obsidionius oppressa est. Prætorum numerus ampliatus est, ut seni crearentur. Cornelius Cethegus consul Gallos Insubres prælio fudit. Cum Lacedæmoniis, & tyranno eorum Nabide amicitia juncta est. Prætereà expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

CAPUT I.

Consules, prætoresque quum Idibus Martiis magistratum inissent, provincias sortiti sunt. L. Cornelio Lentulo Italia, P. Villio Macedonia; prætoribus, L. Quintio urbana, Cn. Bæbio Arminum, L. Valerio Sicilia, L. Villio Sardinia evenit. Lentulus consul novas legiones scribere jussus: Villius à P. Sulpicio exercitum accipere. In supplementum ejus quanrum militum videretur, ut scriberet, ipsi permissum. Prætorii Bæbio legiones, quas C. Aurelius consul habuisset, ita decretæ, ut reinneret eas, donec consul novo cum exercitu succederet. In Galliam ubi is venisset, omnes milites exauctorati domum dimitterentur, prætor quinque millia socium. His obtinere circa Ariminum provinciam satis esse. Prorogato imperio prætoribus priorís anni: Cn. Sergio, ut militibus, qui in Hispania, Sicilia, Sardinia stipendia per multos annos fecissent, agrum assignandum curaret; Q. Minucio, ut in Bruttiis idem de conjurationibus quæstiones, quas prætor cum fide curaque exercuisset, perficeret; & eos, quos facrilegii compertos in vinculis Romam misisset, Locros mitteret ad supplicium: quæque sublata ex delubro Proserpinæ essent; reponenda cum piaculis curaret. Feriæ Latinæ Pontificum decreto instauratæ sunt: quod legati ab Ardea questi in senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut assolet, datam non esse. Abs Suessa nunciatum est, duas portas, quodque inter eas muri erat, de cœlo tactum, & Formiani legati, sædem Jovis, item Ostientes, eadem Jovis & Veliterni, Apollinis & Sanci ædes, & in Herculis æde capillum enatum: & ex Bruttiis ab Q. Minucio proprætore scriptum, equuleum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse. Inde à P. Sulpicio proconsule ex Macedonia literæ allatæ, in quibus inter cætera scriptum erat; lauream in puppi navis longæ enatam. Priorum prodigiorum causa senatus censuerat, ut consules majoribus hostiis quibus Dis videretur, sacrificarent, ob hoc unum prodigium aruspices in senatum vocati, atque ex responso eorum supplicatio populo in diem unum edicta, & ad omnia pulvinaria res divina factæ.

Cap. II. Carthaginienses eo anno argentum in stipendium impositum primum Romam advexerunt. id quia probum non esse quæstores renunciaverant, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentum argenti suppleverunt. Petentibus deinde, ut, si jam videretur senatui, obsides sibi redderentur; centum redditi obsides. de cæteris, ii in fide permanerent, spes facta. Petentibus iisdem, qui non reddebantur obsides, ut ab Norba, ubi parum commode essent, alio traducerentur; concessum, ut Signiam & Ferentinum transirent. Gaditanis item petentibus remissum, ne præfectus Gadeis mitteretur, adversus quod iis in fidem populi Romani venientibus, cum L. Marcio Septimo convenisset. Et Narniensium legatis, querentibus ad numerum sibi colonos non esse, & immixtos quosdam non sui generis pro colonis iis gerere, earum rerum causa triumviros creare L. Cornelius consul jussus. creati Pub. & Sex. Ælii (Pætis fuit ambobus cognomen) & C. Cornelius Lentulus. quod Narnienfibus datum erat, ut colonorum numerus cogeretur, id Cosani petentes non impetraverunt.

Cap. III. Rebus, quæ Romæ agendæ erant, perfectis, consules in provincias profecti. P. Villium, in Macedoniam quum venisset, arroc tadis-

feditio militum jam ante irritata, nec satis in principio compressa excepit. duo millia ea militum fuere, qui ex Africa post devictum Annibalem in Siciliam, inde anno fere in Macedoniam pro voluntariis transportati erant. id voluntate factum negabant: *Ab tribunis recusantes in naves impositos, sed utcumque, seu ignientes seu suscepta foret militia; ea eam exhaustam, & finem aliquem militandi fieri oportuisse. Multis annis esse Italiam non validiss. confumptis sub armis in Sicilia, Africa, Macedonia. Confectos jam se labore & opere, exsangues tot acceptis vulneribus esse.* Consul, *causam postulandae missionis probabilem, si modeste proferetur, videri dixit. Seditionis nec eam, nec ullam satis justam causam esse. Itaque si maniere ad signa, & dicto parere velint, se de missione eorum ad senatum scripturum. Modestia facilius quam pertinacia quod velint impetraturos.*

Cap. IV. Thaumaeos eo tempore Philippus summa vi oppugnabat aggeribus vineisque: & jam arietem muris admoturus erat. caeterum incepto abstitere cum coëgit subitus Aetolorum adventus, qui Archidamo duce inter custodias Macedonum moenia ingressi, nec die nec nocte tiemem ullum erumpendi, nunc in stationes, nunc in opera Macedonum faciebant. & adjuvabat eos natura ipsa loci. namque Thaumaci à Pylis sinuque Maliaco per Lamiam eunti, loco alto siti sunt; ipsis faucibus imminentes, quam Coelen vocant: Thessaliaeque transeunti consragosa loca, implicatasque flexibus vallium vias, ubi ventum ad hanc imben ast, repente velut maris valli, sic immensa panditur planities, ut subjectos campos terminare oculis haud facile queas. Ab eo miraculo Thaumaci appellati. nec altitudine solum tuta urbs, sed quod saxo undique absciso rupibus impolita est. Hae difficultates, & quod haud satis dignum tanti laboris periculique pretium erat, ut abstineret incepto Philippus, effecerunt. hiems quoque iam instabat, quum inde abiceret, & in Macedoniam in hiberna copias reduxit.

Cap. V. Ibi caeteri quidem, data quantacunque quiete temporis, timul animos corporaque remiterant. Philippum, quantum ab asiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus, tanto magis intentum in universum eventum belli curae angunt: non hostes modo timentem, qui terra marique urgebant, sed nunc sociorum, nunc etiam popularium animos, ne & illi ad spem amicitiae Romanorum deficerent, & Macedonas ipsos cupido novandi res caperet. itaque & in Achaiam legatos misit, simul qui jusjurandum (ita enim pepigerant quotannis juratoros in verba Philippi) exigerent: simul qui redderent Achaeis Orchomenon, & Heraeam, & Triphyliam: Eleis Alipheram, contendentibus, numquam eam urbem fuisse ex Triphylia, id sibi debere restitui: quia una esset ex iis quae ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributae forent. Et cum Achaeis quidem per hae locieratem fimabat. Macedonum animos sibi conciliavit cum Heraclide, nam quum eum maximae invidiae sibi esse cerneret multis criminibus oneratum, in vinculaconiecit, ingenti popularium gaudio. Bellum, si quando umquam antea alias, cum magna cura apparavit, exercuitque in armis & Macedonas & mercenarios milites: principioque veris cum Athenagora, omnia externa auxilia, quodque levis armaturae erat, in Chaoniam per Epirum ad occupandas, quae ad Antigoniam fauces sunt (Stena vocant Graeci) misit. Ipse post paucis diebus graviore secutus agmine, quum situm omnem regionis adspexisset, maxime loneum ad muniendum locum credidit esse, prater amnem Aoum. is inter montes, quorum alterum Aeropum, alterum Aïnaum incolae vocant, angusta valle fluit; iter exiguum super ripam praebens: Aïnaum Athenagoram cum levi armatura tenere ac communire jubet: ipse in Aeropo positurus castra. Qua abscissae rupes erant, ibi paucorum armatorum tenebat; quae minus tuta erant, alia fossis, alia vallis, alia turribus muniebat. Magna tormentorum etiam vis (ut missilibus procul arcerent hostem) idoneis locis disposita est. tabernaculum regium pro vallo in conspecto maxime tumulo, ut terrorem hostibus, fusique spem ex fiducia facerer, positum.

Cap. VI. Consul per Charopum Epirotem certior factus, quos saltus cum exercitu insidisset rex, & ipse quum Corcyrae hiemasset, vere primo in continentem trajectus, ad hostem ducere pergit. quinque millia ferme ab regiis castris quum abesset, loco munito relictis legionibus, ipse cum expeditis progressus ad speculanda loca, postero die concilium habuit, utrum per insessum ab hoste saltum, quamquam labor ingens, periculumque proponeretur, transitum tentaret; an eodem itinere, quo prior anno Sulpicius Macedoniam intraverat, circumduceret copias. Hoc consilium per multos dies agitanti nuncius venit, T. Quintium consulem factum, fortitumque provinciam Macedoniam, maturato itinere iam Corcyram trajecisse. Valerius Antias, intrasse saltum Villium tradit, & qua recto itinere

De-

nequierit, omnibus à rege insessis, secutum vallem, per quam mediam fertur Aous amnis, ponte raptim facto in ripam, in qua erant castra regia transfossum, acie confixisse fusum, fugarumque regem, castris exutum: duodecim millia hostium eo prælio cæsa, capta duo millia & ducentos: & signa militaria centum triginta & duo, equos ducentos triginta. eadem etiam Jovi in prælio votam, si res prospere gesta esset. Cæteri Græci Achæique auctores, quorum quidem ego legi annales, nihil memorabile à Villio actum, integrumque bellum insequentem consulem, T. Quintium accepisse tradunt.

Cap. VII. Dum hæc in Macedonia geruntur, consul alter L. Lentulus, qui Romæ subsiderat, comitia centoribus creandis habuit. Multis claris petentibus viris creati censores P. Cornelius Scipio Africanus, & P. Ælius Pætus. hi magna inter se concordia, & senatum sine ullius nota legerunt: & portoria venalium Capuæ Puteolisque item Castrorum portoriumque, quo in loco nunc oppidum est, fruendum locarunt: colonosque eo trecentos (is enim numerus finitus ab senatu erat) adscripserunt, & sub Tifatis Capuæ agrum vendiderunt. Sub idem tempus L. Manlius Acidinus ex Hispania decedens, prohibitus à M. Porcio Læca tribuno plebis, ne ovans rediret, quum ab senatu impetrassiet, privatus urbem ingrediens mille ducenta pondo argenti, triginta pondo ferme auri in ærarium tulit. Eodem anno Cn. Bæbius Tamphilus, qui ab C. Aurelio consule anni prioris provinciam Galliam accepérat, temere ingressus Gallorum Insubrium fines prope cum toto exercitu ab circumventus: supra sex millia & sexcentos milites amisit. tanta ex eo bello, quod jam timeri desierat, clades accepta est. Ea res L. Lentulum consulem ab urbe excivit. qui ut in provinciam venit plenam tumultus, trepido exercitu accepto, prætorem militis probris increpitum provincia decedere, atque abire Romam jussit. Neque ipse consul memorabile quicquam gessit: comitiorum caussa Romam revocatus, quæ ipsa per M. Fulvium, & Manium Curium tribunos plebis impediebantur: quod T. Quintium Flamininum consularem ex quæstura petere non patiebantur. *Jam ædilitatem, prætoramque fastidiri: nec, per honorum gradus documentum sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum, sed transcendendo media, summa imis continuare.* Res ex campestri certamine in senatum venit. Patres censuerunt, *Qui honorem, quem sibi capere per leges liceret, peteret, in eo populo creandi quem vellet, potestatem fieri æquum esse.* In auctoritate Patrum fuere tribuni. Creari consules Sex. Ælius Pætus, & T. Quintius Flamininus. Inde Prætorum comitia habita. creati L. Cornelius Merula, M. Claudius Marcellus, M. Porcius Cato, C. Helvius, qui ædiles plebis fuerant. ab iis ludi plebeji instaurati: & epulum Jovis fuit ludorum caussa. Et ab ædilibus curulibus C. Valerio Flacco flamine Diali, & C. Cornelio Cethego ludi Romani magno apparatu facti. Ser. Sulpicius, & L. Galba pontifices eo anno mortui sunt. in eorum locum M. Æmilius Lepidus, & Cn. Cornelius Scipio pontifices suffecti sunt.

Cap. VIII. Sex. Ælius Pætus, T. Quintius Flamininus consules magistratu inito senatum in Capitolio quum habuissent, decreverunt. Patres, *ut provincias Macedoniam atque Italiam consules compararent inter se, sortirentur. Uti eorum Macedonia evenisset, in supplementum legionum tria millia militum Romanorum scriberet, & trecentos equites. Item socium Latini nominis quinque millia peditum, quingentos equites.* Alteri consuli novus omnis exercitus decretus. L. Lentulo prioris anni consuli prorogatum imperium est: vetitusque aut ipse provincia decedere prius, aut veterem exercitum deducere, quam cum legionibus novis consul venisset. Sorti consules provincias. Ælio Italia, Quintio Macedonia evenit. Prætores, L. Cornelius Merula, urbanam, M. Claudius Siciliam, M. Porcius Sardiniam, C. Helvius Galliam est sortitus. Delectus inde haberi est cœptus. nam præter consulares exercitus prætores quoque jussi scribere milites erant. Marcello in Siciliam quatuor millia peditum socium Latini nominis, & trecentos equites; Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum, ducentos equites: ita ut hi prætores ambo quum in provincias venissent, veteres dimitterent pedites equitesque. Attali deinde regis legatos in senatum consules introduxerunt. Hi, regem classe sua, copiisque omnibus terra marique Romanam rem juvare, quæque imperarent Romani consules, impigre atque obedienter ad eam diem fecisse, quum exposuissent, *Veteri diuturnæ, ac ita præstanti ei per Antiochum regem ultra non licueret, vacuum namque præsidiis navalibus, terrestribusque regnum Attali Antiochum invasisse. Itaque Attalum orare Patres conscriptos, si sua classe, suaque opera uti ad Macedonicum bellum vellent, ut mitterent ipsi præsidium ad regnum eius tutandum: si id nollent, ipsum ad sua defendenda cum classe ac reliquis co-*

piis redire paterentur. Senatus legatis ita responderi jussit, *Quod rex Attalus classe, copiisque aliis duces Romanos juvisset, id gratum senatui fore. Auxilia nec ipsos missuros Attalo adversus Antiochum, socium & amicum populi Romani: nec Attali auxilia retenturos ultra quam regi commodum esset. Semper populum Romanum aliis in rebus arbitrio alieno usum, & principium & finem in potestate ipsorum, qui ope sua vim adjutos Romanos, esse. Legatos ad Antiochum mittere, qui nuncient, Attali, navium que ejus & militum opera adversus Philippum communem hostem uti populum Romanum. Gratum eum facturum & senatui, si regno Attali abstineat, belloque absistat. Æquum esse, socios & amicos populi Romani reges, inter se quoque ipsos pacem servare.*

Cap. IX. Consulem T. Quintium, ita habito delectu, ut eos fere legeret, qui in Hispania aut Africa meruissent spectatæ virtutis milites, properantem in provinciam prodigia nunciata, atque eorum procuratio, Romæ remorum. De eis tacita erant, via publica Veiis, forum & ædes Jovis Lanuvii: Herculis ædes Ardeæ, Capuæ murus & turres, & ædes, quæ Alba dicitur. Cœlum ardere visum erat Arretii. terra Veliternis trium jugerum spatio caverna ingentis desederat. Sueste Aurunce nunciabant agnum cum duobus capitibus natum: & Sinuessæ porcum humano capite. Eorum prodigiorum caussa supplicatio unum diem habita. & consules rebus divinis operam dederunt; placatisque Diis profecti in provincias sunt. Ælius cum C. Helvio prætore in Galliam, exercitumque ab L. Lentulo acceptum, quem dimittere debebat, præterii tradidit. Ipse novis legionibus, quas secum adduxerat, bellum gesturus. neque memorabilis rei quicquam gessit. Et T. Quintius alter consul maturius, quam priores soliti erant consules, a Brundusio quum transmisisset, Corcyram tenuit cum octo millibus peditum, equitibus octingentis. Ab Corcyra in proxima Epiri quinquereni trajecit: & in castra Romana magnis itineribus contendit; inde Villio dimisso, paucos moratus dies, dum se copiæ ab Corcyra assequerentur, consilium habuit, utrum retro itinere per castra hostium viam faceret conaterur: an tentaret aliquem rarti laboris ac periculi, per Dassaretios potius Lycumque ruto circuitu Macedoniam intraret. Vicitsetque ea sententia, ni timuisset, ne, quum a mari longius recessisset, missio e manibus hostis, si (quod intra fecerat) solitudinibus silvisque se rurari rex voluisset, sine ullo effectu æstas extraheretur. Utcunque esset igitur, illo ipso tam iniquo loco aggredi hostem placuit. sed magis fieri id placebat, quam quomodo fieret, satis expediebat. Dies quadraginta fine ullo conatu sedentes in conspectu hostium abtumpserant.

Cap. X. Inde spes data Philippo est, per Epirotarum gentem tentandæ pacis. habitoque concilio delecti ad eam rem agendam, Pausanias prætor, & Alexander magister equitum, Consulem & regem, ubi in arctissimas rupas Aous cogitur amnis, in colloquium adduxerunt. Summa postulatorum consulis erat, præsidia ex civitatibus rex deducerer. ils, quorum agros, urbesque populatus esset, redderet res, quæ comparerent. cæterorum æquo arbitrio æstimatio fieret. Philippus aliam aliarum civitatum conditionem esse respondit. *quas ipse cepisset, eas liberaturum. Sue sibi traditæ a majoribus essent, earum hereditaria ac justa possessione non excessurum. si quas quererentur belli clades ea civitates, cum quibus bellatum foret; arbitrio quo vellent populorum, cum quibus pax sertisque juisset, se usurum.* Consuli, *Nihil ad id quidem arbitrio aut judice opus esse*, dicere. *Cui enim non apparere, ab eo qui prior arma intulisset, injuriam ortam? nec Philippum ab ullis bello lacessitum, ipsum priorem vim omnibus feciste.* Inde quum agererur, quæ civitates liberandæ essent. Thessalos primos omnium nominavit consul. ad id vero adeo accensus indignatione est rex, ut exclamaret, *quid victo gravius imperates T. Quinti?* atque ira se ex colloquio proripuit. Sc temperatum ægre est, quin missilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter se consererent. Postero die per excursiones ab stationibus primo in planitie satis ad id parenti multa levia commissa prælia sunt: deinde recipientibus se regiis in arcta & confragosa loca, aviditate accensi certaminis eo quoque Romani penetravere. Pro his ordo, & militaris disciplina, & genus armorum erat, aptum urgendis regiis: pro hoste loca, & catapultæ baliste que, in omnibus prope rupibus, quasi in muris dispositæ. Multis hinc atque illinc vulneribus acceptis: quum etiam, ut in prælio justo, aliquot cecidissent, nox pugnæ finem fecit.

Cap. XI. In hoc statu res esset, paltor quidam a Charopo principe Epirotarum missus deducitur ad consulem. Is se in eo saltu, qui regiis tunc oneratus cattris erat, armentum pascere ait. omnes montium eorum anfractus callesque nosse. Si secum aliquos mittere velit, non inaquo, nec perdifficili aditu supra caput hostium deductutum. Hæc, Charopus renunciari jubet, ita crederet, ut

ut sue potius omnia, quam illius potestatis esset. Quum magis vellet credere juam auderet consul, mixtumque gaudio ac metu animum gereret, auctoritate motus Charopi, experiri ipsem oblatam statuit: & ut averteret rem à suspicione, biduo insequenti lacessere hostem, dispositis ab omni parte copiis, succedentibusque integris in locum defessorum, non destitit. Quatuor millia inde lecta peditum & trecentos equites tribuno militum tradit. Equites, quoad loca patiantur, ducere jubet: ubi ad invia equiti ventum sit, in planitie aliqua locari equitatum; pedites qua dux monstraret viam, ire: ubi, ut polliceatur, super caput hostium perventum sit, fumo dare signum: nec ante clamorem tolliere, quam ab se signo accepto pugnam coeptum arbitrari posset. Nocte itinera hieri jubet: & pernox forte luna erat: interdiu cibi quierisque sumeret tempus. ducem promisis ingentibus oneratum, si fides exiter. vinctum tamen tribuno tradidit. His copiis ita dimissis, eo intentius Romanus undique hostes cogi stationes.

Cap. XII. Interim die tertio quum verticem, quem petierant, Romani coepisse, ac tenere se fumo significarent; tum vero trifariam divisis copiis consul valle media cum militum robore succedit: cornua dextra lævaque admovet caitris. nec segnius hostes obviam eunt: & dum avidiate certaminis provecti extra munitiones pugnant, haud paullo superior est Romanus miles, & virtute & scientia, & armorum genere. Posteaquam multis vulneratis interfectisque recepere se regii in loca aut munimento aut natura tuta, verterat periculum in Romanos; tenere in loca iniqua, nec faciles ad receptum angustias progressos. neque impunita temeritate inde recepissent sese, ni clamor primum à tergo auditus, dein pugna etiam coepta, amentes repentino terrore regios fecisset. Pars in fugam effusi sunt: pars, quia maxime locus fugo deerat, quum quod animi furis esset ad pugnam, quum substitissent; ab hoste, & à fronte & ab tergo urgente, circumventi sunt. Deleti totus exercitus potuit, si fugientes perseveruti victores essent: sed equitem angustiæ locorumque asperitas, peditem armorum gravitas impedit. Rex primo effuse ac sine respectu fugit: dein quinque millium spatium progressus, quum ex iniquitate locorum, id quod erat, suspicatus esset, sequi non posse hostem, substitit in tumulo quodam, dimittitque suos per omnia juga vallesque, qui palatos in unum colligerent. Non plus duobus millibus hominum amissis, cætera omnis multitudo, velut signum aliquod fecutura, in unum quum convenissent, frequenti agmine petunt Thessaliam. Romani quoad rutum fuit insecuti, cædentes spoliantesque cæsos, castra regia, etiam sine defensoribus, diripuere. diripiunt: atque ea nocte in suis castris manserunt.

Cap. XIII. Postero die consul per ipsas angustias, qua se inter valles flumen infinuat, hostem sequitur. Rex primo die ad castra Pyrrhi pervenit. locus quem ita vocant, est in Triphylia terra Melotidis. inde postero die ingenti itinere æquinis (si metus urgeoat) in montem Lingon perrexit. ipsi montes Epiri sunt, interjecti Macedoniæ, Thessaliaque. Latus, quod vergit in Thessaliam, oriens spectat: septentrio à Macedonia objicitur. Vestiti frequentibus silvis sunt. Juga summa, campos pecuarios, aquasque perennes habent. Ibi stativis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam posset. Inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen dimitteret, Triccamque proximis limitibus petit: inde obvias urbes pluribus partibus gravit. Homines, qui sequi possent, sedibus excibat: oppida incendebat: rerum suarum, quas possent, ferendarum secum dominis jus fiebat: cætera militis præda erat. nec quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quicquam fuit, quam quæ ab fociis patiebantur. Hæc etiam facienti Philippo acerbe erant, sed è terra mox futura hostium, corpora saltem eripere sociorum volebat. Ita evasiata sunt oppida, Phacium, Ireticæ, Eubydrium, Eretria, Palæphatus. Pheræ quum peteret, exclusus, quia res egebat mora si expugnare vellet, nec tempus erat; omisso incepto, in Macedoniam transcendit. Nam, etiam Ætolos approximquere fama erat, qui audito prælio, quod circa amnem Aoum factum erat, proximis prius evastatis circa Sperchias & Macran (quum vocant) Comen, transgressi inde in Thessaliam Cymines & Angeas primo impetu perfidi sunt. à Heracleoti dum vastant agros, concursu oppidanorum ad tuenda mœnia facto, repulsi sunt. Callithera inde aggressi, similem impetum oppidanorum pertinacius sustinuerunt: compulsisque intra mœnia qui erupeiant, contenti ea victoria, quia spes nulla admodum expugnandi erat, abscesserunt. Theuma inde, & Callathana vicos expugnant, diripiuntque. Acharras per deditionem receperunt. Xyniæ simili meru à cultoribus desertæ sunt. Hoc sedibus suis extorre agmen in præsidium incidit, quod Athamanum, quo ruior frumentatio esset, ducebatur: incondita inermisque multitudo, mixta imbelli turba, ab armatis cæsa est. Xyniæ desertæ diripiuntur. Cyphara inde

inde Ætoli capiunt, opportune Dolopiæ imminens castellum. Hæc raptim intra paucos dies ab Ætolis gesta. Nec Amynander atque Athamanes post famam profperæ pugnæ Romanorum quievernnt.

Cap. XIV. Cæterum Amynander, quia suo militi harum fidebat, petito ab consule modico præsidio, quum Gomphos peteret, oppidum protinus nomine Phecam, situm inter Gomphos fauceisque angustas, quæ ab Athamania Thessaliam dirimunt, vi cepit. Inde Gomphos adortus, & per aliquot dies summa vi urbem tuentes, quum scalas ad mœnia erexisset, eodem meru perpulit ad dedicionem. Hæc traditio Gomphorum, ingentem terrorem Thessalis intulit. dedidere deinceps sese, qui Argenta, quique Pherinum, & Thimarum, & Lisinas, & Simiorum, & Lamprinam habent, aliaque castella juxta ignobilia. Dum Athamanes Ætolique summoto Macedonum metu, in aliena victoria suam prædam faciunt, Thessaliaque à tribus simul exercitibus, incerta quem hostem, quemve socium crederet, vastatur, consul faucibus, quas fuga hostium aperuerat, in regionem Epiri transgressus, erfi probe scit cui parti, Charopo principe excepto, Epirotæ favissent; tamen quia ab satisfaciendi quoque cura imperata enixe facere videt, ex præsenti eos potius, quam ex præterito æstimat habitu, & ipfa facilitate veniæ animos eorum in posterum conciliat. Missis deinde nuncils Corcyram, ut onerariæ naves in sinum venirent Ambracium; ipse progressus modicis itineribus, quarto die in monte Cercerio posuit castra: eodem Amynandro cum suis auxiliis accito; non tamen virium eius egens, quam ut duces in Thessaliam haberet. ab eodem consilio, & plerique Epirotarum voluntarii inter auxilia accepti.

Cap. XV. Primam urbium Thessaliæ Phaleriam eit aggressus. duo millia Macedonum in præsidio habebat, qui primo summa vi restiterunt, quantum armis, quantum mœnia tueri poterant: sed oppugnatio continua, non die non nocte remissa: quum consul in eo verti crederet cæterorum Thessaliorum animos, ii primi vim Romanam non sustinuissent; vicit pertinacia Macedonum. Caninius Phalerinus legati à Metropoli Sc à Pitera dedentes urbes venerunt. venia eisdem petentibus datur. Phaleria incensa ac direpta est. Inde Æginium petit. quem locum quum vel modico præsidio rarum ac prope inexpugnabilem videret, paucis in stationem proximam telis conjectis, ad Gomphorum regionem agmen vertit. digressusque in campos Thessaliæ, quum jam omnia exercitui deessent, quia Epirotarum pepercerat agris; explorato ante, utrum Leucadem ac sinum Ambracium onerariæ tenuissent; frumentatum Ambraciam invicem cohortes mittit. & eft iter à Gomphis Ambraciam, sicut impedimum ac difficile, ita spatio perbrevi. Intra paucos itaque dies, transvectis à mari commeatibus, repleta omni rerum copia sunt castra. Inde Atracem eft profectus. decem ferme millia ab Larissa abest: ex Perrhæbia oriundi sunt: ista eft urbs super Peneum amnem. Nihil prædavere Thessali ad primum adventum Romanorum. Et Philippus sicut in Thessaliam ipse progredi non audebat, ita intra Tempe ftativis positis, ut quisque locus ab hoste tentabatur, præsidia per occasiones submittebat.

Cap. XVI. Sub idem fere tempus, quo consul adversus Philippum primum in Epiri faucibus castra ponebat, & L. Quintius frater consulis, cui classis cura maritimæque oræ imperium mandatum ab senatu erat, cum duabus quinqueremibus Corcyram transvectus, postquam profectam inde classem audivit, nihil morandum ratus, quam ad Zamam insulam adsecurus esset, dimisso L. Apustio, cui succesferat; tarde inde ad Maleam, trahendis plerumque remulco navibus, quæ cum commeatu sequebantur, pervenit. A Malea, insulis ceteris quantum maxime possent maturate sequi, ipse tribus quinqueremibus expeditis Piræum præcepit, accepitque naves ibi relictas ab L. Apustio legato ad præsidium Athenarum. Eodem tempore duæ ex Asia classes profectæ, una cum Attalo rege: (eæ quatuor & viginti quinqueremes erant) Rhodia altera, viginti navium cetacarum. Agesimbrotus præerat. hanc circa Andrum insulam classes conjunctæ, Euboeam inde exiguo distantem freto trajecerunt. Caryftiorum primum agros vastarunt: deinde ubi Caryftus præsidio à Chalcide raptim missio, firma vila eft, ad Eretriam accesserunt. Eodem Sc L. Quintius cum iis navibus, quæ Piræi fuerant, Attali regis adventu audito venit. justitque, ut quæ ex tia classe venissent naves, Euboeam peterent. Ererria summa vi oppugnabatur: nam Sc trium Junctarum classium naves omnis generis tormenta machinasque ad urbium excidia tecum portabant & agri astatim materiæ præbebant ad nova molienda opera. Oppidani primo haud impigre tuebantur mœnia: deinde fessi vulnerarique aliquot, quum Sc muri partem everlam operibus hostium cernerent, ad dedicionem inclinarunt. Id præsidium erat Macedonumquos non minus quam Romanos mittue-

meruebant: & Philocles regius præfectus à Chalcide nuncios mittebat, se in tempore affuturum, si fustinerent obsidionem. Hæc mixta metu spes ultra quam vellent aut quam possent, trahere eos tempus cogebat. deinde, posteaquam Philoclem repulsum, trepidantemque refugisse Chalcidem accepérunt, oratores ex templo ad Attalum veniam fidemque ejus petentes miserunt. Dum in spem pacis intenti, segnius munera belli obeunt, & ea mode parte, qua murus dirutus erat, cæteris neglectis stationes armatas opponunt; Quintius noctu ab ea parte, quæ minime fuisse ta erat, impetu facto, scalis urbem cepit. Oppidanorum omnis multitudo cum conjugibus ac liberis in arcem confugit: deinde in deditionem venit. Pecuniæ aurique & argenti, haud sane multum fuit: signa, tabulæ prisce artis, ornamentaque eius generis plura, quam pro urbis magnitudine, aut opibus cæteris inventa.

Cap. XVII. Carystus inde repetita, unde priusquam è navibus copiæ exponerentur, omnis multitudo urbe deserta in arcem confugit. Inde ad fidem ab Romano petendam oratores mittunt. oppidanis extemplo vita ac libertas conceffa est: Macedonibus trecenti nummi in capita statutum est pretium: & ut armis traditis abirent. Hac summa redempti, in Bœotiam inermes trajecti. Navales copiæ duabus claris urbibus Eubœæ intra dies paucos captis, circumvectæ Sunium Atticæ terræ promontorium, Cenchreas Corinthiorum emporium petierunt. Consul interim omnium spe longiorem atrociorémque oppugnationem habuit: & ea, qua minimum credidisset, resistebant hostes. nam omnem laborem in muro diruendo crediderat fore: si aditum armatis in urbem patefecisset, fugam inde cædemque hostium fore, qualis captis urbibus fieri foler. cæterum, posteaquam parte muri arietibus decussa, per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati; illud principium veltut novi æque integri laboris fuit. nam Macedones, qui in præsidio erant & multi & delecti, gloriam etiam egregiam rati, si armis potius & virtute, quam mœnibus urbem tuerentur; conferti, pluribus introrsus ordinibus acie firmata, quum transcendere ruinas seniisset Romanos, per impeditum ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id consul segre passus, nec eam ignominiam, ad unius modo expugnandæ moram urbis, sed ad summam universi belli pertinere ratus, quod ex momentis parvarum plerumque rerum penderet, purgato loco, qui strage semiruti muri cumulatus erat, turrim ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem, promovit: & cohortes invicem sub signis, quæ cuneum Macedonum (phalangem ipsi vocant) si possent, vi perrumperent, emittebat. Sed ad loca angusta, haud late patente intervallo diruti muri, genus armorum pugnæque hosti aptius erat. ubi conferti hastas ingentis longitudinis præ se Macedones objecissent, velut in constructam denfitate clypeorum testudinem, Romani pilis nequicquam emissis quum strinxissent gladios; neque congredi propius, neque præcidere hastas poterant: & si quam incidissent aut præfregissent, hastile fragmento ipso acuto inter spicula integrorum haftarum velut vallum explebat. Ad hoc & muri pars adhuc integra utraque tuta præstabat latera: nec ex longo spatio aut cedendum, aut impetus faciendus erat. quæ res turbare ordines solet. Accesit etiam fortuita res ad animos eorum firmandos. nam quum turris per aggerem parum denfati soli ageretur, tota una in alterum orbium depressa ita turrim inclinavit, ut speciem ruentis hostibus, trepidationemque infanam superstantibus armatis præbuerit.

Cap. XVIII. Quum parum quicquam succederet, consul minime æquo animo comparationem militum generis armorumque sui feri patiebatur: simul nec maturam expugnandi spem, nec rationem procul à mari, & in evastatis belli cladibus locis, hibernandi ullam cernebat. itaque relicta obsidione, quia nullus in tota Acarnaniæ æque Ætolize ora portus erat, qui simul & omnes onerarias, quæ commeatum exercitui portabant, caperet; & tecta ad hibernandum legionibus præberet; Anticyra in Phocide in Corinthium versa sinum, ad id opportunissime sita visa, quia nec procul Thessalia, hostiumque locis abibant: & ex adverso Peloponnesum exiguo maris spatio diviam: ab tergo Ætolum Acarnanumque, ab latere ibus Locridem & Bœotiam habebant. Phocidis primo impetu Phanoteam fine certamine cepit. Anticyra haud multum in oppugnando præbuit moræ. Ambryssus inde, Hyampolisque receptæ. Daulis, quia in tumulo excelso sita est, nec scalis nec operibus capi poterat. Incessere missilibus ess, qui in præsidio erant, quum ad excursiones eliciissent, refugiendo invicem inseguendoque, & levibus sine effectu certaminibus, eo negligentiæ & contemptus adduxerunt, ut cum refugientibus in portam permixti imperum Romani fecerent. Sex alia ignobilia castella Phocidis terrore magis, quam armis in potestatem venerunt. Elatia clausit portas: nec nisi vi cogerentur, recepturi mœnibus videbantur

dantur aut ducem, aut exercitum Romanum.

Cap. XIX. Elatiam obsidenti consuli rei majoris spes affluit; Achæorum gentem ab societate regia ad Romanam amicitiam avertendi. Cycliadem, principem factionis ad Philippum trahentium res, exonerarent. Aristænus, qui Romanis gentem jungi volebat, prætor erat. Classis Romana cum Attalo & Rhodiis Cenchreis stabat, parabantque communi omnes consilio Corinthum oppugnare. Optimum igitur ratus est, priusquam eam rem aggrederentur, legatos ad gentem Achæorum mitti; pollicentes, si ab rege ad Romanos defecissent, Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium. Auctore consule legati à fratre ejus L. Quintio, & Attalo, & Rhodiis, & Athenienſibus, ad Achæos missi. Sicyone datum iis est concilium. Erat autem non admodum simplex habitus animorum inter Achæos interebat eos Lacedæmonius, gravis & assiduus hostis: horrebant Romana arma: Macedonum beneficiis & veteribus & recentibus obligati erant: regem ipsum suspectum habebant pro ejus crudelitate perfidiaque: neque ex iis, quæ tum ad tempus fiebant, æstimantes, graviorem post bellum dominum futurum cernebant. neque solum quid in senatu quisque civitatis suæ, aut in communibus conciliis gentis pro sententia diceret, ignorabant: sed ne ipsis quidem fecum cogitantibus, quid vellent, aut quid optarent, satis constabat. Ad homines ita incertos introductis legatis potestas dicendi facta est. Romanus primum legatus L. Calpurnius, deinde Attali regis legati, post eos Rhodii disseruerunt. Philippi deinde legatis dicendi potestas facta est. postremi Athenienses, ut refellerent Macedonum dicta, auditi sunt. Ii ferè arrocifimæ in regem, cui nulli nec plura, nec tam acerba passi erant, invecti sunt. Et illa quidem concio sub occasum solis, tot legatorum perpetuis orationibus die absumpto, dimissa est.

Cap. XX. Postero die advocatur concilium, ubi quum per provocem, sicut Græcis mos est, suadendi, si quis vellet, potestas à magistratibus facta esset, nec quisquam prodiret; diu silentium aliorum alios intuerium fuit. neque mirum, si quibus sua sponte voluntantibus res interfe pugnantes obtorpuerant quodammodo animi, eos orationes quoque insuper turbaverant; utrimque quæ difficilia essent promendo, admonendoque, per totum diem habitæ. Tandem Aristænus prætor Achæorum, ne cassum concilium dimitteret. *Ubi, inquit, illa certamina animorum, Achæi, sunt, quibus in conviviis, & circulis, quum de Philippo & Romanis mentio incidit, vix manibus temperabatis? Nunc in concilio ad eam rem unam indicto quum legatorum utrimque verba audieritis, quum referant magistratus, quum præco ad suadendum vocet, obmutuistis. Si non cura communis salutis, me studia quidem certe ad illum partem animos vestros inclinasse, vocem cuiquam possunt exprimere? quum præsertim nemo tam hebes sit, qui ignorare possit, dicendi ad suadendi quod quisque aut velit, aut optimum putet, nunc occasionem esse prius quam cuiquam decernamus. Ubi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicuerit, pro bono atque utili fidere defendendum.* Hæc adhortatio prætoris, non modo quemquam unum elicuit ad suadendum; sed ne fremitum quidem, aut murmur concionis tantæ, ex tot populis congregatæ, movit.

Cap. XXI. Tum Aristænus prætor rursus: *Non magis consilium vobis, principes Achæorum, deest, quam lingua: sed fuo quisque in periculo in commune consilium non vult. forsitan ego quoque tacerem, si privatus essem, nunc prætor, video, aut non dandum concilium legatis fuisse, aut inde sine responso eos dimittendos non esse. Respondere autem nisi ex vestro decreto qui possum? Et quando nemo vestrum, qui in hoc concilium advocati estis, pro sententia quicquam dicere vult, aut audet; orationes legatorum histerno die dictas pro sententiis percensemus: pervide ac si non possit verius quæ vera sua esse; sed suaserimne quæ nobis censerent utilia esse. Romani Rhodiique, & Attalus societatem amicitiamque nostram petunt: & in bello, quod adversus Philippum gerunt, se à nobis adjuvari æquum censent. Philippus societatis secum admunt & jurisjurandi: modo pollicitationes fieri, modo ne intersimus armis, contentum ait se esse. Nulline venit in mentem, cur qui nondum socii sunt, plus petant, quam socius? Non fit hoc neque modestia Philippi, neque impudentia Romanorum. Achæi portus & dant hodiem populis antiquis & claudunt. Philippi præter legatum videmus nihil. Romana classis ad Cenchreas stat, urbium Euboeæ spolia præ se ferens: consulem, legionesque ejus exigua maris spatio disjunctas, Phocidem ac Locridem perragantes videmus. Miramini cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi, ut pro rege arma caperemus adversus Romanos, modo egerit. qui si ex eodem fædere ac jurejurando, cujus nobis religionem injiciebat, regemus eum, ut nos Philippus & ab Nabide ac Lacedæmoniis, & ab Romanis defendat; non modo*

modo præsidium, quo nos tueatur, sed ne quid respondeat quidem nobis, sit inventurus. non, Hercle magis, quam ipse Philippus prius omnia, qui polliceando se adversus Natolum bellum gesturum, quum tentasset nostram juventutem hinc in Illyriam extrahere, postea quam nos neque decernere id sibi præsidium, neque vellle illigari Romano bello vidit, oblitus societatis ejus, quam nunc jactat, vastandos depopulandosque Natolos ac Lacedæmonios reliquit. Attalo quidem minime conveniens inter se oratio Cleomedonis visa est. Elevabat Romanum bellum, eventumque ejus eundem fore, qui prioris belli, quod cum Philippo gesserint, dicebat. Cur igitur nostrum ille auxilium adsens petit potius, quam præsens nos ceteros socios simil ab Natolis ac Romanis tueatur? Nos adeo? Quid ita passus est Eretrium Carystumque cadi? quid ita tot Thessaliæ urbes? quid ita Locridem, Phocidemque? quid ita nunc Elatiam oppugnari patitur? cur excesit faucibus Epiri, claustrisque illis inexpugnabilibus super Aolm amnem, aut ni, aut mari, aut voluntate, retinuerit, quem insidebat, saltu, penitus in regnum abiit? Si sua voluntate toi socios reliquit hostibus diripiendos, quid recusare potest, quin & socii toi consulant? si metu; nobis quoque ignoscat timenti-bus. Si vicinis armis essit, Achaei arma Romana sustinebimus, Cleomedon, quæ vos Macedones non sustinuistis? An tibi potius credamus, Romanos non majoribus copiis, nec viribus, nunc bellum gerere, quam antea gesserint, potius quam rege ipsas intueamur? Ætolos tum classe adjuvenit: nec duce consulari, nec exercitu bellum esse sum. Socionem Philippi maritimæ urbes in terrore ac tumultu erant. mediterranea adeo tuta ab Romanis armis fuerunt, ut Philippus Ætolos, nequicquam opem Romanorum implorantes depopulaverit. nunc autem defuncti bello Punico Romani, quod per societatem nunquam coluit fuera, vicina Italiæ tolerarunt, non præsidium Ætolis bellantibus miserunt, sed ipsi duces belli arma terra marique simul Macedoniæ intulerunt. Tertius jam consul summa vi gerit bellum. Subjectus in ipsa Macedonia congressus, fudit fugavitque regem; partem opulentissimam regni ejus depopulatus nunc Gallatæ tenentem claustra Epiri, natura loci, munimentis, exercitusque firetum, castris exuit: fugientem in Thessaliam persecutus, præsidia regia, sociasque ejus urbes prope in conspectu regis ipsius expugnavit. Nos sunt vera quæ Athenienses modo legati de civitatibus, avaritia, & libidine regis diserunt: nihil ad nos pertinent, quæ in terra Asiea scelera in superos inferosque Deos sunt admissa: multo minus, quam quæ Ciani, Abydenique qui procul a nobis absunt, passi sunt: nostrorum ipse nuntium, si vultis, obtrectatorem: cædes direptionesque honorum Messenæ in media Peloponneso sacrae, & hoditem Cyparissiæ Gortynem, contra jus omni ac fas, inter epulas prope ipsas occisum: & Aratum patrem filiumque Sicyonios, quum senem infelicem parentem etiam appellare solitus esset interfectos: filii etiam uxorem libidinis causa in Macedoniam asportatam: cætera supra virginum, matronarumque obliviscor dentur. Ne sint cum Philippo res, cujus crudelitatis metu obmutuisse omnes: nam quæ alia tacendi advocatis in concilium causa est? Cum Aratjono mitissimo ac justissimo rege, & de nobis omnibus optime merito existimemus disceptationem esse. num id postularet facere nos, quod tum peti non posset? Peninsula est Peloponnesus, angustis isthmi faucibus continenti adhærens, nisi apertior atque opportunior, quam nunc est, ad bellum causa esset navem quinquagintas leviores apertas, & triginta Issiici lembi maritimam oram vastare, & expositas prope in ipsis litoribus urbes caperint oppugnare, in mediterraneas scilicet nos urbes recipimus? tamquam non intestino, & hærente in ipsis visceribus nostrum bello? Quum terra Natis, & Lacedæmonii, mari Romana classis urgebunt; unde regiam societatem, & præsidia Macedonium implorem? an ipsi nostris armis ab hoste Romano tutabimur urbes, quæ oppugnabuntur? egregie enim Dymas prior hello-lumines tutati. Satis exemplorum nobis altima cladis præbent: nam Messenios quemadmodum ceteris exemplo simus. Nolite, quia ultro Romani petunt amicitiam, id quod optandum vobis ac summa ope petendum erat, festidire. metu enim videlicet compulsi in alienam terram, quia suo unquam auxilii vestri latere volunt, in societatem vestram confugient, ut portuosas vestris regionibus, ut commeatibus utantur. Mare in potestate habent, terras quæcumque adeunt, exemplo ditionis suæ faciunt. Quod rogant, cogere possimus: quia peperciste volumi, committere vos, ut pereatis, non patiuntur. Nam quod Cleomenem modo, tamquam medium & tutissimam vobis vitam consilii, ut quiescteretis, abstinerctisque armis, ostendebat; ea non media, sed nulla vita est. Etenim præterquam quod aut accipienda, aut abnegnanda vobis Romana societas est, quid aliud quam nisquam gratia stabili, cuius qui exortum expectat erimus, ad tutum applicaremus nostra consilia,

Pradæ

pacata victoria erimus? Nolite, si, quod omnibus vestis petendum erat, ultro offerunt, supplicare. Non quemadmodum hostis utramque vestis licet, sic semper licitorum est. Nec sæpe, nec diu eadem occasio erit. Libertate vos a Philippo jamdiu magis vultis, quam audetis. Sine vestro labore & periculo, qui vos in libertatem vindicarent, eum magnis cladibus exercitibusque mare trajecerunt. Hos si socios accipiatis, vice jam mortis cris: sed aut socios, aut hostes habeatis, oportet.

Cap. XXII. Secundum orationem prætoris murmur ortum aliorum cum assensu, aliorum inclementer assentientes increpantium. Sæpe non linguli tantum, sed populi universi inter se altercabantur: tum inter magistratus gentis (Demiurgos vocant: decem numero creantur) certamen nihilo segnius, quam inter multitudinem esse. quinque relaturos se de societate Romana ajebant, suffragiumque daturos: quinque, qui legem cauam retabantur, ne quod adversus Philippi societatem esset, aut referre magistratibus, aut decernere concilio jus esset. Hic quoque dies jurgiis est consumptus. Supererat unus justi concilii dies: (tertio enim lex jubebat decretum fieri in quem adeo exarsere studia, ut vix parentes ab liberis temperaverint. Rhisiacus Pellenensis erat, filium Demiurgum, nomine Memnonem habebat; partis ejus, quæ decretum recitari, perrogarique sententias prohibebat. Is diu obtestatus filium, ut consulere Achæos communi saluti pateretur, neu pertinacia sua gentem universam perditum iret; postea quam nihil profecerat, preces juratus se eum sua manu interempturum, nec pro filio, sed pro hoste habiturum; minis pervicit, ut postero die conjungeret iis se, qui reterebant. qui quum plures facti referrent, omnibus fere populis haud dubie approbantibus rehationem, ac præ se ferentibus, quid decreturi essent; Dymæi, ac Megalopolitani, & quidam Argivorum principum decretum fieret, consurrexerunt, ac reliquerunt concilium: neque minante ullo, neque improbante. Nam Megalopolitanos acorum memoria pulsos ab Lacedæmoniis restituerat in patriam Antigonus: & Dymæis captis nuper direptisque ab exercitu Romano, quum redimi eos ubicunque servirent, Philippus jussisset, non liberratem modo, sed eriam patriam reddiderat. Jam Argivi, præterquam quod Macedonum reges ab se orundos credunt, privatis etiam hospitiis, familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant. ob hæc concilio, quo i inclinaverat ad Romanam societatem jubendam, excesserunt: veniaque iis hujus secessionis fuit, & magnis & recentibus obligatis beneficiis.

Cap. XXIII. Cæteri populi Achæorum, quum sententiæ perrogarentur, societatem cum Attalo ac Rhodiis præsenti decreto confirmarunt: cum Romanis, quia injussu populi non poterat rata esse, in id tempus, quo Romam mitti legati possent, dilata est. in præsentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit, & exercitum omnem Achæorum ad Corinthum admoveri; captis Cenchreis. Jam tubam tollam Quintio oppugnante. Er ii quidem e regione portæ, quæ fert Sicyonem, posuerunt castra. Romani ad Cenchreas versam partem urbis. Attalus traducto per Isthmum exercitu, ab Lechæo alterius maris portu, oppugnabant primo segnius, sperantes sedirionem intus fore inter oppidanos ac regium præsidium. postea quam uno animo omnes, & Macedones tamquam communem patriam tuebantur, & Corinthii ducem, præsidii Andristhenem haud secus quam civem & suffragio creatum ius imperio justo petebantur; omnis inde spes pugnantibus in vi & armis, & operibus erat: undique augere, haud facili aditu ad mœnia adnitebantur. Aries ex ea parte, quam Romani oppugnabant, aliquantum muri diruerat, in quem locum, cuia nudatus munimento erat, protegendum armis, quum Macedones concurrissent, atrox prælium inter eos ac Romanos ortum est. Ac primo multitudine facile expellebantur Romani: assumptis deinde Achæorum Attalique auxiliis, sequabant certamen: nec dubium erat, quin Macedones Græcoque facile loco pulsuri fuerint. Transfugarum Italicorum magna multitudo erat; pars ex Annibalis exercitu meru pœnæ à Romanis Philippum secuti, pars navales focii relictis nuper classibus, ad ipsum honorarioris militiæ transgressi. hos desperata salus, si Romani vicissent, ad rabiem magis quam audaciam accendebat. Promontorium est adversus Sicyonem, Junoniis quam vocant Acræam, in altum excurrens: trajectus inde Corinthum, septem millia ferme passuum. eo Phlioctes regius & ipse præfectus, mille peditum, quingentos milites per Boeotiam duxit. præsidio fuere eb Corinthio lembi, qui prætidium id acceperunt Lechæum trajicerent. Auctor erat Attalus, incensis operibus omittendæ extemplo oppugnationis. Pertinacius Quintius in incepto perstebat. is quoque ut prooppidis portis diffidia vidit præsidia regia, nec facile erumpentium impetus sustineri posse, in Arcen

sententiam concessit. ita irrito incepto, dimittis Achæis, redituri ad naves erant. Attalus Pirræum, Romani Corcyram petierunt.

Cap. XXIV. Dum hæc ab navali exercitu geruntur, Consul in Phocide ad Elatiam castris pergit, primo colloquiis rem per principes Elatienses tentavit: posteaquam nihil esse in manu sua, & plures validioresque esse regios quam oppidanos, refringebatur; tum simul ab omni parte operibus armisque urbem est aggressus. Ariete admoto, quantum inter turres muri erat proturum, quum ingenti fragore ac impetu nudatis urbem, simul & cohors Romana per apertum recenti fragore iter invasit: & ex omnibus oppidi partibus, relictis suis quisque finibus, in eum, qui proximus erat impetu hostium, locum concurrerunt. Eodem tempore Romani, & ruinas muri superpadebant, & scalas ad stantia mœnia inferebant. & dum in unam partem oculos animosque hostium certamen averterat, pluribus locis scalis capitur murus, armatique in urbem transcenderunt. quo tumultu audito, territi hostes, relicto, quem conferti tuebantur, loco, in arcem omnes metu, inermi quoque insequente turba, confugerunt. Ita urbe potitur consul. qua direpta, missis in arcem, qui vitam regis, si abire vellent inermes, libertatem Elatiensibus polliceretur, fidesque in hanc data, post paucos dies arcem recepit.

Cap. XXV. Cæterum adventu in Achaiam Philoclis regii præfecti, non Corinthus tantum liberata obsidione, sed Argivorum quoque civitas per quosdam principes Philocli prodita est; tentatis prius animis plebis. Nos erat, cognitiorum die primo, velut ominis causa prætores pronunciare Jovem, Apollinemque, & Herculem. additum legi erat, ut iis Philippus rex adjceretur, cujus nomen post pactam cum Romanis societatem quia præco nos adjecit, frendibus primo multitudinis ortus, deinde clamor fabiciencium Philippi nomen, jubentiumque legitimum honorem usurpare donec cum ingenti assensu nomen recitatum est. Hujus fiducia favoris Philocles arcessitus, nocte occupat collem imminentem urbi (Larissam eam arcem vocant) postquamque ibi præsidio, quum locis principio signis infestis ad subjectum arci forum vaderet, instructa acies ex adverso occurrit. Præsidium erat Achæorum nuper impositum; quingenti fere juvenes delecti omnium civitatum. Æneadimus Dymæus præerat. Adhortator à præfecto regio missus, qui excedere urbe juberet (neque enim pares eos oppidanis fore), qui idem quod Macedones sentirent, eodem adjunctis Macedonibus esse, quos ne Romani quidem ad Corinthum (ultimum erat) primo nihil, nec ducem nec ipsos movit: post paulo, ut Argivos quoque armatos ex parte altera venientes magno agmine viderunt, certam perniciem cernentes, omnem tamen cætum, ti pertinacior dux fuisset, videbantur subituri. Æneadimus, ne flos Achaiæ juventutis simul cum urbe amitteretur, pactus cum Philocle ut abire illis liceret, ipse quo loco fieterat armatus cum paucis clientibus, non excessit. Missus à Philocle qui quæreret, quid tibi vellet; nihil, tantummodo cum principio præ se clypeo stare; in præsidio creditæ urbis moriturum te armatum, respondit. tum justu præfecti à Thracibus conjecta tela, interfectique omnes. Et post pactam inter Achæos & Romanos societatem, duæ nobilissimæ civitates, Argi & Corinthus, in potestate regis erant.

Cap. XXVI. Hæc ab Romanis ea ætate in Græcia terra marique gesta. In Gallia nihil fame memorabile ab Sext. Ælio consule gestum; quum duo exercitus in provincia habuisset; unum retentum, quem dimitti oportebat, cui L. Cornelius Proconsul præfuerat (ipse ei C. Ælium prærorem præfecit) alterum, quem in provinciam adduxit. totum prope annum Cremonenſibus Placentinisque cogendis redire in colonias, unde belli cafibus dilapsi erant, consumpsit. Quemadmodum Gallia præter spem quieta eo anno fuit, ita circa urbem servilis prope tumultus excitatus est. Obsides Carthaginiensium Setiæ custodiebantur: cum iis, ut principum liberis, magna vis servorum erat: augebant eorum numerum, ut ab recenti Africo bello, & ab ipsis Setinis captiva aliquot nationis ejus ex præda empta mancipia. Quum conjurationem fecissent, missis ex eo numero qui in Setino agro, deinde circa Mortam & Circeios servirla sollicitarent; satis jam omnibus præparatis; indis, qui Setiæ propediem futuri erant, spectaculo intentum populum aggredi statuerant: Setii per eadem & recentinum tumultum capta, Norbam & Circeios occupare. Hujus rei ram fœdæ indicium Romam ad L. Cornelium Merulam prætorem urbi delatum est. Servi duo ante lucem ad eum venerunt, atque ordine omnia quæ acta fururaque erant, exposuerunt, quibus domi custodiri justis, præter senatu vocato, edocloque quæ indices afferrent, proficisci ad eam conjurationem quærendam atque opprimendam justus, cum

cum quinque legatis profectus, obvios in agris facramento regatos arma capere & sequi cogebat. Hoc tumultuario delectu duobus millibus fermè hominum armatis, Setiam, omnibus quo pergerer ignaris, venit. Ibi raptim principibus conjurationis comprehensis, fuga ferwarum ex oppido facta est. dimissi deinde per agros, qui vestigarent. Egregia duorum opera servorum indicum, & unius liberti fuit. Ei centum millia grauis aris dari Patres jusserunt; servis vicena quina millia aris, & libertatem, pretium eorum ex oratio fuit, dominis. Haud ita multo post, ex ejusdem conjurationis reliquiis, nunciatum est, servitia Prænestæ occuparura. Eo L. Cornelius prætor profectus, de quingentis fere hominibus, qui in eam noxa erant, supplicium sumpsit. In timore civitas fuit, quòdes captivi Perrorum ea moliri. Itaque & Romæ vigilias per vicos servatæ. Justique circumfre eas minores magistratus: & triumviri carceris laurumiarum intentiorem custodiam habere jussi: & circa nomen Latinum à prætore litteræ missæ: ut & obsides in privato servarentur, & pecunia publicum prodeundi facultas daretur; & captivi ne minus decem pondo compedibus vincti in nulla alia quam in carceris publici custodia essent.

Cap. XXVII. Eodem anno legati ab rege Attalo coronam auream C. C. L. V. I. perulo in Capitolio posuerunt, gratulatum venatui egerunt, quod Antiochus legatorum Romanorum auctoritate motus, finibus Attali exercirum deduxisset. Eadem ætate equites ducenti, & elephanti decem, & tritici modium ducenta millia, ab rege Masanissa ad exercitum, qui in Græcia erat, pervenerunt. Item ex Sicilia Sardiniaque magni commeatus, & vestimenta exercitui missa. Siciliam M. Marcellus, Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat; tantùs & innocens, superior tamen in fœnore coercendo habitus. Fugatique ex insula fœneratores, & dumptus, quos in cultum prætorum focii facere solliti erant, circumcisi, aut sublati. Sext. Æbius Consul ex Gallia comitiorum causa Romam quum rediisset, creavit Consules C. Cornelium Cethegum, & Q. Minucium Rufum. Bruto post, prætorum comitia habita. Sex prætores illo anno primum creati; crescentibus jam provinciis, & latius patescente imperio. Creati autem hi, L. Martius Vultio, C. Sempronius Tuditanus, M. Sergius Silus, M. Helvius, M. Minucius Rufus, L. Arlius. Sempronius & Helvius ex iis ædiles plebis erant. ædiles curules, Q. Minucius Thermus, & Tl. Sempronius Longus. Ludi Romani eo anno quater instaurati.

Cap. XXVIII. Cn. Cornelio, & Q. Minucio Consulibus, omnium primum de provinciis consulum prærogarunque actum. Prius de prætoribus transfæti res, quæ transigi prius oporteat. urbana Sergio, peregrina Juriscidio Minucio obtigit. Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hispaniam Sempronius citeriorem, Helvius ulteriorem est sortitus. Consulibus Italiam Macedoniamque fortiri parantibus, L. Oppius, & Q. Fulvius tribuni plebis impedimento erant. *quod longaque proclivia Macedonia esset: magno usu alia res majora pelli impedimentum ad eam diem fuisset, quam quod exercitus inchoatis rebus in ipso conatu gerendi belli prior Consul removeretur. Quarum jam omnium esse ab decreto Macedonico bella. Ex decreto regem, ex exercitum ejus, Antiochum, quorum patrem anni ab hostibus. Ultimum congredientem cum hoste, re infecta revocatum. Quantilum rebus divinis Romæ majorem partem curæ retentum: ita cessisse tamen res, ut si ea mutarentur in provinciam venisset, aut bellum magis ferox finisset, patuerit absentibus. Itaque prope in hiberna pecedebant, ita comparare dici bellum, ut nisi successor impediat, perficiatur ejusdem proxima videatur.* His orationibus perviceruntur, ut consules in senatu audiendique fore dicerent se, si idem tribuni facerent. Permittendum utrique liberam consultationem. Patres consulibus ambobus Italiam provinciam decreverunt. T. Quinrio prorogarunt imperium, donec succesor ei veniffet. Consulibus binæ legiones decretæ: & ut bellum cum Gallis Cisalpinis, qui defecissent à populo Romano, gererent. Quintio in Macedoniam supplementum decretum; peditum quinque millia, & trecenti equites, & sociorum navalium tria millia. Præfecte idem qui præerat classi. L. Quintius Flaminius jussus. Prætoribus in Hispaniam octena millia peditum socium ac Latini nominis data: & quadringenti equites, ut dimitterent veterem ex Hispaniis militem. & terminare jussi, qua ulteriori citeriorve provincia servaretur. Macedoniæ legates P. Sulpicium, & P. Villium, qui Consules in ea provincia fuerant, adjecerunt.

Cap. XXIX. Prius quam Consules prætoresque in provincias proficiscerentur, prodigia procurari placuit: quod ædes Vulcani Summaque Romæ, quod & Fregellis murus & porta de cœlo tacta erant: & Frutinone inter noctem hix orta:

& Arcule agrus laceat cum quinque pedibus natus: & Formius duo lupi oppidum ingressi, obvios aliquot laniaverant: Romæ non in urbem solum, sed in Capitolium penetravere lupi. C. Acilius Tribunus plebis tulit, ut quinque coloniæ, in oram maritimam deducerentur: duæ ad ostia fluminum Vulturni Liternique: duæ Puteolos: una ad castrum Salerni. His Buxentum adjectum. tricenæ familiæ in singulas colonias jubebantur mitti. triumviri deducendis iis, qui per triennium magistratum haberent, creati, M. Servilius Geminus, Q. Minucius Thermus, Ti. Sempronius Longus. Dedicata rebus atque aliis divinis humanisque, quæ per ipsos agenda erant, perfectis, Consules ambo in Galliam profecti. Cornelius recta ad Insubres via, qui tum in armis erant, Cenomanis assumptis, Q. Minucius in læva Italiæ ad inferum mare flexit iter: Genuamque exercitu deducto, ab Ligurumque exercitu bellum. Oppida Clastidium & Litubium, utraque Ligurum, & duæ gentis ejusdem civitates, Celelates, Cerdiciatesque sese dediderunt. Et jam omnia cis Padum, præter Gallorum Boios, illivates Ligurum, sub ditione erant. quindecim oppida, hominum viginti millia esse dicebantur, quæ se dediderant.

Cap. XXX. Inde in agrum Bojorum legiones duxit. Bojorum exercitus haud ita multo ante trajecerat Padum, juncto atque ex Insubribus & Cenomanis: quod ita acceperant, conjunctis legionibus Consules rem gesturos, ut & ipsi collatas in unum vires armarent. Posteaquam fama accidit, alterum Consulem Bojorum urere agros; seditio exemplo orta est. Postulare Boji, ut laborantibus opem universi ferrent. Insubres negare se sua deserturos. Ita divisæ copiæ, hi castisque in agrum hostium Cenomanum profectis, Insubres cum Cenomanis super amnis Miacii ripas confederunt. Infra eum locum quinque millia passuum, & consul Cornelius eidem flumini castra applicuit. inde mittendo in vicos Cenomanorum Brixiamque, quod caput gentis erat; si fides committeret, non ex auctoritate tantum juventurem in armis esse, nec publico consilio Insubrium defectioni Cenomanos se adjunxisse; excitis ad se principibus, ibi agere ac moliri cœpit, ut defecisserent ab Insubribus Cenomani, & ignis subjectis aut domos redirent, aut ad Romanos transirent. Et id quidem impetrari nequit. In id data fides Consuli est, ut in acie aut quiescerent, aut si qua etiam occasio fuisset, adjuvarent Romanos. Hæc ita convenisse Insubres ignorabant: suberat tamen quædam suspicio animis, labare fidem sociorum. Itaque quum in aciem eduxissent, neutrum iis contra committere ausi, ne si dolo cessissent, tem totam inclinarent, post signa in subsidiis eos locaverunt. Consul principio pugnæ vovit eadem Sospitæ Junoni, si eo die hostes fusi fugatique essent. A militibus clamor fublatus, comporem voti Consulem se factoros, & impetus in hostes est factus. Non tulerunt Insubres primum concursum. quidam & a Cenomanis terga repente in ipso certamine aggressis, tumultum ancipitem injectum auctores sunt, cæsaque in medio quinque & triginta millia hostium, quinque millia & septingentos vivos captos: in iis Amilcarem Pœnorum imperatorem, qui belli causa fuisset: signa militaria centum triginta, & carpenta supra ducenta. oppida, quæ dedectionem fecuta erant, dediderunt se Romanis.

Cap. XXXI. Minucius consul primo effusis populationibus peragraverat fines Bojorum: deinde, ut relictis Insubribus ad sua tuenda receperant sese, castris se tenuit, acie dimicandum esse, hostes ratus. Nec Boji derrectassent pugnam, nisi fama victos Insubres allata animos fregisset. Itaque relicto duce castrisque, dissipati per vicos, sua ut quisque defenderent, rationem gerendi belli hosti mutarunt. omissa enim spe per unam dimicationem rei decernendæ, partus populari agros & urere tecta, vicosque expugnare cœpit. Per eosdem dies Claustidium incensum. inde in Ligustinos Ilvates, qui soli non parebant, legiones ductæ. Ea quoque gens, ut Insubres acie victos, Bojos, ita ut tentata spem certaminis meruerent, territos audivit, in dimicandi venit. Literæ consulum è Gallia de gestis prosperæ sub idem tempus Romam allatæ. M'. Sergius prætor urbanus in senatu eas, deinde ex auctoritate Patrum ad populum recitavit. supplicatio in quatriduum decreta.

Cap. XXXII. Hiems jam eo tempore erat, quam T. Quintius, capta Elatia, in Phocide ac Locride hiberna disposita haberet. Opuntæ seditio orta est. Factio una Ætolos, qui propiores erant; altera Romanos arcessebat. Ætoli, priores venerunt: sed opulentior factio, cognita Ætolis, missoque ad imperatorem Romanum nuncio, usque ad adventum ejus tenuit urbem. Arcem regium tenebat prætidium: neque ut discederent inde, aut Opuntiorum minis, aut auctoritate imperatoris consulis Romani, perpelli potuerunt. Mora cur non ex-

templo

templo oppugnarentur, ea fuit: quod caduceator ab rege venerat, locum ac tempus petens colloquio. Ii gravate concedum regi est, non quin cuperet Quintius per se partim armis, partim conditionibus confectum videri bellum (necdum enim sciebat, virum successor sibi alter ex novis consulibus mirterefur, an, quod summa vi ut tendebrent, amicis & propinquis mandaverat, imperium prorogaretur) aperum autem fore quibusvis credebat, ut sibi liberum esset, vel ad bellum manenti, vel ad pacem decedenti rem inclinare. In finu Maliaco prope Nicæam littus elegere. eo rex ab Demetriade cum quinque lembis & una nave rostrata venit. Erant cum eo principes Macedonum & Achæorum exul vir intignis Cychiadas. Cum imperatore Romano rex Amynander erat, & Dionysodorus Attali legatus, & Agesimbrotus præfectus Rhodiæ classis, & Phæneas princeps Ætolorum, & Achæi duo. Ariffenus & Xenophon. Inter hos Romanus & extremum littus progressus, quum rex in proram navis in anchoris stantis proffiisset; *Commodius*, inquit, *si in terram egrediaris, & ex propinquo dicamus invicem, audiamusque.* Quum rex fatturum se id negaret; *Quem timdem*, inquit Quintius, *amicè?* Ad hæc ille superbo & regio animo: *Neminem equidem timeo, praeter Deos immortales. non omnium autem credo fidei, quos circa te video, atque omnium minime Ætolis. Illud quidem*, ait Romanus, *par omnibus periculum est, qui cum hoste ad colloquium congrediuntur, ut nullus fidei sit locus.* Tum inquit rex, *T. Quinti, par periculi praemium est, si fraude agatur, Philippus & Phæneas. neque enim aeque affluctiter, Ætoli praetorem aliunt, ac Macedones regem in meum locum substituant.*

Cap. XXXIII. Secundum haec filentium fuit. Quum Romanus eum æquum censeret priorem dicere, qui petiiset colloquium; Rex, ejus esse priorem orationem, qui daret pacis leges, non qui acciperet; tum Romanus, *Simplicem suam orationem esse. ea enim se dibturum, quæ ni fiant, nulla fit pacis conditio. Decucenda ex omnibus Graeciæ civitatibus regi praestita esse. captivos & transfugas sociis populi Romani reddendos. restituenda Romanis ea Illyrici loca, quæ post pacem in Epiro factam occupasset. Ptolomæo regi Ægypti reddendas urbes, quas post Philippatoris Ptolomæi mortem occupasset. Suas populique Romani conditiones has esse: caterum & sociorum audiri postulata aequum esse.* Attali regis legatus, *Naves capiosque, quæ ad Cium navali praelio capta essent, & Nicæpolim, Venerisque templum, quæ sollasset consecratque, pro incorruptis restituat;* Rhodii, *Peræam* (regio est continentis adversus insulam, vetustæ eorum ditionis) repetebant, postulabantque, *praesidia deduci ab Iasso, & Bargylia, & Euromensium urbe, & in Hellesponto Sestoque atque Abydo, & Parii polim Byzantiis in antiqui formulam juris restitui, & liberi omnia Asiæ emporia portusque.* Achæi Corinthum & Argos reperebant. Praetor Ætolorum Phæneas quum eadem rege quæ Romani, ut Græcia decederetur, postulasset, redderenturque Ætolis urbes, quæ quondam juris aut ditionis eorum fuissent; excepit orationem ejus princeps Ætolorum Alexander, vir (inter Aetolos) facundus. *Tamdiu non te retinere, ait, non quo quicquam aut praet ea colloquia, sed ne quem sociorum dicentem interpellet. Nequc de pace cum hac Philippum agere, neque bella vera arbitres inquam gessisse. In colloquiis insidias & cavillationes; in bello non congredi aequo animo, neque collatis signis dimicare, sed refugientem incendere ac diripere urbes, & vincentium praemia licium corrumpere. At non sic erga nos Macedonum reges, sed acie bellare solitos, urbibus parcere victorum posse, quo opulentius imperium haberent. Nam & aquarum possessione divitiarum tollentem. nihil fabi praeter bellum reliquisse quod consilium esse? Vtures priore anno sociorum urbes in Thessalia evasisse? Philippum, quum omnes qui unquam hostes Thessalis fuerint, ipse quoque Ætolis esse? Larissam, quam ipsi possidemus? Phthiam, Echinum, Larissam, & Pharsalum.* Cap. XXXIV. Motus oratione Alexandri Philippus, navem, ut exaudiretur, propius terram appulit. Orium eum dicere in Ætolos maxime violenter, Phæneas inter fatus. *Non in verbis rem verti. ait: aut bello vincendum, aut melioribus pacem esse. Apparet id quidem*, inquit Philippus, *etiam caeco; locatus in valetudinem oculorum. Dixisse. & erat dicacior natura, quam regem decet & ne inter seria quidem ista satis temperans. Indignari inde cepit, Ætolos, tanquam Romanos, adversi Graecia jubere: qui, quibus jubeus Graecia sit, dicere non posset. Injuste enim Peniis, Argivis, Lacedæmoniis & Amphilochis, quæ pernancta eorum pars sit, Græciam non esse. An quod a sociis eorum non abstinuerint,*

justam querelam habent, quum ipsi pro lege hunc morem antiquitus servent: ut adversus socios ipsi suos, populos tantum auctoritate tempent, juventutem suam militare finant, & contrariæ partes actes in utraque parte: Ætolica auxilia habeant? Neque ego Cium compari, sed Prusiam socium & civium opprimentem adjuvi, & Lysimachiam ab Thracibus vindicavi, sed quia me necessitas ad hoc bellum a tyrannis ejus avertit, Thraces habent. Et Ætolis hæc. Attalo autem Rhodiisque nihil jure debeo. non enim a me, sed ab illis principium belli ortum est. Romanorum autem honoris causa Perœam Rhodiis, & navis Attalo cum captivis, qui comparebunt, restituimus. Nam quod ad Nicephoritim Venerisque templi restitutionem attinet; quid ea restitui postulantibus possimus, nisi quo uno modo huic sit æquæ cadæ restitui possunt, curam impensamque facturis? Quæ justissima? quæ populare & rejunctum placet. Extrema ejus oratio adversus Atticos fuit: in qua orans ab Antigono primum, suis deinde ergo eum generum moritis, rectiori decreto eorum judicii; omnes divinos humanosque honores complexa, quæque ad ea adjungi regem decuerit, quo ab se celebrarentur. invectusque gravius in perfidiam eorum: Argos tamen je reddaturum eis dixit. De Corintho, cum imperatore Romano deliberaturum esse, quæsturumque simul ab eo, utrum ita tantum urbibus decedere se æquum censeat, quas a Philo capta jure belli habeat, an iis etiam, quas a majoribus suis acceperit.

Cap. XXXV. Parantibus Achæis Ætolique ad ea respondere, quum prope occasum sol esset, dilato in posterum diem colloquio, Philippus in stationem, ex qua profectus erat, Romani socique in castra redierunt. Quintius postero die ad Nicæam (Is enim locus placuerat) ad constituendum tempus venit. Philippi nullus usquam nec nuncius ab eo per aliquot horas veniebat. & jam desperantibus venturum, repente apparuerunt naves. Atque ipse quidem, *quum tam gravia & indigna imperarentur. Inopem consilii diem se consumpsisse deliberando*, ajebat. Vulgo credebatur, de industria rem in serum tractam, ne tempus dari posset Achæis Ætolisque ad respondendum. & eam opinionem ipse affirmavit, perendo, ut summotis aliis, ne tempus altercando tereretur, & aliquis finis rei imponi posset, cum imperatore Romano liceret sibi colloqui. Id primo non acceptum, ne excluderetur colloquio videlicet, deinde quum haud abhiberet petere, ex omnium consilio Romanus imperator cum Appio Claudio Tribuno militum cæteris summotis, ad extremum littus processit. Rex cum duobus, quos prædie adhibuerat, in terram est egressus. Ibi quum aliquandiu secreto locuti essent, quæ ædita ab illis Philippus retulerit, manifestum est. Quintius hæc retulit ad socios. *Romanos eum cedere toti Illyrici ora, partemque remittere, ac si qui essent captivi. Attalo naves, & cum iis captos nauales socios: Rhodiis regionem, quam Peræam vocant, reddere: Lysso & Sargylia non estimum. Ætolis Pharsalum Lariss amque reddere. Thebas non reddere. Achæis non Argis modo, sed etiam Corintho cessurum.* Nulli omnium placere partium, quibus cessurus, aut non cessurus esset, dubitatio. *plus enim auctoritatis in iis quam accessit aut magnum, nisi tota deduxisset Græcia præsidia, causas certaminum deponere.*

Cap. XXXVI. Quum hac toto ex concilio certatim omnes vociferarentur, ad Philippum quoque procul stantem vox est perlata. itaque ab Quintio petit, ut non totam in posterum diem differret, profecto aut perfusurum se, aut persuaderi sibi passurum. Litteras Thronium colloquio desinatur. eo mature convenium est. Ibi Philippus primo & Quintium, & omnes qui aderant, rogare, ne ipsum pacis turbare vellent. Postremo petere tempus, quo legatos Romam ad senatum mittere posset. *Aut his conditionibus se pacem impetraturum, aut quæcunque senatus dedisset, leges pacis accepturum.* Id ceteris haudquaquam placebat. nec enim aliud, quam moram & dilationem ad colligendas vires quæri. Quintius: *si æstas, & tempus rerum gerendarum esset. nunc hiems instante nihil amitti, dato spatio ad legatos mittendos. Nam neque sine auctoritate senatus quicquam eorum ratum fore, quæ cum eo ipse pepigissent: & explorari (dum bello necessitudam quietem ipsa hiems daret) senatus auctoritatem posse.* In hanc sententiam & ceteri sociorum principes concesserunt: indutiisque datis in duos menses, & ipsos mittere singulos legatos ad edocendum senatum, ne fraude regis caperetur, placuit. Additum indutiarum pacto, ut regia præsidia Phocide ac Locride exemplo deducerentur. Et ipse Quintius cum sociorum legatis Amynandrum Athamanum regem; utque speciem legationis adjiceret, Q. Fabium (uxo-

ris Quintii fororis filius erat) & Q. Fulvium, & Appium Claudium misit.

Cap. XXXVII. Ut ventum Romam est, prius sociorum legati, quam regis auditi sunt. cætera eorum oratio conviciis regis consumpta est. Moverunt eo maxime senatum, demonstrando maris terrarumque regionis ejus situm: ut omnibus appareret, si Demetriadem in Thessalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthum in Achaia rex teneret; non posse liberam Græciam esse: & ipsum Philippum non conrumeliosius, quam verius, compedes eas Græciæ appellare. Legati deinde Regis intromissi, quibus longioreem exordis orationem, brevis interrogatio, cessurusne iis tribus urbibus esset, sermonem incidit. quum mandati tibi de his nominatim negarent quicquam, sic infecta pace regii dimissi. Quintio liberum arbitrium pacis ac belli permissum. Quo ut datis apparatui, non tedere belli senatum, & ipse victoriam quam pacis avidior, neque colloquium postea Philippo dedit, neque legationem aliam, quam quæ omni Græcia decedi nunciaret, admissurum dixit.

Cap. XXXVIII. Philippus quum acie decernendum videret, & undique ad se contrahendas vires, maxime de Achaïe urbibus regionis ab se diverse, & magis tamen de Argis, quam de Corintho sollicitus, optimum ratus Nabidi cum Lacedæmoniorum tyranno, velut fœderiarum dare, ut victori fibre-fituere: (is quid advenit accidisset, ipse haberet. Philocli, qui Corintho Argique præerat, scribit, ut tyrannum ipse conveniret. Philocles, præterquam quod jam veniebat cum munere, adjicit ad pignus futuræ regi cum tyranno amicitiæ, filias suas regem Nabidis filiis matrimonio conjungere velle. Tyrannum primo negare, aliter urbem eam se accepturum, nisi Argivorum ipsorum decreto arcessitus ad auxilium urbis esset. deinde, ut frequenti concione non aspernatos modo, sed abominatos etiam nomen tyranni audirent; causam se spoliandi eos nactum esse, tradere ubi velliet urbem. Philocles justit. Nocte ignaris omnibus acceptus in urbem est tyrannus. prima luce occupat superiora omnia loca, portæque claudæ. Paucis principum tumultum inter primum elapsis, eorum absentium direpta fortuna: præsentibus autem atque argentum ablatum; pecuniæ imperatæ ingentes. qui non cunctanter contulere, sine contumelia & laceratione corporum sunt dimissi: quos occulere aut terrahere aliquid suspicio fuit, in servilem modum lacerati atque extorti. Concione inde advocata, rogationem promulgavit; unam de tabulis novis, alteram de agro viritim dividendo. duas faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam.

Cap. XXXIX. Posteaquam in potestate Argivorum civitas erat, nihil ejus memor tyrannus, à quo eam civitatem, & quam in conditionem accepisset, legatos Elatiam ad Quintium & Attalum Argos hibernantem mittit, qui nunciarent, Argos in potestate sua esse. eo si veniret Quintius ad colloquium, non diffidere sibi. omnia cum eo conventura. Quintius, ut eo quoque præsidio Philippum nudaret, quum annuisset se venturum, mittit ad Attalum, ut ab Ægina Sicyonem sibi occurreret. Ipse ab Anticyra decem quinquereminbus, quas iis forte locis diebus L. Quintius frater ejus adduxerat ex hibernis Corcyræ, Sicyonem transmittit. Jam ibi Attalus erat, qui quum, tyranno ad Romanum imperatorem, non Romanum ad tyrannum eundum diceret; in sententiam suam Quintium traduxit, ne in urbem ipsam Argos iret. Haud procul urbe Mycenica vocatur. in eo loco ut congrederentur, convenit. Quintius cum fratre & tribunis militum paucis, Attalus cum regio comitatu, Nicostratus Achæorum prætor cum auxiliaribus paucis venit. tyrannum ibi cum omnibus copiis opperientem invenerunt. Progressus armatus cum satellitibus est in medium fere interjacentis campi: inermis Quintius cum fratre & duobus tribunis militum: inermes item Regi prætor Achæorum, & unus ex purpuratis latus cingebant. Initium sermonis ab excusatione tyranni ortum: *quod armatus ipse armatisque septus, quum inermes Romanum imperatorem, regemque cernerent, in colloquium venisset. neque enim se illos timere, sed exules Argivorum.* Inde ubi de conditionibus amicitiæ cœptum agi est, Romanus duas postulare res: unam, ut bellum cum Achæis finiret: alteram, ut adversus Philippum mitteret secum auxilia. Auxilia se missurum dixit. pro pace cum Achæis, indicis imperatæ, donec bellum cum Philippo finiretur.

Cap. XL. De Argis quoque disceptatio ab Attalo Rege est nata: quum fraude Philoclis proditam urbem vi ab eo teneri argueret: ille, ab ipsis Argivis, ut se defenderet, accitum. Concionem Argivorum rex postulabat, ut id sciri posset. Nec tyrannus abnuere: sed deductis ex urbe præsidiis, liberam

concionem, non immixtis Lacedæmoniis declaraturam quid Argivi vellent, præberi debere dicebat rex. Tyrannus negavit deducturum. Hæc diffidentia fine exitu fuit, de colloquio discessum: sexcentis Cretensibus ab tyranno datis Romano; inducitique inter Nicostratum Prætorem Achæorum & Lacedæmoniorum tyrannum in quatuor menses factis. Inde Quintius Corinthum est profectus: & ad portam cum Cretensium cohorte accessit, ut Philocli præfecto urbis appareret tyrannum à Philippo defecisse. Philocles & ipse ad imperatorem Romanum in colloquium venit: hortantique ut extemplo transiret, urbemque traderet, ita respondit; ut diffidisse rem magis, quam negasse, videretur. A Corintho Quintius Anticyram trajecit: inde fratrem ad tentandam Acarnanum gentem misit. Attalus ab Argis Sicyonem est profectus. Ibi & civitas novis honoribus veteres regis honores auxit: res & ad id, quod fuerat Apollinis agrum grandi quondam pecunia redemerat eis, tum quoque ne sine aliqua munificentia præteriret civitatem sociam atque amicam, decem talenta argenti dono dedit: & decem millia medimnum frumenti. atque ita Cenchreas ad naves rediit. Et Nabis firmato præsidio Argis Lacedæmonem regressus, quum ipse viros spoliasset, ad fœminas spoliandas uxorem Argos remisit. Ea nunc singulas illustres, nunc simul plures genere inter se junctas domum arcessiendo, blandiendoque ac minando, non aurum modo his, sed & postremo vestem quoque, mundumque omnem muliebrem ademit.

EPI-

EPITOME

LIBRI XXXIII.

TITUS Quinctius Flamininus proconsul cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellavit. L. Quinctius Flamininus frater proconsulis, Acarnanes, Leucade urbe, quod caput Acarnaniae, expugnata, in deditionem accepit. C. Sempronius Tuditanus proconsul a Celtiberis cum exercitu caesus est. Attalus a Thebis ob insignem caletudinem Pergamum translatus decessit. Eam petenti Philippo, Graeciae libertas ante est. L. Furius Purpureo & Claudius Marcellus consules, Boios, & Insubres Gallos subegerunt. Marcellus triumphavit. Annibal victus in Africa bellum multis annis & ob hoc Romanis per epistolas adversus Antiochum principem delatus, propter metum Romanorum, qui legatos ad Carthaginienses sum senatum de eo miserant, profugus ad Antiochum regem Syriae se contulit; bellum contra Romanos parantem.

CAPUT I.

HAEc per hiemem gesta. Initio autem veris Quinctius Artalo Elatiam excito, Boeotorum gentem, incertis ad eam diem animis fluctuantem, dictionis suae facere cupiens, profectus per Phocidem quinque millia ab Thebis, quod caput est Boeotiae, posuit castra. Inde postero die cum omnis signi militibus, & Attalo, legationibusque, quae frequentes undique convenerant, pergit ire ad urbem, juris legionis hastatis (ea duo millia militum erant) sequi se, mille passuum intervallo distantes. Ad medium ferme viae Boeotorum praetor Antiphilus obviam fit: cetera multitudo e muris adventum imperatoris Romani legisque profequiabatur. Ea ubi arma, paucique milites circa eos apparebant: hastatos, sequentes procul, anfractus viarum vallesque interjectae occultebant. Quum jam adpropinquaret urbi, velut ea via egredientem urbem saluraret, tardius incedebat. Causa erat mora, ut hastati consequerentur. Oppidani, ante lictorem turba acta, infecutum confestim agmen armatorum, non ante, quam ad hospitium imperatoris ventum est, conspexere. Tum, velut prodito dolo Antiphili Praetoris urbe capta, obstupuerunt omnes. Et apparebat nihil liberae consultationis concilio, quod in diem posterum indictum erat, Boeotis relictum. Tenuerat deletem, quem & nequiquam & non sine periculo offendissent. In concilio Attalus primus verba facit.

Cap. II. Orsus a majorum suorum, fatisque, & communibus in omnem Graeciam & propriis (Boeotorum gentem meritis; ingulor jam & infirmior, quam ut contentionem dicendi sustinerer, obmutui. Se concidit. Et dum regum auferunt perferuntque, parte membrorum capitum, pauliper concio intermissa est. Aristaenus inde Achaeorum praetor, eo cum majori auctoritate auditus, quod non alia, quam quae Achaeis suaferat, Boeotis suadebat. Paucis ab ipso Quinctio adjecta; eadem magis Romanam, quam arma, aut opes extollente verbis. Regatio inde a Plataeenti Dicaearcho lata, reditaque de foederare cum Romanis sanccnda, nullo contra dicente audente, omnium Boeotiae civitatum legationibus acciditur, jubenturque. Concilio dimisso Quinctius rursus Thebis moratus, quantum Attali repens casus coegit, postquam non vitae magis periculum vis morbi attulit, sed membrorum debilitatem vita est, relicto eo ad curationem necessariam corporis. Elatiam inde profectus erat, redit: Boeotis quaque, sicut prius Achaeis, ad foederam adfictis, & quoniam rura ea pacataque ab tergo relinquebantur, omnibus jam cogitationibus in Philippum, & quod reliquum belli erat, conversis.

Cap. III. Philippus quoque primo vere, postquam legati ab Roma nihil pacati retulerant, delectum per omnia oppida regni habere instituit, in magna inopia juniorum: ibique perant enim per multas jam aetates continua bella Macedonas, ipsi quoque regnante: & navalibus bellis adversus Rhodios, Attalumque. Exercreitribus adversus Romanos collectis erat magnus numerus. Im & tirones ab decem & iex annis militiae terrebat. & emeritis eundem fi cendiis, quibus modo quidquam reliqui roboris erat, ad signa revocabant. Ita tumultuario exercitu, [illegible] venimum aquinectium campos confe[illegible] Dium contrario, ibi in Pierio [illegible] fitis, exercenio quotidie mili[illegible]

hoſtem opperiebatur. Et Quinctius per eoſdem ferme dies ab Elatia profectus, præter Thronium & Scarpheam, ad Thermopylas pervenit. Ibi concilium Ætolorum, Heracleam indictum, tenuit, conſultantium quantis auxiliis Romanum ad bellum ſequerentur. Cognitis ſociorum decretis, ferrio die ab Heraclea Xynias progreſſus, in conjunctis Ænianum Theſſalorumque copiis caſtris, Ætolica auxilia opperiebatur. Nihil morati Ætoli ſunt. Phoenea duce duo millia peditum cum equitibus quadringentis venerunt. Ne dubium eſſet quid exſpectaſſet, confeſtim Quinctius movit caſtra. Tranſgreſſo in Phthioticum agrum, quingenti Gortynii Cretenſium, duce Cydate, & trecenti Apolloniates, haud diſpari armatu ſe conjunxere: nec ita multo poſt Amynander cum Athamanum peditum ducentis & mille. Philippus, cognita profectione ab Elatia Romanorum, ut cui de ſumma rerum ageſtur certamen, adhortandos milites tatus ratus, multa jam ſuæ memorata de majorum virtutibus, tum de militari laude Macedonum quum diſſeruiſſet, ad ea quæ tum maxime animos terrebant, quibuſque erigi ad aliquam ſpem poterant, venit.

Cap. IV. Accepta ad Aoum flumen in angustiis cladi, territa Macedonum phalange, ad Atracem vi pulſos Romanos opponebat: & illic tamen ubi inſeſſas fauces Epiri non tenuiſſent, primum cuique fuiſſe eorum, qui negligenter cuſtodias ſervaſſent: ſecundam, in ipſo certamine, levis armaturæ mercenariorumque militum. Macedonum autem phalangem, & tunc ſtetiſſe, & loco æquo ja ctaque pugna ſemper manſu am invictam. Decem & ſex millia militum hæc fuiſſe, robur omne virium, & regni. Ad hoc duo millia cetratorum: quos peltaſtas appellant. Thracumque & Illyriorum, (Tribullis nomen eſt gentri) par numerus bina millia erant, & miſti ex pluribus gentibus mercede conducti auxiliares mille ferme, & duo millia equitum. Cum his copiis Rex hoſtem opperiebatur. Romanis ferme par numerus erat, equitum copiis tantum, quod Ætoli acceſſerant, ſuperabant.

Cap. V. Quinctius ad Thebas Phthioticas caſt a quum moviſſet, ſpem nactus per Timonem principem civitatis prodi urbem, cum paucis equitum levitque armaturæ ad muros ſucceſſit. Ibi adeo fruſtrata ſpes eſt, ut non certamen modo cum erumpentibus, ſed periculum quoque atrox fubiret: ni caſtris exciti repentе pedites equitesque in tempore ſubveniſſent. Et poſtquam nihil concepтæ temere ſpei ſuccedebat, urbis quidem amplius tentandæ in præſentia conatu abſtitit: ceterum ſatis

gnarus jam in Theſſalia regem eſſe, nondum comperto quam in regionem veniſſet, milites per agros dimiſſos, vallum cædere & parare juber. Vallo, & Macedones, & Græci uſi ſunt, ſed uſum nec ad commeditatem ferendi, nec ad aptius munitionis firmamentum aptaverunt. Nam & majores & magis ramoſas arbores cædebant, quam quas ferre cum armis miles poſſet, & quum caſtra his ante objectis ſeptiſſent, facilis molitio eorum valli erat. nam & quia rari ſtipites magnarum arborum eminebant, multique & validi rami præbebant quod recte manu caperetur, duo aut ſummum tres juvenes omnibi arborem unam evellebant, qua vulſa, portæ intrat, extemplo pa ghar, nec in promptu erat quod obmoliretur. Romanus leves, & bifurcos plerosque, & trium, aut cum plurimum, quatuor ramorum vallos ex dit, ut & ſulpenis ab tergo annis ferat plures ſimul apte miles; & ita cædentes obligunt implicantque ramos, ut neque quæ cujuſque ſit bris palma ſit, perſpiderі poſſit; & adeo acuti aliuſque per alium immiſſi vadii locum ad inferendam manum non relinquunt, ut neque prehendi, quod trahatur, neque trahi, cum inter ſe innexi rami vinculum invicem præbeant, poſſit, & ſi evulſus forte eſt unus, nec loci multum aperit, & alium reponere perfacile eſt.

Cap. VI. Quinctius poſtero die, vallum ſeptum ferente milite, ut paratus omni loco caſtris ponendis eſſet, progreſſus modicum iter, ſex ferme millia a Pheris quum conſpexiſſet, ſpeculatum in qua parte Theſſaliæ hoſtis eſſet, quidve pararet, mitit. Circa Lariſſam erat rex, qui certior jam factus Romanum ab Thebis Pheras moviſſe, defungi quamprimum & ipſe certamine cupiens, ducere ad hoſtem pergit, & quatuor millia a Pheris poſſidet. Inde poſtero die quum expediti utrinque ad occupandos ſuper urbem tumulos proceſſiſſent, pari ferme intervallo ab jugo, quod capiendum erat, quum inter ſe conſpecti eſſent, conſtiterunt, nuncios in caſtra remiſiſſe, qui quid ibi, cum præter ſpem hoſtis occurriſſet, faciendum eſſet, conſulerent, quieti opperientes. Et illo quidem die nullo inito certamine in caſtra revocati ſunt. poſtero die circa eoſdem tumulos eruſtre prælium fuit: in quo non minima Ætolorum opera rem fugati, atque in caſtra compulſi ſunt. Magnus utriſque hmodimentus ad rem gerendam fuit: ager conſitus crebris arboribus, hortique, ut in ſuburbanis locis, & coarctara itinera macerii's, & quibuſdam locis interclufa. Itaque pariter ducibus conſilium fuit excedendi ea regione, & veni-

velut ex prædifto, ambo Scortissam petierunt: Philippus ipse frumentandi inde Romanis ut præpeditis corrumpere hostis frumenta. Per diem totum, quia colles per tenuo jugo intererant, nullo conspecta inter se loco agmina ierunt. Romani ad Eretrian Phthiotici agri, Philippus super amnem Oncheitum posuit castra. Ne postero quidem die, cum Philippus ad Melambium, quod vocant, coruliferi agri, Quinctius circa Thetidium Pharsaliæ terræ potuisset castra, aut hi, aut illi, ubi hostis esset, fatis compertum habuerunt. Tertio die primo nimbus effusus, dein caligo noctis simillima Romanos metu inlidiarum tenuit.

Cap. VII. Philippus maturandi irineris caussa, post imbrem nubibus in terram demissis, nihil deterritus, signa ferri jussit. Sed tam densa caligo obtexerat diem, ut neque ingniferi viam, nec signa milites cernerent; agmen ad incertos clamores vagum velut errore nocturno turbaretur. Suoorgetii tumulos, qui Cynoscephalæ vocantur, relicta ibi statione firma peditum, equitumque, posuerunt castra. Romanus eisdem ad Theridium castris quum se tenuisset, exploratum tamen ubi hostis esset, decem turmas equitum, & mille pedites mittit, monitos ut ab infidiis, quas dies obscurus aperiret, quoque locis recturus esset, præcaverent. Ubi ventum ad infestos tumulos est, pavore mutuo injecto velut torpentes quieverunt. dein nunciis retro in castra ad duces missis, ubi primus terror ab necopinato visu confedit; non diutius certamine abstinuere. Principio ex paucis percontantibus Iacessira pugna est, deinde subsidiis tuentium pulsos aucta: in qua quum haudquaquam pares Romani, alios super alios nuncios ad ducem mitterent, premi se: quingenti equites & duo millia peditum, maxime Achaorum, cum duobus tribunis militum propere missa, rem inclinatam restituerunt: versaque fortuna Macedonas laborantes, omen regis per nuncios implorabant. Sed ut qui nihil minus illo die propter effusam caliginem quam prælium exspectassent, magna parte hominum omnis generis pabulatum missa, aliquandiu inops consilii trepidavit: deinde postquam nunci instabant, & jam juga montium derexerat nebula, & in conspectu erant Macedones, in rumulum maxime editum inter alios compulit, loco se magis, quam armis tutantes; committendam rerum summam in dubium non fuit. Itaque postquam ne partis indefensæ jactura fieret; Athenagoram ducem mercede militantium cum omnibus, præter Thracas, auxiliis, & equitatu Macedonum, ac Thessalorum misit. eorum adventu, depulsi ab jugo Romani, non ante restiterunt, quam in planiorem vallem pervenrum est. Ne effusa detruderentur fuga, plurimum in Actolis equitibus præsidii fuit. is longe tum optimus eques in Græcia erat: pedite inter finitimos vincebantur.

Cap. VIII. Lætior res quam pro successu pugnæ nunciata, quum alii super alios recurrentes ex prælio clamarent fugere gaudios Romanos, invitum se cunctabundum, & vicentem temere fieri, non locum sibi placere, non tempus, perpulit, ut educeret omnes copias in aciem. Idem & Romanus, magis necessitate quam occasione pugnæ inductus fecit. dextrum cornu, elephantis ante signa inftructis, in subsidiis reliquit: lævo cum omni levi armatura in hostem vadit. simul admonens, *cum iisdem Macedonibus pugnaturos, quos ad Epiri fauces, montibus fluminibusque ipsos, victa naturali dissentiate locorum, expulissent acieque expugnassent: cum iis quos P. Sulpicii patris ductu ofidentes Eordæam editum vicissent. Famæ fortisse, non viribus, Macedoniæ regnum. Eam quoque famam tandem evanuisse.* Jam perventum ad fuos in ima valle stantes erat, qui adventu exercitus imperatorisque, pugnam renovant, impetuque facto rursus avertunt hostem. Philippus cum cetratis, & cornu dextro peditum, roborre Macedonici exercirus, quam phalangem vocabant, propero cursu ad hostem vadit. Nicanori ex purpurariis uni, ut cum reliquis copiis confestim sequatur, imperat. Primo ut in jugum evasit, & jacentibus ibi paucis armis corporibusque hostium, prælium eo loco fuisse, publique inde Romanos, & pugnari prope castra hostium vidit, ingenti gaudio est elatus: mox refugientibus suis & terrore verso, paulisper, incertus an in castra recideret copias, trepidavit: deinde ut adpropinquabat hostis, & præterquam quod cædebantur averti, nec nisi defendentur, servari noterant, ac ne ipsi quidem in turn jam terretus erat; coactus nondum affecta parte fuorum periculum summæ rerum facere, equites, levemque armaturam, qui in prælio fuerant, dextro in cornu locat. cetratos & Macedonum phalangem, hostis positis, quarum longitudo impedimento erat, gladiis rem gerere jubet. simul ne facile perrumperetur acies dimidium de fronte demptum introrsus porrectis ordinibus duplicat, ut longo potius quam lata acies esset. simul & densari ordines jussit, ut vir viro, arma armis jungerentur.

Cap. IX. Quinctius his, qui in prælio fuerant, inter signa & ordines

acceptis, tuba dat signum. Raro alias tantus clamor dicitur in principio pugnæ exortus. nam forte utraque acies simul conclamavere. nec solum qui pugnabant, sed subsidia etiam, quibus tum maxime in prælium venitabant. Dextro cornu rex, loci plurimum auxilio, ex Iugis altioribus pugnans, vincebat: similtro tum cum maxime adpropinquante phalangis parte, quæ novissimi agminis fuerat, sine ullo ordine trepidabatur. Media acies quæ propior dextrum cornu erat, stabat (spectaculo velut nihil ad se pertinentis pugnæ intenta: phalanx, quæ veneratur, agmen magis quam acies, aptiorque itineri quam pugnæ, vix dum in jugum evaferat. In hos incompositos Quinctius, quamquam pedem referentes in dextro cornu fuos cernebat, elephantis prius in hoitem actis, impetum facit ratus partem profligatam cæteris adfuturam. Non dubia res fuit. extemplo terga vertere Macedones, terrore primo befiiarum averti. Sic cæteri quidem hos pulsos sequebantur: unus e tribunis militum extemplo capto consilio cum viginti fignorum militibus relicta ea parte fuorum, qui hand dubie vincebat, brevi circuitu dextrum cornu hoftium averfum invadit. Nullam adiem ab tergo adortus non turbasset; cæterum ad communem omnium in tali re trepidationem accessit, quod phalanx Macedonum gravis atque immobilis, nec circumagere fe poterat: nec hoc qui a fronte pulsabant pedem referentes, tam ultro territis inftabant, pariebantur. Ad hoc, loco etiam præbabantur, quia jugum ex quo pugnaverant; dum per proclive pulfos infequuntur, trafii lerant hoftibi ad terga fui circumdudto. Pauliper in medio cæli, deinde omnibus fimul partis caruliæ fugam.

Cap. X. Philippus cum paucis pedum equitumque, primo tumultum alterum inter ceteros cepit, ut fpeculatorem, quæ in læva parte fuorum fortuna eflet: deinde, poftquam fuam effuflam animadvertit, & omnia circa Iuga fignis atque armis fulgere, tum, & infe acie excelit. Quinctius, quum cedentibus inftitiffet, repente quia erigentes hoftes Macedonas confpexerat, quidnam pararent incertus, pauliper novitate rei conftituit fignaı: deinde, ut accepit, hunc morem effe Macedonum tradentium fefe, parcere victis animum habebat. Cæterum ab ignaris militibus emiffum ab hoste pugnam & quid imperator vellet, impetus in eos factus. & primis cæfis, cæteri in fugam diffipari funt. Rex effuso curfu Tempe petit. Ibiad Gonnas diem unum fubfiitit, ad excipiendos fi qui prælio fupereffent. Romani victores in caftra hoftium fe proripiunt: verum ea magna jam ex parte, direpta ab Ætolis invenium. Cæfa eo die otte hoftium millia, quinque capta. Ex victoribus feptingenti ferme ceciderunt. Si Valerio quis credat omnium rerum immodice numerum augenti, quadraginta millia hoftium eo die fuit cæfa: capta, ubi modeftius mendacium eft, quinque millia feptingenti, figna militaria ducenta unum & quadraginta. Claudius quoque duo & triginta millia hoftium cæfa fcribit, capta quatuor millia & trecentos. Nos non minimo parfiffimum numero credidimus, fed Polybium fecuti fumus, non incertum auctorem, cum omnium Romanum rerum, tum præcipue in Græcia geftarum.

Cap. X I. Philippus collectis ex fuga, qui variis cafibus pugnæ diffipati veftigia ejus fecuti fuerant, miffifque Lariffam ad commentarios regios comburendos, ne in hoftium venirent poteftatem, in Macedoniam ceffit. Quinctius, capta ea urbe quadraginta dadis, partim militi conceffis, Lariffam eft profectus; haud dum fatis gnarus quam regionem petiffet rex, quidve pararet. Caduceator eo regius venit; fpecie ut inducias effent, donec tollerentur ad fepulturam qui in acie cecidiffent; re vera ad petendam veniam legatis mittendis. Utrumque ab Romano impetratum. adjecta & illa vox, *bono animo effe regem ut juberet*: quæ maxime Ætolos offendit, timentes jam querentefque, *mutatum victoria imperatorem. Ante pugnam omnia magna parvaque communicare cum fociis folitum, nunc omnium exortet conftiturum effe: fato jubente arbitrio cuncta agerecum Philippo jam gratiæ privatæ locum quæreret dura atque afpera belli. Ætoli exhauferint, nocis gratiam, & fructum Romani in fe vertat.* Et haud dubie decefferat iis aliquantum honoris, fed cur neglecterantur, ignorabant. Donis regiis immiferat credebant invifi ab ea cupiditate animi virum: fed & fuccenfebat non immerito Ætolis ob infatiabilem avaritatem prædæ, & arrogantiam eorum, victoriæ gloriam in fe rapientium, quæ varitate fua omnium aures offendebat: & Philippo fublato, fractis opibus Macedonici regni, Ætolos habendos Græciæ dominos cernebat. Ob eas cauffas multa fedulo, ut viliores leviorefque apud omnes effent & fiderentur, faciebat.

Cap. X I I. Inducire quindecim dierum datæ hoiti erant, & cum ipfo rege conftituturn concilium: cuius principium tempus venit. in conciliu advocavit fuos. Retulit eas leges pacis placeret dici. Amynander Athamanum rex paucis fententiam abfolvit: *hoc concipiendam pacem effe, ut Græcia etiam adventibus Romanis fuis quoque jura pacis libertatifque effet.* Verborum fuperior oratio fuit. qui nauca prafari recte atque ordine imperatorem Romanum facere, quod quos velit fuctos hoftes, fe-

set: cum iis communicaret pacis consilia, falli autem eum totare, si aut Romanis pacem, aut Græciæ libertatem satis firmam se credat relicturum, nisi Philippo aut occiso, aut regno pulso: quæ utraque proclivia esse, si fortuna uti velit. Ad hæc Quinctius, propare Ætolos, aut morbi Amanorum memores, aut sibi ipsis conveniens tentiam dixisse; & illos principibus omnibus conciliis colloquisque, de conditionibus pacis semper, non ut ad internecionem bellaretur, disseruisse, & Romanos, præter voluntissimum morem cuiquis parendi, præceptum clementiæ documentum edidisse, pace Hannibali & Carthaginiensibus data. Omittere se Carthaginienses. Cum Philippo ipso quoties ventum in colloquium, nec unquam ut ederet regno aditum esse: an quia vilios præfio foret, inexpiabile bellum faciunt? Cum armatis bostis infestis animis concurri debere: adversus inermes, mitissimum quemque, animum maximum habere. Libertati Græciæ videri gravis Macedonum reges. si regnum, genisque tollatur, Thracas, Illyrios, Gallos deinde, gentes feras & indomitas, in Macedoniam se, & in Græciam effusuras. Ne proxima quæque amoliendo, majoribus gravioribusque aditum ad se faciat. Interfanti deinde Phænææ prætori Ætolorum testificantique, si elapsus eo tempore Philippus foret, mox gravius cum rebellaturum. *Desistite tumultuari,* inquit, *ubi consistendum est. Non ita conditionibus infigabitur pax, ut movere bellum possit.*

Cap. XIII. Hoc dimisso concilio, postero die rex ad fauces, quæ ferunt in Tempe (is datus erat locus colloquio) venit: tertio die datur ei Romanorum ac sociorum frequens concilium. Ibi Philippus perquam prudenter ilis, sine quibus pax impetrari non poterat, sua potius voluntate omissis, quam ut altercando extorquerentur, quæ priore colloquio auferata a Romanis, aut postulata ab ociis esset, omnia se concedere, de eteris tenuri permittum dixit. Quamquam vel inimicissimis omnibus præclusisse vocem videbatur. Phæneas tamen Ætolus cunctis racentibus, *Quid nobis*, (inquit) *Philippe, rebus ipse tandem Pharsalum, & Larissam Cremasten, & Echinum, & Thebas Phthias?* Quum Philippus nihil morari diceret quo minus reciperent; disceptatio inter imperatorem Romanum & Ætolos oriaretur de Thebis: nam eas possuli Romani jure belli factas esse. Quintius dicebat quod integris rebus exercitu ab se admoto vocati in amicitiam, quam pacatis libera deditione dati ab rege essent, recipiendæ societatem Romanæ pacis postulissent. Phæneas, se pro societate belli, quæ ante bellum habuissent, retinuisse Ætolis æquum confebat, & ita fœdere primo cautum esse, ut belli præda, rerumque quæ ferri agique possent, Romanos; ager, urbesque captæ Ætolos sequerentur. *Vos*, inquit, *ipsi, Quinctius, societatis istius leges rupistis, quo tempore relictis nobis cum Philippo pacem fecistis: quæ si manerent, captarum tamen urbium lex foret. Thessaliæ civitates jus voluntate in ditionem nostram venerunt.* Hæc cum omnium fociorum adsensu dicta, Ætolis non in præsentia modo gravia auditu, sed mox belli etiam causse, magnarumque ex eo cladium iis futurum. Cum Philippo ita convenit, ut Demetrium filium, & quosdam ex amicorum numero obsides & ducenta talenta daret: de cæteris Romam mitteret legatos, ad eam rem quatuor mensium indutiæ essent. Si pax non impetrata ab senatu foret obsides pecuniamque redd Philippo receptum esset. Causa Romano imperatori non alia major fuisse dicitur pacis maturandæ, quam quod Antiochum bellum transitumque in Europam moliri constabat.

Cap. XIV. Eodem tempore, atque ut quidam tradidere, eodem die ad Corinthum Achæi ducem regium Androsthenem juslo prælio fuderunt. Eam non bem pro arce habitarus Philippus adversus Græciæ civitates, & principes inde evocatos per speciem conloquendi, quantum equitum daret Corinthi ad bellum possent, retinuerat pro obsidibus, & præter quingentos Macedonas, mistoque ex omni genere auxiliorum octingentos, quod jam ante ibi fuerat, mille Macedonum eo miserat, & mille ac ducentos Illyrios, Thracasque, & Cretenses, qui in utraque parte militabant, octingentos. His additi Beoti, Thessalique, & Acarnanes mille, futati omnes, & ex ipsorum Corinthiorum juventute, impleta ut essent sex millia armatorum, fiduciam Androstheni fecerunt acie decernendi. Nicostratus prætor Achæorum Sicyone erat cum duobus millibus peditum, centum equitibus, sed imparem se & numero & genere militum cernens, inconsilius non excedebat. Regiæ copiæ peditum equitumque vagæ, Pellenensem, & Phliasium, & Cleonæum agrum, depopulabantur. Postremo exprobrantes metum hosti, in fines Sicyoniorum transcendebant: navibus etiam circumvecti omnem oram Achaiæ vastabant. Quum id efusius hostis, ut fit ab nimia fiducia, negligentius etiam facerent, Nicostratus spem nactus necopinantes eos adgrediendi, circa finitimas civitates nuncium occultum mittit, quo die, & quot, ex quaque civitate armati, ad Apelaurum (Stymphalie terre id locus est) convenirent. Omnibus ad diem edictam paratis, profectus inde exemplo, per Phliasio-

rum fines, nocte Cleonas, inscii omnibus quid pararent, pervenit. Erant autem cum eo quinque millia peditum, ex quibus armaturae levis, & trecenti equites, cum iis copiis dimissi, qui ignobiliores erant, quam in partem hostes effunderent se, experiebantur.

Cap. XV. Androsthenes, omnium ignarus, Corintho profectus, ad Nemeam (amnis est Corinthium & Sicyonium interfluens agrum) cattra locat. Ibi parte dimidia exercitus dimissa, dimidiam tripartiam divitiis, & omnes equites dificurrere ad depopulandos simul Pellenensium Sicyoniumque agros, & Phliasium, iubet. Haec tria diversa agmina discesserc. quod ubi Cleonas ad Nicaratum perlatum est, extemplo validam mercenariorum manum praemissam ad occupandum saltum, per quem transiturus in Corinthium est agrum, ante signa equitibus ut praegrederentur locatis, ipse confestim agmine duplici sequitur. Parte una mercenarii milites ibant cum levi armatura, altera clypeati, dein aliarum gentium exercitus robur erat. Jam haud procul cattris aberant pedites equitesque, & Thracum quidam in vagos palatosque per agros hosteis imperum fecerunt, quum repens terror cattris infertur. Trepidare dux, ut qui hostes nusquam, nisi raro, in collibus ante Sicyonem, non audentes agmen demittere in campos, vidisset; ad Cleonas quidem accessuros nunquam credidisset, revocari tuba iubet vagos à cattris dilapsos. Ipse raptim capere arma iussis militibus infrequenti agmine porta egressus, super flumen instruit aciem. Caeterae copiae vix colligi atque instrui cum potuissent, primum hostium impetum non tulerunt. Macedones & maxime omnium frequentes ad signa fuerunt, & diu ancipitem victoriae spem fecerunt: postremo fuga caeterorum nudati, quum duae jam acies hostium ex diverso, levis armatura ab latere, clypeati cetratique à fronte urgerent; & ipsi re inclinata primo retulere pedem: deinde impulsi terga vertunt, & plerique abjectis armis, nulla spe cattrorum tuendorum relicta, Corinthum petierunt. Nicostratus mercenariis militibus ad hos persequendos, equitibus Thracumque auxiliis in populatores agri Sicyonii missis, magnam ubique caedem edidit; majorem prope quam in praelio ipso. Ex iis quoque qui Pellenen Phliuntaque depopulati erant, incompositi partim omniumque ignari, ad cattra revertentes, in hostium stationes tanquam in suas inlati sunt: partim ex diversis id quod erat, fugitari. Ita se in fugam passim sparserant, ut ab ipsis agrestibus errantes circumvenirentur. Ceciderunt eo die mille & quinquenti, capti trecenti. Achala omnis magno liberata metu.

Cap. XVI. Prius quam dimicaretur ad Cynosephalas, L. Quinctius Corcyraam excitis Acarnanum principibus, quae sola Graeciae gentium in societate Macedonum manserat, initium quoddam ibi motus fecit. Duae autem maxime causae eos renuerant in amicitia regis, una fides intirata genti, altera metus ordinatae Aetolorum. Concilium Leucadem indictum est. Eo neque cunctis convenere Acarnanum populi, nec ipsis qui convenerant, idem placuit. Sed & principes & magistratus pervicerunt, ut privatum decretum Romanae societatis fieret. Id omnes qui abfuerant, aegre passi, & in hoc fremitu gentis à Philippo missi duo principes Acarnanum, Androcles & Echedemus, non ad tollendum modo decretum Romanae societatis valuerunt, sed eriam ut Archelaus & Bianor, principes gentis ambo, quod auctores ejus sententiae fuissent, proditionis in concilio damnarentur, & Zeuxidae praetori, quod de ea re retulisset, imperium abrogaretur. Rem remerarium, sed eventu prosperam damnari fecerunt. Studentibus namque amicis, cedere tempori, & Corcyram ad Romanos abirent: statuerunt, offerre se multitudini, & aut eo ipso lenire iras, aut pari quod casus tulisset. Quum se frequenti concilio intulissent, primo murmur ac fremitus admirantium, silentium mox à verecundia simul pristinae dignitatis ac miserlcordia praesentis fortunae ortum est. Poresiate quoque dicendi facta, principio suppliciter, procedente autem oratione, ubi ad crimina diluenda ventum est, cum tanta fiducia, quantam innocentia dabat, differuerunt: postremo ultro aliquid etiam queri, & castigare Iniquitatem simul in se crudelitatemque ausi, ita ad fecerunt animos, ut omnia, quae in eos decrera erant, frequentes tollerent. neque eo minus reieundum in societatem Philippi, abnuendamque Romanorum amicitiam, censerent.

Cap. XVII. Leucade haec sunt decreta: id caput Acarnaniae erat, eoque in concilium omnes populi convenicbant. Iraque quum haec repentina mutatio Corcyraam legatum Flaminiinum perlata esset, extemplo cum classe profectus Leucadem, ad Heraeum quod vocant, naves adplicuit. Inde cum omni genere tormentum machinarumque, quibus expugnantur urbes, ad mures accessit; ad primum terrorem ratus inclinari animos posse. Postquam pacati nihil offendebatur; tum vineas, turresque erigere, & arietem admovere muris coepit. Acarnania universa, inter Aetoliam atque Epirum posita, eodem occidentem & mare Siculum spectat. Leucadia

nunc insula, & vadoso freto, quod perfossum manu est, ab Acarnania divisa, tum peninsula erat, occidentis regione arctis faucibus cohærens Acarnaniæ. Quingentos ferme passus longæ fauces erant: latæ haud amplius centum & viginti. in his angustiis Leucas posita est, colli applicata vertice in orientem, & Acarnaniam. Ima urbis, lana fuit, lacentia ad mare: quo Leucadia ab Acarnania dividitur. Inde terra marique expugnabilis est. nam & vada funt stagno similiora, quam maris: & cautibus terrenus omnis, operique facilis. Itaque multis simul locis aut subruti, aut ariete decussi ruebant muri. Sed quam urbs ipsa opportuna omnigenibus erat, tam inexpugnabile hostium animidie ac nocte intenti reficere quassata muri, obstruere quæ patefacta ruinis erant; prælia imigre inire, & armis magis muros quam ipsos mœnibus tutari. diutius hoc fine Romanorum obsidionem extra fuisset, ni exsules quidam Italici generis Leucadæ habitantes, ab arce milites accepissent. eos tamen ex superiore loco magno cum tumultu decurrentes, acie in foro instructa justo prælio ali quamdiu Leucadii sustinuerunt. Interim & scalis capta multis locis mœnia, & per fragem lapidum ac ruinas transcensum in urbem. Jamque legatos magno agmine circumvenerat pugnantes, pars in medio cæsi, pars armis abiectis dediderunt se victori. Et post dies pauces audito prælio, quod ad Cynoscephalas pugnatum erat, omnes populi Acarnaniæ in deditionem legati venerunt.

Cap. XVIII. His diebus, omnia simul inclinante fortuna, Rhodii quoque ad vindicandam a Philippo continentem regionem (Peræam vocant) possessam a majoribus suis, Pausistratum præterea cum octingentis Achæis pedibus, mille & nongentis fere armatis ex variis generibus auxiliorum collectis, mittunt. Galli, & Nisuetæ, & Pisuetæ, Tamiani, & Arei, ex Africa, & Laodiceni ex Asia erant: cum his copiis Pausistratus Tendeba in Stratonicensi agro, locum peropportunum, ignaris regibus, qui tenuerant, occupavit. In tempore & ad id ipsum excitum auxilium mille Achæi pedites cum centum equitibus supervenerunt. Theoxenus iis præerat. Dinocrates, regius præfectus, recuperandi castelli causa iri non ostra ad ipsa Tendeba movit, inde ad alterum castellum, item Stratonicense, Agri: Aftragon vocant, omnibus hinc ex præsidiis, quæ multifariam disiecta erant, devocatis, & ab ipsa Stratonicea Thessalorum auxiliaribus, Alabanda ubi hostes erant, ducere pergit. Nec Rhodii pugnam detrectaverunt, atque castris, in propinquum collatis exemplo in aciem deficnium est. Dinocrates quingentos Macedonas dextro cornu, lævo Agrianas locat, in medium accipit contractos ex castellorum (Cares sunt ea gens) præsidiis: equites cornibus circumdat. Cretensium auxiliares Thracumque Rhodia cohors dextro cornu, sinistro mercenarios milites. lectam peditum manum, habuere: medios mista ex pluribus gentibus auxilia: equites levisque armaturæ quod erat, cornibus circumjectum. Eo die æterunt tantum acies utræque super ripam, qui tenui aqua interfluebat, torrentis paucisque telis emissis, in castra receperunt sese. Postero die eodem ordine instructi, majus aliquanto prælium quam pro numero edidere pugnantium, nec enim plus terna millia peditum fuere. & centeni ferme equites, cæterum non numero tantum, nec armorum genere, sed animis quoque paribus, & æqua fere pugnaverunt. Achæi primi, torrente superato, in Agrianas imperum fecere; deinde tota prope curru transgressa animum addidit. Diu anceps pugna stetit. numero Achæi mille & ipsi expedringentos loco expulere. Inclinat dein dextrum omne cornu. Macedones, usque dum ordine & velut stipata phalanx consistebat, moveri nequiverunt. postquam lævo latere nudato circumjacere hastas in venientem ex transverso hostem conari sunt: turbati extemplo, cumultum primo inter se fecerunt: terga deinde verunt: postremo abiectis armis, in præcipitem fugam effusi, Bargylias petentes fugerunt. Eodem & Dinocrates perfugit. Rhodii quantum diei superfuit, secuti, recepere sese ad castra. Satis constat, si non fessum victores Stratoniceam petissent, re ipsa eam urbem sine certamine potuisse. Prætermissa eius rei occasio est, dum in castellis vicisque Perææ recipiendis tempus teritur. Interim animi eorum, qui Stratoniceam præsidio obtinebant, confirmari sunt. mox & Dinocrates cum iis, quæ prælio fupererant, copiis intravit muros. Nequicquam inde obsessa oppugnataque urbs est. recioi nisi aliquanto post per Antiochum non potuit, hoc in Asia per eosdem dies ferme Hæc in Thessalia, hæc in Achaia, gesta.

Cap. XIX. Philippus quum audisset Dardanos transfossos fines ab contentu concessi tum regni, superiore Macedoniæ evastare, quamvis toto prope orbe terrarum undique se suoque profligante fortuna, ureebatur; tamen morte priùs omnia Macedoniæ etiam possessione pelli, delectu raptim per urbes Macedonum habito, cum sex millibus peditum & quingentis equitibus circa Stobos Pelagoniæ improviso hostes oppressit. Magna multitudo hominum in prælio,

maior pegandi cupidine palata per agros cæsa est. quibus fuga expeditior fuit, ne tentato quidem casu pugnæ in fines suos redierunt. Ea una expeditione non pro reliquo statu fortunæ facta; refectis suorum animis, Thessalonicam sese recepit. Non tam in tempore Punicum bellum terminatum erat, nec simul & cum Philippo foret bellandum, quam opportune jam Antiocho in Syria mollente bellum, Philippus est superatus. nam præterquam quod facilius cum singulis quam ii in unum ambo simul contulissent vires, bellatum est; Hispania quoque sub idem tempus magno tumultu ad bellum consurrexit. Antiochus quum priore æstate omnibus quæ in Cœle Syria sunt, civitatibus Ptolomæi in fuam potestatem redactis, in hiberna Antiochiam concessisset; nihilo quietiores populos res habuit. omnibus enim terris viribus connixus, quum ingentes copias terrestres maritimasque comparasset, principio veris præmissis terra cum exercitu filiis duobus Arduæ ac Mithridate, jussisque Sardibus se opperiri, ipse cum classe centum rebtarum navium, ad hoc levioribus navigiis, cercurisque ac lembis ducentis, profectus est: simul per omnem oram Cilicis quæ & Cariæ tentaturus urbes, quæ in ditione Ptolomæi essent: simul Philippum (necdum enim debellatum erat) exercitu navibusque adjuturus.

Cap. XX. Multa egregia Rhodii pro fide erga populum Romanum proque universo nomine Græcorum, terra marique ausi sunt: nihil magnificentius, quam quod ea tempestate non territi tanta mole imminentis belli, legatos ad regem miserunt Nephelida, (promontorium Ciliciæ est, inclytum fœdere antiquo Atheniensium) si eo non continere copias suas, se obviam ituros; non ab hoste ullo, sed ne conjungi eum Philippo paterentur, & impedimento esse Romanis liberantibus Græciam. Coracesium eo tempore Antiochus operibus oppugnabat: Zephyrio, & Solis, & Aphrodisiadæ, & Coryco, & superato Anemurio (promontorium id quoque Ciliciæ est) Selinunte recepto, omnibus hisalitiæque eius oræ castellis, aut metu aut voluntate fine certamine in deditionem acceptis, Coracesium præter spem clausis portis tenebat eum. Ibi legati Rhodiorum auditi. & qui nunciati ea legatio erat, quæ accepta responsa quum possit, temperavit ne: & legatos fe Rhodum misit eum, responsa: *Hisque in mandatum ut renuntiarent acta sua cum ea civitate, sua majorumque suorum: ea neque ut ea adumbrata pœnitere possit. Nihil his aut factis eorum nisi bene fuisse memoratu. Nam Romanos non violaturum, se non violaturum. Argumento & fuam recentem ad eos legationem esse, & senatus honorifica in se decreta, responsaque.* Tum forte legati redierunt ab Roma, comiter auditi, dimissique, ut tempus postulabat, incerto adhuc adversus Philippum eventu belli. Quum hæc legati regis in concione Rhodiorum agerent, nuntius venit, debellarum ad Cynoscephalas esse. Hoc nuntio accepto, Rhodii, dempto metu à Philippo omni, erat consilium obviam eundi classe Antiocho. Illam alteram curam non omiserunt, tuendæ libertatis civitatum fociarum Ptolomæi, quibus bellum ab Antiocho imminebat. nam alias auxiliis juverunt, alias providendo ac præmonendo conatus hostis: cautisque libertatis fuerunt Caunels, Mindiis, Halicarnassensibus Samiisque. Non operæ est perfequi, ut quæque acta in his locis sint, quum ad ea quæ proprie Romani belli sunt, vix sufficiam.

Cap. XXI. Eodem tempore & Attalus rex æger Thebis Pergamum advectus moritur; altero & septuagesimo anno: quum quatuor & quadraginta annos regnasset. Huic viro, præter divitias, nihil ad spem regni fortuna dederat, his simul prudentior, simul magnificè utendo, effecit, primum ut sibi, deinde ut aliis non indignus videretur regno. Victis deinde prælio uno Gallis, quæ tum gens recenti adventu terribilior Asiæ erat, regium acivit nomen, cujus magnitudini semper animum æquavit. Summa justitiæ fines rexit: amicam fidem fociis præstitit: uxorem ac liberos quatuor superstites habuit. mitis ac munificus amicis fuit. regnum adeo stabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam stirpem possessio ejus defenderit. Quum is statu rerum in Asia Græciaque ac Macedonia esset, vix dum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata, ingens in Hispania ulteriore coortum est bellum. M. Helvius eam provinciam obtinebat. Is literis senatum certiorem fecit, *Celtas & Lusitanos regulos in armis esse. Cum Celtis aciem se primo copulas, cum Lusitanis castellos urbes, Carpetanos & Bardonem, & maritimam omnem omnem, quæ nondum animos movisset, ad pertinaciam motus conturbaturam.* His literis a M. Sergio Prætore, cujus jurisdictio inter cives erat, recitatis, decreverunt Patres, ut comitiis prætorum habitis, cui sors provincia Hispania obvenisset, Is primo quoque tempore de bello Hispanibe ad senatum referret.

Cap. XXII. Sub idem tempus Consules Romam venerunt, quibus in vete Bellum senatum habentibus, postulantibusque primum omnes pacigere bellocelias. C. Atinius Labeo, & C. Urtidius Trib. plebis, ut

separatim de triumpho agerent Consules, postularunt, communem ferationem de ea re fieri non passuros, ne par honos in dispari merito esset. Cumque Minucius utrique provinciam Italiam obtigisse diceret; communi animo consilioque se & collegam res gessisse. Cornelius adjiceret; Bolos adversus se transgredientes Padum, ut Insubribus Cenomanisque auxilio essent, depopulante vicos eorum atque agros collega, ad sua tuenda aversos esse; Triumphi res tantas belo gessisse Cornelium fatori, ut non magis de triumpho ejus, quam de honore Dii immortalibus habendo dubitari possit. Non tamen nec illum, nec quenquam alium civem tantum gratia atque opibus valuisse, ut quum flagitet triumphum imperator, collega eundem honorem haud dubie petenti caret. Q. Minucium in Ligustbus levia prælia, vix digna dictu fecisse: in Gallia magnum numerum militum amississe. Nominabant etiam tribunos militum T. Juventium, & Cneium Labeonis fratrem, qui adversa pugna cum multis aliis citra forte tribus diebus se fecisse cecidissent. Oppidorum paucorum ac vicorum fuisse, & in tempus simultatas, sine ullo pignore deditiones factas esse. Hæ inter consules tribunosque altercationes biduum tenuerunt, victusque perseverantia tribunorum consules, separatim retulerunt.

Cap. XXIII. Cn. Cornelio omnium consensu decretus triumphus. & Placentini Cremonenseisque additerunt favorem consulgratias agentes, commemorantesque, obsidione se esse ab eo liberatos. Pleroque etiam, quum apud hostes essent, serviture exceptos. Q. Minucius, tentata tantum relatione, quum adversum omnem senatum videret, in monte Albano se triumpharurum, & jure imperii consularis & multorum clarorum virorum exemplo, dixit. Cn. Cornelius de Insubribus Cenomanisque in magistratu triumphavit, multa signa militaria tulit, multa Gallica spolia captivis carentibus transvexit: multi nobiles Galli ante currum tracti: inter quos quidam Amilcarem ducem Pœnorum fuisse, auctores sunt. Cæterum magis in se convertit oculos Cremonensium Placentinorumque colonorum turba pileatorum, currum sequentium. Tulit in triumpho ducenta triginta septem millia quingentos æris; argenti pigati septuaginta novem millia, septuagenos æris miliribus divisit: duplex equiti, triplex centurioni. Q. Minucius Consul de Liguribus Bostisque Gallis in monte Albano triumphavit. Is triumphus, ut loco, & fama rerum gestarum, & quod summum non erogatum ex ærario omnes sciebant, inhonoratior fuit: ita signis, carpentisque, & spoliis ferme æquabat. Pecuniæ etiam prope par summa fuit: æris translata ducenta & quinquaginta quatuor millia: argenti bigati quinquaginta tria millia, & ducenti. militibus centurionibusque & equitibus item in singulos datum, quod dederat collega.

Cap. XXIV. Secundum triumphum consularia comitia habita, creati Consules L. Furius Purpureo, & M. Claudius Marcellus. Prætores postero die facti, Q. Fabius Buteo, Ti. Sempronius Longus, Q. Minucius Thermus, Manius Acilius Glabrio, L. Apustius Fullo, C. Lælius. Exitu ejus anni litteræ à T. Quintio venerunt, se signis collatis cum rege Philippo in Thessalia pugnasse: hostium exercitum fusum, fugatumque. Hæ litteræ prius in senatu à Sergio prætore, deinde ex auctoritate Patrum in concione sunt recitatæ. Ob res prospere gestas in dies quinque supplicationes decretæ. Brevi post legati & à T. Quintio & ab rege venerunt. Macedones deducti extra urbem in villam publicam: ibique iis locus & lauria præbita: & ad eadem Bellonæ fanarus est habitus. Haud multa verba facta, quum Macedones, quæcumque senatus censuisset, id regem facturum esse dicerent. Decem legati more majorum, quorum ex consilio T. Quintius imperator leges pacis Philippo daret, decreti, adjectumque, ut in eo numero legatorum P. Sulpicius, & P. Villius essent: qui consules proviniam Macedoniam obtinuissent. Cosanis eo die postulantibus ut sibi colonorum numerus augeretur, mille ascribi Jussi: dum ne quis in eorum numero esset, qui post P. Cornelium & T. Sempronium consulem hostis fuisset.

Cap. XV. Ludi Romani eo anno in circo scenaque ab ædilibus curulibus, P. Cornelio Scipione, & Cn. Manlio Vulsone, & magnificentius quam alias facti, & lætius, propter res bello bene gestas spectati: forique ter instaurati, plebeii septies instaurari. Acilius Glabrio, C. Lælius eos ludos fecerunt. Ex argento multaticio tria signa ænea, Cereri Liberoque & Liberæ, posuerunt. L. Furius, & M. Claudius Marcellus consulatu inito, quum de provinciis agererur, & Italiam utrique provinciam fanarus decerneret; ut Macedoniam cum Italia fortirentur, petebant. Marcellus provincia cupidiores, pacem simulatam ac fallacem dicendo, & rebellaturam, si exercitus inde deportatus esset, regem, dubios sententiæ Patres fecerat. Et forsitan obtinuissent consules, ni Q. Marcius Rex, & C. Atinius Labeo, tribuni plebis, se intercessuros dixissent: ni prius ipsi ad plebem tulissent, vel lent, juberentne eum rege Philippo

po pacem esse. Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est. omnes quinque & triginta tribus, uti rogatæ, jusserunt. Et quo magis pacem ratam esse in Macedonia vulgo lætarentur, triffis ex Hispania nuncius allatus effecit, vulgatæque literæ, *C. Sempronium Tuditanum proconsulem, in citeriore Hispania præliо victum; exercitum ejus fusum fugatumque, & illustres viros in acie cecidisse. Tuditanum cum gravi vulnere lætum ex prælio, haud ita multo post exstinctum.* Consulibus ambobus Italia provincia, cum his legionibus, quas superiores consules habuissent, decreta. & ut quatuor legiones novas scriberent; duas, quæ quo senatus censuisset, mitterentur, & T. Quintius Flamininus cum duabus legionibus provinciam eodem exercitu obtinere justus: imperium ei prorogatum fatis jam ante videbatur.

Cap. XXVI. Prætores deinde provincias sortiti. L. Apustius Fullo urbanam jurisdictionem, Manius Acilius Glabrio inter cives & peregrinos, Q. Fabius Buteo Hispaniam citeriorem, Q. Minucius Thermus citeriorem, C. Lælius Siculum, Ti. Sempronius Longus Sardiniam. Q. Fabio Buteoni, & Q. Minucio, quibus Hispaniæ provinciæ evenerant, Consules legiones singulas ex quatuor ab se scriptis quas viderentur, uti darent, decretum est. focium ac nominis Latini quaterna millia peditum, trecenos equites. hique primo quoque tempore in provincias ire justi. Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum. Priusquam hi prætores ad bellum prope novum, quia tum primum suo nomine, nullo Punico exercitu aut duce ad arma ierant, proficiscerentur, aut ipsi consules ab urbe moverent; procurare, ut affore, prodigia, quæ nunciabantur, justi. L. Julius Sequestris in Sabinos procisceens, fulmine late equuiue exanimati fuerant: ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tacta erat: ad Monetæ duarum hastarum silcula arserant: lupus Æsquilina porta ingressus, frequentissima parte urbis, quum in forum decurrisset, Tusco vico atque inde Melio, per portam Capenam prope intactus evaserat. Hæc prodigia majoribus hostiis sunt procurata.

Cap. XXVII. Iisdem diebus Cn. Cornelius Lentulus, qui ante Sempronium Tuditanum citeriorem Hispaniam obtinuerat, quum ex senatusconsulto ovans urbem esset ingressus, tulit præ se auri mille & quingenta quindecim pondo, argenti viginti millia, signati denarium triginta octuor millia, & quingentos quinquaginta. L. Stertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem triumphi spe, quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit: & de manubiis duos fornices in foro Boario ante Fortunæ ædem, & matris Maturæ, unum in Maximo Circo fecit: & his fornicibus signa aurata imposuit. Hæc per hiemem ferme acta. Hibernabat eo tempore Athenis Quintius, à quo quum multa locis peterent, Bœoti petierunt, impetraveruntque, ut hi, qui fuæ gentis militassent apud Philippum, sibi restituerentur. id à Quintio facile impetratum; non quia satis dignos eos crederet, sed quia, Antiocho rege jam subjecto, favor conciliandus nomini Romano apud civitates erat. Restituti, confessim apparuit, quam nulla inita apud Bœotos gratia esset. nam & ad Philippum gratias agentes pro reddita hominibus, perinde atque ipsi id à Quintio & Romanis datum esset, missi, & ad proximos Bœotarchen nullam aliam ob causam Brachyllam quendam, quam quod præfectus Bœotorum apud regem militantium fuisset, fecerunt: præterea Zeuxippo, & Philitrato, aliisque qui Romanæ societatis actores fuerant. Id egre & in præsentia hi pati, & in futurum etiam metum cesserunt, quum ad portas prope sedente exercitu Romano essent; quidnam se futurum esset profectis in Italiam Romani: Philippo ex propinquo locos adjuvante, & infesto his, qui partis adversæ fuissent.

Cap. XXVIII. Dum Romana arma propinqua habebant, tollere Brachyllam principem factorum regis statuerunt. & tempore ad eam rem capto, quum in publico epulatus reverterentur domum temulentus, profequentibus mollibus viris, qui joci causa convivio celebri interfuerant; ab iis armatis, quorum tres Italici, tres Æroli erant, circumventus occiditur. Fuga comitum, & quiritatio facta, & tumultus tota urbe discurrentium cum luminibus. percussores proxima porta evaserunt. Luce prima concio frequens, velut exstante indicio, ad vocem præconis convocata in theatro erat. Palam ab suo comitatu, & obscœnis illis viris fremebant interfectum: animis autem Zeuxippum auctorem destinabant cædis. In præsentia placuit comprehendi eos, qui simul fuissent, quæstionemque ex his haberi, qui dum quærunturi, Zeuxippus, continuli animo avertendi ab se criminis caussa in concionem progressus, errare ait hominesi, qui tam atrocem eidem pertinere ad illos femiviros crederent. multaque in eam partem probabiliter argumentatus, quibus fidem apud quosdam fecit, numquam si conscius esset, oblaturum se multitudini, mentionemve cædis nullo lacessente factiurum fuisse. Alii non dubitare, obviam

vism eundo impudenter criminis fuspicionem averti. Torti poſt paulo inſontes, quum ſcirent ipſi opinionem omnium, ea pro indicio uſi, Zeuxippum & Piſiſtratum nominaverunt: nullo adjecto, cur ſcire quicquam viderentur, argumento. Zeuxippus tamen cum Stratonida quodam nocte perfugit Tanagram; ſuam magis conſcientiam quam indicium hominum nullius rei conſciorum metuens. Piſiſtratus ſpretis indicibus Thebis manſit. Servus erat Zeuxippo, totius internuncius & miniſter rei: quem indicem Piſiſtratus timens, eo ipſo timore ad indicium protraxit. literas ad Zeuxippum mittit, ſervum conſcium tollere. Non tam idoneum ad celandam rem eum videri ſibi, quam ad agendam fuerit. Has qui tulit literas juſſit Zeuxippo dare quamprimum. is, quia non ſibi conveniendi ejus copia fuit, ipſi illi ſervo, quem ex omnibus domino fidiſſimum credebat, tradidit. Se adjecit, Piſiſtrato de re magnopere pertinente ad Zeuxippum eſſe. Conſcientia ictus, quum extemplo traditurum eas aſtrimaſſet, aperit. Perlectis literis paviidas Thebas refugit. & Zeuxippus quidem fuga ſervi motus, Athenas. uriorem exilio locum ratus, conceſſit. Da. Piſiſtrato aliquot quaeſtiones tormentis habitæ: & ſumptum ſupplicium eſt.

Cap. XXIX. Efferavit ea cædes Thebanos Bœotoſque omnes ad execrabile odium Romanorum; Zeuxippum principem gentis id facinus conciſſe. ad rebellandum neque vires, neque ducem habebant. Proximum bello quod erat, in larrocinium verſi, alios hoſpites, alios vagos per hiberna milites, ad varios commeantes inſus excipiebant. quidam in ipſis itineribus ad notas latebras inſidiantibus, pars in deſerta per fraudem diverſoria devecti de lucrine opprimebantur. poſtremo non tantum odio, ſed etiam aviditate prædæ ea facinora faciebant: quia negotiandi ferme cauſſa argentum in zonis habentes in commeatibus erant. Quum primo pauci, dein indies plures deſiderarentur, infamis eſſe Bœotia omnis cœpit: & timidius quam ab hoſtico egredi caſtris miles. Tum Quinctius legatos ad quærendum de latrociniis per civitates mittit. Plurimi pedites circa Copaidem paludem inventi: ibi ex limo eruta extractaque ex ſtagno cadavera, ſaxis aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, annexa. multa facinora Acræphiæ, & Coronææ facta invenierunt. Quintius primo noxios tradi ſibi juſſit. & pro quingentis militibus (tot enim intercepti erant) quingenta talenta, Bœotos conferre. Quorum neutrum quum fieret, verbis tantum civitates excuſarent, nihil publico conſilio factum eſſe; miſſis Athenas & in Achaiam legatis, qui teſtarentur ſocios, iuſto pioque bello ſe perſecutum Bœotos, & cum parte copiarum P. Claudio Acræphiam ire juſſo, cum parte Coronæam circumſedit: evaſtatis prius agris, qua ab Elatia duo diverſa agmina fere. Hac perculſi clade Bœoti, quum omnia terrore ac fuga compleſſent, legatos miſerunt, qui quum in caſtra non admitterentur, Achæi Athenienſeſque ſupervenerunt. Plus auctoritatis Achæi habuerunt, deprecantes: ac ni impetraſſent pacem Bœotis, bellum ſimul gerere decreverunt. Per Achæos Bœotis copia dabeundi alloquendique Romanum facta eſt, juſſisque tradere noxios, & mulctæ nomine triginta talenta conferre, pax data: & ab oppugnatione receſſum.

Cap. XXX. Poſt paucos dies decem legati ab Roma venerunt, quorum ex conſilio pax data Philippo in has leges eſt. *Omnes Græcarum civitates, quæ in Europa, quæque in Aſia eſſent, libertatem ac ſua leges haberent. quæ earum ſub ditione Philippi fuiſſent, præſidia ex his Philippus deduceret: has, quæ in Aſia eſſent, Euromo Pedaſiſque & Bargyliis, & Theſſo, & Myrina, & Abydo & Thaſio, & Perinthiis: ea oppida quæ enim placere liberas eſſe. De Cianorum libertate, Cavinius Pruſiæ Bithynicarum rei ſcriberet. quid ſenatui & decem legatis placuiſſet. Captivos, tranſfugas que reddere Philippum Romanis, & naves omnes tectas tradere, præter quinqueremem unam & biremes propugnatrices, quam ſexdecim verſus remorum agebant. Ne plus quinquaginta armatorum haberet, neve elephantum ullum. Bellum extra Macedoniæ fines ne injuſſu ſenatus gereret. Mille talentum daret populo Romano: dimidium præſens, dimidium quinquennio decem annorum.* Valerius Antias, quatermillium pondo argenti vectigal in decem annos, triginta quaterna millia pondo, & præſens viginti millia pondo. idem nominatim adjectum ſcribit, ne cum Eumene Attali filio (novus is tum rex erat) bellum gereret. In hæc obſides accepti, inter quos Demetrius Philippi filius. Adjicit Valerius Antias, Attalo abſenti Æginam inſulam elephantoſque dono datos, & Rhodiis Stratonicæam Cariæ, atque alias urbes, quas Philippus tenuiſſet: Athenienſibus inſulas datas, Paron, Imbrum, Delum, Scyrum.

Cap. XXXI. Omnibus Græciæ civitatibus hanc pacem approbantibus, ioli Ætoli id decretum decem legatorum clam miſſantes carpebant. *literas inanes vana ſpecie libertatis adumbratas eſſe. Cur enim alias Romanis tradi urbes, nec nominari eas, aliud*

alias nuncupari, & sine traditione iuberi liberas esse; nisi ut quæ in Asia sint, liberentur, longinquitate ipsa victores: quæ in Græcia sint, ne nominata intercipiantur; Corinthus, & Chalcis, & Oreum, cum Eretria & Demetriade. Nec tota ex vano crimine erat. dubitabatur enim de Corintho, & de Chalcide, & Demetriade, quia in tenatu confulto, quo missi decem legati ab urbe erant, cæteræ Græciæ atque Asiæ haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus legati, quod tempora reipublicæ postulassent, id ex republica fideque sua facere statuere justi erant. Antiochus rex erat, quem transgressurum in Europam, quum primum ei res fuæ placuissent, non dubitabant. ei tam opportunas ad occupandum patere urbes noiebant. Ab Hatia Anticyram cum decem legatis, inde Corinthum trajecit. ibi consilia eorum legatorum tractabantur. Identidem Achæis, liberandam omnem Græciam, si Aetolorum linguas retundere, si veram caritatem, majestatem, apud omnes nominis Romani vellent esse: si fidem facere, ad liberandam Græciam, non ad transferendum à Philippo ad se imperium, se mare trajecisse. Nihil contra ea de libertate urbium alii dicebant. cæterum ipsis tutius esse, manere pauliper sub tutela præsidii Romani, quam pro Philippo Antiochum dominum accipi. Poitremo ita decretum est: *Corinthus reddatur Achæis, ut ab Acrocorintho tamen præsidium esset: Chalcidem ac Demetriadem retineri, donec cura de Antiocho decessisset.*

Cap. XXXII. Isthmiorum statum ludicrum aderat; semper quidem & alias frequens; quum propter spectaculi studium instum genti, quo lætamina omnis generis artium virtutumque ac pernicitatis vifuntur; tum quia propter opportunitatem loci per duo diversa maria omnium Græcorum undique conventus erat. Sed exspectatione erecti, qui deinde status futurus Græciæ, quæ fua fortuna esset: alii non taciti solum opinabantur, sed sermonibus etiam ferebant. Romani ad spectaculum conlederunt, & præco eum tubicine ut mos est, in mediam arenam, unde solenni carmine ludicrum indici solet, processit: & tuba silentio facto ita pronunciar: SENATUS POPULUSQUE ROMANUS, ET T. QUINTIUS IMPERATOR, PHILIPPO REGE, MACEDONIBUSQUE DEVICTIS, LIBEROS, IMMUNES, SUIS LEGIBUS ESSE JUBET CORINTHIOS, PHOCENSES, LOCRENSESQUE OMNES, ET INSULAM EUBOEAM. ET MAGNETAS, THESSALOS, PERRHOEBOS, ACHAEOS, PHTHIOTAS. Percenfuerat omnes gentes, quæ sub ditione Philippi regis fuerant. Audita voce præconis, major gaudium fuit, quam quod universum hominum caperent. Vix fatis credere sibi quisque audire: alii alios intueri mirabundi velut somnii vanam fpeciem, quod ad quemque pertineret, fuarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant. Revocatus præco, quum unus justique non audire, fed videre libertatis fuæ nuncium averet: iterum pronunciaret eadem. Tum ab certo jam gaudio tantus cum clamore plausus est ortus, totiesque repetitus, ut facile appareret, nihil omnino bonorum multitudini gratius, quam libertatem esse. Ludicrum deinde ita raptim peractum est, ut nullius nec animi nec oculi spectaculo intenti essent. adeo unum gaudium præoccupaverat omnium aliarum sensum voluptatum.

Cap. XXXIII. Ludis vero dimissis, cursus prope omnes tendere ad imperatorem Romanum: ut ruentre turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque jacientium, haud procul periculo fuit. Sed erat trium ferme & triginta annorum, & quum robur juventæ, tum gaudium ex tam insigni gloriæ fructu, vires fuppeditabant. nec præsens omnium modo effusa lætitia est; sed per multos dies gratis & cogitationibus & sermonibus revocata: *Esse aliquam in terris gentem, quæ sua impensa, sine labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum: nec hoc finitimis aut propinquæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis præstet: maria trajiciat; ne quod toto orbe terrarum injustum imperium sit, & ubique jus, fas, lex potentissima sint. Una voce præconis liberatas omnes Graeciæ atque Asiæ urbes. Hoc ne concipere audacis animi fuisse: ad effectum adducere, virtutis & fortunæ ingentis.*

Cap. XXXIV. Secundum ista jam Quintius, & decem legati, legationes regum, gentium, civitatumque audivere. Primi omnium regis Antiochi vocari legati fuere. his eadem, quæ fere Romæ erant, verba fine fide rerum jactata. Nihil jam perplexe, ut ante, quum dubiæ res incolumi Philippo erant, fed aperte pronunciatum, ut excederet Asiæ urbibus, quæ aut Philippi, aut Ptolomæi regum fuissent. abstineret liberas, omnesque Græcas. Ante omnia denuntiarum, ne in Europam aut ipse transiret, aut copias trajiceret. Dimissis regis legatis, conventus gentium civitatumque est haberi cœptus. eoque maturius peragebatur, quod decreta decem legatorum civitates nomi-

nominatim pronunciabant. Orestis, (Macedonum ea gens est) quod primi ab rege defecissent, iis leges redditae. Magneres & Perrhaebi, & Dolopes, liberi quoque pronunciati. Thessalorum genti, praeter libertatem concessam, Achaei Phthiotae dati; Thebis Phthiotidis & Pharialo excepto. Atrolos de Pharialo & Leucade postulantes, ut ex foedere sibi redderentur; ad senatum rejecerunt. Phocenses, Locrenses, & quae ficut ante fuerant adjecta, decreti auctoritate, hi contribuerunt. Corinthus, & Triphylia, & Heraea (Peloponnesi & ipsa urbs est) reddita Achaeis. Oreum & Eretrium decem legati Eumeni regi Attali filio dabant: dissentiente Quintio, venit res in arbitrium senatus: finatus libertatem his civitatibus dedit, Carysto adjecto. Pleuratho, Lycus & Parthini dati: Illyriorum utrique gens sub ditione Philippi fuerat. Amynandrum tenere jusserunt castella, quae per belli tempus Philippo capta ademisser.

Cap. XXXV. Dimisso conventu, decem legati partiti munia inter se, ad liberandas fuae quisque regionis civitates discesserunt: P. Lentulus Bargylias, L. Stertinius Heph[illegible]stian & Thasiim & Thra[illegible]ae urbes, P. Villius & L. Terentius ad regem Antiochum, Cn. Cornelius ad Philippum, qui de minoribus rebus editis mandatis percunctatus, ii consilium non utile solum, sed etiam salutare admittere auribus posset, quum rex, gratias quoque se actarum, diceret, si quid, quod in rem suam esset, exproparet: magnopere ei suasit, quoniam pacem imperasset, ad declarandam amicitiamque perendam mitteret Romam legatos, ne si quid Antiochus moveret, expectasse, & temporum opportunitates captasse ad bellandum videri posset. Ad Tempe Thessalica Philippus est conventus. qui quum se injuriam remisse legatos respondisset; Cornelius Thermopylas, ubi frequens Graeciae status diebus esse solet conventus (Pylaicum appellant) venit: Atrolos praecipue monuit, ut constanter & fideliter in amicitia populi Romani permanerent. Atrolorum principes alii interquesti sunt, quod nondum erga suam gentem Romanorum animus esset post victoriam, qui in bello fuisset: alii ferocius incusarunt, exprobrantique. Non modo vinci sine Atrolis Philippum, sed ne transire quidem in Graeciam Romanos potuisse. Additum ne respondere (ne in altercationem excederetur res) quum ipse dissetet Romanus; omnia eos aequa imperaturos, si Romani mississent, dixit. itaque ex auctoritate ejus decreti legati sunt.

Cap. XXXVI. Hunc finem bellum cum Philippo habuit. Quum haec in Graecia Macedonisque & Asia geruntur, Etruriae in infestam prope conrenjuratio fervorum fecit, ad quarendam opprimendamque eam Manius Acilius praetor, cui inter cives peregrinosque jurisdictio obtigerat, cum una ex duabus legione urbana missus, alios jam conjectos pugnando vicit; ex his multi occisi, multi capti: alios verberatos crucibus affixit, qui principes conjurationis fuerant: alios dominis restituit. Consules in provincias profecti sunt. Marcellum Bojorum ingressum fines, fugato per diem totum milite via facienda; castra in tumulo quodam ponentem, Corolamus, regulus Bojorum cum magna manu adortus, ad tria millia hominum occidit, & illudres viri aliquot in illo tumultuario praelio ceciderunt: inter quos praefecti socium, T. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus: & tribunus militum de legione secunda, A. Ogulnius & P. Claudius. castra tamen ab Romanis impigre permunita retentaque, quum hostes a prospecta pugna nequicquam oppugnassent. Sacrivis deinde eidem per dies aliquot sese tenuit; dum & faucios curaret, & a tanto terrore animos militum reficeret. Boji, ut est gens minime ob moras tedium patiens, in castella sua vicosque dilapsi sunt. Marcellus Pado confestim trajecto in agrum Comentem, ubi Insubres Comenibius ad arma excitis castra habebant, ducit legiones. In ipso irrenere praelium committunt: & primo adeo acriter invaserunt, ut antesignanos impulerint. quod ubi animadvertit, veritus ne moti semel pelerentur, cohortem Marsorum opposuit: & equitum Latinorum omnes turmas in hostem emisit. Quorum quum primus secundusque impetus retudisset inferentem se ferociter hostem, confirmata & reliqua acies Romana restitit primo, deinde signa acriter intulit. nec ultra sustinuerunt certamen Galli, quin terga verterent, atque effuse fugerent. In eo praelio fuere quadraginta millia hominum caesa. Valerius Antias scribit: & quingenta feptem signa militaria capta, & carpenta quadringenta triginta due, & aureos torques multos ex quibus unum magni ponderis Claudius, in Capitolio Jovi donum in aede posuitum, scribit. Castra eo die Gallorum expugnata diripiuntur. & Comam oppidum intra dies paucos captum. Castella inde duodetriginta ad consulem defecerunt. Id quoque inter scriptores ambigitur, utrum in Bojos prius, an Insubres consul exercitum induxerit, advertamque profecto pugna obliterare rei an victoria ad Comum parta, deformata clade in Bojis accepta sit.

Cap. XXXVII. Sub haec tam varia fortuna gesta, L. Furius Purpureo alter

alter consul per tribum Sappinjam in Boios venit. Jam cattro Mutilo appropinquabat, quum veritus ne intercluderetur timul a Boiis Liguribusque; eadem via, qua adduxerat, reduxit, & magno circuitu per aperta, eoque tuta loca, ad collegam pervenit. dein Junctis exercitibus primum Boiorum agrum usque ad Felinam oppidum populantes peragravcrunt. Ea urbs cetera que caftella, & Boii fere omnes, praeter juventutem, quae praesidii causa in armis erat, (tunc in devias silvas recesserat) in deditionem venerunt. In Ligures deinde traductus exercitus. Boii negligentius coactum agmen Romanorum, quia ipsi procul abesse videretur, improviso aggressuros se rati, per occultos saltus fecuti sunt, quos non adepti, Pado resente navibus trajecto, Lacvos Libuscique quos potuerunt, redeuntes inde Ligurum exercitu ingressi sunt. Ibi quantam vim duplicatam sent

Romanis abesse? Illum quidem, etiam si in Italiam traiiciat, negaturum.

Cap. XLI. Ad ea rex, *Satis jam ante scire se, Romanos inquirere, quid regi Antiocho faciendum: at quousque tanta maligne progrediendum fuerit ipsis, non cognitare. Aliam nihil ad populum Romanum pertinere: nec magis illos inquirendum esse, quid Antiochus in Asia, quam Antiochio, quid in Italia populus Romanus faciat. Quod ad Ptolomæum attineat, cui ademptas civitates quærantur; sibi cum Ptolomæo & amicitiam esse; & id agere se, ut socii etiam affinitate jungantur. Nec ex Philippi quidem adversa fortuna plus illa se petisse: aut adversus Romanos in Europam trajecisse, aut fuerit, quo victo animi, quæ illius fuissent, jure belli Seleuci facta sint, existimare sua ditionis esse. Occupatis majoribus satis superque alia cum alia, prius cum Ægyptio & Ptolomæum, deinde & Philippum usurpando alium posse esse: sunt quædam ex provinciis Thraciæ, quæ inhabitate Lysimachi fuerint. Ad ea faciendo in antiquum nomine: & Lysimachiam deletam Thraciam templo, de integro condere, ut Seleucus filius eam sedem regni habeat.*

Cap. XLI. His disceptationibus per dies aliquot habitis, tumor ille ullo fatis certo auctore allatus de morte Ptolomæi regis, ut nullius exitus imponeretur sermonibus nam diffimulabat pars utraque se audiisse; & L. Cornelius, cui legatio ad duos reges, Antiochum Ptolomæumque mandata erat, spacium modici temporis ad conveniendum Ptolomæum petebat; ut prius quam moveretur aliquid in nova possessione regni, perveniret in Ægyptum, & Antiochus suam fore Ægyptum, si tum occatio esset, confebat, eaque dimissis Romanis, relictoque Seleuco filio cum terreitribus copiis ad restituendam, ut instituerat, Lysimachiam; ipse omni classe navigans Ephesum, legatis ad Quintium missis, qui ad fidem de societate agerent, oram Asiæ legens, pervenit in Lyciam: Patariique cognito vivere Ptolomæum, navigandi quidem in Ægyptum omissum consilium est. Cyprum nihilominus rendens, quum Chelidonium promontorium superesset, pauliper seditione remigum est retentus in Pamphylia circa Eurymedontem amnem. Inde profectum eum ad Cauria (quæ vocant) sari Rhamnis, fœda tempestas oborta prope cum omni classe demerit. multæ naves ejectæ: multæ ita hauste mari, ut nemo in terram enaverit. Magna vis hominum ibi interiit, non remigum tantum militumque ignorotum, sed etiam insignium amicorum. Collecti reliquiis naufragii, quum res non in eo esset, ut Cyprum tentaret; minus opulento agmine quam profectus erat, Seleuciam redit. ibi subducti navibus justis (jam enim hiems instabat) ipse in hiberna Antiochiam procesit.

Cap. XLII. In hoc statu regum erant res. Romæ eo primum anno triumviri epulones facti, C. Licinius Lucullus, P. Manlius, qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Læca. his triumviris item, ut pontificibus, lege datum tegæ prætextæ habendæ jus. sed magnum certamen cum omnibus fere tribus eo anno fuit quattuordecim urbanis, Q. Fabio Labeoni, & L. Aurelio. Pecunia opus erat, quod ultimam pensionem pecuniæ in bellum collatæ persolvere placuerat privatis. Quæstores ab auguribus, pontificibus, quod stipendium per bellum non contulissent, petebant. ab sacerdotibus tribuni nequicquam appellati, omniumque annorum, per quos non dederant, exactum est. Eodem anno duo mortui pontifices, neuique in eorum locum suffecti, M. Marcellus consul in locum T. Sempronii Tuditani, qui prætor in Hispania decesserat: & L. Valerius in locum M. Cornelii Cethegi. M. Q. Fabius Maximus augur mortuus est admodum adolescens; priusquam ullum magistratum caperet: nec eo anno augur in ejus locum est suffectus. Comitia inde consularia habita a M. Marcello consule. creari Consules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato. Prætores inde facti C. Fabricius Luscinus, C. Atinius Labeo, C. Manlius Vulso, Ap. Claudius Nero, P. Manlius, P. Porcius Læca. Ædiles curules, M. Fulvius Nobilior, & C. Flaminius, tritici decies centum millia binis aeris populo divitarunt: id C. Flaminii honoris causa ipsius, patriique adveterant Siculi Romam. Flaminius gratiam ejus communicaverat cum collega. Ludi Romani & apparati magnifice sunt, & ter toti instaurati. Ædiles plebis Cn. Domitius Ænobarbus, & C. Scribonius curio maximus, multos pecuarios ad populi judicium adduxerunt: tres ex his condemnati sunt; ex eorum multaticia pecunia ædem in insula Fauni fecerunt. Ludi plebis per biduum instaurati, & epulum fuit ludorum causa.

Cap. XLIII. L. Valerius Flaccus, & M. Porcius, quo die magistratum inierunt, de provinciis quum ad senatum retulissent, Patres censuerunt, *Quum in Hispania tantum gliscoret bellum ut jam consulari & duce & exercitu opus esset, placere, consules Hispaniam citeriorem & Italiam provincias aut comparare inter se, aut sortiri. Utri Hispaniæ pro-*

provincia evenisset, cum duas legiones & quinque millia socium Latini nominis & quinquentos equites secum portare, & naves longas viginti dicere. Alter Consul duas legiones scribere. His Gallicam provinciam obtineri satis esse; fractis proximo anno Boiorum & Insubrium animis. Cato Hispaniam, Valerius Italiam sibi sortitus. Praetores deinde provincias sortiti, C. Fabricius Luscinus urbanam, C. Atinius Labeo peregrinam, Cn. Manlius Vulso Siciliam, Ap. Claudius Nero Hispaniam ulteriorem, P. Porcius Laeca Pisis, ut ab tergo Ligubius esset, P. Manlius in Hispaniam citeriorem adjutor consulii datur. T. Quintio, suspectis non solum Antiocho & Aetolis, sed etiam Nabide Lacedæmoniorum tyranno, prorogatum in annum imperium est, duas legiones ut haberet. In eas si quid supplementi opus esset, consules scribere & mittere in Macedoniam jussi. Ap. Claudio praeter legionem, quam Q. Fabius habuerat, duo millia peditum & ducentos equites novos conscribere permissum. Par numerus peditum equitumque novorum P. Manlio in citeriorem Hispaniam decretus: & Iegio eadem qua fuerat sub Minucio praetore data. Et P. Porcio Laecæ ad Etruriam circa Pisas duo millia peditum & quingenti equites ex Gallico exercitu decreti. In Sardinia prorogatum imperium Sempronio Longo.

Cap. XLIV. Provinciis ita distributis, consules primum ab urbe profiscifcerentur, ver sacrum ex pontificum jussu fecere; quod A. Cornelius Mammula Praetor voverat, de tenatus sententia, populique jussu, Cn. Servilio P. Flaminio consulibus; annis post uno ac viginti factum est, quam votum. Per eosdem dies C. Claudius Ap. filius, Pulcher, augur in Q. Fabii Maximi locum, qui prior anno mortuus erat, lectus inauguratusque est. Mirantibus jam vulgo hominibus, quod Hispania moviset bellum, negligi: literae à Q. Minucio allatae sunt, *Se ad Turbam oppidum cum Budare & Belastis imperatoribus Hispanis, pugnis collatis prope pugnasse. Auctoritas millia hostium cæsa. Binas imperatorum castrum, castra ipsos fugatos que.* His literis lectis, minus terroris ab Hispanis erat, unde ingens bellum expectatum fuerat. Omnes curae post adventum utique decem legatorum in Antiochum regem convertit. Hi expositis prius cum eum Pisidiae peta essent, & quibus legibus data pax, non minorem belli molem restare ab Antiocho decuerunt. *Ingenti classe, exercitu terrestri exercitum in Europam cum trajecisse. nisi averti set roma jam, ex maniore rumore orta, Asiam invadendam, maxi bello Graecium arbitram fuisse, neque enim ne Asiam quidem quieturos, quum ingenio inquietam, tum iratam Romanis gentem. Habere & aliud invisceribus Graeciae ingens malum; Nabin nunc Lacedæmoniorum, mox si liceat, universae Graeciae futurum tyrannum; avaritia & audacitate omnes fama celebrato tyrannos aequantem. Cui si Agros velut arcem Peloponenso impositam tenere liceat, deportatis in Italiam Romanis exercitibus, nequicquam liberatam à Philippo Graeciam fore. pro rege, si nihil aliud, longinque, vicinum tyrannum dominum habituram.*

Cap. XLV. Haec quum jam ab gravibus auctoribus, tum qui omnia per seipsos explorata referrent, audirent majores; quod ad Antiochum attineret, maturanda bis, quum rex quacumque de causa in Syriam concessisset, de tyranno consultatio visa est. Quum diu disceptatum esset, utrum bellum cunctando fieri videretur, cui decerneretur, an permitteretur T. Quintio: quod ad Nabin Lacedæmonium attineret, faceret quae è republica censeret esse, permiserunt. eam rem esse rati, quae maturata dilatave non tam magni momenti ad summam rem populi Romani esset. Magis id animadvertendum esse, quid Annibal & Carthaginienses si cum Antiocho ortum foret bellum, acturi essent. Adversae Annibali factionis homines principibus Romanis, amicis omnique suis, identidem scribebant, *Nunciosliteraeque ab Annibale ad Antiochum missas, & ab rege ad eum clam legatos venisse. Ut si res quaedam nunquam mitescere; sic inveterem, implacabilem ejus odium Antiochum esse. marcescere otio sitque civitatem, aueri eam, & inertia oparis; nec sine armorum sonitu excitari posse.* Haec probabilia memoria prioris belli, per unum illum non magis gesti, quam meri, faciebat. Irritaverat etiam recenti facto multorum potentium animos.

Cap. XLVI. Judicum ordo Carthagine ea tempestate dominabatur; eo maxime, quod iidem perpetui judices erant. Res, fama, vitaque omnium in illorum potestate erat. qui unum ejus ordinis, idemomnes adversos habebat; nec acquitor apud judices intentis decrat. Homini in tam imperenti regno (neque enim civiliter nimis moribus utebantur) Praetor factus Annibal, vocare ad se quaesitorem. Idem ero nihilo habuit. nam & adversae factionis erat: & quia ex quadrata in judices, potentissimum ordinem, referebantur. jam ero paucis mox orbus animos gerebat. Enimvero indignum id ratus Annibal, viderem ad pechandendum quatuor

rem misit: subductumque in concionem, non ipsum magis quam ordinem judicum, præ quorum superbia atque opibus nec leges quicquam essent, nec magistratus, accusavit. Se ut secundis auribus accipi orationem animadvertit, & intimorum quoque libertati gravem esse superbiam eorum; legem extemplo promulgavit; pertulitque, Ut in singulos annos judices legerentur, ne quis biennium continuum judex esset. Cæterum, quamvis ea facto ad plebem inierat gratiam, tantum magnæ partis principum offendebat animos. Adjecit aliud, quo, bono publico tibi proprias simultates irritavit. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur; partim prædæ ac divisui principum quibusdam & magistratibus erant: quin & pecunia, quæ in stipendium Romanis fuo quoque anno penderetur, deerat, tributumque grave privatis imminere videbatur.

Cap. XLVII. Annibal postquam vectigalia quanta terrestria maritimaque essent, & in quas res erogarentur, animadvertit, & quid eorum ordinarii reipublicæ usibus consumerent, quantum peculatus averteret; omnibus residuis pecuniis exactis tributo privatis remisso, satis locupletem rempub. fore ad vectigal præstandum Romanis, pronunciavit in concione, & præstitit promissum. Tum vero isti, quos paverat per aliquot annos publicus peculatus, velut bonis ereptis, non furto eorum animbus extorto, infensi & irati, Romanos in Annibalem, & ipsos causam odii quærentes, instigabant. Itaque diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex populi Romani dignitate esse duxerat, subscribere odiis accusationibusque Annibalis, & factionibus Carthaginiensium inferre publicam auctoritatem; nec satis habere bello vicisse Annibalem, nisi velut accusatores calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent; tandem pervicerunt, ut legati Carthaginem mitterentur, qui apud senatum eorum arguerent, Annibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendi inire. Legati tres missi, C. Servilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo, qui quum venissent, ex consilio inimicorum Annibalis, quærentibus caussam adventus, dici fecerunt; venire ad controversias, quæ cum Masanissa rege Numidarum Carthaginiensibus essent, dirimendas. Id creditum vulgo. Annibalem unum se peti ab Romanis non fallebat; & ita pacem Carthaginiensibus datam esse, ut inexpiabile bellum adversus se unum maneret. Itaque cedere tempori & fortunæ statuit; & præparatis jam omnibus ante ad fugam, obversatus eo die in foro, avertendæ suspicionis caussa, primis tenebris vestitu forensi ad portam cum duobus comitibus ignaris consilii est egressus.

Cap. XLVIII. Quum ejus quo in loco justi erant præsto fuissent, nocte via cita regionem quandam agri Vocani transgressus, postero die mane inter Achollam & Thapsum ad suam rurim pervenit. Ibi eum parata instructaque remigio excepit navis, ira Africa Annibal excesit, Thapsum patriæ quam fuorum eventus miserarus. Eo die in Cercinam insulam trajecit, ubi quum in portu naves aliquot onerarias cum mercibus invenisset, & ad egressum eum è nave concursus salutantium esset factus; percontantibus, legatum fe Tyrum dici jussit. veritus tamen ne qua earum navis nocte profecta Thapsum aut Achollam nunciaret, se Cercinæ visum; sacrificio apparari jussit, magistros navium mercatoresque invitari jussit: & vela cum antennis & navibus corrogari, ut umbra (erenim media æstas forte erat) cœnantibus in littore fieret. Quantum res & tempus patiebatur apparatæ celebratæque ejus diei epulæ sunt: multoque vino in serum noctis convivium productum. Annibal, quum primum falendi eos, qui in portu erant, tempus habuit, navem solvit. cæteri sopiti quum postero die randem ex somno pleni crapulæ surrexissent, id quod serum erat, aliquot horas remis in naves collocandis & aptandis armamentis, absumpserunt. Carthaginem & multitudinis affluere domum Annibalis frequentare, concursus ad vestibulum ædium est factus: & ut non comparere eum vulgatum est, in forum turba convenit, principem civitatis quærentium, & alii fugam conficisse (id quod erat) alii fraude Romanorum inter festum, idque magis, ferebant: varioque vultus cernereres ut in civitate aliorum alias partes foventium factionibus. Visum deinde Cercinæ eum, randem allatum est.

Cap. XLIX. Romani legati quum in senatu exposuissent, *Competum Patribus Romanis esse, & Philippum regem ante ab Annibale maxime accensum, bellum populo Romano feciffe, & nunc literas nunciosque ab eo ad Antiochum regem profectos; haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum confecisset. Ne his debere impune esse, si satisfacere Carthaginienses populo Romano nollent, nihil eorum sua voluntate, nec publico consilio factum esse* Carthaginienses responderunt, quicquid æquum censuissent Romani, factures esse. Annibal prospero cursu Tyrum pervenit: exceptusque à conditoribus Carthaginis, ut alia patria, virtam clarus omni genere honorum, paucos moratus dies, Antiochiam navi-

navigat. Ibi profectum jam regem quum audisset, filium ejus solenne ludorum ad Daphnen celebrantem convenisset: comiter ab eo exceptus, nullam moram navigandi fecit. Epheti regem est consectatus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello. Sed haud parvum momentum animo ejus ad moliendum, adventus Annibalis fecit. Ætolorum quoque eodem tempore alienati ab societate Romana animi sunt: quoniam legatos Pharsalium & Leucadem, & quasdam alias civitates ex primo fœdere petentes, senatus ad Quintium rejecit.

EPITOME

LIBRI XXXIV.

Ex Oppia, quam C. Oppius tribunus plebis bello Punico de fingendis cultibus matronarum tulerat, cum maxima contentione abrogata est: quum Porcius Cato auctor fuisset, ne ea lex aboleretur. Is in Hispaniam profectus bello, quod Emporitis orsus est, citeriorem hispaniam pacavit. T. Quintius Flamininus bellum adversus Lacedæmonios, & tyrannum eorum Nabidem profert gestum, data iis pace, qualem ipse voluit, liberatisque Argis, qui sub ditione tyranni erant, finivit. Senatus tunc primum secretus a populo ludos spectavit: ut id fieret, Sex. Ælius Pætus, & C. Cornelius Cethegus, censores intervenerunt, cum indignatione plebis. Colonia pleræque deductæ sunt. M. Porcius Cato de Hispania triumphavit. Res præterea in Hispania, & adversus Boios, & Inſubres Gallos feliciter gestæ referuntur. T. Quintius Flamininus, qui Philippum Macedonum regem, & Nabidem Lacedæmoniorum tyrannum, vicerat, Græciamque omnem liberaverat, ob hanc rerum gestarum multitudinem, triduo triumphavit. Legati Carthaginienſium nunciaverunt, Annibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. Tentaverat autem Annibal per Aristonem Tyrium, sine literis Carthaginem missum ad rebellandum Pœnos concitare.

CAPUT I.

INter bellorum magnorum, aut vixdum finitorum, aut imminentium curas, intercessit res parva dictu, sed quæ studiis in magnum certamen excesserit. M. Fundanius, & L. Valerius tribuni plebei ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio, Ti. Sempronio consulibus in medio ardore Punici belli, *Ne qua mulier plus semuncia auri haberet: neu vestimento versicolori uteretur: neu juncto vehiculo in urbe oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum caussa, veheretur.* M. & P. Junii Bruti tribuni plebis legem Oppiam tuebantur. nec eam ie abrogari passuros ajebant. Ad suadendum dissuadendumque multi nobiles prodibant. Capitolium turba hominum faventium adversantiumque legi complebatur. Matronæ, nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum, contineri limine poterant: omnes vias urbis, aditusque in forum obsidebant: vires descendentes ad forum orantes; ut florente republica, crescente Indies privata omnium fortuna, matronis quoque priſtinum ornatum reddi paterentur. Augebatur hæc frequentia mulierum Indies. nam etiam ex oppidis conciliabulisque conveniebant. Jam & consules prætoresque, & alios magistratus adire & rogare audebant. cæterum minime exorabilem alterum utique consulem M. Porcium Catonem habebant; qui pro lege, quæ abrogabatur, ita disseruit:

Cap. I. *Si in sua quisque nostrum matrefamilia, Quirites, jus & majestatem viri retinere institusset, minus cum universis feminis negotii haberemus. nunc domi vicia libertas nostra impotentia mulierbri, hic quoque in foro obteritur & calcatur: & quia singulas sustinere non possumus, universas horremus. Aliquidem fabulam & fictam rem ducebamus esse, virorum omne genus in aliqua insula conjuratione mulierbri ab stirpe sublatum esse. Ab nullo genere non æque summum periculum est; si cœtus & concilia, & secretas consultationes esse sinas. Atque ego vix statuere apud animum meum possim, utrum prior ipsa res, an prior exemplo agatur. Cæterum alterum ad nos consules, reliquosque magistratus; alterum ad vos, Quirites, magis pertinet. nam*

nam utrum e republica fit, necne. id quod ad vos fertur, vestra existimatio est, qui in suffragium ituri estis. Hæc contemnatis multeoris, sive ista sportæ, sive auctoritas vobis, M. Tuccium, & L. Valeri, facta est. haud dubio ad culpam magistratuum pertinens, nescio vobis, Trioun[i]an consultibus magis sit deformis. vobis, si feminas ad concitandas tribunicias laditiones jam adduxisse: nonis, si ut plebis quondam, sic nunc multitudo secessione leges abrogandæ sunt. Equidem non jure rubore quodam paulo ante per mediam agmen multerum in forum perveni. quod nisi me verecundia singularum magis majestatis & pudoris, quam universarum tenuisset, ne compellare à consule vererentur, dixissem: Qui hic nos ejicis in publicum procurrere? & ossidendi vias, & viros alienos appellandi? Ipsud ipsum suos quæque domi rogare non potuistis? An blandiores in publico quam in privato, & alienis quam vestris estis? quamquam ne domi quidem vos, si sui juris patribus matronas contineret pudor, quæ leges hic rogarentur, abrogarentve, curare decetit. Majores nostri, nullam ne privatam quidem rem agere faminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum. nos (si Diis placet) jam etiam rempublicam capessere eas patimur, & foro quoque, & conciliabus, & comitiis immisceri. Quid enim hinc aliud, quam per vias, & compita faciunt, quam quod alia rogationes tribunorum plebis suadent, aliæ legem abrogandam censent? Date frenos impotenti naturæ, & indomito animali, & sperate ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos faciatis. Minimum hoc malum est, quia iniquo animo faminæ sibi, non viris aut iegibus injuncta patiuntur. omnium rerum libertatem, imo licentiam (si vera dicere volumus) desiderant. quid enim si hoc expugnaverint, non tentabunt?

Cap. III. Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum alligaverint majores nostri, per quæque subjecerint viris: quibus omnibus coercitas vix tamen continere potestis. Quid si carpere singula & extorquere, & exaquari ad extremum viris patiemini; tolerabiles vobis eas fore creditis? exemplo, simul patris, & superiores erunt. At, Hercule, ne quid nostris in eas roganti, recusant. non jus, sed injuriam deprecantur. Imo ut quam accepistis, justissis suffragiis vestris legem, quam usu tot annorum & experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis: id est, ut unam tollendo legem ceteras infirmetis. Nulla lex satis commoda omnibus est: id modo quæritur, si majori parti, & in summam prodest. Si quod cuiquam privatim officiet jus, id destruet ac demolietur, quid attinebit universos rogare leges, quas mox abrogare, in quos iasæ sunt, possint? Volo tamen audire quid sit, propter quod matronæ conspirantes procurrant in publicum, ac vix foro & concione abstineant. Ut capivi ab Annibale redimantur, parentes, viri, liberi, fratres earum? Procul absit, absitque semper talis fortuna reipublicæ. sed tamen quum fuit, negabis hoc pitis necessitudinum. At non pietas, nec sollicitudo pro salte, sed vitii in corrigendo est. Matrem Idæam a Pessinunte ex Phrygia venientem acceptuse sunt. Quid bonestum dictu saltem selationi pratenditur mulieori? Ut auro & purpura fulgeamus, inquit: ut carpentis sepis profestisque diebus, velut triumphantes de lege vicia & abrogata, & capta & erepta suffragiis vestris, per urbem vehamur: ne ullus modus sumptibus, nec luxuriæ sit.

Cap. IV. Sæpe me querentem de fœminarum, sæpe de virorum, nec de privatorum modo sed etiam magistratuum sumptibus audistis, ai vestisque duobus vitiis, avaritiæ & luxuriæ civitatem laborare: quæ pestes omnia magna imperia everterunt. Hæc e,o quo melior latiorque indies fortuna reipublicæ est, imperiumque crescit: & jam in Graciam Asiamque transcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas, & regias etiam attrectamus gazas: eo plus horreo, ne illæ magis res nos ceperint, quam nos illas. Infesta, mihi credite, signa ab Syracusis illata sunt huic urbi, jam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudanteis miranteisque, & antehac fictilia Deorum Romanorum rideneis. Ego hos malo propitios deos, & tacitos futuros, si in suis manere sedibus patiemur. Patrum nostrorum memoria per legatum Cineam Pyrrhus, non virorum modo, sed etiam mulierum animos donis tentavit. nondum lex Oppia ad coercendam luxuriam muliebrem lata erat: tamen nulla accepit. Quam causam fuisse censetis? Eadem fuit, quæ majoribus nostris, nihil de hac re lege sanciendi. nulla erat luxuria, quæ coerceretur. Sicut ante morbos necesse est cognitos esse, quam remedia eorum; sic cupiditates prius natæ sunt quam leges, quæ iis modum faceient. Quid legem Fannian excitatam de auctoritate patrum jugeribus, nisi ingens cupido agros continuandi? Quid legem Cinciam de donis & muneribus, nisi quia vectigalia jam & stipendiaria plebes esse senatui cœperat? Itaque minime mirum est, nec Opplam, nec ullam ullam tum legem desideratam esse, quæ modum sumptibus mulierum faceret; quum aurum & pur-

puram data & oblata ultro non accipiebant. Si nunc cum illis donis Cineas urbem circumiret, plantea in publico inveniret quæ acciperent. Atque ego nullarum cupiditatum ne causſam quidem aut rationem inire possum. nam ut quod alii liceat, tibi non licere, aliquid fortasse naturalis aut pudoris, aut indignitatis habeat: sic æquato omnium cultu, quid unusquisque vestrum vereatur, ne in se consiciatur; Festimus quidem pudor est vel parsimoniæ, vel paupertatis. sed utrumque lex vobis demit, quum id quod habere non licet non habetis. Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locuples. cur non insignis auro & purpura conspicior? cur pauperias aliarum suo bac legi specie lateat, ut, qui quod habere non possunt, habituræ, si liceret, fuisse videantur? Vultis hoc certamen uxoribus vestris injicere, Quirites, ut divites id habere velint, quod nulla alia possit, pauperes, ne eo hoc ipsum contemnantur, supra vires se extendant? Ne, simul pudere, quod non oporteat, capere, quod oportet, non pudebit. quæ de suo poterit, parabit: quæ non poterit, virum rogabit. Miserum illum virum, & qui exoratus & qui non exoratus erit! quum quod ipse non dederit, datum ab alio videbit. Nunc quibus alienos viros rogant, & quod magis est, legum & suffragia rogant; & a quibusdam impetrant, adversus te & rem tuam & liberos tuos inexorabiles. simul hæc modum sumptibus uxoris tuæ facere desierit, tu nunquam facies. Nolite eodem loco existimare, Quirites, luxuriam rem, quo fuit, antequam lex de hoc feretur. Et honestum improbum non accusari sutius est, quam absolvi: & luxuria non mota tolerabilior esset, quam erit nunc; ipsis vinculis, sicut fera bestia, irritata, deinde emissa. Ego nudo modo abrogandam legem Oppiam censeo. vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim!

Cap. V. Post hæc tribuni quoque plebei, qui se intercessuros profesli erant, quum pauca in eandem sententiam adjecissent; tum L. Valerius pro rogatione ab se promulgata disseruit: *Si privati tantummodo ad suadendum dissuadendumque id quod a nobis rogatur, processissent, eos quoque quos ultro sibi pro utraque parte existimarem, tacitus suffragia vestra expectassem. nunc quum vir gravissimis consul M. Porcius, non auctoritate solum, quæ tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiam longa & accurata intectatus sit rogationem nostram; necessum est paucis respondere. qui tamen plura verba in castigandis meis vitiis, quam in rogatione nostra dissuadenda consumpsit: & quidem ut in dubio ponere, utrum id quod reprehenderet, matronæ sua sponte, an nobis auctoribus fecissent. Rem defendam, non nos: in quos jecit magis hæc consul verbotenus, quam ut re insimularet. Cætum & seditiones, interdum secessionem mulierem appellavit, quod matronæ in publica vos rogassent, ut legem in se latam per bellum temporibus duris, in pace florente ac beata respublica abrogaretis. Verba magna, quæ rei augendæ causſa conquiruntur, & hæc & alia esse scio: & M. Catonem oratorem non solum gravem, sed interdum etiam truculem esse scimus omnes, quum ingenio sit mitis. Nam quid tandem novi matronæ fecerunt, quod exemplis in causſa ad se pertinente in publicum processerint? Nunquam ante hoc tempus in publico apparuerunt? Tuas adversus te Orlxines revolvam. Accipe quoties id fecerint, & quidem semper bono publico. Jam a principatu regnante Romulo, quum Capitolio ab habitatore capto, medio in foro signis collatis dimicaretur; nonne intercursu matronarum inter acies duas prælium sedatum est? Quid? regibus exactis, quum Coriolano Marcio duce legiones Volscorum castra ad quintum lapidem possiderent; nonne id agmen, quod urbem hanc urbs esset, matrone averterunt? Jam urbe capta a Gallis aurum, quo redempta urbs est, nempe matronæ consensu omnium in publicum contulerunt. Proximo bello (ne antiquia repetam) nonne & quum pecunia opus fuit, viduarum pecuniæ adjuverunt ærarium, & quum Dii quoque novi ad opem ferendam dubiis rebus accesserentur, matronæ universæ ad mare profectæ sunt, ad matrem Idæam accipiendam? Dissimiles, inquit, causſæ sunt. nec mihi causſas æquare propositum est. nihil novi factum, purgare satis est. Interum, quod in rebus ad omnes pariter vitæ famingue pertinentibus feciſſe eas nemo miratus est, in causſa proprie ad ipsas pertinente miramur feciſſe? Quid autem fecerunt? superbas medias fabius aures habemus, si quum domini fervorum non fastidiant preces, nos rogari ab honestis faminis indignamur.*

Cap. VI. *Venio nunc ad id de quo agitur, in quo duplex consulis oratio fuit. nam & legem illam omnino abrogari est indignatus: & eam præcipue legem, quæ luxuriæ muliebris coercendæ causſa lata esset. Et illa communis pro legibus, cusſa consularis oratio est: & hæc adversus luxuriam severissimis moribus conveniebat. Itaque periculum est, nisi quid in utraque re vani*

*vani sit, docuerimus, ne quis error vobis offundatur. Ego enim, quemadmodum ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetuæ utilitatis caussa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere sæpe existimo, nisi quam aut usus coargunt aut status aliquis reipublicæ inutilem fecit; sic quas tempora aliqua desiderauerunt leges, mortalium ut ita dicam) & temporibus ipsis mutandas esse video. Quæ pace latæ sunt, plerumque bellum abrogat. quæ in bello, pax: ut in nauis administratione alia in secundam, alia in aduersam tempestatem usui sunt. Hæc quum ita natura distincta sint, ex uitro tandem genere ea lex esse videtur, quam abrogamus? An uerus regia lex, simul cum ipsa urbe nata? An (quod secundum est) ab decemuiris ad condenda jura creatis in duodecim tabulis scripta? Sine qua quum majores nostri non existimarint maiorenle dicere, uereamur posse a nobis quoque non adamussim fieri, ne cum ea pudorem sanctitatemque saminam abrogemus? Quis igitur nescit, nostram ipsam legem esse, Q. Fabio, Ti. Sempronio consulibus, ut intra annos ante latam? sine qua quum per tot annos matronæ optimis moribus uixerint, quod tandem ne aorogata ea effundantur ad luxuriam, periculum est? Nam si ipsa lex ideo lata esset, ut finiret libidinem mulierum; uerendum foret, ne abrogata incitaret: cur sit autem lata, ipsum indicavit tempus. Annibal in Italia erat victor ad Cannas: jam Tarentum, jam Arpos, jam Capuam habebat: ad urbem Romam admoturus exercitum videbatur. defecerant socii. non milites in supplementum, non socios nauales ad classem tuendam, non pecuniam in æratio hauscumus: serui, quibus arma darentur, ita ut precium pro iis debito pecuniæ dominis reverteret, emebantur: in eandem diem pecuniæ frumentum & cætera quæ belli usus postulabant, præbenda publicani se conducturas professi erant: seruos ad remum, numero ex censu constituto, cum stipendio nostro dabamus: auorum & arcanum animi, ab senatoribus ejus rei caussa lectis, in publicum conferebamus: uidua & pupilli pecunias suas in æratium deferebant. cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus signati argenti, & æris domi haberemus. Tali tempore in luxuria & ornatu matronæ occupatæ erant, ut ad eam coercendam lex Oppia desiderata sit: quum, quia Ceres sacrificium lugentibus omnibus matronis intermissum erat, senatus finiti luctum triginta diebus jussit. Cui non apparet, inoptam & miseriam ciuitatis, quia omnium privatorum pecuniæ in usum publicum tuendæ erant, istam legem scripsisse, tamdiu manfuram, quamdiu caussa scribendæ legis manfisset? Nam si quæ nunc temporis caussa aut decreuit senatus, aut populus jussit, in perpetuum seruari oportet, cur pecunias reddimus privatis? cur publica præsenti pecunia locamus? cur serui, qui militent, non emuntur? cur privati non damus remiges, sicut dæmus?

Cap. VII. Omnes alii ordines, omnes homines mutationem in meliorem statum reipublicæ sentient: ad conjuges tantum nostras, pacis & tranquillitatis pudicæ fructus non pertenit? Purpura viri uiuntur, prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura togis utentur, magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romæ infimo generi magistris uicorum togæ prætextæ habendæ jus permittemus, nec id ut uilius polluatur, tantum fuisse, sed ciuium ut cum eo cremetur mortui; feminis autem acta purpura usum interaicemus, & quum tibi viro licuit purpura in veste fragula uti, matrem familiæ tuam purpureum amiculum habere non sines? & equus tuus speciosus infrenatus erit, quam uxor uestita? Sed in purpura, quæ teritur, absumitur, injustum quidem, sed aliquam tamen caussam tenacitatis uideo: in auro vero, in quo præter manus precium nihil interrimenti fit, quæ malignitas est? prostitutum pudicitiæ est? ad publicos? ad privatos usus, sicuti experti estis. Nullam æmulationem inter se singularum, quando nulla haberet, esse negabat. At, Hercule, uniuersis dolor & indignatio est, quum foeminum Latini nominis uxoribus uident ea conuessa ornamenta, quæ sui adempta sint: quum uniuersæ ea esse auro & purpura, quum illæ uobis per urbem, se pedibus ire sinant; tanquam in illarum ciuitatibus, non in ilia imperium sit. Virorum hoc animos mutuare posse: quid mulierculæ earum censetis, quas etiam parua mouent? Non magistratus, nec auctoritas, nec triumphi, nec insignia, nec domi ac foris honores commouere possunt. Alimentia & ornatus & cultus, hæc foeminarum insignia sunt: his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt majores nostri. Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? quid quum elueuerunt, sumunt? quid in gratulationibus supplicationibusque, nisi excellentiorem ornatum aapiciunt? Scilicet si legem Oppiam abrogaueritis non uestri arbitrii erit, si quid eius uetare uoluerint, quia nunc lex uetat.

minus filiæ, uxores, sorores etiam quibusdam in manu erunt. Nunquam fabris suis exuitur seruitus auctoris. & ipse libertatem, quam clientes & orbitas facit, detestantur. In vestro arbitrio sutum ornatum, quem in legis malunt esse. & vos in manu & tutela, non in seruitio, debetis habere eas: & male patres nos aut viros, quam dominos dici. Inuisiosis nominibus utebatur modo consul; seditionem multorum & secessionem appellando. Id enim periculum est, ne Sacrum montem, ipsum quidem ab ira plebs, aut Aventinum capiant. Patiendum huic infirmitati est, quodcunque vos consueritis. quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debetis.

Cap. VIII. Hæc quum contra legem proque lege dicta essent, aliquanto maior frequentia ad tollendum postero die sese in publicum effudit, unoque agmine omnes tribunorum januas obtenderunt, qui collegarum rogationi intercedebant: nec ante abiterunt, quam remissa intercessio ab tribunis esset. Nulla deinde dubitatio fuit, quin omnes tribus legem abrogarent. anno vigesimo post abrogata est, quam lata. M. Porcius consul posteaquam abrogata est Oppia lex, ex templo viginti quinque navibus longis, quarum quinque sociorum erant, ad Lunæ portum profectus, eodem exercitu conuentis iudicio, & celebro per oram maritimam misso, navibus omnis generis contractis, ab Luna proficiscens edixit, ut ad portum Pyrenæi sequerentur. inde se frequenti classe ad hostes iturum. Prætervecti Liguſtinos montes, finumque Gallicum, ad diem quam edixerat, conuenerunt. inde Rhodam ventum: & præsidium Hispanorum, quod in castello erat, ut dejectum. Ab Rhoda secundo vento Emporias perventum. ibi copiæ omnes præter socios navales, in terram expositæ.

Cap. IX. Jam tunc Emporiæ duo oppida erant muro divisa. Unum Græci habebant à Phocæa, unde & Massilienses oriundi: alterum Hispani, fed Græcum oppidum à Pyrenæe exposito, totum orbem muri minus quadringentos passus patentem habebat: Hispanis retractior à mari trium millium passuum in circuitu murus erat. Tertium genus Romani coloni ab Divo Cæsare post devictos Pompeii liberos adjecti. nunc in corpus unum consuti omnes: Hispanis prius, postremo & Græcis in civitatem Romanam asciris. Miraretur, qui tum cerneret aperto mari ab altera parte, ab altera Hispanis, tam feræ & bellicosæ genti objectos, quæ res eos tutaretur. disciplina erat cultos infirmitatis, quam inter validiores optime timor continet. Partem muri versam in agros egregie munitam habebant, una tantum in eam regionem porta impolita: cujus assiduus cultos semper aliquis ex magistratibus erat. nocte pars tertia civium in muris excubabant: neque moris tantum aut legis causa, sed quanta, si hostis ad portas esset, & servabant vigilias & circumibant cura. Hispanum neminem in urbem recipiebant, ne ipsi quidem temere urbe excedebant. ad mare parebat omnibus exitus, porta ad Hispanorum oppidum versa nunquam nisi frequentes, pars tertia fere, cujus proxima nocte vigilæ in muris fuerant, egrediebantur. Causa exeundi hæc erat: commercio eorum Hispani imprudentes maris gaudebant: mercatique & ipsi ea, quæ externa navibus inveherentur, & agrorum exigere fructus, volebant. magis mutui desiderium, ut Hispana urbs Græcis pateret, faciebat. Erant etiam eo tutiores, quod sub umbra Romanæ amicitiæ latebant. quam ficut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebant fide. tunc quoque confulem exercitumque comiter ac benigne excepernnt. Tanecos ibi moratus dies Cæsar dum exposuerat, ubi & quantæ hostium copiæ essent; ut ne mora quidem segnis esset, omne id tempus exercendis militibus consumsit. Id erat forte tempus anni, ut frumentum in areis haberent. itaque redemptoribus vectitis frumentum parare, ac Romam dimittis. *Bellum* inquit, *scipsum alet*. Profectus ab Emporiis agros hostium urit, vastatque: omnia fuga & terrore complet.

Cap. X. Eodem tempore M. Helvio decedenti ex ulteriore Hispania cum præsidio sex millium, dato ab Ap. Claudio prætore, Celtiberi agmine ingenti ad oppidum Illiturgi locum currunt. Vicinis millia armatorum tria sibi, Valerius scribit, duodecim millia ex iis cæsa; oppidum Illiturgi receptum, & puberes omnes interfectos. Inde ad castra Catonis Helvius pervenit. & quia tuta jam ab hostibus regio erat, præsidio in ulteriorem Hispaniam remisso, Romam est profectus, & ob rem feliciter gestam ovans urbem est ingressus. Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo: & lignati bigatorum septendecim millia viginti tria; & Oscensis argenti viginti millia quadringenta octo. Causa triumphi negandi senatui fuit, quod alieno auspicio, & in aliena provincia, pugnasset. Cæterum biennio post redierat, quum provincia succesori Q. Minucio tradita, annum insequentem retentus ibi longo & gravi morbo fuisset. itaque duobus modo mensibus ante Helvius ovans urbem est ingressus, quum succesor ejus Q. Minucius triumpharet. Hic quoque tulit argenti

pondo

pondo triginta quatuor millia octingenta : bigatorum septuaginta octo millia, & Oscensis argenti ducenta septuaginta octo millia.

Cap. XI. In Hispania interim consul haud procul Emporiis castra habebat. Eo legati tres ab Ilergetum regulo Bilistage, in quibus unus filius erat, veniunt : quærentes, castella sua oppugnari : ea tempestate illam esse retinendi, nisi præsidium Romani misissent. Quina millia militum satis esse : nec hostes si tanta manus veniret, mansuros. Ad ea consul, *Moveri quidem vel periculo eorum vel metu dicere. Sed sibi nequaquam tantum copiarum esse, ut quum magna vis hostium haud procul absit, cum qua mox signis collatis dimicandum sit, indies exspectet, dividendo exercitum, minuere tuto vires posset.* Legati ubi hæc audierunt, fientes ad genua consulis provolvuntur. Orant, *Ne se in rebus tam trepidis deseret. Quo enim se, repulsos ab Romanis, tutare ? nullos se socios, nihil usquam in terris aliud spei habere. Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide, si conjurare cum cæteris voluissent. Nullis minis, nullis terriculis se motos, sperantes satis opis & auxilii sibi in Romanis esse. Id se nullum fore, si sibi a consule negetur. Deos hominesque se testes facere, invitos & coactos se, ne eadem quæ Saguntini passi sunt patiantur, defecturos : & cum cæteris potius Hispanis, quam solos perituros esse.*

Cap. III. Et illo quidem die sic sine responso dimissi. Consilium nocte, quæ insecuta est, anceps cura agitare : nolle deserere socios : nolle minuere exercitum; quod aut moram sibi ad dimicandum, aut in dimicando periculum afferre posset. Stat sententia, non minuere copias, nec quid interim hostes inferant ignominiæ : focis ipsum prope ædificandam censet. Sæpe vana pro veris, maxime in bello valuisse : & credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa audacia & sperando atque audendo servatum. Postero die legatis respondit, *Quanquam vereatur ne suis vires, aliis eas commodando minuat; tamen filiorum se imperatis ne pertæsum magis quam fut rationem habere. Denunciari militum parti tertiæ ex omnibus cohortibus jubet, ut cibum, quem in naves imponant, mature coquant.* Navemque in diem tertium expediri jubet. Duos ex legatis Bilistagi atque Ilergetibus nunciare ea jubet ; nullum regulli comitem habendo & nunc in navibus, apud se retinet. Legati non ante profecti, quam impositos in naves milites viderunt : id pro haud dubio jam nunciantes, non suos modo, sed etiam hostes fama Romani auxilii adventantis impleverunt.

Cap. XIII. Consul ubi fatis quod in speciem fuit, ostentatum est, revocari ex navibus milites jubet. Ipse quum jam id tempus anni appeteret, quo geri res possent, castra hiberna mille passuum ab Emporiis posuit. inde per occasiones nunc hac parce, nunc illa, modico præsidio castris relicto, prædatum milites in hostium agros educebat. Nocte ferme proficiebantur, ut & quam longissime a castris procederent, & inopinantes opprimerent, & exercebat ea res novos milites, & hostium magna vis excipiebatur : nec jam egredi extra munimenta cattellorum audebant. Ubi satis admodum & suorum & hostium animos ex experto, convocari tribunos præfectosque & equites omnes & centuriones jubet. *Tempus*, inquit, *quod sæpe optassis, venit : quo vobis potestas fieri virtutem vestram ostendendi. Adhuc prædonum magis quam bellantium militasse more : nunc justa pugna hostes cum hostibus conserturos manus. Non agros inde populari, sed urbium opes haurire licebit. Tutores vestri, quum Hispania Carthaginiensium, & imperatores ibi & exercitus essent, ipsi nullum imperatorem, nullos in ea milites haberent ; tamen addere hoc in fidem voluerunt, Ut imperii sui liberos fuvisse crederet finis. Nunc, quum duo prætores, quum consul, quum tres exercitus Romani Hispaniam obtineant, Carthaginiensium jam prope decem annis nemo in his provinciis sit ; imperium nobis citra liberum amissum est. Hoc armis & virtute recuperetis oportet : & nationem rebellantem magis temere, quam constanter bellantem, jugum quo se exuit, accipere rursus cogatis.* In hunc modum maxime adhortatus, pronunciat, se nocte ad castra hostium ducturum. ita ad corpora curanda dimisit.

Cap. XIV. Media nocte quum auspicio consulem deluisset, profectus, ut locum quem vellet, priusquam hostes sentirent, caperet ; præter castra hostium circumducit, & prima luce acie instructa sub ipsum vallum tres cohortes mittit. Mirantes barbari ab tergo apparuisse Romanum, discurrere inde ad arma. Interim consul apud suos : *Nunquam, nisi in virtute spes est, milites*, inquit, *& ego fidens ne esset, feci. Inter castra vestra & nos medii hostes. Ab hoc hostium acer est, quod pulcherrimum, idem tutissimum est ; in virtute spem positam habere.* Sub hæc cohortes reciri jubet, ut barbaros simulatione fugæ eliceret. Id quod crediderat, evenit. pertimuisse se cedere rati Romanos, porta erumpunt : & quantum inter castra fuit & hostium aciem relictum erat loci armatis complent. Dum trepidant acie instructa, consul jam paratis ordinatisque omnibus incon-

pentes aggrediuntur. equites primos ab utroque cornu in pugnam educit. fed in dextro extemplo pulsi, cedentesque rapidi, etiam pedites terrorem intulere. Quod ubi vidit conful. duas cohortes delectas ab dextro latere hoftium circumduci jubet: & ab tergo ire offendere, prius quam concurrerent peditum acies. is terror objectus hoftibus, tum metu Romanorum equitum inclinatum aequavit. tamen adeo turbati erant dextera alae equites, ut pedites quoque, ut quofdam conful manu ipfe reprehenderit, & adverfos in hoftem verterit. ita & quamdiu mifiilibus pugnarum eft, anceps pugna erat: & jam a dextra parte, unde terror & fuga coeperat, aere Romanus refiabat. A finiftro cornu, & ab fronte urgebantur barbari & cohortes ab tergo inftantes pavidi refpiciebant. Ut emiffis folifferreis fulariciique gladios ftrinxerunt, tum velut redintegrata eft pugna. non caefis ictibus procul ex improvifo vulnerabantur: fed pede collato, tota in virtute ac viribus ipfis erat.

Cap. XV. Poftis jam fuos conful ex fecunda acie fubfidiariis cohortibus in pugnam inductis, accendit. nova acies facta. integri recentibus telis fatigatos adorti hoftes primum acri impetu velut cuneo perculerunt: deinde diffipatos in fugam averterunt: effufoque per agros curfu, caftra repetebantur. Ubi omnia fuga completa vidit Cato; ipfe ad fecundam legionem quae in fubfidio pofita erat, equo revehitur: & figna prae fe ferri, plenoque gradu ad caftra hoftium oppugnanda fuccedere jubet. fi quis extraordinem avidius procurrit, & ipfe interequitans fpatio percutit, & tribunos centurionefque caftigare jubet. Jam caftra hoftium oppugnabantur: faxifque & fudibus & omni genere telorum fummovebantur a vallo Romani. ubi recens admota legio eft; tum & oppugnantibus animus crevit. & infenfius hoftes pro vallo propugnabant. Poftea omnia oculis perluftrat, ut qua minima vi refiftitur, ea parte irrumpat. ad finiftram portam infequentes videt: eo fecundae legionis principes haftatofque inducit. Non futinuit imperum eorum ftatio, quae portae oppofita erat. & caeteri, poftequam intra vallum hoftes vident, ipfis caftris exuti, figna armaque abjiciunt. caeduntur in portis fuomet ipfi agmine in arcto haerentes: fecundani terga hoftium caedunt, caeteri caftra diripiunt. Valerius Antias fuora quadraginta millia hoftium caefa eo die fcribit. Cato ipfe haud fane detrectator laudum fuarum, multos caefos ait; numerum non fcribit.

Cap. XVI. Tria eo die laudabilia feciffe putatur. unum, quod circumducto exercitu, procul navibus fuis caftrifque, ubi fpem nifi in virtute haberent, inter medios hoftes praelium commifit: alterum, quod cohortes ab tergo hoftibus objecit: tertium, quod fecundam legionem, caeteris omnibus eruis ad fequendos hoftes pleno gradu fub fignis compofitam, inftructamque fubire ad portam caftrorum juffit. Nihil dubium a victoria ceffurum: quum receptui figno data fuos fpoliis onuftos in caftra reduxiffet. paucis horis nocftis ad quietem datis, ad praedandum in agros duxit. Effufius, ut fparfis hoftibus fuga, praedati funt. quae res non minus, quam pugna prima adverfa Emporitanos Hifpanos, accolafque eorum in deditionem compulit. multi & alterum civitatum qui Emporias perfugerant, dediderunt fe. quos omnes, appellatos benigne, vinoque & cibo curatos, domos dimiit. Confeftim inde caftra movit: & quacumque incedebat agmen, legati dedentium civitates fuas occurrebant. & quum Tarraconem veni, jam omnis cis Iberum Hifpania perdomita erat, captivique & Romani, & fociorum ac Latini nominis variis cafibus in Hifpania oppreffi, donum confuli a barbaris reducebantur. Fama deinde vulgatur, confulem in Turdetanian exercitum ducturum, & adverfus montanos profecturum. etiam faffo perlatum eft. Ad hunc vanum, & fine auctore ullo rumorem, Bergiftanorum civitatis feptem caftella defecerunt. eos deducto exercitu conful fine memorando praelio in poteftatem redegit. Haud ita multo poft fidem, regreffo Tarraconem confule, priufquam inde quoquam procederet, defecerunt. Iterum fubacti: fed non eadem venia victis fuit. fub corona veniere omnes, ne faepius pacem follicitarent.

Cap. XVII. Interim P. Manlius praetor, exercitu vetere a Q. Minucio, qui fuccefferat, accepto, adjuncto & Ap. Claudii Neronis ex ulteriore Hifpania vetere irem exercitu, in Turdetaniam proficifcitur. Omnium Hifpanorum maxime imbelles habentur Turdetani. freti tamen multitudine fua obviam ierunt agmini Romano. Eques immiffus turbavit extemplo ordines eorum. pedeftre praelium nullius ferme certaminis fuit. milites veteres periti hoftium bellique, haud dubiam pugnam fecerunt. Nec tamen ea pugna debellatum eft. decem millia Celtiberum mercede Turduli conducunt, alieniique armis parabant bellum. Conful interim rebellione Bergiftanorum ictus, caeteras quoque civitates ratus per occafionem idem facturas, arma omnibus cis Iberum Hifpanis ademit, quam rem adeo aere paffi,

paſſi, ut multi mortem ſibimetipſis conſciſcerent: ferox genus nullam viram rati fine armis eſſe. Quod ubi conſuli renunciatum eſt, ſenatores omnium civitatum ad ſe vocari juſſit, atque iis, *Non noſtro*, inquit, *mavis, quam veſtra refert, vos non rebellare. Equidem id maxime Hiſpanorum malo, quam exercitus Romani labore, ſemper adhuc factum eſt. Id ut ne fiat, uno modo arbitror caveri poſſe, ſi effectum erit ne poſſitis rebellare. Volo id quam molliſſima via conſequi. vos quoque in ea re conſilio me adjuvate. Nullum libentius ſequar, quam quod vobismetipſis attuleritis.* Facentibus, ſpacium id ad deliberandum dierum pauciorum dare dixit. quum revocati ſecundo quoque concilio raciuſſent: uno die muris omnium dirutis, ad eos, qui non-dum parebant, profectus, ut in quamque regionem venerat, omnes, qui circa incolebant, populos in deditionem accepit. Negligendam tantum, gravem atque opulentam civitatem, vineis & pluteis cepit.

Cap. XVIII. Eo majorem habebat difficultatem in ſubigendis hoſtibus, quam qui primi venerant in Hiſpaniam; quod ad illos tædio imperii Carthaginienſium Hiſpani deficiebant; hic ſpe liberate in ſervitutem velut afferendi erant: & ita mota omnia accepit, ut alii in armis eſſent, alii obſidione ad defectionem cogerentur: nec, niſi in tempore ſubventum foret, ultra ſuſtentaturi fuerint. Sed in conſule ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per ſe adiret atque ageret: nec cogitaret modo impetrareque quæ in rem eſſent, ſed pleraque ipſe per ſe tranſigeret; nec in quemquam omnium gravius ſeveriuſque, quam in ſemetipſum impetum exerceret; parſimonia & vigiliis & labore cum ultimis militum certaret; nec quicquam in exercitu ſuo præclari, præter honorem atque imperium haberet.

Cap. XIX. Difficilius bellum in Turdetania prætori P. Manlio Celtiberi, mercede exciti ab hoſtibus, ſicut ante dictum eſt, faciebant. Itaque eo conſul, arceſſitus literis prætoris legiones duxit. Ubi eo venit (caſtra ſeparatim Celtiberi & Turdetani habebant) cum Turdetanis exemplo levia prælia, incurſantes in ſtationes eorum Romani facere: ſemperque victores ex quamvis temere cœpto certamine abire. Ad Celtiberos in colloquium tribunos militum ire conſul, atque iis trium conditionum electionem ferre, jubet. Primam, ſi tranſire ad Romanos velint, & duplex ſtipendium accipere, quam quantum a Turdetanis pepigiſſent: alteram, ſi domos abire, publica fide accepta, nihil eam rem noxæ futuram, quod hoſtibus ſe Romanorum junxiſſent: tertiam, ſi utique bellum placeat, diem locumque conſtituant, ubi ſecum armis decernant. A Celtiberis dies ad conſultandum petita, concilium immiſſis Turdetanis habitum magno cum tumultu: eo minus decerni quicquam potuit. Quum incertum bellum an pax cum Celtiberis eſſet; commeatus tamen haud ſecus quam in pace, ex agris caſtellisque hoſtium Romani portabant: perinde ſæpe munimenta eorum, velut communi pacto commercio privatis induciis ingredientes. Conſul ubi hoſtes ad pugnam elicere nequit: primum prædatum ſub ſignis aliquot expeditas cohortes in agrum integræ regionis duxit: deinde, audito, Segontiæ Celtiberum omnes farcinas impedimentaque relicta, eo pergit ducere ad oppugnandum. Poſteaquam nulla moventur re, perſoluto ſtipendio, non ſuis modo, ſed etiam prætoris militibus, relictoque omni exercitu in caſtris prætoris, ipſe cum ſeptem cohortibus ad Iberum eſt regreſſus.

Cap. XX. Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. defecere ad eum Sedetani, Autetani, Sueſſetani, Lacetanos, deviam & ſilveſtrem gentem, quum infita feritas continebat in armis: tum conſcientia; dum conſul exercitufque Turdulo bello eſt occupatus, depopulatorum ſubditis incurſionibus ſociorum. Igitur ad oppidum eorum oppugnandum conſul ducit, non Romanas modo cohortes, ſed juventutem etiam merito infenſorum iis ſociorum. Oppidum longum, in latitudinem haud-quaquam tantundem patens habebant. quadringentos inde ferme paſſus conſtituit ſigna. ibi delectarum cohortium ſtationem relinquens, præcepit eis, ne ſe ex eo loco ante moverent, quam ipſe ad eos veniſſet. cæterorum copias ad ulteriorem partem urbis circumducit. Maximum ex omnibus auxilii numerum Sueſſetanæ juventutis habebat. eos ad murum oppugnandum ſubire jubet. Quorum ubi arma ſignaque Lacetani cognovere; memores, quam ſæpe in agro eorum impune perluſtrarint, quoties ipſos ſignis collatis fudiſſent, fugaſſentque: parefacta repente porta, univerſi eos ernumpunt. Vix clamorem eorum, nedum impetum Sueſſetani tulere: quod poſteaquam, ſicut futurum ratus erat, conſul fieri etiam vidit; equo citato ſubit murum hoſtium ad cohortes ſalvebitur: atque eas arrectas, effuſis omnibus ad feriendos Sueſſetanos, qua ſilentium ac ſolitudo erat, in urbem inducit: priuſque omnia cepit, quam ſe reciperent Lacetani. mox ipſos nihil præter arma habentes in deditionem accepit.

Cap. XXI. Confestim inde victor ad Vergium castrum ducit. recepta culum id maxime praedonum erat: & inde incursiones in agros pacatos provinciae ejus fiebant. Transfugit inde ad consulem princeps Vergeitanus: & purgare se ac populares coepit; non esse in manu ipsis rempublicam, praedones receptos rerum suarum poresta tis id castrum feciisse. Confulem domum redire, confecta aliqua probabili cur abfuisset causa, justit. Quum se muros fubisse cerneret, intentoque praedones ad mucnda moenia esse; tum uti cum sua factionis hominibus meminisset arcem occupare. Id uti praeceperat, factum. Repente anceps terror, hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumvallit. Hujus potitus loci consul, eos qui arcem tenuerant, liberos esse cum cognatis suaque habere justit: Vergeitanos caeteros questori ut vendiret, imperavit: de praedonibus judicium sumpsit. Pacata provincia, vectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisque, quibus tum instituris locupletior indies provincia fuit. Ob has res gestas in Hispania, supplicationem in triduum Patres decreverunt.

Cap. XXII. Eadem aestate alter consul L. Valerius Flaccus in Gallia cum Bojorum manu propter Liranam silvam lignis collatis secundo praelio conflixit. Octo millia Gallorum caesa traduntur: caeteri omisso bello in vicos suos atque agros dilapsi. Consul reliquum aestatis circa Padum Placentiae & Cremonae exercitum habuit, restituitque quae in iis oppidis bello diruta fuerant. Quum hic status rerum in Italia Hispaniaque esset, T. Quintio in Graecia ita hibernis actis, ut excepris Aetolis, quibus nec pro spe victoria praemia contigerant, nec eius cupidos eloquentia moverat, universa Graecia simul pacis libertatisque perfruens bonis, egregie statu tuc gauderet; nec magis in bello virtutem Romani ducis, quam in victoria temperantiam justitiamque & moderationem mirarentur; senatusconsultum, quo bellum advertus Nabin Lacedaemonium decretum erat, affertur. Quo lecto Quintius, conventu Corinthum omnium fociarum civitarum legationibus in diem certam edicto, ubi frequentes undique principes convenerunt, ita ut ne Aetoli quidem abessent; tali oratione eit usus: *Bellum adversus Philippum non magis communi cuncto consilio quam Romani & Graeci gesserunt. quam utique suas causas belli habuerunt. Nam & Romanorum amicitiam, nunc Carthaginienses hostes eorum jurando, nunc hic facis nostros oppugnandis, violaverat; & in vos talis fuit, ut nobis, etiamsi nostrarum oblivisceremur injuriarum, vestrae injuriae satis digna caussa belli fuerint. Hodierna consultatio tota ex vobis pendet. Refero enim ad vos, utrum Argos, sicut seltis ipsi, ab Nabide occupatos pati veltis sub ditione ejus esse: an aequum censeatis nobilissimam veteremque civitatem, in media Graecia sitam, repeti in libertatem, & eodem statu, quo caeteras urbes Peloponnesi & Graeciae esse. Haec consultatio, ut videtis, tota de re pertinente ad vos est; Romanos nihil contingit, nisi quatenus liberatae Graeciae unitae civitatis foveitus, non plenam nec integram gloriam esse fuit. Caeterum si vos nec cura ejus civitatis, nec exemplum, nec periculum movet, ne serpat latius contagio ejus mali; nos aeui boniique faciemus. De hac re vos consulo, statuns eo, quod plures censuerint.*

Cap. XXIII. Post orationem Romani imperatoris, percenseri aliorum sententiae coeptae sunt. Quum legatus Athenienium quantum poterat gratiis agendis, Romanorum in Graeciam merita extulisset, implorato auxilium, adversus Philippum tulisse opem: non rogatos, ultro advertus tyrannum Nabim offerre auxilium, indignatusque esse, hanc tanta merita sermonibus tamen aliquorum carpi; futura calumnianium, quum fateri potius praeteritorum gratiam deberent; apparebat inceisi Aetolos. Igitur Alexander princeps gentis invectus primum in Athenienses, qui libertatis quondam ducies & auctores, assentationis propriae gratia communem caussam prodederent. queisus deinde, *Achaos Philippi quondam milites, postremum ab inclinata ejus fortuna transfugas, & Corinthum recepisse, & id agere, ut Argos habeant. Aetolos, primos bob Philippi, semper socios Romanorum, paclo in foedere suas urbes aegrosque fore devicto Philippo, fraudari Echino & Pharsalo,* insimulavit fraudis Romanos. *Quod vano titulo libertatis ostentato. Chalcidem & Demetriadem praetitis tenerent: qui Philippo cuncianti deducere ibi praesidia, obsidere semper soliti sunt: nunquam, donec Demetrias, Chalcidque, & Corinthus, tenerentur, liberam Graeciam fore. Postremo, qui remanendi in Graecia retinendaque exercitus, Argos & Nabin caussam faciebant, deportarent legiones in Italiam. Aetolos politicos, aut conationibus & voluntate sua Nabin praesidium Argis deauciurum, aut vi atque armis coacturos in potestate consentientis Graeciae esse.*

Cap. XXIV. Haec vaniloquentia primum Ariftaenum praetorem Achaorum excitavit. *Ne istuc,* inquit, *Jupiter Optimus Maximusque sirit, Jupiter*

que regina, cujus in tutela Argi sint, ut illa civitas inter tyrannum Lacedæmonium & latrones Ætolos præmium sit posita in eo discrimine, ut miserius à nobis recipiatur, quam ab illo capta est. Mare interjectum ab ipsis prædonibus non tuetur nos. T. Quinti, quid, si in media Peloponneso arcem videremus, futurum nobis est? Linguam tantum Græcorum habent, sicut speciem hominum. Moribus ritibusque efferatioribus quam ulli barbari, immanes belluæ vivunt. Itaque vos rogamus, Romani, ut & ab Naboide Argos recuperetis; & ita rei Græciæ constituatis, ut ab latrocinio quoque Ætolorum satis pacata hæc relinquatis. Romanus, cunctis undique increpantibus Ætolos, responsurus se fuisse iis dixit, nisi ita inferos omneis in eos oderet, ut fedandi potius, quam irritandi essent. Contentum itaque opinione ea, quæ de Romanis Ætolisque esset, referre se dixit, quid de Nabidis bello placeret, nisi redderet Achæis Argos? Quum omnes bellum decresserint; auxilia ut pro viribus suis quæque civitates mitterent, est hortatus. Ad Ætolos legatum etiam misit: magis ut nudaret animos, id quod evenit, quam ipse impetrari posse.

Cap. XXV. Tribunis militum, ut exercitum ab Elatia arcesserent, imperavit. Per eosdem dies & Antiochi legatis de societate agentibus responsum dit, Nihil se absentibus decem legatis sententiæ habere. Romam eundum ad senatum iis esse. Ipse copias eductas ab Elatia ducere Argos pergit. atque ei circa Cleonas Aristænus prætor cum decem millibus Achæorum, equitibus mille occurrit: & haud procul inde junctis exercitibus potuerunt castra. Potsero die in campum Argivorum descenderunt: & quatuor fere milliaab Argis locum castris caplunt. Præfectus prædilio Laconum erat Pythagoras; gener idem tyranni, & uxoris ejus frater: qui sub adventum Romanorum & utrasque arces (nam duas habent Argi) & loca alia quæ aut opportuna, aut suspecta erant, validis prædiis firmavit. sed inter agenda hæc, pavorem injectum adventu Romanorum dissimulare haudquaquam poterat: & ad externum terrorem, intestina etiam seditio accessit. Damocles erat Argivus, adolescens majoris animi quam consilii: qui primo, jurejurando interposito, de prædilio expellendo cum idoneis colloquturus, dum vires adjicere conjurationi studet, incautior fidei æstimator fuit. Colloquentem eum cum suis fatellies à præfecto missus quum accerseret, tenuit profectum consilium esse: hortatusque conjuratos qui adorant, ut potius quam extorti morerentur, arma secum caperent: atque ira cum paucis in forum ire pergit. clamitans, ut qui salvam rempublicam vellent, auctorem & ducem fe libertatis sequerentur. Haud sane movit quemquam, quia nihil usquam spei propinquæ, neque satis firmi præsidii cernebant. Hæc vociferantem eum Lacedæmonii circumvenium cum suis interfecerunt. comprehensi deinde quidam & alii: exiis occisi plures; pauci in custodiam conjecti. multi proxima nocte fugibus per murum demissi ad Romanos transfugerunt.

Cap. XXVI. Quintius affirmantibus iis, si ad portas Romanus exercitus fuisset, non in effectu futurum eum motum fuisse & si propius castra admoverentur, non quieturos Argivos; misit expeditos pedites equitesque, qui circa Cylarabin (gymnasium, id est, minus trecentos passus ab urbe) cum erumpentibus à porta Lacedæmoniis prælium commiserunt. atque eos haud magno certamine compulerunt in urbem. & castra eo ipso loco, ubi pugnatum erat, imperator Romanus posuit. Diem inde unum in speculis fuit. si quid novi motus oriretur. poteaquam oppressam metu civitatem vidit, advocat concilium de oppugnandis Argis. Omnium principum Græciæ, præter Aristænum, eadem fententia erat; quum causa belli non alia esset, inde potissimum ordiendum bellum. Quinrio id nequaquam placebat, sed Aristænum contra omnium consensum disserentem, cum haud dubia approbatione audivit. & ipse adjecit, quæ pro Argivis adverfus tyrannum bellum susceptum sit, quid minus conveniens esse, quam omisso hoste Argos oppugnari? Se vero caput belli Lacedæmonem & tyrannum petiturum. Et dimisso concilio, frumentarum expeditas cohortes rebatur. Quod maturi erat circa, demessum & convectum est. viride, ne hostes mox haberent, protritum & corruptum. Castra deinde movit, & Parthenio monte superato, præter Tegeam tertio die ad Caryas potuit castra. ibi priusquam hostium irrueret agrum, sociorum auxilia exspectavit. Venerunt Macedonesà Philippo mille quinquenti, & Thessalorum equites quadringenti. nec jam auxilia, quorum æstimarat, sed commeatus finitimis urbibus imperari morabantur Romanum. Navales quoque magnæ copiæ convenichant. Jam ab Leucade L. Quintius cum quadraginta navibus venerat: jam Rhodiæ decem & octo tectæ naves: jam Eumenes rex circa Cycladas insulas erat cum decem tectis navibus, triginta lembis, mistisque aliis minoris formæ navigiis. Ipsorum quoque Lacedæmoniorum exules:

exules permulti tyrannorum injuria pulsi, hoc recuperandæ patriæ in castra Romana convenerant. Multi autem erant jam per aliquot ætates, ex quo tyranni tenebant Lacedæmonem, alii ab aliis pulsi. Principes erat exulum Agesipolis, cujus jure gentis regnum Lacedæmone erat: pulsus infans ab Lycurgo tyranno post mortem Cleomenis, qui primus tyrannus Lacedæmone fuit.

Cap. XXVII. Quum terra marique tantum belli circumiaret tyrannum, & prope nulla spes esset virtutes suas hostiumque æstimanti, non tamen omittit bellum; sed & à Creta mille delectos juventutis eorum accivit, quum mille jam haberet: & tria millia mercenariorum militum, decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit: & fossa valloque urbem communivit. Nec ne quid intestini motus oriretur, metu & acerbitate pœnarum tenebat animos. Quum vero fâlvum vellent tyrannum, liberare non poterat, quum suspectos quosque civium haberet; eductis in campum omnibus copiis, (Dromon ipsi vocant) positis armis ad concionem vocari jubet Lacedæmonios, atque eorum concioni satellites armatos circumdedit. & pauca præfatus: *Cur sibi omnia timenti cavenlique ignoscendum in tali tempore foret: & ipsorum referre, si quos suspectos status præsens rerum faceret, prohiberi potius ne quid moliri possint, quam tuiori molientes. Itaque quosdam se in custodiis habiturum: donec ea quæ indies tempestas præferat.* Hostium renuitis (*a quibus, si modo prodidit intestina satis cavearur, minus periculi esse*) *exemplo eos emissurum.* Sub hæc citari nomina octogena ferme principum juventutis jussit. atque eos, ut quisque ad nomen respondebat, in custodiam radidit: nocte insequenti omnes interfecit. Notaram deinde quidam (hi sunt jam inde antiquitus castellani, agreste genus) transfugere voluisse inimulari, per omnes vicos sub verberibus actis necantur. hoc terrore obstupuerant multitudinis animi: ab omni contra novorum consiliorum. Intra municipii mœnia copias continebat, nec parem se rarus, si dimicare acie vellet: & urbem relinquere eam suspensis & incertis omnium animis metuens.

Cap. XXVIII. Quintius satis jam omnibus paratis profectus ab Argivis, die altero ad Sellasiam super Oenunta fluvium pervenit: quo in loco Antigonus, Macedonum rex, cum Cleomene Lacedæmoniorum tyranno, signis collatis dimicaße dicebantur. inde quum audisset eloquium difficile & aspera viæ esse, brevi per montes circuitu præmisit qui munirent viam, lato satis & patenti limite ad Eurotam amnem sub ipsis prope fluentem mœnibus, pervenit. ubi castra metantes Romanos, Quintiumque ipsum cum equitibus atque expeditis prægressum auxiliares tyranni adorti, in terrorem ac tumultum conjecerunt; nihil tale exspectantes: quia nemo his obvius toto itinere fuerat, ac veluti pacato agro tranfierant. Aliquamdiu peditibus equites, equitibus pedites vocantibus, quum in se cuique minimum haberet esse, trepidatum est. tandem signa legionum fuperveneruntsic quum primi agminis cohortes indueræ in prœlium essent; qui modo terrori fuerant, trepidantes in urbem compulsi sunt. Romani quum tantum à muro receßissent ut extra ictum teli essent, acie directa pauliper steterunt. Posteaquam nemo hostium contra exibat; redierunt in castra. Tùdero die Quintius prope flumen præter urbem sub ipsas Menelai montis radices ducere copias instructas pergit. primæ legionariæ cohortes ibant: levis armatura & equites agmen cogebant. Nabis intra murum instructos paratosque sub signis habebat mercenarios milites, in quibus omnis fiducia erat; ut ab tergo hostem aggrederetur. posteaquam extremum agmen præterlit, tum ab oppido, eodem quo prædle eruperant tumultu, pluribus simul locis erumpunt. Ap. Claudius agmen cogebat: qui ad id quod futurum erat, ne inopinatum accideret, præparatis fuorum animis; subita exemplo convertit, rorumque in hostem agmen circumegit. Itaque velut rectæ acies concurrißent, juttum aliquamdiu prælium fuit. tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. quæ minus infida ac trepida fuißet; ni Achæi locorum prudentes initißent. & his eadem ingenerata fuit, & dißperfos paßim fuga pleroßque armis exuerunt. Quintius prope Amyclas potuit castra. Inde, quum perpopulatus omnia circumjecta urbi frequentis & amœni agri loca esset, nullo jam hostium porta excedente, movit castra ad flumen Eurotam. inde vallem Taygeto subjectam, agrofque ad mare pertinentes evastat.

Cap. XXIX. Eodem fere tempore L. Quintius maritimæ oræ oppida, partim voluntate, partim metu aut vi recepit. certior deinde factus, Gythium oppidum, omnium maritimarum rerum Lacedæmonii receptaculum esse, nec procul à mari castra Romana abeße; omnibus id copiis aggredi constituit. Erat eo tempore valida urbs, & multitudine civium incolarumque, & omni bellico apparatu instructa. In tempore Quintio rem haud facilem agenti, rex Eumenes Stadis Rhodiorum fuger venerunt. Ingens multitudo navalium sociorum

è tribus contracta classibus intra paucos dies omnia, quæ ad oppugnationem urbis terra marique munitæ faciendæ opera erant, effecit. Jam festudinibus admotis murus subruebatur: jam arietibus quatiebatur. Itaque una crebris ictibus everſa eſt turris; quodque circa muri erat, caſu ejus proſtratum: & Romani ſimul à porta, unde aditus planior erat, ut diſtenderent ab apertiore loco hoſtes; ſimul per pæreſactum ruina iter irrumpere conabantur. nec mulcum abfuit, quin, qua intenderant, penetrarent. ſed tardavit impetum eorum ſpes objecta dedendæ urbis, mox deinde eadem turbata. Dexagoridas & Gorgopas pari imperio præerant urbi. Dexagoridas miſerat ad legatum Romanum, traditurus urbem. & quum ad eam rem tempus & ratio conveniſſet, à Gorgopa proditor interficitur. Intentis itaque uno urbis defendebatur: & difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quintius cum quatuor millibus delectorum militum ſupervenifſet. Is quum ſupercilio haud procul diſtantis tumuli ab urbe intructam aciem oſtendiſſet, & ex altera parte L. Quinctius ab operibus ſuis terra marique inſtantes; tum vero deſperatio Gorgopam quoque coegit id conſilii, quod in altero morte vindicaverat, capere. & pactus ut abducere inde milites, quos præſidii cauſa habebat, liceret, tradidit Quintio urbem. Priuſquam Gythium traderetur, Pythagoras præfectus Argis relictis, tradita cuſtodia urbis Timocrati Pellenenſi, cum mille mercenariis militibus, & duobus millibus Argivorum, Lacedæmonem ad Nabin venit.

Cap. XXX. Nabis ſicut primo adventu Romanæ claſſis, & traditione oppidorum maritimæ ora contritus erat, ſic parva re que quatus acquieviſſet, Gythio ab ſuis retento; poſteaquam id quoque traditum Romanis audivit eſſe; quum ab terra, omnibus circa hoſtium, nihil ſpei eſſet; à mari quoque toto ſe intercluſum; cedendum fortunæ ratus, caducatorem primum in caſtra miſit ad explorandum, ſi pareremur legatos ad ſe mitti. qui impetrata re, Pythagoras ad Imperatorem venit, nullis cum aliis mandatis, quam ut tyranno colloqui cum imperatore liceat. Conſilio advocato, quum omnes dandum colloquium conſuliſſent; dies locuſque conſtituitur. In medio regionis tumulos modicis copiis ſequentibus quum veniſſent, relictis ibi in ſtatione conſpecta utrimque cohortibus, Nabis cum delectis cuſtodibus corporis, Quintius cum fratre & Eumene rege, & Seſtilao Rhodio, & Ariſtæno Achæorum prætore, tribuniſque militum paucis deſcendit.

Cap. XXXI. Ibi permiſſo, ut, ſeu dicere prius, ſeu audire mallet, Ita coepit tyrannus. *Si ipſe per me, T. Quinti, vosque qui adeſtis, cauſam excogitare, cur mihi aut indixiſſetis bellum, aut inferretis, poſſem; tacitus eventum fortunæ meæ exſpectaſſem. nunc imperare animo nequivi, quin prius quam pertrem, cur periturus eſſem ſcirem. Set, hercule, ſi tales eſſetis, qualis eſſe Carthaginenſes fama eſt, apud quos nihil ſocietatis fides ſanctiſ habuerit; in me quoque vobis quid faceretis minus penſi eſſe, non invenio. Nunc, cum vos intueor, Romanos eſſe video, qui rerum divinarum fœdera, humanarum fidem ſocialem ſanctiſſimam habeatis. Quum ipſe reſpexi, eum eſſe ſtero, cui & publice ſicut cæteris Lacedæmoniis, vobiſcum ſanctiſſimum fœdus ſit: & meo nomine privatim amicitia ac ſocietas, nuper Philippi bello renovata. At enim ego eam violavi & everti quæ Argivorum civitatem teneo. Quomodo hoc tueor? Res ea tempore? Res mihi duplicem defenſionem præbet. nam & ipſis vocantibus ac tradentibus urbem eam accepi, non occupavi, & accepi, quum Philippi partium, non in veſtra ſocietate eſſet. Tempus autem eo me liberat, quod quum jam Argos habere, ſocietas mihi vobiſcum conveniret: & ut vobis mirterem ad bellum auxilia, non ut Argis præſidium deducerem, pepigiſſis. At, hercle, in ea controverſia, quæ de Argis eſt, ſuperior ſum; & æquitate res, quod non veſtram, ſed hoſtium: quod violenter, non ut coactam accepi: & veſtra conſeſſione. quod in conditionibus ſocietatis mihi Argos reliquiſtis. Cæterum nomen tyranni & facta premunt, quod ſervos ad libertatem voco, quod in agros inopem plebem deduco. De nomine hoc reſpondeſſem: me qualiſcumque ſum, eumdem eſſe, qui fui, quum in ipſe mecum, T. Quinti, ſocietatem pepigiſti. Tum me regem appellari avobis memini: nunc tyrannum vocari video. Itaque ſi eco nomen imperii mutaſſem, mihi nec inconſtantiæ; quem vos mutetis, vobis veſtræ reddenda ratio eſt. Quod ad multitudinem ſervis liberamais auctam, & egentibus diviſum agrum attinet; poſſum quidem & in hoc me jure temporis tutari. Jam feceram hæc, qualacumque ſunt, quum ſocietatem mecum pepigiſtis, & auxilia in bello adverſus Philippum accepiſtis. Sed ſi nunc ea feciſſem, non dico, quid in eo vos lapſum, aut veſtram amicitiam violaſſem? ſed illud, me more atque inſtituto majorum feciſſe. Nolite ad veſtras leges atque inſtituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt. Nihil comparare ſingulis neceſſe. eos à cenſu equitem, à cenſu peditem legi-

& paucos excelliere opibus, plebem fub-jectam esse illis vultis. Noster legumlator non in paucorum manu rempublicam esse voluit, quem vos senatum appellatis: nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate: sed per aequationem fortunae ac dignitatis fore credidit, ut multi essent, qui arma pro patria ferrent. Pluribus me peregisse, quam pro patriae sermone brevitatis, fateor. Et breviter peroratum esse potuit; Nihil me, postequam vobiscum amicitiam institui, cur ejus vos paniteret, commisisse.

Cap. XXXII. Ad haec imperator Romanus: *Amicitia & societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope rege Lacedaemoniorum jusso ac legitimo facta est. Cujus jus tyranni quoque, qui postea per vim tenuerunt Lacedaemone imperium (quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis usque detinent) usurpare unt; sicut ut quoque hoc Macedonico bello fecisti. Nam quid minus conveniret, quam nos, qui pro libertate Graeciae adversus Philippum geveremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam? & tyranno quam, qui nunquam, sceleratissimo & violentissimo in suos? Nobis vero, etiam si Argos nec cepisses per fraudem nec teneres, liberantibus omnem Graeciam, Lacedaemon quoque vindicanda in antiquam libertatem erat, atque in leges suas: quarum modo, tanquam emulus Lycurgi, mentem fecisti. An, ut de Nasso & Bargilliis praefista Philippi dedaudatur, curaeri nobis: Argos & Lacedaemonem, duas clarissimas urbes, lumina quondam Graeciae, sub pedibus tuis relinquemus: quae titulum nobis liberatae Graeciae servientes deformant? At enim cum Philippo Argivi fecerunt. Remittimus illis, ne nostram vicem irascaris. Satis compertum habemus, duorum, aut summum trium in ea re, non civitatis culpam esse: tam hercle quam in te tuoque praefidio arceffendo accipimusque in vrem, nihil fit publico consilio actum. Theffalos, & Phocenses, & Locrenses, omnes in omnium fcimus partium Philippi fuisse. Tamen quum ceteram liberaverimus Graeciam, quid tandem cenfes in Argivis, qui in fontes publici consilii sint, falturos? Servorum ad libertatem vocatorum, & egentibus hominibus agri divisi crimina tibi obiici dicebas: non audemus nec ipsa mediocria: sed quid ipsa sint pro ipsis, quae à te tuisque quotidie alia super alia facinora edimtur? Exhibe liberam concionem vel Argis, vel Lacedaemone, si audire juvat vera dominationis impotentissimae crimina. Ut omnia alia verisfimo omittam, quam caedem Argis Pithagoras ipse gener tuus penc in oculis meis edidit? quam tu ipse, quum iam prope in finibus Lacedaemoniorum essem? Agedum, quos in concione comprehensos, omnibus audientibus civibus tuis, in custodia te habiturum esse pronunciasti; jube vinctos produci, ut miseri parentes, quos falso lugent, videre fiant. Enim ut jam ita sint hae, quid ad vos Romani? Hoc tu dicas liberantibus Graeciam? hoc iis, qui ut liberare possent, mare trajecerunt, terra mariique gesserunt bellum? Vos tamen, inquis, vestramque amicitiam ac societatem propter non violavi. Quotles vis te id arguam fecisse? Sed volo pluribus: summam rem complectar. Quibus igitur amicitia violatur? Nempe his duabus rebus maxime, si socios meos pro hostibus habeas: si cum hostibus te conjungas. Utrum non à te factum est? nam & Messenen imo atque eodem jure faderis, quo & Lacedaemonen in amicitiam nobiscum accepisti: socium ipse sociam nobis urbem vi atque armis cepisti: & cum Philippo hoste nostro, non societatem solum, sed, si Diis placet, affinitatem etiam per Philoclem praeferum ejus pepigisti: & bellum adversum nos gerens, mare circa Maleam infestum navibus piraticis fecisti: & plures prope cives Romanos, quam Philippus, cepisti atque occidisti: tutiorque Macedoniae ora, quam promontorium Maleae commeatus ad exercitus nostros portantibus navibus fuit. Proinde parceas fidem ac jura fociefatis jactare: & omitta popularibus orationem tamquam tyrannis & hostis loquere.

Cap. XXXIII. Sub haec Aristaenus, nunc monere Nabin, nunc etiam orare, ut dum liceret, dum occasio esset, sibi, ac fortunis suis consuleret. Referre deinde nominatim tyrannos evitarum finitimarum coepit: quos depotio imperio, restituturaque libertate suis, non rutam modo, sed etiam honoratam interdum cives senectutem egisse. His dictis invicem, auditisque, nox prope diremit colloquium. Postero die Nabis Argis se cedere ac deducere praedium, quando ita Romanis placeret, & captivos & perfugas redditurum dixit. Aliud si quid postularent, scriptum ut ederent petiit, ut deliberare cum amicis posset. Ita & tyranno ad consultandum tempus datum est: & Quinctius fociorum etiam principibus adhibitis, habuit concilium. Maximae partis sententia erat, *Persecrandum in bello esse, & tollendum tyrannum, numquam aliter tutam libertatem Graeciae fore. Satius multo fuisse, non moveri bellum adversus eum, quam omitti motum. & ipsum velut comprobata dominatione firmiorem futurum; audaciae injusti imperii assumpto populo Roma-*

no.

nis. & exemplo multos in aliis civitatibus ad insidiandum libertati civium suorum incitaturum. Ipsius imperatoris animus ad pacem inclinatior erat: videbat enim, compulso intra moenia hoste, nihil praeter obtidionem restare. Eam autem fore diuturnam. *Non enim Gythium, quod ipsum tamen traditum, non expugnatum esset, sed Lacedaemonem validissimam urbem viris armisque oppugnaturos. Unam spem fuisse, si quid adnouentibus exercitum assultio inter ipsos ac seditio excitari posset. quum signa portis prope inferri cernerent, neminem se moraturum. Adiciebat &, cum Antiocho inidam pacem, Vltium legatum inde redeuntem nunciare: multo majoribus quam ante, terrestribus naualibusque copiis in Europam eum transisse. Si occupasset obsidio Lacedaemonis exercitum, quibus alitis copiis adversus regem tam valtum ac potentem bellum gesturos?* Haec propalam dicebat: illa tacita fuberat cura, ne nouus consul Graeciam provinciam fortiretur, & inchoati belli victoria successori tradenda esset.

Cap. XXXIV. Quum adversus tendendo nihil moueret socios; simulando se tranire in eorum sententiam, omnes in assensum consilii sui traduxit. *Bene vertat!* inquit, *obsideamus Lacedaemonem, quando ita placet. Caeterum quum res tam lenta, quam ipsi vitia oppugnatio urbium sit, & obsidentibus prius saepe quam obsessis taedium afferat: jam nunc hoc ita proponere vos animis oportet; hibernandum circa Lacedaemonia moenia esse. Quae mora si laborem tantum ac periculum haberet, ne ipsi quidem temperabimus ad sustinenda ea parati effectis, horterer vos. Nunc impensa quoque magna erit in opera, in machinationes, & tormenta, quibus tanta urbs oppugnanda est; in commeatus nobis vobisque in hiemem expediendos. Itaque ne aut repente trepidetis, aut rem inceptatum turpiter dimittatis, scribendum ante vestris civitatibus censeo, explorandumque, quid quaeque animi, quid virium habeat. Auxiliorum satis superque habeo: sed quo plures sumus; pluribus rebus egebimus. Nihil tam praeter nudum solum deest hostium habet. Ad hoc hiems accedit, cui comparandum ex longinquo difficilis.* Haec oratio primum animos omnium ad respiciendam cuique domestica mala convertit; segnitiem, invidiam & obtrectationem domi manentium adversus militantes: libertatem difficilem ad continendum, inopiam publicam, malignitatem conferendi ex privato. Versis itaque subito voluntatibus, facere, quod è republica populi Romani fociorumque esse crederet, imperatori permiserunt.

Cap. XXXV. Inde Quintius adhibitis legatis tanrum tribunisque militum, conditiones, in quas cum tyranno pax fieret, has conscripit. *Sex mensium inducia ut esset Nabidi Romanisque, & Eumeni regi, & Rhodiis. Legatos extemplo mitterent Romam, T. Quintius & Nabis, ut pax ex auctoritate senatus confirmaretur. Ex qua die scriptae conditiones pacis essent Nabidi Romae: eo die ut traduciarum praesidium esset: & ut ex ea die intra decimum diem ab Argis caetersque oppidis, quae in Argivorum agris essent, praedita omnia deuecerentur: vacuaque & libera traderentur Romanis. ne quod inde mancipium regium publicumve aut privatum educeretur; & si qua ante educta forent, dominis recte restituerentur. Naues, quas civitatibus maritimis ademisset, redderet: neve ipse navem ullam, praeter duos lembos, qui non plus quam sexdecim remis agerentur, haberet. Perfugas, captivos omnibus socits populi Romani civitatibusque redderet, & Messenios omnia quae comparerent, quaeque domini cognoscerent. Exulibus quoque Lacedaemonis liberos & conjuges restitueret, quae earum viros sequi voluissent: invita ne qua exulis comes esset. Mercenarlorum militum Nabidis qui aut in civitates suas, aut ad Romanos transissent, iis res suae omnes recte redderentur. In Creta insula ne quam urbem haberet: quas habuisset, redderet Romanis. Ne quam societatem cum ulla Cretensium, aut quoquam alio institueret, neu bellum gereret. Civitatibus omnibus quas ipse restituisset, imperaret, ut quoque in ditionem populi Romani tradidissent, omnia praedicta deuoceret: seque ipse suosque ab his abstineret. Ne quod oppidum, ne quod castellum in suo alienove agro conderet. Obsides ea ita futura, dare quinque, quos imperatori Romano placuisset. Jilium in his suum, & talenta centum argenti ita praesenti, & quinquaginta talenta in singulos annos per annos octo.*

Cap. XXXVI. Haec conscripta, castris propius urbem moris, Lacedaemonem mittuntur. nec sane quicquam eorum satis placebat tyrannos: nisi quod praeter spem, reducendorum exulum mentio nulla facta erat, maxime autem omnium ea res offendebat, quod & naves & maritimae civitates ademptae erant. Fuerat autem ei magno fructui mare, omnem oram à Malea praedatoriis navibus infestam habenti. juvenrurem praeterea civitatum earum ad supplementum longe optimi generis militum habebat. Has conditiones, quamquam ipse in secreto voluraverat cum amicis, vulgo tamen omnes fama

ma ferebant: vanis, ut ad cæteram fidem, sic ad secreta tegenda, satellitum regiorum ingeniis. Non tam omnia universi, quam ea quæ ad quemque pertinerent, singuli carpebant. qui exulum conjuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid possederant; tamquam amissuri, non reddituri, indignabantur. servis liberatis à tyranno non irrita modo futura libertas, sed multo fœdior, quam fuisset ante, servitus, redeuntibus in iratorum dominorum potestatem, ante oculos obversabatur. mercenarii milites & precia militiæ cassura in pace ægre ferebant, & reditum sibi nullum esse in civitates videbant; infensas non tyrannis magis, quam satellitibus eorum.

Cap. XXVII. Hæc inter se primo in circulis ferentes fremere, deinde ad arma subito discurrerunt. Quo tumultu quum per se satis irritatam multitudinem cerneret tyrannus, concionem advocari jussit. ibi quum ea quæ imperarentur ab Romanis, exposuisset, & graviora atque indigniora quædam falso affinxisset, & ad singula nunc ab universis, nunc à partibus concionis acclamaretur; interrogavit, *Quid se respondere ad ea, aut quid facere vellent?* Prope una voce omnes, *Nihil respondere, bellum geri* jusserunt. & pro se quisque, qualia multitudo solet, bonum animum habere, & bene sperare jubentes, fortes fortunam adjuvare, ajebant. His vocibus incitatus tyrannus, & Antiochum Ætolosque adjuturos pronunciat: & sibi ad obsidionem sustinendum copiarum affatim esse. Excideret pacis mentio ex omnium animis; & in stationes non ultra quieturi discurrunt. Paucorum lacessentium excursio, & emissa jacula exemplo Romanis dubitationem, quin bellandum esset, evemerunt. Levia inde prælia per quatriduum primum fine ullo fatis certo eventu commissa. quinto die prope justa pugna adeo paventes in oppidum Lacedæmonii compulsi sunt, ut quidam milites Romani terga figientium cædentes per intermissa, ut tunc erant, mœnia urbem intrarint.

Cap. XXXVIII. Et tunc quidem Quintius satis eo terrore coercitis excursionibus hostium nihil præter ipsius oppugnationem urbis superesse ratus; militis qui omnes navales socios à Gythio arcesserent, ipse interim cum tribunis militum ad visendum urbis situm mœnia circumvehitur. Fuerat quondam sine muro Sparta. tyranni nuper locis patentibus planisque obiecerant murum: altiora loca, & difficiliora aditu, fratribus armatorum pro munimento objectis tutabantur. Ubi satis omnia inspexit; corona oppugnandam data, omnibus copiis (erant autem Romanorum fociorumque, simul peditum equitumque, simul terreftriumque ac navalium copiarum ad quinquaginta millia hominum) urbem cinxit. Alii scalas, alii ignem, alii alia quibus non oppugnarent modo, sed etiam terrerent, portabant. justi clamore sublato subire undique omnes, ut qua primum occurrerent, quave opem ferrent, ad omnia simul paventes Lacedæmonii ignorarent. Quod roboris in exercitu erat, tristariam divisum, parte una à Phœbeo, altera à Dictynneo, tertia ab eo loco quem Heptagonias appellant (omnia autem hæc aperta sine muro loca sunt) aggredi jubet. Quum tantus undique terror circumvasisset; primo tyrannus & ad clamores tepentibus, & ad nuncios trepidos motus, ut quisque maxime laborarent locus, aut ipse occurrebat, aut aliquos mittebat. deinde circumfuso undique pavore, ita obturpuit, ut nec dicere quod in rem esset, nec audire posset: nec inops modo consilii, sed vix mentis compos esset.

Cap. XXXIX. Romanos primo sustinebant in angustiis Lacedæmonii: terræque aciis tempore uno locis diversis pugnabant. deinde crescente certamine, nequaquam erat prælium par. militibus enim Lacedæmonii pugnabant, à quibus ie & magnitudine scuti perfacile Romanus tuebatur miles. & quod alii vani, alii leves admodum ictus erant. nam propter angustias loci, confertamque turbam non modo ad emittenda cum procursu, quo plurimum concitantur tela, spacium habebant: sed ne ut de gradu quidem libero ac stabili conarentur. Itaque ex adverso missa tela, nulla in corporibus, rara in scutis hærebant. à circumstantibus ex superioribus locis quidam vulnerati sunt: mox progressos jam etiam ex tectis non tela modo, sed regulæ quoque inopinantes perculerunt. Sublatis deinde supra capita scutis continuatisque ita inter se, ut non modo ad cæcos ictus, sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum loci quicquam esset, testudine facta subibant. & primo angustiæ pauliper fua hostiumque referrae turba tenuerunt: posteaquam in patentiorem vium urbis paulatim urgentes hostem procedere; non ultra vis corporum atque impetus sustineri poterant. Quum terga verti sent Lacedæmonii & effusa fuga superiora peterent loci; Nabis quidem, ut capra urbe trepidans, quamam ipse evaderet, circumspectabat. Pythagoras quum ad cætera animo officioque ducis fungebatur; tum vero unus, ne cæteretur urbs, caussa fuit. fuccendi enim ædificia proxima muro justit.

qua

quæ quum momento temporis arsissent, ut adjuvantibus ignem, qui alias ad extinguendum opem ferre solent, ruere in Romanos tecta: nec regularium modo fragmenta, sed etiam ambusta tigna ad armatos pervenire, & flamma late fundi, fumus terrorem etiam majorem quam periculum facere. Itaque & qui extra urbem erant Romanorum, tum maxime impetus facientes recessere à muro: & qui jam intraverant, ne incendio a tergo oriente intercluderentur ab hostibus, receperunt sese. & Quintius postea quam quid rei esset, vidit; recepisse canere jussit. Ita jam à capta prope urbe revocati, redierunt in castra.

Cap. X L. Quintius plus ex timore hostium quam ex re ipsa fesi actus, per triduum insequens territavit eos; nunc præsidiis insessionibus, nunc operibus interfejendo quædam; ne exitus ad fugam esset. His commeantibus compulsus tyrannus, Pythagoram rursus oratorem misit, quem Quintius primo aspernatus, excederé castris jussit. deinde suppliciter orantem, advolutumque genibus, tandem audivit. Prima oratio fuit, mimmia permittentis arbitrio Romanorum: deinde, quum ea velut vana & sine effectu nihil proficerent, eo dedicta res est, ut his conditionibus, quæ ex scripto paucis ante diebus editæ erant, induciæ fierent: pecuniaque & obsides accepti. Dum oppugnatur tyrannus, Argivi nuncii allii atque alii super alios afferentibus, tantum non jam captam Lacedæmonem esse; erecti & ipli, simul eo quod Pythagoras cum parte validissima præsidii excesserat, contempta paucitate eorum, qui in arce erant; duce Archippo quodam præsidium expulerunt. Timoceratem Helienensem, quia clementer præfuerat, vivum fide data emiserunt. Huic lætitiæ Quintius supervenit; pace data tyranno, dimissisque ab Lacedæmone Eumene & Rhodiis, & L. Quintio fratre ad classem.

Cap. X L I. Læta civitas celeberrimum festorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum, die stata propter belli mala prætermissum, in adventum Romani exercitus ducisque indixerunt: præfeceruntque ludis ipsum imperatorem. Multa erant quæ gaudium cumularent. reduci cives ab Lacedæmone erant, quos nuper Pythagoras, quæsque apud Nabis abduxerant: redierant, qui post compertam à Pythagora conjurationem, & cæde jam cœpta effugerant: libertatem ex longo intervallo, libertatisque auctores Romanos, quibus causa bellandi cum tyranno ipsi fuissent, cernebant. testata quoque ipse Nemeorum die voce præconis libertas est Argivorum. Achæis quantum restituri Argi in commune Achaïæ concilium lætitiæ afferebant; tantum serva Lacedæmon relicta, & lateri adhærens tyrannus, non sincerum gaudium præbebant. Æroli vero eam rem omnibus concilii is lacerare. *Cum Philippo non ante desinum bellari, quam omnibus excederet Græciæ urbibus. Tyranno relictam Lacedæmonem: regem autem legitimum, qui in Romanis fuerat castris, cæterosque nobilissimos cives in exilio victuros. Nabidis dominantis satellitem factum populum Romanum.* Quintius ab Argis Elatiam, unde ad bellum Spartanum profectus erat, copias reduxit. Sunt, qui non eo oppido profici scentem bellum gessisse tyrannum tradant, sed castris advertis Romana castra positis. diuque cunctatum, quum Ærolorum auxilia exspectasset, coactum ad extremum acie congredi, impetu in pabulatores suos ab Romanis facto; eo prælio victum, castrisque exurum pacem petisse: quum cecidissent quindecim millia militum, capta plus quatuor millia essent.

Cap. X L I I. Eodem fere tempore & T. Quinrio de rebus ad Lacedæmonem gestis; & ab M. Porcio consule, ex Hispania literæ allatæ, utriusque nomine ternos in dies supplicatio à senatu decreta est. L. Valerius consul ovum post fusos circa Litanam silvam Bojos, quieram provinciam habuisset, comitiorum causa Romam rediit: & creavit consules P. Cornelium Scipionem Africanum iterum, & Ti. Sempronium Longum. Horum patres primo anno secundi Punici belli consules fuerant. Prætoria inde comitia habita. creati P. Cornelius Scipio, & duo Cn. Cornelii, Merenda & Blasio, & Cn. Domitius Ænobarbus, & Sex. Digitius. & T. Juvencius Thalna. Comitiis perfectis consul in provinciam rediit. Novum ius eo anno à Terentinatibus rentatum, ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, cives Romani essent. Puteolos, Salernumque & Buxentum asscripti coloni, qui nomini derant, quum ob id se pro civibus Romanis ferrent, senatus judicavit, non esse eos cives Romanos.

Cap. X L I I I. Principio anni quo P. Scipio Africanus iterum, & Ti. Sempronius Longus consules fuerunt, legati Nabidis tyranni Romam venerunt duo. His extra urbem in æde Apollinis senatus datus est. pax, quæ cum T. Quintio convenisset, ut rata esset petierunt. impetraverunt-que. De provinciis quum relatum esset, senatus frequens in eam sententiam ibat: ut quoniam in Hispania & Macedonia debellatum foret, consulibus ambobus Italia provincia esset. Scipio, satis esse Italiæ unum consulem censebat: alteri decernendam Macedoniam esse. *Bellum graece ab Anti-*

Antiocho imminere. jam ipsum sua sponte in Europam transgressum. Quid deinde factarum censerent: quum hinc Ætoli haud dubie hostes vocarent ad bellum, illinc Annibal Romanis cladibus insignis imperator stimularet? Dum de provinciis consulum disceptatur, prætores fortiri iussit. Cn. Domitio urbana jurisdictio, T. Iuvencio peregrina evenit. P. Cornelio Hispania ulteriore, Sex. Digitio citeriore: duobus Cn. Corneliis, Blasioni Sicilia, Merendæ Sardinia. In Macedoniam novum exercitum transportari non placuit. eum qui esset ibi, reduci in Italiam à Quintio, ac dimitti. item eum exercitum dimitti, qui cum M. Porcio Catone in Hispania esset. consulibus ambobus Italiam provinciam esse, & duas urbanas eo legiones scribere: ut dimissis, quos senatus consuluisset, exercitibus, octo omnino Romanæ legiones essent.

Cap. XLIV. Ver sacrum factum erat priore anno, M. Porcio, & L. Valerio consulibus. id quum P. Licinius pontifex, non esse recte factum, collegio primum, deinde ex auctoritate collegii Patribus renunciasset, de integro faciendum arbitratu pontificum censuerunt; ludosque magnos, qui una vori essent, tanta pecunia, quanta assoleret, faciendos. Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Cal. Martias, & prídie Calendas Majas, P. Cornelio Scipione & Ti. Sempronio Longo consulibus. Censorum inde comitia habita sunt. creati censores Sex. Ælius Pætus, & C. Cornelius Cethegus, principem senatus P. Scipionem consulem, quem & priores censores legerant, legerunt. treis omnino senatores, neminem curuli honore usum, prætererierunt. Gratiam quoque ingentem apud eum ordinem pepererunt, quod ludis Romanis, additum curulibus impetrarunt, ut loca senatoria secernerent à populo. nam antea in promiscuo spectabant. Equitibus quoque perpaucis adempti equi, nec in ullum ordinem favirum. Atrium Libertatis & Villa publica ab eisdem refecta amplificataque. Ver sac um. Iudique votivi, quos voverat Ser. Sulpicius Galba consul, facti. Quum spectaculo eorum occupati animi omnium essent, Q. Pleminius, qui propter multa in Deos hominesque scelera Locris admissa, in carcerem conjectus fuerat, comparaverat homines, qui pluribus simul locis urbis nocte incendia facerent; ut in conflernata nocturno rumultu civitate refringi carcer posset: ea res indicio conscíorum palam facta, delataque ad senatum est. Pleminius in inferiorem demissus carcerem est, necatusque.

Cap. XLV. Coloniæ civium Romanorum eo anno deductæ sunt Puteolos, Vulturnum, Literum; frequenti homines in singulas. Item Salernum. Buxentumque colonia civium Romanorum deductæ sunt. deduxere triumviri, Ti. Sempronius Longus, qui tum consul erat, M. Servilius, Q. Minucius Thermus. Ager divisus est, qui Campanorum fuerat. Sipontum item in agrum, qui Arpinorum fuerat, colonium civium Romanorum alli triumviri, D. Junius Brutus, M. Bæbius Tamphilus, M. Helvius deduxerunt. Tempsam item, & Croronem civium Romanorum coloniæ deductæ. Tempsanus ager de Bruttiis captus erat. Bruttii Græcos expulerant: Croronem Græci habebant. Triumviri Cn. Octavius, L. Æmilius Paullus, C. Porcius Cotonæ. Tempsa, à L. Cornelius Merula, & C. Salonius deduxerunt. Prodigia quoque alia visa eo anno Romæ sunt, alia nunciata. In foro & comitio & Capitolio sanguinis guttæ visæ sunt: & terra aliquoties pluit: & caput Vulcani arsit. Nunciatum est, Interamnæ lacte diffluisse: puteos ingentes Arimini sine oculis ac naso; & in Piceno agro non manus, non pedes habentem natum. Ea prodigia ex pontificum decreto procurata, & sacrificium novendiale factum; quod Adriani nunciaverant, in agro suo lapidibus pluisse.

Cap. XLVI. Q. Gallia & Laterius Flaccus proconsul citra Mediolanum cum Gallis Insubribus, & Bojis, qui Dorulaco duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis collatis depugnavit. decem millia hostium sunt cæsa. Per eos dies collega ejus M. Porcius Cato ex Hispania triumphavit. tulit in eo triumpho argenti infecti viginti quinque millia pondo. bigati centum vicinti tria millia, Oscensis quingenta quadraginta: auri pondo mille quadringenta. Militibus ex præda divisit, in singulos ducenos sesquagenos æris, triplex equiti. Ti. Sempronius consul in provinciam profectus in Bojorum primum agrum legiones ducit. Bojorix tum regulus eorum, cum duobus fratribus tota gente concitata ad rebellandum, captra locis idoneis posuit: ut appareret dimicaturos, si hostis fines intrasset. Consul ubi quantæ copiæ, quanta fiducia esset hosti, sentit; nuncium ad collegam mittit, ut, si videretur ei, maturaret venire. se tergiversando in adventum ejus rem extracturum. Quæ causa consuli cunctandi, eadem Gallis, (præterquam quod cunctatio hostium animos faciebat) rei maturandæ erat, ut priusquam conjungerentur consulum copiæ, rem transigerent. per biduum tamen nihil aliud, quam ßteterunt parati ad pugnandum si qui contra egrederetur: tertio vi subiere ad vallum, cæstraque ab omni simul parte aggressi sunt.

sunt. Conful extemplo arma capere milites juſſit. armatos inde pauliſper continuit: ut & ſtolidam fiduciam hoſti augeret, & diſponeret copias, quibus quæque portis erumperent. Duæ legiones duabus principalibus portis ſignа efferre juſſit. ſed in ipſo exitu ita conferti obſtitere Galli: ut clauderent viam. Diu in anguſtiis pugnatum eſt. nec dextris magis gladiiſque gerebatur res, quam ſcutis corporibuſque ipſis obnixi urgebant: Romani, ut ſigna foras efferrent; Galli, ut aut ipſi in caſtra penetrarent, aut exire Romanos prohiberent. nec ante in hanc aut illam partem moveri acies potuerunt, quam Q. Victorius primi pili centurio, & C. Atinius Tribunus militum quartæ hic, ille ſecundæ legionis (rem in aſperis prælliis ſæpe tentatam) ſigna adempta igniferis in hoſtes jecerunt. dum repetunt enixe ſigna, priores fecundani ſe porta ejecere.

Cap. XLVII. Jam hi extra vallum pugnabant, quarta legione in porta hærente, quum alius tumultus ex averſa parte caſtrorum eſt exortus. in portam queſtoriam irruperant Galli: reſtitit huic auxilio occiderant L. Poſtumium quæſtorem, cui Tympano fuit cognomen, & M. Atinium, & P. Sempronium, præfectos ſocium, & ducentos ferme milites. Capta ab ea parte caſtra erant, donec cohors extraordinaria miſſa à conſule ad ruendam queſtoriam portam, & eos qui intra vallum erant, partim occidit, partim expulit caſtris, & irrumpentibus obſtitit. Eodem fere tempore & quarta legio cum duabus extraordinariis cohortibus porta erupit. ita ſimul tria prælia circa caſtra locis diſtantibus erant: clamoreſque diſſoni ad incertos ſuorum eventus & præſenti certamine animos pugnantium avertebant. Uſque ad meridiem æquis viribus, ac prope pari ſpe, pugnatum eſt. labor & æſtus mollia & fluida corpora Gallorum, & minime patientia iſtis, quum decedere pugna coegiſſet, in paucos reſtantes impetum Romani fecerunt, fuſoque compulerunt in caſtra. Signum inde receptui à conſule datum eſt. ad quod pars major receperunt ſeſe; pars certaminis ſtudio, & ſpe potiundi caſtris hoſtium perſtitit ad vallum. Eorum paucitate contempta, Galli univerſi ex caſtris erumpunt: fuſi inde Romani; quæ imperio conſulis moluerant, ſuo pavore ac terrore caſtra reperunt. ita varia hinc atque illinc nunc victoria, nunc fuga fuit. Gallorum tamen ad undecim millia, Romanorum quinque millia, ſunt occiſa.

Cap. XLVIII. Galli recepere in intima finium ſeſe. Conſul Placentiam legiones duxit. Scipionem alii conjuncto exercitu cum colliega, per Boiorum Ligurumque agros populantem ille, quoad progredi ſilvæ paludeſque paſſe fuit, ſcribunt: alii, nulla memorabili re geſta, comitiorum cauſſa rediiſſe Romam. Eodem hoc anno T. Quintius Flaminius, quo in hiberna reduxerat copias, totum hiemis tempus jure dicundo conſumpſit: murandiſque iis quæ aut ipſius Philippi, aut præfectorum ejus licentia in civitatibus facta erant, quum ſuæ factionis homines vires augendo, jus ac libertatem aliorum deprimerent. Veris initio Corinthum, conventu edicto, venit. Ibi omnium civitatum legationes in concionis modum circumfuſas eſt allocutus: orſus ab initia primum Romanis amicitiæ cum Græcorum gente, & imperatorum, qui ante ſe in Macedonia fuiſſent, fuiſque rebus geſtis. Omnia cum approbatione ingenti ſunt audita; præterquam quum ad mentionem Nabidis ventum eſſet: *Id minime conveniens liberanti Græciam videbatur; tyrannum reliquiſſe, non ſuæ ſolum patriæ gravem, ſed omnibus circa civitatibus metuendum; hærentem viſceribus nobiliſſimæ civitatis.* Cap. XLIX. Non ignarus hujus habitus animorum Quintius, ſi tina excidio Lacedæmonis fieri potuiſſet, fatebatur, *Pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuiſſe. nunc quum aliter quam ruina graviſſima civitatis opprimi non poſſet. ſatius viſum eſſe, tyrannum debilitatum, ac totis prope viribus ad nocendum cuiquam adempris, retinqui, quam intermori vehementioribus, quam quæ pati poſſet, remediis civitatem finere; in ipſa vindicta libertatis periculum.* Præteritorum commemoratione ſubjecit, *Proviſiſſe ſibi in Italiam, atque animos excitiſſe deportare, in animo eſſe. Demetriadis Chalcidique præſidia intra decimum diem auditores deducta: Acrocorinthium ipſum [illegible] tribus vacuum Achæis trahituros: ut omnes ſcirent, utrum Romanis an Ætolis mentiri mos eſſet; qui male commiſſam libertatem populo Romano ſermonibus aſſtulerint, & mutatos pro Macedonibus Romanos dominos. Sed illis nec quid dicerent, nec quid facerent, quicquam unquam penſi fuiſſe. Reliquas civitates monere, ut ex factis non ex dictis, amicos penſent: intelligantque, quibus credendum, & à quibus cavendum ſit. Libertate modice utantur, temperatam eam ſaluberem & ſingulis & civitatibus eſſe: nimiam & aliis gravem, & ipſis qui habeant effrenatam & præcipitem eſſe. Concordiæ in civitatibus principes, & ordines inter ſe, & in commune omnes civitates conſulerent. adverſus conſentientes nec regem quemquam ſatis validum, nec tyrannum fore. Diſcor-*

diam & seditionem omnia opportuna insidiantibus facere; quum pars quæ domestico fermento inferior fit, externo portus se applicet, quam civi cedat. Alienis armis parta, externa fide redditam libertatem sua cura custodirent, servaturosque. ut populus Romanus dignis datam libertatem, ac munus suum bene positum scirent.

Cap. L. Has velut parentis voces quum audirent, manare omnibus gaudio lacrimæ, adeo ut ipsum quoque confunderent dicentem. Pauliſper fremitus approbantium dicta fuit: monentium quæ aliorum alios, ut eas voces velut oraculo missas in pectora animoque demitterent. Silentio deinde facto, petiit ab iis, ut cives Romanos, ſi qui apud eos in ſerviture eſſent, conquiſitos intra duos menſes mitterent ad ſe in Theſſaliam. *Ne ipſis quidem honeſtum eſſe, in liberata terra liberatores ejus ſervire.* Omne acclamarunt; gratias ſe inter cætera eis ob hoc agere, quod admoniti eſſent, ut tam pio, tam neceſſario officio fungerentur. Ingens numerus erat bello Punico captorum, quos Annibal, quum à ſuis non redimerentur, venundederat. Multi indinis eorum argumentum eſt, quod Polybius ſcribit centum Atheniis eam rem Achæis literiſſe: quum quinquenos denarios precium in capita, quod reddererur dominis, ſtatuiſſent. Mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit. Adjice nunc pro portione quot veriſimile ſit totam Græciam habuiſſe. Nondum conventus dimiſſus erat, quum reſpiciunt præſidium ab Acrocorintho deſcendens, prorinus ad portam duci atque abire. Quorum agmen imperator ſecutus, profequentibus cunctis, ſervatorem liberatoremque acclamantibus. Saluratis, dimiſſique eis, eadem qua venerat via Elatiam redit. Inde cum omnibus copiis Ap. Claudium legatum dimittit, per Theſſaliam atque Epirum ducere Oricum jubet, atque ibi ſe opperiri. inde namque in animo eſſe, exercitum in Italiam trajicere. & L. Quintio fratri legato & præfecto claſſis ſcribit, ut onerarias ex omni Græciæ ora eodem contraheret.

Cap. LI. Ipſe Chalcidem profectus, deductis non à Chalcide ſolum, ſed etiam ab Oreo atque Eretria præſidiis, conventum ibi Euboicarum civitatum habuit: commoniroſque, in quo ſtatu rerum acceſſiſſet eos, & in quo reliquueret, dimiſit. Demetriadem inde proficiſcitur, deductoque præſidio, profequentibus cunctis, ſicut Corinthi & Chalcide, pergit ire in Theſſaliam: ubi non liberandæ modo civitates erant, ſed ex omni colluvione & confuſione in aliquam tolerabilem formam redigendæ. Nec enim tempotum modo vitiis, ac violentia & licentia regia turbari erant: ſed inquiero etiam ingenio gentis; nec comixta, nec conventum, nec concilium ullum, non per ſeditionem ac tumultum, jam inde a principio ad noſtram ufque ætatem traducentes. A cenſu maxime & centuris & judices legit, patentioremque eam partem civitatum fecit, cui ſalva tranquilliaque omnia magis eſſe expediebat.

Cap. LII. Ita quum percenſuſſet Theſſaliam, per Epirum in Oricum, unde erat trajectura, venit. Ab Orico copiæ omnes Brundiſium tranſportata, inde per totam Italiam ad urbem prope triumphantes non minore agmine rerum captarum, quam ſuo, præ ſe acto, venerunt. Poſteaquam Romam ventum eſt; ſenatus extra urbem Quintio ad res geſtas edifſerendas datus eſt: triumphique meritus ab bentibus decretus. Triduum triumphavit. die primo arma, tela, ſignaque ærea, & marmorea tranſtulit, plura Philippo adempta, quam quæ ex civitatibus ceperat: ſecundo die aurum argentumque, factum infectumque & ſignatum. Infecti argenti fuit decem & octo millia pondo, & ducenta ſeptuaginta facti. vaſa multa omnis generis, cælata pleraque, quædam eximiæ artis: & ex ære multa fabrefacta. ad hoc clypea argentea decem. Signari argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum. tetradrachmum vocant. trium fere denariorum in ſingulis argenti eſt pondus. Auri pondo fuit tria millia ſeptuginta decem quatuor, & clypeum unum ex auro totum: & Philippei nummi aurei quatuordecim millia, quinquenti quatuordecim. Tertio die coronæ aureæ, dona civitatum, translatæ, centum quatuordecim. & hoſtiæ ductæ: & ante curſum multi nobiles captivi, obſidesque, inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit, & Armenes Nabidis tyranni filius, Lacedæmonius. Ipſe deinde Quintius in urbem eſt invectus. milites ſecuti curſum frequentes; ut omni ex provincia exercitu deportato. His ducenti quinquageni aris in pedites diviſi: duplex centurioni, triplex equiti. Præbuerunt ſpectem triumpho captivi, rapis fecuti, qui ſervitute exempti fuerant.

Cap. LIII. Exitu hujus anni Q. Ælius Tubero tribunus plebis ex senatuſconſulto rulit ad plebem, plebeſque ſcivit, ut Latina duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum, deducerentur. His deducendis triumviri, creari, quibus in triennium imperium eſſet, in Bruttios Q. Nævius, M. Minucius Rufus, M. Furius Craſſipes: in Thuri-

num

num agram Cn. Manlius, P. Ælius, L. Apustius. ea bina comitia Cn. Domitius prætor urbanus in Capitolio habuit. Ædes eo anno aliquot dedicatæ sunt: una Junonis Sospitæ in foro olitorio; vota locataque quadriennio ante à C. Cornelio consule Gallico bello; censor idem dedicavit; altera Fauni, ædiles plebei biennio ante ex mulctaticio argento faciendam locarant, C. Scribonius, Sc. Cn. Domitius; qui prætor urbanus, eam dedicavit. Sc ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla; duumvir ad idiplum creatus, voverat eam decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus: locaverat idem censor. Et in insula Jovis ædem C. Servilius duumvir dedicavit, vota erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone prætore; ab eodem postea consule locata.

Cap. L I V. Hæc eo anno acta. P. Scipio ex provincia Gallia ad consules subrogandos rediit. Comitia consulum fuere, quibus creati sunt L. Cornelius Merula, & Q. Minucius Thermus. Postero die creati sunt prætores L. Cornelius Scipio, M. Fulvius Nobilior, C. Scribonius, M. Valerius Messala, L. Porcius Licinus, & C. Flaminius. Megalesia, ludos scenicos, C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt. Horum ædilium ludos Romanos primum senatus à populo secretus spectavit, præbuitque sermones (sicut omnis novitas solet) aliis *eandem, quod multo ante debuerit, tributum* censentibus *amplissimo ordini* ; aliis, *demptum ex dignitate populi, quicquid majestati Patrum adjectum esset*, interperantibus, *& omnia discrimina talia, quibus ordines discernerentur, & concordia & libertatis æque minuenda esse. Ad quinquentesimum quinquagesimum octavum annum in promiscuo spectatum esse. Quid repente factum, cur immisceri sibi in cœnas Patres plebem nollent? Cur dives pauperem conspectum fastidiret? novum & superbum videlicet, ab nullius ante gentis senatu neque delectatum neque institutum.* Postremo ipsum quoque Ap. Icanum, quod consul auctor eius rei fuisset, pœnituisse ferunt. adeo nihil morum ex antiquo, probabile est. veteribus, nisi quæ usus evidenter arguit, stari malunt.

Cap. L V. Principio anni, quo L. Cornelius, Q. Minucius consules fuerunt, terræmotus ita crebri nunciabantur, ut non rei tantum ipsius, sed feriarum quoque ob id indictarum homines tæderet. nam neque senatus haberi, neque respublica administrari poterat; sacrificando expiandoque occupatis consulibus. Postremo decemviris adire libros jussis, ex responso eorum supplicatio per triduum fuit. coronati ad omnia pulvinaria supplicaverunt. edictumque est, ut omnes qui ex una familia essent, pariter supplicarent. item ex auctoritate senatus comites edixerunt, ne quis, quo die terræmotu nunciato feriæ indictæ essent, eo die alium terræmotum nunciaret. Provincias deinde consules prius, tum prætores sortiti. Cornelius Galliam, Minucius Ligures sortiti sunt. C. Scribonius urbanam, M. Valerius peregrinam, L. Cornelius Siciliam, L. Porcius Sardiniam, C. Flaminius Hispaniam citeriorem, M. Fulvius Hispaniam ulteriorem.

Cap. L V I. Nihil bello eo anno exspectantibus consulibus, literæ M. Cincii (præfectus Pisis erat) allatæ: *Ligurum vicini mihi armatorum conjurationem per quasi conciliabula universæ gentis factas, Lunensem primum agrum depopulatos, Pisanum deinde finem transgressos, omnem oram maris peragrasse.* Itaque Minucius consul, cui Ligures provincia evenerat, ex auctoritate Patrum in Rostra ascendit: Sc edixit, Ut legiones duæ urbanæ, quæ superiore anno conscriptæ essent, post diem decimum Arretii adessent. in earum locum se duas legiones urbanas scripturum. item sociis & Latini nominis magistratibus, legarisque eorum, qui milites dare debebant, edixit, ut in Capitolio ea adirent. Ex iis quindecim millia peditum & quingentos equites pro numero cujusque junioram descripsit: Sc inde e Capitolio protinus ire ad portam; & ut maturarentur res, proficisci ad delectum jussit. Fulvio Flaminioque terna millia Romanorum peditum, & centeni equites in supplementum, & quina millia sociûm Latini nominis & duceni equites decreti: mandatumque prætoribus, ut veteres dimitterent milites, quum in provinciam venissent. Quum milites, qui in legionibus urbanis erant, frequentes tribunos plebeios adissent, uti causas cognoscerent eorum, quibus aut emerita stipendia, aut morbus causse essent, quo minus militarent; eam rem literæ Tl. Sempronii dimisserunt, in quibus scriptum erat, *Ligurum quindecim millia in agrum Placentinum venisse & eum usque ad ipsa colonia mœnia & Padi ripas cum cædibus & incendiis populatos esse. Bojorum quoque gentem ad rebellionem spectare.* Ob eas res tumultum esse decrevit senatus, tribunos plebei non placere causas militares cognoscere, quo minus ad edictum conveniret. Adiecerunt etiam, ut socii nominis Latini, qui

qui in exercitu P. Cornelii, Sti. Sempronii fuissent, & dimissi ab iis consulibus essent; ut ad quam diem L. Cornelius consul edixisset, & in quem locum edixisset Etruriæ, convenirent: & ut L. Cornelius consul in provinciam proficiscens in oppidis agrisque, qua iturus esset, si quos ei videretur, milites scriberet, armaret que, & duceret secum. dimittendique ei, quos eorum, quandoque vellet, jus esset.

Cap. LVII. Posteaquam consules delecta habito profecti sunt in provincias, tum T. Quintius postulavit, ut de his, quæ cum decem legatis ipse statuisset, senatus audiret: eaque, si viderentur, auctoritate sua confirmaret. Id eos facilius facturos, si legatorum verba, qui ex universa Græcia, & magna parte Asiæ, quique ab regibus venissent, audissent. Hæ legationes à C. Scribonio prætore urbano in senatum introductæ sunt; benigneque omnibus responsum. Cum Antiocho, quia longior disceptatio erat, decem legatis, quorum pars in Asia aut Lysimachiæ apud regem fuerant, delegata est. T. Quintio mandatum, ut adhibitis iis legatorum regis verba audiret: responderetque iis, quæ ex dignitate atque utilitate populi Romani responderi possent. Menippus & Hegesianax principes regiæ legationis erant. ex iis Menippus, *Ignorare se* dixit, *quidnam perplexi sua legatio haberet, quum simpliciter ad amicitiam petendam jungendamque societatem venissent. Esse autem triagenerafœderum, quibus inter se paciscerentur amicitias civitates regesque. Unum, quum bello victis dicerentur leges. ubi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent, quæ ex iis habere victos, quibus imperari ei velit, ipsius jus atque arbitrium est. Alterum, quum pares bello agito fœdere in pacem atque amicitiam venirent. tunc enim repeti reddique per conventionem res, & si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex pactis utrique commodo componi. Tertium esse genus, quum qui bello nunquam fuerint, ad amicitiam fociali fœdere inter se jungendam coëant. eos neque dicere, neque accipere leges; id enim victoris & victi esse. Ex eo genere quum Antiochus esset, mirari se quod Romani æquum censerent, ei leges dicere; quas Asiæ urbibus liberas & immunes, quæ stipendiarias esse velint; quas intra præsidia regia regemque vetent. cum Philippo enim bello pacem non cum Antiocho amico fœderis fœdus ita sanciendum esse.*

Cap. LVIII. Ad ea Quintius; *Quidnam ipsius distinere agere libet, & omnia jam endarum amicitiarum eminorare, ea quoque dicere, quæ instituta ponam, extra quæ nullam esse regi nuncietis amicitiæ cum populo Romano jungendæ. Unum, si nos nihil, quod ad urbes Asiæ attinet, curare velit, ut & ipse omni Europa abstineat. Alterum, si se illæ Asiæ tribus non conineat & in Europam transcendat, ut & Romanis jus sit, Asiæ civitatum amicitias & jura quas habeant, & novas complecti. Enimvero id audire etiam dicere indignum esse Hegesianax, Thoantis oriundum, & qui avum Antiochum, qua Seleucus proavus eius, Lysimacho rege bello victo, & in acie caso, per summum decus parta reliquerit; pari cum laude partim ab Thracibus possessa, armis receperit Antiochus, partim deserta, sicut ipsam Lysimachiam, & reædicata cultoribus frequentaverit, & qua strata ruinis atque incendiis erant, impensibus impensis ædificaverit. Quid igitur simile esse, ex ea possessione ita parta, ita recuperata, deduci Antiochum, & Romanos abstinere Asia, quæ nunquam eorum fuerit? Amicitiam Romanorum expetere Antiochum: sed quæ imperata in gloria sint, non priuatim fit.* Ad hæc Quintius: *Quandoquidem*, inquit, *honesta pensamus; sic, ut aut sola aut prima certe pensari deceat principi orbis terrarum populo, & tanto regi; utrum tandem videtur honestius, liberas velle omnes quæ ubique sunt Græciæ urbes, an servas & vectigales facere? Si sibi Antiochus pulchrum esse censet, quas urbes proavus belli jure habuerit, eas paterque nunquam usurpaverint pro suis, eas repetere in servitutem; & populus Romanus susceptum patrocinium libertatis Græcorum non deserere, fidei constantiæque suæ auctor esse. Sicut à Philippo Græcum liberavit, ita & ab Antiocho Asiæ urbes, quæ Græci nominis sint, liberare in animo habet. neque enim in Æolidem Ioniamque coloniæ in servitutem regiam missæ sunt: sed stirpis augendæ causa, gentisque vestustissimæ per orbem terrarum propagandæ.*

Cap. LIX. Quum hæsitaret Hegesianax, nec inficiari posset, honestiorem causam libertatis quam servitutis prætexi titulo; *Quin mittimus ambages*, inquit P. Sulpicius, qui maximus natu ex decem legatis erat, *alteram ex duabus conditionibus, quæ modo diserte à Quintio datæ sunt, legite: aut superfedere de amicitia agere. Nos vero*, inquit Menippus, *nec volumus, nec possumus pacisci quicquam, quo regnum Antiochi minuatur.* Postero die Quintius legationes universas Græciæ Asiaque quum in senatum introduxisset, ut scirent quali animo populus Romanus, quali Antiochus erga civitates Græcias esset; postulata & sua & regis

regis exponit. *Renunciaverit civitatibus suis, populum Romanum qua virtute quaque fide libertatem eorum a Philippo vindicaverit, eadem ab Antiocho, nisi decedat Europa, vindicaturum.* Tum Menippus deprecari Sc Quintium & Patres infitit, *Ne festinarent decernere, quo decreto turbaturi orbem terrarum essent. Tempus & sibi sumerent, & regi ad cogitandum darent. cogitaturum, quum renunciatæ conditiones essent: & imperatorum aliquid, aut pacis caussa consentiunum.* Ita integra dilata res est. legatos mitti ad regem eoRtem, qui Lysimachiæ apud eum fuerant, placuit: P. Sulpicium, P. Villium, P. Ætium.

Cap. LX. Vixdum ii profecti erant, quum à Carthagine legati bellum haud dubie parare Antiochum Annibale ministro attulerunt injeceruntque curam, ne simul Sc Punicum bellum excitaretur. Annibal patria profugus pervenerat ad Antiochum, ficut ante dictum est: & erat apud regem in magno honore, nulla alia arte, nisi quod voluntati diu consilia de Romano bello, nemo aptior super rali re particeps fermonis esse poterat. Sententia ejus una atque eadem semper erat, ut in Italia bellum gereretur. *Italiam & commeatus & militem præbiturum externo hosti. Si nihil ibi moveatur, liceat quæque populo Romano viribus & copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere; neque regem neque gentem ullam parem Romanis esse. Sibi centum tectas naves, decem millia peditum, mille equites deposcebat. Ea se classe primum Africam petiturum, inopere considere, & Carthaginienses ad rebellandum absc compellere posse. Si illi cunctentur, se aliqua parte Italiæ bellum excitaturum Romanis. Regem cum ceteris omnibus transire in Europam debere, & in aliqua parte Græciæ copias continere: neque trajicimurn, & (quod in speciem famanque belli satis fit) paratum trajicere.*

Cap. LXI. In hanc sententiam quum adduxisset regem, præparandos sibi ad id popularium animos ratus; literas, ne quo casu interceptæ palam facerent conata, scribere non est ausus. Aristonem quendam Tyrium nactus Ephesi, expertusque fidelitatem levioribus ministeriis; partim donis, partim spe præmiorum oneratum, quibus ei tum promissis mercet, Carthaginem cum mandatis mittit: edit nomina eorum, quibus conventis opus esset: imbuit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent sua mandata esse. Hunc Aristonem Carthagine observantem, non prius amici quam inimici Annibalis, qua de caussa venisset, cognoverunt. Et primo in circulis conviviisque celebrata sermonibus res est. deinde in senatu quidam; *Nihil actum esse dicere exilio Annibalis, si absens quoque novas moliri res, sollicitandoque animos hominum turbare statum civitatis posset. Aristonem quendam Tyrium advenam, infructum mandatis ab Annibale & ab Antiocho rege, venisse: certos hominis quotidie cum eo secreta colloquia ferre, & in occulto colloqui; quod mox in omnium perniciem eruptirum esset.* Conclamare omnes, *Vocari Aristonem debere, & quæri quid venisset: & nisi exponeret, cum legatis Romam mitti satis pro tumeritate unius hominis suppliciorum penfum esse. Privatos suo periculo peccaturos, rempublicam non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ conservandam esse.* Vocatus Aristo, purgare se, & nimiilimo propugnaculo uti, quod nihil literarum ad quemquam attulisset. ceterum nec causam adventus satis expediebat: & in eo maxime hæsitabat, quod cum Barcinæ folum factionis hominibus colloquium eum arguebant. Orta deinde altercatio est, aliis, pro speculatore comprehendi jam & custodiri, jubentibus; aliis negantibus, tumultuandi causam esse. mali rem exemplo esse, de nihilo hospites corripi. Idem Carthaginiensibus, & Tyrii, & in aliis emporiis, in quæ frequenter commeant, eventurum. Dilata eo die res est. Aristo Punico ingenio inter Pœnos ultus, tabellas conscriptas celeberrimo foro supra ædem quotidianam magistratus prima vespera suspendit. ipse de tertia vigilia navem conscendit & profugit. Postero die quum Sufetes ad jus dicendum consedissent, conspectæ tabellæ, demptæque & lectæ. Scriptum erat, ARISTONEM PRIVATIM AD SENIOREM, PUBLICE AD SENIORES (ita senatum vocabant) MANDATA HABUISSE. Publicato crimine, minus intenta de paucis quæstio erat. mitti tamen legatos Romam, qui rem ad consules & senatum deferrent, placuit: simul qui de injuriis Mataniis quererentur.

Cap. LXII. Mataniis postea quam & infames Carthaginienses, & inter se ipsos discordes sensit, principes propter colloquia Aristonis senatui; senatum propter indicium ejusdem Aristonis populo suspectum: locum injuriæ esse rato, agrum maritimum eorum & depopulatus est, & quasdam urbes vectigales Carthaginiensium sibi coegit stipendium pendere. Emporia vocant eam regionem. ora est minoris Syrtis, & agri uberis. Una civitas ejus Leptis, ea lingula in dies talenta vectigal Carthaginiensibus dedit. Hanc tum regionem & totam interdum Mataniis, & ex quadam parte

parte dubiæ possessionis, sui regni an Carthaginiensium esset, effecerat. & quia timuit ad purganda crimina, & quæstum de se Romam eos ituros comperit; qui & illa quærerent iudicibus, & de jure vectigalium diceptarent, legatos & ipse Romam misit. Auditi de Tyrio advenæ primum Carthaginienses, curam ir jecere Patribus, ne cum Antiocho timul & Pœnis bellandum esset. maxime ea suspicio crimen urgebat, quod quem comprehendim Romam petri placuisset, nec ipsum nec navem ejus custodiissent. De agro deinde cum regis legatis disceptari cœptum. Carthaginienses jure finium causam tuabantur. *Quod natura eos terminos esset, quibus P. Scipio victor, agrum, qui juris esset Carthaginiensium, finivisset; & confessione regis, qui quum Aphirem profugum ex regno suo cum parte Numidarum vagantem circa Cyrenas persequeretur: precario ab se iter per eum ipsum agrum, tanquam haud dubie Carthaginiensium juris, petisset.* Numidæ & de terminatione Scipionis memini eos arguebant: & si quis eorum originem juris exigere vellet, quem proprium agrum Carthaginiensium in Africa esse? Aarvenis, quantum secto bovis tergo ambiecri loci potuerint, tantum *ad urbem communiendam precario datum. quicquid Byrsam sedem suam excesserint, id atque injuria partum habere. Neque enim de quo agatur, probare eos posse: non modo semper, ex quo ceperint, sed ne ætu quidem eos possedisse. Per opportunitates, nunc illos, nunc reges Numidarum, usurpasse jus: semperque penes eum possessionem fuisse, qui plus armis potuisset. Cujus conditionis res fuerit, postquam hostes Romanis Carthaginienses, socius atque amicus, rex Numidarum esset, ejus fuerent esse: nec se interponere, quo minus qui possent, tenerent.* Responderi legatis utriusque partis placuit, nihilnos se in Africam, qui inter populum Carthaginiensem, & Regem, in re præsenti dissceptarent. Missi P. Scipio Africanus, & C. Cornelius Cethegus, & M. Manucius Rufus; audita inspectaque re, suspensa omnia, neutro inclinaris sententiis, reliquere. Id utrum sua sponte fecerint an quia mandatum ita fuerit, non tam certum est, quam videtur tempori aptum fuisse, integro certamine eos relinqui. Nam ni ita esset, unus Scipio vel notitia rei vel auctoritate, ita de utritque meritus, finire nutu dissceptationem potuisset.

Er i-

EPITOME LIBRI XXXV.

PUb. Scipio Asiaticanus legatus ad Antiochum Ephesi cum Annibale, qui se Antiocho junxerat, colloquium est: ut, si fieri posset, metum ei, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. Inter alia quum quæreret quem fuisse maximum imperatorem Annibal crederet, respondit: Alexandrum Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset: quodque ultimas oras, quas vix fama antea humanam esset, peragrasset. Quærenti deinde quem secundum poneret; Pyrrhum, inquit. Cessa metuti primum docuisse. ad hæc nemine eleganti ingenio capisse, præsidii ad fugiendum. Exquirenti: quem tertium diceret; semetipsum dixit. Ridens Scipio, Quidnam tu diceres, ti me, inquit, vicisses? Tunc vero, inquit, me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios posuissem. Inter cætera prodigia, quæ plurima fuisse traduntur, bovem, Cn. Domitii consulis, locutum. Roma cave tibi, refertur. Apparant in Antiochum bellum Romani. Nabis Lacedæmoniorum tyrannus incitatus ab Ætolis; qui & Philippum, & Antiochum ad inferendum bellum populo Romano solicitabant, à populo Romano defecit: & bello adversus Philoponemen Achæorum prætorem gesto, ab Ætolis interfectus est. Ætoli quoque ab amicitia populi Romani desecerunt. cum quibus societate juncta Antiochus Syriæ rex quum bellum Græciæ intulisset, complures urbes occupavit. inter quas Chalcidem, & totam Euboeam. Res prætereа in Ligustico gestas, & apparatum belli ab Antiocho continet.

CAPUT I.

PRincipio anni, quo hæc gesta sunt, Sex. Digitius prætor in Hispania citeriore cum civitatibus iis, quæ post profectionem M. Catonis permultæ rebellaverant, crebra magis quam digna dictu prælia fecit: & adeo pleraque adversa, ut vix dimidium militum, quam quod acceperat, successori tradiderit. Nec dubium est, quin omnis Hispania subiaturæ animos fuerit, ni alter prætor P. Cornelius Cn. F. Scipio, trans Iberum multa secunda prælia fecisset: quo terrore non minus quinquaginta oppida ad eum defecerunt. Prætor hæc gesserat Scipio. Idem pro prætore Lusitanos pervastata ulteriori provincia cum ingenti præda domum redeuntes, in loco itinere aggressus, ab hora tertia diei ad octavam incerto eventu pugnavit; numero militum impar, superior animis: nam & acie frequenti armatis adversus longum & impeditum rurba pecorum agmen, & recenti milite adversus fessos longo itinere concurrerat. Tertia namque vigilia exierant hostes: huic nocturno itineri res diurnæ horæ accesserant: nec ulla quiete data, laborem viæ prælium exceperat. Itaque principio pugnæ vigoris aliquid in corporibus animisque fuit & turbaverant primo Romanos: deinde æquata paulisper pugna est. in hoc diserimine ludos Jovi, si vi fudisset occidisseque hostes, prætor vovit. Tandem gradum acrius intulere Romani, cessitque Lusitanus: deinde prorsus terga dedit, & quum institissent fugientibus victores, ad duodecim millia hostium sunt cæsa: capti quingenti quadraginta, omnes ferme equites: & signa militaria capta centum triginta quatuor. de exercitu Romano septuaginta & tres amisit. Pugnatum haud procul Ilipa urbe est. Eo victorem opulentum præda exercitum P. Cornelius reduxit. ea omnis ante urbem exposita est: persectatque dominis suas res cognoscendi facta. cætera vendenda quæstori data quod inde refectum est: militi divitum.

Cap. II. Nondum ab Roma profectus erat C. Flaminius prætor, quum hæc in Hispania gerebantur. Itaque tam adverse quam secundæ res per ipsum amicosque ejus magnis sermonibus celebrabantur: & tentaverat, quoniam bellum ingens in provincia exortisset, & exiguas reliquias exercitus ab Sex. Digitio, atque eas ipsas plenas pavoris ac fugæ accepturus esset, ut unam sibi ex urbanis legionibus decerneret: ad quam quum militem ab se ipso scriptum ex Senatus consulto adjecisset, eligeret ex omni numero tria millia & quingentos pedites, & equites trecentos. Ea se legione (nam in Sex. Digitii exercitu haud multum ipsi esse) rem gesturum. Seniores negare, ad rumores à privatis temere in gratiam magistratuum consiles, Senatus consulia facienda esse. nisi quos aut prætores ex provinciis scripserunt, aut legati renunciarent,

nibil ratum haberi debere. Si tumultus in Hispania esset, placere, tumultuarios milites extra Italiam scribi a prætore. Mens ea senatus fuit, ut in Hispania tumultuarii milites legerentur. Valerius Antias &c in Siciliam navigasse delectus caussa C. Flaminium scribit: &c ex Sicilia Hispaniam petentem, tempestate in Africam delatum, vagos milites de exercitu P. Africani sacramento regasse: his duarum provinciarum delectibus, tertium in Hispania adjecisse.

Cap. III. Nec in Italia segnius Ligurum bellum cretcebat. Pisas jam quadraginta millibus hominum, affluente quotidie multitudine ad famam belli spemque prædæ, circumsedebant. Minucius Consul, Arretium die, quem edixerat ad conveniendum militibus, venit. Inde quadrato agmine ad Pisas duxit, & quum hostes non plus passuum tribus millibus ab oppido trans fluvium movissent castra, consul urbem, haud dubie servatam adventu suo, est ingressus. Postero die & ipse trans fluvium ferme mille passus ab hoste posuit castra. Inde levibus prœliis à populationibus agrum soclorum tutabatur. in acies exire non audebat; novo milite & ex multis generibus hominum collecto, nec dum neto satis inter se, ut audere alii allis possent. Ligures multitudine freti & in aciem exibant, parati de summa rerum decernere: & abundantes militum numero passim multas manus per extrema finium ad prædandum emittebant: & quum coacta vis magna pecorum prædaque esset, paratum erat præsidium, per quod in castella eorum vicosque ageretur.

Cap. IV. Quum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset, consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Bojorum induxit, ubi longe alia belli ratio, quam cum Liguribus erat. Consul in aciem exibat, hostes pugnam detrectabant, prædatumque ubi nemo obviam exiret, dilcurrebant Romani: Boji diripi sua impune, quam tuendo ea conferere certamen malebant. Posteaquam omnia ferro ignique satis evastara erant, consul agro hostium excesit, & ad Mutinam agmine incanto, ut inter pacatos ducebat. Boji ubi egressum e finibus suis hostem sensere, sequebantur fidenti agmine; locum initidiis quærentes. nocte præsrgresti castra Romana saltum, qua transeundum erat Romanis, insederunt. Id quum parum occulte fecissent, consul, qui multa nocte solitus erat movere castra, ne nox terrorem in tumultuario prælio augeret, lucem exspectavit. & quum luce moveret, tamen turmam equitum exploratum misit. Posteaquam relatum est, quatæ copiæ & in quo loco essent, totius agminis farcinas in medium conjici jussit, & triarios vallum circumjicere: cætero exercitu instructo ad hostem accessit. Idem & Galli fecerunt, posteaquam aperras esse insidias, & recto ac justo prælio, ubi vera virtus vinceret, dimicandum viderunt.

Cap. V. Hora secunda ferme concursum est. sinistra locorum equitum ala, & extraordinarii prima in acie pugnabant. præerant duo consulares legati, M. Marius, & Ti. Sempronius, prioris anni consul. Novus consul nunc ad prima signa erat, nunc legiones continebat in subsidiis; ne certaminis studio prius concurrerent, quam datum signum esset. equites earum extra aciem in locum parentem Q. & P. Minucios tribunos militum educere jussit. Inde, quum signum dedisset, impetum ex aperto facerent. Hæc agenti nuncius venit à Tib. Sempronio Longo, non sustinere extraordinarios impetum Gallorum. & cæsos permultos esse, & *qui superfint, partim labore, partim metu semisse ardorem pugnæ. legionem alteram ex duabus, si videretur, summittere, priusquam ignominia accipiertur.* Secunda legio missa est, & extraordinarii recepti. Tum redintegrata est pugna; quum & recens miles & frequens ordinibus legio successit. sinistra ala ex prælio subducta est: dextra in primam aciem subiit. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia artus corpora Gallorum: densis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in scuta incumbentes, sustinebant impetus Romanorum. Quod ubi animadvertit consul, ad pertur bandos ordines eorum C. Livium Salinatorem, qui præerat alaris equitibus, quam contaratissimos equos immittere jubet: & legionarios equites in subsidiis esse. Hæc procella equestris, primo confudit & turbavit, deinde dissipavit aciem Gallorum; non tamen ut terga darent. Obstabant duces, hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes: sed interequitantes alarii non patiebantur. Consul obtestabatur milites, *Ut paullulum adniterentur: victoriam in manibus esse. dum turbatos & trepidantes viderent, Instarent. si restitui ordines sivissent, integro rursus eos prælio & dubio dimicaturos.* Inferre vexillarios jubet signa. omnes connixi tandem averterunt hostem. Posteaquam terga dabant, & in fugam passim effundebantur; tum ad persequendos eos legionarii equites immisit. Quatuordecim millia Bojorum eo die cæsa sunt; vivi capti mille nonaginta duo: equites septingenti viginti unus, tres du-

ces

ces eorum, signa militaria ducenta duodecim, carpenta sexaginta tria. Nec Romanis incruenta victoria fuit. Supra quinque millia militum ipsorum aut fociorum sunt amissa: centuriones tres & viginti, præfecti fociorum quatuor, & M. Genucius, & M. Marcius, tribuni militum secundæ legionis.

Cap. VI. Eodem fere tempore duorum consulum literæ allatæ sunt: L. Cornelii de prælio ad Mutinam cum Bojis facto, & Q. Minucii à Pisis. *Comitia, quæ sortis esse. ceterum adeo suspensa omnia in Liguribus se habere, ut, abscedi inde sine pernicie fociorum & damno Reipublicæ non posse. Si ita videretur Patribus, mittarent ad collegam; ut is, qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam rediret, si id facere gravarentur, quod non suæ sortis id negotium esset: se quidem sacturum quodcunque senatus censuisset: sed etiam atque etiam viderent, ne magis è republica esset interregnum iniri, quam ab se in ea statu relinqui provinciam.* Senatus C. Scribonio negotium dedit, ut duos legatos ex ordine senatorio mitteret ad L. Cornelium consulem, qui literas collegæ ad senatum missas deferrent ad eum; & nunciarent, senatum, ni is ad magistratus subrogandos Romam veniret, potius quam C. Minucius à bello integro avocaretur, interregnum iniri passurum. Missi legati renunciarunt, L. Cornelium ad magistratus subrogandos Romam venturum. De literis L. Cornelii, quas scripserat secundum prælium cum Bojis factum, disceptatio in senatu fuit: quia privatim plerisque senatoribus legatus M. Clauaius scripserat, *Fortunæ populi Romani & militum virtuti gratiam habendam quod res bene gesta esset. Consulis opera & militum aliquantum amissum: & hostium exercitum, cujus delendi obtinendæque victoriæ causa ex subsidiis, qui laborantibus opem ferrent, succesisset. Hostes è manibus emissos, quod equitibus legionariis & tardius datum signum esset, & persequi fugientes non licuisset.*

Cap. VII. De ea re nihil temere decerni placuit: ad frequentiores consultatio dilata est. Initabat enim cura alia, quod civitas fœnore laborabat: & quum multis fœnebribus legibus contricta avaritia esset, via fraudis inita erat, ut in focios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent; ita libero fœnore obnoxiati debitores. Cujus cernendi quum ratio quæreretur, diem finiri placuit, Feralia quæ proxime fuissent: ut qui post eam diem socii civibus Romanis crediditsent pecunias, prohiberentur: & ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus, jus creditori diceretur. Inde postquam professionibus detecta est magnitudo æris alieni per hanc fraudem contracti; M. Sempronius tribunus plebis ex auctoritate Patrum plebem rogavit: plebesque scivit, ut cum sociis ac nomine Latino, pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Romanis, esset. Hæc in Italia domi militiæque acta. In Hispania nequaquam tantum belli fuit, quantum auxerat fama. C. Flaminius in citeriori Hispania oppidum Iluciam in Oretanis cepit: deinde in hiberna milites deduxit. & per hiemem prælia aliquot, nulla memoria digna, adversus latronum magis quam hostium excursiones, vario tamen eventu, nec fine militum jactura, sunt facta. Majores res gestæ à M. Fulvio. Is apud Toletum oppidum cum Vaccæis Vettonibusque & Celtiberis signis collatis dimicavit, exercitum earum gentium fudit, fugavitque: regem Hilermum vivum cepit.

Cap. VIII. Dum hæc in Hispania ægerentur, comitiorum jam appetebat dies. itaque L. Cornelius consul, relicto ad exercitum M. Claudio legato, Romam venit. Is in senatu quum de rebus ab se gestis disseruisset, quoque in statu provincia cesset; quæstus est cum Patribus conscriptis, Quod tanto bello una secunda pugna tam feliciter pereste, non esset habitus Diis immortalibus bonos. postulavit deinde, ut supplicationem simul triumphumque decernerent. Prius tamen quam relatio fieret, Q. Metellus, qui consul dictatorque fuerat, *Literas eodem tempore, dixit, & consultis L. Cornelii ad senatum, & M. Marcelli ad magnam partem senatorum, allatas esse, inter se pugnantes: eoque dilatam esse consultationem, ut præsentibus auctoribus earum literarum disceptaretur. Itaque ex spectasse se, ut consul, qui sciret ab legato suo adversus se scriptum aliquid, quum ipse venientium esset, deduceret rem in unum Romam: quum etiam veriti esset, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato. Nunc videri esse amotum de industria, qui ea quæ scripsisset, præsens diceret, aut argueret coram: & si quid vani afferret, argui posse, donec ad liquidum veritate explorata esset, quæ nihil eorum, quæ postularet consul, decernendum in præsentia censere.* Quum pergeret nihilo tegnius referre, ut supplicatio decerneretur, triumphantique sibi in urbem invehi liceret; M. & C. Titinii tribuni plebis, se intercessuros, si de ea re fieret Senatusconsultum, dixerunt. Censores erant priore anno creati Sex. Ælius Pætus, & C. Cornelius Cethegus.

Cap. IX. Cornelius lustrum condidit. centa sunt civium capita centum quadraginta tria millia septingenta quatuor. Aquæ ingentes eo anno fuerunt: & Tiberis loca plana urbis inundavit. Circa portam Flumentanam etiam collapsa quædam ruinis sunt. & porta Cœlimontana fulmine icta est; muruique circa multis locis de cœlo tactus. Et Articiæ, Lanuvii, & in Aventino, lapidibus pluit. & à Capua nunciatum est, examen vesparum ingens in forum advolasse, & in Martis ædem confedisse. eas collectas cum cura, & igni crematas esse. Horum prodigiorum causa decemviri libros adire jussi, & novendiale sacrum factum, & supplicatio indicta est, atque urbs lustrata. Iisdem diebus ædiculam Victoriæ Virginis, propeædem Victoriæ M. Porcius Cato dedicavit; biennio post, quam vovit. Eodem anno coloniam Latinam in agrum Thurinum triumviri deduxerunt, Cn. Manlius Vulso, L. Apustius Fullo, Q. Ælius Tubero; cujus lege deducebatur. tria millia peditum iere, trecenti equites: numerus exiguus pro copia agri. Data pedestri tricena jugera in pedites, sexagena in equites. Aprustio auctore tertia pars agri dempta est: quo postea ii vellent, novos colonos ascribere possent. Vicena jugera pedites, quadragena equites acceperunt.

Cap. X. In exitu jam annus erat, & ambitio magis quam unquam aliàs exarserat consularibus comitiis. multi & porentes petebant patricii, plebejique: P. Cornelius Cn. filius Scipio, qui ex Hispania provincia nuper decesserat magnis rebus gestis: & L. Quintius Flamininus, qui classi in Græcia præfuerat: & Cn. Manlius Vulso. Hi patricii. plebei autem, L. Æmilius, Cn. Domitius, C. Livius Salinator, Manius Acilius. sed omnium oculi in Quintium Corneliumque conjecti. nam & in unum locum petebant ambo patricii, & rei militaris gloria recens utrumque commendabat. Cæterum ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum, duo clarissimi ætatis suæ Imperatores. major gloria Scipionis: & quo major, eo propior invidiæ. Quintii recentior, ut qui eo anno triumphasset. Accedebat, quod alter decimum jam prope annum affiduus in oculis hominum fuerat; quæ res minus verendos magnos homines ipsa fatietate facit: consul iterum post devictum Annibalem, censorque fuerat. In Quintio nova & recentia omnia ad gratiam erant: nihil nec peccare à populo post triumphum, nec adeptus erat: Pro fratre germano, non patrucle, te petere debat: pro legato & participe administrati belli. te terra, fratrem mari, rem gessisse. His obstitit, ut præferretur candidato, quem Africanus frater deducebat: quem Cornelia gens, Cornelio consule comitia habente, quem tantum præjudicium fenatus; virum & civitate optimum judicatum, qui matrem Idæam Pessinunte venientem in urbem accepteret. L. Quintius & Cn. Domitius Ænobarbus consules facti. adeo ne in plebejo quidem consule, quum pro C. Lælio niterentur, Africanus valuit. Pottero die prætores creati, L. Scribonius Libo, M. Pulvius Centumalus, A. Atilius Serranus, M. Baebius Tamphilus, L. Valerius Tappus, Q. Salonius Sarra. Ædilitas infignis eo anno fuit M. Æmilii Lepidi, & L. Æmilii Pauli. Multos pecuarios damnarunt: ex ea pecunia clypea inaurata in faftigio Jovis ædis posuerunt. Portieum unam extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adjecto; alteram à porta Fontinali ad Martis aram, qua in Campum iter esset, perduxerunt.

Cap. XI. Diu nihil in Liguribus dignum memoria gestum erat. Extremo eius anni bello in magnum periculum res adductæ est. nam & contra consulis oppugnatas, ægre sunt defensa; & non ita multo post per saltum angustum quum duceretur agmen Romanum, ipsas fauces exercitus Ligurum insedit. qua quum exitus non pateret, converso agmine redire instituit consul: & à tergo fauces saltus occupatæ à parte hostium erant: Caudinæque cladis memoria non animis modo, sed prope oculis, obversabatur. Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat. eorum præfectus consuli pollicetur. *Se partæ, utra vellet, cum suis eruptionem. Tantum vicem, utra pars frequentior vicisset esset. in eo se impetum facturum: & nihil prius quam flammam telis injecturum, ut is pavor cogeret Ligures excedere saltu, quem obsiderent, & discurrere ad opem ferendam suis.* Collaudatum eum consul ipse præmiorum onerat. Numidæ equos conscendunt, & obequitare stationibus hostium nemineminem lacessentes cœperunt. Nihil primo adspectu contemptius equi hominesque paululi & graciles: discinictus & inermis eques, præterquam quod jacula secum portat: equi sine frenis, deformis ipse cursus; rigida cervice & extento capite currentium. Hunc contemptum de industria gentes, labi ex equis, & per ludibrium spectaculo esse. Itaque qui primo intenti paratique, si lacessierentur, in stationibus fuerant, jam inermes sedentesque pars maxima spectabant. Numidæ adequitare, deinde refugere. sed propius saltum paulatim evehi; velut quos impotentes regendi equi invitos efferrent. postremo

mo subditis calcaribus per medias stationes hostium erupere: & in agrum latiorem evecti, omnia propinqua vie tecta incendunt. proximo deinde vico inferunt ignem, ferro flammaque omnia pervastant. Fumus primo conspectus, deinde clamor trepidantium in vicis auditus, postremo seniores puerique refugientes, tumultum in castris fecerunt. itaque fine consilio, sine imperio, pro se quisque currere ad sua tuenda: momentoque temporis castra relicta erant, & obsidione liberatus consul, quo intenderat, pervenit.

Cap. XII. Sed neque Boji, neque Hispani, cum quibus eo anno bellatum erat, tam inimice infesti erant Romanis, quam Ætolorum gens. Ii post deportatos ex Græcia exercitus, primo in spe fuerant, *& Antiochum ad vacuum Europæ possessionem venturum: nec Philippum aut Nabin quieturos.* Ubi nihil usquam moveri viderunt, agitandum aliquid miscendumque rati, ne cunctando senescerent consilia; concilium Naupactum indixerunt. Ibi Thoas prætor eorum conquestus injurias Romanorum, flatuunque Ætolis, Quod omnium Græciæ gentium civitatumque inhonoratissimi post eam victoriam essent, cujus caussa ipsi fuissent; legatos censuit circa reges mittendos, qui non solum tentarent animos eorum, sed suis quemque stimulis moverent ad Romanum bellum. Damocritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicæarchus frater prætoris ad Antiochum est missus. Tyranno Lacedæmonio Damocritus, *adempris maritimis civitatibus enervatam tyrannidem dicere: inde militum, inde navis, navalisque socios habuisse. Lacedæmonios sese prope unos Græcorum videre dominantes in Peloponneso, nunquam habiturum recuperandi sua occasionem, si eam quæ tum esset, prætermisisset. Nullum exercitum Romanum in Græcia esse: nec propter Gythium, aut maritimos alios Lacedæmonis, agrum caussam exsistimaturos Romanos cur leges in Græciam rursum transmittant.* Hæc ad incitandum animum tyranni dicebantur; ut quum in Græciam Antiochus trajecisset, conscientia violatæ per sociorum injurias Romanæ amicitiæ, conjungeret se cum Antiocho. Et Philippum Nicander haud dissimili oratione incitabat. erat etiam major orationi materia, quo ex altiore fastigio rex, quam tyrannus, detractus erat; quibus plures adempta res. *Ad hoc vetustissimi regnum Macedoniæ fama, pragmatisque orbis terrarum victoriis ejus gentis referebantur. Et tutum esse incepto vel eventu se consilium afferre. nam neque ut ante se movebat Philippus, quam Antiochus cum exercitu transiverit in Græciam, suadere; & qui sine Antiocho adversus Romanos Ætolosque tamdiu sustinuerit bellum, ei adjunctio Antiocho, socii Ætolis, qui tum graviores hostes quam Romani fuerint, quibus tandem viribus resistere Romanos posse?* Adjiciebat de duce Annibale, *nato adversus Romanos hoste, qui plures & duces & milites eorum occidisset, quam quot superessent.* Hæc Philippo Nicander. Alia Dicæarchus Antiocho: *& omnium primum, quadam de Philippo Romanorum esse dicere, victoriam Ætolorum, & actum in Græciam Romanis nullos alios, quam Ætolos deesse; & ad vincendum vires eosdem præbuisse. deinde quantas peditum equitumque copias ferebatur Antiocus ad bellum esse: quæ loca terrestribus copiis, quæ portus maritimis.* Tum de Philippo & Nabide libero mendacio abutebatur: paratum utrumque ad rebellandum esse: & primam quamque occasionem rectuperandi ea quæ bello amissent, arreptoros. Ita per totum simul orbem terrarum Ætoli Romanis conciabant bellum. reges tamen aut non moti, aut tardius moti sunt.

Cap. XIII. Nabis extemplo circa omnes vicos maritimos dimisit ad seditiones in iis miscendas: & allios principum donis ad suam caussam perduxit: alios perrinaciter in societate Romana manentes occidit. Achæis omnium maritimorum Laconum tuendorum ab T. Quintio cura mandata erat. itaque extemplo & ad tyrannum legatos miserunt, qui admonerent fœderis eum Romani, denunciarentque ne pacem, quam rantopere petisset, turbaret: & ad Gythium, quod jam oppugnabatur a tyranno, & Romam qui ea nunciarent, legatos miserunt. Antiochus rex ea hieme Raphiæ in Phœnice Ptolemæo in Ægypti filia in matrimonium data, quum Antiochia se recepisset, per Cicilian Tauro monte superato, exercitu jam hiemis Ephesum pervenit: inde principio veris, Antiocho filio misso in Syriam ad custodiam ultimarum partium regni, ne quid absente se a tergo moveretur; ipse cum omnibus terrestribus copiis ad Pisidas, qui circa Sidam incolunt, oppugnandos est profectus. Eo tempore legati Romani, Lucius Scipicius, P. Villius, qui ad Antiochum (sicut ante dictum est) missi erant, jussi prius Eumenem adire, Elæam venere; inde Pergamum (ibi regia Eumenis fuit) ascenderunt. Cupidus belli adversus Antiochum Eumenes erat: *gravem, si pax esset, accolam tanta potentiarum regem credens: eundem si motum bellum*

esset, non magis parem Romanis fore quam Pellippus fuisset: & aut funditus sibi tollatum iri: aut si pax victo daretur, multa illi detracta filii accessura: ut facile deinde se ab eo fine Romano auxilio tueri possit. Ejusdem si quid adversi casturus foret, fortius esse Romanis sociis quamcumque fortunam subire, quam solum aut imperium pati Antiochi, aut abundentem vi atque armis copi. Ob hæc quantum auctoritate, quantum consilio valebat, incitabat Romanos ad bellum. Sulpicius æger Pergami substitit.

Cap. XIV. Villius quum Pisidiæ bello occupatum esse regem audisset, Ephesum profectus, dum paucos ibi moratur dies, dedit operam, ut cum Annibale, qui tum ibi forte erat, fæpe congrederetur: ut animum ejus sic tentaret, si qua posset, & metum demeret mentis, quo nihil est miserius. His colloquiis aliud quidem actum nihil est: fecutum tamen fua sponte est, velut consilio petitum esset, ut vilior ob ea regi Annibal & suspectior ad omnia fieret. Claudius secutus Græcos Acilianos libros, P. Africanum in ea fatis legatione tradit: eumque Ephesi colloquium cum Annibale. Et sermonem etiam unum refert, quo interrogasse Africanum, *quem fuisse maximum imperatorem Annibal crederet*, respondisse, *Alexandrum Macedonum regem; quod parvo animo innumerabiles exercitus fudisset, quodque ultimas oras, quas visere fama ejus hominum esset, penetrasset.* Quo renti deinde, *quem secundum poneret; Pyrrhum*, dixisse, *castrametari primum docuisse. Ad hoc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse artem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse, ut Italicæ gentes regis externi, quam populi Romani, imperio pacis ea terra, imperium esse mallent.* Exsequenti, *quem tertium diceret; haud dubie semetipsum* dixisse. Tum risum obortum Scipioni, & subjecisse: *Quidnam tu diceres, si me vicisses? Tum me vero*, inquit, *& ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante omnes alios imperatores esse.* Et perplexum Punico altiu responsum, & improvisum assentationis genus Scipionem moviste: quod è gregæ se imperatorum velut inæstimabilem secrevisset.

Cap. XV. Villius ab Epheso Apameam processit. eo & Antiochus audito Romanorum legatorum adventu occurrit: Apameæ congressis discepratio eadem ferme fuit, quæ Romæ inter Quintium & legatos regis fuerat. mors nuncupata Antiochi filii regis, quem missum paulo ante dixeram in Syriam, diremit colloquia. Magnus luctus in regia fuit, magnumque ejus juvenis desiderium. id enim jam specimen sui dederat, ut si vita longior contigisset, magni justique regis in eo indolem fuisse appareret. Quo carlor acceptiorque omnibus erat, eo mors eius suspectior fuit; gravem successorem eum initare senectuti sue patrem credentem, per spadones quosdam, talium ministeriis facinorum acceptos regibus, veneno sustuliste. Eam quoque causam clandestino facinori adjiciebant, quod quum Seleuco filio Lysimachiam dedisset: Antiocho quam similem daret sedem, ut prodi ab se honore eum quoque ablegaret, non habuisset. Magni tamen luctus species per aliquot dies regiam tenuit: legatisque Romanis, ne alieno tempore incommodus obverfaretur, Pergamum concessit. Rex Ephesum, omisso quod inchoaverat bello, rediit. ibi per luctum regia claudi cum Minione quodam, qui princeps amicorum ejus erat, secreta consilia agitavit. Minio ignarus omnium externorum, vi resque æstimans regis ex rebus in Syria aut Asia gestis, non causa modo superiorem esse Antiochum, quod nihil aquo posthabuerat Romani, sed bello quoque superaturum credebat. Fugienti regi discceptationem cum legatis, seu jam experto eam minus, prosperam, seu mœrore recenti confuso, profitsus Minio, se pro causa esse dicturum, perfuasit ut à Pergamo accerseretur legati.

Cap. XVI. Jam convaluerat Sulpicius: itaque ambo Ephesum venerunt. Rex à Minione excusatus, & abiente eo res agi cœpta est. Ibi præparata oratione Minio: *Spectoso titulo, inquit, uti vos Romani, Græcarum civitatum liberandarum videor: sed facta vestra orationi non congruunt. Quid Alliæ Antiocho juris fatuisti, alio ipsi utimini. Cui enim magis Smyrnæi Lampsaceni que Græci sunt, quam Neopolitani & Rhegini, & Tarentini, à quibus stipendium, à quibus naves ex fœdere exigitis? Cur Syracusas atque in alias Siciliæ Græcas urbes pratorem quotannis cum imperio & virgis & securibus mittitis? nihil aliud profecto dicatis, quam armis superatis vos iis has leges imposuisse. Eandem de Smyrna & Lampsaco, civitatibusque, quæ Ionie aut Æolidis sunt, causam ab Antiocho accipite. Bello superato, à majoribus, & stipendiariis ac vectigales factas, in antiquum jus repetit. itaque ad hæc ei responderi velim, si ex quo disceptatur, & non belli causa quæritur.* Ad ea Sulpicius: *Fecit verecunde, inquit, Antiochus, aui, si alia pro causa ejus non erant quæ dicerentur, quomiuus ipse quam se dicere maluit. Quid enim simile habet civitatum earum quas comparasti causa? Ab*

Rhegini, & Neapolitanis, & Tarentinis, ex quo in nostram venerunt potestatem, uno & perpetuo tenore juris semper usurpato, nunquam intermisso, quæ ex fœdere debent, exigimus. Potest ne tandem dicere ut ii populi non per se, non per alium quemquam fœdus mutaverint: sic & Asiæ civitates, ut semel venerunt in majorum Antiochi potestatem, in pertica possessione regni vestri permansisse, & non aliis earum ius Philippi, aliis in Ptolomæi fuisse potestate, aliis per multos annos nullo ambigente libertatem usurpasse? Nam si, quod aliquando servierunt temporum iniquitate pressæ, pus post tot secula asserendi eos in servitutem facit: quia absit quin aliquis nobis nihil sit, quod a Philippe liberatinus Græciam, & reperiant posteri ejus Corinthum, Chalcidem, Demetriadem & Thessalorum totam gentem? Sed quid ego causam civitatium ago, quam ipsis agentibus & nos, & regem ipsum cognoscere æquius est?

Cap. XVII. Vocari deinde civitatum legationes iussit; præparatas jam ante & instructas ab Eumene, qui quantumcunque virium Antiocho decessisset, suo id accessurum regno ducebat. Admisit plures, dum suas quisque nunc querelas nunc postulationes inferit, æqua iniquis miscentes, & disceptatione altercationem feverunt. Itaque neque remissa ulla re, neque impetrata, quæ ad generant omnium inerti legati Romani redierunt. Rex, dimissis iis, consilium de bello Romano habuit. Ibi alius alio ferocius: quia quo quisque asperius adversus Romanos locutus esset, eo spes gratiæ major erat. Alius superbiam postulatorum increpare, tamquam Nabidi vero, sic Antiocho, maximo aliæ regum, imponentium leges. quamquam Nabidi tamen dominationem in patriam suam, & patriam Lacedæmonem remissam. Antiocho, si Smyrna & Lampsacus imperare faciant, indignum videri. alii, parvas & vix dictu dignas belli causas tanto regi eas civitates esse. sed initium semper parvis iniustis imperandi fieri. nisi crederent Persas, quum aquam terramque ab Lacedæmonlis petierunt, gleba terræ & hausto aquæ eguisse. *Per similem tentationem Romanis de duabus civitatibus agi. & alias civitates, similibus quæ iugum exuisse videbimus, ad liberatorem populum defecturas. Si non libertas servitute potior sit, tamen omni præsenti statu spem cuique novandi res suas blandiorem esse.*

Cap. XVIII. Alexander Acarnan in concilio erat, Philippi quondam amicus, super relicto eo secutus opulentiorem regiam Antiochi: & tamquam peritus Græciæ nec ignarus Romanorum, in eum gradum amicitiæ regis, ut consilius quoque arcanis interesset, acceptus erat. Is tamquam non unum bellandum esset, nec ne, consulteretur, sed ubi & quo ratione bellum gereretur, *Victoriam se haud dubiam proponere animo* affirmabat; *si in Europam transisset rex, & in aliqua Græciæ parte sedem bello cepisset. Jam primum Ætolos, qui umbilicum Græciæ incolerent, in armis eum inventurum; antequanos ad asperrima quæque belli pararet. In duobus velut cornibus Græciæ Nabin à Peloponneso concitaturum omnia, repetentem Argivorum urbem. repetentem maritimas civitates: quibus eum depulsum Romani Lacedæmonis muris incluisissent. a Macedonia Philippum, ubi primum bellum cani audisset, arma capturum. Nosse se spiritus ejus, nosse animum: ferarum modo, quæ claustris aut vinculis teneantur, ingentes jamdiu iras eum in pectore volvere. meminisse etiam se, quoties in bello precari omnes Deos solitus sit, ut Antiochum sibi darent adjutorem. cujus voti compotes facti, nullam moram rebellandi facturum. Tantum non cunctandum, neque cessandum esse. in eo enim victoriam verti, si & loca opportuna, & socii præoccuparentur. Annibalem quoque sine mora mittendum in Africam esse ad dirigendos Romanos.*

Cap. XIX. Annibal non adhibitus in concilium, propter colloquia cum Villio suspectus regi, & in nullo postea honore habitus; primo eam contumeliam tacitus tulit: deinde melius esse ratus, & percunctari causam repentinæ alienationis, & purgare se tempore apto, quæ ira simpliciter iracundiæ causa, audituque. *Pater Amilcar*, inquit, *Antioche, parvum admodum me, quum sacrificaret, altaribus admotum jurejurando adegit, numquam amicum fore populi Romani. Sub hoc sacramento fere & triginta annos militavi: hoc me in pace patria mea exulitis: hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce, si tu ipse meam destitueris, ubicunque vires, ubi arma esse sciam, huc veniam tot orbe terrarum quærens aliquos Romanis hostes. Itaque si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi quam ex me quærant. Ubi nitrapta sum Romanis, id me verum dicere pater Amilcar, & Dii reges sunt. Prospice quem de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Annibalem habeto. si qua res te ad pacem compellet, in ii consilium alium, cum quo deliberes, quærito.* Non movit modo talis oratio regem, sed etiam reconciliavit Annibali. Ex consilio ita discessum est, ut bellum gereretur.

Cap. XX. Romæ destinabant quidem sermonibus hostem Antiochum, sed nihil dum ad id bellum præter animos parabant. Consulibus ambobus Italia provincia decreta est: ita ut inter se compararent, sortirentur ve, uter comitiis ejus anni præsset, ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus esset, si quo eum extra Italiam opus esset ducere legiones. Huic consuli permissum, ut duas legiones scriberet novas, & socium ac Latini nominis viginti millia, & equites nongentos. Alteri consuli duæ legiones decretæ, quas L. Cornelius consul superioris anni habuisset: & socium ac Latini nominis ex eodem exercitu pedites quindecim millia, & equites quingenti. Q. Minucio cum exercitu, quem in Liguribus habebat, prorogatum imperium, additum in supplementum, ut quatuor millia peditum Romanorum scriberentur, & centum quinquagina equites; & sociis eodem quinque millia peditum imperarentur, & CL equites. Cn. Domitio ad Italiam, quo senatus censuisset, provincia evenit, L. Quintio Gallia & comitia habenda. Prætores deinde provincias sortiti: M. Fulvius Centumalus urbanam, L. Scribonius Libo peregrinam, L. Valerius Tappus Siciliam, Q. Salonius Sardiniam, M. Bæbius Tamphilus Hispaniam ulteriorem. A. Atilius Serranus ulteriorem. Sed his duobus primum Senatus consulto, deinde plebis etiam scito permutatæ provinciæ sunt. Atilio claſſis & Macedonia, Bæbio Bruttii decreti. Flaminio Fulvioque in Hispaniis prorogatum imperium. Bæbio Tamphilo in Bruttios duæ legiones decretæ, quæ priore anno urbanæ fuissent: ut & sociis eodem millia peditum quindecim imperarentur, & quingenti equites. Atilius triginta naves quinqueremes facere jussus, & ex navalibus veteres deducere, si quæ utiles essent, & scribere naves socios. Et consuli imperatum, ut et duo millia socium ac Latini nominis, & mille pedites daret Romanos. Hi duo prætores & duo exercitus, terrestris navalisque adversus Nabin aperte jam oppugnantem socios populi Romani dicebantur parari. Cæterum legati ad Antiochum missi exspectabantur: priusquam il redissent, vetuerat Cn. Domitium consulem senatus ab urbe discedere. Prætoribus Fulvio & Scribonio, quibus ut jus diceret Romæ provincia erat, negotium datum, ut præter eam classem, cui Atilius præfuturus erat, centum quinqueremes pararent. Priusquam consul prætoresque in provincias proficiscerentur, supplicatio fuit prodigiorum causſa. Capram sex hœdos uno fœtu edidisse, ex Piceno nunciatum est: & Arretii puerum natum unimanum: Anterni terra pluisse: Formias portam murumque de cœlo tacta: & (quod maxime terrebat) Consulis Cn. Domitii bovem locutum, ROMA CAVE TIBI. Cæterorum prodigiorum causſa supplicatum est: bovem cum cura servari aliquæ aruspices jussserunt. Tiberis infestiore, quam priore imperu illatus urbi, duo pontes, ædificia multa, maxime circa portam Flumentanam, corruit. Saxum ingens, five imbribus, five moru terræ leviore, quam ut alioqui sentiretur labefactarum, in vicum Jugarium ex Capitolio procidit, & multos oppressit. In agris passim inundatis pecua ablata: villarum strages facta est.

Cap. XXI. Priusquam L. Quintius consul in provinciam perveniret, Q. Minucius in agro Pisano cum Liguribus signis collatis pugnavit: novem millia hostium occidit. cæteros fusos fugatosque in castra compulit. Ea ufque in noctem magno certamine oppugnata, defensaque fuit. nocte eiam profecti Ligures a prima luce Romanus vacua castra invasit. prædæ minus inventum est, quod subinde spolia agrorum capta domos mittebant. Minucius nihil deinde laxamenti hostibus dedit. ex agro Pisano in Ligures profectus, castella vicosque eorum igni ferroque pervastavit: ibi prædā Etrusca, quam missa populatoribus fuerat, repictus est miles Romanus.

Cap. XXII. Sub idem tempus legati ab regibus Romam reverterunt. qui quum nihil, quod satis maturam causſam belli haberet, nisi adversus Lacedæmonium gerentium arma ssent, quem Sc Achæi legati annunciabant contra fœdus maritimam oram Laconum oppugnare; Atilius prætor cum classe missus est in Græciam ad socios tuendos. Consules quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo in provincias placuit. Domitius ab Arimino, qua primum fuit, Quintius per Ligures in Bojos venit. Duo consulum agmina diversa late agrum hostium pervastarunt. primo equites eorum pauci cum præfectis, deinde universus senatus, poſtremo in quibus aut fortuna aliqua aut dignitas erat, ad mille quingenti ad consules transfugerunt. Et in utraque Hiſpania eo anno res prospere gestæ. nam Sc C. Flaminius oppidum Litabrum, munitum opulentumque vineis expugnavit, Sc nobilem regulum Corribilonem vivum cepit: Sc M. Fulvius proconsul cum duobus exercitibus hostium duo secunda prælia fecit: oppida Hiſpanorum, Velicilum, Holonemque; Sc castella multa expugnavit: alia voluntate ad eum defecerunt. tum in Oretanos progressus, Sc ibi duobus potitus oppidis, Noliba Sc Cussibi,

ad

ad Tagum amnem ire pergit. Tolentum ibi parva urbs erat, fed loco munita. eam quum oppugnaret, Vectonium magnus exercitus Toletanis subsidio venit. Cum his fignis collatis profpere pugnavit: & fulis Vectonibus, oppidum Toletum cepit.

Cap. XXIII. Cæterum eo tempore minus ea bella, quæ gerebantur, curæ Patribus erant, quam exfpectatio nondum cœpti cum Antiocho belli. nam etfi per legatos identidem omnia explorabantur, tamen rumores temere fine ullis auctoribus orti multa falfa veris mifcebant. Inter quæ allatum erat, quum in Ætoliam veniffet Antiochus, extemplo claffem eum in Siciliam miffurum. Itaque fenatus, etfi præterom Atilium cum claffe miferat in Græciam; tamen quia nec copiis modo, fed etiam auctoritate opus erat ad tuendos fociorum animos, T. Quintium & C. Octavium, & Cn. Servilium, & P. Villium legatos in Græciam mifit: & ut M. Bæbius ex Bruttiis ad Tarentum & Brundufium promoveret legiones, decrevit: ut inde, fi res poffet, in Macedoniam traijiceret: & ut M. Fulvius prætor claffem navium triginta mitteret ad tuendam Siciliæ oram: & cum imperio eſſet, qui claffem eam duceret: (duxit L. Oppius Salinator, qui priore anno ædilis plebis fuerat;) & ut idem prætor L. Valerio collegæ fcriberet. *Privatum eſſe, ne claſſis regis Antiochi ex Ætolia in Siciliam trajiceret: itaque placere ſenatui, ad eum exercitum quem haberet, tumultuariorum militum ad duodecim millia pedites, & quadringentos equites ſcribere eum: quibus eram maritimam provinciæ qua egrederetur in Græciam, tueri poſſet.* Eum delectum prætor non ex Sicilia ipfa tantum, fed etiam ex circumjacentibus inſulis habuit: oppidaque omnia maritima, quæ in Græciam verfa erant, præſidiis firmavit. Additæ alimenta rumoribus adventus Attali Eumenis fratris, qui navicularii, Antiochum regem Helleſpontum cum exercitu tranſiſſe. Ætolos ita fe parare, ut fub adventum eius in armis eſſent. Et Eumeni abfenti & præſenti Attalo gratiæ actæ: & ædes liberæ, locus, fauſta decreta, & munera data, equi duo, bina equitaria arma, & vafa argentea & eontum pondo, & aurea viginti pondo.

Cap. XXIV. Quum alii atque alii nuncii bellum inſtare afferrent, ad rem pertinere viſum eſt, conſules primo quoque tempore creari. Itaque Senatuſconſultum factum eſt, ut M. Fulvius prætor literas extemplo ad conſulem mitteret, quibus certior fieret ſenatui placere, provincia exercituque tradito legatis, Romam reverti eum; & ex itinere præmittere edictum, quo comitia conſulibus creandis ediceret. Paruit his literis conſul, & præmiſſo edicto, Romam venit. Eo quoque anno magna ambitio fuit, quod patricii tres in unum locum petierunt: P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno repulſam tulerat: & L. Cornelius Scipio, & Cn. Manlius Vulſo. P. Scipioni, ut dilatum viro tali, non negatum honorem appareret, conſulatus datus eſt. additus et de plebe collega, Manius Acilius Glabrio. Poſtero die prætores creati, L. Æmilius Paullus, M. Æmilius Lepidus, M. Junius Brutus, A. Cornelius Mammula, C. Livius, & L. Oppius; utrique eorum Salinator cognomen erat. Oppius is erat, qui claſſem triginta navium in Siciliam duxerat. Interim dum novi magiſtratus fortirentur provincias, M. Bæbius à Brundufio cum omnibus copiis tranſire in Epirum eſt juſſus, & circa Apolloniam copias continere: & M. Fulvio prætori urbano negotium datum eſt, ut quinqueremes novas quinquaginta faceret.

Cap. XXV. Et populus quidem Romanus ita ſe ad omnes conatus Antiochi præparabat. Nabis jam non differebat bellum, ſed ſumma vi Gythium oppugnabat: & infenſus Achæis, quod miſerant obſeſſis præſidium, agros eorum vaſtabat. Achæi non antea auſi capeſſere bellum, quam ab Roma reverriſſent legati; ut quid ſenatui placeret, ſcirent; poſt reditum legatorum, & Sicyonem concilium edixerunt, & legatos ad T. Quinctium miſerunt, qui conſilium ab eo peterent. In concilio omnium ad bellum extemplo capeſſendum inclinatæ ſententiæ erant: literæ T. Quinctii cunctationem injecerunt, quibus auctor erat, Prætorem claſſemque Romanam exſpectandi. Quum principum alii in ſententia permanerent; alii utendum ejus, quem ipſi conſuluiſſent, conſilio cenſerent; multitudo Philopœmenis ſententiam exſpectabat. Prætor is, ut erat, & omnes eo tempore & prudentia & auctoritate anteibat. Is præfatus, *Bene comparatum apud Ætolos eſſe, ne prætor, quum de bello conſuluiſſet, ipſe ſententiam diceret; ſtatuere quamprimum ipſos quid vellent, juſſit. Prætorem decreta eorum cum fide & cura exſecuturum: annixurumque ut, quantum in conſilio humano poſitum eſſet, nec pacis eos paniteret, nec belli.* Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit, quam ſi aperte ſuadendi cupiditatem res gerendi oſtendiſſet. Itaque ingenti conſenſu bellum decretum eſt: tempus & ratio adminiſtrandi ejus libera prætori permiſſa ſunt. Philopœmen præterquam quod ita Quintio placeret, & ipſe exiſti-

mabat classem Romanam exspectandam, quæ à mari Gythium tueri posset; sed metuens, ne dilationem res non pateretur, & non Gythium solum, sed prædidium quoque missum ad tuendam urbem amitteretur; naves Achæorum deduxit.

Cap. XXVI. Comparaverat & tyrannus modicam classem, ad prohibenda, ti qua obsessis mari summitterentur, præsidia, tres tectas naves, & lembos præfecit; traditi vere classe eo fœdere Romanis. Harum ut novarum tum navium agilitatem experiretur, simul omnia satis aptra ad certamen essent, provectos in altum, quotidie remigem militemque simulacris navalis pugnæ exercebat; in eo rarus verti spem obbidionis, si præsidia maritima intercluderet. Prætor Achæorum, ticut terrestrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel usu vel ingenio æquabat, ita rudis in re navali erat: Arcas, mediterraneus homo, externorum etiam omnium, nisi quod in Creta præfectus auxiliorum militaverat, ignarus. Nauis erat quadriremis vetus, capta annis octoginta ante: quum Cratesi suorum Nicæam ab Naupacto Corinthum veheret, hujus fama motus (fuerat enim nobile in classe regia quondam navigium) deduci ab Ægio putrem jam admodum & vetustate dilabentem jussit. Hac tum prætoria nave præcedente classem, quum in ea Patrensis Tijlo præfectus classis veheretur, occurrerunt à Gythio Laconum naves: & primo ttatim incurtu ad novam & firmam navem, verus, quæ per se ipta omnibus compagibus aquam acciperet, divulsa est: captique omnes, qui in nave erant, cæteræ classis, prætoria nave amissa, quantum quneque remis valuit, fugerunt. ipse Philopœmen in levi speculatoria nave fugit: nec ante fugæ finem, quam Patras ventum sit, fecit. Nihil ea res animum militaris viri, & multos experti casus, imminuit: quin contra, si in re navali, cujus esset ignarus, offendisset: eo plus is ea, quorum usu calleret, spei nactus, breve id tyranno gaudium fe effecturum affirmabat.

Cap. XXVII. Nabis quum prospera clarus re, tum spem etiam haud dubiam nactus, nihil jam à mari perienli fore, & terreitres aditus claudere opportune positis præsidiis voluit. tertia parte copiarum ab obsidione Gythii abducta, ad Pleias pervenit castra. Imminet in locus & Leucis & Acris; qua videbantur hostes exercitum admoturi. Quum ibi stativa essent, & pauci tabernacula haberent; multitudo alia casas ex arundinibus textas fronde, quæ umbram modo præberet, texisient; prinsquam in conspectum hostium veniret Philopœmen, nec opinantem eum improviso genere belli aggredi statuit. Navigia parva in stationem occultam agri Argivi contraxit: ita ea expeditos milites, cetratos plerosque, cum fundis & jaculis, & alio levi genere armaturæ impositit. inde littora legens, quum ad propinquum castris hostium promontorium venisset, egressus callibus notis, nocte Pleias pervenit: & ignitis vigilibus, ut in multo propinquo metu, ignem cælis ab omni parte castrorum ejecit. Multi prius incendio absumpti sunt, quam hostium adventum sentirent: & qui senserant, nullam opem ferre potuerunt. Ferro flammaque omnia absumpta: perpauci tamen ex tam ancipiti pelte ad Gythium in majora castra perfugerunt. Ita pervicutsis hostibus, Philopœmen protinus ad depopulandam Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum est, duxit: & magna vi pecorum hominumque inde abrepta, prinsquam à Gythio tyrannus præsidium agris mitteret, discessit. Idem Tegeam exercitu conscripto, concilioque eodem & Achæis & focis indicto, in quo & Epirotarum & Acarnanum fuere principes, ttatuit; quoniam satis & suorum à pudore maritimæ ignominiæ restituti animi, & hostium conterriti essent, ad Lacedæmonem ducere: eo modo uno ratus ab obsidione Gythii hostem abduci posse. Ad Carias primum in hostium terra posuit castra. Eo ipso die Gythium expugnatum est. cujus rei ignarus Philopœmen, castra ad Barbothienem (mons est decem millia passuum ab Lacedæmone) promovit. Et Nabis recepto Gythio, cum expeditis exercitu inde profectus, quum præter Lacedæmonem raptim duxisset, Pyrrhi (quæ vocant) castra occupavit: quem peti locum ab Achæis, non dubitabat. inde hostibus occurrit. Obtinebant autem longo agmine propter angustias viæ prope quinque millia passuum. cogebatur agmen ab equitibus, & maxime à parte auxiliorum: quod existimabat Philopœmen, tyrannum mercenariis militibus, quibus plurimum fideret, à tergo fuos aggressurum. Duæ res simul inopinatæ perculerunt eum: una, præoccupatus, quem petebat, locus: altera, quod primo agmine occurrit hostem cernebat, ubi quum per locum confragosa iter esset, sine levis armaturæ præsidio signa ferri non videbat posse.

Cap. XXVIII. Erat autem Philopœmen præcipue in ducendo agmine locisque caplendis solertiæ atque usus: nec belli tantum remporibus, sed etiam in pace, ad id maxime animum exercuerat. Ubi iter quopiam faceret, & ad difficilem gran-

transitu saltum veniſſet, contemplatus ab omni parte loci naturam, quum ſolus erat, ſecum ipſe agitabat animo: quum comites haberet, ab iis quærebat, *Si hoſtis eo loco apparuiſſet, quid ſi a fronte, quid ſi ab latere hoc, aut illo, quid ſi a tergo adoriretur, capiendum conſilii foret? Poſſe inſtructos recta acie, poſſe inconditum agmen, & tantummodo aptum viæ, occurrere. Quem locum ipſe capturus eſſet, cogitando aut quærendo exſequebatur; aut quot armatis, aut quo genere armorum (pluribus enim intereſſe, uſurus, quo impedimenta, quo ſarcinas, quo turbam inermem reſiceret. quanto ea, aut quali præſidio cuſtodiret: & utrum pergere qua cæpiſſet ire via, an ea qua veniſſet repetere melius eſſet. caſtris quoque quem locum caperet, quantum munimento ampleƈteretur loci, qua opportuna aquatio, qua pabuli ingurgitaque copia eſſet. quo poſtero die caſtra moventi totum maxime iter, qua forma ag minis foret.* His curis cogitationibuſque ita ab ineunte ætate animum agitaverat, ut nulla ei nova in tali re cogitatio eſſet. Et tum omnium primum agmen conſtituit: dein Cretenſes auxiliares, & quos Tarentinos vocabant, equites, binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit: & juſtis equitibus ſubſequi, ſuper torrentem, unde aquari poſſent, rupem occupavit. Eo impedimenta omnia, & calonum turbam conjecta armatis circumdedit: & pro natura loci caſtra communivit. tabernacula ſtatuere in aſperis, & inæquabili ſolo difficile erat. Hoſtes quingentos paſſus aberant. ex eodem rivo utrimque cum præſidio levis armaturæ æquati ſunt: & priuſquam, (qualia in propinquis caſtris ſolent) contraheretur certamen, nox intervenit. Poſtero die apparebat pugnandum prius aquatoribus circa rivum eſſe. nocte in valle à conſpectu hoſtium averſa, quantam multitudinem locus occulere poterat, conditi cetratorum.

Cap. XXIX. Luce orta Cretenſium levis armatura & Tarentini equites ſuper torrentem prælium commiſerunt. Latemnatus Cretenſis popularibus ſuis, equitibus Lycortas Megalopolitanus præerat. Cretenſes & hoſtium auxiliares, equitumque idem genus Tarentini, præſidio aquatoribus erant. Aliquandiu dubium prælium fuit; ut eodem ex parte utraque hominum genere, & armis paribus. Procedente certamine, & numero vicere tyranni auxiliares: & quia ita præceptum à Philopœmene præfectis erat, ut modico edito prœlio in fugam inclinarent, hoſtemque ad inſidiarum locum pertraherent; effuſe ſecuti fugientes per convallem, plerique & vulnerari, & interfecti ſunt, priuſquam occultum hoſtem viderent. Cetrati ita, quantum latitudo vallis patiebatur, inſtructi ſederant: ut facile per intervalla ordinum fugientes ſuos acciperent. Conſurgunt deinde ipſi integri, recentes, inſtructi: & in hoſtes inordinatos, effuſos, laborе etiam & vulneribus feſſos, impetum faciunt. Nec dubia victoria fuit. exemplo terga dedit tyranni miles: & haud paulo concitatiore curſu, quam ſecutus erat, fugiens, ad caſtra eſt compulſus. multi cæſi capiſque in ea fuga ſunt. & in caſtris quoque foret trepidarum, ni Philopœmen receptui canī juſſiſſet; loca magis confragoſa, & quacumque remere proceſſiſſet, iniqua, quam hoſtem metuens. Inde & ex fortuna pugnæ & ex ingenio ducis concitans, in quo tum is pavore eſſet, unum de auxiliaribus ſpecie tranſfuge mittit ad eum, qui pro comperto afferret: Achæos ſtatuiſſe poſtero die ad Eurotam amnem, qui prope ipſis affluit mœnibus, procedere, ut intercluderent iter; ne aut tyrannus quum veliet, receptum ad urbem haberet; aut commeatus ab urbe in caſtra portarentur. ſimul etiam tentaturus, ſi quorum animi ſollicitari ad defectionem à tyranno poſſent. Non tam fidem dictis perfuga fecit, quam perculſo metu relinquendi caſtra cauſſam probabilem præbuit. Poſtero die Pythagoram cum auxiliaribus & equitatu ſtationem agere pro vallo juſſit. ipſe tanquam in aciem cum robore excretus egreſſus, ſigna ocius ferri ad urbem juſſit.

Cap. XXX. Philopœmen poſteaquam citatum agmen per anguſtam & proclivem viam duci raptim vidit, equitatum omnem & Cretenſium auxiliares in ſtationem hoſtium, quæ pro caſtris erat, emittit. Illi ubi hoſtes adeſſe, & à ſuis ſe deſertos viderunt; primo in caſtra recipere ſe conati ſunt: deinde, poſteaquam inſtructa acies tota Achæorum admovebatur, metu ne cum ipſis caſtris caperentur, ſequi ſuorum agmen aliquantum prægreſſum inſiſtunt. Extemplo ceterari Achæorum in caſtra impetum faciunt, & diripiunt: cæteri ad perſequendos hoſtes ire pergunt. Erat iter tale, per quod vix tranquillum ab hoſtili metu agmen expediri poſſet. Ut vero ad poſtremos prælium ortum eſt, clamorque terribilis à tergo paventium ad prima ſigna eſt perlatus; pro ie quiſque armis abjectis in circumjectas itineri ſilvas diffugiunt, momentoque temporis ſtrage armorum ſepta via eſt, maxime haſtis; quæ pleraque adverſæ cadentes, velut valio objecto iter impediebant. Philopœmen, utcunque poſſent, inſtare & perſequi au-

xiliariibus juſſis (utique enim equitibus haud facilem futuram fugam) ipſe gravius agmen via patentiore ad Euretam amnem deduxit. ibi caſtris ſub occaſum ſolis poſitis, levem armaturam, quam ad perſequendum reliquerat hoſtem, opperiebatur. qui ubi prima vigilia venerunt, nunciantes, tyrannum cum equitibus ad urbem penetraſſe, cæterum multitudinem inermem toto ſparſam vagari paſtu, corpora curare eos juber. ipſe ex cæteris copiis militum (qui, quia priores in caſtra venerant, refecti & cibo ſumpto & modica quiete erant) delectos, nihil præter gladios ſecum ferentes, extremo noctis, & ſuarum portarum itineribus, quæ Pluras quæque Barboſthenem ferunt, eos inſtruxit: qua ex fuga recepturos ſeſe hoſtes credebat. Nec eum opinio fefellit. nam Lacedæmonii, quoad lucis ſuperfuit quicquam, devios callibus medio ſaltu ſe recipiebant. Primo veſpere ut lumina in caſtris hoſtium conſpexere, & regione eorum occultis ſemitis ſe renuerunt: ubi prætergreſſi ea ſunt, jam tutum rati, in parentes vias deſſenderunt. ibi excepti ab inſidente hoſte paſſim ita multi cæſi captique ſunt, ut vix quarta pars de toto exercitu evaſerit. Philopœmen inclito tyranno in urbem, inſequentes dies prope triginta vaſtandis agris Lacedæmonis abſumpſit, debilitatique ac prope fractis tyranni viribus, domum rediit, æquantibus eum gloria rerum Achæis imperatori Romano; & quod ad Lacedæmonem bellum attineret, præferentibus etiam.

Cap. XXI. Dum inter Achæos & tyrannum bellum erat; legati Romanorum circumire ſociorum urbes; ſolliciti, ne Ætoli partis alicujus animos ad Antiochum averti ſſent. minimum operæ in Achæis adeundis conſumpſerunt; quos, quia Nabidi infeſti erant, ad cætera quoque ſatis fidos cenſebant eſſe. Athenas primum, inde Chalcidem, inde in Theſſaliam iere: allocutique conſilio frequenti Theſſalos, Demetriadem iter flexere. eo Magnetum conſilium indictum eſt. Accuratior ibi habenda oratio fuit: quod pars principum alienati à Romanis, totique Antiochi & Ætolorum erant: quia, quum reddi ſibi in Cibidem Philippo aliatum eſſet, ſtipendiumque impoſitum remitti; inter cætera vana allatum erat, Demetriadem quoque ei redditurus Romanos eſſe. id ne fieret, Eurylochus princeps Magnetum, factionis ejus quidam, omnia novari Ætolorum Antiochique adventu malebant. Adjutus eos ita differendum erat, ne rumorem vanum iis demendo, ſpes incita Philippum abalienaret: in quo plus ad omnia momenti, quam in Magnetibus eſſet. Illa tantum commemorata, *quum tetam Graeciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis eſſe, tum eam civitatem præcipue. Ibi enim non præſidium modo Macedonum fuiſſe; ſed regiam exadificatam; ut præſens ſemper in oculis habendus eſſet dominus. Cæterum nequicquam ea facta, ſi Ætolus Antiochum in Philippi regiam adducerent, & novus & incognitus pro vetere & experto habendus rex eſſet.* Magnetarchen ſummum magiſtratum vocant. is tum Eurylochus erat. ac poſtquam ea fretus, negavit diſſimulandum ibi Sc Magnetibus eſſe, quæ fama vulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. id ne fieret, omnia & conanda & audenda Magnetibus eſſe. Et inter dicendi contentionem inconſultius evectus projecit, *Tum quoque ſpecie liberam Demetriadem eſſe. revera omnia ad nutum Romanorum fieri.* Sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit: partim aſſenſum, partim indignationem, dicere id auſum eum. Quintius quidem adeo exarſit ira, ut manus ad cœlum tendens, Deos teſtes ingrati ac perfidi animi Magnetum invocaret. Hac voce perterritis omnibus, Zeno ex principibus unus, magnæ tum ob elegantem actam vitam auctoritatis, tum quod ſemper Romanorum haud dubie partis fuerat, ab T. Quintio legatis aliis ſiens petiit, *ne unius amentiam civitati aſſignarent. Suo quemque periculo furere. Magnetas, non libertatem modo, ſed omnia, quæ hominibus ſancta ſanctaque ſint, T. Quintio & populo Romano debere. Nihil quemquam ab Diis immortalibus precari poſſe, quod non Magnetes ab illis habeant, & in corpora ſua civitas per furorem ſævientes, quam ut Romanam amicitiam violarent.* Hujus orationem ſubſecutæ multitudinis preces ſunt.

Cap. XXII. Eurylochus ex concilio itineribus occultis ad portam, atque inde protinus in Ætoliam profugit. Jam enim, & id magis indies, Ætoli defectionem nudabant: eoque ipſo forte rempore Thoas principes gentis, quem miſerant ad Antiochum, redierat: indeque Menippum ſecum adduxerat, regis legatum. Qui priuſquam concilium iis daretur, impleverant omnium aures, referentes navalesque copias commemorando; ingentem vim peditum equitumque venire: ex India elephantos: ad omnia (quo maxime moveri credebant multitudinis animos) tantum advehi auri, ut ipſos emere Romanos poſſit. Apparebat, quid ea oratio in concilio motura eſſet. nam & veniſſe eos, & quæ agerent, omnia Romanis legatis deferebantur: & quanquam prope abſciſſa res erat, tamen non ab re eſſe Quintio viſum eſt, ſociorum aliquos legatos interciſſe

esse ei concilio, qui admonerent Romanæ societatis Ætolos, qui vocem liberam mittere advertus regis legatum auderent. Athenienses maxime in eam rem idonei visi sunt, & propter civitatis dignitatem, & vetustam societatem cum Ætolis. ab iis Quintius petiit, ut legatos ad Panætolicum concilium mitterent. Thoas primus in eo concilio renunciavit legationem. Menippus post eum intromissus, *Optimum fuisse omnibus, qui Græciam Asiamque incolerent*, ait, *integra nova Ptolippi potuisse intervenire Antiochum: sua quemque habiturum fuisse, neque omnia sub nutum aditionemque Romanam perventura. Nunc quoque*, inquit, *si modo vos quæ inchoastis consilia constanter perducitis ad exitum, poterit, Dii juvantibus, & Ætolis fortibus, Antiochus quamvis inclinatas Græciæ res restituere in pristinam dignitatem. Ea autem in libertate posita est; quæ sua stat viribus, non ex alieno arbitrio pendet.* Athenienses, quibus primis post regiam legationem, dicendi quæ vellent, potestas facta erat; mentionem omnis generis prætermissa, Romanæ societatis Ætolos, meritorumque in universam Græciam T. Quintii, admoneruntt, *Ne temere eam celeritate nimia consilium everterent. Consilia calida & audacia prima specie læta, tractatu dura, eventu tristia esse. legatos Romanos, qui in via T. Quintium, haud procul inde abesse. Dum integra omnia essent, verbis potius de iis, quæ amisserentur, disceptarent, quam Asiam Europamque ad funestum armarent bellum.*

Cap. XXXIII. Multitudo avida novarum res, Antiochi tota erat: & ne admittendos quidem in concilium Romanos censebant. principum maxime seniores auctoritate obtinuere, ut daretur iis concilium. Hoc decretum Athenientes quum retulissent, eundum in Ætoliam Quintio visum est. Aut enim moturum aliquid, aut omnes hominum retes fore, penes Ætolos belli culpam esse: Romanos justa ac prope necessaria sumpturos arma. Posteaquam ventum est eo, Quintius in concilio orsus a principio societatis Ætolorum cum Romanis, & quoties ab iis fides mota fœderis esset; pauca de jure civitatum, de quibus agitaretur, disseruit. *Si quis tamen æquis de habere aboriturentur, quanto esse satius Romam mittere legatos; seu disceptare, seu rogare senatum mallent; quam populum Romanum cum Antiocho, sanctis Ætolis, non sine motu magno generis humani & perniciosa Græciæ dimicare? nec ullos prius cladem ejus belli sensuros, quam qui movissent.* Hæc nequicquam; velut vaticinatus Romanus; Thoas deinde cæterique factionis ejusdem cum assensu omnium auditi, pervicerunt, Ut ne dilato quidem concilio, & absentibus Romanis, decretum fieret, quo arcesseretur Antiochus ad liberandam Græciam, disceptatumque inter Ætolos & Romanos. Huic tam superbo decreto addidit propriam contumeliam Damocritus prætor eorum. nam quum id ipsum decretum posceret eum Quintius, non veritus majestatem viri; *aliud in præsentia, quod magis instaret, prætendum sibi esse*, dixit: *decretum respondsumique brevi in Italia, captivis super ripam Tiberis positis, datirum.* tantus furor illo tempore gentem Ætolorum, tantusque magistratus eorum cepit.

Cap. XXXIV. Quintius legatique Corinthum redierunt. inde, utquæque de Antiocho, nihil per se ipsi moti, & sedentes expectare adventum viderentur regis. concilium quidem universæ gentis post dimissos Romanos non habuerunt, per apocletos autem (ita vocant sanctius concilium: ex decretis conflatur viris) id agitabant, quonam modo res in Græcia novarentur. Inter omnes constabat, in civitatibus principes, optimum quemque, Romanæ societatis esse, & præsenti statu gaudere. multitudinem, & quorum res non ex sententia ipsorum essent, omnia novari vella. Ætoli consilium unde die spei quoque non audacis modo, sed etiam impudentis, ceperunt; Demetriadem, Chalcidem, & Lacedæmonem occupandi. Singuli singulas missi sunt principes: Thoas Chalcidem, Alexanemus Lacedæmonem, Diocles Demetriadem. Hunc exul Eurylochus, de cujus fuga caussaque fugæ ante dictum est, quia reditus in patriam nulla spes alia erat, adjuvit. Literis Eurylochi admoniti propinqui amicique, & qui ejusdem factionis erant, liberos & conjugem ejus cum sordida veste, tenentes velamenta supplicum, concionem frequentem adire jubent; singulos universosque obtestantes, ne insontem, indemnatum consenescere in exilio sinerent. Et simplices homines misericordia, & improbos seditiososque immiscendi res tumultu Ætolico spes movit: prece quisque revocare jubebant. Itis præparatis Dioeles cum omni equitatu (& erat tunc præfectus equitum) specie reducentis exulem hospitem profectus, die ac nocte ingens iter emensus, quum millia fere ab urbe abesset; luce prima tribus electis turmis, cætera multitudine equitum subsequi jussa, præcessit, posteaquam portæ appropinquabat, desilire omnes ex equis jussit, & loris ducere equos; itineris maxime

modo, solutis ordinibus: ut comitatus magis præfecti videretur, quam præsidium. Ibi una ex turmis ad portam relicta, ne excludi subsequens equitatus posset, media urbe ac per forum manu Eurytochum tenens, multis occurrentibus gratulantibusque, donum deduxit. Mox equitum plena urbs erat, & loca opportuna occupabantur, tum in domos missi, qui principes adverse factionis interficerent.

Cap. XXXV. Ita Demetrias Ætolorum facta est. Lacedæmone non urbi vis afferenda, sed tyrannus dolo capiendus erat: quem spollatum maritimis oppidis à Romanis, tunc intra mœnia etiam Lacedæmonis ab Achæis compulsum, qui occupassent occidere, eum totius gratiam rei apud Lacedæmonios laturum. Causam mittendi ad eum habuerunt, quod fatigabat accibus & auxiliis fibi, quum illis auctoribus rebellasset, mitterentur. Mille pedites Alexameno dati sunt, & triginta delecti ex juventute equites. His à prætore Dimocrito in consilio arcano gentis, de quo ante dictum est, denunciatum, *Ne id bellum Achaicum, aut rem ullam, quam sua quisque opinione præcipere posset, crederent missos esse. quicquid Alexamenum res monuisset subiti consilii capere; ad id quamvis inopinatum, temerarium, audax, obedienter exsequendum parati essent, ac pro eo acciperent, tamquam ad id unum agendum missos ab domo se scirent.* Cum his ita præparatis Alexamenus ad tyrannum venit, quem adveniens extemplo spei implevit. *Antiochum jam in Europam transisse, mox in Græcia fore; terras, maria, armis, viris completurum. Non tum Philippo rem ei fore cum Romanis. numerum inter peditum equitumque, ac navium non posse: elephantorum aciem conspectu ipso debellaturam. Ætolos toto suo exercitu paratos esse venire Lacedæmonem, quum res poscat: sed frequentes armatos offendere advenienti regi voluisse. Nobisi quoque & ipsi faciendum esse, ut quas haberet copias, non sineret sub tecti marcescere ocio: sed educeret, & in armis decurrere cogeret, simul animos acueret, & corpora exerceret. Consuetudine leviorem laborem fore: & comitate ac benignitate ducis etiam non injucundum fieri posse.* Educi inde frequenter ante urbem in campum ad Eurotam amnem cœpere. Satellites tyranni media fere in acie consistebant. tyrannus cum tribus summum equitibus, inter quos plerumque Alexamenus erat, ante signa vectabatur, cornua extreme invisens, in dextro cornu Ætoli erant, & qui ante auxiliares tyranni fuerant, & qui venerant mille cum Alexameno. Fecerat sibi morem Alexamenus, nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, monendique eum quæ in rem esse videbantur; nunc in dextrum cornu ad suos adequitandi; mox inde, velut imperato quod res posposcisset, recipiendi se ad tyrannum. Sed quem diem patrando facinori destinarat, eo pulsiferæ cum tyranno vectatus, quum ad suos concessisset, cum equitibus ab domo secum missis, *Agenda*, inquit, *res est, juvenes, audendaque, quam nec diuc impigre cessequi justi estis. Parate animos dextraque, ne quis in eo, quod me videritis facientem, cesset. Qui cunctatus fuerit, & suum consilium meo interponet, sciat sibi reditum ad penates non esse.* Horror cunctos cepit: & meminerant, cum quibus mandatis existent. Tyrannus ab lævo cornu veniebat. Ponere hastas equites Alexamenus jubet, & se inueri. collegit & ipse animum confusum tantæ cogitatione rei. Posteaquam appropinquabat, imperum facit: & transfixo equo, tyrannum deturbat. Jacentem equites confodiunt. multis frustra in loricam ictibus datis, tandem in nudum corpus vulnera pervenerunt: & priusquam à media acie succurreretur, exspiravit.

Cap. XXXVI. Alexamenus cum omnibus Ætolis citato gradu ad regiam occupandam pergit. Corporis custodes, quum res in oculis gereretur, pavor primo cepit: deinde, posteaquam abire Ætolorum agmen videre, concurrunt ad relictum tyranni corpus: & spectatorum turba ex custodibus vitæ mortisque ultroribus facta. Nec movisset se quisquam, si extemplo positis armis vocata in concionem multitudo fuisset, & oratio habita temporiconveniens, frequentibus inde reteniis in armis Ætolis, sine injuria cuiusquam: sed, ut opportuit in consilio fraude coepto, omnia in maturandam perniciem eorum qui fecerant, sunt acta. Dux regia inclusus, diem ac noctem in scrutandis thesauris tyranni consumpsit: Ætoli velut capta urbe, quam liberalis videri solebant, in prædam versi. Simul indignitas rei, simul contemptus animos Lacedæmoniis ad coeundum fecit. alii dicere, exturbandos Ætolos, & libertatem, quum restituvideretur, interceptam repetendam. alii, ut caput agendæ rei esset, regii generis aliquem in speciem assumendum. Laconicus ejus stirpis erat puer admodum, educatus cum liberis tyranni. eum in equum imponunt, & armis arreptis Ætolos vagos per urbem cædunt. Tum regiam inva-

invadunt. ibi Alexamenum cum paucis resistentem obtruncant. Ætoli circa Chalcidocon (Minervæ est templum æreum) congregati cæduntur. Pauci armis abiectis, pars Tegeam, pars Megalopolim perfugiunt. ibi comprehenti à magistratibus, sub corona venierunt.

Cap. XXXVII. Philopœmen, audita cæde tyranni, profectus Lacedæmonem, quum omnia turbata movi invenisset, evocatis principibus, & oratione habita, qualis habenda ab Alexameno fuerat, scitacti Achæorum Lacedæmonios adjunxit: eo etiam facilius, quod ad idem forte tempus A. Atilius cum quatuor & viginti quinqueremibus ad Gythium accessit. Isdem diebus circa Chalcidem Thoas per Euthymidam principem populum, opibus eorum qui Romanæ societatis erant, post T. Quintii legatorumque adventum, & Herodorum Cianum mercatorem, sed potentem Chalcide propter divitias, præparatis ad proditionem iis, qui Euthymidæ factionis erant; nequaquam eandem fortunam, qua Demetrias per Eurypochum occupata erat, habuit. Euthymidas ab Athenis (eum domicilio delegerat locum) Thebas primum, hinc Salganea processit. Herodorus ad Thronium, inde haud procul in Maliaco sinu duo millia peditum, & Thoas ducentos equites, onerarias leves ad triginta habebat, eas cum fexcentis peditibus Herodorus trajicere in Insulam Atalantam jussus: ut inde, quum pedestres copias appropinquare jam Aulidi atque Euripo sensisset, Chalcidem trajiceret. ipse cæteras copias nocturnis maxime itineribus, quanta poterat celeritate, Chalcidem ducebat.

Cap. XXXVIII. Miclio & Xenoclides, penes quos tum summa rerum, pulso Euthymida, Chalcide erat; seu ipsi per se suspicati, seu indicata re; primo pavidi, nihil usquam spei, nisi in fuga ponebant. deinde postequam resedit terror, se prodi & deseri non patriam modo, sed etiam Romanorum societatem cernebant, consilio tali animum adjecerunt. Sacrum anniversarium eo forte tempore Eretriæ Amarynthidis Dianæ erat: quod non popularium modo, sed Carystiorum etiam coetu celebratur. Eo miserunt qui orarent Eretrienses Carystiosque, *Ut suarum fortunarum in eadem insula semper essent miserentur, & Romanam societatem respicerent. ne sinerent Ætolorum Chalcidem fieri. Futuram habituros, si Chalcidem habuissent. Graves fuisse Macedonas dominos, multo minus tolerabiles futuros Ætolos.* Romanorum maxime respectus civitates movit; & virtutem nuper in bello, & in victoria justitiam benignitatemque experias. itaque quod roboris in juventute erat, utraque civitas armavit misitque. His tuenda mœnia Chalcidis opidani quum tradidissent, ipsi omnibus copiis tranigrefi Euripum, ad Salganea posuerunt castra. inde caduceator primum, deinde legati ad Ætolos missi percunctatum, quo suo dicto factove socii atque amici ad se oppugnandos venirent? Respondit Thoas dux Ætolorum, *Non ad oppugnandos, sed ad liberandos ab Romanis venire se. Splendidiore nunc eos catena, & multis graviore vinclis esse, quam quum præsidium Macedonum in arce habuissent. Se vero negare Chalcidenses aut servire ulli, aut præsidio cujusquam egere.* Ita digressi ex colloquio legati ad suos. Thoas & Ætoli, ut qui spem omnem in eo, ut improviso opprimerent, habuissent; ad justum bellum oppugnationemque urbis mari ac terra munitæ haudquaquam pares; domum rediere. Euthymidas, posteaquam castra popularium ad Salganea esse, profectosque Ætolos audivit; & ipse à Thebis Athenas redit. Et Herodotus quum per aliquot dies intentus ab Atalanta signum nequicquam exspectassset, missa speculatoria nave, ut quid moræ esset sciret; posteaquam rem omissam à sociis vidit, Thronium, unde venerat, repetit.

Cap. XXXIX. Quintius quoque his audits, ab Corintho veniens navibus, in Chalcidis Euripi Eumeni regi occurrit. Placuit, quinquentos milites præfidii caussa relinqui Chalcide, ab Eumene rege: ipsum Athenas ire. Quintius quo profectus erat, Demetriadem contendit; ratus Chalcidem liberatam, momenti aliquid apud Magnetas ad reperendam societatem Romanam facturam. & ut præsidii aliquid esset suæ patris hominibus, Eunomo prætori Thessalorum scripsit, ut armaret juventutem, & Villium ad Demetriadem præmisit ad tentandos animos: non aliter, nisi pars aliqua inclinaret ad respectum priftinæ societatis, rem aggressurus. Villius quamquerens nave ad oppidum portus est invectus. Eo multitudo Magnetum omnis quum se effudisset, quærivit Villius, utrum ad amicos, an ad hostes sese veniffe mallent? Respondit Magnetarches Eurylochus, *Ad amicos venisse eum: sed abstinuerat portu, & sineret Magnetas in concordia & libertate esse, nec per colloquii specirem multitudinem sollicitaret.* Altercatio inde, non sermo fuit: quum Romanus, ut ingratos, increcaret Magnetas, imminentesque prædiceret clades: multitudo obstreperet, nunc lenarum, nunc Quintium accusando. ita irrito incepto Villius ad Quintium sese recepit. At Quintius, nuncio ad Prætorem misso, ut reduceret domum copias, ipse navibus Corinthum rediit.

Cap.

Cap. XL. Abhulerunt me velut de ipacio, Græciæ res immiſæ Romanis: non quia ipias operæ præcium eſſet perſcribere, ſed quia cauſſæ fuerunt cum Antiocho belli. Conſulibus delignatis (inde namque diverteram) L. Quintius, & Cn. Domitius conſules, in provincias profecti ſunt: Quintius in Ligures, Domitius adverſus Bojos. Boji quievere: atque etiam ſenatus eorum cum liberis, & præfecti cum equitatu (ſumma omnium mille & quingenti) conſuli dediderunt telle. Ab altero conſule ager Ligurum late eſt vaſtatus; caſtellaque aliquot capta: unde non præda modo omnis generis cum captivis parta, ſed recepti quoque aliquot cives fœcique, qui in hoſtium poteſtate fuerant. Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta eſt. Senatuſconſulto plebeique ſcito, tria millia & ſeptingenti pedites ſcripſerunt, trecenti equites. Triumviri deduxerunt eos, Q. Nævius, M. Minutius, M. Furius Craſſipes. quinadena jugera agri data in ſingulos pedites ſunt: duplex equitibus. Brutiorum proxime fuerat ager: Bruttii ceperant de Græcis. Romæ per idem tempus duo maxima facrunt terrores; diuturnus alter, ſed ſegnior. Terra dies duodequadraginta movit. per totidem dies feriæ in ſollicitudine ac metu fuere. in triduum ejus rei cauſſa ſupplicatio habita eſt. Ille non pavor vanus, ſed vera multorum clades fuit. incendio à foro Boario orto, diem noctemque pervicax Tiberim verſa aſſere, rabernæque omnes cum magni precii mercibus conflagraverunt.

Cap. XLI. Jam fere in exitu anni erat: & indies magis fama de Antiochi bello, & cura Patribus creſcebat. itaque de provinciis magiſtratuum deſignatorum, quo intentiores eſſent omnes, agitari cœptum eſt. Decrevere, ut conſulibus Italia, & quo ſenatus conſuliſſet, (jam eſſe bellum adverſus Antiochum regem omnes ſciebant) provincia eſſent. cujus ea fors eſſet, quatuor millia peditum civium Romanorum, & trecenti equites, fex millia ſociûm Latini nominis, cum quadringentis equitibus ſunt decreta. Eorum delectum habere L. Quintius conſul juſſus: ne quid moraretur, quo minus conſul novus, quo ſenatus conſuliſſet, extemplo proficiſci poſſet. Item de provinciis prætorum decretum eſt: prima ut ſors duæ, urbanaque, & inter eos ac peregrinos juriſdictio eſſet: ſecunda Bruttii: tertia claſſis, ut navigaret, quo ſenatus conſuliſſet: quarta, Sicilia: quinta, Sardinia: ſexta, Hiſpania ulterior. imperatum præterea L. Quintio conſuli eſt, ut duas legiones civium Romanorum novas conſcriberet: & ſocium ac Latini nominis viginti millia peditum, & octingentos equites. eum exercitum prætorii, cui Bruttii provincia evenilſet, decreverunt. Ædes duæ Jovi eo anno in Capitolio dedicatæ ſunt. Voverat L. Furius Purpureo prætor Gallico bello unam, alteram conſul. dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir. Judicia in fœneratores eo anno multa fevere ſunt facta: accuſantibus privatos ædilibus curulibus, M. Tuccio, & P. Junio Bruto. de multa damnatorum quadrige inaurate in Capitolio poſitæ in cella Jovis ſupra faſtigium ædiculæ. & duodecim clypea inaurata, & iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

Cap. XLII. Intentis in apparatum novi belli Romanis, ne ab Antiocho quidem ceſſabatur. Tres enim divirates tenebant, Smyrna, & Alexandria Troas, & Lampſacus, quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere, neque à tergo relinquere trajiciens ipſe in Europam volebat. Tenuit eum & de Annibale deliberatio. & primo navem aperiam, quam eo miſſum à Carthagine, ab Africa fuerat, morare ſunt; deinde an omnino mittendus eſſet, conſultatio mota eſt; maxime à Thoante Ætolo, qui omnibus in Græcia tumultu completis, Demetriadem afferebat in poteſtate eſſe: & quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias ejus, exoverat multorum in Græcia animos, iſidem & regis ſpem inflabat: omnium votis eum accerſi. concurſum ad littora futurum, unde claſſem regiam proſpexiſſent. Hic idem auſus de Annibale eſt movere ſententiam prope jam certam regis. nam *neque dimittendam putavit navium de claſſe regia* conſeſſui: *neque ſi mittendæ naves forent, minus quampiam ei claſſi, quam Annibalem præficiendum. Exulem ilium & Pœnum eſſe, cui mille indies nova conſilia vel fortuna ſua vel ingenium poſſit facere. Et ipſum eam gloriam belli, quæ tot dote Annibal conciliet, nimiam ta præfecto regio eſſe. Regem conſpici, regem unum audeam, unum imperatorem videri debere. Si claſſem, ſi exercitum amittat Annibal, idem damni fore, ac ſi per alium ducem amittantur. ſi quid proſpere evenial, Annibalis eam, non Antiochi, gloriam fore. Si vero univerſo bello vincendi Romani ſortem habeantur, quam ſpem eſſe, ſub rege victurum Annibalem uni ſubjectum, qui patriam prope non tulerit? Non ita ſe à juventa eum geſſiſſe, ſpe animoque complexum orbis terrarum imperium, ut in ſenectute dominum laturus videatur. Nihil opus eſſe rei Annibale duce: comite & conſiliario eodem ad bellum uti poſſe. Modicum fruſtum ex*

ingentia tam, neque gravum neque inutilem fore. si summa petantur, & audentem & accipientem prægravatura.

Cap. XLIII. Nulla ingentia tam prona ad invidiam sunt, quam eorum, qui genus ac fortunam tuam animis non æquant. quia virturem & bonum alienum oderunt. Exemplo consilium mittendi Annibalis, quod unum in principio belli utiliter cogitarum erat, adjectum est. Demetriadis maxime defectione ab Romanis ad Ætolos elatus, non ultra differre profectionem in Græciam constituit. Priusquam solveret naves, Illum à mari ascendit, ut Minervæ sacrificaret. Inde ad classem regressus, profecisturque quadraginta rectis navibus, apertis fexaginta: & ducentæ onerariæ cum omnis generis commeatu, bellicoque alii apparatu sequebantur. Imbrium primo insulam tenuit: inde de Scyathum trajecit. ibi collectis in alto quæ dissipatæ erant navibus, ad Preleum primum continentis venit. Ibi Eurylochus ei Magnetarches, principesque Magnetum ab Demetriade occurrerunt. quorum frequentia visa, die postero in Bisortum navibus eit invectus. Copias haud procul inde exposuit. decem millia peditum fuere, & quingenti equites, sex elephanti: vix ad Græciam nudam occupandam satis copiarum, nedum ad sustinendum Romanum bellum. Ætoli postequam Demetriadem venisse Antiochum audiunt est, concilio indicto, decretum, quo arcesserent eum, facerunt. Jam profectus ab Demetriade rex, quia ita decreturos sciebat, Phaleram in sinum Maliacum processerat, inde decreto accepto Lamiam venit; exceprus ingenti favore multitudinis, cum plausibus clamoribusque, & quidam aliis lætitia efusa vultu significarent.

Cap. XLIV. In concilium ut ventum est, ægre à Phænea prætore principibusque introductus, inde facto silentio rex dicere orsus. Prima ejus oratio fuit excusantis, *Quod tanto minoribus spe atque opinione omnium copiis venisset. Id sine imprudentia ergo eos voluntatis maximum debere indicium esse, quod nec paratus satis ullarum, & tempore ad navigandum immaturo, vocantibus legatis eorum, haud gravate obsecutus esset, creditisque quæ quum se ridiffent Ætolos in se uno posita præsidia existimaturos esse. Ceterum eorum quoque se, quorum exspectatio destituta in præsentia videretur, fore abunde expleturum. Nam simul primum annt tempus navigabile præmuisset mare, omnem se Græciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam classibus completurum. Nec impensæ, nec labori nec periculo parsurum; donec depulso communi hoste, quo vicibus eorum imperio Romano, liberam vere Græciam atque in ea principes Ætolos faciset. cum exercitibus communeatu quoque omnis generis ex Asia venturos. In præsentia curæ esse Ætolis debere, ut copia frumentatis & annona tolerabilis rerum aliarum suppeditetur.*

Cap. XLV. In hanc sententiam rex, cum magno omnium assensu locutus, discessit. Post discussum regis inter duos principes Ætolorum, Phæneam & Thoantem, contentio fuit. Phæneas, reconciliatore pacis, & disceptatore de iis, quæ in controversia cum populo Romano essent, utendum potius Antiocho censebat, quam duce belli. *Adventum ejus & majestatem ad verecundiam factiendam Romanis vim majorem habituram, quam arma. Multa homines, ne bellarent, voluntate remittere, quæ bello & armis cogi non possint.* Thoas negare, *Pacisudere Phaneam: sed discutere apparatum belli velle, ut tædio & impetus relanguescat regis, & Romani tempus ad comparandum habeant. Nihil enim æqui ab Romanis impetrari posse, toties legationibus missis Romam, toties cum ipso Quintio disceptando, satis experitum esse: nec nisi abscissa omni spe, auxilium Antiochi imploraturos fuisse. Quo celerius spe omnium oblato, non esse elanguescendum, sed orandum potius regem, ut quoniam, quod maximum fuerit, ipse vindex Græciæ venerit, copias quoque terrestres navalesque arcesset. Armatum regem aliquid imperaturum: inermem non pro Ætolis modo, sed ne pro se quidem ipso, momenti ullius futurum apud Romanos.* Hæc vicit sententia, imperatoremque regem appellandum censuerunt: & triginta principes, cum quibus de qua vellet, consularet, delegerunt. Ita dimisso concilio multitudo omni in suas civitates dilapsa est.

Cap. XLVI. Rex postera die cum apocletis eorum, unde bellum videretur, consultabat. Optimum visum est, Chalcidem fraudi nuper ab Ætolis rentatam, primum agredi: & celeritate in eam rem magis quam magno conatu & apparatu opus esse. Itaque cum mille peditibus rex, qui ab Demetriade secuti erant, profectus per Phocidem est. & alio itinere principes Ætoli, juniorum paucis evocatis, ad Chæronium occurrerunt. & decem conferrare navibus secuti sunt. Rex ad Salganea castris positis, navibus ipse cum principibus Ætolorum Euripum trajecit. & quum haud procul portu egressus esset, magistratus quoque Chalcidensium & principes ante portum processerunt. Pauci atrinque ad colloquium congressi sunt. Ætoli magnopere suadere, *ut salva Romanorum amicitia, regem*

quo-

quoque assumerent socium atque amicum. Neque enim eum inferendi belli, sed liberandæ Græciæ caussa in Europam trajecisse; liberandæ vero re, non verbis & simulatione, quod fecissent Romani. Nihil autem utilius Græciæ civitatibus esse, quam utramque complecti amicitiam. ita enim ab utriusque injuria tutam alterius semper præsidio & fiducia fore. Nam si non recepissent regem, videreni quid patiendum iis exempio foret: quum Romanorum procul auxilium, hostis Antiochus, cui resistere viribus suis non possent, ante portas esset. Ad hæc Mictio, unus ex principibus, Miror (se dixit, ad quos liberandos Antiochus, relicto reo suo, in Europam trajecisset. Nullam enim civitatem se in Græcia nosse, quæ aut præsidium habeat, aut stipendium Romanis pendat: aut fodere initio alligata, quæ nolit, legere potest. Atque Chalcidenses neque vindice libertatis ullo indigere, quum liberi sint, neque præsidio, quum pacem ejusdem populi Romani beneficio & libertatem habeant. Auxiliatum regis non affernari, neque ipsorum, Ætolorum. id primum eos pro amicis Achæorum, si insidia excedant, atque adeant. nam ipsi certum esse, non modo non recipere manibus, sed ne societatem quidem ullam pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum.

Cap. XLVII. Hæc renunciare regi ad naves, ubi restiterat, quum essent: in præsentia, (neque enim iis venerat copiis, ut vi agere quicquam posset) reverti Demetriadem placuit. Ibi, quoniam primum inane ceptum evaluisset, consultare cum Ætolis res, quid deinde fierer. Placuit, Achæos & Amynandrum, regem Athamanum, tentare. Bœotorum gentem aversam ab Romanis jam indole Bucchyllæ morte, & quæ secuta eam fuerant, censebant. Achæorum Philopœmenem principem, æmulatione gloriæ in bello Laconum, infestum invisumque esse Quintio credebant. Amynander uxorem Apamiam filiam Alexandri cujusdam Megalopolitani habebat: qui ie oriundum a Megno Alexandro ferens, illis duobus Philippum atque Alexandrum & illi Amamiam nomina imposuerat: quam regiis incliti nuptiis, major ex fratribus Philippus secutus in Athamaniam fuerat. Hunc forte ingenio vanum, Ætoli & Antiochus impulerant in spem, quod is vere regum stirpis esset, regni Macedoniæ. si Amynandrum Athamanesique Antiocho conjunxisset. & ea vanitas promissorum, non apud Philippum modo, led etiam apud Amynandrum, valuit.

Cap. XLVII. In Achaja legatis Antiochi Ætolorumque coram T. Quintio Aegii datum est concilium. Antiochi legatus, prior, quam Ætoli, est auditus. Is, ut plerique quos opes regiæ alunt, vaniloquus, maria terrasque inani sonitu verborum compievit. Equitum innumerabilem vim trajici Hellesponto in Europam: partim loricatos, quos catapractos vocant; partim sagittis ex equo utentes, & a quo nihil satis teneri sit, aversos fugiente equo certius figentes. His equestribus copiis (quamquam vel totius Europæ exercitus in unum coacti obruti possent) adjiciebat multiplices copias peditum, & nominibus quoque gentium vim famae additis terrebat: Dahas, Medos, Elimæosque & Cadusios appellans. Navalium vero copiarum, quas nulli portus capere in Græcia possent, dextrum cornu Sidonios & Tyrios, sinistrum Aradios, & ex Pamphylia Silacas tenere; quas gentes nullæ unquam nec arte, nec disciplina navali æquasse. Eum quantum a quo alio belli apparatus referre supervacaneum esse. Scire ipsos, abundasse semper augusto regna Asiæ. Itaque non cum Philippo, nec Annibale rem futuram Romanis; principe altero civitatis, altero Macedoniæ tantum regni finibus inclusis; sed cum magno Asiæ totius partisque Europæ rege. Eum tamen, quamquam ab ultimis orientis terminis ad liberandam Græciam veniet, nihil postulare ab Achæis, in quo fides eorum adversus Romanos priores socios atque amicos lædatur. Non enim, ut secum adversus eos arma capiant, sed ut neutri parti se conjungant, petere. Pacem utique parti, quod medios decent amicos, optent: bello se non interponant. Idem ferme & Ætolorum legatus Archidamus petiit, ut quæ facillima & tutissima esset, quietem præstarent, spectatoresque belli, fortunarum alienarum eventum sine discrimine rerum suarum opperirentur. Proveetus deinde est intemperantia linguæ in maledicta, nunc communiter Romanorum, nunc propie ipsius Quintii: ingratos appellans, & exprobrans non victoriam modo & Philippo ultro, Asiaticam pariam, sed etiam salutem: ipsumque, & exercitum sua opera servatos. Quo enim illum unquam imperatoris functum officio esse? Auspicantem immolantemque, & vota nuncupantem sacrificuli vicis modo in acie vidisse, quum ipse corpus suum pro eo telis hostium obiiceret.

Cap. XLIX. Ad ea Quintius: Coram quibus magis, quam apud quos vana faceret, dicere Archidamum rationem habuisse. Achæos enim probe scire, Ætolorum omnem ferociam in verbis, non in factis esse: & in conciliis magis concitabiles, quam in acie apparere. Itaque patrii Achæorum existimationem,

nem, quibus notos esse se scirent, fecisse: legatis regis, & per eos absenti regi eum se jactasse. Quod si quis antea ignorasset, quæ res Antiochum & Ætolos conjunxisset; ex legatorum sermone potuisse apparere: mentiendo invitem jactandoque vires, quas non haberent, inflasse vana spe, atque inflatos esse: dum ita se Philippum victum, sua virtute protectos Romanos, & quo modo audeatis, narrant; vos cæteraque civitates & gentes, suum sectam esse futuros: rex contra peditum equitumque nubes jactat, & conferenti maria suis classibus. Est autem res simillima canæ Chalcidensis hospitis mei. hominis & boni, & scitu conservatoris. apud quem sofistikali tempore comiter accepti, quum mirarentur, unde tibi eo tempore anni tam multa & varia ventitio; homo non quam ipsi sunt gloriosa, venidem, condimentis ait variatam illam, & speciem ferinæ carnis ex mansueto fuæ factam. Hoc dici apte in copias regis, quæ paulo ante jactatæ sint, posse. Varia enim genera armorum, & multa nomina gentium inauditarum, Dahas, & Medos, & Cadusios, Elimæos; Syros omnes esse: haud paulo mancipiorum melius, propter servilia ingenia, quam militum genius. Et utinam subjecere oculis vestrit, Achæi, possem concurlationem regis magni ab Demetriade, nunc Lamiam in concilium Ætolorum, nunc Chalcidem. Videretis eum duarum male plenarum legionariarum instar in castris regis, videretis regem, nunc mendicantem prope frumentum ab Ætolis, quod militi admetatur: nunc mutuas pecunias famore insipientium quærentem: nunc ab portas Chalcidis pendentem: & mox inde exclusum, nihil inde quam Aulide atque Euripo spectare, in Ætoliam redeuntem. Male credidrunt & Antiochus Ætolis, & Ætoli regiæ vanitati. Quo minus vos decipi debetis, sed expertæ toties fidei atque Romanorum fidei credere. Nam quod optimum esse dicunt, non interponi vos bello: nihil tamen tam alienum rebus vestris est. Quippe finegnatia, sine dignitate, præmium victoris eritis.

Cap. L. Nec absurde adversus utrosque respondisse visus est. Si facile erat orationem apud faventes æquis auribus accipi nulla enim nec difficultatio, nec dubitatio fuit, quin omnes, eosdem genti Achæorum hostes & amicos, quos populus Romanus censuisset, judicarent: bellumque & Antiocho & Ætolis nunciari jubarent. Auxilia etiam quo censuit Quintius, quingentorum militum Chalcidem, quingentorum Piræum exemplo miserunt. Erat enim haud procul seditione Athenis res: trahentibus ad Antiochum quibuscum spe largitionum venalem precio multitudinem, donec ab iis, qui Romanæ partis erant, Quintius est accitus, & accusante Leonte quodam Apollodorus auctor defectionis damnatus, atque in exilium est ejectus. Et Achæis quidem cum tristi responso legatio ad regem redit. Bœoti nihil certi responderunt, quum Antiochus in Bœotiam venisset, rum quid sibi faciundum esset, se deliberaturos esse. Antiochus quum ad Chalcidis præsidium & Achæos & Eumenem regem misisse audisset; maturandum ratus, ut & prævenirent fui, & venientes si possent, occuperent; Menippum cum tribus ferme millibus militum, & cum omni classe Polyxenidam mittit. ipse paucos post dies sex millia fuorum militum, & ex ea copia, quæ Lamiæ repente collligi potuit, non ita multos Ætolos ducit. Achæi quingenti ab Eumene rege modicum auxilium missum, duce Xenoclide Chalcidensi, nondum obsessis itinceribus, tuto transgressi Euripum, Chalcidem pervenerunt. Romani milites quingenti ferme & ipsi quum jam Menippus castra ante Salganea ad Hermeum, qua traniitus ex Bœotia in Euboeam insulam est, haberet, venerunt. Miltio erat cum iis legatus à Chalcide ad Quinzium, ad id ipsum præsidium perendum missus. qui postea quam obsessas ab hostibus fauces vidit, omisso ad Aulidem itinere, Delium convertit, ut inde in Euboeam transmitteretur.

Cap. LI. Templum est Apollinis Delium, imminens mari: quinque millia passuum à Tanagra abest. minus quatuor millium inde in proximo Euboeæ est mari trajectus. Ubi & in fano lucoque, ea religione & eo jure finito, quo finiri templa, (asyla Græci appellant) & nondum autem indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios, aut sanguinem usquam factum audissent, quum per magnum ocium milites, alii ad spectaculum rempli lucique versi, alii in litrore inermes vagarentur, magna pars per agros lignatum pabulatumque dilapsa esset: revente Menippus palatos passim aggressus eos cecidit, ad quinquaginta vivos cepit. perpauci effugerunt: in quibus Miltio parva oneraria nave exceptus. Ea res Quintio Romanisque, sicut jactura militum molesta, ita ad ius inferendi Antiocho belli adjectis aliquantum videbatur. Antiochus admoto ad Aulidem exercitu, quum rursus oratores partim ex suis partim Ætolos Chalcidem mississet, qui eadem illa quæ nuper cum minis gravioribus agerent, nequicquam contra Miltione & Xenoclide tendentibus, facile renuit, ut portæ sibi aperirentur. Qui

Romanæ partis erant, sub adventum regis urbe excesserunt. Achæorum & Eumenis milites Salganea tenebant. Et in Euripi castellum Romani milites pauci custodiæ causa loci communiebant. Salganea Menippus, rex ipse castellum Euripi oppugnare est adortus. Priores Achæi & Eumenis milites pacti, ut sine fraude liceret abire, præsidio excesserunt. pertinacius Romani Euripum tuebantur. Hi quoque tamen quum terra marique obsiderentur, & jam machinas tormentaque comportari viderent, non tulere obsidionem. Quum id quod caput erat Euboeæ, teneret rex, ne cæteræ quidem ejus insulæ urbes imperium abnuerunt. magnoque principio sibi orsus bellum videbatur; quod tanta insula & tot opportunæ urbes in tam ditionem venisset.

EPITOME

LIBRI XXXVI.

Manius Acilius Glabrio consul Antiochum apud Thermopylas, Philippo rege adjuvante, vicit, Graecia expulit, idemque Actios fugavit. P. Cornelius Scipio Nasica consul eadem matris Deum, quam ipse in Palatium intulerat, vir optimus a senatu judicatus, dedicavit. Idemque Boios Gallos victos in deditionem accepit, & de iis triumphavit. Praterea navalia certamina prospera adversus praefectos Antiochi regis referuntur.

CAPUT I.

PUblium Cornelium Cn. filium Scipionem, & Manium Acilium Glabrionem consules inito magistratu, Patres priusquam de provinciis agerent, res divinas facere majoribus hostiis jusserunt in omnibus fanis, in quibus lectisternium majorem partem anni fieri solet: precarique, quod senatus de novo bello in animo haberet, ut ea res senatui populoque Romano bene ac feliciter eveniret. Ea omnia sacrificia lata fuerunt: primique hostiis perlitatum est: & ita aruspices responderunt, eo bello terminos populi Romani propagari victoriam ac triumphum ostendi. Hæc quum renunciata essent, lætitia religione animis, Patres rogationem ad populum ferri jusserunt: *Velient juxerentne cum Antiocho rege, quique ejus secuti essent, bellum ini esset ea rogatio perlata esset, tum, si ita videretur consulibus, rem integram ad senatum referrent.* P. Cornelius eam rogationem pertulit. tum senatus decrevit, ut consules Italiam & Græciam provincias sortirentur: cui Græcia evenisset, ut præter eum numerum militum, quem L. Quintius in eam provinciam ex auctoritate senatus scripsisset imperasset ve, ut eum exercitum acciperet, quem M. Babius prætor anno prior ex senatusconsulto in Macedoniam trajecisset. Et extra Italiam permissum, ut si res postulasset, auxilia ab sociis ne supra quinque millium numerum acciperet. L. Quintium superioris anni consulem legari ad id bellum placuit. Alter consul, cui Italia provincia evenisset, cum Boiis justus bellum gereret, utro exercitu mallet ex duobus, quas superiores consules habuissent; alterum ut mitteret Romam, æque urbanæ legiones essent paratæ, quo senatus consuleret.

Cap. II. His ita in senatu, ad id, quæ cujus provincia foret, decretis, tum demum sortiri consules placuit. Acilio Græcia, Cornelio Italia evenit. Certa deinde sorte Senatusconsultum fictum est: *quod populus Romanus eo tempore duellum justisset cum rege Antiocho esse, quique tum sub imperio ejus essent; ne ejus rei ea culpa suppliciationem imperarent consules: utique Manius Acilius consul ludos magnos Jovi optimo maximo vovisset, & dona ad omnia pulvinaria.* Id votum in hæc verba præeunte P. Licinio pontifice maximo consul nuncupavit: *Si duellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit, id ex sententia senatus populique Romani confectum erit; tum tibi Jupiter optime maxime Romanos ludos magnos dies decem continuos facies: donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia, quantam senatus decreverit. Qui quis magistratus eos ludos quando oblatus faxit, bi ludi recte facti, donique dona recte sunto.* Supplicatio inde ab duobus consulibus edicta per biduum fuit. Consulibus sortitis provincias, extemplo & prætores sortiti sunt. M. Junio Bruto jurisdictio utraque evenit: A. Cornelio Mammulæ Bruttii, M. Æmilio Lepido

pido Sicilia, L. Oppio Salinatori Sardinia, C. Livio Salinatori classis, L. Æmilio Paullo Hispania ulterior. His ita exercitus decreti. A. Cornelio novi milites, conscripti priore anno ex Senatusconsulto à L. Quintio consule, dari sunt: justitiæque tueri omnem oram circa Tarentum Brundusiumque. L. Æmilio Paullo in ulteriorem Hispaniam præter eum exercitum, quem à M. Fulvio proprætore accepturus esset, decretum, ut novorum militum tria millia duceret, & trecentos equites, ita ut in iis duæ partes focium Latini nominis, tertia civium Romanorum esset. Idem supplementi ad C. Flaminium, cui imperium prorogabatur, in Hispaniam citeriorem est missum. M. Æmilius Lepidus à L. Valerio, cui successurus esset, *simul provinciam exercitumque accipere jussus*: *L. Valerium, ita videretur, pro prætore in provincia retinere, & provinciam ita dividere, ut una ab Agrigento ad Pachynum esset: altera à Pachyno Tyndarium. Eam maritimam oram L. Valerius viginti navibus longis custodiret.* Eidem prætori mandatum, ut duas decumas frumenti exigeret: id ad mare comportandum, devehendumque in Græciam curaret. Idem L. Oppio de alteris decumis exigendis in Sardinia imperatum. Cæterum, non in Græciam, sed Romam id frumentum portari placere. C. Livius prætor, cui classis evenerat, cum triginta navibus paratis traiceret in Græciam primo quoque tempore jussus, & ab Atilio naves accipere. Veteres naves quæ in navalibus erant, ut reficerei & armaret, M. Junio prætori negotium datum est, & in eam classem socios navales libertinos legeret.

Cap. III. Legati Carthaginienses, & in Numidiam ad frumentum rogandum, quod in Græciam portaretur, missi: pro quo precium solveret populus Romanus. Adeoque in apparatum curamque ejus belli civitas intenta fuit, ut P. Cornelius consul ediceret, *Qui senatores essent, qui usque in senatu sententiam dicere liceret, quique minores magistratus essent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret, quam unde eo die redire posset: neve uno tempore quinque senatores ab urbe Roma abessent.* In comparando impigre classem, C. Livium prætorem contentio orta cum colonis maritimis, pauliper tenuit. Nam quum cogerentur in classem, tribunos plebis appellarunt: ab iis ad senatum relecti sunt. Senatus ita, ut ad unum omnes consentirent, decrevit, vacationem rei navalis his colonis non esse. Ostia, & Fregena, & Castrum novum, & Pyrgi, & Antium, & Tarracina, & Minturnæ, & Sinuessa fuerunt, quæ cum prætore de vacatione certaverunt. Consul deinde Manius Acilius ex Senatusconsulto ad collegium fecialium retulit: *Ipsine utique res Antiocho indiceretur bellum, an satis esset ad præfatum aliquod ejus nuncium? & num Ætolis quoque separatim indici juberent bellum, & num prius fœdera & amicitia renunciandæ esset, quam bellum indicendum?* Feciales responderunt: *Jam ante sese, quum de Philippo consuleretur, decrevisse; nihil referre, ipsi coram, an ad præfatum nunciaretur. Amicitiam renunciatam videri, quum legatis toties repetentibus res, nec redditæ, nec satisfieri æquum censuissent. Ætolos ultro sibi bellum indixisse, quum Demetriadem loctorum urbem per vim occupassent: Chalcidem terra marique oppugnatum isse: regem Antiochum in Eteropam ad bellum populo Romano inferendum traduxisse.* Omnibus jam fatis compareis, Manius Acilius Consul edixit: *Ut quos L. Quintius milites conscripsisset, & quos locis nominique Latino imperasset, quos item in provinciam ire oportuerat, & ut decumi militum legere prima & tertia, uti omnes Brundusium Idibus Majis convenirent.* Ipse ante diem quintum nonas Majas paludatus urbe egressus est. Per eosdem dies & prætores in provinciis profecti sunt.

Cap. IV. Sub idem tempus legati ab duobus regibus, Philippo & Ptolomæo Ægypti rege, Romam venerunt; pollicentes ad bellum auxilia, & pecuniam, & frumentum. ab Ptolomæo etiam mille pondo auri, viginti millia pondo argenti allata. Nihil eius acceptum. Gratiæ regibus actæ. & quum uterque se cum omnibus copiis in Antiochum venturum belloque interfuturum polliceretur; Ptolomæo id remissum: Philippi legaris responsum; gratum eum senatui populoque Romano factum, si Manio Acilio consuli non defuisset. Item ab Carthaginiensibus & Masanissa rege legati venerunt. Carthaginienses tritici modium mille, hordei quingenta millia ad exercitum, dimidium ejus Romam apportaturos polliciti sunt: id ut ab se munus Romani acciperent, petere se. & classem suorum suo sumptu comparaturos: & stipendium quod pluribus pentionibus in multos annos debebant, præsens omne daturos. Masanissæ legati, quingenta millia modium tritici, trecenta hordei ad exercitum in Græciam; Romam trecenta millia modium tritici, ducenta quinquaginta hordei, equites quingentos, elephantos viginti regem ad Manium Acilium consulem missurum. De frumento utrique responsum; ita

ita ufurum eo pondum Romanum, ſi precium acciperent. De claſſe Carthaginienſibus remiſſum: præterquam ſi quid navium ex fœdere deberent. de pecunia item reſponſum; nullam ante diem accepturos.

Cap. V. Quum hæc Romæ agebantur; Chalcide Antiochus ne ceſſaret per hibernorum tempus, partim ipſe ſollicitabat civitatum animos mittendis legatis, partim ultro ad eum veniebant: Epirotæque communi gentis conſenſu, & Elei & Peloponneſo venerunt. Elei auxilium adverſus Achæos petebant, quos poſt bellum non ex ſua ſententia indictum Antiocho, primum civitati ſuæ arma illaturos credebant. Millia illis pedites cum duce Cretenſi Euphane ſunt miſſi. Epirotarum legatio erat minime in partem ullam liberi aut ſimplicis animi. Apud regem gratiam initam volebant, cum eo ut caverent ne quid offenderent Romanos. petebant enim, *ne ſe temere in cauſſam deduceret, expoſitos adverſus Italiam pro omni Græcia, & primos impetus Romanorum excepturos. Sed ſi ipſe poſſet terreſtribus navalibuſque copiis præſidere Epiro, cupide eum omnes Epirotas & urbibus & portubus ſuis accepturos. ſi id non poſſet; deprecari, ne ſe nudos atque inermes Romano bello obiiceret.* Hac legatione id agi apparebat, ut five (quod magis credebant) abſtinuiſſet Epiro. Integra ibi omnia apud exercitus Romanos eſſent; conciliata fatis apud regem gratia, quod acceptari fuiſſent venientem: five veniſſet, ac quoque ſpes veniæ ab Romanis foret; quod non expectato longinquo auxilio ab ſe, præſentis viribus ſuccubuiſſent. Huic tam perplexæ legationi, quia non ſatis in promptu erat quid reſponderet, legatos ſe miſſurum ad eos dixit, qui de iis, quæ ad illos ſeque communiter pertinerent, loquerentur.

Cap. VI. In Bœotiam ipſe profectus eſt: cauſſas in ſpeciem iræ adverſus Romanos eas, quas ante dixi, habuerem: Brachyllæ necem, & bellum à Quintio Corinthe, proprietor Romanorum militum cædes, illatum: revera per multa jam ſecula publice privatimque labente egregia quendam diſciplina gentis, & conſtrorum eo ſtatu, qui diuturnus eſſe ſine moratione rerum non poſſet. Obviam effuſis undique Bœotiæ principibus, Thebas venit. ibi in concilio gentis; quamquam & ad Delium impetu in præſidium Romanum facto, & ad Chalcidem commiſerat nec à parvis nec dubiis principiis bellum; tamen eandem orationem exorſus, qua in colloquio primo ad Chalcidem, quaque per legatos in concilio Achæorum uſus erat, ut amicitiam ſecum inſtitui, non bellum indici Romanis poſtularet; neminem, quid ageretur, fallebat. decretum tamen ſub levi turborum præſertim pro rege adverſus Romanos factum eſt. Hac quoque gente adjuncta, Chalcidem regreſſus, præmiſſis inde literis, ut Demetriadem convenirent principes Ætolorum, cum quibus de ſumma rerum deliberaret: navibus eo ad dien indictam concilio venit. Et Amynander actionis ad conſultandum ex Athamania: & Annibal jam diu non adhibitus, interfuit ei concilio. Conſultatum de Theſſalorum gente eſt, quorum omnibus qui aderant voluntas tentanda videbatur. in eo modo diverſæ ſententiæ erant: quod alii, extemplo agendum; alii ex hieme, quæ tunc ferme media erat, diſſerendum in veris principium; & alii, legatos tantummodo mittendos: alii cum omnibus copiis eundum cenſebant, terrendoſque metu, ſi cunctarentur.

Cap. VII. Quum circa hanc fere conſultationem diſceptatio omnis verteretur, Annibal nominatim interrogatus ſententiam, in univerſi belli cogitationem regem atque eos qui aderant, tali oratione avertit: *Si ex quo trajecimus in Græciam, adhibitus eſſem in conſilium, quum de Eubœa, de Achaïs, de Bœotia agebatur; eam ſententiam dixiſſem, quam bodie, quum de Theſſalis agitur, dicam. Ante omnia Philippum & Macedonas in ſocietatem belli quacunque ratione cenſeo deducendos eſſe. nam quod ad Eubœam Bœotoſque & Theſſalos attinet, cui dubium eſt, quin ut quibus nullæ jam vires ſint, præſentibus adulando ſemper, quem metum in conſilio habeant, eodem ad imperantem veniam utantur ſimul ac Romanum exercitum in Græcia viderint, ad conſuetum imperium ſe avertant? nec iis noxæ futurum ſit, quod quum Romani procul abeſſent, vim tuam præſentis exercituſque tui experiri noluerint? Quanto igitur prius portuſque eſt Philippum nobis conjungere, quam hos: cui ſi ſemel in cauſſam deſcenderit, nihil integri futurum ſit; quique eas vires afferat, quæ non acceſſio tantum ad Romanum eſſe bellum, ſed per ſe ipſæ nuper ſuſtinere potuerint Romanos? Hoc ego adjuncto (abſit verbo invidia) qui dubitare de eventu poſſim? quum, quibus averſi ex Philippum valuerint Romani, iis nunc ſore videam ut ipſi oppugnentur. Ætoli, qui Philippum (quod inter omnes conſtat) viceruut, cum Philippo adverſus Romanos pugnabunt, Amynander atque Athamanum gens, quorum ſecundum Ætolos plurima fuit opera in eo bello, robuſtum ſtabunt. Philippus tum, te quieto, totam molem ſuſtinebat belli: nunc duo maximi reges, Aſia Europæque viribus ad-*

adversus unum populum (ut meam utramque fortunam tacedam) patrum certe ætate ne uni quidem Epirotarum regi parem, quicquid tandem erit nobilium comparatus, geretis bellum. Quæ igitur res mihi fiduciam præbet conjungi nobis Philippum posse? Una, communis utilitas, quæ societatis maximum vinculum est: altera, auctores vos Ætoli. Vester enim legatus hic Thoas inter cætera, quæ ad excidendum in Græciam Antiochum dicere est solitus, ante omnia hoc semper affirmavit; fremere Philippum, & ægre pati, sub specie pacis leges servitutis sibi impositas. Ille quidem feræ bestiæ vincla aut claustra, & refringere claustra cupienti, regis iram verbis æquabat. cujus si talis animus est, solvamus nos ejus vincula, & claustra refringamus! ut erumpere diu coercitum ferum in hostes communes possit. Quod si nihil eum legatio nostra moverit: at nos, quoniam nobis eum adjungere non possumus, ne hostibus nostris ille adjungi possit, caveamus. Seleucus filius tuus Lysimachiæ est: qui si eo accersitus quem secum per Thraciam proximam Macedoniæ coperit depopulari; facile ab auxilio ferendo Romanis Philippum ad sua potissimum tuenda avertet. De Philippo meam sententiam habes. De ratione universi belli quid sentirem, jam ab initio non ignorasti. quod si tum audisti forsan, non in Etruria Chalcidem captam & castellum Eutipi expugnatum Romani, sed Etruriam Ligurumque & Galliæ Cisalpinæ ora bello ardere, & qui maximus ille terror est, Annibalem in Italia esse audirent. Nunc quoque arcessas Corsicos omnes navales terrestresque copias, Sardiniamque classem accurrat cum commeatibus. nam hic sicut ad belli munera pauci sumus, sic nimis multi pro inopia commeatuum. Quum omnes tuas contraxeris vires; ab Italia classem partim Corcyræ in statione habebis, ne transitus Romanis liber ac tutus pateat: partim ad litus Italiæ, quod Sardiniæ Africæque flectat, trajicies: ipse cum omnibus terrestribus copiis in Bytinum agrum procedes. Inde Græcia præsidebis, & spectem Romanis trajectum te præbens, & si res poposcerit, transjicias. Hæc si suasero, qui, ut non omnis pertæsissimus sim belli, cum Romanis certe bello nunquam mihi dixisti. In quæ consilium acti, in eadem nec infidelem, nec segnem operam polliceor. Dii approbent eam sententiam, quæ tibi optima visa fuerit.

Cap. VIII. Hæc ferme Annibalis oratio fuit, quam laudarunt magis in præsentia, quibus aderant, quam rebus ipsis exsecuti sunt. nihil enim eorum est factum, nisi quod ad classem copiasque arcessendas ex Asia Polyxenidam misit. Legati Lariſæam ad concilium Thessalorum sunt missi, & Ætolis Amynandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est indictus. eodem & rex cum suis copiis confestim venit. Ibi dum opperiretur Amynandrum atque Ætolos, Philippum Megalopolitanum cum duobus millibus hominum ad legendo ossa Macedonum circa Cynoscephalas, ubi debellatum erat cum Philippo, misit; sive ab ipsi quærente sibi commendationem ad Macedonum gentem & invidiam regi, quod insepultos milites reliquisset, monitus; sive ab insita regibus vanitate, ad consilium specie amplum, re inane, animo adjecto. Tumulus est in unum ossibus, quæ passim strata erant, coacervatis factus: qui nullam gratiam ad Macedonas, odium ingens ad Philippum movit. Itaque qui ad id tempus fortunam esset in consilio habiturus, is extemplo ad M. Bæbium proprætorem misit, Antiochum in Thessaliam impetum facisse. si videretur ei, moveret ex hibernis: de obvium processurum, ut quid agendum esset consuleretur.

Cap. IX. Antiocho ad Pheras jam castra habenti, ubi conjunxerant ei se Ætoli & Amynander; legati ab Lariſſa venerunt, quærentes, quod ob factum dictumve Thessalorum bello lacesseret eos: simul orantes ut remoto exercitu, per legatos, si quid ei videretur, secum disceptaret. Eodem tempore quingentos armatos duce Hippolocho Pheras in præsidium miserunt: hi excluſi aditu, jam omnia itinera obsidentibus regiis, Scotussam se receperunt. Legatis Lariſſeorum rex clementer respondit. Non belli faciendi, sed tuendæ & stabiliendæ libertatis Thessalorum causſa, se Thessaliam intrasse. Similia his qui cum Phareis ageret missus, cui nullo dato responſo, Pheræi ipſi suum legatum ad regem, principem civitatis Pausanian miserunt. Qui quum haud dissimilia his, ut in causſi pari, quæ pro Chalcidensibus in colloquio ad Euripi fretum dicta erant, quædam etiam ferocius egisset; rex etiam atque etiam deliberare eos jussos, ne id consilii caperent, cujus dum in futurum nimis cauti & providi essent, extremo pœniteret, dimisit. Hæc renunciata Pheras legatio quum esset, ne paulum quidem dubitarunt, quin pro side erga Romanos, quicquid fors belli tulisset, paterentur. Itaque & bi summa ope parabant se ad urbem defendendam: & rex ab omni parte simul oppugnare mœnia est aggressus. ut qui satis intelligeret, (neque enim dubium erat) in eventu ejus urbis positum esse, quam primam aggressus esset, aut sperni deinde ab universa gente

Thes-

Thessalorum, aut timeri se; omnem undique terrorem obtestis injecit. Primum impetum oppugnationis satis constanter sustinuerunt: deinde quum multi propugnantes caderent, aut vulnerarentur, labare animi cœpere. Revocati deinde castigationibus principum ad perseverandum in proposito, relicto exteriore circulo muri deficientibus jam copiis, in interiorem partem urbis concesserunt; cui brevior orbis munitionis circumjectus erat, postremo victi malis quum timerent, ne vi capta nulla apud victorem venia esset, dediderunt sese. Nihil inde moratus rex, quatuor millia armatorum, dum recens terror esset, Scotussam misit. nec ibi mora deditionis est facta: cernentibus Pheræorum recens exemplum: qui, quod pertinaciter primo abnuerant, malo domiti tandem fecissent. cum ipsa urbe Hippolochus Larissæorumque dedita est præsidium. Dimissi ab rege inviolati omnes: quod eam rem magni momenti futuram rex ad conciliandos Larissæorum animos credebat.

Cap. X. Intra decimum diem quam Pheras venerat, his perfectis, Cranonem profectus cum toto exercitu, primo adventu cepit. inde Cyparam & Metropolim, & iis circumjecta castella recepit: omnlaque jam regionis ejus, præter Atracem & Gyrtonem, in potestate erant. Tum aggredi Larissam constituit: ratus vel terrore exercituum expugnatarum, vel beneficio præsidii dimissi, vel exemplator civitatum dedentium sese, non ultra in pertinaci manfuros. Elephantis agi ante signa terroris caussa jussit, quadrato agmine ad urbem incessit: ut incerti fluctuarentur animi magnæ partis Larissæorum inter metum præsentem hostium, & verecundiam

est, non facile ad defectionem posse cerneret impelli, propter metum Romanæ classis, quæ cum Atilio, quæve circa Cephaleniam erat, arte eos est aggressus. nam quum in concilio dixisset, tuenda mediterranea Acarnaniæ esse, & omnibus, qui arma ferrent, exeundum ad Medionem & Thyrium ne ab Antiocho aut Ætolis occuparentur; fuere qui dicerent, nihil attinere omnes tumultuose concitari: satis esse quingentorum hominum præsidium. eam juventutem nactus, tredecim Medione, duentis Thyrii in præsidio positis, id agebat, ut pro obsidibus futuri venirent in potestatem regis.

Cap. XII. Per eosdem dies legati regis Medionem venerunt. quibus auditis, quum in concione, quidnam respondendum regi esset, consultaretur; & alii mandandum in Romana societate, alii non aspernandam amicitiam regis censerent; media visa est Clyti sententia, eoque accepta est, ut ad regem mitterent legatos, peterentque ab eo, ut Medionios super tanta re consultare in concilio Acarnanum pateretur. In eam legationem Mnesilochus, & qui ejus factionis erant, de industria conjecti; clam missis, qui regem admovere copias juberent, ipsi terebant tempus. itaque vix dum iis egressis legatis, Antiochus in finibus, & non ad portas erat, & trepidantibus, qui experetes proditionis fuerant, tumultuoseque juventutem ad arma vocantibus, ab Clyto & Mnesilocho in urbem est inductus: & aliis sua voluntate affluentibus, metu coacti etiam qui dissentiebant, ad regem convenerunt. quos placida oratione territos quum permulsisset; ad spem vulgatæ clementiæ aliquot populi Acarnaniæ defecerunt. Thyrium à Medione profectus est, Mnesilocho eodem & legatis præmissis. Cæterum detecta Medione fraus cautiores, non timidiores Thyrienses fecit: dato ei haud perplexo responso, nullam se novam societatem, nisi ex auctoritate Romanorum imperatorum, accepturos: portisque vanis, armatos in muris dispositurum. Et peropportune ad confirmandos Acarnanum animos Cn. Octavius missus à Quinctio, quum præsidium & paucas naves ab A. Postumio, qui ab Atilio legato Cephaleniæ præpositus fuerat, accepisset: Leucadem venit, implevitque Ipsi focios: & Atilio ab Acilium Consulem jam cum legionibus mare trajecisse, & in Thessalia castra Romana esse. Hunc rumorem quia similem veri tempus anni maturum jam ad navigandum faciebat; rex præsidio Medione impositio, & in quibusdam aliis Acarnaniæ oppidis, Thyrio abscessit, & per Ætoliæ ac Phocidis urbes Chalcidem rediit.

Cap. XIII. Sub idem tempus M. Bæbius & Philippus rex jam ante per hiemem in Dassaretiis congressi, quum Ap. Claudium, ut obsidione Lariſſam eximeret, in Thessaliam misissent; quia id tempus rebus gerendis immanrum erat, in hiberna regressi, principio veris conjunctis copiis in Thessaliam descenderunt. In Acarnania rum Antiochus erat. Advenientes, Philippus Malloeam Perrhæbiæ, Bæbius Phacium est aggressus. quo primo prope impetu capto, Phædium eadem celeritate cepit. inde Atracem cum se recepisset, Cyretias hinc & Phricium occupare præfidiisque per recepta oppida dispositis, Philippo rursus obsidenti Malloeam se conjungit. Sub adventum Romani exercitus, seu ad metum virium, seu ad spem veniæ quum deditionem fecisset; ad eam recipiendam oppida, quæ Athamanes occupaverant, uno agmine ierunt. Erant autem hæc, Æginium, Ericinum, Gomphi, Silana, Tricca, Melibœa, Phaloria. Inde Pellinæum, ubi Philippus Megalopolitanus cum quingentis peditibus & equitibus quadraginta in præsidio erat, & circumsidunt, & priusquam oppugnarent, mittunt ad Philippum qui monerer, ne vim ultimam experiri vellet. Quibus ille latis ferociter respondit, vel Romanis vel Thessalis se crediturum fuisse. in Philippi se potestatem comissurum non esse. Posteaquam apparuit vi agendum; quia videbatur & Limnæam eodem tempore oppugnari posse, regem ad Limnæam ire placuit: Bæbius restitit ad Pellinæum oppidum.

Cap. XIV. Per eos forte dies Manlius Acilius consul cum decem millibus peditum, duobus millibus equitum, quinque cim elephantis, marı trajecto, nec ostres copias Lariſſam ducere delectos militum tribunos justit. Ipse cum equitatu Limnæam ad Philippum venit. Adventu consulis deditio sine cunctatione est facta: traditumque præsidium regium, & cum iis Athamanes. Ab Limnæa Pellinæum consul proficiscitur. Ibi primi Athamanes tradiderunt se: deinde & Philippus Megalopolitanus: cui decedenti de præsidio, quum obvius forte fuisset Philippus rex, ad ludibrium Regem eum consalutari jussit; ipse congressus, fratrem, haud sane decoro majestati suæ joco, appellavit. Deductus inde ad consulem custodiri justus: & haud ira multo post in vinculis Romam missus. cætera multitudo Athamanum aut militum Antiochi regis, quæ in præsidiis deditorum per eos dies oppidorum fuerat, Philippo tradita regi est. fuere autem ad tria millia hominum. Consul Lariſſam est profectus; ibi de summa belli consultaturus, in itine-

re ab Pieria & Metropoli legati tradentes urbes suas occurrerunt. Philippus Achamanum præcipue captivis indulgenter habitis, ut per eos conciliaret gentem, nactus spem Athamaniæ potiundæ, exercitum eo duxit: præmissis in civitates captivis, & illi magnam auctoritatem apud populares habuerunt, clementiam erga se regis munificentiamque commemorantes. & Amynander, cujus præsentis majestas aliquos in fide continuisset, veritus ne tradererur Philippo jam pridem hosti, & Romanis merito tum propter defectionem infensis; cum conjuge ac liberis regno excessit, Ambraciamque se contulit. ita Athamania omnis in jus dicionemque Philippi concessit. Consul ad rescindenda maxime jumenta, quæ & navigatione & postea itineribus fatigata erant, paucos Lariſſæ moratus dies, velut renovato modica quiete exercitu, Cranonem est profectus. Venierat Pharsalus, Scotussa, & Pheræ, quæque in eis præsidia Antiochi erant, deduntur. ex iis interrogaris, qui manere secum vellent, mille volentes Philippo tradidit: cæteros inermes Demetriadem remittit. Proernam inde recepit, & quæ circa eam castella erant. Ducere tum porro in finum Maliacum cœpit. Appropinquante faucibus, super quas sita Thaumaci sunt, deterta turbe juventus omnis armata, silvas & ultinera infedit: & in agmen Romanum ex superioribus locis incurſavit. Consul primo mittere, qui ex propinquo colloquentes deterreret eos à tali furore: posteaquam perseverare in incepto vidit, tribuno cum duorum signorum militibus circumisso, interclusit ad urbem iter amnis, vacuamque eam cepit. tum clamore ab tergo captæ urbis audito, refugientium undique ex silvis indiatorum cædes facta est. A Thaumacis altero die consul ad Sperchium amnem pervenit: inde Hypatæorum agros vastavit.

Cap. XV. Quum hæc agebantur, Chalcide erat Antiochus. qui jam tum cernens, nihil se ex Græcia, præter amœna Chalcide hiberna & infames nuptias periſſe, Ætolorum vana promissa incusare, & Thoantem: Annibalem vero, non ut prudentem tantum virum, sed prope vatem omnium, quæ tum evenirent, admirari. ne ramen temere cœpta, fegnitia insuper everterent, nuncios in Ætoliam mittit, ut omni contracta juventute conirenirent. Jam & ipse eo decem millia fere peditum ex iis, qui postea venerant ex Asia, expleta, & equites quingentos duxit. Quo quum alitquanto pauciores quam umquam antea convenissent, & principes tantummodo cum paucis clientibus essent, argue iis dicerent omnia sedulo ab se facta, ut quam plurimos ex civitatibus suis evocarent; nec auctoritate, nec gratia, nec imperio adversus detrectantes militiam valuisse; destitutus undique & ab suis, qui morabantur in Asia, & ab hostibus, qui ea, in quorum spem vocaverant, non præstabant; intra saltum Thermopylarum sese recepit. Id jugum, sicut Apennini dorso Italia dividitur, ita mediam Græciam dirimit. ante saltum Thermopylarum in tentorrionem versa Epirus, & Perrhæbia, & Magnesia & Thessalia est, Phthiotæ Achæi, & sinus Maliacus. intra Æsacum ad meridiem vergunt, Ætoliæ pars major, & Acarnania, & cum Locride Phocis, & Bœotia, adjunctaque insula Eubœa. & excurrente in altum, velut promontorio, Attica terra sita ab tergo & Peloponnesus. Hoc jugum ab Leucate & mari ad occidentem verso per Ætoliam ad alterum mare orienti objectum tendens, ea asperra rupesque interjectas habet, ut non modo exercitus, sed ne expediti quidem facile ullos ad transitus calles inveniant. Extremos ad orientem montes Oeram vocant. quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur: in cujus valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius quam sexaginta passus. Hæc una militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint. ideo Pylæ, & ab illis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, Thermopylæ locus appellatur; nobilis Lacedæmoniorum adversus Persas morte magis memorabili, quam pugna.

Cap. XVI. Haudquaquam pari tum animo Antiochus intra portas loci ejus castris positis, munitionibus insuper saltum impediebat. & quum duplici vallo fossaque, & muro, eriam qua res postulabat, ex multa copia pastim jacentium lapidum permunisset omnia; saris fidens numquam ea vim Romanum exercitum facturum, Ætolos ex quatuor millibus (tot enim convenerant) partim ad Heracleam præsidio obtinendam quæ ante ipsas fauces posita est, partim Hyparam mittit: & Heracleam haud dubius consilium oppugnaturum, & jam multis nunciantibus circa Hyparam omnia evastari. Consul depopulatus Hypatensem primo deinde Heracleensem agrum, inutili utrobique auxilio Ætolorum, ipsis faucibus prope fontes calidarum aquarum adversus regem castra posuit. Ætolorum utraque manus Heracleam sese inclusserunt. Antiochum, cui priusquam hostem cerneret, satis omnia permunita & præsidiis obsepta videbantur, timor deinde incessit, ne quos per imminenti juga calles invenirer ad transitum

Roma-

Romanus. nam & Lacedæmonios quondam ita à Perſis circumitos fama erat; & nuper Philippum ab iſdem Romanis. itaque nuncium Heracleam ad Ætolos mittit, ut hanc ſaltem ſibi operam eo bello præſtarent, ut vertices circa montium occuparent obſiderentque, ne qua tranſire Romanus poſſet. Hoc nuncio audito, diſſenſio inter Ætolos orta eſt. pars imperio parendum regis atque eundum cenſebant; pars ſubſiſtendum Heracleæ ad utramque fortunam; ut ſive victus à conſule rex eſſet, in expedito haberent integras copias ad opem propinquis ferendam civitatibus ſuis: ſive vinceret, ut diſſipatos in fugam Romanos perſequerentur. Utraque pars non manſit modo in ſententia ſua, ſed etiam exſecuta eſt conſilium. duo millia Heracleæ ſubtiterunt, duo trifariam diviſa, Callidromum & Rhodunti am, & Tichiunta (hæc nomina cacuminibus ſunt) occupavere.

Cap. XVII. Conſul poſteaquam inſeſſa ſuperiora loca ab Ætolis vidit, M. Porcium Catonem & L. Valerium Flaccum conſulares legatos cum binis millibus delectorum militum ad caſtella Ætolorum, Flaccum in Rhoduntiam & Tichiunta, Catonem in Callidromum mittit. ipſe priuſquam ab hoſtem copias admoveret, vocatos in concionem milites, paucis eſt allocutus: *Pleroſque omnium ordinum milites inter vos eſſe video, qui in hac eadem provincia T. Quinctii ductu auſpicioque militaveritis. Macedonico bello inexſuperabilis magis ſaltus ad amnem Aoum fuit, quam hic. Quippe portæ ſunt hæ, & unus inter duo maria clauſis omnibus, velut naturalis tranſitus eſt. nec minus ipſe & locis opportunioribus tunc fuimus, & caſtidiores impoſitæ: exercitus hoſtium ille & numero major, & militum genere aliquanto melior. Quippe illic Macedones Thraceſque & Illyrii erant, ferociſſimæ omnes gentes: hic Syri, & Aſiatici Græci ſunt; leviſſima genera hominum & ſervituti nata. Rex ille bellicoſiſſimus, exercitatus jam inde ab juventa finitimis Thracum atque Illyriorum, & circa omnium accolarum bellis: hic ut allam omnem vitam ſileam, is eſt qui eum ad inferendum populo Romano bellum ex Aſia in Europam tranſiſſet, nihil memorabilius toto tempore hibernorum geſſerit, quam quod amoris cauſſa ex domo privata & obſcuri eſtam inter populares generis uxorem duxit. & novus maritus velut fagnatus nuptialibus cænis, ad pugnam proceſſit. Summa victoriæ ſpeique ejus in Ætolis fuit; gente bellicoſiſſima, & ingratiſſima vobis prius experti eſtis, nunc Antiochus experitur. Nam nec convenerunt frequentes, nec contineri in caſtris potuerunt, & in ſeditione ipſa inter ſe ſunt: & quum Hypatam tuendam Heracleamque depoposciſſent, neutram tutati, refugerunt in juga montium, pars Heracleæ incluſerunt ſeſe. Rex ipſe confeſſus, nuſquam æquo campo non modo congreſſi ſe ad pugnam audere, ſed ne caſtra quidam in aperto ponere, relictâ omni ante ſe regione ea, quam ſe nobis ac Philippo ademiſſe gloriabatur, condidit ſe intra rupes: ne ante fauces quidem ſaltus, ut quondam Lacedæmonios fama eſt, ſed intra penitiores retractis caſtris, quod quantum intereſt ad ritemore oſtendendum, an muris alicujus urbis obſidendum ſeſe incluſerit? Sed neque Antiochum tuebuntur anguſtiæ, nec Ætolos vertices illi, quos ceperunt. Satis undique proviſum anteque præcautum eſt, ne quid adverſus vos in pugna præter hoſtes eſſet. Illud proponere animo veſtro debetis; non vos pro Græciæ libertate tantum dimicare (quamquam is quoque egregius titulus eſſet, liberatam à Philippo antea, nunc ab Ætolis & ab Antiocho liberare) neque ea tantum in præſidium veſtrum ceſſura, quæ nunc in regiis caſtris ſunt: ſed illum quoque omnem apparatum, qui indies ab Epheſo expectatur, præda futurum: Aſiam deinde Syriamque, & omnia uſque ad ortus ſolis ditiſſima regna imperio Romano aperturos. Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare rubrum Oceano fines terminemus, qui orbem terrarum amplexus ſint: & omne humanum genus ſecundum Deos nomen Romanum venereturi? In hæc tanta præmia dignos parate animos: ut craſtino die bene juvantibus Diis acie decernamus.*

Cap. XVIII. Ab hac concione dimiſſi milites, priuſquam corpora curarent, arma ſelaque parant. Luce prima, ſigno pugnæ propoſito, in aciem conſul, arcta fronte, ad naturam & anguſtias loci. Rex poſteaquam ſigna hoſtium conſpexit, & ipſe copias eduxit. Levis armaturæ partem ante vallum in primo locavit: tum Macedonum robur, quos Sariſſophoros appellabant, velut firmamentum circa ipſas munitiones conſtituit bis. ab ſiniſtro cornu jaculatorum ſagittariorumque & fundi torum manum ſub ipſis radicibus montis poſuit, ut ex altiore loco nuda latera hoſtium inceſſerent. ab dextro Macedonibus ad ipſum munimentorum finem, qua loca uſque ad mare invia paluſtri limo & voraginibus claudunt, elephantos cum aſſuetæ præſidio poſuit: poſt eos equites. tum modico intervallo relicto, cæteras copias in ſecunda acie. Macedonesque pro vallo locati, primo facile ſuſtinebant Romanos, tentantes ab

omni parte aditus: multum adjuvantibus qui ex loco superiore fundis, velut nimbum, glandes & fagittas timui & jacula ingerebant. deinde, ut malor nequ jam toleranda vis hoftium inferebat fe; pulli loco, intra munimenta fubductis ordinibus concefferunt: inde ex vallo prope alterum vallum, hattis præ fe objectis, fecerunt. & ita modica altitudo vallis erat, ut & locum fuperiorem ad pugnandum fibi præberet, & propter longitudinem haftarum fubjectam haberet hoftem. Multi temere fubeuntes vallum tranfixi funt: & aut incepto irrito receffiffent, aut plures cecidiffent, ni M. Porcius ab jugo Callidromi, dejectis inde Ætolis, & magna ex parte cæfis, (incautos enim & pleroique fopitos oppreferat) fuper imminentem caftris collem apparuiffet.

Cap. XIX. Flacco non eadem fortuna ad Tichiunta & Rhoduntiam, nequicquam fubire ad ea caftella conato, fuerat. Macedones, quique alii in caftris regiis erant, primo, dum procul nihil aliud quam turba & agmen apparebat, Ætolos credere vifa procul pugna fubfidio venire cæterum ut primum fignaque & arma ex propinquo cognita errorem apperuerunt, tantus repente pavor omnes cepit, ut abjectis armis fugerent. Et munimenta frequentes impedierunt, & anguftiæ vallis, per quam frequentes erant. & maxime omnium, quod elephanti noviffimi agminis erant, quos pedes ægre præterire, eques nullo poterat modo; timentibus equis, tumultumque inter fe majorem quam in prælio edentibus. Aliquantum temporis & direptio caftrorum tenuit. Scarphiam tamen eo die perfecuti funt hoftem. Multa in ipfo itinere cæfis captifque, non æquis viribus tantum, fed etiam elephantis, quos capere non potuerant, interfectis, in caftra reverterunt: quæ tentata eo die inter ipfum pugnæ tempus ab Ætolis Heracleam obtinentibus præfidio, fine ullo haud parum audacis inceptu effectu fuerant. Conful noctis infequentis tertia vigilia, præmiffo equitatu ad perfequendum hoftem, ftigna legionum prima luce movit. Aliquantum viæ præceperat rex; ut qui non ante quam Elatiæ ab effufo conftiterit curfu: ubi primum reliquiis pugnæque & fugæ collectis, cum perexigua manu femiermium militum Chalcidem fe recepit. Romanus equitatus ipfum quidem regem Elatiæ affecutus non eft, fed magnam partem agminis, aut laffitudine fubfidentis, aut errore, ut qui fine ducibus per ignota itinera fugerent, diftipatos oppreferunt. nec præter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quifquam effugit: etiam ex decem millibus millium, quos Polybio auctore trajeciffe fecum regem in Græciam fcripfimus, exiguus numerus. Quid fi Antiati Valerio credamus fexaginta millia militum fuiffe in regio exercitu fcribenti, quadraginta inde millia cecidiffe, fupra quinque millia capta cum fignis militaribus ducentis triginta? Romanorum centum quinquaginta in ipfo certamine pugnæ, ab incurfu Ætolorum fagro inter non plus quinquaginta interfecti funt.

Cap. XX. Confule per Phocidem & Bœotiam exercitum ducente, conficiæ defectionis civitates, cum velamentis ante portas ftabant; metu ne hoftiliter diriperentur. cæterum per omnes dies haud fecus quam in pacato agro fine ullo munitione ullius rei agmine procefit; donec in agrum Coroneum ventum eft. Ibi ftatua regis Antiochi pofita in templo Minervæ Itoniæ iram accendit: permiffumque militi eft, ut circumjectum templo agrum popularetur. deinde cogitatio animum fubiit, quum communi decreto Bœotorum pofita eftet ftatua, indignum effe in unum Coroneniem agrum fævire. Revocato extemplo milite, finis populandi factus: caftigari tantum verbis Bœoti, ob ingratum in tantis tamque recentibus beneficiis animum erga Romanos. Inter ipfum pugnæ tempus decem naves regiæ cum præfecto Hidoro ad Thronium ex finu Maliaco ftabant, eo gravis vulneribus Alexander Acarnan nuncius adverfæ pugnæ quum perfugiffet, trepidæ inde recenti terrore naves Cenæum Euboeæ petierunt. Ibi mortuus fepulturique Alexander. Tres, quæ ex Afia profectæ eundem portum tenuerant naves, audita adverfa clade, Ephefum redierunt. Iidorus ab Cenæo Demetriadem, fi forte eo deferret fuga regem, trajecit. Per eofdem dies A. Atilius præfectus Romanæ claffis, magnos regios commeatus, jam freum, quod ad Andrum infulam eft, prætervectos, excepit: alias merit, alias cepit naves. quæ noviffimæ agminis erant, curfum in Afiam verterunt. Atilius Piræeum, unde profectus erat, cum agmine captivarum navium revectus, magnam vim frumenti & Athenienfibus, & aliis ejufdem regionis fociis dividit.

Cap. XXI. Antiochus fub adventum confulis à Chalcide profectus, Tenum primo tenuit. inde Ephefum tranfmifit. Confuli Chalcidem venienti portæ patuerunt; quum appropinquante eo Ariftoteles, præfectus regis, urbe excefiffet. & cæteræ urbes in Euboea fine certamine traditæ, paucofque per dies omnibus perpacatis, fine ullius noxa urbis, exercitus Thermopylas reductus. multo modeftia poft victoriam, quam ipfa

lata victoria laudabilior. Inde consul M. Catonem, per quem quæ gesta essent senatus populusque Romanus haud dubio auctore sciret, Romam misit. Is a Creusa (Thespiensium emporium est, in intimo sinu Corinthiaco retractum) Patras Achaïæ petit: a Patris Corcyram usque Ætolicæ atque Acarnanicæ litora legit: atque ita ad Hydruntum Italiæ trajecit. quinto die inde in Asiam iturus Romam ingenti cursu pervenit. ante lucem ingressus urbem, à porta ad prætorem M. Junium iter intendit. Is prima luce senatum vocavit. quo L. Cornelius Scipio aliquot diebus ante à consule dimissus, quum adveniens audisset, prægressum Catonem in senatu esse: tum servenit exponenti quæ gesta essent. Duo inde legati jussi senatus in concionem sunt producti: atque ibi eadem, quæ in senatu, de rebus in Ætolia gestis, exposuerunt. Supplicatio in triduum decreta est; & ut quadraginta hostilis majoribus prætor, cuibus Dis videretur, sacrificaret. Per eosdem dies & M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante prætor in ulteriorem Hispaniam erat profectus, ovans urbem est ingressus: argenti bigati pæ se tulit centum & triginta millia: & extra numeratum duodecim millia pondo argenti: auri pondo centum quinque & septem.

Cap. XXII. Acilius consul ab Thermopylis Heracleam ad Ætolos præmisit. *ut tunc saltem experti regiam vanitatem respicerent: traditaque Heraclea, cogitarent de petenda ab senatu fœ furoris fui, seu erroris venia. cæterum (præcia civitates defecisse ex bello ab optime de se meritis Romanis: sed quia post fugam regis, cujus fiducia ab officio decesserant, non addidisset pertinaciam culpæ, in fidem receptas esse. Ætolos quoque, quamquam non secuti sint regem, sed trucidarint, & duces ejus in custodiis tenuerint, si pœnitere possint, posse ea incolumes esse.* Ad ea quum pacati nihil rescindererentur, apparerentque armis rem gerendam. & rege superato bellum Ætolicum integrum reliquerat: castra ab Thermopylis ad Heracleam movit: eoque ipso die, ut citius noscerer urbis, ab omni parte equo meniis circumvectus. Sita est Heraclea in radicibus Oetæ montis: ipsa in campo, arcem Imminentem loco alto, & undique præcipiti habet. Contemplatus omnia, quæ noscenda erant, quatuor simul locis aggredi urbem constituit. à flumine Afopo, quæ & gymnasium est, L. Valerium overibus atque oppugnationi præposuit: arcem extra muros, quæ frequentius prope quam urbs habitabatur, Ti. Sempronio Longo oppugnandam dedit: sinu Maliaco, quæ aditum haud facilem pars habebat, M. Bæbium; ab altero amni culo, quem Melana vocant, adversus Dianæ templum, Appium Claudium oppositi. Horum magno certamine intra paucos dies turres, arietesque, & alius omnis apparatus oppugnandarum urbium periciitur. & quum ager Heracleensis palustre omnis frequensque proceris arboribus, benigne ad omne genus operum materiam suppeditabat: tum quia refugerant intra mœnia Ætoli, defertaque in vestibulo urbis erant tecta, in varios usus non tigna modo & rabulas, sed laterem quoque, & cæmenta, & saxa variæ magnitudinis, præbebant.

Cap. XXIII. Et Romani quidem operibus magis quam armis urbem oppugnabant: Ætoli contra armis se tuebantur. nam quum ariete quaterentur muri, non laqueis, ut solet, exceptos declinabant ictus: sed armati, frequentes quidam ignes etiam, quos aggeribus injicerent, ferebant. fornices quoque in muro erant apti ad excurrendum: & ipsi, quum pro diruris reficerent muros, creberiores eos, ut pluribus erumperetur in hostem locis, faciebant. Hoc primis diebus, dum integræ vires erant, & frequentes & impigræ fecerunt: indies deinde pauciores, & fegnius. Etenim quum multis urgerentur rebus, nulla eos res æque ac vigiliæ conficiebant; Romanis in magna copia militum succedentibus aliis in stationem aliorum, Ætolos propter paucitatem eosdem dies noctesque assiduo labore urente. Per quatuor & viginti dies, ita ut nullum tempus vacuum dimicatione esset, adversus quatuor e partibus simul oppugnantem hostem nocturnus diurno continuatus labor est. Quum fatigatos jam Ætolos scirent consilii & exercitationem temporis; & quod ita transfugæ affirmabant, tale consilium iisse, media nocte receptui signum dedit, & ab oppugnatione simul omnes milites deductos usque ad tertiam diei horam quietos in castris tenuit. inde cœpta oppugnatio ad medium rursus noctem pertinuit: intermissa deinde usque ad tertiam diei horam. Fatigationem rati causam esse Ætoli non continuandæ oppugnationis, quæ & ipsos afficerat, ubi Romanis datum receptui signum esset, velut ipsi quoque hoc revocati, profecto ex stationibus decedebant: nec ante tertiam diei horam armati in muris apparebant.

Cap. XXIV. Consul quum nocte media intermissiles oppugnationem, quarta vigilia rursus ab tribus partibus summa vi aggressus; ab una Ti. Sempronium tenere intentes milites signumque exspectantes jussit: ad ea in nocturno tumultu, unde clamor exaudiretur, haud dubie ratus hostes concursuros. Ætoli pars sopiti affecta labore ac vigiliis corpora

ex somno moliebantur: pars vigilantes adhuc ad strepitum pugnantium in tenebris currunt. Hostes partim per ruinas jacentis muri transcendere conantur: partim fcalis afcensus tentant, adversus quos undique ad eam ferendam occurrunt Ætoli. Pars una, in qua ædificia extra urbem erant, neque defenditur, neque oppugnatur: sed cui oppugnarent, intenti fignum exspectabant, defensor nemo aderat. Jam dilucescebat, quum fignum confuli dedit. & fine ullo certamine partim per femiruta, partim fcalis integros muros transcendere. Simul clamor index capti oppidi est exaudirus, undique Ætoli defertis ftationibus in arcem fugiunt. Oppidum victores permissu consulis diripiunt: non tamen ira, nec ab odio, quam ut miles coerciri in tot receptis ex poteftate hostium urbibus, aliquo tandem loco fructum victoriæ sentiret. Revocatos inde à medio ferme die milites quum in duas divisisset partes; unam radicibus montium circumduci ad rupem jussit: quæ fastigio altitudinis par, media valle velut abrupta ab arce erat: sed adeo prope geminata cacumina eorum montium sunt, ut ex vertice altero conjici tela in arcem possint: cum dimidia militum parte consul ab urbe escensurus in arcem, fignum ab iis, qui ab tergo in rupem evaluri erant, exspectabat. Non tulere qui in arce erant Ætoli primum eorum, qui rupem ceperant, clamorem, deinde impetum ab urbe Romanorum; & fractis jam animis, & nulla ibi præparata re ad obsidionem diutius tolerandam: utpote congregatis fremitus, puerisque, & imbelli alia turba in arcem, quæ vix capere, nedum muri multitudinem tantam poffet. Itaque ad primum imperum abjectis armis dediderunt sese. Traditus inter cæteros princeps Ætolorum Damocritus est: qui principio belli decretum Ætolorum, quo arcessendum Antiochum censuerant, T. Quintio poscenti respondebat: *In Italia daturum, quum castra ibi Ætoli posuissent.* ob eam ferociam majus victoribus gaudium traditus fuit.

Cap. XXV. Eodem tempore quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex compofito oppugnabat; circa Thermopylas cum consule redeunte ex Boeotia, ut victoriam spoliis populique Romano gratularetur, excusaretque quod morbo impeditus bello non interfuisset, congressus. inde diversi ad duas simul oppugnandas urbes profecti. Interfunt septem millia ferme paffuum. & quia Lamia quum posita est in tumulo, tum regionem ea maxime despectat oppidum, qua breve intervallum videtur, & omnia in conspectu sunt; quum enixe velut propofito certamine Romani Macedonesque diem ac noctem, aut in operibus aut in prælis essent, hoc major difficultas Macedonibus erat, quod Romani aggere & vineis & omnibus supra rerum operibus, subtus Macedones cuniculis oppugnabant: & in asperis locis silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat. & quum parum procederet inceptum, per quæ remedia principum impedimenta rentabat rex, ut urbem dederent: haud dubius, quin si prius Heraclea capta foret, Romanis se potius quam sibi dedituri essent; fuamque gratiam consul in obsidione liberanda factu rus esset. nec eum opinio est frustrata: confestim enim ab Heraclea capta nuncius venit, ut oppugnatione abstineret. æquius esse, Romanos milites, qui acie dimicassent cum Ætolis, præmia victoriæ habere. Ita recessum ab Lamia est, & propinquæ clade urbis ipsi, ne quid simile paterentur, effugerunt.

Cap. XXVI. Paucis priusquam Heraclea caperetur diebus, Ætoli concilio Hypatam coacto, legatos ad Antiochum miserunt: inter quos & Thoas idem, qui & antea, missus est. mandata erant, ut ab rege peterent primum, ut ipse coactis rursus terrestribus navalibusque copiis, in Græciam trajiceret: deinde, si qua ipsum tenerent res, ut pecuniam & auxilia mitteret. id quum ad dignitatem ejus fidemque pertinere, non prodi focios, tum etiam ad incolumitatem regni, non finere Romanos omni cura vacuos, quum Ætolorum gentem fustulissent, omnibus copiis in Asiam trajicere. Vera erant quæ jactabantur: eo magis regem movebant. Itaque in præsentia pecuniam, quæ ad usus belli necessaria erat, legatis dedit: auxilia terrestria navaliaque affirmavit missurum. Thoantem unum ex legatis retinuit, & ipsum haud invitum morantem, ut exactor præsens promissorum adesset.

Cap. XXVII. Cæterum Heraclea capta fregit tandem animos Ætolorum: & post paucos dies quam ad bellum renovandum, acciendumque regem in Asiam miserant legatos; abjectis belli consiliis, pacis petendæ oratores, ad consulem miserunt. Quos dicere exorsos consul interfatus, quum alia sibi prævertenda esse dixisset; redire Hypatam eos datis dierum decem induciis, & L. Valerio Flacco cum iis misso, justit. el quæ secum acturi fuissent, exponere; & si qua vellent alia. Hypatam ut est ventum, principes Ætolorum apud Flaccum concilium habuerunt; consultantes, quonam agendum modo apud consulem foret. Parantibus iis antiqua fœderum ordiri; meritaque in populum Romanum, *Abstiftere iis* Flac-

Flaccus iussit, *quæ ipsi violassent ac rapuissent, confessionem iis culpæ maiestatis profuturam, & totam in preces orationem versam. nec enim in causa ipsorum, sed in populi Romani clementia spem salutis positam esse. & suppliciter agentibus iis se adfuturum, & apud consulem & Romæ in senatu: eo quoque enim mittendos legatos.* Hunc una via omnibus ad salutem visa est, *ut in fidem se permitterent Romanorum. Ita enim & illis violandi supplices verecundiam se imposituros: & ipsos nihilominus suæ potestatis fore, si quid melius fortuna ostendisset.*

Cap. XXVIII. Posteaquam ad consulem ventum est, Phæneas legationis principes longam orationem, & varie ad mitigandam iram victoris compositam, ita ad extremum finivit, ut diceret, Ætolos se fuaque omnia fidei populi Romani permittere. Id consul ubi audivit; *Etiam ante quæ etiam videte,* inquit, *Ætolis, ut iis permittatis.* Tum ille etiam Phæneas, in quo id diserte scriptum erat, ostendit. *Quando ergo,* inquit, *ita permittitis, postulo ut mihi Dicæarchum civem vestrum, & Menetam Epirotam,* (Naupactium is cum præsidio ingressus ad defectionem compulerat) *& Amynandrum cum principibus Athamanum, consilio ab nobis defectitis, sine mora dedatis.* prope dicentem interfatur Romanum Phæneas, *Non in servitutem,* inquit, *sed in fidem tuam nos tradidimus: & certum habeo te imprudentia labi: qui nobis imperes, quæ mores Græcorum non sint.* Ad hæc consul, *Nec hercle,* inquit, *magnopere nunc curo, quid Ætoli facti ex more Græcorum factum esse censeant: dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos modo decreto suo, ante armis victos. Itaque ni propere sit quod impero, vincti vos jam jubebo abire ex Græcia,* & circumsistere litteras jussit. Tum fracta Phæneæ ferocitas, Ætolisque aliis est: & tandem cujus conditionis essent, sensere. *& ipse quidem Phæneas, & qui adsint Ætolorum, scire facienda esse qua imperentur,* dixit: *sed ad decernendi ea concilio Ætolorum opus esse. ad id petere, ut decem dierum inducias daret.* Petente Flacco pro Ætolis, inducias dare: & Hypatam reditum est. Ubi quum in concilio delectorum, quos Apocletos vocant, Phæneas & quæ imperarentur, & quæ ipsis prope accidissent, exposuisset; ingemuerunt: quidem principes conditioni fidæ, parendum tamen victori censebant, & ex omnibus oppidis convocandos Ætolos ad concilium.

Cap. XXIX. Posteaquam vero omnis coacta multitudo eadem illa audivit, adeo fœvitia imperii atque indignitate exasperati animi sunt, ut si in pace fuissent, illo impetu iræ concitati potuerint ad bellum. Ad iram accedebat & difficultas eorum quæ imperarentur: quonam modo enim utique regem Amynandrum se tradere posse? Et spes forte oblata, quod Nicander eo ipso tempore ab rege Antiocho veniens, implevit exspectatione vana multitudinem; terra marique ingens parari bellum. Is duodecimo die quam conficenderat navem, in Ætoliam perfecta legatione rediens Phaleram in sinu Maliaco tenuit. inde Lamiam pecuniam quum devexisset, ipse cum expeditis vesperascente prima inter Macedonum Romanaque castra medio agro, dum Hypatam portis callibus petit, in stationem incidit Macedonum: deductusque ad regem est, nondum convivio dimisso. Quod ubi nunciatum est, velut hospitis, non hostis, adventu motus Philippus, accumbere eum epularique jussit: atque inde dimissis aliis solum retentum, *ipsum quidem de se timere quicquam vetuit. Ætolorum prava consilia, atque in ipsorum caput semper recidentia, accusavit. qui primum Romanos deinde Antiochum in Græciam adduxissent. Sed præteritorum, quæ magis reprehendi quam corrigi possint, obtinm se, non fœditatum, ut taceret, adhortatus rebus eorum. Ætolos quoque finitre tandem adversus se odia deberes & Nicandrum privatim ejus dei, quo servatus a se foret, meminisse.* Ita dato qui in tutum eum prosequerentur. Hypatam Nicander consultantibus de pace Romanis supervenit.

Cap. XXX. Manius Acilius venedita aut concessa militi circa Heracleam prædæ, posteaquam nec Hypatæ pacata esse consilia, & Naupactum concurrisse Ætolos, ut inde totum impetum belli sustinerent, audivit; præmisso Ap. Claudio cum quatuor millibus militum ad occupandam jugam, qua difficiles transitus montium erant ipse Oetam ascendit: Herculique sacrificium fecit in eo loco, quem Pyram, quod ibi mortale corpus ejus Dei sit crematum, appellant. inde toto exercitu profectus, reliquum iter satis expedito agmine fecit. Ut ad Coracem est ventum (mons est altissimus inter Callipolin & Naupactum) ibi & jumenta multa ex agmine præcipitata cum ipsis oneribus sunt, & homines vexari. Id facile apparebat, quam cum inerti hoste res esset, qui tam impeditum saltum nullo præsidio, ut clauderet transitum, insedisset. Tum quoque vexato exercitu, ad Naupactum descendit: & uno castello adverfus arcem posito, cæteras partes urbis, divisis copiis pro situ mœnium, circumsedit. nec minus operis laborisque ea oppugnatio, quam Heracleæ habuit.

Cap. XXXI. Eodem tempore & Messene in Peloponneso ab Achæis, quod concilii eorum recusarer esse, oppugnari cœpta est. Etenim duæ civitates Messene & Elis extra concilium Achaicum erant: cum Ætolis tenebant. Elei tamen post fugatum ex Græcia Antiochum legatis Achæorum lenius responderant; *dimisso præsidio regio cogitaturos se quid sibi faciendum esset.* Messenii sine responso dimissis legatis moverant bellum trepidique rerum suarum, quum jam ager effuso exercitu passim uraretur, castraque prope urbem ponerentur: legatos Chalcidem ad T. Quintium auctorem libertatis miserunt, qui nunciarent, Messenios Romanis, non Achæis, se aperire portas, & dedere urbem paratos esse. Auditis legatis, extemplo profectus Quintius Megalopolim, ad Diophanem Prætorem Achæorum misit, qui extemplo reducere eum à Messene exercitum, & venire ad se juberet. Dicto paruit Diophanes: & soluta obsidione expeditus ipse prægressus agmen, circa Andanlam, parvum oppidum inter Megalopolim Messenemque positum, Quintio occurrit & quum causas oppugnationis exponeret, castigatum lenirer, quod tantam rem sine auctoritate sua conatus esset; dimittere exercitum justit: nec pacem omnium bono partam turbare: Messenios imperavit, ut exules reducerent, & Achæorum concilii essent. si qua haberent, de quibus aut recusare, aut in posterum cavere sibi vellent, Corinthum ad se venirent. Diophanem concilium Achæorum extemplo sibi præbere jussit. Ibi de Zacynthio intercepta per fraudem insula questus; postulavit, ut restitueretur Romanis. Philippi Macedonis regis Zacynthus fuerat: eam mercedem Amynandro dederat, ut per Athamaniam ducere exercitum in superiorem partem Ætoliæ liceret. quo expeditione fractis animis, Ætolos comoulit ad petendam pacem. Amynander Philippum Megalopolitanum insulæ præfecit: posita per bellum, quo se Antiocho adversus Romanos conjunxit, Philippo ad munia belli revocato, Hieroclem Agrigentinum successorem misit.

Cap. XXXII. Is post fugam ab Thermopylis Antiochi, Amynandrumque à Philippo Athamania pulsum, insulis ultro ad Diophanem prætorem Achæorum nunciis, pecuniam pactus, insulam Achæis tradidit. Id præmium belli fuum esse, æquum censebant Romani. non enim Manium Acilium consulem legionesque Romanas Diophani & Achæis ad Thermopylas pugnasse. Diophanes adversus hæc purgare interdum sese, gentemque: interdum de jure facti disserere. Quidam Achæofum & initio eam se rem asperanatos testabantur, & tunc pertinaciam increpitabant prætoris: auctoribusque iis decretum est, ut T. Quintio ea res permitteretur. Erat Quintius sicut adversantibus asper; ita, si cederes, idem placabilis. Omissa igitur contentione vocis, vultusque, *Si utilem*, inquit, *possessionem ejus insulæ conferem Achæis esse, auctor esse sensatus populoque Romano, ut eam vos habere juberent. Cæterum sicut rebus diu, ubi collecta in unum regimenque, tutandæ omnes ictus video esse; ubi exerit partes aliquas, quodcumque nudavit, obnoxium atque infirmum habere; haud dissimiliter vos Achæi clausos undique ma i, quæ intra Peloponnesi fini terminus, ea & jungere vobis, & junctæ tueri juritis. simul avidilate plura ampleclendi hinc excedatis; nunc vobis omnia, quæ extra sunt, & exposita ad omnes ictus esse.* Assentiente omni concilio, nec Diophane ultra tenderc ausò, Zacynthus Romanis traditur.

Cap. XXXIII. Per idem tempus Philippus rex proficiscentem consulem ad Naupactum percunctatus, si fœderim quæ defecissent ab societate Romana urbes, recipere vellet; permittente eo, ad Demetriadem copias admovit; haud ignarus, quanta ibi tum perturbatio esset. Deditum enim ab omni spe, quum deierto se ab Antiocho, spem nullam in Ætolis esse cernerent; dies noctesque aut Philippi hostis adventum, aut infestiorem etiam, quo justius irati erant, Romanorum exspectabant. Turba erat ibi incondita regiorum: qui primo pauci in præsidio relicti, postea plures, plusque inermes ex prælio adverso fuga delati, nec virium, nec animi satis ad obsidionem tolerandam habebant. itaque præmissis à Philippo, qui spem impetrabilis veniæ ostendebant; respondent, patere portas regi. Ad primum ejus ingressum principum quidam urbe excessernnt: Eurylochus mortem sibi consciv.t. Antiochi milites (sic enim pacti erant) per Macedoniam Thraciamque, profequentibus Macedonibus, ne quis eos violaret, Lysimachiam deducti sunt. Erant & paucæ naves Demetriade, quibus praefecto suo dimissis

Cap. XXXIV. Inde Dolopiam & Aperantiam & Perrhæbiæ quaidam civitates recepit. Dum hæc à Philippo geruntur, T. Quintius recepta Zacyntho ab Achaico concilio, Naupactum trajecit: quæ jam per duos menses (sed prope excidium erat) oppugnabatur, & si capta vi foret, omne ibi nomen Ætolorum ad internecionem videbatur venturum. Cæterum quam-

quamquam merito iratus erat Ætolis, quod solos obtrectasse gloriæ suæ, quum liberaret Græciam, meminerat, & nihil auctoritate sua motos esse, quum, quæ tum maxime accidebant, casura præmonens, à furioso incepto eos deterreret; tamen, sui maxime operis esse credens, nullam gentem liberatæ à se Græciæ funditus everti, obambulare muris, ut facile nosceretur ab Ætolis, coepit. Confestim à primis stationibus cognitus est, vulgarumque per omnes ordines, Quintium esse. itaque concursu facto undique in muros, manus pro se quisque tendentes, consonante clamore nominatim Quintium orare, ut opem ferret ac servaret. Et tum quidem, quamquam moveretur his vocibus, manu tamen abnuit quiddam opis in se esse. Cæterum posteaquam ad consulem venit: *Utrum fallit*, inquit, *te Mani Acili, quid agatur? an quum satis provideas, nihil id magnopere ad summam rempublicam pertinere censes?* Ereserat ad hæc consul: consilium; & *quin expromis*, inquit, *quid rei sit?* Tum Quintius: *Equid vides te develio Antiocho in duabus urbibus oppugnandis tempus terere, quum jam prope annue circumatius sit imperii tui. Pacifquam autem, qui non aciem, non signa hostium videt, non solum urbes, sed vix montes tot urbes, quot Philippum gentes Græcia habere.*

Cap. XXXV. Assentiebatur his consul, sed pudor, si irrito incepto abscederet obtidione, occurrebat. tota inde Quintio res permissa est. Is rursus ad eam partem muri, qua paulo ante vociferari Ætoli fuerant, redit. Id quum imperitus oratoris, ut miserentur gentis Ætolorum; exire aliquos ad se jussit. Phæneas ipse principesque alii exemplo egressi sunt. quibus provolutis ad pedes: *Fortuna*, inquit, *vestra facit, ut & iræ meæ & orationi temperem. Evenerunt quæ prædixi eventura. & ne hoc quidem reliqui vobis ego, ut indignis accidisse ea videantur. Ego tamen sorte quadam nutriendæ Græciæ datus, ne ingratis quidem beneficere abstinam. Mittite oratores ad consulem qui inducias tantum temporis petant, ut mittere legatos Romam possitis, per quos senatui de vobis permittatis. Ego apud consulem deprecator, defensorque vobis adero.* Ita ut censuerat Quintius, fecerunt: nec aspernatus est legationem consul. inducisque in diem certam datis, qua legatio renunciari ab Roma posset, soluta obtidio est, & exercitus in Phocidem missus. Consul cum T. Quintio ad Achaicum concilium Ægium trajecit. ibi de Eleis & exulibus Lacedæmoniorum restituendis actum. & neutra per fecta res: quia suæ gratiæ reservari eam Achæi, Elei per se ipsi, quam per Romanos maluerunt Achaico contribui concilio. Epirotarum legati ad consulem venerunt; quos non fincera fide in amicitia fuisse fatis constabat: militem tamen nullum Antiocho dederant. pecunia juvisse eum infimulabantur; legatos ad regem ne ipsi quidem missise inficiabantur. Iis petentibus, ut in amicitia priftina esse liceret; respondit consul, *Verum hostium, an patratorum eos numero haberet, nondum scire. Senatum ejus rei judicem fore. Integram se causam eorum Romam rejicere. inducias ad id dierum non-naginta dare.* Epirotæ Romam missi senatum adierunt. iis magis quæ non facissent hostilia referentibus, quam purgantibus se de quibus insuebantur, responsum datum est, quo veniam impetrasse, non causam probasse videri possent. Et Philippi regis legati sub idem tempus in senatum introducti, gratulantes de victoria. iis petentibus, ut sibi fieri ficare in Capitolio, donumque aureo liceret ponere in æde Jovis Optimi Maximi; permissum ab senatu. centum pondo coronam auream posuerunt. Non responsum solum benigne legatis est: sed Philippi quoque filius Demetrius, qui obses Romæ erat, ad patrem reducendus legatis datus est. Bellum quod cum Antiocho rege in Græcia gestum est a Manio Acilio consule, hunc finem habuit.

Cap. XXXVI. Alter consul P. Cornelius Scipio Galliam provinciam sortitus, priusquam ad bellum, quod cum Bojis gerendum erat, proficisceretur, postulavit ab senatu ut pecunia sibi dimittendi ut ludos, quos propraetor in Hispania inter ipsum discrimen pugnæ vovisset. Novum atque iniquum postulare est visus. censuerunt ergo, *quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia vovisset, eos uti de manubiis, si quam pecuniam ad id reservasset, qui sua ipse impensa faceret.* eos ludos per dies decem P. Cornelius fecit. Per idem fere tempus ædes Matris Magnæ Idææ dedicata est: quam Deam a P. Cornelio advectam ex Asia, P. Cornelio Scipione, cui post Africano fuit cognomen, P. Licinio consulibus in Palatium a matronis lectis erat. Locaverant eadem faciendam ex senatusconsulto M. Livius, C. Claudius censores, M. Cornelio, P. Sempronio consulibus, tredecim annis postquam locata erat, dedicavit eam M. Junius Brutus: ludique ob dedicationem ejus facti,

quos primos scenicos fuisse, Valerius Antias est auctor; Megalesia appellatos. Item Juventatis ædem in circo maximo C. Licinius Lucullus duumvir dedicavit. Voverat eam sexdecim annis ante M. Livius consul, quo die Asdrubalem exercitumque ejus cecidit. Idem censor eam faciendam locavit, M. Cornelio, P. Sempronio consulibus. Hujus quoque dedicandæ causa ludi facti. Et eo omnia cum majore religione facta, quod novum cum Antiocho instabat bellum.

Cap. XXXVII. Principio ejus anni, quo hæc jam profecto ad bellum Manio Acilio, manente adhuc Romæ P. Cornelio consule agebantur; boves duos domitos in Carinis per scalas pervenisse in regulas ædificii, proditum memoriæ est. Eos vivos comburi, cineremque eorum dejici in Tiberim, aruspices jusserunt. Tarracinæ & Amiterni nunciatum est, aliquoties lapidibus pluisse. Minturnis ædem Jovis & tabernas circa forum de cœlo tactas esse: Vulturni in ostio fluminis duas naves fulmine ictas conflagrasse. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex Senatusconsulto decemviri quum adissent, renunciarunt, *Fejunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoque anno servandum: & ut novendiale sacrum fieret, & unum diem supplicatio esset. coronati supplicarent: & consul P. Cornelius, quibus Dis quibusque hostiis edidissent decemviri, sacrificaret.* Placatis Diis, nunc votis rite solvendis nunc prodigiis expiandis, in provinciam proficiscitur consul, atque inde Cn. Domitium proconsulem dimisso exercitu, Romam decedere jussit: ipse in agrum Bojorum legiones duxit. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex Senatusconsulto decemviri quum adissent, renunciarunt, *Fejunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoque anno servandum: & ut novendiale sacrum fieret, & unum diem supplicatio esset. coronati supplicarent: & consul P. Cornelius, quibus Dis quibusque hostiis edidissent decemviri, sacrificaret.* Placatis Diis, nunc votis rite solvendis nunc prodigiis expiandis, in provinciam proficiscitur consul, atque inde Cn. Domitium proconsulem dimisso exercitu, Romam decedere jussit: ipse in agrum Bojorum legiones duxit.

Cap. XXXVIII. Sub idem fere tempus Ligures lege sacrata coacto exercitu, nocte improviso castra Q. Minucii proconsulis aggressi sunt. Minucius usque ad lucem intra vallum militem instructum renuit; intentus ne qua transcenderet hostis munimenta. Prima luce duabus simul portis eruptionem fecit, nec primo impetu, quod timuerant, Ligures pulsi sunt: duas amplius horas dubium certamen sustinuere. Postremo quum alia atque alia agmina erumperent; & integri fessis succederent ad pugnam, eandem Ligures inter cætera etiam vigiliis confectis dedere dedecori. Cæsa super quatuor millia hostium: ex Romanis, focilique minus trecenti perierunt. Duobus fere post mensibus, P. Cornelius consul cum Bojorum exercitu signis collatis egregie pugnavit. Duodetriginta millia hostium cæsa, Antias Valerius scribit: capta tria millia & quadringentos: signa militaria centum viginti quatuor: equos mille ducentos triginta: carpenta ducenta quadraginta septem: ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidisse. In numero scriptori parum fidei fit (quia in augendo eo non alius intemperantior est) magnam victoriam fuisse apparet, quod & castra capta sunt, & Boji post eum pugnam extemplo dedidernnt sese, & quod supplicatio ejus victoriæ causa decreta ab senatu, victimaque majore cæsa.

Cap. XXXIX. Per eosdem dies M. Fulvius Nobilior ex ulteriore Hispania ovans urbem est ingressus. argenti translulit decem millia pondo: bigati argenti centum & triginta: auri centum viginti quinque. P. Cornelius consul primo obsidibus à Bojorum gente acceptis, agri parte fere dimidia eos multavit: quo fi vellet, populus Romanus colonias mittere posset. Inde Romam ut ad triumphum haud dubium, decedens, exercitum dimisit, & adesse Romæ ad diem triumphi jussit. Ipse postero die quam venit, senatu in ædem Bellonæ vocato, quum de rebus ab se gestis differuisset, postulavit, ut sibi triumphanti liceret in urbem invehi. M. Sempronius Blæsus tribunus plebis, *non negandum Scipioni, sed differendum honorem triumphi* censebat. *Bella Ligurum Gallicis semper juncta fuisse: eas inter se gentes mutua ex propinquo ferre auxilia. Si P. Scipio, Æmilicis acie bojis, aut ipse cum victore exercitu in agrum Ligurum transisset, aut partem copiarum Q. Minucio misisset; qui jam tertium ibi annum dubio detineretur bello; debellari eum Ligusticus potuisse. Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui egregiam navare operam reipublicæ possent: postremo ut etiam si senatus, quod festinatione triumphi prætermissum esset, id restituere differendo triumpho vellet. Juberent consulem cum legionibus redire in provinciam; dare operam ut Ligures subigantur. Nisi illi cogantur in jus judiciumque populi Romani, ne Bojos quidem quieturos; aut pacem, aut bellum utrobique habenda. Devictis Ligueibus paucos post menses proconsulem P. Cornelium, multorum exemplo qui in magistratu non triumphaverunt, triumphaturum esse.*

Cap. XL. Ad ea consul, *Neque se Ligures provinciam fortitum esse*, ait, *neque cum Ligueibus bellum gessisse, neque triumphum de iis postulare. Q. Minucium confidere brevi subactis iis meritum triumphum postulaturum atque impetraturum esse, se de Gallis Bojis postulare triumphum, quos acie vicerit, castris exuerit: quorum gentem biduo post pugnam totam acceperit in deditionem: a quibus obsides abduxerit, pacis futuræ pignus. Verum enim vero illud multo*

multo majus esse, quod tantum numerum Gallorum cecidérit in acie, quod cum tot millibus certe Boiorum nemo ante se imperator pugnaverit: plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum cæsam, milita millia capta: senes puerosque Boios superesse. Itaque id quemquam mirari posse, cur victor exercitus, quum hostem in provincia nemínem reliquisset, Romam venerit ad celebrandum consulis triumphum? Quorum militum si & in alia provincia opera uti senatus velit: utro tandem modo promptiores ad aliud periculum, novumque laborem ituros credat, si perfoluta iis fine detrectatione prioris periculi laboriosæ merces sit, an si spem prorogatæ dimittant? jam semel in prima spe deceptos? Nam quod ad se attinet, sibi gloriæ in omnem vitam illo die satis quæsitum esse: quo se virum optimum judicatum ad accipiendam Matrem Idæam misisset senatus. Hoc titulo, etsi nec consulatus nec triumphus addatur, satis honestam honorandamque Scipionis Nasicæ imaginem fore. Universus senatus non ipse modo ad decernendum triumphum consensit, sed etiam tribunum plebis auctoritate sua compulit ad remittendam intercessionem. P. Cornelius consul triumphavit de Boiis. in eo triumpho Gallicis carpentis arma ligneque & spolia omnis generis transvexit, & vasa æneæ Gallica: & cum captivis nobilibus equorum quoque captorum gregem traduxit. Aureos torques translulit mille quadringentos sexaginta. ad hæc auri pondo duocenta quadraginta quinque, argenti infecti factique in Gallicis armis non infabre fuo more factis, duo millia trecenta quadraginta pondo, bigatorum nummorum ducenta triginta tria. militibus, qui currum secuti sunt, trecentos vicenos quinos asses divisit: duplex centurioni, triplex equiti. Postero die, concione advocata, de rebus ab se gestis, de injuria tribuni bello alieno se illigantis, ut suæ victoriæ fructu se defraudaret, quum disseruisset; milites exauctoratos dimisit.

Cap. XLI. Dum hæc in Italia geruntur, Antiochus Ephesi factus consul admodum de bello Romano erat; tamquam non transiturus in Asiam Romanis. quam fecuritatem ei magna pars amicorum aut per errorem aut assentando faciebat. Annibal unus, cujus eo tempore ut maxima apud regem auctoritas erat, *Magis mirari se*, ajebat, *quod non jam in Asia essent Romani, quam venturos dubitare. Propius esse in Asiam ex Græcia, quam ex Italia in Græciam trajicere: & multo majorem causam Antiochum, quam Ætolos esse. neque enim mari minus, quam terra pollere Romana arma. Jampridem classem circa Maleam esse. Audire se se, nuper novas naves novumque imperatorem rei gerendæ caussa ex Italia venisse. Itaque desineret Antiochus pacem sibi ipse spe vana facere. In Asia, & de ipsa Asia brevi terra marique dimicandum ei cum Romanis esse: & aut imperium adimendum orbem terrarum habitabilem, aut ipsi regnum amittendum.* Unus vera & providere & fideliter prædicere visus. itaque ipse rex navibus, quæ paratæ instructæque erant, Chersonesum petit: ut ea loca, si forte terra venirent Romani, præsidiis firmaret. cæterum classem Polyxenidam parare, & deducere justit; speculatorias naves ad omnia exploranda circa insulas dimisit.

Cap. XLIII. C. Livius prætectus Romanæ classis, cum quinquaginta navibus tectis profectus, ab Roma Neapolim, quo ab sociis ejus oræ convenire jusserat apertas naves, quæ ex fœdere debantur, Siciliam inde petit: ibi eo que Messanam prætervectus, quum sex Punicas naves ad auxilium missas accepisset, ab Rheginis Locrisque, & ejusdem juris sociis debitas exegisset naves; instrata classe ad Lacinium, altum petit. Corycyram, quam primam Græciæ civitatem edit, quum venisset, percunctatus de statu belli (necdum enim omnia in Græcia perpacata erant) & ubi classis Romana esset; posteaquam audivit circa Thermopylarum saltum in statione consulem ac regem esse, classem Piræei stare; maturandum ratus omnium rerum caussa, pergit protinus navigare Peloponnesum. Samen Zazynthumque, quia partis Ætolorum mansuerant esse, protinus depopulatus, Maleam petit: & prospera navigatione usus, paucis diebus Piræum ad veterem classem pervenit. Ad Scyllæum Eumenes rex cum tribus navibus occurrit; quum Æginæ diu incertus consilii fuisset, utrum ad tuendum rediret regnum, (audiebat enim Antiochum Ephesi navales terrestresque parare copias) an nusquam abscederet ab Romanis, ex quorum fortuna sua penderet. A Piræeo A. Atilius tradita succesforibus quinque & viginti navibus tectis, Romam est profectus. Livius una & octoginta rostratis navibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ rostratæ aut sine rostris speculatoriæ erant, Delum trajecit.

Cap. XLIII. Eo fere tempore consul Acilius Naupactum oppugnabat. Livium Delli per aliquot dies (& est ventosissima regio inter Cycladas, frets alias majoribus, alias minoribus divisas) adversi venti retinuerunt. Polyxenidas certior per

dispositas speculatoria naves factus. Dein statue Romanam classem, nunciis ad regem missis, qui omnibus, quæ in Hellesponto agebat, cum rostratis navibus, quantum accelerare potuit, Ephesum rediit: & consilium exemplo habuit, faciendumne periculum navalis certaminis foret. Polyxenidas, *Negabat cessandum, & utique primo consligendum, quam classis Eumenis, & Rhodia navis conjungerentur Romanis. ita numero non ferme impares futuros; ipsum cæteris omnibus superiorem, & celeritate navium, & varietate auxiliorum. Nam Romanas naves, quum ipsas inscite factas immobiles esse, tum etiam, ut quæ in terram hostium vectant, oneratæ commeatu venire: suas autem, ut pacata omnia circa se relinquentes, nihil præter militem atque arma habituras. multum etiam adjuturam notitiam maris terrarumque & ventorum: quæ omnia ignaros turbatura hostes esset.* Movit omnes auctor consilii, qui & re consilium extenuaturus erat. Biduum in apparatu morati: tertio die centum navibus, quarum septuaginta rectæ, cæteræ apertæ, minoris omnes formæ erant, profecti Phocæam petierunt. inde quum audissent, appropinquare jam Romanam classem rex, quia non interfuturus navali certamini erat; Magnesiam, quæ ad Sipylum est, contendit, ad terreitres copias comprandas. classis ad Cyssuntem portum fluvithræorum (tamquam ibi aptius exspectatura hostem) contendit. Romani, ubi primum aquilones, (ii namque per aliquot dies tenuerant) cecidere, ab Delo Phanas, portum Chiorum in Ægæum mare versum, petunt: inde ad urbem circumegere naves, commeatuque sumpto, Phocæam trajiciunt. Eumenes Elæam ad suam classem profectus, paucis post inde diebus cum quatuor & viginti navibus rectis, apertis pluribus paulo, a Phocæa ad Romanos parantes insfruentesque se ad navale certamen, rediit. inde centum quinquaginta rectis navibus, apertis ferme quinquaginta profecti, primo aquilonibus transversis quum urgerentur in terram, coguntur tenui agmine prope in ordinem singulæ naves ire: deinde ut lenita paulum vis venti est, ad Corycum portum, qui super Cyssuntem est, remari sunt trajicere.

Cap. XLIV. Polyxenidas, ut appropinquare hostes allatum est, occasione pugnandi lætus, sinistrum ipse cornu in altum extendit, dextrum cornu præfectos navium ad terram exolicare jubet, & æqua fronte ad pugnam procedebat. Quod ubi vidit Romanus, vela contrahit, malosque inclinat, & tumultuarium agmen componens, opperitur insequentes naves. Jam ferme triginta in fronte erant, quibus ut sequaret lævum cornu, dolonibus erectis altum petere intendit: justis, qui sequebantur, adversus dextrum cornu prope terram proras dirigere. Eumenes agmen cogebat. cæterum ut demendis armamentis tumultuarii primum cœptum est, & ipse quanta maxima celeritate potest, concitat naves. Jam omnibus in conspectu erant: duæ Punicæ naves antecedebant Romanam classem, quibus obviæ tres fuerunt regiæ naves. & ut in numero impari, duæ regiæ unam circumsistunt. & primum ab utroque latere remos detergunt: deinde tranicendunt armati, & dejectis cæsisque propugnatoribus, naves capiuntur. Una quæ compari Marte concurrerat, postquam captam alteram navem vidit, prijusquam a tribus simul circumveniretur, retro ad classem refugit. Livius indignarione accentus, prætoria nave in hostes tendit. adversus quam eadem specie duæ, quæ Punicam unam navem circumvenerant, quum inferrentur, demittere in aquam remos ab utroque latere remiges stabiliendæ navis causa justit, & in advenientes hostium naves ferreas manus injicere: & ubi pugnam pedestri simile fecisset, meminisse Romanæ virtutis, neque pro viris mercede regia mancipia. Haud paulo facilius, quam ante duæ unam, tunc una duas naves expugnavit, cepitque. Et jam classes quoque undique concurrerant, & passim permissis navibus pugnabatur. Eumenes, qui extremus commisso certamine advenerat, ut animadvertit lævum cornu hostium, ab Livio turboatum; dextrum ipse, ubi æqua pugna erat, invadit. Nec ita multo post, primum ab lævo cornu fuga cœpit. Polyxenidas enim ut virture militum haud dubie superari se vidit, sublatis dolonibus effuse fugere intendit: mox idem & qui propere terram cum Eumene contraxerant certamen, fecerunt.

Cap. XLV. Romani & Eumenes, quoad sufficere remiges potuerunt, & in spe erant extremi agminis vexandi, satis pertinaciter secuti sunt. posteaquam celeritate navium, utpote levium, suas commeatu onustas eludi frustra tendentes viderunt, tandem abstiterunt; tredecim captis navibus cum milite ac remige, decem demersis. Romanæ classis una Punica navis, in primo certamine ab duabus circumventa, periit. Polyxenidas non prius, quam in portu Ephesi, fugæ finem fecit. Romani eo die, unde egressa regia classis erat, manserunt: postero die hostem persequi intenderunt. medio fere in cursu obviæ fuere iis quinque & viginti rectæ Rhodiæ naves, cum

Rodio-

Inuisitato præfecto classis. Iis adjunctis Ephesum hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa steterunt. Posteaquam confessionem victis satis expressisse rerunt. Rhodii & Eumenes domos dimissi: Romani Chium perenses, Phœnicumtem primum portum Erythrææ terræ prætervecti, nocte anchoris jactis, postero die in insulam ad ipsam urbem trajecerunt. ubi paucos dies remige maxime reficiendo morati, Phocæam transmiserunt. Ibi, relictis ad præsidium ur-

bis quatuor quinqueremibus, ad Canas classis venit: & quum jam hiems appeteret, fossa valloque circumdatis naves subductæ. Exitu anni comitia Romæ habita, quibus creati sunt consules L. Cornelius Scipio, & C. Lælius: intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum. Postero die prætores creati, M. Tuccius, L. Aurunculeius, Cn. Fulvius, L. Æmilius, P. Junius, C. Atinius Labeo.

EPITOME
LIBRI XXXVII.

Lucius Cornelius Scipio consul legato P. Scipione Africano, qui se legatum fratris futurum dixerat, si ei Græcia & Asia provincia decerneretur, quum C. Lælio, qui multum in senatu poterat, ea provincia dari videretur; profectus ad bellum adversus Antiochum gerendum, in Asiam privatis omnium Romanorum ducum trajecit. Æmilius Regillus adversus reliquam classem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonnesum, Rhodiis adjuvantibus. Illius Africani ab Antiocho captus, patri remissus est. Manius Acilius Glabrio de Antiocho, quem Græcia expulerat, & de Ætolis triumphavit. Victo deinde Antiocho a L. Cornelio Scipione, adjuvante Eumene rege Attali Pergameni filio, pax data: ea conditione, ut omnibus provinciis citra Taurum montem cederet. Eumeni, quo juvante Antiochus victus erat, regnum ampliatum. Rhodiis quoque, qui & ipsi juvarant, quædam civitates concessæ. Colonia deducta est Bononiæ. Æmilius Regillus, qui præfectus Antiochi navali certamine viterat, navalem triumphum duxit. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellaverat, cognomine fratris conquestus, Asiaticus appellatus est.

CAPUT I.

LUcio Cornelio Scipione, C. Lælio consulibus, nulla prius secundum religiones acta in senatu res est, quam de Ætolis. & legati eorum instituere, quia brevem induciarum diem habebant: & ab T. Quintio, qui tum Romam ex Græcia redierat, adjuti sunt. Ætoli, ut quibus plus in misericordia senatus, quam in caussa spei esset, suppliciter egerunt; veteribus benefactis nova pensantes maleficia. Ceterum & patrantes interrogationibus undique senatorum, confessionem magis noxæ, quam responsa exprimentium, fatigati sunt: & excedere curia jussi, magnum certamen præbuere. Plus ira, quam misericordia in caussa eorum valebat, quia non ut hostibus modo, sed tanquam indomitæ & intociabili genti, succensebant. Per aliquot dies quum certatum esset, postremo neque dari, neque negari pacem placuit. duæ conditiones eis latæ sunt: vel senatui litterum arbitrium de se permitterent; vel mille talentum darent, eosdemque amicos atque inimicos haberent. Exprimere cupientibus, quarum rerum in se arbitrium senatui permitterent; nihil certi responsum est. ita infecta pace dimissi, urbe eodem die, Italia intra quindecim dies excedere jussi. Tum de consulum provinciis ceptum est agi. Ambo Græciam cupiebant. Multum Lælius in senatu poterat, is quum senatus aut sortiri aut comparare inter se provincias consules jussisset; elegantius facturos dixit, si judicio Patrum, quam si sorti eam rem permisissent. Scipio responso ad hoc dato, cogitaturum quid sibi faciendum esset, cum fratre uno locutus; jussisque ab eo permittere audacter senatui; renunciat collegæ, facturum se quod is censeret. Quum res aut nova, aut veritate exemplorum memoriæ jam exoletæ, relata exspectatione certaminis senatum erexisset, P. Scipio Africanus dixit, *Si L. Scipioni fratri suo provinciam Græciam decrevisse, se legatum iturum.* Hæc vox magno assensu audita, sustulit certamen. Experiri libebat, utrum plus regi Antiochi in Annibale victo, an in victore Africano consilii legionisque

bufque Romanis auxilii foret : ac prope omnes Scipioni Græciam, Lælio Italiam decreverunt.

Cap. II. Prætores inde provincias fortiti ; L. Aurunculejus urbanam, Cn. Fulvius peregrinam, L. Æmilius Regillus classem, P. Junius Brutus Tuscos, M. Tuccius Apuliam & Bruttios, C. Atinius Siciliam. Consuli deinde, cui Græcia provinci decreta erat, ad eum exercitum quem à Manio Acilio (duæ autem legiones erant) acceptum esset, in supplementum addita pedítum civium Romanorum tria millia, equites centum, & socium Latini nominis quinque millia, equites ducenti : & adjectum, ut quum in provinciam venisset ; si è republica videretur esse, exercitum in Asiam trajiceret. Alteri consuli totius novus exercitus decretus, duæ legiones Romanæ, & socium Latini nominis, quindecim millia peditum, equites sexcenti. Exercitum ex Ligguribus Q. Minucius (jam enim confectam provinciam scripserat, & Ligurum omne nomen in deditionem venisse) traducere in Bojos, & P. Cornelio proconsuli tradere jussus. Ex agro, quo victos bello multaverat Bojos, deductæ urbanæ legiones, quæ priore anno conscriptæ erant, M. Tuccio prætori datæ, & socium Latini nominis peditum quindecim millia, equites sexcenti, ad Apuliam Bruttiosque obtinendos. A. Cornelio superioris anni prætori, qui Bruttios cum exercitu obtineret, imperatum, si ita consuli videretur, ut legiones in Ætoliam trajectas Manio Acilio traderet ; si is manere ibi vellet. si Acilius redire Romam mallet, ut A. Cornelius cum eo exercitu in Ætolia remaneret. C. Atinium Labeonem provincialem Siciliam exercitumque à M. Æmilio accipere placuit, & in supplementum scribere ex ipsa provincia, si vellet, peditum duo millia, & centum equites. P. Junius Brutus in Tuscos exercitum novum, legionem unam Romanam, & decem millia socium Latini nominis scribere, & quadringentos equites; L. Æmilius, cui provincia maritima erat, viginti naves longas, & socios navales à M. Junio prætore superioris anni accipere jussus, & scribere ipse mille navales socios, duo millia peditum : cum iis navibus militibusque in Asiam proficisci, & classem à C. Livio accipere. Duas Hispanias Sardiniamque obtinentibus prorogatum in annum imperium est, & iidem exercitus decreti. Siciliæ Sardiniæque binæ eo anno decumæ frumenti imperatæ : Siculum omne frumentum in Ætoliam ad exercitum portari jussum : ex Sardinia pars Romam, pars in Ætoliam, eodem quo Siculum.

Cap. III. Priusquam consules in provinclas proficiscerentur, prodigia per pontifices procurari placuit. Romæ Junonis Lucinæ templum de cœlo tactum erat : ita ut fastigium valvæque deformarentur. Portoiis pluribus locis murus, & porta fulmine icta, & duo homines exanimati. Nurfiæ fereno, satis constabat nimbum ortum. Ibi quoque duos liberos homines exanimatos. Terra apud fe pluisse Tufculani nunciabant : & Reatini multam in agro suo peperisse. Ea procurata. Latinos instauratæ ; quod Laurentibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat. Supplicatio quoque earum religionum causa fuit. quibus Diis Decemviri ex libris heret, ediderunt. Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique ad id sacrificium adhibiti : & decemviri mœte lactentibus rem divinam fecerunt. P. Cornelius Scipio Africanus, priusquam proficiscereturr, fornicem in Capitolio adverfus viam, qua in Capitolium afcenditur cum tignis feptem auratis, duobus equis, & marmorea duo labra ante fornicem posuit. Per eosdem dies principes Ætolorum tres & quadragiata, inter quos Damocritus & frater ejus erant, ab duabus cohortibus missis à Manio Acilio, Romam deducti, & in Lautumias conjecti sunt. cohortes inde ad exercitum redire L. Cornelius consul jussit. Legati ab Ptolomæo & Cleopatra, regibus Ægypti, gratulantes quod Manius Acilius consul Antiochum regem Græcia expulsset, venerunt : adhortantesque, ut in Asiam exercitum traducerent, omnia peculia meru non in Asia modo, sed etiam in Syria esse ; reges Ægypti ad ea quæ conjunxisse natus, paratos fore. Gratiæ regibus actæ : legatis munera dari jussa, in singulos quater num millium æris.

Cap. IV. L. Cornelius consul peractis quæ Romæ agenda erant, pro concione edixit, ut milites, quos ipse in supplementum scripsisset, quique in Bruttiis cum A. Cornelio propræfore essent, ut hi omnes Idibus Quintilibus Brundusium convenirent. Item treis legatos nominavit, Sex. Digitium, L. Apultium, C. Fabricium Luscinum, qui ex ora maritima undique naves Brundusium contraherent : & omnibus jam paratis, paludatus ab urbe est profectus. Ad quinque millia voluntariorum ex Romanis sociisque, qui emerita stipendia fub imperatore P. Africano habebant, præsto fuere exeunti consuli, & nomina dederunt. Per eos dies, quibus est profectus ad bellum consul, Iudis Apollinaribus, ante diem quintum Idus Quintiles cœlo fereno interdiu obscurata lux est, quum luna sub orbem solis subisset. Et L. Æmilius Regillus, cui navalis pro-

provincia evenerat, eodem tempore profectus est. L. Aurunculei negotium ab senatu datum est, ut triginta quinqueremes, viginti triremes facerent; quia fama erat, Antiochum post prælium navale majorem classem aliquanto reparare. Ætoli priusquam legati ab Roma retulerunt, nullam ipsi pacis esse, quamquam omnis ora maritima eorum quæ in Peloponnesum versa est, depopulata ab Achæis erat, perficiunt quam maximi munimenti, ut Romanis intercluderent iter, Coracem montem occupaverunt. neque enim dubitabant, ad oppugnationem Naupacti eos principio veris redituros esse. Acilio, qui id exspectari sciebat, satius visum est inopinatam aggredi rem, & Lamiam oppugnare. Nam & à Philippo prope ad excidium adductos esse; & tunc eo ipso, quod nihil tale timerent, opprimi incautos posse. Profectus ab Elatia primum in hostium terra circa Sperchium amnem potuit castra: inde nocte moris fignis, prima luce corona mœnia est aggressus.

Cap. V. Magnus pavor ac tumultus, ut in re improvisa fuit, constantius tamen, quam quis factoros crederet in tam subito periculo, quum viri propugnarent, fœminæ tela omnis generis saxaque in muros gererent, multifariam scalis oppositis, turbem eo die defenderunt. Acilius, signo receptui dato, suos in castra medio ferme die reduxit: & tunc cibo & quiete refectis corporibus, priusquam prætorium dimitteret, denunciavit, ut ante lucem armati paratique essent. nisi expugnata urbe se eos in castra non reducturum. Eodem tempore quo priodie pluribus locis aggressus, quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficeret, intra paucas horas urbem cepit. Ibi partim divendita, partim divisa præda, consilium habitum, quid deinde faceret. Nemini ad Naupactum ire placuit; occupato ad Coracem ab Ætolis saltu, ne tamen fessigniis aciem offens, & Ætoli non impetratam pacem ab senatu, nihilominus per suam cunctationem haberent, oppugnare Acilius Amphissam statuit. ab Heraclea per Oetam exercitus eo ductus. Quum ad mœnia castra posuisset, non corona, sicut Lamiam, sed operibus oppugnare urbem est adortus. Pluribus simul locis aries admovebatur: & quum quaterentur muri, nihil adversus tale machinationis genus parare, aut comminisci oppidani conabantur. omnis spes in armis & audacia erat, eruptionibusque crebris & stationes hostium, & eos ipsos, qui circa opera & machinas erant, turbabant.

Cap. VI. Multis tamen locis murus decussus erat, quum aliarum est, succesforem Apolloniæ expolito exercitu, per Epirum ac Thessaliam venire. Cum tredecim millibus peditum & quingentis equitibus omnia venlebat. Jam in finum Maliacum venerat. & præmissis Hypatam, qui tradere urbem juberent, posteaquam respondum est, nihil nisi ex communi Ætolorum decreto facturos; ne teneret se oppugnatio Hypatæ nondum Amphissa recepta, præmisso fratre Africano, Amphissam ducit. Sub adventum eorum oppidani relicta urbe (jam enim magna ex parte nudata mœnibus erat) in arcem, quam inexpugnabilem habent, omnes armati atque inermes concessere. Consul sex millia ferme passuum inde posuit castra. eo legati Athenienses primum ad P. Scipionem, peregrinum agmen (sicut ante dictum est) deinde ad consulem venerunt; deprecantes pro Ætolis. Clementius responsum ab Africano tulerunt. qui causam relinquendi honeste Ætolici belli quærens, Aliam & regem Antiochum spectabat: justissimeque Athenienses, non Romanis solum, ut pacem bello præferrent, sed etiam Ætolis persuadere. Celeriter auctoribus Athenienibus frequens ab Hypata legatio Ætolorum venit. & spem pacis eis fermo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit; commemorantis, multas gentes populosque in Hispania prius, deinde in Africa in fidem fuam venisse. in omnibus se majora clementiæ benignitatisque, quam virtutis bellicæ monumenta reliquisse. Perfecta videbatur res, quum aditis consul idem illud responsum retulit, quo fugati ab senatu fuerant. Eo tamquam novo quam ieti Ætoli essent (nihil enim nec legatione Athenienium, nec placido Africani responso profectum videbant) referre ad suos dixerunt velle.

Cap. VII. Redium inde Hypatam est, nec consilium expediebatur: nam neque unde mitescentium ardor erat; & permisso libero arbitrio, ne in corpora sua saeviretur, metuebant. Redire itaque eosdem legatos ad consulem & Africanum jusserunt, & petere, ut si dare vere pacem, non tantum ostendere, frustrantes spem miserorum, vellent; aut ex summa pecuniæ demerent, aut permissionem extraciviumcorpora heri juberent. Nihil imperratum, ut mutarer consul: & ea quoque irrita legatio dimissa est. Secuti & Athenienses sunt, & principes legationis eorum Echedemus, fatigatos tot repulsis Ætolos, & complorantes inutili lamentatione fortunam gentis, ad spem revocavit: auctor inducias sex mensium petendi, ut legatos Romam mittere possent. Dilationem nihil ad præsentia mala, quippe quæ ultima essent,

esset, adjecturam. levari per multos casus tempore interposito præsentes clades posse. Auctore Echedemo iidem missi, prius P. Scipione convento, per eum inducias temporis ejus, quod petebant, a consule impetraverunt: & soluta obsidione Amphissæ, M'. Acilius tradito consuli exercitu, provincia decessit. Scipio consul ab Amphissa Thessaliam repetit, ut per Macedoniam Thraciamque duceret in Asiam. Tum Africanus fratri, *Iter, quod insistis, Lucio Scipio, ego quoque approbo. sed totum id verti-mur in voluntate Philippi. Qui si imperio nostro fidus est, & iter, & commeatus, & omnia quæ in longo itinere exercitus alunt juvanque, nobis suppeditabit. si is destituat, nihil per Thraciam satis tutum habebis. Itaque prius regis animum explorari placet. optime explorabitur, si nihil ex præparato agentem opprimet qui mittetur.* Ti. Sempronius Gracchus longe rum acerrimus juvenum ad id delectus, per dispositos equos prope incredibili celeritate ab Amphissa (inde enim est dimissus) die tertio Pellam pervenit. In convivio rex erat, & in multum vini processerat: ea ipsa remissio animi, suspicionem demptit, novare eum quicquam velle. Et tum quidem comiter acceptus hospes, postero die commeatus exercitui paratos benigne, pontes in fluminibus factos, vias, ubi transitu difficiles erant, munitas vidit. Hæc referens eadem, qua erat, celeritate Thaumacis occurrit consuli. Inde certiore & majore ipse lætus exercitus ad præparata omnia in Macedoniam pervenit. Venientes regio apparatu accepit, & profectus est rex. Multa in eo & dexteritas & humanitas visa, quæ commendabilia apud Africanum erant; virum licut ad cætera egregium, ita à comitate, quæ sine luxuria esset, non aversum. Inde non per Macedoniam modo, sed etiam Thraciam, profequente & præparante omnia Philippo, ad Hellespontum perventum est.

Cap. VIII. Antiochus post navalem ad Corycum pugnam, quum totam hiemem liberam in apparatu terrestres maritimosque habuisset, classi maxime reparandæ, ne tot a mari possessione pelleretur, intentus fuerat. Succurrebat, *Superatum je quum classis abfuisset Rhodiorum. quod si ea quoque (nec commissuros Rhodios, ut iterum moriantur) certamini adesset, magno sibi navium numero opus fore, ut virtus & magnitudine classem hostium æquaret.* Itaque & Annibalem in Syriam misserat ad Phœnicum arcessendas naves, & Polyxenidam, quo minus prospere gesta res erat, eo enixius & ea quæ erant retinere, & alias parare naves justit. Ipse in Phrygia hibernavit, undique auxilia accersens; etiam in Gallogræciam miserat. Bellicositates ea tempestate erant, Gallicos adhuc, nondum exoleta stirpe gentis, fervantes animos. Filium Seleucum in Æolide reliquerat cum exercitu ad maritimas continendas urbes, quas illinc a Pergamenis, Smyrnæis, Phocæa Erythrisque, Romani sollicitabant. Classis Romana, sicut ante dictum est, ad Canas hibernabat. Eo media ferme hieme rex Eumenes cum duobus millibus peditum, equitibus centum, venit. Is quum magnam prædam agi posse diceret ex hostium agro, qui circa Thyatira esset, hortando perpulit Livium, ut quinque millia militum secum mitteret. missi ingentem prædam intra paucos dies averterunt.

Cap. IX. Inter hæc Phocææ seditio orta, quibuldam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus. Graves & hiberna navium erant & tributum; quod togæ quingentæ imperatæ erant cum quingentis tunicis: gravis etiam inopia frumenti, propter quam naves quoque & præsidium Romanum excessit. tum vero liberata metu factio erat, quæ plebem in concionibus ad Antiochum trahebat. Senatus & optimates in Romana societate persistandum censebant. defectionis auctores plus apud multitudinem valuerunt. Rhodii, quo magis cessatum priore æstate erat, eo maturius æquinoctio verno eundem Pausistratum classis præfectum cum sex & triginta navibus misserant. Jam Livius à Canis cum triginta navibus, & septem quadriremibus, quas secum Eumenes rex adduxerat, Hellespontum petebat. ut ad tranitum exercitus, quem terra venturum opinabatur, præpararet quæ opus essent. In portum, quem vocant Achæorum, classem primum adverrit. Inde Illum ascendit, facilioque Minervæ facto, lepationes finitimas ab Elæunte & Dardano & Rhœteo, tradentes in fidem civitates suas, benigne audivit. Inde ad Hellesponti fauces navigat; & decem navibus in statione contra Abydum relictis, cætera classe in Europam ad Sestos oppugnandam trajecit. Jam subeuntibus armatis muros, fanatici Galli primum cum solenni habitu ante portam occurrunt. Jussu se matris Deum famulos Deæ venire memorant, ad precandum Romanum, ut parceret meenibus ubique. Nemo eorum violatus est: mox universus senatus cum magistratibus ad dedendam urbem processit. Inde Abydum trajecta classis. ubi quum tentaris per colloquia animis, nihil pacti responderetur, ad oppugnationem sele expedichant.

Cap. X. Dum hæc in Hellespon-te

to geruntur, Polyxenidas regius præfectus (erat autem exul Rhodius) quum audiffet, profectam ab domo popularium fuorum classem, & Pausistratum præfectum superbe quærdam & contemptim in te concionatum dixisse, præcipuo certamine animi adversus eum sumpto, nihil aliud dies noctesque agitabat animo, quam ut verba magnifica illa confutaret. Mittit ad eum hominem & illi notum qui diceret, *Et se Pausistrato patriæque suæ magno usui, si liceat, fore. & à Pausistrato se restituí in patriam posse.* Quum, quonam modo ea fieri possent, mirabundus Pausistratus percunctaretur, fidem petenti dedit agendæ communis rei, aut silentio tegendæ. Tum internuncius, regiam classem aut totam, aut majorem ejus partem, Polyxenidam traditurum ei. precium tanti meriti nullum aliud pacisci, quam reditum in patriam. Magnisudo rei, nec ut crederet, nec ut aspernaretur dicta, effecit. Panormum Samiæ terræ petit: ibique ad explorandam rem, quæ oblata erat, subsistit. Ultro citroque nuncii currere: nec fides ante Pausistrato facta est, quam coram nuncio ejus Polyxenidas sua manu scripsit, se ea, quæ pollicitus esset, facturum: signoque suo impressas tabellas misit. Eo vero pignore velut auctoratum sibi proditorem rarus est. Neque enim eum, qui sub rege viveret, commissurum fuisse, ut adversus semet ipsum indicia manu sua reitara daret. Inde ratio simulatæ proditionis composita, *Omnem se rerum apparatum omissurum*: Polyxenidas dicere; *non remiscm, non socios navales ad classem frequentes habituruin: subducturum per simulationem reficiendi quassam naves, alias in propinquos portus dimissurum: paucas ante portum Ephesi in solo habiturum. mixtæ, si exire res cogeret, obsecturus certamini foret.* Quam negligentiam Polyxenidam in classe sua habiturum Pausistratus audivit, eam ipse extemplo habuit. partem navium ad commeatus arcessendos Halicarnassum, partem Samum ad urbem misit: ut paratus esset, quum signum aggrediendi à proditore accepisset. Polyxenidas augere simulatum errorem, subducit quassam naves, alias velut subducturus esset, navalia reficit: remiges ex hibernis non Ephesum accersit, sed Magnesiam occulte cogit.

Cap. XI. Forte quidam Antiochi milles, quum Samum rei privatæ causa venisset, pro speculatore comprehensus deducitur Panormum ad præfectum. is percunctanti, quid Ephesi agereturr, incertum metu, an erga suos haud sincera fide, omnia aperit: classem instructam paratamque in portu stare: remigium omne Magnesiam ad Sipylum missum: perpaucas naves subductas esse, & navalia tegi: numquam intentius rem navalem administratam esse. Hæc ne pro veris audirentur, animus errore & spe vana præoccupatus fecit. Polyxenidas satis omnibus comparatis, nocte remige à Magnesia arcessito, deductisque raptim quæ subductæ erant navibus, quum diem non tam in apparatu absumsisset, quam quod consilii proditionem classem noiebat; post solis occasum profectus leptuginta navibus rectis, vento adverso ante lucem Pygela portum tenuit. ubi quum interdiu ob eandem causam quieisset; nocte in proxima Samiæ terræ trajecit. Hinc Nicandro quodam archipirata cum quinque navibus rectis Palinurum justo petere, atque inde armatos, qua proximum per agros iter esset, Panormum ad tergum hostium ducere; ipse interim classe divisa, ut ex utraque parte fauces portus reneretur, Panormum petit. Pausistratus prius, ut in re incopinata, turbatus parumper, deinde vetus milles celeriter collecto animo, terra melius arceri, quam mari hostes posse ratus; armatos duobus agminibus ad promontoria quæ cornibus objectis ab alto portum faciunt, ducit: inde facile telis ancipitibus hostem summoturum. id inceptum ejus Nicander à terra missus quum turbasset, repente mutato consilio naves conscendere omnes jubet. Tum vero ingens pariter militum nauturumque trepidatio orta, & veluti fuga in naves fieri, quum fe mari terraque simul cernerent circumventos. Pausistratus unam viam salutis esse rarus, si vim facere per fauces portus, atque erumpere in mare apertum posset; posteaquam conscendisse suos vidit, sequi cæteris jussis, ipse principeps concitata nave remis ad ostium portus tendit. Superantem jam fauces navem ejus Polyxenidas, tribus quinqueremibus circumsistit. Nam rostris icta fupprimitur: telis obruuntur propugnatores: inter quos & Pausistratus impigre pugnans interficitur. Navium reliquarum ante portum aliæ, aliæ in portu deprehensæ; quædam à Nicandro, dum moliuntur à terra, captæ, quinque tantum Rhodiæ naves, cum duabus Coisfugerunt; terrore flammæ micantis via fibi inter confertas naves factæ. contis enim binis à prora prominentibus rrullis ferreis multum concepturn ignem præ se portabant. Erythrææ triremes, quum haud procul à Samo Rhodiis navibus, quibus ut essent præsidio veniebant, obviæ fugientibus fuissent, in Hellespontum ad Romanos cursum averterunt. Sub idem tempus Seleucus proditam Phocæam potita una per custodes aperta.

aperta, recepit : & Cyme, aliæque ejusdem oræ urbes, ad eum metu defecerunt,

Cap. XII. Dum hæc in Æolide geruntur, Abydus quum per aliquot dies obsidionem toleraſſet, præſidio regio turante mœnia, jam omnibus feſſis, Philota quoque præfecto præſidii permittente, magiſtratus eorum cum Livio de conditionibus tradendæ urbis agebant. rem diſtinebat, quod utrum armati, an inermes emiſſurerentur regii, parum conveniebat. Hæc agentibus quum interveniſſet nuncius Rhodiorum cladis, emiſſa de manibus res eſt. metuens enim Livius, ne ſucceſſu tantæ rei inflatus Polyxenidas, claſſem quæ ad Canas erat opprimeret ; Abydi obſidione, cuſtodiaque Helleſponti exempto relicta, naves, quæ ſubducta Canis erant, deduxit. Et Eumenes Elæam venit. Livius omni claſſe, cui adjunxerat triremes duas Mitylenæas, Phocæam petit. quam quum teneri valido regio præſidio audiſſet, nec procul Seleuci caſtra eſſe ; depopulatus maritimam oram, & præda maxime hominum raptim in naves impoſita, tantum moratus, dum Eumenes cum claſſe aſſequereretur, Samum petere intendit. Rhodiis primo audita clades ſimul pavorem, ſimul luctum ingentem fecit. nam præter navium militumque jacturam, quod floris, quod roboris in juventute fuerat, amiſerant : multis nobilibus ſecuris inter cætera auctoritatem Pauſitharti, quæ inter ſuos merito maxima erat. deinde quod fraude, quod à clive potiſſimum ſuo forent, in iram luctus vertit. Decem extremio naves, & diebus poſt paucis, decem alias præfecto omnium Eudamo miſerunt: quem aliis virtutibus beatiſque haudquaquam Pauſitharto parem ; cautiorem, quo minus animi erat, ducem futurum credebant. Romani & Eumenes rex in Erythræam primum claſſem applicaverunt. ibi noctem unam morati, poſtero die Corycum Tejorum promontorium tenuerunt. Inde quum in proxima Samiæ vellent trajicere, non exſpectato ſolis ortu, ex quo ſtatum cœli notare gubernatores poſſent, in incertam tempeſtatem miſerunt. Medio in curſu aquilone in ſeptentrionem verſo, exaſperato fluctibus mari jactari cœperunt.

Cap. XIII. Polyxenidas Samum petiturus ratus hoſtes, ut ſe Rhodiæ claſſi conjungerent ; ab Epheſo profectus, primo ad Myonneſum ſtetit : inde ad Macrin (quam vocant) inſulam trajecit : ut prætervehentis claſſis, ſi quas aberrantes ex agmine naves poſſet, aut poſtremum agmen opportune adoriretur. Poſtea quam ſparſim tempeſtate claſſem vidit, occaſionem primo aggrediendi ratus, pauło poſt increbreſcente vento, & majores jam volvente fluctus, quia pervenire ſe ad eos videbat non poſſe, ad Æthaliam inſulam trajecit : ut inde poſtero die Samum ex alto petentes naves aggrederetur. Romani pars exigua, primis tenebris portum Samiæ deſertum tenuerunt : claſſis cætera noctem totam in alto jactata, in eundem portum decurrit. Ibi ex agreſtibus cognito, hoſtium naves ad Æthaliam ſtare ; conſilium habitum, utrum ſequendo decertarent, an Rhodiam exſpectarent claſſem. dilata re (ita enim placuit) Corycum, unde venerant, trajecerunt. Polyxenidas quoque quum fruſtra ſtetiſſet, Epheſum rediit. Tum Romanæ naves vacuo ab hoſtibus mari Samum trajecerunt. Eodem & Rhodia claſſis poſt dies paucos venit. quam ut exſpectatam eſſe apparerat, profecti extemplo ſunt Epheſum, ut aut decernerent navali certamine, aut ſi detrectaret hoſtis pugnam (quod plurimum intererat ad animos civitatum) timoris confeſſionem exprimerent. Extra fauces portus inſtructa in frontem navium acie ſtetere, poſteaquam nemo adverſus ibat claſſe diviſa, pars in ſalo ad oſtium portus in anchoris ſtetit : pars in terram milites expoſuit. In eos jam ingentem prædam late depopulato agro agentes, Andronicus Macedo, qui in præſidio Epheſi erat, jam mœnibus appropinquantes eruptionem fecit, extoſque magna parte prædæ, ad mare ac naves redegit. Poſtero die infidiis medio ferme viæ poſitis, ad eliciendum extra mœnia Macedonem, Romani ad urbem agmine iere, inde, quum ea ipſa ſuſpicio, ne quis exiret, deterruiſſet, redierunt ad naves : & terra marique fugientibus certamen hoſtibus, Samum, unde venerat, claſſis repetit. Inde duas ſociorum ex Italia, duas Rhodias triremes cum præfecto Epicrare Rhodiorum ad frerum Cephallenïæ tuendum prætor miſit. Infeſtum id latrocinio Lacedæmonium Hybridas cum juventute Cephallenum faciebat : clauſum jam mare commeatibus Italicis erat.

Cap. XIV. Piræei L. Æmilio Regillo ſuccedenti ad navale imperium Epicrates occurrit. qui audita clade Rhodiorum, quum ipſe duas tantum quinqueremes haberet ; Epicrates cum quatuor navibus in Aſiam ſecum reduxit. profecutæ etiam apertæ Athenienſium naves ſunt. Ægeo mari trajecit. Eodem Timaſicrates Rhodius cum duabus quadrirembus ab Samo nocte intempeſta venit : deductuſque ad Æmilium, præſidii cauſa ſe miſſum ait : quod eam oram maris infeſtam onerariis regiæ naves exeurſionibus crebris ab Helleſponto atque Abydo facerent.

Tra-

Trajicienti Æmilio à Chio Samum, duæ Rhodiæ quadriremes missæ obviam ab Livio & rex Eumenes cum duabus quinqueremibus occurrit. Samum posteaquam ventum est, accepta à Livio classe, & sacrificio, ut assolet, rite facto, Æmilius concilium advocavit. Ibi C. Livius (is enim est primus rogatus sententiam) *Neminem fidelius dare posse consilium*, dixit, *quam eum, qui id alteri suaderet, quod ipse si in eodem loco esset, factúrus fuerit. Se in animo habuisse tota classe Ephesum petere, & onerarias ducere multa faburra gravatas, atque eas in fauctous portus supprimere, & eo minoris molimenti ea claustra esse, quod in flumînis modum, longum & angustum & quadosum ostium portus sit. Ita adempturum se maris usum hostibus fuisse, inutilemque classem facturum.*

Cap. XV. Nulli ea placere sententia. Eumenes rex quæsivit: *Quid tandem ubi demerserint navium frenasse claustra maris, utrum libera sua classe absculturi inde forent ad opem ferendam sociis terroremque hostibus præbendum? an nihilo minus tota classe portum obsessuri? Sive enim absedant, cui dubium esse quin hostes extracturi demersas anchoras, & minore molimento aperturi portum quam obstruatur? Sin autem manendum ibi nihilominus sit, quid attinere claudi portum? Quin contra, illos rutissimo portu, opulentissima urbe fruentes, omnia Asiæ præbente, quietà æstiva acturos: Romanos aperto in mari fluctibus tempestatibusque objectos, omnium inopes in assidua statione futuros: ipsos magis aligatos impeditosque, ne quid eorum quæ agenda sint, possint agere, quam ut hostes clausos habeant.* Eudamus præfectus Rhodiæ claſſis, magis eam fibi displicere sententiam ostendit, quam ipse quid censeret, faciendum dixit. Epicrates Rhodius, omissa in præsentia Ephesi, *Mittendam navium partem in Lyciam* censuit: *& Patara, caput gentis, in societatem adjungendam. In duas res magnas id usui fore & Rhodios pacatis contra insulam suam terris, tutis ortibus incumbere in unius belli, quod adversus Antiochum sit, curam posse: & eam classem, quæ in Lycia compararetur, intercludi, ne Polyxenidæ conjungatur.* Hæc maxime movit sententia. placuit tamen Regillum tota classe evehi ad portum Ephesi, ad inferendum hostibus terrorem.

Cap. XVI. C. Livius cum duabus quinqueremibus Romanis, & quatuor quadriremibus Rhodiis, & duabus apertis Smyrnæis, in Lyciam est missus; Rhodum prius justus adire, & omnia cum iis communicare consilia. Civitates quas prætervectus est, Miletus, Myndus, Halicarnassus, Cnidus, Cous, imperata enixe fecerunt. Rhodum ut est ventum; simul & ad quam rem missus esset, iis exposuit, & consuluit eos. Approbantibus cunctis, & ad eam quam habebat classem, assumptis tribus quadriremibus navigat Patara. Primo fecundus ventus ad ipsam urbem ferebat eos: perabantque subito terrore aliquid moturos. posteaquam circumagente se vento fluctibus dubiis volvi cœprum est mare, pervicerunt quidem remis, ut tenerent terram: sed neque circa urbem ruta ftatio erat, nec ante hostium portus in talo stare poterant; altero mari & nocte imminente. Prætervecti mœnia, portum Phœnicunta, minus duum millium spacio inde distantem, petiere, navibus à maritima vi rutum: sed altæ rupes insuper imminebant, quas celeriter occupiani assumptis regiis militibus quos in præsidio habebant, ceperunt. adversus quos Livius, quamquam erant iniqua ac difficilia ad exitus loca; Isseos auxiliares, & Smyrnæorum expeditos juvenes misit. Ii, dum missilibus primo, & adversus paucos levibus excursionibus lacessebatur magis quam conserebatur pugna, fustinuerunt certamen. posteaquam plures ab urbe affluebant, & jam omnis multitudo effundebatur, timor incessit Livium, ne & auxiliares circumvenirentur, & navibus etiam ab terra periculum esset: ita non milites solum, sed etiam navales socios, remigum turbam, aquatibus quibusque poterat telis, armatos in prælium eduxit. Tum quoque anceps pugna fuit; neque milites solum aliquot, sed L. Apustius tumultuario prælio cecidit. posteremo tamen fuit fugatique sunt Lycii, atque in urbem compulsi. & Romani eum haud incruenta victoria ad naves reciderunt. Inde in Thelmessicum profecti sinum, qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit, omissa Patara amplius tentandi spe, Rhodii domum dimisi sunt. Livius prætervectus Aliam, in Græciam transmisit, ut conventis Scipionibus (qui tum circa Thessaliam erant) in Italiam trajiceret.

Cap. XVII. Æmilius posteaquam omissas in Lycia res, & Livium profectum in Italiam cognovit, quum ipse ab Epheso repulsus tempestate irrito incepto Samum reverrisset, turpe ratus, tentata frustra Patara esse, proficisci eo tota classe. & summa vi aggredi urbem statuit. Miletum & cæteram eam sociorum prætervecti, in Bargylietico sinu exscensionem ad Jassum fecerunt. Urbem regium renebat præsidium: agrum circa Romani hostiliter depopulati sunt. Missis deinde qui per colloquia principum & magistratuum tentarent animos,

nos, posteaquam nihil in potestate sua respondent esse, ad urbem oppugnandam ducit. Erant Jassienium exules cum Romanis: ii frequentes Rhodios orare instituerunt, *Ne urbem & vicinam sibi & cognatam innoxiam perire sinerent. Sibi exilii nullam aliam caussam esse, quam fidem erga Romanos. Eadem vi regionum, qua ipsi pulsi sint, teneri eos qui in urbe maneant. Unum Jassensium unam mentem esse, ut servitutem regiam effugerent.* Rhodii mori precibus, Eumene etiam rege assumpto, simul suas necessitudines commemorando, simul obsessa regio praesidio urbis caussam misserando, pervicerunt, ut oppugnatione absisteretur. Non secus ibi metus pacatis caeteris, quum oram Asiae legerent, Loryma (portus adversus Rhodum est) pervenerunt. Ibi in principiis sermo primo inter tribunos militum secretus oritur, deinde ad aures ipsius Aemilii pervenit, adscisci classem ab Epheso ab suo bello: ut ab tergo liber reliquis hostis, in tot propinquas sociorum urbes omnia impune conari posse. Movere ea Aemilium: vocatosque Rhodios quum percunctatus esset, utrumnam Pataris universa classis in portu stare posset, quum respondissent, non posse; caussam nactus omittendae rei, Samum reducit naves.

Cap. XVIII. Per idem tempus Seleucus Antiochi filius, quum per omne hibernorum tempus exercitum in Aetolide continuisset, partim foliciis ferendo opem, partim quos in fidem recipere non poterat depopulandis; transire in fines regni Eumenis, dum is procul ab domo cum Romanis & Rhodiis Lyciae maritima oppugnaret, statuit. Ad Eleam primo infestis signis accessit: deinde omissa oppugnatione urbis, agros hostiliter depopulatus, ad caput arcemque regni Pergamum ducit oppugnandam. Attalus primo stationibus ante urbem positis, & excursionibus equitum levisque armaturae, magis lacessebat, quam sustinebat hostem. postremo quum per levia certamina expertus, nulla parte virium se parem esse, intra moenia se recepisset, obsideri urbs coepta est. Eodem ferme tempore & Antiochus ab Apamea profectus, Sardibus primum, deinde, haud procul Seleuci castris, ad caput Cayci amnis stativa habuit, cum magno exercitu misto variis ex gentibus. Plurimum terroris in Galliorum mercede conductis quatuor millibus erat. hos, paucis admissis, ad pervastandum pasim Pergamenum agrum misit. Quae posteaquam Samum sunt nunciata, primo Eumenes advocatos domestico bello cum classe Elaeam petit: inde quum praesto fuissent equites peditumque expeditus praetsidio eorum tutus, profectum hostes sentirent aut moverentur, Pergamum contendit. ibi rursus levia per excursiones praelia heri coepta; Eumene summae rei discrimen haud dubie detrectante. Paucos post dies Romana Rhodiaque classis, ut regi opem ferret, Elaeam ab Samo venerunt. Quos ubi exposuisse copias Elaeae, & tot classes in unum convenisse portum, Antiocho allatum est; & sub idem tempus audivit, consulem cum exercitu jam in Macedonia esse, paratique quae ad transitum Hellesponti opus essent; tempus venisse ratus, priusquam terra marique simul urgeretur, agendi de pace, tumultum quendam adversus Elaeam castris cenit. ibi peditum omnibus copiis relictis, cum equitatu (erant autem sex millia equitum) in campos sub ipsa Elaeae moenia descendit: misso caduceatore ad Aemilium, velle se de pace agere.

Cap. XIX. Aemilius Eumene a Pergamo accito, adhibitis & Rhodiis, concilium habuit. Rhodii haud aspernari pacem: Eumenes *Nec bonefium esse* dicere, *eo tempore de pace agi: nec exitum rei imponi posse. Qui enim*, inquit, *aut bonifi incutifi maribus & civifi legesi pacis acceptemus? aut cui rata ifita pax erit, quam sine consule, non ex auctoritate senatus, injussu populi Romani peregerimus? Cicero enim, pace per te facta, redifturus ex templo in Italiam fis, classem exercitumque deductorus? aut exspectatorus, quid de ea re consuli placeat, quid senatui censeat, aut populus jubeat? Restat ergo, ut maneas in Asia, & rursus in hiberna copiae reducte, omisso bello, exhaurtant commeatibus praebendis socios: deinde (si ita visum sit tibi ponere quos potestas fecerit) instauremus nocum de integro bellum. quod possumus, si eos hos impetu rerum nihil prolatando remittitur, ante hiemem Dis volentibus perfecisse.* Haec sententia vicit, responsumque Antiocho est, ante consulis adventum de pace agi non posse. Antiochus pace nequicquam tentata, vastatis Elaeensium primum; deinde Pergamenorum agris, relicto ibi Seleuco filio, Adramytteum, hostiliter itinere facto, petit. agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum. neque alio ullo loco Asiae major regiis nutribus parta est merces. Eodem Adramytteum, ut urbi praesidio essent, navibus circumvecti, Aemilius & Eumenes venerunt.

Cap. XX. Per eosdem forte dies Elaeam ex Achaia mille pedites cum centum equitibus, Diophane omnibus

bus his copiis præposito, accesserunt. quos egressos navibus obviam missi ab Attalo, nocte Pergamum deduxerunt. Veterani omnes & periti belli erant, & ipse dux Philopœmenis, summi tum omnium Græcorum imperatoris disciplinus. qui biduum tumul ad quietem hominum equorumque. & ad vitandas hostium stationes, quibus locis temporibusque accederent, reciperentque sese, sumpserunt. Ad radices fere collis, in quo posita est urbs, regii succedebant. Ita libera ab tergo populatio erat, nullo ab urbe, ne in stationes quidem qui procul jacularetur, accurrente. Postquam semel comperuit mutu se mœnibus incluserunt, contemptus eorum, & inde negligentia apud regios oritur; non stratos, non infrænatos magna pars habebant equos. paucis ad arma & ordines relictis, dilapsi cæteri sparserant fe toto pasium campo: pars in juvenilibus lasciviamque versa, pro vescentes sub umbra, quidam somno etiam strati. Hæc Diophanes ex alta urbe Pergamo contemplatus, arma suos caperé, & ad portam præsto esse jubet: ipse Attalum adiit, & in animo sibi esse dixit, hostium stationem tentare. Ægre id permittente Attalo, quippe qui centum equitibus adversus trecentos, mille peditibus cum quatuor millibus pugnaturum cernerer; porta egressus, haud procul stationem hostium occasionem opperiens consedit. Et qui Pergami erant, amentiam magis quam audaciam credere esse: & hostes paulisper in eos versi, ut nihil moveri viderunt, nec ipsi quicquam ex solita negligentia, insuper etiam eludentes paucitatem, mutarunt. Diophanes quietos aliquandiu suos, velut ad spectaculum modo eductos, continuit: postquam dilapsos ab ordinibus hostes vidit, peditibus quantum accederari sparsim, lequi jussis, ipse princeps inter equites cum turma sua quam posset effusissimis habenis, clamore ab omni simul pedite atque equite sublato, stationem hostium improviso invadit. Non homines solum, sed equi etiam territi, quum vincula abruptissent, trepidationem & tumultum inter suos fecerunt, pauci stabant impavidi equi: eos ipsos non sternere, non infrænare, aut ascendere facile poterant; multo majorem quam pro numero equitum, terrorem Achæis inferentibus. Pedites vero ordinati & præparati sparsos per negligentiam, & semisomnes prope adorti sunt: cædes passim fugaque per campos facta est. Diophanes secutus effusos quoad tutum fuit, magno Achæorum genti decore parto (spectaverant enim è mœnibus Pergami non viri modo, sed fœminæ etiam) in præsidium urbis redit.

Cap. XXI. Postero die regiæ magis compositæ & ordinatæ stationes, quingentis passibus longius ab urbe posuerunt castra: & Achæi eodem ferme tempore atque in eundem locum processerunt. Per multas hotas intenti utrimque, velut jam futurum impetum exspectavere: postea quam haud procul accessi hostes videndi in castra tempus erat, regii signis collatis abire agmine ad iter magis quam ad pugnam compositi cœpere. Quievit Diophanes, dum in conspectu erant. deinde eodem, quo pridie, imperu in postremum agmen incurrit: tantumque rursus pavoris ac tumultus incussit, ut quum terga cæderentur, nemo pugnandi causa restiterit: trepidantesque, & vix ordinem agminis servantes, in castra compulsi sunt. Hæc Achæorum audacia Seleucum ex agro Pergameno movere castra coegit. Antiochus postea quam Romanos & Eumenem audituendum Adramytteum venisse audivit; ea quidem urbe abstinuit; depopulatus agros. Peræam inde, coloniam Mitylenæorum expugnavit. Cotton, & Corylenus, & Aphrodisias, & Crene, primo impetu capræ sunt. Inde per Thyatira Sardeis rediit. Seleucus in maritima ora permanens, aliis terrori, aliis præsidio erat. Classis Romana cum Eumene Rhodisique, Mitylenen primo, inde retro, unde profecta erat, Elæam rediit. Inde Phocæam petentes, ad insulam quam Bachium vocant, (imminet urbi Phocentium) appulerunt, & quibus ante abstinuerant templis, signisque (egregie autem exornata insula erat) quum hostiliter diripuissent, ad ipsam urbem transmiserunt. eam divitis inter se partibus quum oppugnarent, & viderent, sine operibus, armis, facilisque, capi non posse, missum ab Antiocho præsidium trium millium armatorum quum intrasset urbem; extemplo oppugnatione omissa, classis ad insulam se recepit; nihil aliud quam depopulato circa urbem hostium agro.

Cap. XXII. Inde placuit Eumenem domum dimitti, & præparare consulli atque exercitui, quæ ad transitum Hellesponti opus essent: Romanam Rhodiamque classem redire Samum, atque ibi in statione esse, ne Polyxenidas ab Epheso moveret. Rex Elæam, Romani & Rhodii Samum redierunt. Ibi M. Æmilius frater prætoris decessit. Rhodii, celebratis exsequiis, adversus classem quam fama erat, ex Syria venire, tredecim suis navibus & una Coa quinqueremi, altera Gnidia, Rhodum ut ibi in statione essent, profecti sunt. Biduo ante quam Eudamus cum classe à Samo veniret, tredecim à Rhodo naves cum Pamphilade præfecto adver-

adverſus eandem Syriacam claſſem miſſæ, aſſumptis navibus quatuor, quæ Cariæ præfidio erant, oppugnantibus regiis, Dædala & quædam alia parva caſtella obtidione exemerunt. Eudamum confeſtim exire placuit. additæ huic quoque ſunt ad eam claſſem, quam habebat, lex apertæ naves, profectus quum quantum accelerare poterat, maturaſſet; ad portum, quem Megiſten vocant, prægreſſos conſequitur. inde uno agmine Phaſelidem quum venifſent; optimum vifum eſt ibi hoſtem opperiri.

Cap. XXIII. In confinio Lyciæ & Pamphyliæ Phaſelis eſt: prominet penitus in altum, conſpiciturque prima terrarum Rhodum à Cilicia petentibus, & procul navium præbet proſpectum. eo maxime, ut in obvio claſſi hoſtium eſſent, electus locus eſt. Cæterum quod non providerunt, & loco gravi & tempore anni (medium enim æſtatis erat) ad hoc inſolito odore ingruere morbi vulgo, maxime in remiges cœperunt. cujus peſtilentiæ metu profecti, quum prætervehierentur Pamphylium ſinum, ad Eurymedontem amnem appulſa claſſe, audiunt ab Aſpendiis ad Sidam jam hoſtes eſſe. Tardius navigaverant regii, adverſo tempore Etefiarum, quod velut ſtatum Favoniis ventis eſſet. Rhodiorum duæ & triginta quadriremes, quatuor triremes fuere. Regia claſſis ſeptem & triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres & quatuor hexeres habebat. præter has decem triremes erant. & alii adeſſe hoſtes ex fœcula quadam cognovere. Utraque claſſis poſtero die luce prima, tamquam eo die pugnatura, è portu movit: & poſteaquam ſuperavere Rhodii promontorium, quod ab Sida prominet in altum; extemplo & conſpecti ab hoſtibus ſunt, & ipſi eos viderunt. Ab regio ſiniſtro cornu, quod ab alto objectum erat, Annibal, dextro Apollonius purpuratorum unus præerat. & jam in frontem directas habebant naves. Rhodii longo agmine veniebant. prima prætoria navis Eudami erat: cogebat agmen Chariclitus: Pamphilidas mediæ claſſi præerat. Eudamus poſteaquam hoſtium aciem inſtructam & paratam ad concurrendum vidit; & ipſe in altum evehitur, & deinceps, quæ ſequebantur, ſervantes ordinem in frontem dirigere jubet. Ea res primo tumultum præbuit. nam nec ſic in altum evectus erat, ut ordo omnium navium ad terram explicari poſſet: & feſtinans ipſe præpropere cum quinque ſoliis navibus Annibali occurrit. cæteri quia in frontem dirigere juſſi erant, non ſequebantur. Extremo agmini loci nihil ad terram relicti erat: trepidantibusque iis inter ſe, jam in dextro cornu adverſus Annibalem pugnabatur.

Cap. XXIV. Sed momento temporis, & navium virtus & uſus rei maritimæ terrorem omnem Rhodiis dempſit. nam & in altum celeriter evectæ naves, locum poſt ſe quæque venienti ad terram dedere: & ſi qua concurrerat roſtro cum hoſtium navi, aut proram lacerabat, aut remos detergebat, aut liberis interordines diſcurſu prætervecta, in puppim impetum dabat. maxime exterruit hepteris regia à multo minore Rhodia nave uno ictu demerſa. Itaque jam haud dubie dexterum cornu hoſtium in fugam inclinabat. Eudamum in alto, multitudine navium maxime Annibal, cæteris omnibus longe præſtantem, urgebat: & circumveniſſet, ni ſigno ſublato ex prætoria nave, (quo diſperſam claſſem in unum colligi mos erat) omnes quæ in dextro cornu vicerant naves, ad ogem ferendam ſuis concurriſſent. tum & Annibal, quæque circa eum erant naves, capeſſunt fugam: nec inſequi Rhodii ex magna parte egris, & ob id celerius feſſis remigibus, potuerunt. Quum in alto ubi ſubſtiterant, cibo refecerent vires, contemplatus Eudamus hoſtes claudas mutilaſque naves apertis navibus remulco trahentes, viginti paulo amplius integras abſcedentes; & turrem prætoriæ navis ſilentio facto, *Exſurgite*, inquit, *& egregium ſpectaculum capeſſite oculis!* Conſurrexere omnes, contemplatique trepidationem fugamque hoſtium; prope una voce exclamavere omnes, ut ſequerentur. Ipſius Eudami multis ictibus vulnerata navis erat. Pamphilidam & Chariclitum inſequi, quoad putarent rutum, juſſit. Aliquamdiu ſecuti ſunt: poſteaquam terræ appropinquabat Annibal, veriti ne includ erentur vento in hoſtium ora, ad Eudamum revecti, hepterem captam, quæ primo concurſu icta erat, ægre Phaſelidem pertraxerunt. Inde Rhodum non tam victoria læti, quam alius alium accuſantes, quod quum potuiſſet, non omnis ſummerſa aut capta claſſis hoſtium foret, redierunt. Annibal ictus uno prælio adverſo, ne tum quidem prætervehi Lyciam audebat, quum conjungi veteri regiæ claſſi quam primum cuperet. Et id ne ei facere liberum eſſet, Rhodii Chariclirum cum viginti navibus roſtraris ad Patara & Megeſten portum miſerunt. Eudamum cum ſeptem navibus maximis ex ea claſſe cui præfuerat, Samum redire ad Romanos juſſerunt: ut quantum conſilio, quantum auctoritate valeret, compelleret Romanos ad Patara oppugnanda.

Cap. XXV. Magnam lætitiam Romanis jam prius nunclus victoriæ, deinde

deinde adventus attulit Rhodiorum. & apparebat, si ea cura Rhodiis dempta esset, vacuos eos tuta ejus regionis maria præditurros. Sed profecto Antiocho ab Sardibus, ne opprimerentur urbes maritimæ, abscedere custodia Ioniæ atque Æolidis prohibuerunt. Pamphilidam cum quatuor navibus tectis ad eam classem quæ circa Patara erat, miserunt. Antiochus non civitatum modo, quæ circa se erant, contrahebat præsidia, sed ab Prusiam Bithyniæ regem mittebat legatos literasque, quibus transitum in Asiam Romanorum increpabat: *Venire eos ad omnia regna tollenda, ut nullum usquam orbis terrarum, nisi Romanum imperium esset. Philippum & Nabin expugnatos, se tertium petere. Ut quisque proximus ab oppressis sit, per quos, velut continens incendium, perveniatur. Ab se, gradum in Bithyniam fore, quando Eumenes in voluntariam servitutem concessisset.* His motum Prusiam literæ Scipionis consulis, sed magis ejus fratris Africani, ab suspicione tali averterunt, qui præter consuetudinem perpetuum populi Romani augendi omni honore regum sociorum majestatem, domesticis ipse exemplis Prusiam ad promerendam amicitiam suam compulit. *Regulos se acceptos in fidem in Hispania regere reliquisse. Masanissam non in patria modo locisse regno, sed in Syphacis, à quo ante expulsus fuisset, regnum imposuisse. & esse eum non Africæ modo regum longe opulentissimum, sed toto in orbe terrarum civitis regum vel majestate vel viribus parem. Philippum & Nabin hostes & bello superatos ab T. Quintio, tamen in regno retinere. Philippo quidem anno priore etiam stipendium remissum, & filium obsidem redditum: & quasdam civitates extra Macedoniam, pattentibus Romanis imperatoribus, recepisse eum. In eadem dignitate & Nabin futurum fuisse; nisi eum suus primo furor, deinde finis & Polorum absumpsisset.* Maxime confirmatus est animus regis, posteaquam ad eum C. Livius, qui prætor ante classi præfuerat, legatus ab Roma venit; & edocuit, quanto & spes victoriæ certior Romanis quam Antiocho, & amicitia sanctior firmiorque apud Romanos futura esset.

Cap. XXVI. Antiochus posteaquam à spe societatis Prusiæ decidit, Ephesum ab Sardibus est profectus ad classem, quæ per aliquot menses instructa ac parata fuerat, visendam: magis quia terrestribus copiis exercitum Romanum & duos Scipiones imperatores videbat (utrumque enim posse, quam quod res navalis ipsa per se aut tentata sibi unquam feliciter, aut tunc magnæ & certæ fiduciæ esset. Erat tamen momentum in præsentia spei: quod & magnam partem Rhodiæ classis circa Patara esse, & Eumenem regem cum omnibus navibus suis consuli obviam in Hellespontum profectum audierat. aliquid etiam inflabat animos classis Rhodia, ad Samum per occasionem fraude præparatam abfumpta. His fretus, Polyxenida cum classe ad tentandam omni modo certaminis fortunam misso, ipse copias ad Notium ducit: (id oppidum Colophonium mari imminens, abest à vetere Colophone duo ferme millia passuum) & ipsam urbem suæ esse potestatis volebat; adeo propinquam Ephesò, ut nihil terra marive ageret, quod non subjectum oculis Colophoniorum, ac per eos motum extemplo Romanis esset: quos audita obsidione non dubitabat ad opem ferendam sociæ urbi classem à Samo moturos. eam occasionem Polyxenidæ ad rem gerendam fore. Igitur operibus oppugnare urbem aggressus, & ad mare partibus duabus patet muniebat: quibus deductis, utrimque vineas & aggerem muro injecit, & tetudinibus arietes admovit. Quibus territi malis Colophonii oratores Samum ad L. Æmilium, fidem prætoris populique Romani implorantes, miserunt. Æmilium & Sami fegnis diu mora offendebat, nihil minus opinantem quam Polyxenidam bis nequicquam ab Ephesocatum, potestatem pugnæ facturum esse: & turpe existimabat, Eumenis classem adjuvare consulem ad trajiciendas in Asiam legiones: se Colophonis obsessæ auxilio incertam finem habituro alligari. Eudamus Rhodius, qui se tenuerat cum Sami, cupientem proficisci in Hellespontum, cunctique instare & dicere, *quanto satius esse vel sectos obsidione eximere, vel victam jam semel classem vincere iterum, totamque maris possessionem hosti eripere, quam desertis sectis, tradita Antiocho Asia terra marique, in Hellespontum, vel satis esse Eumenis classis, ad suæ parte belli discedere.*

Cap. XXVII. Profecti ab Samo ad petendos commeatus, consumptis jam omnibus, Chium parabant trajicere. Id erat horreum Romanis: eoque omnes ex Italia missæ onerariæ dirigebant cursum. Circumvecti ab urbe ad aversa insulæ, (objecta aquiloni, ad Chium & Erythras sunt) quum pararent trajicere, literis certior fit prætor, frumenti vim magnam Chium ex Italia venisse; vinum portantes naves tempestatibus retentas esse. Simul allatum est, Teios regiæ classi benigne commeatus præbuisse: quinque millia vaiorum vini esse pollicitos. Teum ex medio curfu classem repente averrit: aut volentibus iis usurus commeatu parato

parato hostibus, aut ipsos pro hostibus habiturus. Quum direxissent ad terram proras, quindecim ferme eis naves circumvolnendum apparuerunt; quas primo ex classe regia prætor esse ratus, intitit sequi. apparuit inde, piraticas celoces & lembos esse. Chlorum maritimam oram depopulari, cum omnis generis præda reverteretes, posteaquam videre ex alto classem, in fugam verterunt. & celeritate fuorabant: & agrestibus & ad id fabrefactis navigiis, & propiores terræ erant. Itaque priusquam appropinquaret classis, Myonnesium perfugerunt. unde se à portu ratus abstractarum naves, ignarus loci sequebatur prætor. Myonnesius promontorium inter Teum Samumque est. Ipse collis est in modum menti, in acutum cacumen à fundo satis lato fastigiatus: à continenti arcte semitæ aditum habet: à mari exesæ ductibus rupes claudunt; ita ut quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum quam quæ in statione sunt naves, promineant. Circa ea appropinquare non anuæ naves, ne sub ictu superstantium in rupibus pirararum essent, diem trivere. tandem sub nostem vano incepto quum abstitissent, Teum postero die accessere: & in portu qui ab tergo urbis est (Gerætticum ipsi appellant) navibus constitutis prætor ad depopulandum circa urbem agrum militem emisit.

Cap. XXVIII. Teji quum in oculis populatio esset, oratores cum insulis & velamentis ad Romanum miserunt. quibus purgantibus civitatem omnis fatti dictique hostilis adversus Romanos, & *justisse eos commeatu classem hostium* arguit, & *quantum vinci Polyxenidæ promiserint. quæ si eadem classi Romanæ darent, revocaturum se à populatione militem: sin minus, pro hostibus eos habiturum.* Hoc tam triste responsum quum retulissent legati, vocatur in concionem à magistratibus populus, ut quid agerent, consulturent. Eo forte Polyxenidas cum regia classe à Colophone profectus posteaquam moviste à Samo Romanos audivit, & ad Myonnesium piratas persecutos, Teorum agrum depopulari, naves in Gerættico portu stare; ipse advertus Myonnesum in insula (Macrin nauticl vocant) anchoras portu occulto jecit. inde ex propinquo explorans quid hostes agerent; primo in magna spe fuit, quemadmodum Rhodiam classem ad Samum circumfesiis ad exitum faucibus portus expugnasset, sic & Romanam expugnaturum. nec est dissimilis natura loci. Promontoriis occultibus inter ista ejaculatur portus, ut vix duæ simul inde naves possint exire. Nocte occupare fauces Polyxenidas in animo habebat, & denis navibus ad promontoria stantibus, quæ ab utroque cornu in latera exeuntium navium pugnarent: ex cætera classe, sicut ad Panormum fecerat, armatis in littora expositis, terra, marique simul hostes opprimere. quod non vanum ei consilium fuisset, ni quum Teji facturos se imperata promisissent, ad accipiendos commeatus aptius visum esset Romanis in eum portum, qui ante urbem est, classem transire. Dicitur & Eudamus Rhodius virium alterius portus offendisse, quum forte duæ naves in arcto ostio implicitos remos fregissent. & inter alia id quoque movit prætorem, ut traduceret classem, quod ab terra periculum erat; haud procul inde Antiocho stativa habente.

Cap. XXIX. Traducta classe ad urbem, ignaris omnibus egressi milites naturaque fisti, ad conmeatus & vinum maxime dividendum in naves; quum medio forte dici agrestis quidam ad prætorem adductus nunciat; alteram jam diem classem stare ad insulam Macrin, & paulo ante vifos quasdam moveri tamquam ad profectionem naves. & subita perculsus pavore, subjicines canere jubet, ut qui per agros palati essent, redirent: tribunos in urbem mittit ad cogendos milites, nautasque in naves. Haud secus quam in repentino incendio aut capta urbe trepidatur: allis in urbem curretibus ad suos revocandos, allis ex urbe naves cursu repetentibus: incerrisque clamoribus (quibus ipsis rubor obstreperent) turbatis imperiis, tandem concursum ad naves est. Vix fuam quisque nosscre aut adire præ tumultu poterat: trepidatumque cum periculo & in mari & in terra foret, ni partibus divisis Æmilius cum prætoria nave primus è portu in altum evectus, excipiens insequentesis suo quamque ordine in frontem instruxisset: Eudamus Rhodiaque classis subtilissent ad terram, ut & fine trepidatione consenderent, & ut quæque parata esset, exiret navis. Ita & explicuere ordinem primæ in conspectu prætoris, & coactum agmen ab Rhodiis est: instructaque acies velut cernere reglos, in altum processit. inter Myonnesum & Corycum promontorium erant, quum hostem conspexere. Et regia classis, binis in ordinem navibus longo agmine veniens, & ipsa aciem adversam explicuit; tantum lævo evecta cornu, ut ampleeti & circumire dexterum cornu Romanorum posset. quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non posse exæquare ordinem Romanos, & tantum non jam circumiri à dextro cornu; concitat naves, (& erant Rhodiæ navigues longe omnium celerimæ tota classe) aquaroque cornu, prætoriaque navi, in qua Polyxenidas erat, suam objecit.

Cap.

Cap. XXX. Jam totis classibus simul ab omni parte pugna conserta erat. Ab Romanis octoginta naves pugnabant, ex quibus Rhodiæ duæ & viginti erant. Hostium classis undenonaginta navium fuit; & maximæ formæ naves tres hepteres habebat, duas hepteres. Robore navium & virtute militum Romani longe Rhodios præstabant: Rhodiæ naves agilitate & arte gubernatorum & scientia remigum. Maximo tamen hostibus terrori fuere, quæ ignes præ se portabant: & quod unum iis ad Panormum circumventis saluti fuerat, id tum maximum momentum ad victoriam fuit. nam metu ignis adversi regiæ naves, ne prora concurrerent, quum declinaſſent, neque ipſæ ferire roſtro hoſtem poterant, & obliquas ſe ipſæ ad ictus præbebant. & ſi qua concurrerat, obruebatur infuſo igni: magis quæ ad incendium, quam ad prælium, trepidabant. Plurimum tamen, quæ ſolet, militum virtus in bello valuit. mediam namque aciem hoſtium Romani quum invaſiſſent, circumvecti ab tergo, pugnantibus adverſis Rhodios regiis ſeſe obiecere: momentoque temporis & media acies Antiochi, & lævo in cornu circumventæ naves mergebantur. Dextera pars integra, ſociorum magis clade quam ſua periculo terrebatur. caterum poſteaquam alias circumventas, prætorium navem Polyxenidæ relictis ſociis vela dantem videre; ſubitaris raptim dolonibus (& erat ſecundus petentibus Ephesum ventus) capeſſunt fugam: quadraginta duabus navibus in ea pugna amiſſis, quarum decem & tres captæ in poteſtatem hoſtium venerunt, caſtera incenſæ aut demerſæ. Romanorum duæ naves fractæ ſunt, vimentes aliquot. Rhodiarum nauclara, memorabili caſu, nam quum roſtro percuſſiſſet Sidoniam navem, arcbova ictu ipſo excuſſa è nave ſua, unco dente velut manu ferrea injecta aliigavit alterius proram: inde tumultu injecto quum divellere ſe ab hoſte cupientes inhiberent Rhodii, tractum anchorale & implicitum remis, latus alterum deterſit, & debilitatam ea ipſa quæ icta cohæſerat, navem cepit. hoc maxime modo ad Myonnesium navali prælio pugnatum eſt.

Cap. XXXI. Quo territus Antiochus, quia poſſeſſione maris pulſus, longinqua tueri diffidebat ſe poſſe, præſidiis Lyſimachia, ne opprimeretur ibi ab Romanis, deduci pravo, ut res ipſa poſtea docuit, conſilio juſſit. non enim tueri ſolum Lyſimachiam a primo impetu Romanorum facile erat: ſed obſidionem etiam per totam hiemem tolerare, & obſidentes quoque ad ultimam inopiam adducere extrahendo tempus, & interim ſpem pacis per occaſiones tentare. Nec Lyſimachiam tantum hoſtibus tradidit poſt adventum navalem pugnam, ſed etiam Colophonis obſidione abſceſſit, & Sardibus recepit ſe: atque inde in Cappadociam ad Ariarathen, qui auxilia arceſſerent, & quocumque alio poterat ad copias contrahendas, in unum jam conſilium, ut acie dimicaret intentus, miſit. Regibus A milius poſt victoriam navalem profectus, Epheſum, directis ante portum navibus, quum conſectionem conceſſi navis ultimam hoſti expreſſiſſet, Chium, quo, ante navale prælium, curſum à Samo intenderat, navigat. ibi naves in prælio quaſſatas quum refeciſſet, L. Scipillium Scaurum cum tribunis navibus Helleſpontum ad exercitum trajiciendum miſit: Rhodias pariter prædæ & ſpoliis navalibus decoratas domum redire jubet. Rhodii impigre præverterc, ad trajiciendaſque copias conſiliis iere: atque eo quoque functi officio, tum demum Rhodum rediere. Claſſis Romana ab Chio Phocæam trajecit. in ſinu maris intimo poſita hæc urbs eſt, oblonga forma. duum milium & quingentorum paſſuum ſpacium murus circumdatur: coli deinde ex utraque parte in arctiorem velut cuneum, Lampterea ipſi appellant, mille & ducentos paſſus ibi latitudo patet. Ipſe in altum lingua mille paſſuum excurrens medium fere ſinum velut nota diſtinguit, ubi cohæret faucibus angustis, duos in utramque regionem ventos portus turbimos habet. qui in meridiem vergit, Nauſtathmos ab re appellatur, quia ingentem vim navium capit: alter prope ipſum Lampterea eſt.

Cap. XXXII. Hos portus turriſimos quum occupaſſet Romana claſſis; priuſquam aut ſcalis, aut occurſibus manibus aggrederetur, mittere deos conſilit prætor qui principum magiſtratuumque animos tentarent. poſteaquam obſtinatos videre, duum milium locis opugnare eſt adortus. Altera pars inſrequens ædificiis erat: templa Deum aliquantum renidentes loci ea prius ariete admoto, quatere muros turreſque cœpit. deinde quum eo multitudo occurreret ad defendendum, altera quoque parte admotus aries. & jam utrimque ſternebantur muri. ad quorum caſum quum impetum Romani milites perinde ſtragem ruinarum facerent; alii facilis eriam aſcenſum in muros tentarent; adeo obſtinate reſiterunt oppidani, ut facile appareret plus in armis & virtute, quam in mœnibus auxilii eſſe. conſubere periculo militum prætor, recenſui cariuſit, ne obliceret incautos furentibus deſperatione ac rabie. Ubi enim præliu, ne tum quidem ad quietem verſi, ſed undique omnes ad munienda & ob-

molienda, quæ ruinis strata erant, concurrerunt. Huic operi intentis supervenit Q. Antonius, à prætore missus: qui castigata pertinacia eorum, *Majorem curam Romanis quum illis ostenderet esse; ne in perniciem urbis pugnaretur. si absistere furore vellent, potestatem iis fore eadem conditione, qua prius C. Livii in fidem accepissent, si tradenti.* Hinc quum audissent, quinque dierum spacio ad deliberandum sumpto, tentata interim, & auxilii ab Antiocho, posteaquam legati missi ad regem, nihil in eo esse præsidii, retulerunt; tum portas aperuerunt, pacti ne quid hostile paterentur. Quum signa in urbem inferrentur, & pronunciasset prætor, parci se deditis velle; clamor undique est sublatus, *indignum factinus esse, Thoceenses nunquam fidos socios, semper infestos hostes, impune eludere.* ab hac voce (velut signo à prætore dato) ad diripiendam urbem passim discurrerunt. Armilius primo renitere & revocare, dicendo, captas non dedi as, dirui portas: & in his tamen arbitrium esse imperatoris, non militum. Posteaquam ira & avaritia imperio potentiora erant; præcenibus per urbem missis, liberos omnes in forum ad se convenire jubet, ne violaretur: & in omnibus quæ ipsius potestatis fuerunt, fides constitit prætoris. Urbem agro esque & suis legibus restituit: & quia jam bi ms appetebat, Phocææ portus ad hiberna dum classi deiegit.

Cap. XXXIII. Per idem fere tempus consuli transgresso Æmilium Maronitarumque fines nunciatur, virtam regium cæsum ad Myonnesum, relictamque à præsidio Lysimachiam esse. Id multo quam de navali victoria lætius fuit; utique posteaquam eo venerunt; referrtaque urbs omnium rerum commeatibus, velut in adventum exercitus præparatis, eos excepit. ubi inopiam ultimam laborantesque in obsidendo se sibi perspexerunt. Hi quoque dies stativa habuere, ut impedimenta ægrique consequerentur, qui passim per omnia Thraciæ cæsella festi morbis ac longitudine viæ relicti erant. Recepris omnibus, ingressi rursus iter per Chersonesum, Hellespontum pervenerunt. ubi omnibus cura regis Eumenis ad traiciendum præparatis, velut in patria littora, nullo prohibente, aliis alio delatis navibus, sine tumultu trajecere. Ea vero res Romanis auxit animos; concessum tibi transire ceu nentibus in Asiam: quam rem magni momenti futuram credebant. Navigando deinde ad Hellespontum aliquamdiu haberunt: quia dies forte, quibus concilia moventur, feliciori ad iter inchoandum videbantur. Scipionem propiere ejus rei festinatione, quia Sallius erat, ubi junxerant ab exercitu: cauffaque & is ipse moræ erat, dum consequeretur.

Cap. XXXIV. Per eos forte dies legatus ab Antiocho in castra venerat, Byzantius Heraclides; de pace afferens mandata: quam impetrabilem fore magnam ei spem attulit mora & cunctatio Romanorum: quos simul Asiam attigissent, effuso agmine ad castra regia ituros crediderat. Statuit tamen non prius adire consulem, quam P. Scipionem: & ita mandatum ab rege erat. In eo maximam spem habebat, præterquam quod & magnitudo animi & fatietas gloriæ, placabilem eum maxime faciebat. notumque erat gentibus, qui victor ille in Hilpania, qui deinde in Africa fuisset: etiam quod filius ejus captus in poteftate regis erat. Is ubi & quando, & quo casu captus sit, ficut plerasque alia, parum inter auctores constat. alii principio belli à Chalcide Oreum petentem, circumventum ab regiis navibus ferunt: alii, posteaquam transmissum in Asiam est, cum turma Fregellana missum exploratum ad regia castra, effuso obviam equitatu quum reciperet sese, in eo tumultu delapsum equo cum duobus equitibus oppressum, ita ad regem deductum esse. Illud fama constat, si pax cum populo Romano maneret, hospitii munus privatim regi cum Scipionibus esset, neque liberalius neque benignius haberi, colique adolescentem, quam cultus est, potuisse. Ob hæc quum admonuisset P. Scipionis legatus exspectasset, ubi is venit, consedem adit, perique ut mandata audiret.

Cap. XXXV. Advocato frequenti consilio legati verba sunt audita. Is multis ante legationibus nequequam ultro citroque de pace missis, *Eam ipsam potuciam impetrandi sibi esse dixit, quod priores legati nihil impetrassent. Smyrnam quidem, Lampsacum, & Alexandriam Troadem, & Lysimachiam in Europa, jactatas in illis disceptationibus esse, quarum Lysimachia jam cessisse regem, ne quid in Europa habere eum diceremus: eas quæ in Asia sunt, civitates, tradere paratum esse: & si quæ aliæ Romani quod suarum partium fuerint, remittere ab imperio regio velint impune quoque in bellum factæ partem dimidiam regem præstiturum populo Romano.* Hæ conditiones erant pacis. Reliqua oratio fuit, *Ut memores rerum humanarum, & suæ fortunæ moderarentur, & aliam ne ingerent. Duarum Europa imperium, si quoque immensum esse. Parari simplia acquirendo facilius potuisse, quam universa teneri posse. quod si Asiæ quoque partem aliquam abstrahere velint: dummodo non duabus regionibus finiant; vinci suum temperantiam Romana cupiditate, pacis &*

& concordiæ caussa regem pacisurum. Ea quæ legato magna ad pacem imperrandam videbantur, parva Romanis vita. *Nam & impensam quæ in bellum facta esset, omnem præstare regem æquum censebant; cujus culpa bellum excitatum esset. &, non Ionia modo atque Æolide dandi debere pecuniâ regi: sed, sicut Græcia omnis liberata esset, ita quæ in Asia sint, omnes liberari urbes. Id aliter fieri non posse, quam ut cis Taurum montem possessione Asiæ Antiochus cedat.*

Cap. XXXVI. Legatus posteaquam nihil æqui in consilio imperatore se censebat; privatim (sic enim imperatum erat) P. Scipionis tentare animum conatus, Omnium primum filium ei sine pretio redditurum regem dixit: deinde ignarus & animi Scipionis & moris Romani, auri pondus ingens ei pollicitus, & pro nihil tantum regio excepto, societatem omnis regni, in quem animum imperrasset. Ad ea Scipio: *Quod Romanos omnes, quod me ad quem missus es, ignoras, minus miror: quum te fortunam ejus à quo venis, ignorare cernam. Lysimachia tenenda erat, ne Chersonesum intraremus: aut ad Hellespontum obsidendum, ne in Asiam trajiceremus? patiamur tamquam ab sollicitis de belli eventu periturî cratis. Concesso vero in Asiam transitu, & non solum fraenis, sed etiam jugo accepto, quæ disceptatio est aquo, quum imperium patiendum sit, relicta est? Ego ex munificentia regia maximum donum filium habebo: aliis, Deos precor, ne umquam fortuna egeat mea: animus certe non egebit. Pro tanto in me munere gratium me esse in se sentiet, si privatam gratiam pro privato beneficio desiderabit. publice me habeo quicquam ab illo, nisi date. Quod in præsentia dare possum, fidele consilium est. Abi, nuncia metus veros, bello absistat: pacis conditionem nullam recusat.* Nihil ea moverunt regem: tutam fore belli aleam ratum, quando perinde ac victo jam sibi leges dicerentur. omissa igitur in præsentia mentione pacis, tertium curam in belli apparatum intendit.

Cap. XXXVII. Consul omnibus præparatis ad propolita exsequenda, quum ex stativis moviset, Dardanum primum, deinde Rhœteum, utraque civitate obviam effusa, venit. Inde Ilium processit, castrisque in campo, qui est subjectus mœnibus, positis, in urbem arcemque quum ascendisset, sacrificavit Minervæ præsidi arcis, & Iliensibus in omni rerum verborumque honore ab se orlundos Romanos præferentibus, & Romanis Iæris origine sua. Inde profecti sextis castris ad caput Cayci amnis pervenerunt. Eo & Eumenes rex, conatus primo ab Hellespontorreducere classem in hiberna Ideam, adverlis deinde ventis, quum aliquot diebus inperare Lecton, promontorium non potuisset, in terram egressus, ne deesset principiis rerum, qua proximum fuit, in castra Romana cum parva manu contendit. Ex captis Pergamum remissus ad commeatus expediendos, tradito frumento quibus Iudicrat consul, in eadem stativa rediit. inde plurium dierum præparatis cibariis, consilium erat ire ad hostem priusquam hiems opprimeret. Regia castra circa Thyatira erant: ibi quum audisset Antiochus P. Scipionem egrum Ela am delatum, legatos, qui illum ad eum reducerent, misit. Non solum animo pacis parum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuit: fatiatusque tandem complexu filii, *Renunciate, inquit, gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quam ut faciendam, me ante in astimationem descendat, quam in castra me recepisse audierit.* Quamquam septuaginta millia peditum, plus duodecim millia equitum animos interdum ad spem certaminis faciebant, motus tamen Antiochus tanti auctoritate viri, in quo ad incertos belli eventus omnis fortunæ pondus erat, fubdidit, recepit se transgressus Phrygium amnem: circaque Magnesiam, quæ ad Sipylum est, posuit castra. & ne, dum extrahere tempus veller, munimenta Romani tentarent; fossam sex cubitis altam, duodecim latam quum duxisset, extra duplex vallum fosse circumdedit: interjecto labro murum cum turribus crebris objecit. unde facile arceri transitu fossæ hostis possset.

Cap. XXXVIII. Consul circa Thyatira regem esse ratus, continuis itineribus quinto die ad Hyrcanum campum descendit. Inde quum profectum audisset, secutus vestigia circa Phrygium amnem, quatuor millia ab hoste posuit castra. Eo mille ferme equites (maxima pars Gallogræci erant, & Dare quidam, aliarumque gentium fugitterii equites intermisti,) tumultuose amne transjecto, in stationes impetum fecerunt. Primo turbaverunt incompositos. deinde quum longius certamen fieret, Romanorum, ex propinquis castris facili subsidio, crescerer numerus, regii fessi jam & plures non sustinentes, recipere se conari, circa ripam amnis priusquam flumen ingrederentur, ab instantibus tergo aliquot interfecti sunt. Biduum deinde silentium fuit; neutris transgredientibus amnem. tertio post die Romani simul omnes transgressi sunt: & duo millia ferme & quingentos passus ab hoste posuerunt castra. Metantibus & munientibus occupatis, tria millia delecta e tri-

tum peditumque regiorum, magno terrore ac tumultu advenere. aliquantæ nauclores in fluctibus erant, & tamen per se nullo à munimento castrorum milite avocato, & primo æquum prælium fuit: inde, & crescente certamine pepulerunt hostes; centum ex his occisis, centum ferme captis. Per quatridiuum inséquens, infausta utrimque acies pro vallo stetere. quinto die Romani concessere in medium campi. Antiochus nihil promovit signa; ita ut extremi minus mille pedes à vallo abessent.

Cap. XXXIX. Consul, postea quam detrectari certamen vidit, postero die in consilium advocavit, *Quid sibi faciendum esset, si Antiochus pugnandi copiam non faceret: Instare hiemem, aut sub pellibus habendos milites fore, aut si concedere in hiberna vellent, differendum esse in æstatem bellum.* Nullum unquam hostem Romani æque contemsêre. conclamatum undique est, decerneret extemplo, & quererent ardore militum, qui tamquam non pugnandum cum tot millibus hostium, fed par numerus pecorum trucidandus esset, per fossas, per vallum cattra invadere parati erant, si in prælium hostis non exiret. Cn. Domitius ad explorandum iter, & qua parte aditi vallum hostium posset, missus, postæquam omnia certa rettulit, postero die propius castra admoveri placuit. tertio signa in medium campi prolata, & instrui acies cœpta est. Nec Antiochus ultra tergiversandum ratus, ne & suorum animos minueret detrectando certamen, & hostium spem augeret, & ipse copias eduxit: tantum progressus à castris, ut dimicaturum appareret. Romana acies unius prope formæ fuit, & hominum & armorum genere. duæ legiones Romanæ, duæ sociûm ac Latini nominis erant: quina millia & quadringenos singulæ habebant. Romani mediam aciem, cornua Latini tenuêre: hastatorum prima signa, deinde principum erant: triarii postremos claudebant. Extra hanc, veluti justam aciem, à parte dextera consul Achæorum cetratis immissos auxiliares Eumenis, tria millia ferme peditum, æquata frente instruxit: ultra eos equitum minus tria millia opposuit. ex quibus Eumenis octingenti, reliquus omnis equitatus Romanus erat: extremos Tralleis & Cretenses (quingentorum utrique numerum explebant) statuit. Lævum cornu non videbatur egere talibus auxiliis, quia flumen ab ea parte ripasque deruptæ claudebant. quamvis tamen Inde turmæ equitum oppositæ. Hæc summa copiarum erat Romanis: & duo millia miltorum Macedonum Thracumque, qui voluntate fecuti erant, præsidio relicti sunt castris. Sexdecim elephantos pott triarios in subsidio locaverunt. nam præterquam quod multitudinem regiorum elephantorum (erant autem quatuor & quinquaginta) sustinere non videbantur posse, ne pari quidem numero Indicis Africi resistunt; sive quia magnitudine (longe enim illi præstant) sive robore animorum vincuntur.

Cap. XL. Regia acies varia magis multis gentibus, distimilitudine armorum auxiliorumque erat. decem & sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur. hæc medii acies fuit in centum & decem partes divisa. Partes eas interpositis binis elephantis distinguebat: à fronte introrsus in duos & triginta ordines armatorum acies patebat. hoc & roboris in regiis copiis erat, & perinde quum alia specie, tum eminentibus tantum hinc & inde elephantis magnum terrorem præbebat. Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia, & cristæ, & tergo impositæ turres, turribusque superstantes, præter rectorem, quarerni armati. Ad latus dextorum phalangitarum mille & quingentos equites Gallogræcorum opposuit. his tria millia equitum loricatorum (cataphractos isi appellant) adjunxit. addita his ala mille ferme equitum: agema eam vocabant. Medi erant lecti viri, & ejusdem regionis missi multarum gentium equites. continens his grex sedecim elephantorum est oppositus in subsidiis, ab eadem parte paululum producto cornu regia cohors erat: Argyraspides à genere armorum appellabantur. Dahæ deinde equites sagittarii mille & ducenti. tum levis armatura trium millium, pari ferme numero, pars Cretenses, pars Tralles. duo millia & quingenti Mysi sagittarii adjuncti erant. Extremum cornu claudebant quatuor millia miti Cyrtæi funditores, & Elymæi sagittarii. Ab lævo cornu phalangitis adjuncti erant Gallogræci equites mille & quingenti. Si similiter his armati duo millia Cappadocum ab Ariarathe missi rege. Inde auxiliares missi omnium generum duo millia & septingenti, & tria millia cataphractorum equitum, & mille alii equites, regia ala levioribus tegumentis suis equorumque, alio haud dissimili habitu: Syri plerique erant Phrygibus & Lydis immisti. Antecurrunt equitatum falcatæ quadrigæ & cameli, quos appellant dromadas. his intiebant Arabes sagittarii; gladios habentes tenues, longos quaterna cubita, ut ex tanta altitudine contingere hostem possent. Inde alia multitudo par ei quæ in dextro cornu erat; primi Tarentini, deinde Gal-

Gallogræcorum equitum duo millia & quingenti: inde Neocretes mille, & eodem armati. Cares & Cilices mille & quingenti, & totidem Tralles, & tria millia cetratorum: Pisidæ erant, & Pamphylii & Lycii. tum Cyrtæorum & Elymæorum paria in dextro cornu locatis auxilia, & sexdecim elephanti modico intervallo distantes.

Cap. XLI. Rex ipse in dextero cornu erat. Seleucum filium & Antiochum fratris filium in læva præposuit: media acies tribus permissa, Minieni, & Zeuxidi, & Philippo magistro elephantorum. Nebula matutina, crescente die levata in nubes, caliginem dedit, humor inde ab austro velut perfudit omnia. Quæ nihil admodum Romanis, eadem perincommoda regiis erant. nam & obscuritas lucis in acie modica Romanis non admebat in omnes partes conspectum, & humor toto fere gravi armatu nihil gladios aut pila bebetabat. deligitimi tamen acie, ne ex medio quidem cornua fuæ circumspicere poterant; nedum extremi inter se conspicerentur: & humor, arcus fundaique, & jaculorum amenta, emolliebat. Falcatæ quoque quadrigæ, quibus se perturbaturum hostium acies Antiochus crediderat, in tanto frigore verterunt. armatæ autem in hanc maxime modum erant: cuspides circa temonem ab jugo decem cubita extantes, velut cornua habebant: quibus, quicquid obvium daretur, transfigerent. & in extremis jugis binæ circa eminebant falces; altera æquata jugo, altera inferior in terram devexa: illa, ut quicquid ab latere obiceretur, abscinderet: hæc, ut prolapsos subeuntesque contingeret. item ab axibus rotarum utrimque binæ eodem modo diversæ deligabantur falces. Sic armatas quadrigas, quas in extremo ante in medio locatæ erant, per suos agendæ erant, in prima acie, ut ante dictum est, locaverat rex. Quod ubi Eumenes vidit, haud ignarus pugnæ, & quam anceps esset auxilii genus, si quis paverem magis equis injiceret, quam justa adoriretur pugna, Cretenses sagittarios funditoresque & jaculatores equitum, non conferres, sed quam maxime possent diffundi, excurrere jubet; simul omnibus partibus tela ingerere. Hæc velut procelli, partim vulneribus mitibilium undique conjectorum, partim clamoribus diffonis, ira conflavit equos, ut recente velut effrænati pasim incerto cursu ferrentur: quorum impetus & levis armatura, & expediti funditores, & velox Cretensis momento declinabant: & eques insequendo, tumultum ac navorem equis camelisque & ipsis simul conflavit augebat, clamore & ab alia circumstantium turba multiplici adjecto. Ita medio inter duas acies campo exiguntur quadrigæ: amuotque inanes, indubio, tandemum ad justum prælium, signo utrimque dato, concurrum est.

Cap. XLII. Cæterum vana illa res vereæ inox cladis causa fuit. auxilia enim subsidiaria, quæ proxima locata erant, pavore se consternatione quadrigarum, territa, & ipsa in fugam versa, nudarunt omnia usque ad cataphractos equites. ad quos quum dilapsatis subsidiis perveniret equitatus Romanus, ne primum quidem impetum pars eorum sustinuerunt. alii fuit sunt, alii propter gravitatem teguumentorum armorumque oppressi sunt. Totum deinde levum cornu inclinavit; & turbatis auxiliaribus, qui inter equitem & quos appellant thalangitas, erant; usque ad mediam aciem terror pervenit. Ibi timul perturbati ordines; & impeditus interscurfu suorum usus prælongarum hastarum, (*sarissas* Macedones vocant) latulere ingens Romanæ legiones, & pila in perturbatos conjecere. ne interpositi quidem elephanti militem Romanum deterrebant, assuetum jam ab Africis bellis, & vitare impetum bellue, & ex transverso aut pilis incidere, aut si prohibis fuisset, posset, ictu nervos incidere. jam media acies fere omnis a fronte prostrata erat, & subsidia circumita a tergo cædebantur: quum in parte alia fugam suorum, & prope jam ad ipla castra clamorem paventium accepere. Namque Antiochus à dextro cornu, quum ibi fiducia hostium nulla fuisset, consternere, præter quatuor turmas equitum. & eas dum applicant se suis, ripam nudantes, impetum in eam partem cum auxiliis & cataphractis equitatu fecit. nec a fronte tantum instabat, sed circumito a flumine cornu, jam ab latere urgebat: quod ubi fugiri equites prirsum, deinde proximi pulirum effuso cursu ad castra compulit sunt.

Cap. XLIII. Præerat castris M. Æmilius tribunus militum, M. Lepidi filius qui post annos quatuor pontifex maximus factus est. Is ita fugam consternationemque suorum præsidio omni occurrit: & stare primo, deinde redire in pugnam jubebat; paverem & ruinam fugam increpans. Minæ etiam erant, in perniciem suam cæcos rebere, ni dicto parerent. postremo data fugam fuis, ut primos fugientium cedant: turbam interjectam ferro & vulneribus in hostes redigant. Hic major timor minorem vicit, ancipiti coacti metu primo consistere, deinde & ipli redierunt in pugnam, & Æmilius cum suo præsidio (erant autem duo millia virorum fortium) effuse fequenti regi acriter restitit. Se

Attalus Eumenis frater à dextro cornu, quo lævum hostium primo impetu fugatum fuerat, ut ab finitimo fugam fiorum & tumultum circa castra vidit, in tempore cum ducentis equitibus advenit. Antiochus postea quam & eos quorum terga modo viderat, repetentes pugnam, & allam & à castris & ex acie affluentem turbam conspexit: ita fugam vertit cequum. Ita utroque cornu victores Romani per acervos corporum (quos in media maxime acie cumulaverant, ubi & robur fortissimorum virorum & arma gravitate fugam impedierant) pergunt ad castra dirigendo. equites primi omnium Eumenis, deinde & alius equitatus toto ophim campo sequuntur hostem, & postremos, ut quosque adepti sunt, cædunt. Cæterum fugientibus major pestis intermissis quadrigis elephantisque & camelis erat & sua ipsorum turba: quum soluris ordinibus velut cæci super alios alii ruentes, incursu belluarum obererentur. In castris quoque ingens & major prope quam in acie cædes est edita. nam & primorum fuga in castra maxime inclinavit, & hujus fiducia multitudinis, qui in præsidio erant, pertinacius pro vallo pugnarunt. retenti in portis valloque, quæ se impetu ipsi capturos crediderant Romani, postea quam tandem perruperunt, ab ira graviorem ediderunt cædem.

Cap. XLIV. Ad quinquaginta millia peditum cæsa ea die dicuntur: equitum quatuor millia. mille & quadringenti capti, & quindecim cum rectoribus elephanti. Romanorum aliquot vulnerati sunt. cecidere non plus trecenti pedites, quatuor & viginti equites. & de Eumenis exercitu quinque & viginti. Et illo quidem die victores direptis hostium castris cum magna præda in sua reverterunt; postero die spoliabant cæsorum corpora, & captivos contrahebant. Legati ab Thyatira & à Magnesia ad Sipylum ad dedendas urbes venerant. Antiochus cum paucis fugiens, in ipso itinere pluribus congregantibus se, modica manu armatorum media ferme nocte Sardeis concessit. inde quum audisset Seleucum filium & quosdam amicorum Apameam prægressos, & ipse quarta vigilia cum conjuge ac filia petit Apameam. Zeuxidi tradita custodia urbis, Timone Lydiæ præposito. quibus spretis consensu oppidanorum & militum qui in arce erant, legati ad eum illum missi sunt.

Cap. XLV. Sub idem fere tempus, & ab Trallibus & à Magnesia, quæ super Mæandrum est, & ab Ephesо, legati ad dedendas urbes venerunt. Reliquerat Ephesum Polyxenidis audita pugna, & classe ejus ad Patara Lyciæ pervectus, metu Rhodiorum navium, quæ ad Megisten erat, in terram egressus, cum paucis itinere pedestri Syriam petiit. Aliæ civitates in fidem consulis ditionemque populi Romani fese tradebant, Sardibus jam consul erat. eo & P. Scipio ab Elea, cum primum pati laborem vix potuit, venit. Sub idem fere tempus caduceator ab Antiocho venit P. Scipionem à consule petiit impetratoque, ut oratores mittere liceret regi. Paucos post dies Zeuxis, qui præfectus Lydiæ fuerat, & Antipater fratris filius, venerunt. hi prius Eumene convento, quum propter veteres certamina averfum maxime à pace crederent esse, & placatore eo Scipia & cognito invento, rum P. Scipionem, & per eum consulem adierunt: præbitoque iis secretibus frequenti concilio, mandata edenda, *Non tam quid ipsi dicamus, habemus*, inquit Zeuxis, *quam ut à nobis quæramus Romani, quo placato expiare errorem regis, pacem reconciliare imperare à victoribus possimus. Maximo semper animo victis regibus populi quæ ignovisse. quanto id majore & placatore animo decet vos facere in hac victoria, quæ nos dominos orbis terrarum fecit? Positi jam adversis omnes mortales certaminibus, haud secus quam Dens consulere & parcere vos omnibus oportet.* Jam antequam legati venirent, decretum erat, quid responderetur. remittendere Africanum placuit. Is in hunc modum locutus fertur: *Romani ex iis quæ in Deum immortalium potestate erant, ea habemus, quæ Dii adderunt. Animos qui nostra mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus, gerimusque: neque eos secunda res extulerunt, nec adversa minuerunt. ejus rei, ut alios omittam, Annibalem vestrum vobis dare testem, nisi vos ipsos dare possem. Postea quam Hellespontum trajecimus; priusquam castra nostra, priusquam aciem viderimus, quum commune Mars ut cunctis incertus esset, de pace vobis agentibus, quæ pares paribus ferebamus conditiones, eadem nunc victores victis ferimus. Europa absinite, Asiaque omni, quæ cis Taurum montem est, decedite. Pro impensis deinde in bellum factis quindecim millia talentum Euboicorum dabitis; quingenta præsencti, duo millia & quingenta, quum Senatus populusque Romanus pacem comprobaverint. millia deinde talentum per duodecim annos. Eumeni quoque reddi quadringenta talenta, & quod frumenti reliquum ex eo, quod patri debitum est, dilatet. Hæc quum pepigerimus, faciuros vos ut pro certo habeamus, erit quidem aliquod pignus, si obsides vicini nostro arbitratu dabitis: sed nusquam satis liquebit nobis, ibi pacem esse populo*

populo Romano, ubi Annibal erit, eum ante omnia despicimus. Deinde quoque Ætolum, concitorem Ætolici belli, qui se illorum pudicissimos, & vestra illos in nos audacia, dedetis, & cum eo Mnasimachum Acarnana, & Chalcidenses Dolonum & Eumolidam. In deteriore sua fortuna pacem facit nec, quia fortis fuit, magis potuit. Si nunc mocatus fuerit, sciat, rerum magistratem difficilius ab summo fastigio ad medium derabi, quam a mediis ad ima precipitari. Cum his mandatis ab rege missi erant legati, ut omnem pacis conditionem acciperent. Itaque Romani missi legatos placuit. Consul in hiberna exercitum Magnetum ad Mæandrum & Tralleis Ephesumque divisit. Ephesum ad consulem paucos post dies obsides ab rege adduxit. Sunt & legati, qui Romam irent, venerunt. Eumenes quoque eodem tempore profectus est Romam quas legis a regis. Decuriae eos fuit legationes omnium Asiæ populorum.

Cap. XLVI. Dum hæc in Asia geruntur, duo fere sub idem tempus cum triumphi ipse proconsules de provinciis Romam redierunt; Q. Minucius ex Liguribus, Manius Acilius ex Ætolia. Auditis utriusque rebus gestis, Minucio negatus triumphus, Acilio magno consensu decretus: ipse triumphans de rege Antiocho & Ætolis urbem eit invectus. Prælata sunt in triumpho signa militaria ducenta triginta. Se argenti infecti tria millia pondo; signati retrad nummum Atticum centum quadraginta millia: cistophorum ducenta quadraginta cetto: vasa argentea cælata multa, magnique ponderis. Tulit & tabellettilem regiam argenteam, ac vestem magnificam: coronas aureas, dona fortium civitatum quadraginta quinque: spolia hostium generis variisque nobiles, Ætolos, & regios duces sex & triginta duxit. Damocritus Ætolorum dux paucos ante dies quum è carcere nocte effugisset, in ripa Tiberis consensis custodibus, priusquam comprehenderetur, gladio se transfixit. Milites raerum, qui quaerebantur, carum, defuerunt: aliqui magnificus & spectaculo, & fama rerum triumphus fuit. Hujus triumphi minuit lætitiam nuncius ex Hispania tristis, adversa pugna in Vaccæanis, duobi L. Æmilii proconsulis aqui oppidum Lycobnem cum Lusitanis, sex millia de exercitu Romano cecidisse. Coteros paventes intra vallum compulsos, segre castra defendisse. Sed modum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum redactos. Hæc ex Hispania nunciata. Ex Gallia legatos Placentinorum, & Cremonensium L. Aurunculeius prætor in senatum introduxit. Iis querentibus inopiam colonorum, aliis belli casibus, aliis morbo absumptis, quosdam tædio accolarum Gallorum relinquere colonias; decrevit senatus, Uti C. Lælius consul, si ei videretur, sex millia familiarum conscriberet, quæ in eas colonias dividerentur. & ut L. Aurunculeius prætor triumviros crearet ad eos colonos deducendos.

Cap. XLVII. Ineunti M. Acilius Serranus, L. Valerius P. F. Flaccus, L. Valerius C. F. Tappus. Haud ita multo post quum jam consularium comitiorum appeteret tempus, C. Lælius consul ex Gallia Romam rediit. Is non solum ex facto absente se Senatusconsulto in supplementum Cremonæ & Placentiæ colonis scripsit, sed, ut novæ coloniæ duæ in agrum, qui Bojorum fuisset, deducerentur, & retulit, & auctore eo Patres censuerunt. Eodem tempore L. Æmilii prætoris literæ allatæ de navali pugna ad Myonnesum facta, & L. Scipionem consulem ex ea re ovans in Asiam trajecisse. Victoriæ navalis ergo in unum diem supplicatio decreta est: in alterum diem, quod exercitus Romanus tum primum in Asia potuisset castra, ut ea res prospera & læta eveniret, vicenis majoribus hostiis in singulas supplicationes sacrificare conseli est justus. Inde consularia comitia magna contentione habita. M. Æmilius Lepidus petebat, adversa fama hominum, quod provinciam Siciliam petendi causa, non consulto senatu ubi id facere liceret, reliquisset. petebant cum eo M. Fulvius Nobilior, Cn. Manlius Vulso, M. Valerius Meifala. Fulvius consul unus creatur, quum cæteri centurias non explessent: is quoque postero die Cn. Manlium, Lepido delecto (nam Meifala rauit) collegam dixit. Prætores evinde facti, duo Q. Fabii Labeo & Pictor, (Flamen Quirinalis quamno inauguratus fuerat) & M. Sempronius Tuditanus, Sp. Postumius Albinus, L. Plautius Hypsæus, L. Bæbius Dives.

Cap. XLVIII. M. Fulvio Nobilione & Cn. Manlio Vulsone consulibus, Valerius Antias auctor est, rumorem celebrem Romæ fuisse, & pene pro certo habitum, reversurum Scipionem ad decernis causa. Consulem L. Scipionem, & cum eo P. Africanum in colloquium evocatos regis, & ipsos comprehensos esse, & ducibus capris confestim ad castra Romana exercitum ductum, easque expugnata, & deletas omnes copias Romanorum esse. Ob hæc Ætolos fastuisse animos, & omnisse imperata facere, principesque eorum, in Macedoniam, & in Dardanos, & in Thraciam, ad conducenda mercede auxilia, profectos. Hæc qui nunciarent Romam, A. Terentium Varronem, & M. Claudium Lepidum ab

A. Cornelio prorætore ex Ætolia iussos esse. Subrexit deinde fabulæ huic, legatos Ætolos in senatu interrogasse, cæteræ hoc quoque interrogatos esse: unde audiffent imperatores Romanos in Asia captos ab Antiocho esse, & exercitum delorum esse? Ætolos respondisse, ab iis legatis fe, qui cum consule fuerint, certiores factos. Rumoris hujus quis meminerit alium auctorem habeo: neque affirmata res mea opinione fit, nec prorsus prætermitta.

Cap. XLIX. Ætoli legati in senatum introducti, quum & caussa eos sua & fortuna hortaretur, ut confitendo seu fuæ culpæ, seu errori veniam peterent; si publices; orti a benehciis in populum Romanum, & prope exprobrantes iis rerum iam in omnibus bello, & offendentes auris insolentia termonis: & eo, vetera & obliterata reperendo, remadverterunt, ut haud paulo plurium commissorum facinus, quam beneficium, memoria fuisset: annos Patrum, & quibus mitericordia opus erat, iram & odium irritarent. Interrogati ab uno senatore, permitterentne arbitrium de se populo Romano, deinde ab altero: habiturine crederent, quos populus Romanus, si velles, & bello esset; nihil ad ea respondentes, egredi templo iussi sunt. Conclamatum deinde prope ab universo senatu est, *Totos Ætolos Antiochi, Ætolos esse, & eos unius ea pestis perditos animos certum. Itaque bonum cum hac gente non fore, & pacem ita firmandam, ut non ad tempus præsens, sed in omne ævum valeat.* Ita res acta est, quod eo ipso tempore, quo pacem ab Romanis petebant, Dolopiæ atque Athamaniæ bellum inferebant. Senatusconsultum in Manii Acilii sententiam, qui Antiochum Ætolosque deviceras, fuit, *ut Ætoli ea dedi jubeerentur præsidia urbe, & intra quintum decimum diem Italia excedere.* A. Terentius Varro ad custodiendum iter eorum missus; denuntiatumque. *Si qua deinde legatio ex Ætolis, nisi permissu imperatoris, qui eam provinciam obtinebit, & cui legato Romano venisset Romam, pro hostium animo fuisset.* Ita dimissi Ætoli.

Cap. L. De provinciis deinde consules retulerunt: sortiri eos Ætoliam & Asiam placuit. qui Asiam sortitus esset exercitus ei quem L. Scipio haberet, efe decretus, & in ejus supplementum quatuor millia peditum Romanorum, ducenti equites, & sociorum ac Latini nominis octo millia peditum & quadringenti equites: his copiis ut bellum cum Antiocho gereret. Alteri consuli exercitus, qui erat in Ætolia, est decretus; & ut in supplementum scriberet permissum, civium sociorumque eundem numerum quem collega. naves quoque idem consul quæ priore anno paratæ erant, ornare iussus, & ducere secum: nec cum Ætolis solum bellum gerere, sed etiam in Cephallenian insulam trajicere. Mandatum eidem, si per commodum respublicæ facere posset, ut ad comitia Romam rediret, nam prætor quam quod magistratus summi hubrogandi essent, censores quoque placere creari. si qua res eum teneret, senatum certiorem faceret, se ad comitiorum tempus occurrere non posse. Ætolia M. Fulvio, Asia Cn. Manlio forte evenit. Prætores deinde sortiti sunt, Sp. Postumius Albinus urbanam & inter peregrinos, M. Sempronius Tuditanus Siciliam, Q. Fabius Pictor Flamen Quirinalis Sardiniam, Q. Fabius Labeo classem, L. Plautius Hypseus Hispaniam citeriorem, L. Bæbius Dives Hispaniam ulteriorem. Siciliæ legiones, & classis, quæ imperio provinciæ erat, decreta. & ut duas decumas frumenti novus Prætor imperaret Siculis; earum alteram in Asiam, alteram in Ætoliam mitterer. Idem ab Sardis exigi, atque ad eorum exercitus id frumentum, ad quos Siculum, deportari iussum. L. Bæbio tuppiementum in Hispaniam datum, mille Romani pedites, equites quinquaginta, & sex millia peditum Latini nominis, & ducenti equites. Plautio Hypseo in Hispaniam citeriorem mille Romani dari tunt pedites, duo millia iterum Latini nominis: & ducenti equites. quæ his supplementis, ut singulas legiones duæ Hispaniæ haberent. Prioris annimagistratibus, C. Lælio cum fuo exercitu prorogatum in annum imperium est. prorogatum & P. Junio prætori in Etruria, cum eo exercitu qui in provincia esset; & M. Tuccio prætori in Bruttiis & Apulia.

Cap. LI. Priusquam in provincias prætores irent, certamen inter P. Licinium pontificem maximum fuit, & Q. Fabium Pictorem Flaminem Quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellum & Postumium Albinum fuerat. Consulem illum cum C. Lutatio collega in Siciliam ad classem proficiscentem, ad sacra retinuerat Metellus pontifex maximus; prætorem hunc, ne in Sardiniam proficisceretur, P. Licinius tenuit, & in senatu & ad populum magnis contentionibus certarunt est: & imperia inhibita ultro citroque, & pignora capta. & multæ dictæ, & tribuni appellati, & provocatum ad populum est. Religio ad postremum vicit, ut dicto audiens esset flamen pontifici; & multæ ex iussu populi remissæ. Ita provincia citerior, prætorem magis-

ſtratu abdicare ſe conantem. Patres auctoritate ſua deterruerunt: & ut jus inter peregrinos diceret, decreverunt. Delectibus deinde intra paucos dies (neque enim multi milites legendi erant) perfectis, conſules prætoreſque in provincias proficiſcuntur. Fama deinde de rebus in Aſia geſtis remere vulgata fine auctore; & poſt dies paucos nunci certi, litteræque imperatoris Romam allatæ; quæ non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt (defierant enim victum in Ætolia metuere,) quam averterunt famam: quod ineuntibus id bellum gravis hoſtis & ſuis viribus, & quod Annibalem rebrem militiæ haberet, viſus fuerat. nihil tamen ante diem Conſule mittendo in Aſiam mutandum, aut minuendas eas copias cenſuerunt; metu, ne cum Gallis foret bellandum.

Cap. LII. Haud multo poſt M. Aurelius Cotta, legatus L. Scipionis, cum Antiochi regis legatis, & Eumenis rex Romam venerunt. Cotta in ſenatu primum, deinde in concione juſſu Patrum, quæ acta in Aſia eſſent, expoſuit. ſupplicatio inde in triduum decreta eſt, & quadraginta majores hoſtiæ immolari juſſæ. Tum omnium primum Eumeni finatus datus eſt. Is quum breviter & ſuperbe ſuis Patribus, quod obſidione ſe ac fratrem exemiſſent, regnumque ab injuriis Antiochi vindicaſſent, & gratulatus eſſet, quod mari terraque proſpere res geſtiſſent: quodque regem Antiochum fuſum fugatumque & exutum caſtris, prius Europa, poſt & Aſia, quæ cis Taurum montem eſt, expulſiſſent; ſua deinde merita malle eos ex imperatoribus ſuis legatiſque quam ſe commemorante, cognoſcere, dixit. Hæc approbantibus cunctis, jubentibuſque dicere ipſum omiſſis in id verecundia, quid ſibi à Senatu poſtulque bello tribui æquum cenſeret; proinde ſuis cumulatiuſque, ſi quo poſſit, prout ejus meritis ſint, ſenatum facturum; Ad ea rex: *Si ab aliis ſibi præmiorum oprio deferretur, libenter data modo facultate conſulendi ſenatum Romanum, conſilio ampliſſimi ordinis æſtimam triſſe, ne quid aut immoderate cupiſſe, aut petiſſe parum modeſte videri poſſet: verum enimvero, quum ipſi dari ſint, multo magis nonnihil conſtam eorum in ſe fratreſque ſuos, ipſorum arbitrii debere eſſe.* Nihil hac oratione ejus Patres conſcripti deterriti ſunt, quo minus dicere ipſum jubarent. & quum aliquamdiu, hinc indulgentia, hinc modeſtia, inter permittentes invicem non magis mutua, quam inexplicabilis facilitate certatum eſſet. Eumenes templo exceſſit. Senatus in eadem perſtare ſententia, ut *abſurdum eſſe* diceret, *ignorare regem quid ſibi ſocius aut pulens venerit. quæ accommodata regno ſuo ſint, ipſum optime ſcire: ejdem longe melius, quam ſenatum noſſe. ſi quid igitur & cogendum aut velle, quæque ſentiret, expromere.*

Cap. LIII. Reductus à prætore in templum rex, & dicere juſſus: *Perſeveraſſem*, inquit, *tacere, P. C. niſi Rhodiorum legationem mox vocaturos vos ſcirem, & illis audiendis, mihi neceſſitatem fore dicendi. Quæ quidem eo difficilior oratio erit, quod ea poſtulata eorum futura ſunt, ut non ſolum nihil quod contra me ſit, ſed ne quod ad ipſos quidem proprie pertinead, paſſere videantur. Agent enim cauſſam civitatium Graecarum, & liberari eas dicent debere, quo impetrato, cui dubium eſt, quin & à nobis averſuri ſint, non eas modo civitates, quæ liberabuntur, ſed etiam veteres ſtipendiarias noſtras; ipſi autem tanto obligatos beneficio, verbo ſactos, re vera ſubjectos imperio & dominatui habituri ſint? Et (ſi Dijs placet) quum has tantas opes affectabunt, diſſimulabunt ulla parte id ad ſe pertinere: nos modo id decere, & conveniens eſſe antefactis, dicent. Hac vos ne deciplat oratio, providendum vobis eſt; neve non ſolum inæqualiter altius nimium deprimatis ea fortis veſtris, aliquo pacto modum extollatis; ſed etiam, ne qui adverſus vos armâ tulerint, melioro ſtatu ſint, quam ſocii & amici veſtri. Quod ad me attinet, in aliis rebus ceſſiſſe intra finem juris mei cutiſſet videri malim, quam nimis pertinaciter in odiumendo eo tetendiſſe: in certamine autem amicitiæ virtutæque, benevolentiæ erga vos honoris qui à vobis habebitur, minime æquo animo vinci poſſum. Haut ego maximum hæreditatem à patre accepi, qui primus omnium Aſiam Græciamque incolentium in amicitiam veſtram venerit, eamque perpetua conſtantiæ fide ad extremum hujus vitæ perduxit: nec animum dum taxat vobis bonum ac fidelem præſtiti, ſed omnibus interfuit bellis, quæ in Græcia geſſiſtis; terreſtribus navalibuſque: omni genere commeatuum ita, ut nemo ſuctorum veſtrorum æquari ulla parte poſſet, vos adjuvit. Poſſemo quum hæc ora ad ſocietatem veſtram hortaretur, in ipſa concione intermortuus, haud multo poſt expiravit. Hujus ego vestigia ingreſſus, voluntati quidem & ſtudio in colendis vobis aaicere (etenim ineſſe paratio hæc erat) nihil potui: rebus ipſis meritiſque & impenſis officiorum ut ſuperare poſſem, fortuna, tempora, Antiochus, & bellum in Aſia geſtum præbuerunt materiam. Rex Aſiæ & partis Europæ Antiochus, filiam ſuam in matrimonium*

mihi dabat: restituebat extemplo civitates quæ defecerant à nobis: spem magnam in posterum amplificandi regni faciebat: si secum adversus vos bellum gessissem. Non gloriabor eo, quod nihil in vos deliquerim. illa portus, quæ vestrissima dominis nostræ vobis cum amicitiæ dixi, sunt, vestram. Pedestribus navalibusque copiis, ut nemo vestrorum sociorum me equiparare possit, imperatores vestros adjuvi, commeatus terra mariaque suppeditavi: navalibus prælis, quæ multis locis facta sunt, omnibus affuit: nec labori meo, nec periculo vestram peperci. Quod nostrorum est in bello, obsidionem passus sum: Pergami inclusus cum defirmine ultimo simul vitæ regnique. Liberatus deinde obsidione; cum alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcem regni mei castra habuerint, relictis vestris me, vota classe ad Hellespontum L. Scipioni auxilii vestro occurri, ut eum in trajiciendo exercitu adjuvarem. Postquam in Asiam exercitus vester est transgressus, nunquam à consule abscessi: nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego frater que mei. nulla expeditio, nullum egregium factum sine me factum est. In acie ibi steti: eam partem sum tutatus, in qua me consul esse voluit. Non sum hoc dicturus, Patres Conscripti, quis hoc bello meritis ergà vos mecum comparari potest? Ego nulli omnium neque populorum, neque regum, quos in magno honore habetis, neque ipsum me comparabo. Malanssis hostis vobis ante quam sotius fuit: nec incolumi regno cum auxiliis fuis, fed extorris, expulsus, amissis omnibus copiis, cum turma equitum in castra confugit vestra. tamen eum, quia in Africa adversus Syphacem & Carthaginienses fudebiter atque impigre vobiscum steterit, non in patrium solum regnum restituisis, fed adjecta opulentissima parte Syphacis regni, præpotentem inter Africæ reges fecistis. Quo tandem igitur nos præmio atque honore digni duod vos sumus, qui nunquam hostes, semper socii fuimus? Pater, ego, frateresque mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo in Peloponneso, in Ætolia, in Ætolia, Philippi, Antiochi, Ætolico bello, terra marique pro vobis arma sulimus. Quid ergo postulas? dicat aliquis. Ego, Patres Conscripti, quoniam audere utique volentibus vobis parendum est: si nos ea mente citra Tauri jugà Antiochum emovistis, ut ipsi teneretis eas terras; nullos accolas, nec finitimos habere, quam vos malos; nec ulla alia re tutius stabilisque regnum meum futurum spero. Sed si vobis decedere inde atque exercitus deducere in animo est; neminem dubitorem esse ex sociis vestris, qui bello à nobis parta possideat, quam me, dicere ausim. At enim magnificum est liberare civitates fervas! Ita opinor, si nihil hostile adversus vos fecerunt: sin autem Antiochi partis fuerint; quanto est vestra prudentia & æquitate dignius, sociis benemeritis, quam hostibus vos consulere?

Cap. LIV. Grata oratio regis Patribus fuit. & facile apparebat munifice omnia & magnopere animo facturos. Interpolita Smyrnæorum brevis legatio est. quia non aderant quidam Rhodiorum. Colladatis egregie Smyrnæis, quod omnia ultima passi, quam se regi tradere maluissent; introducti Rhodii sunt. quorum princeps legationis expositis initiis amicitiæ cum populo Romano meritisque Rhodiorum Philippi prius, deinde Antiochi bello: Nihil, inquit, nobis tota nostra actione, Patres Conscripti, neque difficilius, neque molestius est, quam quod cum Eumene nobis disceptatio est: cum quo uno maxime regum, & privatum singulis, & quod magis nos movet, publicum civitati nostræ hospitium est. Ceterum non animi nostri, Patres Conscripti nos, sed rerum natura, quæ nostra ætate facta est, impulit, ut nos liberi etiam aliorum libertatis caussam agamus; reges fervia omnia, & subjecta imperio fuo esse velint. Utcumque tamen res se habet, magis verecundia nostra adversus regem nobis obstat, quam ipsa disceptatio aut nobis impedita est, aut quibus perplexa relatione exponi debuerit videtur. Nam si aliter socio atque amico regi, & benemerito, hoc ipso in bello, de cujus præmiis agitur, bonos haberi nullus posset, nisi liberas civitates ei in servitutem traderetis; esset deliberatio anceps: nec aut regem amicum inhonoratum dimittere, aut necessaria instituto vestro, & gloriam Philippi bello partam nunc servitute toti civitatum deformaretis. Sed ab hac necessitate aut gratiæ in amicum minuendæ, aut gloriæ vestræ, egregie vos fortuna vindicat. Est enim Deum benignitate non gloriosa magis quam sine victoria vestra: quæ vos facile isto velut ære alieno exsolvat. nam & Lycaonia & Phrygia utraque, & Pisidia omnis, & Cherfonesus, quæque circumjacent Europæ, in vestra sunt potestate. quarum una quælibet regi adjecta, multiplicare regnum Eumenis potest: omnes vero late, maximis eum regibus æquare. Licet ergo vobis & præmiis belli ditare socios, & non decedere instituto vestro: & memtiisse, quem titulum prætenderitis prius adversus Philippum, nunc adversus Antiochum bell: quid fecerisis Philippo victo, quid nunc à vobis, non magis quia fecisis, quam quia id vos face-

facere decet, desideretur atque exspectetur. alia enim aliis & honesta & probabilis est causa imperii. Iuvagrum, bi cum, bi oppida, bi portus eramque aliquam tenuisse ut possideant. Vos nec cupidis hæc, antequam haberetis; nec nunc, quum ostris terrarum in ditione vestra sit, cupere potestis. Pro dignitate & gloria apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperitumque iusta ac Deos immortales complectum intuetur, pugnastis. quæ parare & quærere ardium fuit, nescio an tueri difficilius sit. Genus vetustissimæ nobilissimæque, vel fama rerum gestarum, vel omni commendatione humanitatis doctrinarumque tuendam ab servitio regis libertatem suscepistis. Hæc patrocinium nostræ fidem & clientelam vestram universe perpetuum vos præstare decet. Non quæ in solo modo antiquo sunt, Græcæ magis urbes sunt, quam coloniæ earum, illinc quondam profectæ in Asiam. Nec terra mutata mutavit genus aut mores. Semper ex primordiis eadem iustissibet bonæ artis ac virtutis auspicamus cum parentibus quæque civitas, & conditoribus suis. Adistis Græciæ, adistis Asiæ urbes plerique. nisi quod longius a vobis adsumus, nulla vicinior alia re. Massilienses, quos, si natura insita velut inventa terræ situsque possent, eversas efferasset tot indomitæ circumfusæ gentes, in eo honore, in ea merito dignitate audimus apud vos esse, ac si medium umbilicum Græciæ incolerent. non enim fonum modo linguæ, vestitumque & habitum, sed ante omnia mores & leges & institutis sanctam integritamque & contagione accolarum, servarunt. Termiaus est nunc imperii vestri mons Taurus, antequam intra eum cardinem est; nihil longinquum vobis videri debet. quo arma vestra pervenerunt, eodem ius hinc profectum pervenit. Barbari, quibus pro gloria est longe dominorum imperia fuerunt, quo gaudent, reges habeant: Græci, suum fortunam, vestros animos gerunt. Domesticis quondam viribus etiam imperium ampliebantur; nunc imperium ubi est, ibi ut sit perpetuum, optant. libertatem vestris cæteri armis satis habent, quoniam sine non possunt. Ac enim quædam civitates cum Antiocho senserunt. & aliæ prius cum Philippo & cum Pyrrho Tarentini. Ne alios populos enumerem, Carthago libera cum suis legibus est. Huic vestro exemplo quantum debeatis, videte, Patres Conscripti. Inducetis in animum negare Eumenis cupiditati, quod iustissimæ iræ vestræ negastis. Rhodii & in hoc & in omnibus bellis, quæ in illa ora gessistis, quam fortis fidelique opera vos adjuverimus, vestro iudicio relinquimus. nunc in pace id consilium asserimus, quod si comprobaritis, magnificentiæ vos & victoria ipsos esse, quam vultis, omnes existimabunt.

Cap. LV. Apta magnitudini Romanæ oratio visa est. Post Rhodios Antiochi legati vocari sunt. ii vulgato petentium veniam more, errorem fassi regis, obtestati sunt Patres Conscriptos, Ut suæ potius clementiæ, quam regis crederent, qui satis superque panarum dedisset, ubi honores consulerent. postremo pacem datam a L. Scipione imperatore, quibus legibus dedisset, confirmarent auctoritate sua. Et senatus eam pacem servandam censuit, & paucos post dies populus iussit. Fœdus in Capitolio cum Antiochi principe legationis, & eodem fratris filio regis Antiochi, est ictum. Auditæ deinde & aliæ legationes ex Asia sunt, quibus omnibus datum est responsum, Decem legatos more majorum senatum missurum ad res Asiæ disceptandas, componendasque. Summam tamen hanc fore, ut eis Taurum montem, qua Lycaoniæ regni Antiochi fines fuissent, Eumeni attributurum; præter Lycaoniam Cariamque usque ad Mæandrum amnem, ea civitatis Rhodiorum essent. Cæteræ civitates Asiæ, quæ Attali stipendiariæ fuissent, eadem Eumeni obtigisse ponderent: quæ vectigalia Antiochi fuissent, ea liberæ atque immunes essent. Decem legatos hos decreverunt, Q. Minucium Rufum, L. Furium Purpureonem, Q. Minucium Thermum, Ap. Claudium Neronem, Cn. Cornelium Merulam, M. Junium Brutum, L. Aurunculeium, L. Æmilium Paullum, P. Cornelium Lentulum, P. Ælium Tuberonem.

Cap. LVI. His, quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata. de summa rerum senatus constituit: Lycaoniam omnem & Phrygiam utramque & Mysiam, rectas sylvas, & Lydiæ Fossingæ, extra ea oppida quæ libera fuissent, quæ die cum rege Antiocho pugnatum est, & nominatim Magnesiam ad Sypilum, & Cariam, quæ Hyarela appellatur, agrumque Hydrelatanum ad Phrygiam vergentem, & castella vicosque ad Mæandrum amnem, & oppidas nisi quæ libera ante bellum fuissent, Telmissum item nominatim, & castra Telmissium, præter agrum qui Ptolomæi Telmissi fuisset: hæc omnia, quæ supra scripta sunt, regi Eumeni iussa dari. Rhodiis Lycia data, extra eundem Telmissum, & castra Telmissium, & agrum qui Ptolomæi Telmissi fuissent: hæc & ab Eumene & ab Rhodiis excepta. Ea quoque his pars data Cariæ, quæ propior Rhodum insulam trans Mæandrum amnem est, oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisidiam vergunt: nisi quæ eorum oppida in libertate fuissent.

pridie quam cum Antiocho rege in Asia pugnatum est. Post his quum gratias egissent Rhodii, de Solis urbe, quæ in Cilicia est, egerunt. *Argis & illos, sicut sese, oriundos esse. eo magnanimitate fraternam sibi cum illis caritatem esse. Petere hoc extraordinarium munus, ut eam civitatem ex servitute regia eximerent.* Vocati tum ab regio Antiochi legati, ordinque eum illis est: nec quidquam impetratum, testante fœdera Antipatro: adversus quæ ab Rhodiis non Solos, sed Ciliciam peri, & juga Tauri transscendi. Revocatis in senatum Rhodiis, quum quantopere tenderet legatus regius, exposuissent Patres; addiderunt: *Si utique eam rem ad civitatis suæ dignitatem pertinere censerent Rhodii, senatum omni modo expugnaturum pertinaciam legatorum.* Tum vero impensius, quam antea, Rhodii gratias egerunt, cessuroque se potius arrogantiæ Antipatri, quam causam turbandæ pacis præbituros, dixerunt. Ita nihil de Solis muratum est.

Cap. LVII. Per eos dies, quibus hæc gesta sunt, legati Massiliensium nunciaverunt, L. Bæbium prætorem, in provinciam Hispaniam proficiscentem, ab Liguribus circumventum, magna parte comitum cæsa, vulneratum ipsum, cum paucis fine litoribus Massiliam perfugisse, & intra triduum exspirasse. Senatus, ea re audita, decrevit, uti P. Junius Brutus, qui prorætor in Etruria esset, provincia exercituque traditis uni cui videretur ex legatis, ipse in ulteriorem Hispaniam proficisceretur, eaque ei provincia esset. Hoc Senatusconsultum, literæque à *Sp.* Postumio prætore in Etruriam missæ sunt. profectusque in Hispaniam est P. Junius prorætor. In qua provincia prius aliquanto, quam successor veniisset, L. Æmilius Paullus, qui postea regem Persea magna gloria vicit, quum prior anno haud prospere rem gessisset; tumultuario exercitu collecto, fignis collaris cum Lusitanis pugnavit. Fulli fugatique sunt hostes. cæsa decem & octo millia armatorum, tria millia recenti capti, & castra expugnata. Hujus victoriæ fama tranquilliores in Hispania res fecit. Eodem anno ante diem tertium Calendas Januarias, Bononiam Latinam coloniam, ex Senatusconsulto L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius Tappus triumviri deduxerunt. tria millia hominum sunt deducta, equitibus Expungana jugera, cæteris colonis quinquagena sunt data. Agerceptus de Gallis Boiis fuerat: Galli Tuscos expulerant. Eodem anno censuram multi & clari viri petierunt. quæ res tanquam in se parum magni certaminis causam haberet, aliam contentionem multo majorem excitavit. Petebant T. Quinctius Flamininus, P. Cornelius Cn. F. Scipio, L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, M. Claudius Marcellus, Manius Acilius Glabrio, qui Antiochum ad Thermopylas Ætoloique devicerat. In hunc maxime, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, favor populi se inclinabat. Id quum ægre pateretur tot nobiles; novum sibi hominem tantum præferri; P. Sempronius Gracchus, & C. Sempronius Rutilus, tribuni plebis, ei diem dixerunt, quod pecuniæ regiæ, prædæque aliquantum captæ in Antiochi castris, neque in triumpho tulisset, neque in ærarium detulisset. Varia testimonia legatorum tribunorumque militum erant. M. Cato ante alios testes consciebatur: cujus auctoritatem perpetuo tenore vitæ partam, toga candida clevabat. Is testis, quæ vasa aurea atque argentea captis castris inter aliam prædam regium vidisset, esse in triumpho negabat vidisse. Postremo in hujus maxime invidiam detestere se peritione Glabrio dixit; quando quod taciti indignarentur nobiles homines, id æque novus competitor inæstimabili perjurio incesseret.

Cap. LVIII. Centum millium mulcta irrogata erat. bis dea certatum est. tertio, quum de petitione destitisset reus; nec populus de mulcta suffragium ferre voluit, & tribuni eo negotio destiterunt. Centores T. Quinctius Flamininus, M. Claudius Marcellus creati. Per eosdem dies L. Æmilio Regillo, qui classe præfectum Antiochi regis devicerat, extra urbem in æde Apollinis quum senatus datus esset, auditis rebus gestis ejus, quantis cum classibus hostium dimicasset, quot inde naves demersisset aut cepisset, magno consensu Patrum triumphus navalis est decretus. Triumphavit Calenius Fenebruarius. in eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ translatæ sunt: pecunia nequaquam tanta pro specie regi triumphi: tetradrachma Attica triginta quatuor millia septingenta: citrophorum centum triginta unum millia trecenta. Stupefactiones deinde funerum. Senatusconsulto, quod L. Æmilius Paullus in Hispania prospere rem gessisset. Haud ita multo post L. Scipio ad urbem venit. qui, ne cognomine fratri cederet, Asiaticus se appellari voluit. & in senatu, & in concione de rebus ab se gestis differuit. Fraus quidem fama id majus bellum, quam difficultate rei fuisse interpretarentur; uno memorabili prælio debellatum, gloriamque ejus victoriæ præstioraram ad Thermopylas esse. Cæterum vere æstimanti, Ætolicum magis ad Thermopy-

mopylas bellum, quam regium fuit. *Quota enim parte virium suarum ibi dimicavit Antiochus? in Asia totius Asiæ fleterunt vires; ab ultimis Orientis omnium gentium contractis auxiliis.*

Cap. LIX. Merito ergo & Diis immortalibus, quantus maximus poterat, habitus est nostros, quod ingentem victoriam facilem etiam fecissent, & imperatori triumphus est decretus. Triumphavit mense intercalario pridie Calendas Martias. qui triumphus spectaculo oculorum major, quam Africani fratris ejus fuit; recordatione rerum, & æstimatione periculi certaminisque, non magis comparandus, quam si imperatorem imperatori, aut Antiochum ducem Annibali conferres. Tulit in triumpho signa militaria ducenta triginta quatuor: oppidorum simulacra centum triginta quatuor: eburneos dentes mille ducentos viginti: aureas coronas ducentas viginti quatuor: argenti pondo centum triginta septem millia & CCCCXX: tetradrachmum Atticorum ducenta viginti quatuor millia: ciftophorum trecenta triginta unum millia, & LXX: nummos aureos Philippeos CXL millia: vasorum argenteorum (omnia cælata erant) mille pondo, & CCCC XXIV: aureorum mille pondo XXIV. & duces regii, præfecti, & purpurati duo & triginta ante currum ducti. Militibus quinîviceni denarii dati; duplex centurioni; triplex equiti. & stipendium militare, & frumentum duplex post triumphum datum. prælio in Asia facto duplex dederat. Triumphavit anno fere, posteaquam consulatu abiit.

Cap. LX. Eodem fere tempore, & Cn. Manlius consul in Asiam, & Q. Fabius Labeo prætor ad classem venit. Cæterum consuli non deerat cum Gallis belli materia. mare pacatum erat, devicto Antiocho. Cogitanti itaque Fabio, cui rei potissimum insisteret, ne otiosam provinciam habuisse videri posset; optimum visum est, in Cretam insulam trajicere. Cydoniatæ bellum adversus Gortynios Gnossiosque gerebant, & captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse per totam insulam dicebatur. Classe ab Epheso profectus, quum primum Cretæ litus attigit, nuncios circa civitates misit, ut armis absisterent, captivosque in suis quæque urbibus agrisque conquisitos reducerent. & legatos mitterent ad se, cum quibus de rebus ad Cretenses pariter Romanosque pertinentibus ageret. Nihil magnopere ea Cretenses moverunt. captivos, præter Gortynios, nulli reddiderunt. Valerius Antias ad quatuor millia caprivorum, quia belli minas timuerunt, ex tota insula reddita scripsit: eamque causam Fabio, quum rem nullam aliam gessisset, navalis triumphi impetrandi ab senatu fuisse. A Creta Ephesum Fabius redit: inde tribus navibus in Thraciæ oram missis, ab Æno & Maronia præsidia Antiochi deduci jussit; ut in libertate eæ civitates essent.

EPITOME

Libri XXXVIII.

Marcus Fulvius consul in Epiro Ambracienses obsessos, per deditionem accepit: Cephaleniam subegit, Ætolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius consul collegæ ejus Gallogræcos, Tholistobogios, Tectosagos, & Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant, quum soli citra Taurum montem non parerent, vicit. Eorum oppida & quemadmodum ea loca quæ tenent, occupaverint, refertur. Exemplum quoque virtutis & pudicitiæ in fœmina traditur. nam cum Orgiagontis regis Gallogræcorum uxor captiva esset, centurionem custodem, qui ei vim intulerat, occidit. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCLVIII *millia &* CCCXXVIII. *Cum Ariarathe rege Cappadociæ amicitia junčta est. Cn. Manlius, contradictionibus decem legatis, ex quorum consilio fœdus cum Antiocho conscripserat, de Gallogræcis, acta pro se caussa in senatu, triumphavit. Scipio Asiaticus, die ei dicta, ut quidam ajunt, à Q. Petilio tribuno plebis, ut quidam à Nævio, quod præda ex Antiocho capta ærarium fraudasset; postquam is dies venit, evocatus in Rostra: Hac die, inquit, Quirites Carthaginem vici: & prosequente populo Capitolium ascenait. Inde ne amplius tribuniciis injuriis vexaretur, in voluntarium exilium Liternum concessit: incertum ibi an Romæ defunctus. nam ejus monumentum utrobique fuit. Scipio Asiaticus frater Africani, eodem peculatus crimine accusatus, damnatusque, quum in vinculis & carcerem duceretur à Ti. Sempronio Gracchus, tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimicus erat, intercessit: & ob id beneficium Africani filiam duxit. Cum prætor quæstores in bona ejus publice possidenda misisset; non modo in iis ullum vestigium pecuniæ regiæ apparuit, sed nequaquam tantum redactum: quantæ summæ erat damnatus. Collatam à cognatis & amicis immanem pecuniam accipere noluit: quæ necessaria ei erant ad victum, redempta.*

CAPUT I.

Dum in Asia bellum geritur, ne in Ætolis quidem quietæ res fuerant; principio à gente Athamanum orto. Athamania ea tempestate, pulso Amynandro, sub præfectis Philippi regio tenebatur præsidio: qui superbo atque immodico imperio deiderium Amynandri fecerant. Exulanti tum Amynandro in Ætolia literis suorum, indicantium statum Athamaniæ, spes recuperandi regni facta est. remisitque ab eo nunciant principibus Argitheam, (id enim caput Athamaniæ erat) ii popularium animos satis perspectos haberent, impetratoque ab Ætolis auxilio in Athamaniam se venturum cum delectis Ætolorum, quod concilium esset gentis, & Nicandro prætore. quos ubi ad omnia paratos esse vidit, certiores subinde facit, quo die cum exercitu Athamaniam ingressurus esset. Quatuor primo fuere conjurati adversus Macedonum præsidium. hi senos fidi adjutores ad rem gerendam assumserunt: deinde paucitate parum freti, quæ celandæ rei quam agendæ aptior erat, parem priori numerum adjecerunt. Ita duo & quinquaginta facti, quadrifariam se divisserunt: pars una Heracleam, altera Tetraphyliam petiit, ubi custodia regiæ pecuniæ esse solita erat, tertia Theudoriam, quarta Argitheam. Ita inter omnes convenit, ut primo quieti, velut ad privatam rem agendam venissent, in foro obversarentur: die certa multitudinem omnem convocarent ad præsidia Macedonum arcibus expellenda. Ubi ea dies advenit, & Amynander cum mille Ætolis in finibus erat: ex compósito quatuor simul locis præsidia Macedonum expulsa. literæque in alias urbes passim dimissæ, ut vindicarent sese ab imporenti dominatione Philippi, & restituerent in patrium ac legitimum regnum. Undique Macedones expellantur. Thelum oppidum, literis à Zenone præfecto præsidii interceptis, & arce ab regiis occupata, paucos dies obsidentibus restitit: deinde id quoque traditum Amynandro est, & omnis Athamania in potestate erat, præter Athenæum castellum, finibus Macedoniæ subjectum.

Cap. II. Philippus audita defectione Athamaniæ, cum sex millibus armatorum profectus, ingenti celeritate Gomphos pervenit. Ibi relicta majore parte exercitus (neque enim ad

ad tanta itinera sufficiſſent) cum duobus millibus Athenæum, quod unum à præſidio ſuo retentum fuerat, pervenit. inde proximis tentatis, quum facile animadverſiſſet cætera hoſtilia eſſe, Gomphos regreſſus, omnibus copiis ſimul in Athamaniam rediit. Zenonem inde cum mille peditibus præmiſſum Ethopiam occupare jubet, opportune Argitheæ imminentem, quum ibi teneri à ſuis locum vidit, ipſe circa templum Jovis Acræi poſuit caſtra. Ibi unum diem feſta tempeſtate retentus, poſtero die ducere ad Argitheam intendit. Euntibus extemplo apparuere Athamanes, in tumulos imminentes viæ diſcurrentes. ad quorum conſpectum conſtitere prima ſigna, toroque agmine pavor & trepidatio erat: & pro ſe quiſque, quidnam futurum eſſet, cogitare, ſi in valle ſubjectas rupibus agmen foret demiſſum. Hæc tumultuatio regem cupientem, ſi ſe ſequerentur, raptim evadere angultias, revocare primos, & eadem qua venerat via referre coegit ſigna. Athamanes primo ex intervallo quieti ſequebantur: poſteaquam Ætoli ſe conjunxerunt, hos, ut ab tergo agmini inſtarent, reliquerunt; ipſi à lateribus ſe circumfuderunt. quidam per notos calles breviore via prægreſſi, tranſitus infedere: tantumque tumultus Macedonibus eſt injectum, ut fugæ magis eſſuſæ, quam ſignis ordinati modo, multis armis virifque relictis, ſtumen trajecerint. hic finis ſequendi fuit. Inde tuto Macedones Gomphos, & à Gomphis in Macedoniam redierunt. Athamanes Ætolique Ethopiam, ad Zenonem ac milite Macedonas opprimendos, undique concurrerunt. Macedones parum loco freti, ab Ethopia ad alteram deruptionemque undique tumulum conceſſere. quo pluribus locis aditu invento, expulere eos Athamanes: diſperſoſque & per invias atque ignotas rupes iter fugæ non expedientes, partim ceperunt, partim interfecerunt: multi pavore in deruptæ præcipitati, perpauci cum Zenone ad regem evaſerunt. poſtero die per inducias ſepeliendi cæſos poteſtas facta eſt.

Cap. III. Amynander recuperato regno legatos Romam ad ſenatum, & ad Scipiones in Aſiam, Epheſi poſt magnum cum Antiocho prælium morantes, miſit. Pacem petebat, excuſabatque feciſſe quod per Ætolos recuperaſſet paternum regnum. Philippum incuſabat. Ætoli ex Athamania in Amphilochos profecti ſunt, & majoris partis voluntate in jus ditionemque totam redegerunt gentem. Amphilochia recepta (nam fuerat quondam Ætolorum) eadem ſpe in Aperantiam tranſcenderunt. ea quoque magna ex parte ſine certamine in deditionem venit. Dolopes nunquam Ætolorum fuerant: Philippi erant. hi primum ad arma concurrerunt: cæterum poſteaquam Amphilochos cum Ætolis eſſe, fugamque ex Athamania Philippi, & cædem præfidii ejus accepere, & ipſi à Philippo ad Ætolos deficiunt. Quibus circumjectis gentibus, jam undique ſe à Macedonibus tutos credentibus eſſe Ætolis, fama affertur, Antiochum in Aſia victum ab Romanis. nec ita multo poſt legati ab Roma redière, ſine ſpe pacis: Fulviumque conſulem nunciantes jam cum exercitu trajeciſſe. His territi, prius ab Rhodo & Athenis legationibus excitis, ut per auctoritatem civitatum earum ſuæ preces nuper repudiatæ faciliorem aditum ad ſenatum haberent; principes gentis ad tentandum ultimam ſpem Romam miſerunt: nihil ne bellum haberent, priuſquam pæne in conſpectu hoſtis erat, præmeditati. Jam M. Fulvius Apollioniam exercitu trajecto, cum Epirotarum principibus conſultabat, unde bellum inciperet. Epirotis Ambraciam placebat aggredi: quæ tum contribuerat ſe Ætolis, *ſive ad tuendam eam venirent Ætoli, apertos circa campos ad dimicandum eſſe: ſive detrectarent certamen, oppugnationem fore haud difficilem. nam & copiam in propinquo materiæ ad aggeres excitandos, & cætera opera eſſe: Antiochi exercitum inexpiabilem amnem opportunum ad comportanda quæ uſui ſint, præter ipſa mania fluere: & æſtatem aptam rei gerendæ adeſſe.* his perſuaſerunt, ut per Epirum duceret.

Cap. IV. Conſuli ad Ambraciam advenienti, magni operis oppugnatio viſa eſt. Ambracia tumulo aſpero ſubjecta, Perranthem incolæ vocant. urbs, qua murus vergit in campos & flumen, occidentem; arx, quæ poſita in tumulo eſt, orientem ſpectat. amnis Arethо ex Acarnania fluens cadit in ſinum maris; ab nomine propinquæ urbis Ambracium appellarum. præterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli, muro quoque firmo ſepta erat; patente in circuitu paulo amplius tria millia paſſuum. Fulvius bina à campo caſtra modico inter ſe diſtantia intervallo, unum caſtellum loco edito contra arcem objecit. ea omnia vallo ac foſſa ita jungere parat, ne exitus incluſis ab urbe, neve aditus foris ad auxilia intromittenda eſſet. Ad famam oppugnationis Ambraciæ Strarum jam edicto Nicandri prætoris convenerant Ætoli. Inde primo copiis omnibus ad prohibendam obſidionem venire in animo fuerat. deinde, poſtequam urbem jam magna ex parte operibus ſeptam viderunt, Epitorarum trans flumen loco plano caſtra poſita eſſe;

esse; dividere copias placuit. cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus, per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit. Nicandro cum cætera manu primo Epirotarum castra nocte aggredi consilium fuerat; haud facili ab Romanis auxilio, quia flumen intererat. deinde periculosum inceptum ratus, ne qua sentirent Romani, & regressus inde in tutum non esset; deterritus ab hoc consilio, ad depopulandam Acarnaniam iter convertit.

Cap. V. Consul jam munimentis, quibus fepienda urbs erat, jam operibus, quæ admovere muris parabat, perfectis, quinque simul locis mœnia eit aggressus. tria paribus intervallis faciliore aditu a campo adversus Pyrrheum, quod vocant, admovit: unum è regione Æsculapii, unum adverfus arcem. Arietibus muros quatiebat; asseribus falcatis detergebat pinnas. Oppidanus primo, & ad fpeciem, & ad ictus moenium cum terribili fonitu editos, pavor ac trepidatio cepit. deinde ut præter fpem ftare muros viderunt; collectis rursus animis, in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut faxorum, ftipitefve robuftos incutiebant, falces anchoris ferreis injectis, in interiorem partem muri trahentes afferem, perfringebant: ad hoc eruptionibus & nocturnis in cuftodias operum, & diurnis in ftationes ultro terrorem inferebant. In hoc ftatu res ad Ambraciam quum essent, jam Ætoli a populatione Acarnaniæ ftratum redierant. Inde Nicander Præter fpem nactus folvendæ incepto forti obsidianis, Nicodamum quendam cum Ætolis quingentis Ambraciam intromittit. noctem certam, tempufque eriam noctis conftituit, quo & illi ab urbe opera hoftium, quæ adverfus Pyrrheum erant, aggrederentur, & ipfe ad caftra Romana terrorem faceret; poffe ratus ancipiti tumultu, nocte angente pavorem, memorabilem rem gerì. Et Nicodamus intempeita nocte, quum alias cuftodias fefellisset, per alias impetu conitanti erupiffet, fuperato brachio in urbem penetrat: animique aliquantum ad omnia audenda & fpei obfeffis adjecit. & fimul conftituta nox venit, ex compofito repente opera eft aggreffus. Id Inceptum conatu, quam effectu gravius fuit. quia nulla ab exteriore parte vis admota eft: feu metu deterrito prætore Ætolorum, feu quia potius vifum eft Amphilochis opem ferre nuper receptis: quos Perfeus Philippi nihus miffus ad Ioloplam Amphilochofque recipiendos, fumma vi oppugnabat.

Cap. VI. Tribus locis, ficut ante dictum eft, ad Pyrrheum opera Romana erant: quæ omnia fimul, fed nec apparata, nec vi limili, Ætoli aggreffi funt. alii eum ardentibus facibus, alii ftupeum picemque & malleolos ferentes, tota colluente flammis acie, advenere: multos primo imperu cuftodes opprefferunt. deinde poſteaquam clamor tumultuſque in caftra eft perlatus, darumque à conſule ſignum, arma capiunt, & omnibus portis ad opem ferendam eſſlagitantibus. Unus in loco forte ignique geſta res eſt. à duobus irrito incepto, quum tentaſſent magis quam inſſent certamen, Ætoli abſceſſerunt. Atrox pugna in unum inclinaverat locum. ibi diverſis partibus duo duces Eupolemus & Nicodamus pugnantes hortabantur, & prope certa fovebant ſpe, jam Nicandrum ex compoſito affore, & terga hoſtium invaſurum. Hæc res aliquamdiu animos pugnantium ſuſtinuit. cæterum poſteaquam nullum ex compoſito ſignum à ſuis accipiebant, & creſcere numerum hoſtium cernebant; deſtituit ſignius inſtare: poſtremo re omiſſa, jam vix tuto receptui fugientes in urbem compelluntur parte operum incenſa, & pluribus aliquanto, quam ipſi ceciderant, interfectis. quod ſi ex compoſito acta res fuiſſet, haud dubium erat expugnari una utique parte opera cum magna cæde hoſtium potuiſſe. Ambracienſes quoque intus erant Ætoli, non ab ejus totum noctis incepto receſſere, ſed in reliquum quoque tempus, velut proditi à ſuis, legniores ad pericula erant. Jam nemo eruptionibus, ut antea, in ſtationes hoſtium, ſed diſpoſiti per muros & turres ex tuto pugnabant.

Cap. VII. Perſeus ubi adeſſe Ætolos audivit; omiſſa obſidione urbis, quam oppugnabat, depopulatus tantum agros, Amphilochia exceſſit, atque in Macedoniam rediit. Et Ætolos inde avocavit popularis maritimæ oræ. Pleuratus Illyriorum rex cum ſexaginta lembis Corinthium ſinum invectus, adjunctis Achæorum, quæ Patris erant, navibus, maritima Ætoliæ vaſtabat. adverſus quos mille Ætoli miſſi, quacumque ſe claſſis circumegerat, per littorum anfractus brevioribus ſemitis occurrebant. Et Romani ad Ambraciam pluribus locis quatiendo arietibus muros, aliquantum urbis nudaverant. nec tamen penetrare in urbem poterant. Nam & pari celeritate novus pro diruto murus obſicebatur, & armati ruinis ſuperſtantes, inſtar munimenti erant. Itaque quum aperta vi parum procederet conſuli res, cuniculum occultum, wineis ante contecto loco, agere inſtituit. & aliquamdiu, quam dies noctesque in opere eſſent, non ſolum ſub terra fodientes, ſed egerentes etiam humum, fe-

fellere hostem. Cumulus repente terræ eminens, index operis oppidanis fuit. pavidique ne jam fiduciis muris fatta in urbem via esset; sedam intra murum e regione eius operis, quod vineis contectum erat, ducere instituunt. cujus ubi ad tantam altitudinem, quantæ esse solitum infimum cuniculi poterat, pervenerunt, silentio facto, pluribus locis aure admota, sonitum fodientium captabant. Quos ubi acceperant, ape iunt rectam in cuniculum viam, nec fuit magni operis. momento enim ad inane, fulpenso furculis ab hostibus muro, pervenerunt. ibi commissis operibus, quum e fossa in cuniculum pateret iter, primo ipsis ferramentis, quibus in opere uti erant; dein celeriter armati etiam fiduciores, cum tuba ferram ediderant pugnam, segnior deinde ea facta est; interfepientibus cuniculum, ubi vellent, nunc cilicijs prætentis, nunc feribus raptim objectis. Nova etiam haud magni operis adversus eos qui in cuniculo erant, excogitata res est. dolium à fundo perforatum, quia fluidum humorem posset, & fistulam ferream operculumque dolii ferreum, & ipsum pluribus locis perforatum fecerunt. hoc tenui pluma completum dolium ore in cuniculum verso posuerunt. Per operculi foramina, prælongæ hastæ, quas fibulas vocant, ad tumultuosos hostes eminebant, fcintillam levem ignis inditam plumæ, folle fabrili ad caput fistulæ impolito, flando accenderunt. inde non solum magna vis fumi, sed acrior etiam fœdo quodam nidore ex adusta pluma quum rorum cuniculum complesset, vix durare quisquam intra poterat.

Cap. VIII. Quum in hoc statu res ad Ambracium esset; legati ab Ætolis Phaneas & Damoteles, cum liberis mandatis, decreto gentis, ad consulem venerunt. nam prætor eorum quum alia parte Ambracium oppugnari cerneret, alia infestum opus invisibile intentari esse, alia Amphilochos Dolopiamque à Macedonibus vastari: nec Ætolos simul ad tria diversa bella occurrantes sufficere; convocato concilio, Ætolos principes, quid agendum esset, consuluit. Omnium eo sententiæ decurrerunt, *ut pax à populo Romano, quæ cumque, impetraretur, conditionibus petere-tur. Antiochi fiducia bellum susceptum. Antiocho terra marique superato, & prope extra orbem terræ ultra jugum Tauri excisto quam spem esse sustinendi belli? Phaneas & Damoteles, quod ère, à populo, ut in tali casu fidegue sua esse convenit, egerent. Quid enim sibi consilium, aut cujus rei electionem à fortuna relictam?* Cum his mandatis legati missi orare consulem, ut parceret urbi, misereretur gentis quondam socia, nolle dicere injuriis, miseriis certe coactæ infantire. Non plus mali meritos Ætolos Antiochi bello, quam boni ante, quum adversus Philippum bellatum sit, factisse. nec tum large gratiam relatam sibi, nec nunc immodice pœnam injunci debere. Ad ea consul respondit: *Magis sæpe, quam vere unquam, Ætolis pacem petere. imitarentur Antiochum in petenda pace, quem in bellum traxissent. Non pauci vrobiscum esse, qui aquarum libertate certatum sit, sed omni Asiæ cis Taurum montem, opino, regno excessisse. Ætolos, nisi inermes, de pace agentes non auditurum se. arma illis prius, equosque omnes tradendos esse, deinde mille talentum argenti populo Romano dandam: cujus summæ dimidium præsens numerandum, pro-pem habere vellent. Ad ea adjecturum etiam in fœdus esse, ut eosdem, quos populus Romanus, amicos atque hostes habeant.*

Cap. IX. Adversus quæ legati, & quia gravia erant, & quia tuorum animos indomitos ac immutables noverant; nullum reddito responso, domum regressi sunt, ut etiam atque etiam, quid agendum esset, re integra prætorem & principes consulerent. Clamore & jurgio excepti, quod rem traherent, qualemcunque pacem referre jussi, quum redirent Ambraciam, Acarnanum infidis præsidium positis, quibuscum bellum erat, circumventi Tyrrheum custodiendi deducuntur. Hæc mora injecta est pacl. Quum jam Athenienfium Rhodiorumque legati, qui ad deprecandum pro his venerant, apud consulem essent, Amynander quoque Athamanum rex in eo accepta venerat castra Romana; magis pro Ambracia, ubi majorem partem temporis exfulaverat, quam pro Ætolis sollicitus. per hos certior factus consul de calu legatorum, adduci eos à Tyrrheo jussit, quorum pœit adventum agi coœpit et de pace. Amynander, quod sui maxime operis erat, impigre agebat, ut Ambracienses compellerent ad deditionem. id quum per colloquia principum fuccedens muris parum proficeret; postremo consulis permissu ingressus urbem, partim consilio, partim precibus evicit, ut permitterent Romanis se. Et Ætolos C. Valerius Lævini filius, qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat, consulis frater, matre genitus eadem, egregie adjuvit. Ambraciensis prius paceti, ut Ætolorum auxiliares fine fraude emitterent; aperuerunt portas. dein *ut quingenta Euboica darent talenta ex quibus ducenta præsentia, trecenta per annos sex pensionibus æquis: captivos perfugasque redderent Romanis, urbem ne quam formulæ fui juris facerent, quæ post id tempus, quo T. Quinti-*

traject isset in Graciam, aut si capta ab Romanis esset, aut voluntate in amicitiam venisset. Cephallenia insula ut extra jus fœderis esset. Hæc quamquam spe ipsorum aliquanto leviora erant: petentibus Ætolis, ut ad concilium referrent, permissum est. Parva difficultate de urbibus remota, quæ quum sui juris aliquando fuissent, avelli velut à corpore suo ægre patiebantur. ad unum tamen omnes accipi pacem jusserunt. Ambracienses coronam auream consuli centum & quinquaginta pondo dederunt: signa ænea marmoreaque, & tabulæ pictæ, quibus ornatior Ambracia (quia regia ibi Pyrrhi fuerat) quam cæteræ regionis ejus urbes erant, fubiata omnia, avectaque. nihil præterea tactum, violatumve.

Cap. X. Profectus ab Ambracia consul in mediterranea Ætoliæ, ad Argos Amphilochicum (viginti duo millia ab Ambracia abest) castra posuit. eo tandem legati Ætoli miserunt consule quod moerarentur, venerunt. Inde, postequam approbasse pacem concilium Ætolorum accepit, Jussis proficisci Romam ad senatum, permissoque, ut Athenienses & Rhodii deprecatores irent, dato qui simul cum iis proficiscerentur, C. Valerio fratre, ipse in Cephalleniam trajecit. Præoccupatas aures animosque principum Romæ criminibus Philippi invenerunt: qui per legatos, per literas, Dolopas, Amphilochosque & Athamaniam ereptas sibi querens, præsidiaque sua, postremo etiam filium Perſea ex Amphilochis pulsum, averterat senatum ab audiendis precibus eorum. Rhodii tamen & Athenienses cum silentio auditi sunt. Athenienſis legatus Leon, Icesiæ filius, eloquentia etiam dicitur movisse: qui vulgata similitudine, *mari tranquillo, quod ventis contraretur, aquipparando multitudinem Ætolorum*, ubi, *quantitas in fide Romanæ societatis manssisset, insita gentis tranquillitate quiesse eos* ajebat: *posse quam stare ab Asia Thoas & Dicæarchus, ab Europa Menetas & Damocritus cæpissent; tum illam tempestatem coortam, quæ ad Antiochum eos fluxit in scopulum, intulisset.*

Cap. XI. Diu jactati Ætoli, tandem ut conditiones pacis convenirent, efficerunt. Fuerunt autem hæ: *Imperium majestatemque populi Romani gens Ætolorum conservato sine dolo malo. Ne quem exercitum, qui adversus socios amicosque eorum ducetur, per fines suos transire sinito: neve tela ope juvanto. Hostes eosdem habeto, quos populus Romanus, armaque in eos ferto, bellum pariter gerito: perfugas, fugitivos captivosque reddito Romanis socisque: præterquam si qui capti, quum domos rediissent, iterum capti sunt, aut si qui eo tempore ex iis capti sunt, qui jam hostes erant Romanis, quum interpræsidia Romana Ætoli essent. Aliorum qui comparebunt intra aces centum Corcyræorum magistratibus sine dolo malo tradantur: qui non comparebunt, quando quisque eorum primum potestatem fecerit, tradantur. Obsides quadraginta arbitratu consulis Romani dato: ne minores duodecim annorum, neu majores quadraginta. Obses ne esto prætor, præfectus equitum, scriba publicus: nemo quis, qui ante obses fuerit apud Romanos. Cephalenia extra pacis leges ejto.* De pecunia summa, quam penderent, pensionibusque ejus, nihil ex eo quod cum consule convenerat, muratum. Pro argento si aurum dare mallent, darent, convenit; dum pro argenteis decem aureus unus valeret. *Quæ urbes, aut agri, qui homines Ætolorum juris ditionisque fuerunt, qui eorum L. Quintio, Cn. Domitio consulibus, postve eos consules armis subacti, aut voluntate in ditionem populi Romani venerunt, ne quem eorum Ætoli recipisse velint. Oeniadæ cum urbe agroque Acarnanum sunto.* His legibus fœdus ictum cum Ætolis est.

Cap. XII. Eadem non æstate solum, sed etiam iisdem prope diebus, quibus hæc à M. Fulvio consule in Ætolia gesta sunt; consul alter Cn. Manlius in Gallogræcia bellum gessit, quod nunc ordiri pergam. Vere primo Ephesum consul venit, accepitque copias à L. Scipione, & exercitu lustrato, concilium apud milites habuit. qua, *Collandata virtute eorum, quod cum Antiocho uno prælio debellassent; adhortatus eos ad novum cum Gallis suscipiendum bellum, qui & auxiliis Antiochum juvissent, & adeo intonitis haberent ingenia, ut nequicquam Asiæ limites ultra juga Tauri montis effet, nisi frangerentur opes Gallorum:* de se quoque pauca, nec falsa, nec immodica, adjecit. Læti cum frequenti assensu consulem audiverunt; partem virium Antiochi fuisse Gallos credentes: rege superato, nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore. Eumenem haud tempore abesse (Romæ tunc erat) credere consul, gnarum locorum hominumque, & cujus intereſſet frangi Gallorum opes. Attalum igitur fratrem ejus arcessit à Pergamo, hortatusque ad capessendum secum bellum, pollicentem suam fuorumque operam, domum ad comparandum dimittit. Paucos post dies profecto ab Epheſo consule ad Magnesiam occurrit Attalus cum mille peditibus, equitibus ducentis; Athenæo fratre

com-

commendata iis custodia Pergami, quos fratri regnoque fidos credebat. Consul collaudato juvenis animo omnibus copiis ad Mæandrum progressus, castra posuit, quia vado superari amnis non poterat; & contrahendæ naves erant ad exercitum trajiciendum. Transgressi Mæandrum, ad Hieran conen pervenerunt.

Cap. XLI. Eadem ibi augustum Apollinis & oraculum: fortes verisbus haud inconditis dare vates dicuntur. Hinc alteris castris ad Harpasum flumen ventum est: quo legati ab Alabandis venerunt, ut castellum quod ab ipsis nuper desciisset, aut authoritate aut armis cogeret jura antiqua pati. Eodem & Menippus Eumenis & Attali frater cum Cretensi Leuso, & Corrago Macedone venit. mille pedites, mistarum gentium, & trecentos equites secum adduxerunt. Consul tribuno militum misso cum modica manu, castellum vi recepturn Alabandensibus reddit: ipse nihil via digressus, ad Antiochiam super Mæandrum amnem positam castra. Hujus amnis fontes Celænis oriuntur. Celenæ urbs, caput quondam Phrygiæ fuit. migratum inde haud procul veteribus Celænis: novæque urbi Apameæ nomen inditum; ab Apamea forore Seleuci regis. Et Marsyas amnis haud procul à Mæandri fontibus oriens, in Mæandrum cadit. Famaque ira tener, Celænis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse. Mæander ex arce summa Celænarum ortus, media urbe decurrens, per Caras primum, deinde Jonas, in sinum maris editur, qui inter Prienem & Miletum est. Ad Antiochiam in castra consulis Seleucus Antiochi filius ex fœdere ictο cum Scipione ad frumentum exercitui dandum venit. Parva disceptatio de Attali auxiliaribus orta est: quod Romano tantum militi pactum Antiochum, ut daretur frumentum, Seleucus dicebat. Verùm ea quoque est constantia consulis, qui dimisso tribuno edixit, ne Romani milites acciperent, priusquam Attali auxilia accepissent. Inde ad Gordiutichos, quod vocant, processum est. ex eo loco ad Tabas tertiis castris pervenium. in finibus Phidarum posita est urbs, in ea parte quæ vergit ad Pamphylium mare. Integris viribus regionis ejus, feroces ad bellandum habebat viros. Tum quoque equites, in agmen Romanum eruptione facta, haud modice primo impetu turbavere: deinde ut apparuit, nec numero fe nec virtute pares esse, in urbem compulsi, veniam erroris petebant; dedere urbem parati. quinque & viginti talenta argenti, & decem millia medimnum tritici imperata. ita in deditionem accepti.

Cap. XIV. Tertio inde die ad Chaum amnem perventum: inde profecti, Erizam urbem primo impetu ceperunt. Ad Thabution castellum inimicus flumini Indo ventum est. cui fecerat nomen Indus, ab elephante dejectus. Haud procul à Cibyra aberant: nec legatio ulla à Moagete, tyranno civitatis ejus, homine ad omnia infido atque importuno, veniebat. Ad tentandum ejus animum C. Helvium cum quatuor millibus peditum & quingentis equitibus consul præmittit. huic agmine jam fines ingredienti legati occurrerunt; nunciantes, paratum esse tyrannum imperata facere. orabant, ut pacatus finibus inferet, cohiberetque a populatione agri militem. & in coronam aurea quindecim talenta afferebant. Helvius integros à populatione agros servaturum pollicitus, ire ad consulem legatos jussit; quibus eadem referentibus, consul: *Neque Romani*, inquit, *bonæ voluntatis ullum signum ex hoc tyranni habemus; & ipsum talem esse inter omnes constat; ut de pœna ejus magis quam de amicitia nobis cogitandum sit.* Perturbati hac voce legati, nihil aliud petere, quam ut coronam acciperet: veniendique ad eum potestatem tyranno, & copiam loquendi ac purgandi se faceret. Permisiu consulis postero die in castra tyrannus venit; velitus comitatusque vix ad privati modice locupletis habitum. & oratio fuit summissa & infracta; extenuantis opes suas, urbiumque suæ ditionis egestatem querentis. Erant autem sub eo, præter Cibyram, Syleum, & quæ Alimne appellatur. ex his, ut se tuoque spoliarer, quinque & viginti talenta se confecturum, propere ut dimitens pollicebatur. *Enimvero*, inquit consul, *ferri jam ludificatio ista non potest. Parum est, non erubuisse absentem cum per legatos frustrare ris non, nisi præsens quoque in eadem impudentia perstitas. Quinque & viginti talenta tyrannidem tuæ exhauirent? Quinquenta ergo talenta nisi triduo numeras; populationem in agris, obsidionem in urbe experta.* Hac denunciatione conterritus; perstare tamen in pertinaci simulatione inopiæ. & paulatim illiberali adjectione, nunc per cavillationem, nunc precibus & simulatis lachrymis, ad centum talenta eit perductus. adjecta decem millia medimnum frumenti.

Cap. XV. Hæc omnia intra sex dies acta. A Cibyra per agros Sindenium exercitus ductus, transgressusque Caularem amnem, posuit castra. Postero die est praeter Caralitin paludem agmen ductum. ad Mandropolim manserunt. inde progredientibus ad Lagon proximam urbem, metu incolæ fugerunt. Vacuum hominibus, & refertum re-

rum omnium copia oppidum dirpuerunt. inde ab Lyfis fluminis fonte, poſtero die ad Cobulatum annem progreſſi. Termeſſenſes interea tempore Hyrienſium arcem urbe capta oppugnabant: incluſi quum alia ſpes auxilii nulla eſſet, legatos ad conſulem orantes opem miſerunt. cum conjugibus ac liberis in arce incluſos ie mortem inimies aut ferro aut fama pariendam exſpectare. Volenti conſuli cauſa in Pamphyliam diverrendi oblata eſt. adveniens obſidione Hyrienſis exemit. Termeſſo pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis. item Aſpendiis, cæteriſque Pamphyliæ populis. Ex Pamphylia rediens ad flumen Taurum primo die, poſtero ad Xylimen (quam vocant) domen pervenit. Dariæ proxima urbs erat. eam meus incolarum defertam, plenam omnium rerum copia invenit. Progredienti præter paludes, legati ab Lyſinoe dedentes civitatem venerunt. Inde in agrum Sagalaſſenum, uberem fertilemque omni genere frugum, ventum eſt. Colunt Piſidæ, longe optimi bello regionis ejus. quum ea res animos facit, tum agri fœcunditas & multitudo hominum, & ſitus inter paucas munitæ urbis. Conſul, nulla nulla legatio ad finem præſto fuerat, prædatum in agros miſit. tum demum fracta pertinacia eſt, ut ferri agique res ſuas viderunt. Legatis miſſis pacti quinquaginta talentis, & viginti millibus medimnum tritici, viginti hordei, pacem impetraverunt. Progreſſus inde ad Obrimæ fontes, ad vicum, quem Apollodos comen vocant, poſuit caſtra. Eo Seleucus ab Apamea poſtero die venit. Ægros inde & inutilia impedimenta quum Apameam dimiſiſſet, ducibus itinerum ab Seleuco acceptis, profectus eo die in Metropoli unum campum, poſtero die Dindas Phrygiæ proceſſit. Inde Symnada venit; metu omnibus circa oppidis defertis. quorum jam præda grave agmen trahens. vix quinque millium die toto itinere perfecto, ad Beudos, quod vetus appellant, pervenit. ad Anabura inde, & altero die ad Abandi fines. tertio ad Abbaſſum poſuit caſtra. ibi plures dies ſtativa habuit: quia perventum erat ad Toliſtobojorum fines.

Cap. XVI. Hi Galli, magna hominum vis, ſeu inopia agri, ſeu prædæ ſpes, nullum genten per quam ituri eſſent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos pervenerunt. ibi ſeditio orta. Sc ad viginti millia hominum cum Leonorio ac Lutario reguli, ſeceſſione facta à Brenno, in Thraciam iter averterunt, ubi cum reſiſtentibus pugnando, pacem petentibus ſtipendium imponendo Byzantium quum perveniſſent, alii quamdiu eorum deſponſatis ſedibus habendo, regionis eius urbes obtinuerunt. Cuoido inde eos in Aſiam tranſeundi, audientes ex propinquo quanta ubertas terræ ejus eſſet, cepit. Sc Lyſimachia fraude capta, Chersoneſique omni annis poſſeſſa ad Helleſpontum deſcenderunt. Ibi vana ſpe exiguo ab utero cernentibus Aſiam, multo magis animi ad tranſeundum accenſi; nunciisque ad Antipatrum præfectum eius oræ de tranſitu mittebant. quæ res quum lentius ſpe ipſorum traheretur, alia rurſus nova inter regulos orta ſeditio eſt. Leonorius vertere, unde venerat, cum majore parte hominum reperit Byzantium: Lutarius, Macedonibus per ſpeciem legationis ab Antipatro ad ſpeculandum miſſis, duas tectas naves. Sc tres lembos adimit. his alies atque alios dies nocteſque tranſvehendo, intra paucos dies omnes copias traject. Haud ita multo poſt Leonorius, adhuante Nicomede Bithyniæ rege, à Byzantio tranſiliit. Coeunt deinde in unum rurſus Galli, & auxilia Nicomedi dant, adverſus Zybœam; partem tenentem Bithyniæ, gerentibus bellum. Atque eorum maxime gravedvitas Zybœa eſt. Bithyniaque omnis in ditionem Nicomedis conceſſit. Profecti ex Bithynia in Aſiam proceſſerunt. non plus ex viginti millibus hominum quum decem armata erant: tamen rantum terroris omnibus, quæ cis Taurum incolunt, gentibus injecerunt; ut quas adiſſent, quaſque non adiiſent, pariter ultimæ propinqui imperio parerent. Poſtremo quum tres eſſent gentes, Toliſtobogii, Trocmi, Tectoſagi; in tres partes, quia cui que populorum fuerum vectigalis Aſia eſſet, diviſerunt. Trocmis Helleſponti ora data: Toliſtobogii Æolidem ad Ioniam. Tectoſagi mediterranea. Attorriri ſunt. Sc ſtipendium tota eis Taurum Aſia exigebant. Sedem autem ipſi circa Halym flumen ceperunt. tantuſque terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna fobole audeam: Syria cuique ad poſſidendum regni ſtatu. Eadem ores abhuerent. Primus Aſiam incolentium habuit Attalus, pater regis Eumenis. audaciæque longe poſter omnium opinionem affuit fortuna: Sc fignis collatis fugentes fuit. non tamen ita infregit animos eorum, ut abſtineret imperio. Eadem ores uſque ad bellum Antiochi cum Romanis manſerunt. tum quoque nullo Antiocho, magnam ſpem habuerunt; quia procul mari incolerent, Romanum exercitum ad ſe non perventurum.

Cap.

CAP. XVII. Cum hoc hoſte tam terribili omnibus regionis ejus, quia bellum gerendum erat, pro concione milites maxime in hunc modum allocutus eſt conſul: *Non me præterit, milites, omnium, quæ aſſam colunt, gentium Gallos fama bello præſtare. Inter mitis imum genus hominum, ferox natio perdigata bello prona ordiri terrarum, ſedem capit. progreſſa, ubi proviſa & rutilatæ comæ, vaſta ſcuta, prælongi gladii: ad hoc cantus inchoantium pudor, & ululatus & tripudia, & quadientium ſcuta in patrium quendam morem horrendus armorum crepitus: omnia de inuſitata compoſita ad terrorem. Sed hæc, quibus illi atque ipſe inſueta ſunt, Græci & Phryges & Cares tuncant: Romanis Gallici tumultus aſſueti, etiam vanitates notæ ſunt. Semel primo congreſſi ad Alliam olim fuderunt majores nostros: ex eo tempore per ducentos jam annos pecorum in modum conſternati cadunt, & plures prope de Gallis triumphi, quam de toto orbe terrarum acti ſunt. Jam ubi hoc cognitum eſt; ſi primum impetum, quem fervido ingenio & cæca ira effundunt, ſuſtinueris, ſiccunt ſudore & laſſitudine membra, hebetat animos corpora, mollit ira inconſultæ animos, ſol, pulvis, ſitis, ut ferarum non humanas, proſternunt. Non legionibus legiones eorum ſolum experti ſumus, ſed vir unus cum viro conſtando. T. Manlius, M. Valerius, quantum Gallicam rabiem vincendo Romana virtus, documento ſunt. M. Manlius unius agmine ſcandentes in Capitolium Gallos detrusit. & illis majoribus noſtris cum haud dubiis Gallis in terra ſua genitis res erat. Hi jam degeneres ſunt, miſti, & Galogræci vere, quod appellantur. Sicut in frugibus quidam nascitur, non tantum ſuæ ad ſeruandam indolem valent, quantum terræ proprietas colique, ſub quo aluntur, mutat. Macedonas, qui Alexandriam in Ægypto, qui Seleuciam ac Babyloniam, quique alias ſparſas per orbem terrarum colonias habent; in Syros, Parthos, Arabas, ipſum degenerarunt. Maſſilia, inter Gallos ſita, traxit aliquantum ab accolis animorum: tarentinos quis ex Spartana dura illa & horrida diſciplina manſit? Generoſius in ſua quisque ſede agnitur, inſitum alienæ terræ, in ſuo alter, natura uertente ſe, degenerat. Vergæ igitur Gallicis onerates armis, ſicut in acie Antiochi cecidiſtis, victos victores cædetis. Magis id vereor, ne parum inde gloriæ quam ne minimum belli ſit. Attalus eos rex ſæpe fudit, fugavitque. Nolite exiſtimare, belluas ſanguine recens captas feritatem illam ſilveſtrem primo ferociter, deinde, quum aliti mansuescunt humanis alimentis, mitescere: in hominum feritate mulcenda non eandem naturam eſſe. Eoſdemne hos creatis eſſe, qui patres eorum avique fuerunt? exortores inopia agrorum profecti domo per Alpium juga? Vacuum ante Apenninum & Ibraciam, pugnando cum ferocissimis gentibus emenſi, has terras ceperunt. Duratos eos tot malis exaſperatoſque accepit terra, quæ copia rerum omnium fugiendæ, uberrimo agro, mitiſſimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis, omnis illa, cum quaveneruni, manſuefacta eſt feritas. Vobis, quibus barbaræ Martis viris cavenda ac fugienda quamprimum amanitas eſt Aſiæ, tantum hæ peregrinæ voluptates ad eximguendum vigorem animorum poſſunt: tantum contagio diſciplinæ moriſque accolarum valet. Hoc tamen feliciter evenit, quod ſicut vinci agros ſuos nequequam, ita ſamnam apud Græcos parem illi antiquæ obtinent, cum qua venerunt. Bellique gloriam victores eandem inter ſocios habebitis, quam ſi ſervantes antiquum ſpecimen animorum Gallos vicisſetis.*

CAP. XVIII. Concione dimiſſa, milibilque ad Eposognatum legatis, qui unus ex regulis &c in Eumenis amicitia manſerat, & negaverat Antiocho adverſus Romanos auxilia, caſtra movit. primo die ad Alandrum flumen, poſtero ad vicum, quem vocant Tylion, ventum. Eo legati Orcandemium quum veniſſent amicitiam petentes, ducenta talenta iis ſunt imperata: præcantibuſque ut domum renunciarent, portitas facta. Decere inde exercitum conſul ad Plitendum: deinde ad Alyattos caſtra poſita. Eo miſli ad Eposognatum redierunt, & legati cum illo regali orantes, ne Tectoſagis bellum inferrent. ipſum in eam gentem iturum Eposognatum: perſuaſurumque ut imperata faciant. Data venia regulo. duci inde exercitus per Axylon (quam vocant) terram cœptus. Ab re nomen habet. non ligni modo quicquam, ſed ne ſpinas quidem, aut ullum aliud alimentum fert ignis. Fimo bubulo pro lignis utuntur. Ad Cubalum Gallogræcæ caſtellum caſtra habentibus Romanis, appariere cum magno tumultu hoſtium equites. nec turbaruut tantum ſtationes Romanas repente inveſti, ſed quoſdam etiam cœcociderunt. qui tumultus quum in caſtra perlatus eſſet, effuſus repente omnibus portis equitatus Romanus fudit, fugavitque Gallos, & aliquot fugientes occidit. Inde conſulat qui jam ad hoſtes perventum cerneret, explorato deinde & cum curæ coacto agmine procedebat. continentibus itine-

tineribus quum ad Sangarium flumen perveniſſet, pontem, quia vado nuſquam tranſitus erat, facere inſtituit. Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miſcetur ad Bithyniam Thymbri fluvio. inde maior jam geminatis aquis per Bithyniam fertur, & in Propontidem ſele effundit; non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod piſcium accolis ingentem vim præbet. Tranſgreſſis ponte perfecto flumen, præter ripam eunt ibus Galli Matris Magnæ à Peſſinunte occurrere cum ſuis ingnibus ſuis, varicinantes fanatico carmine, Deam Romanis viam Lelli & victoriam dare, imperiumque ejus regionis. Accipere ſe omen quum dixiſſet conſul; caſtra eo ipſo loco poſuit. poſtero die ad Gordium pervenit. Id haud magnum quidem oppidum eſt, ſed pluſquam mediterraneum celebre & frequens emporium. Tria maria pari fere diſtantia intervallo habet. Helleſpontum, ad Sinopen, & alterius oræ littora, qua Cilices maritimi colunt. multarum magnarumque præterea gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime locum mutui uſus contraxere. id tum deſertum fuga incolarum oppidum, refertum Idem copia rerum omnium invenerunt. Ibi ſtativa habentibus legati ab Epoſſognato venerunt, nunciantes, *Proſcium eum ad regulos Gallorum, nihil æqui impetraſſe. ex compoſitibus vicis ageriſque frequentes demigrare, & cum conjugibus ac liberis quæ ferre atque agere poſſent, præ ſe agentes portantesque Olympum montem petere, ut inde armis locorumque ſitu ſeſe tuearntur.*

Cap. XIX. Certiora poſtea Oenoandenſium legati attulerunt. *Toliſtobocforum civitatem Olympum montem cepiſſe: deinde Toliſtogos alium montem, qui Magaba dicatur, petiſſe. Trocmos, conjunctibus ac liberis apud Tectoſagos depoſitis, armatorum agmine Toliſtobos ſtatuiſſe auxilium ferre.* Erant autem tunc trium populorum reguli Ortiagon & Combolamarus, & Gaulotus. His hæc maxime belli ratio ſumendi fuerat, quod quum montes editiſſimos ejus regionis tenerent, convectis omnibus, quæ ad uſum quamvis longi temporis ſufficerent, tædio ſe fatigaturos hoſtes confebant. *Nam neque auſuros per tam ardua atque iniqua loca ſubire eos: & ſi conarentur, vel paucis manu prohiberi ac deturbari poſſe. nec quietos in radicibus gelidorum montium ſedentes, frigus, aut inopiam laturos.* Et quum ipſa altitudo locorum eos tueretur, foſſam quoque & alia munimenta verticibus iis, quos inſederant, circumjecere. Minima apparatus miſſilium eorum cura fuit: quod faxa affatim præbiturum aſperitatem ipſam locorum credebant.

Cap. XX. Conſul, quia non cominus pugnam, ſed procul, locis oppugnandis futuram præceperat animo, ingentem vim pilorum, veliturarum haſtarum, ſagittarum, glandisque & mediocrum, qui funda mitti poſſent, lapidum paraverat. Inſtructuſque miſſilium apparatu, ad Olympum montem ducit: & à quinque ferme millibus locat caſtra. Poſtero die cum quadringentis equitibus, & Attalo progreſſum eum ad naturam montis, ſitumque Gallicorum caſtrorum videndum, equites hoſtium, duplex numerus, effuſi caſtris in fugam averterunt. occiſi quoque pauci fugientium, vulnerati plures. Tertio die cum omnibus ad loca exeloranda profectus; qui nemo hoſtium extra munimenta procedit; turo circumvectus montem, animadvertit meridiana regione terreno, & placide acclives ad quendam finem colles eſſe; ad ſeptentrionem arduas & rectas prope tupes, atque omnibus ferme aliis inviis, itinera tria eſſe: unum medio monte, qua terrena erant: duo difficilia ab hibernomo latus ortu, & occaſu æſtivo. Hæc contemplatus eo die, ſub ipſis radicibus poſuit caſtra. poſtero die ſacrificio facto, quum primis hoſtis litaſſet, trifariam exercitum diviſum ducere ad hoſtem pergit. ipſe cum maxima parte copiarum, qua æquiſſimum aditum præbebat mons, aſcendit. L. Manlium fratrem ab hiberno ortu, quoad loca patiantur, & tuto poſſit, ſubire jubet. ſi qua periculoſa & prærupta occurrant, non pugnare cum iniquitate locorum, neque inexſuperabilibus vim afferre: ſed obliquo monte ad ſe declinare, & ſuo agmini conjungi. C. Helvium cum tertia parte circumire ſiniſtrum per ſupima montis, deinde ab æſtivo occaſu erigere agmen. & Attali auxilia trifariam æquo numero diviſit: ſecum eſſe ipſum juvenem juſſit. equitatum cum elephantis in proxima tumulis planicie reliquit. Edictum præfectis, ut intenti quid ubique geratur, animadvertant: opemque ferre, quo poſſulent res, properent.

Cap. XXI. Galli duobus lateribus ſatis fidentes invia eſſe, ab ea parte, quæ in meridiem vergeret, ut armis clauderent viam, quatuor ferme millia armatorum ad rumulum imminentem viæ, minus mille paſſuum à caſtris occupandum mittunt: eo iter rati velut caſtello iter impedituros. Quod ubi Romani viderunt, expediunt ſeſe ad pugnam. ante ſigna modico intervallo velites eunt, & ab Attalo Cretenſes ſagittarii, & fundi-tores, & Tralli Thraces: ſigna peditum ut per arduum leni gradu ducuntur, ita præ ſe habentium ſcuta,

ne

ut missilia tantum vitarent, pede collato non viderentur pugnaturi. Militibus ex intervallo loci prælium commissum est; primo par, Gallos loco adjuvante, Romanos varietate & copia telorum. Procedente certamine nihil jam æqui erat. Scuta longa, cæterum ad amplitudinem corporum parum lata, & ea ipsa plana, male tegebant Gallos. Nec jam tela habebant, præter gladios: quorum, quum manum hostium non cohiberet, nullus usus erat. Saxis, nec modicis, ut quæ non præparassent, sed quod cuique temere trepidanti ad manum venisset, ut insueti, nec arte, nec viribus adjuvantes ictum, utebantur. Fagitris, glande, jaculis incauti, ab omni parte conjiciebantur: nec quid agerent, ira & pavor obcæcatis animis, cernebant: & erant deprehensi genere pugnæ, in quod minime apti sunt. Nam quemadmodum cominus, ubi invicem pati ac inferri vulnera licet, accendit ira animos eorum; ita ubi ex occulto & procul levibus telis vulneranter, nec ea quo ruant cæco impetu, habent; velut feræ transfixæ in suos temere incurrunt. Detegebat vulnera eorum, quod nudi pugnant, & sunt fusa & candida corpora, ut quæ numquam niti in pugna nudentur: ita & plus sanguinis è multa carne fundebatur, & fœdiores parabant plagæ, & cædor corporum magis sanguine atro maculabatur. Sed non tam patentibus plagis moventur. Interdum infecta cute, ubi latior, quam altior plaga est, etiam gloriosius se pugnare putant. Iidem, quum aculeos fagittæ aut glandis abditæ introrsus tenui vulnere in speciem urit, & scrutantes quæ vellant, telum non sequitur; tum in rabiem & pudorem tam parvæ perimentis petitis verti, profternunt corpora humi, sic ut pasim procumberent. Alii ruentes in hostem, undique configebantur: & quum cominus verterant gladiis à velitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet: & in dextera hastas, quibus eminus utitur. gladio Hispaniensi est cinctus. quod si pede collato pugnandum est, transfixis in lævam hastis, strictum gladium. Pauci supererant jam Gallorum, qui postea quam ab levi armatura superatos se viderunt, & instare legionum signa, effusa fuga castra petunt; pavoris & tumultus jam plena: ut ubi fœminæ, puerique, & alia imbellis turba permixta esset. Romanos victores deserti fuga hostium accepere tumuli.

Cap. XXII. Sub idem tempus L. Manlius, & C. Helvius, quum, quoad viam colles obliqui dederunt, ascendissent, posteaquam ad invia ventum est, flexere iter in partem montis, quæ una babebat iter: & ibi qui consulis agmen modico uterque intervallo, velut ex compositio, cœperunt; quod primo optimum factu fuisset, in id necessitate ipsa compulsi. Subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximo fæpe usui fuerunt: ut primis forte deturbaris, secundi & tegant pulsos, & integri pugnam excipiant. Consul, posteaquam ad tumulos ab levi armatura captos prima signa lectorum pervenerunt; restituere & conquiescere pauliper militem jubet: simul strata per tumulos corpora Gallorum ostentat: *Et quum levis armatura tale prælium ediderit, quid ab legionibus, quid ab justis armis, quid ab animis forti simorum militum exspectari & Cajera tibi sapienda esse, in que compellius ab iisti armatura hostis trepidet.* præcedere tamen jubet levem armaturam: quæ, quum staret agmen, colligendis per tumulos telis, ut missilia sufficerent, haud segne idipsum tempus consumpserat. Jam castris appropinquabant: & Galli, ne parum in munimento fugetegerent, armati pro vallo constiterant. obruti deinde omni genere telorum, quum quo plures ac densiores erant, eo minus vani quicquam interciderent teli: intra vallum momento temporis compellunter, stationibus tantum firmis ad ipsos aditus portarum relictis. In multitudinem compulsam in castra vis ingens missilium telorum conjiciebatur: & vulnerari multos, clamor permistus mulierum atque puerorum ploratibus significabat. In eos qui portas stationibus suis clauserant, legionum antesignani pila conjecerunt. hi vero non vulnerabantur: sed transverberatis scutis plerique inter se conserti hærebant: nec diutius impetum Romanorum sustinuerunt.

Cap. XXIII. Patentibus jam portis, priusquam irrumperent victores, fuga è castris Gallorum in omnes partes fusa est. ruunt cæci per vias, per invia: nulla præcipitia faxa, nullæ rupes, obstant: nihil præter hostem metuunt. Itaque plerique præcipites per vastam altitudinem prolapsi aut debilitati exanimantur. consul castris captis, direptione prædaque abstinet. militem sequi pro fe quemque & flare, & pecudibus parcere addere, jubet. Supervenit & alterum cum L. Manlio agmen, nec eos castra intrare finit. protinus ad perfequendos hostes mittit. & ipse paulo post, tradita captivorum custodia tribunis militum, sequitur: debellatum ratus, si in illo pavore quam plurimi cæsi forent aut capti. Egresso consule, C. Helvius cum tertio agmine advenit. nec continere suos à direptione castrorum valuit: prædaque eorum, iniquissima sorte, qui pugnæ non interfuerant, facta est.

est. Equites diu ignari, & pugnæ & victoriæ suorum, steterunt. deinde & ipsi, quantum equi in colles tuliere, petierant: sparsos fuga gallos circa radices montis consectati cecidere, aut cepere. Numerus interfectorum haud facile inire potuit, quia late inter omnes anfractus montium fugaque & cædes fuit: & magna pars rupibus invia in profundæ altitudinis convallem delapsa est: pars in silvis vorabantur incensa. Claudius, qui bis pugnatum in Olympo monte scribit, ad quadraginta millia hominum cæsa, auctor est. Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo esse solet, non plus decem millia. Numerus captivorum, haud dubie millia quadraginta explevit: quia omnis generis ætatisque turbam secum traxerant; demigrantium magis quam in bellum euntium modo. Consul armis hostium in uno concrematis cumulo, cæteram prædam conferre omnes jussit: & aut vendidit quod ejus in publicum redigendum erat; aut cum curaut quam sequissima esset, per milites divisit. Laudati quoque pro concione omnes sunt, donatique pro merito quisque. ante omnes Attalus, summo cæterorum assensu: nam singularis ejus juvenis quum virtus & industria in omnibus laboribus, periculisque, tum modestia etiam fuerat.

Cap. XXIV. Supererat bellum Integrum cum Tectosagis. Ad eos profectus consul, tertiis castris Ancyram, nobilem in illis locis urbem, pervenit: unde hostes paulo plus decem millia aberant. Ubi quum statiua essent, facinus memorabile à captiva factum est. Orgiagris regulî uxor forma eximia custodiebatur inter plures captivos, cui custodiæ centurio præerat, & libidinis & avaritiæ militaris. Is primo ejus animum tentavit. quem quum abhorrentem à voluntario videret stupro; corpori, quod fervum fortuna erat, vim fecit. Deinde ad lenitudinem indigni tatem injuriæ, ipsem redit as ad hos mulieri facit. & ne eam quidem, ut amans, gratuitam; certo auri pondere pactus. ne quem conscium fuorum haberet, ipsi permittit, ut quem vellet, unum ex captivis nuncium ad suos mitteret. Locum prope flumen constituit: quo, dum ne plus, necessarii captivæ cum auro venirent nocte insequenti, ad eam accipiendam. Forte ipsius mulieris fervus inter captivos ejusdem custodiæ erat. hunc nuncium primis tenebris extra stationes centurio educit. Nocte insequenti & duo necessarii mulieris ad constituturn locum, & centurio cum captiva venit. ubi quum aurum ostenderent, quod summam talenti Attici (tanti enim pepigerat) exploret: mulier lingua sua, stringerent ferrum, & centurionem pensantem aurum occiderent, imperavit. Jugulati præcisum caput, ipsa involutum veste ferens, ad virum Orgiagontem, qui ab Olympo monte refugerat, pervenit. quem prius quam complecteretur, caput centurionis ante pedes ejus abjecit: mirantique cujusnam id caput hominis, aut quod id facinus haudquaquam muliebre esset, & injuriam corporis, & ultionem virilitate pari vim pudicitiæ confessa viro fit: aliaque (ut traditur) sanctitate & gravitate vitæ, hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conservavit.

Cap. XXV. Ad Ancyram in stativa Tectosagum oratores ad consilium venerunt; petentes, ne ante ab Ancyra castra moveret, quam colloquutus cum filiis regibus esset. nullas conditiones pacis iis non bello fore potiores. Tempus in posterum diem constituitur: locusque qui maxime medius inter castra Gallorum & Ancyram est visus. Quo quum consul ad tempus cum præsidio quingentorum equitum venisset, nec ullos Gallorum ibi viso, regressus in castra esset; oratores iidem redeunt, excusantes religione objecta venire reges non posse. principes gentis, per quos æque res tranigi posset, venturos. Consul se quoque Attalum missurum dixit. Ad hoc colloquium utrimque ventum est. tredecim equites Attalus præsidii causa quum adduxisset, jactæ sunt pacis conditiones. Finis rei quia absentibus ducibus imponi non poterat, convenit, uti consul regesque eo loco postero die congrederentur. Frustrato Gallorum eo spectabat: primum, ut terrent tempus, donec res suas, cum quibus peraclitari nolebant, cum conjugibus ac liberis trans Halyn flumen traiceret: deinde quod ipsi consuli parum cauto adversus colloquii fraudem insidiabantur. Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ experiæ delegerunt equites. & successisset fraudi, ni prius Tectosagum, cujus violandi consilium initum erat, steterit fortuna. Pabulatores lignatoresque Romani in eam partem, in qua colloquium futurum erat, ducti sunt: tutius id futurum tribunis ratis, quia consulis præsidium & ipsum pro stratione habituri erant, hoste oppositum. Jam flumen ab stationem propius castra fexcentorum equitum posuerunt. Consul affirmante Attalo, venturos reges & tranigi rem posse, profectus e castris, quum eodem quo antea præsidio equitum, quinque millia fere processisset, nec multum à constituto loco abesset; repente concitatis equis cum impetu hostili videt Gallos venientes. constituit agmen, & expedite tela animoque equitibus justis, primo constanter

stanter initium pugnæ accepit, nec cessit: dein, quum prægravaret multitudo, cedere sensim, nihil confusis turmarum ordinibus, cœpit. poltremo quum jam plus in mora periculi quam in ordinibus conservandis præsidii esset, omnes palim in fugam effusi sunt. tum vero infitare dissipatis Galli, & cædere: magnaque pars oppressa foret, ni statio pabulatorum fexcenti equites occurrissent. Ii procul clamore pavido fuorum exaudito, quum tela equesque expedidient: integri profligatam pugnam acceperunt. Itaque versa extemplo fortuna est, versus in victores a victis terror. & primo impetu fusi Galli sunt, & ex agris concurrebant pabulatores, & undique obvius hostis Gallis erat: ut ne fugam quidem facilem aut rutam haberent; quia recentibus equis Romani fessos sequebantur. Pauci ergo effugerunt: captus est nemo: major multo pars per fidem violati colloquii pœnas morte luerunt. Romani ardentibus ira animis, postero die omnibus copiis ad hostem pervenunt.

Cap. XXVI. Biduum natura monitis per signum exploranda, ne quid ignoti esset, absumpsit consul. tertio die quum auspicio operam dedisset, deinde immolasset, in quatuor partes divisas copias educit: duas ut medio monte duceret, duas ab lateribus ut adversus cornua Gallorum erigeret. Hostium quod roboris erat, Tectosagi & Trocmi mediam tenebant aciem, millia hominum quinquaginta. equitatum (quia equorum nullus inter æquales rupes usus erat) ad pedes deductum, decem millia hominum, ab dextro locaverunt cornu. Ariarathis Cappadoces & Morzi auxiliares in læva quatuor ferme millibus numerum explebant. Consul, sicut in Olympo monte, prima in acie locata levi armatura, telorum omnis generis ut æque magna vis ad manum esset, curavit. Ubi appropinquarunt, omnia eadem utrimque quæ fuerant in priore prælio, erant: præter animos & victoribus ab re fecunda auctos, & hostibus fractos: quia etsi non ipsi victi erant, suæ gentis hominum cladem pro sua ducebant. itaque à paribus initiis cœpta res, eundem exitum habuit. Velut nubes levium telorum conjecta obruit aciem Gallorum. nec aut procurrere quisquam ordinibus suis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant: & stantes quo dentiores erant, hoc plura, velut destinatum petentibus, vulnera accipiebant. Consul jam per se turbatis signa offendisset, versuros extemplo in fugam omnes rus, receptis inter ordines velitibus & alia turba auxiliorum, aciem promovit.

Cap. XXVII. Galli, & memoria Tholistobojorum cladis territi, & inhærentia corporibus gerentes tela, festique & stando & vulneribus, ne primum quidem impetum & clamorem Romanorum tulerunt. Fuga ad castra inclinavit: sed pauci intra munimenta se recepere: pars major dextra lævaque prælati, qua quemque imperus tulit, fugerunt. victores usque ad castra secuti, ceciderunt tergadeinde In castris cupiditate prædæ hæserunt, nec fœuebatur quisquam. In cornibus Galli diutius steterunt, quia ferius ad eos pervenitum est. cæterum ne primum quidem conjectum telorum tulerunt. Consul, qui ingressos in castra ab direptione abstrahere non poterat; eos qui in cornibus fuerant, protinus ad fœquendos hostes misit, per aliquantum spacium secuti non plus tamen octo millia hominum in fuga (nam pugna nulla fuit) ceciderunt: reliqui flumen Halyn trajecerunt. Romanorum magna pars ea nocte in hostium castris mansit. cæteros in sua castra consul reduxit. Postero die captivos prædamque recensuit: quæ tanta fuit, quantam avidissima rapiendi ges, quum cis montem Taurum omnia arrisis per multos tenuisset annos, coacervare potuit. Galli ex diffipata palim fuga, in unum locum congregati, magna pars saucii aut inermes, nudati omnibus rebus, oratores de pace ad consulem miserunt. Eos Manlius Ephesum venire jussit. Ipse (jam enim medium autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans victorem exercitum in hiberna maritimæ oræ reduxit.

Cap. XXVIII. Dum hæc in Asia geruntur, in ceteris provinciis tranquille res fuerunt. Censores Romæ T. Quintius Flamininus, & M. Claudius Marcellus senatum perlegerunt, princeps in senatu tertium lectus P. Scipio Africanus, quatuor foli præteriti sunt, nemo curuli usus honore. & in equitatu recensendo mitis admodum centura fuit. Subitruction tum per Æquimalium in Capitolio, & viam silice sternendam à porta Capena ad Martis locaverunt. Campani, ubi censerentur, senatum consuluerunt. decretum, uti Romæ censerentur. Aquæ ingentes eo anno fuerunt. Tiberis duodecies campum Martium planaque urbis inundavit. Ab Cn. Manlio consule bello in Asia cum Gallis perfecto, aiter Consul M. Fulvius perdomitis Ætolis, quum trajecisset in Cephalleniam, circa civitates insulæ misit percunctatum, utrum se dedere Romanis, an belli fortunam experiri mallent? Metus ad omnes valuit, ne deditionem recusarent. obsides inde imperatos pro viribus inopis populi, vicenos Nesiotæ, Cranni.

Pellenſes, & Samæi dederunt. Inſperata pax Cephallenię affulſerat: quum repente una civitas, incertum quam ob cauſſam, Samæi deſciverunt. Quia opportuno loco urbs poſita eſſet, timuitve ea ejebant, ne demigrare cogerentur ab Romanis. caterum ipſine ibi eum fixerint metum, & timore vano quietem exuerint, an jactata fermonibus res apud Romanos perlata ad eos ſit, nihil compertum eſt. mihi quod, datis jam obſidibus, repente portas clauſerunt: & ne ſuorum quidem precibus (miſerat enim ſub muros conſul ad tentandam miſericordiam parentum popularium que) deſiſtere ab incepto voluerunt. Oppugnari deinde, poſteaquam nihil pacati reſpondebatur, capta urbs eſt. apparatum omnem tormentorum machinarumque tranſvectum ab Ambracię oppugnatione habebat: & opera quæ facienda erant, impigre milites perfecerunt. duobus igitur locis admoti arietes quatiebant muros.

Cap. XXIX. Nec ab Samæis quicquam, quo aut opera ab hoſtibus arceri poſſet, prætermiſſum eſt. duabus tamen maxime reliſtebant rebus: una, interiorem ſemper juxta validum pro diruto novum obtinentes murum: altera, eruptionibus ſubitis, nunc in opera hoſtium, nunc in ſtationes: & plerumque iis præſtitis ſuperiores erant. Una ad coërcendos inventa haud magna memoratu res eſt. centum funditores ab Ægio & Patris & Dymis acciti. A pueris ii more quodam gentis, ſaxis globoſis, quibus ferme arenæ immiſtis ſtrata litora ſunt, funda mare apertum inſeſſentes, exercebantur. itaque longius certiuſque & validiore ictu quam Baleares funditor, ea telo uſi ſunt. & eſt non ſimplicis habenæ, ut Balearica aliarumque gentium funda: ſed triplex ſcutale crebris futuris duratum, ne fluxa habena voluterur in jactu glans, ſed librata quum ſederit, velut nervo miſſa excutiatur. coronas medici circuli magno ex intervallo loci ſatis fuerit trajicere, non capita ſolum hoſtium vulnerabant, ſed quem locum deſtinaſſent oris. Eæ fundæ Samæos cohibuerunt, ne tam crebro, neve tam audacter erumperent: adeo ut precarentur ex muris Achæos, ut parumper abſcederent: & ſe eum Romanis ſtationibus pugnantes quietę ſpectarent. Quatuor menſes obſidionem Samæi ſuſtinuerunt. quum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent, aut vulnerarentur, & qui ſuperarent, feſſi & corporibus & animis eſſent; Romani nocte per arcem, quam Cyatiden vocant (nam urbs in mare devexa, in occidentem vergit) muro ſuperato in forum pervenerunt. Samæi poſteaquam captam urbis partem ab hoſtibus ſenſerunt, cum conjugibus ac liberis in majorem refugerunt arcem. inde poſtero die dediti, direpta urbe, ſub corona omnes venierunt.

Cap. XXX. Conſul compoſitis rebus Cephallenię, præſidio Samæ impoſito, in Peloponneſum, jamdiu arceſſentibus Ægienſibus maxime ac Lacedæmoniis, trajecit. Ægium à principio Achaici concilii ſemper conventum indicti fuit; ſeu ſeu dignitati urbis id, ſeu loci opportunitati datum eſt. hunc morem Philopœmen eo primum anno labefactare conatus, legem parabat ferre, ut in omnibus civitatibus quæ Achaici concilii eſſent, invicem conventus agerentur. & ſub adventum conſulis Damiurgis civitatum, qui ſummus eſt magiſtratus, Ægium evocantibus, Philopœmen (prætor tum erat) Argos conventum edixit. quo cum apparerent omnes fere conventoros; conſul quoque quamquam Ægienſium favebat cauſſæ, Argos venit: ubi quum diſceptatio fuiſſet; & rem inclinatam cerneret, incepto deſiſtit. Lacedæmonii deinde eum in ſua certamina averterunt. Sollicitam eam civitatem exules maxime habebant, quorum magna pars in maritimis La coniæ oræ caſtellis, quæ omnis adempta erat, habitabant. Id ægre patientes Lacedæmonii, ut aliquem liberum ad mare haberent aditum, ſi quando Romam, aliove quo mitterent legatos, ſimulque ut emporium & recepraculum peregrinis mercibus ad neceſſarios uſus eſſet; nocte adorti vicum maritimum, nomine Lan, improvilo occupavere. Vicani, quique ibi exules habitabant, primo inopinata re territi ſunt: deinde ſub lucem congregari, levi certamine expulerunt Lacedæmonios. terror tamen omnem maritimam oram pervaſit: legatoſque communiter, & caſtella omnia vicique, & exules quibus ibi domicilia erant, ad Achæos miſerunt.

Cap. XXXI. Philopœmen prætor, jam inde ab initio exulum cauſſæ & amicus, & auctor ſemper Achaïs minuendi opes & auctoritatem Lacedæmoniorum, concilium quærentibus dedit. decretumque eo referente factum eſt, *Quum in patem Achæorum tutelamque T. Quinctius & Romani Laconicæ oræ caſtella & vicos tradidiſſent, & quum adjiterem his ex fodere Lacedæmonii debarent, Las vicus oppugnatus eſſet, cadeſque ibi facta; qui ejus rei auctores affinęque eſſent, niſi dederentur Achaïs, violatum videri fœdus.* Ad expoſcendos eos legati extemplo Lacedæmonem miſſi ſunt. Id imperium adeo ſuperbum & indignum Lacedæmoniis viſum eſt; ut ſi antiqua civitatis fortuna eſſet, haud dubie arma extem-

exemplo capturi fuerint. maxime autem confternavit eos metus, si femel primis imperiis obediendo jugum accepissent, ne id quod jamdiu moliretur, Philopœmen exulibus Lacedæmonem traderet. Furentes igitur ira, triginta hominibus ex factione, cum qua consiliorum aliqua tenebat, Philopœmeni atque exulibus erat, interfectis, decreverunt renunciandam fœderatem Achæis: legatosque exemplo Cephaleniam mittendos, qui consuli M. Fulvio, quique Romanis Lacedæmonem dederent: orarentque eum, ut venirent in Peloponnesum ad urbem Lacedæmonem in fidem ditionemque populi Romani accipiendam.

Cap. XXXII. Id ubi legati ad Achæos retulerunt, omnium civitatum quæ ejus concilii erant, consensu, bellum Lacedæmoniis indictum est, ne exemplo coercerentur. Immunibilem, ut in parvis, ferocitati magis quam belli modo, non terra tantum, sed etiam navibus a mari finis eorum vasta: Illi tum ultimis consulem in Peloponnesum additurum, juncta quæ ejus belli consilia indicta, Lacedæmonii ad disceptandum acciti. Magna fuit ante senatum modo, sed etiam altercatio fuit, cui consul, quum ad omnia arbitrio petitum utrumque faveret, incerta responderit, quæ denunciaturus esset belle abstinerent, donec Romam legatos ad senatum mittissent, finem imposuit. Utrimque legatio missa Romam est. exules quoque Lacedæmoniorum suam causam legationemque Achæis injunxerunt. Diophanes & Lycortas Megalopolitani amici, principes legationis Achæorum fuerunt. qui diffidentes in republica, tum quoque minime inter se convenientes orationes habuerunt. Diophanes senatui differationem omnem eripere permittebat; eos optime controversias inter Achæos ac Lacedæmonios finituros esse: Lycortas ex præceptis, Philopœmenis pottulabat, ut Achæis ex fœdere ac legibus istis quæ decrevissent, agere liceret: libertatemque sibi illibatam, cujus ipsi auctores essent, præstarent. Magnæ auctoritatis apud Romanos tum gens Achæorum erat: novari tamen nihil de Lacedæmoniis placebat. cæterum reiponsum ita perplexum fuit, ut & Achæi sibi de Lacedæmone permissum acciperent: & Lacedæmonii non omnia concessa iis interpretarentur: hac potestate immodice Achæi ac superbe usi sunt.

Cap. XXXIII. Philopœmeni continuatur magistratus, qui veris initio exercitu indicto castra in finibus Lacedæmoniorum posuit, legatos deinde misit ad deposcendos auctores defectionis; & civitatem in pace futuram, si id fecissent, pollicens: & illos nihil indicta causa passuros. Silentium præ metu cæterorum fuit. quos nominatim depoposcerat, quid ie ituros profesti sunt; nec accepta ab legatis vim abstuturam, de nec causam dixisset. tenunt alii eriam illustres viri, & advocati privati, & quæ pertinere causam eorum ad rempublicam censebant. Numquam alias exules Lacedæmonienum Achæi tecum adduxerant in finem: nec unquam nihil æque alienatarum animos civitatis videbatur. tunc exercitus totius prope antesignani exules erant. Il venientibus Lacedæmoniis ad portam castrorum agmine facto occurrerunt. & primo lacessere jurgiis: deinde altercatione orta, quum accendentur ira ferocitiani equum impetum in Lacedæmonios fecerunt. quum illi Deos & fidem legatorum testarentur, & legati & præsor tum movereter turbas, & protegaret Lacedæmonios, vinculaque jam quidam injicientes arceret: crescebat tumultu concitatus. Et Achæi ad spectaculum primo concurrerunt. deinde de vestigantibus exulibus quæ palti fuerent, & orantibus eorum, affirmantibusque simul, *Numquam talem occasionem habituros, si eam præterm sissent, nec is, quos in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis ornatum fuisset tantum per hos esse: prius quam alio de integro fœdere, obligarentur, noxios pœnas esse*; accensa his vocibus multitudo ad vocem unius, qui ut fieret, inclamavit, saxa conjecit: atque ita septem decim, quibus vincula per tumultum injecta erant, interfecti sunt: sexaginta tres potuere die comprehendi, a quibus prætor vim arcuerat, non quia salvos vellet, sed quia perire causa indicta nolebat, objecti multitudini iratæ, quum averfis auribus pauca locuti essent: damnati omnes: & traditi sunt ad supplicium.

Cap. XXXIV. Hoc metu injecto Lacedæmonii, imperatum primum, ut muros diruerent: deinde ut omnes externi auxiliares, qui mercede apud tyrannos militassent, terra Laconica excederent. tum, uti quæ servitia tyranni liberassent (ea magna multitudo erat) ante diem certam abirent. qui ibi manssissent, eos prehendendi, vendendi, abducendi Achæis jus esset. Lycurgi leges, moresque abrogarent. Achæorum assuescerent legibus, institutisque. ita unius eos corporis fore, & de omnibus rebus facilius consensuros. Nihil obedientius fecerunt, quam ut muros diruerent: nec ægrius passi sunt quam exules reduci. Decretum Tegeæ in concilio communi Achæorum de restituendis iis factum est. & mentione illata, externos auxiliares dimissos, & Lacedæmonios abiturros (ita enim

vocabant, qui à tyrannis liberati erant) urbe excessisse, in agros dilaptos, priusquam dimitteretur exercitus: ire prætorem cum expeditis, & comprehendere id genus hominum, & vendere jure prædæ placuit. Multi comprehensi venierunt. porticus ex ea pecunia Megalopoli permissu Achæorum refecta est: quam Lacedæmonii diruerant. Et ager Belbinates, quem injuria tyranni Lacedæmoniorum possederant, restitutus eidem civitati ex decreto vetere Achæorum: quod factum erat Philippo Amyntæ filio regnante. Per hæc, velut enervata civitas Lacedæmoniorum, diu Achæis obnoxia fuit. nulla tamen res tanto erat damno, quam disciplina Lycurgi, cui per septingentos annos assueverant, sublata.

Cap. XXXV. A concilio, ubi à consule inter Achæos Lacedæmoniosque disceptatum est, M. Fulvius, quia jam in exitu annus erat, comitiorum caussa profectus Romam, creavit consules M. Valerium Messalam, & C. Livium Salinatorem; quum M. Æmilium Lepidum inimicum eo quoque anno potentem dejecisset. Prætores inde creati Q. Marcius Philippus, M. Claudius Marcellus, C. Stertinius, C. Atinius, P. Claudius Pulcher, L. Manlius Acidinus. Comitiis perfectis, consistidem M. Fulvium in provinciam ad exercitum redire placuit. eique & collegæ Cn. Manlio imperium in annum prorogatum est. Eo anno in ædem Herculis signum Dei ipsius, ex decemvirorum responso, & fœduges in Capitolio auratiæ P. Cornelio positi. consulem decisse, interjum est. Et duodecim clypea aurata ab iisdem cumulibus, P. Claudio & Ser. Sulpicio Galba, sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt. Æ ædilis plebis Q. Fulvius Flaccus duo signa aurata, uno reo damnato (nam separatim accusaverant) posuit. collega ejus A. Cæcilius neminem condemnavit. Ludi Romani ter, Plebeii quinquies toti instaurati. M. Valerius Messala inde, & C. Livius Salinator consulatum Idibus Martiis quum iniissent, de republica, deque provinciis & exercitibus senatum consuluerunt. De Africa & Asia nihil mutatum est. Consulibus, alteri Pisæ cum Liguribus, alteri Gallia provincia decrera est. comparare inter se, aut sortiri jussi. & novos exercitus, binas legiones scribere, & ut sociis Latini nominis quina dena millia peditum imperarent, & mille ducentos equites. Messalæ Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Prætores inde sortiti sunt. M. Claudio urbana, P. Claudio peregrina jurisdictio evenit. Q. Marcius Siciliam, C. Stertinius Sardiniam, L. Manlius Hispaniam citeriorem, C. Atinius ulteriorem est sortitus.

Cap. XXXVI. De exercitibus ita placuit: è Gallia legiones, quæ sub C. Lælio fuerant, ad M. Tuccium prætorem in Bruttios traduci. &, qui in Sicilia esset, dimitti exercitum: & classem, quæ ibi esset, Romam reducere M. Sempronium prætorem. Hispaniis legiones fingulæ, quæ tum in iis provinciis erant, decretæ: & ut terna millia peditum, ducenos equites ambo prætores in supplementum sociis imperarent, iecumque transportarent. Priusquam in provincias novi magistratus proficiscerentur, supplicatio in triduum pro collegio decemvirorum imperata fuit in omnibus compitis, quod luce inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuerant. & novendiale sacrificium indictum est, quod in Aventino lapidibus pluisset. Campani, quum eos ex senatusconsulto, quod priore anno factum erat, censores Romæ centeri coegissent (nam antea incertum fuerat, ubi censerentur) petierunt, ut sibi cives Romanas ducere uxores liceret; & ti qui prius duxissent, ut habere eas; & ante eam diem nati, uti justi sibi liberi hæredesque esse sent: utraque res impetrata. De Formiano Fundanoque civibus, qui bus, & Arpinatibus, C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit: uti iis suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset. Huic rogationi quatuor tribuni plebis, quia non ex auctoritate senatus ferretur, quum intercederent, evicti, populi esse, non senatus jus, suffragium, quibus velit, impartiri; desiderunt incœpto. Rogatio perlata est, ut in Æmilia tribu Formiani & Fundani; in Cornelia Arpinates ferrent. atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiscito centi sunt. M. Claudius Marcellus consulor, sorte superato T. Quintio, lustrum condidit. censa civium capita ducenta quinquaginta octo millia, trecenta octo. Lustro perfecto, consules in provincias profecti sunt.

Cap. XXXVII. Hieme ea qua hæc Romæ gesta sunt, ad Cn. Manlium consulem primum, deinde pro consule, hibernantem in Asia, legationes undique ex omnibus civitatibus gentibusque, quæ cis Taurum montem incolunt, conveniebant: & ut clarior nobiliorque victoria Romanis de rege Antiocho fuit, quam de Gallis; ita latior locus erat de Gallis quam de Antiocho. Tolerabilior regia servitus fuerat; quam foritas immanium barbarorum, incertusque in dies terror; quo velut tempestas eos populantes inferret. itaque, ut

ut quibus libertas Antiocho pulso, pax Gallis domitis, data esset; non gratulatum modo venerant, sed coronas etiam aureas pro iis quæque facultatibus attulerant. & ab Antiocho legati, & ab ipsis Gallis, ut pacis leges dicerentur, & ab Ariarathe rege Cappadocum venerunt, ad veniam petendam, luendamque pecuniæ noxam, quod auxiliis Antiochum juvisset. Ei ducenta talenta argenti sunt imperata. Gallis responsum, quum Eumenes rex veniisset, tum daturum iis leges. civitarum legationes cum benignis responsis, latiores etiam quam venerant, dimissæ. Antiochi legati pecuniam in Pamphyliam frumentumque ex pacto cum L. Scipione fœdere justi advehere, eo se cum exercitu venturum. Principio deinde veris lustrato exercitu profectus, die octavo Apameam venit. ibi triduum ferias habitis, tertiis tumultus ab Apamea cæteris in Pamphyliam, quo pecuniam frumentumque regios convehere jusserat, pervenit. mille & quinquaginta talenta argenti accepta Apameam deportantur. frumentum exercitui dividitur. Inde ad Pergam ducit: quæ una in iis locis regio reliquebatur præfidio. Appropinquanti præfectus præsidii vivus fuit, triginta dierum tempus petens, ut regem Antiochum de urbe tradenda consuleret. dato tempore, ad eam diem præsidio decessum est. à Perga L. Manlio fratre cum quatuor millibus militum Oenoanda ad reliquum pecuniæ ex eo quod pepigerant exigendum missus, ipse quia Eumenem regem & decem legatos ab Roma Ephesum venisse audierat, justis sequi Antiochi legatis, Apameam exercitum reduxit.

Cap. XXXVIII. Ibi ex decem legatorum sententia fœdus in hæc verba fere cum Antiocho conscriptum est. *Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus & conditionibus esto. Ne quem exercitum, qui cum populo Romano societque bellum gesturus erit, rex per fines regni sui, eorumve qui sub ditione ejus erunt, transire finito: neu commeatu, neu quo alio opus navale. Item Romani socique Antiocho, & iis qui sub imperio ejus erunt præsient. Belli gerendi jus Antiocho ne esto cum iis qui insulas colunt, nove in Europam transeundi. Excedito urbibus, agris, vicis, castellis cis Taurum montem ad hunc finem: amnem, & a valle Tauri usque ad jugum qua in Lycaoniam vergit. Ne qua arma efferto ex iis oppidis, agris, castellisque, quibus excedat. si qua extulit, quæ quoque oportebit, recte restituito. Nemitiem, neu quem alium ex regno Eumenis recipito. Si qui ea urbium civium quæ regno abscedunt, cum rege Antiocho, intraque fines ejus regni sunt, Apameam omnes ante diem certam redeant. Qui ex regno Antiochi apud Romanos socioque sunt, iis sua abeundi manendique esto. Servos, seu fugitivos, seu bello captos, seu qui liber captus aut transfuga erit, reddito Romanis socii sque. Elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito & naves longas armamentaque earum: nove plures quam decem naves actuarias (nulla plusquam triginta remis agatur) habeto: neve moverem ex belli causa, quod ipse illaturus erit. Neve navigato citra Calycadnum, neve Sarpedonem, promontoria: extra quam si qua navis pecuniam, stipendium, aut legatos, aut obsides portabit. Milites mercede conducendi ex iis gentibus, quæ sub ditione populi Romani sunt, Antiocho regi jus ne esto, neve voluntarios quidem recipiendi. Rhodiorum societumve quæ ædes ædificiaque intra fines regni Antiochi sunt, quo jure antebellum fuerunt, eo Rhodiorum societumve sunto. Si qui pecuniæ debentur, eorum exactio esto. Si quid ablatum est, id conquirendi, cognoscendi, repetendique jus item esto. Si quas urbes, quas tradi oportet, ii tenent, quibus Antiochus dedit, ex iis præsidia deducito: utique recte tradantur, dato. Argenti pro talentis duodecim millia Attica talenta dato intra duodecim annos pensionibus æquis. Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendato, & tritici quinquenta quadraginta millia modium. Eumeni regi talenta tricenta quinquaginta intra quinquennium dato: & pro frumento quod æstimatione fiat, talenta centum viginti septem. Obsides Romanis viginti dato: & triennio mutato, nec minores octonum denum annorum, nec majores quinum quadragenum. Si qui socium populi Romani alio bellum inferent Antiochus, vim vi arcendi jus esto: dum ne quam urbem aut beli jure teneat, aut in amicitiam accipiat. Controversias inter se jure ac judicio disceptanto: aut si ita ipsi quæ placebit, bello. De Aristide Pisone, & Attelo Thoante, & Minnimacho Acarnane, & Chalidemantis, Eubulida & Philone, Rhodiensis, in hoc quoque fœdere afficiuntur ut. Si qui postea addi, demi, mutarive placuisset, ut id salvo fœdere fieret.

Cap. XXXIX. Consul jurasse in hoc fœdus; ab rege qui exigerent jusjurandum, profecti. Q. Minucius Thermus, & L. Manlius qui tum forte ab Oenoandis rediit: & Q. Fabio Labeoni, qui classi præerat, scripsit, ut Patara extemplo proficisceretur: quæque ibi naves regiæ essent, conscideret, cremaretque. Profectus ab Ephesto quinquaginta tectas naves aut

vendidit, aut incendit. Telmessum eadem expeditione (territis tuitio adventu classis oppidanis) recepit. In Lycia protinus, juris ut Ephesi fuit, qui ibi relicti erant, per indutias in Graeciam trajecit. Athenis paucos moratus dies, dum Pyraeum ab exule naves veniret, totam inde classem in Italiam reduxit. Cn. Manlius, quum inter cetera, quae accipienda ab Antiocho erant, elephantos quoque accepisset, donoque Eumeni omnes dedisset: deinde causibus civitatum, multis inter novas res turbatis, cognovit. Et Ariarathes rex, parte dimidia pecuniae imperatae, Eumenis heneficio, cui se fide debebat per eos dies filiam, remissa in amicitiam est acceptus. Civitatum autem cognitis causibus, decem legati aliam aliarum fecerunt conditionem. Quae stipendiaria regi Antiocho fuerant, & cum populo Romano tenuerant, his immunitatem dederunt: quae parium Antichi fuerant, aut stipendiariae Attali regis, eas omnes vectigal pendere Eumeni jusserunt. nominatim praeterea Colophonios qui in Notio habitant, & Cymeis & Milesiis immunitatem concesserunt. Clazomeniis super immunitatem & Drymadum insulam dono dederunt: & Milesiis, quem sacrum appellant, agrum restituerunt: & Ilientibus Rhoetum & Gergithum addiderunt; non eam ob recentia ulla merita, quam originum memoria, eadem & Dardanum libeandi causa fuit. Chios quoque, & Smyrnaeos, & Erythraeos, pro simulata fide quam ab bello transferunt, & agris donarunt, & in omni praecipuo honore habuerunt. Phocaensibus & ager, quem ante bellum habuerant, redditus; & ut Ionibus antiquis uterentur, permissum. Rhodiis affirmata, quae data prius decreto erant. Lycia & Caria datae usque ad Maeandrum amnem: praeter Telmissum. Regi Eumeni Chersonesum in Europa, & Lysimachiam, castella, vicos, agros, quibus finibus tenuerat Antiochus, adjecerunt: in Asia Phrygiam utramque: alteram ad Hellespontum, majorem alteram vocant: & Mysiam, quam Prusias rex ademerat, ei restituerunt: & Lycaoniam, & Milyada, & Lydiam, & nominatim urbes, Tralles, atque Ephesum & Telmissum. De Pamphylia disceptatum inter Eumenem & Antiochi legatos quum esset, quia pars ejus citra, pars ultra Taurum est; integra res ad tenatum reiciunt.

Cap. XL. His foederibus decretisque datis, Manlius cum decem legatis omnique exercitu ad Hellespontum profectus, evocatis eo regulis Gallorum, leges, quibus pacem cum Eumene servarent, dixit, denunciavitque, ut morem vagandi cum armis finirent, agrorumque suorum terminis se continerent. Contractis deinde ex omni ora navibus, & Eumenis etiam classe per Athenarum frarrem regis ab Elaea adducta, copias omnes in Europam trajecit. Inde per Chersonesum modicis itineribus, grave praeda omnis generis agmen trahens, Lysimachiae diarium habuit ut quam maxime recentibus & integris jumentis Thraciam, per quam iter vulgo horrebant, ingrederetur. Quo profectus est ab Lysimachia die, ad amnem Melana, quem vocant; inde postero die Cypselam pervenit, à Cypselis vix decem millium passuum itineris, angustia confingens excivit. Propter cujus diminutatem itineris in duas partes divisus exercitus. & praecedere una juga, altera magno intervallo cogere agmen, media impedimenta interposuit: plaustra cum pecunia publica erant, precioque alia praeda. Itaque quum per latum iter agmen vix decem haud amplius millia ex quatuor populis, Asiis, & Caeni, & Maduateni, & Coeletae, ad ipsas angustias viam circumsteterunt. Opinio erat, non sine Philippi regis Macedonum fraude id factum, cum scisse non alia ea itinera per Thraciam ad stativa Romanos, & quantum pecuniam secum portarent. In primo agmine imperator erat; sollicitus propter iniquitatem locorum. Thraces nihil se moverunt, donec armati transirent. posteaquam primos superasse angustias viderunt, postremos nondum appropinquantes, impedimenta & sarcinas invadunt, caeque custodibus, partim ea quae in plaustris erant, diripere, partim sub oneribus jumenta abstrahere. Unde posteaquam clamor primum ad eos qui jam ingressi saltum sequebantur, deinde eram ad primum agmen est perlatus, utrimque in medium concurritur, & inordinatum simul pluribus locis praelium conseritur. Thracas praeda ipsa impeditos oneribus, & pleroque (ut ad rapiendum manus vacuas haberent) inermes, ad caedem praebet; Romanos iniquitas locorum, barbaris per calles notos insequentibus, & latentibus interdum per cavas valles, prodebat. ipsa etiam onera plaustraque, ut fors tulit, his aut illis incommode objecta pugnantibus impedimento sunt: alibi praedo, alibi praedae vindex cadit. Prout locus iniquus aequusve his aut illis, prout animus pugnantium est, prout numerus (alii enim pluribus quam ipsi erant, alii paucioribus occurrerant) varia pugnae fortuna est. multi utrimque cadunt. Jam nox appetebat, quum praelio excedunt Thraces: non fuga vulnerum, aut mortis, sed quia satis praedae habebant.

Cap.

Cap. XLI. Romanorum primum agmen extra saltum circa templum Bendidium, cattra loco aperto posuit: pars altera ad cuitodiam impedimentorum medio in saltu duplici circumdata vallo manit. Postero die, prius exploratoribus saltu quam moverent, primis se conjunxunt. In eo prælio, quum impedimentorum pars & calonum, & milites aliquot, quum passim toto prope saltu pugnaretur, cecidissent; plurimum Q. Minucii Thermi morte damni est acceptum, fortis ac strenui viri. Eo die ad Hebrum flumen pervenerunt est. Inde Æniorum fines præter Apollinis, Zerynthium quem vocant incolæ, templum superant. Aliæ angustiæ circa Tempyra excipiunt, (hoc loco nomen est) nec minus confragosæ, quam priores; sed quia nihil silvestre circa est, ne latebras quidem ad insidiandum præbent. Hac ad eandem ripam prædæ Thraufi (gens & ipsa Thracum) convenere: sed quia nudæ valles procul ut conspicerentur angustias obtidentes, effecibant; minus terroris tumultusque fuit apud Romanos, quippe erti iniquo loco, prælio tamen justo, acie aperta, collatis signis, dimicandum est. Conferti subeuntes cum clamore, impetu facto primum expulere loco hostes; deinde avertere. fuga inde cædesque suis ipsos impedientibus angustiis, fieri cœpta est. Romani victores ad vicum Maronitarum (Saren appellant) pofluerunt cattra, postero die patenti itinere fruticus campus eos excepit, triduumque ibi frumentum accipientes manserunt; partim ex agris Maronitarum, conferentibus ipsis, partim ex navibus suis, quæ cum omnis generis commeatu sequebantur. Abitativis, dieti via Apolloniam fuit. hinc per Aberitarum agrum Neapolim pervenitum est. Hoc omne per Græcorum colonias pacatum iter fuit. reliquum inde per medios Thracas dies noctesque, & si non infestum suspectumtamen, donec in Macedoniam pervenerunt. Mitiores Thracas idem exercitus, quum a Scipione eadem via ducerentur, habuerat: nullam ob aliam causam, quam quod prædæ minus, quod peteretur, fuerat. Quanquam tum quoque Claudius auctor est, ad quindecim millia Thracum, præcedenti ad explorandæ loca agmen Mutini Numidæ occurrisse, quadringentos equites ejusse Numidas, paucos elephantos. Mutinis filium per medios hostes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse. eundem, mox, quum jam Mutines in medio elephantis collocaris in cornua equitibus dispositis, manum cum hoste conseruisse, terrorem ab tergo perfudisse. atque inde turbatos equestri velut procella hostes; ad peditum agmen non accessisse. Cn. Manlius per Macedoniam in Thessaliam exercitum traduxit. inde per Epirum Apolloniam quum pervenisset; nondum adeo hiberno contempto mari, ut trajicere auderet, Apolloniæ hibernavit.

Cap. XLII. Exitu prope anni M. Valerius consul ex Liguribus ad magistratus subrogandos Romam venit: nulla memorabili in provincia re gesta, ut ea probabilis moræ causa esset, quod solito serius ad comitia venisset. Comitia consulibus rogandis fuerunt ante diem duodecimum Calendas Martias: creati M. Æmilius Lepidus, C. Flaminius. Postero die prætores facti, App. Claudius Pulcher, Ser. Sulpicius Galba, Q. Terentius Culleo, L. Terentius Massaliota, Q. Fulvius Flaccus, M. Furius Crassipes. Comitiis perfectis, quas provincias prætoribus esse placeret, relatio ad senatum consul. decreverunt duas Romæ juris dicendi causa, duas extra Italiam, Siciliam & Sardiniam: duas in Italia, Tarentum & Galliam. & extemplo, priusquam interret magistratum, sortiri justit. Ser. Sulpicius urbanam, Q. Terentius peregrinam est sortitus, L. Terentius Siciliam, Q. Fulvius Sardiniam, Ap. Claudius Tarentum, M. Furius Galliam. Eo anno L. Minucius Myrtilus, & L. Manlius, quod legatos Carthaginienses puliaße dicebantur, justu M. Claudii prætoris urbis per feciales traditi sunt legatis & Carthaginem avecti. In Liguribus magni belli, & gliscentis indies magis, fama erat. ita jue consulibus novis, quo die de provinciis & de republica retulerunt, senatus utrique Ligures provinciam decrevit. Huic senatusconsulto Lepidus consul intercedebat, *Indignum esse* prædicans, *consules eamdem provinciam duos obtinere annos per successores, quibus bellum indictum non sit; præsertim præsto veredimentes. si eas provincias exercitibus obtinere opus esset; sicut Man. Acilio L. Scipioni consulibus M. Livio & Cn. Manlio successisset consules; ita Fulvio Manlioque C. Lælium, & M. Valerium consules, Æmilio succedere. nunc certe perfecto Æ tolico bello, recepta ab Antiocho Asia, devictis Gallis, aut Consules ad exercitus consulares mitti, aut reportari legiones inde redactique tandem reipublicæ debere.* Senatus, his auditis, in sententia perseveravit, ut consulibus ambobus Ligures provincia esset: Manlium Fulvium que dece-

dere de provinciis, & exercitus inde deducere, ac redire Romam, placuit.

Cap. XLIII. Inimicitiæ inter M. Fulvium & M. Æmilium consulem erant: is super cætera Æmilius, tertius biennio se consulem factum M. Fulvii opera diuebat. Itaque ad invidiam ei faciendam legatos Ambracienses, in senatum, subornatos criminibus, introduxit. *Qui ibi, quum in pace essent, imperataque à prioribus consulibus fecissent, & eadem præstare obedienter M. Fulvio parati essent, bellum iisdem quæsti; agros primum depopulatos, terrorem direptionis & cædis urbi injectum, ut eo metu claudere cogerentur portas. Obsessos deinde, & oppugnatos se, & omnia exempla bello edita in se, cædibus, incendiis, ruinis, direptione urbis: conjuges, liberos in servitium abstractos: bona adempta: & quod scante omnia nova vestis, templa tota urbe spoliata ornamentis. Simulacra Deum, Deos imo ipsos, convulsos ex sedibus suis, ablatos esse: parietes postesque nudatos. Cæos adorent, ad quos precentur & supplicent, Ambraciensibus non superesse.* Hæc querentes, interrogando criminoie ex composito consul ad plura, velut non sua sponte dicenda, eliciebat. Moris Patribus, alter consul C. Flaminius M. Fulvii causam excepit: *qui veterem & obsoletam jam ingressus Ambracienses dixit. Sic M. Marcellum à Syracusanis, sic Q. Fulvium à Campano exercitu, quia eadem quæ Ambracienses, Quintium à Philippo rege, Man. Acilium & L. Scipionem ab Antiocho, C. Manlium à Gallis, ipsum Fulvium ab Ætolis & Cephallenia populis accusari paterentur. Ambraciam oppugnatam & captam, & signa inde ornamentaque ablata, & cætera facta, quæ capto urbium solerent, magnitudinem aut me pro M. Fulvio, aut ipsum M. Fulvium censetis, Patres Conscripti; qui ob has res gestas triumphum à vobis postulaturus sit; Ambraciam captam, si nunquæ, quæ ablata criminantur, & cætera spolia ejus urbis ante currum latures, & pauca ita in publico, ita in Capitolio ostenturus in postibus fixa? Nihil ego, quod se ab Ætolis separent, eadem Ambraciensium & Ætolorum causa est. Itaque collega meus, vel in alia causa inimicitias exercent; vel si in hac utique mavult, retineat Ambracienses suos in adventum M. Fulvii. Ego nec de Ambraciensibus, nec de Ætolis decerni quicquam absente M. Fulvio patiar.*

Cap. XLIV. Quum Æmilius calidam militiam inimici, velut omnibus rotam infimularet, & tempus eum morando extraherum diceret, ne consule inimico Romam rediret; certamine consulum biduum absumtum est. nec præsente Flaminio decerni quicquam videbatur posse. Captata occasio est, quum æger forte Flaminius abesset. & referente Æmilio senatusconsultum factum est, *Ut Ambraciensibus omnes suæ res redderentur: in libertate esset, ac legibus suis uterentur: portoria, quæ vellent, terra marique caperent, eum eorum immunes Romani ac socii Latini nominis essent. Signa aliaque ornamenta, quæ querentur ex aedibus sacris sublata esse; de iis quum M. Fulvius Romam revertisset, placere ad collegium pontificum referri. & quod ii constituissent, fieri.* Neque his contentus consul fuit, sed postea per infrequentiam adjecit senatusconsulto, Ambraciam non videri vi captam esse. Supplicatio inde ex decemvirorum decreto pro valetudine populi fuit per triduum: quia gravis pestilentia urbem atque agros vastabat. Latina hinc feriæ fuerunt. Quibus religionibus liberati consules, & dilectu perfecto (novis enim utrique maluit uti militibus) in provinciam profecti sunt: vererese que omnes dimiserunt. Post consulum profectionem Cn. Manlius proconsul Romam venit, cui quum ab Sicr. Sulpicio prætore tenuis ad ædem Bellonæ datus esset, & ipse commemoratis rebus ab se gestis postulasset, ut ob eas Diis immortalibus honos haberetur, sibique triumphanti urbem invehi liceret; contradixerunt pars major decem legatorum, qui cum eo fuerant, & ante alios L. Furius Purpureo, & L. Æmilius Paullus.

Cap. XLV. *Legatos sese Cn. Manlio datos pacis cum Antiocho faciendæ caussa, fœderisque & lecum, quæ cum L. Scipione inchoata fuissent, perficiendarum. Cn. Manlium summa ope retendisse, ut eam pacem tolleret, & sanctos fœderis, fi fuit potestatem fecit, infidelis existeret: seq illum cognita fraude consilis, quum sæpe colloquiis petitis captatus esset, non compressisse modo, sed conjectum etiam ejus vestisse. Cupientem transire Taurum, egre omnium legatorum precibus, vix carissimibus Scipio præditum superantibus terminos fatales cladem experiri vellet, retentum. admovisse tamen exercitum, & prope ipsis jugis ad divortia aquarum castra posuisse. Quum nullam ivi caussam belli inveniret, quæ scentibus regis, circumegisse exercitum ad Gallograecos, qui nationi non ex æquitate auctoritate, non populi justu bellum illatum. quod quem unquam de sua sententia facere ausum? Antiochi, Philippi, Amiochi & Pamorum recentissima bella esse. de omnibus his consultum senatum, populum jussisse. sæpe legatos ante missos, res repetitas: postremo qui bellum indicerent, missos.*

missos. Quid ergo, Cn. Manli, fa-ctum est, ut istud publicum populi Romani bellum, & non tuum pri-vatum latrocinium dicamus? At eo ipso contentus fuisti. recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumpserat: an & per omnes anfractus sinuum, quum ad ea via consistere, ut quo flexisset agmen Attalus Eumenis frater, eo consul me-cenarius, cum exercitu Romano se-quereris, Pisidiae Lycaoniaque & Phrygiae recessus omnes atque angu-stias peragrasti, stipem a tyrannis cat-tisti, militique dedisti? Quid enim tibi cum Oenoandis? quid cum aliis aeque innoxiis populis? Bellum autem ipsum, cujus nomine triumphum petis, quo modo gessisti? Loco aequo, tempore tuo pugnasti? Tu vero recte ac Diis immortalibus honor ha-beatur, postulet primum, quod pro temeritate imperatoris, nullo jure gentium bellum inferentis, panas luere exercitum noluerunt: deinde, quod belluas, non hostes nobis obje-cerunt.

Cap. XLVI. Nolito nomen tan-tum existimare mistum esse Gallogre-corum, nisto ea origine, & ani-mi misti ac uriati sint. Ansi illi Galli essent, cum quibus millies vario eventu in Italia pugnatum est, quantum in imperatore nostro fuit, nunciius istinc redisset? His cum iis pugnatum est, bis loco inique subiti, ibi valle inferuntur positus pauci ha-stium acieni subjecit; ut si non tela ex superiore loco mitterent, sed corpo-ra sua nuda injicerent, obruere nos potuerint. Quid igitur incidit? ma-gna fortuna populi Romani est, ma-gnum & terribile nomen. Recenti ruina Antiochi, Philippi, Antioch-hi, Aetolorum, Aetolicae Asiaticae-que eorum moles. Fundis sagittisque in fugam consternari sunt: gladius in acie cruentatus non est Gallico bello. velut avium examina, ad crepitum primum missilium avolavere. At her-cule, nos eidem (admonente fortuna, quid timeremus) audaciissime, casumm fuisset) quum redeuntes in latrunculos Thracas incidissemus, caesi, fu-gati, exuti impedimentis sumus. Q. Minucius Thermus, in quo haud paulo plus damni factum est, quam si Cn. Manlius, cujus temeritate ea clades incideran, perisset, cum mul-tis aliis fortibus viris occidit: exercitus spolia regis Antiochi referens, tri-fariam dissipatus: alibi primum, alibi postremum agmen, alibi impe-dimenta. inter vepres in latebris fe-rarum noctem unam deluit. Pro his triumphus petitur? Si mihi, in Thracia cladis ignominiaque foret acceptum, de quibus hostibus triun-phum peteres? de iis, ut opinor, quos tibi hostes senatus, aut populus Ro-manus dedisset. Sic him L. Scipio-ni, sic iiii Manio Acilio de rege Antiocho, sic paulo ante T. Quinti-de rege Philippo, sic P. Africano de Annibale, & Punis, & Syphace, triumphus datus, & minime ilia, quum jam senatus censuisset bellum, quaesitis tamen causis, quibus nunciatis dum esset, ipse utique regibus mune-ciaretur, an satis esset ad praesidium aliquod nunciari? Vultis ergo haec omnia polluti & confundi? tolli fe-cialia jura? nullos esse fociales? fiat (pace Deum dixerim) jactura religionis: oblivio Deorum capiat pectora ejecta. Num senatum quo-qu: de bello consilium placet? non ad populum ferri, velint, jubeanine cum Gallis bellum geri? Modo certe consules Graeciam atque Asiam vo-lebant. tamen perseverantibus vo-bis Ligures provinciam decernere, dicto audientes fuerunt. Merito er-go a vobis profecto bello esse triun-phum petent, quibus auctoribus ges-serunt.

Cap. XLVII. Talis oratio Furii & Aemilii fuit. Manlium in hunc maxime modum respondisse accipi-mus: Tribuni plebis aucta solebant triumphum postulantibus adversa-ri, Patres Conscripti. Quibus ego gratiam habeo, quod sui mihi, seu magnitudini rerum gestarum hoc decerunt, ut non solum silentio comprobarent honorem meum, sed referre etiam, si opus esset, vide-rentur parati esse. Ex adem legati, si Dii faciant, quod concilium dissen-sandae cohonestandaeque victoriae im-peratoribus majores dederunt nostri, adversarios habeo. L. Furius, L. Aemilius currum triumphalem me consendere prohibent, coronam in-signem capiti detrahunt. quos ego, si tribuni me triumphare prohibe-rent, meis civibus ius dicere, & me gestarum. Nullius equidem in-video honori, Patres Conscripti. Vos tribunos plebei nuper, viros fortes ac strenuos, impedientes. Q. Fabi Labeonis triumphum, auctoritate vestra deterruistis. triumphavit, quem non bellum iniustum gessisse, sed hostem omnino non vidisse, ini-mici jactabant. Ego, qui cum cen-tum millibus ferocissimorum hostium signis collatis toties pugnavi, qui plus quadraginta millia hominum cepi aut occidi, qui bina castra co-rum expugnavi, qui circa jugа Tauri omnia pacaturus, quam ter-ra Italia est, reliqui; non triumpho modo fraudor, sed causam apud vos, Patres Conscripti, accusantibus me his ipse legatis dico. Duplex eorum, ut animadvertistis, Patres Conscripti, accusatio fuit: nam ne gerendum mihi fuisse bellum cum Gallis, & pessim temere atque im-prudenter, dixerunt, non erant Gal-li hostes, sed tu eos pacatos imperata-

ficientes violasti. Non sum populaturus à vobis, Patres Conscripti, ut quæ communiter de immunitate gentis Gallorum, de infestissimo odio in nomen Romanum scitis; ea de illis quoque, qui has terras incolunt, existimetis. Gallos, remota universæ gentis infamia atque invidia, per se ipsos æstimate. Ultimam rex Eumenes Attinam Asiæ civitates omnes adessent, & illos portus querentes, quam me accusantem audiretis: Mittite agedum legatos circa omnes Asiæ urbes, & quærite, utrum à graviori servituite, Antiocho ultra Tauri juga emoto, an Gallis subactis, liberiùs sint? quoties agri eorum vastati sint, quoties prædæ abactæ, referant: quum vix redimendi captivos copia esset, & macilatas humanas bestias immolatosque liberos suos audirent. Stipendium scitote pependisse socios vestros Gallis: & nunc liberatos per vos regio imperio fuisse pensuros, si à me foret cessatum.

CAP. XLVIII. Quo longius Antiochus emotus esset, hoc impotentius in Asia Galli dominarentur: & quicquid est terrarum citra Tauri juga, Gallorum imperio, non vestro adjecistis. At enim sunt quidem ista vera, etiam Delphos, quondam communi humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliaverunt: nec ideo populus Romanus hic bellum indixit aut intulit. Equidem aliquid interesse rebar inter id tempus quo nondum in jure ac ditione vestra Græcia atque Asia erat, ad curandum animadvertendumque quid in his terris fieret, & hoc, quo finem imperii Romani Taurum montem statuistis, quo libertatem immunitatemve civitatibus datis, quæ aliis fines adjicitis: altas aere mulctatis, alias vectigal imponitis: regna augetis, minuitis, donatis, adimitis: curæ vestræ censetis esse, ut pacem terra marique habeant. An nisi prædatis deducisset Antiochus, quæ quieta in suis arcibus erant, non putaretis liberatam Asiam? Si Gallorum exercitus effusi vagarentur, vata dona vestra, quæ dedistis regi Eumeni, rata libertas civitatibus esset? Sed quid ego hæc tam argumentor; tanquam non acceperim, sed feterim hostes Gallos? Te L. Scipio appello, cuius ego mihi, succedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatemque pariter non frustra ab Diis immortalibus precatus sum, te P. Scipio, qui legati jus, collegæ majestatem, & apud fratrem consilium & apud exercitum habuisti; sciatisne in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuisse? videritis in acie eos, in cornu utroque (id enim roboris esse videbatur) locatos? pugnaveritis, ut cum hostibus justis? cecideritis? spolia eorum retuleritis? Aliqui cum Antiocho, non cum Gallis bellum his senatus decreverat, & populus jusserat. Sed simul, ut opinor, cum his decreverant jusserantque, qui intra ejus præsidia fuissent, exquibus, præter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio, & cum quo nominatim sadus ut fieret, mandaverat is omnes hostes erant, qui pro Antiocho arma adversus nos tulerunt. In qua causa quum Galli ante omnes fuissent, & reguli quidam & tyranni; ego tamen & cum aliis pro dignitate imperii vestri coactis iuere peccata sua, pacem populi R. Gallorum animos, si possint, ultiscari & feritate insita, tentavi: & postaquam indomitos atque implacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coercendos ratus sum. Nunc quoniam suscepti belli purgatum est crimen; gesti reddenda est ratio. In quo confidarem equidem causæ meæ, etiamsi non apud Romanum, sed apud Carthaginiensem senatum agerem; nisi in crucem tolli imperatores dicuntur, si prospero eventu, pravo consilio rem gesserunt. Sed ego in ea civitate, quæ ideo omnibus rebus recipiendis gerendisque Deos adhibet, quia nullius calumniæ fugicit acutas Dii comprobarunt, & in solemnibus votis habet, quum supplicationem aut triumphum decernit; Quod bene ac feliciter rempublicam administrarit; si nollem, si grave, ac superbum existimarem virtute gloriari: pro felicitate mea exercitusque mei, quod tantam nationem sine ullo militum iactura devicerim, postularem, ut Dii immortalibus honos haberetur, & ipse triumphans in Capitolium ascenderem, unde votis rite nuncupatis profectus sum; negaretis hoc mihi cum Diis immortalibus? Iniquo enim loco amitaret.

CAP. XLIX. Die igitur, quo equiore potuerim animicare? Quum montem hostes cepissent? loco munito se tenerent: nempe eundum ad hostes erat, si vincere vellem. Quid si urbem eo loco haberent, & manibus se tenerent? nempe oppugnandi erant. Quid? ad Thermopylas æquone loco Manius Acilius cum rege Antiocho pugnavit? Quid? Philippum non eodem modo super Aoum amnem jugatenentem montium T. Quintius dejecit? Equidem adhuc qualem aut sibi fingant, aut vobis videri vellint hostem fuisse, non invenio. Si degenerem & emollitum amanitate Asiæ, quid periculi vel iniquo loco subeuntibus fuit; si timentium & feritate animorum & robore corporum, huiusce tanta victoria triumphum negatis? Caca invidia est, Patres Conscripti, nec quidquam aliud sciet, quam detrectare virtutes.

Cete-

rumpere honores ac præmia eorum. Alibi, quæso, ita ignoscatis, Patres Conscripti, si longiorem orationem non cupientibus videbimur dicere, sed necessaria criminum defensio fecit. An etiam per Thraciam saltus patentes, qui angusti erant, & plana ex arduis, & cuncta ex silvestribus facere potuit, & præstare, necubi notis sibi latebris desiderarent latrones Thraces, me quidd fortunatum reperetur, ne quod jumentum ex tanto agmine abstraheretur, ne quis vulneraretur, ne ex vulnere vir fortis ac strenuus Q. Minucius moreretur? In hoc casu, quo infeliciter incidit, ut talem civem amitteremus, hærent. Quod salus iniquo, loco alieno, quum adortus hostis non esset, duæ simul acies primi & novissimi agminis hærentem ad impedimenta nostra exercitum barbarorum circumvenerunt, quod multa millia ipso die, plura multo post dies paucos cæciderint & ceperint; hoc si ipsi tacuerint, vos scituros, quum testis oration mea tuas excesserit, ut non credunt. Si gladium in Asia non strinxissem, si hostem non vidissem; tamen triumphum in Thracia duobus prælii merueram. Sed jam dictum satis est. quin, pro eo, quod pluribus verbis vos, quam volui, fatigavi, veniam à vobis peritam impetramque velim, Patres Conscripti.

Cap. L. Plus crimina eo die, quam defensio, valuissent, ni altercationem in serum perduxissent. dimittitur senatus in ea opinione, ut negaturus triumphum fuisse videretur. Postero die & cognaci amicique Cn. Manlii summis opibus annixi sunt, & auctoritas horum valuit, negantium, exemplum proditum memoriæ esse. ut imperator, qui perduellibus devictis, confecta provincia, exercitum reportasset, sine curru & laurea, privatus inhonoratusque, urbem inirer. hic pudor maligniatatem vicit, triumphumque frequentes decreverant. Oppressit deinde mentionem memorianque omnem contentionis hujus, majus & cum majore & clariore viro certamen ortum. P. Scipioni Africano (ut Valerius Antias auctor est) duo Q. Petillii diem dixerunt, id, prout cujusque ingenium erat, interpretabantur. Alii non tribunos plebis, sed universam civitatem, quæ id pati posset, incusabant. *Duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno prope tempore in principes invenit, Romam ingratiorem: si quidem vitia Carthago vitium Annibalem in exilium expulisset; Roma victrix victorem Africanum expellat.* Alii, *Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non possit: nihil tam aequandæ libertatis esse, quam potentissimum quemque posse dicere caussam. Quid autem tuto cuiquam accidere summum remputabant, si pravitii, si ratio non sit reddenda? qui jus æquum pati non posset, in eum vim haud injustam esse.* Hæc agitata fermonibus, donec dies dicendæ caussæ venit. nec alius antea quisquam, nec ille ipse Scipio consul censorve majore omnis generis hominum frequentia, quam reus illo die in forum est deductus. Jussus dicere caussam, sine ulla criminum mentione, orationem adeo magnificam de rebus ab se gestis est exorsus, ut satis constaret, neminem umquam neque melius, neque verius laudatum esse. Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, à quo gesta erant. & aurium fastidium aberat; quia pro periculo, non in gloriam, referebantur.

Cap. LI. Tribuni plebis vetera luxuriæ crimina Syracusanorum bibernorum, & Locris Pleminianum tumultum, quum ad fidem præstentium etiam minus retinent; suspicionibus magis, quam argumentis pecuniæ captæ reum accusarunt. *Filium captum sine pretio redditum, omnibusque aliis rebus Scipionem, tamquam in ejus unius manu pax Romana bellumque esset, ab Antiocho cultum. Dictatorem eum consuli, non legatum in provincia fuisse: nec ad altam rem eo profectum, quam ut id quod Hispaniæ, Galliæ, Siciliæ, Africæ jamprídem persuasum esset, hoc Græciæ Asiæque & omnibus ad Orientem versus regibus gentibusque appareret; unum hominem caput columque imperii Romani esse: fabricam Scipionis civitatem dominandi orbis terrarum latere: nutus ejus pro decretis Patrum, pro populi jussis esse.* infamia intactum, invidia qua possunt urgent. Orationibus in noctem perductis, prodicta dies est. ubi ea venit, tribuni in Rostris prima luce consederunt. Citatus reus, magno agmine amicorum clientiumque per medium concionem ad Rostra subit. silentioque facto, *Hoc*, inquit, *die, tribuni plebis, vosque Quirites, cum Annibale & Carthaginiensibus signis collatis in Africa bene ac feliciter pugnavi. Itaque quum hodie litibus & jurgiis superfedere æquum sit, ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem optimum maximum, Junonemque & Minervam, cæteroque Deos, qui Capitolio adhuc arci præsident, salutandos ibo: hi, qui gratias agam, quod mihi & hoc ipso die, & sæpe alias egregie reipubl. gerendæ mentem facultatemque dederint? Vestrum quoque, quibus commodum est, ite mecum Quirites; & orate Deos, ut mei similes principes habeatis. ita si ab annis sepiendecim ad senectutem*

semper vos ætatem meam honoribus vestris anteisse. ego vestros honores vobis gerendis præcepi. Ab Rostris in Capitolium ascendit: simul se universa concio avertit, & secuta Scipionem est. adeo, ut poltremo scribæ viatoresque tribunos relinquerent, nec cum iis servilem comitatum, & præconem, qui rem ex Rostris citabat, quisquam esset. Scipio non in Capitolio modo sed per totam urbem omnia templa Deum cum populo Romano circumiit. Celebratior is prope dies favore hominum & æstimatione veræ magnitudinis ejus fuit, quam quo triumphans de Syphace rege & Carthaginiensibus urbem est invectus.

Cap. LII. Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni illuxit. post quem, quum invidiam & certamina cum tribunis prospiceret, die longiore prodicta, in Liternum concessit; certo consilio ne ad caussam dicendam adesset. Major animus & natura erat, ac majori fortunæ æquabat, quam ut reus esse sciret, & summittere se in humilitatem caussam dicentium. Ubi dies venit, citatique abiens est cœptus, L. Scipio morbum caussam esse cur abesset, excusabat. quum excusationem quum tribuni cui diem dixerant, non acciperent, & ab eadem superbia non venire ad caussam dicendam arguerent, qua judicium & tribunos plebis & concionem reliquisset; & quibus jus de se dicendæ sententiæ & libertatem ademisset, his comitatus, velut captos trahens, triumphum de populo Romano egisset, secessionemque eo die in Capitolium a tribunis plebis fecisset: *Hæsitæ ergo temeritatis illius mercedem, quo duce & auctore nos reliquistis, ab eo ipsi recidit ejus. & tantum animorum indies nobis decrescit, ut ad quem ante annis septemdecim, exercitum & classem habentem tribunos plebis adhuc in Sicilian mittere aut jussimus aut non vetuimus eum, & Romam reduxerimus: ad eum privatum ex villa sua extrahendum ad caussam dicendam mittere non audeamus?* Tribuni plebis appellari ab L. Scipione ita decreverunt. *Si morbi caussa excusaret, sibi placere, accipi eam caussam, dicmque a collegis prodiri.* Tribunus plebis eo tempore Ti. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiæ cum P. Scipione intercedebant. is, quum vetuisset nomen suum decreto collegarum asscribi, tristissimque omnes sententiam exipectarent, ita decrevit: *Quum L. Scipio accusser morbum esse caussam fratri, savis ia sibi videri, Se P. Scipionem, gratissimam Romam rediisset, accusari non passurum. tum quoque, si se appellet, auxilio ei futurum, ne caussam dicat. Ad id fastigium rebus pessis, honoribus populi Romani, P. Scipionem Deorum hominumque consensu pervenisse ut sub hospitem unum pare & præbere aures adolescentium conciliis, populo Romano magis deforme, quam ipsi sit.*

Cap. LIII. Adjecit decreto indignationem: *Sub pedibus vestris subiit, tribuni, domitor illæ Africæ Scipio? Ideo ne auctore nobilissimos duces Pœnorum in Hispaniis, quatuor exercitus fudit, fugavitque? ideo Syphacem cepit, Annibalem devicit, Carthaginem vectigalem nobis fecit, Antiochum (receptt enim fratrem consortem hujus gloriæ L. Scipio) ultra Tauri juga emovit, ut duobus Perilliis incesseret, vos de P. Africano palmam peteretis? Nulli se meritis suis, nullis vestris honoribus unquam in arcem tutam, & velut sanctam clari viri pervenient: ubi si non venerabilis, inviolata saltem senectus eorum consideat?* Movit & decretum, & adjecta oratio non eatenus modo, ut ipsos etiam accusatores: & deliberaturos se quid sui juris & officii esset, dixerunt. Senatus deinde, concilio plebis dimisso, haberi est cœptus. ibi gratiæ ingentes ab universo ordine, præcipue à consularibus senioribusque Tib. Gracchо actæ sunt; quod rempublicam privatis simultatibus postiorem habuisset. & Perilli vexati sunt probris, quod splendere aliena invidia voluissent; & spolia ex Africani triumpho peterent. Silentium deinde de Africano fuit. vitam Liverni egit, sine desiderio urbis. Morientem sure eo ipso loco sepelirі se jussisse ferunt, monumentumque ibi ædificari, ne ingrata fabi in ingrata patria fieret. Vir memorabilis, bellicis tamen magis quam pacis artibus. Memorabilior prima pars vitæ, quam postrema fuit: quia in juventa bella assidue gesta; cum senecta res quoque deflorueret; nec præbita est materia ingenio. Quod ad primum consulatum fecundus, eriam ii consulam adjicias? quid Asiatica legatio; & valetudine adversa inutilis, & filii casu deformata, & post reditum necessitate aur subeundi judicii, aut simul cum patria deferendi? Punici tamen bellі perpetrati, quo nullum neque majus neque periculosius Romani gessere, unus præcipuam gloriam tulit.

Cap. LIV. Morte Africani crevere inimicorum animi, quorum princeps fuit M. Porcius Caro, qui vivo quoque eo allatrare ejus magnitudinem solitus erat. hoc auctore existimantur Petillii & vivo Africano rem ingressi, & mortuo rogationem promulgasse. Fuit autem rogatio talis: *Velitis jubeatis, queratur, quæ pecunia capta, ablata coacta*

cratia ab rege Antiocho est, quique sub ejus imperio fuerunt: quod ejus in publicum relatum non est, ut de ea re fieri Sulpicius prætor urbanus ad senatum referat? quem eam rem velit senatus quærere de iis, qui prædones nunc sint? Huic rogationi primo Q. & L. Mummii intercedebant: Senatum quærere de pecunia non relata in publicum, ita ut antea semper factum esset, æquum censebant. Perillii, nobilis hominis, nomen in senatu Scipionum accusabant. L. Furius Purpureo consularis, qui in decem legatis in Asia fuerat, latius rogandum censebat. non quæ ab Antiocho modo pecuniæ captæ forent, sed quæ ab aliis regibus gentibusque; Cn. Manlium inimicum ineasses. Et L. Scipio, quem magis pro se, quam adversus legem dicturum apparebat, diffusior processit. is post mortem P. Africani fratris, viri omnium fortissimi clarissimique, eam exortam rogationem est conquestus. *Parum enim fortes, non laudari pro Rostris P. Africanum post mortem, nisi etiam accusaretur. Et Carthaginienses exilio Annibalis contentos esse: populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exstatiari; nisi & ipsius fama sepulti laceretur, & frater insuper, accessio invidiæ, mactetur.* M. Cato tualit rogationem, (extat oratio ejus de pecunia regis Antiochi) & Mummios tribunos autoritate deterruit, ne adverfarentur rogationi. Remittentibus ergo his intercessionem, omnes tribus uti rogasset, jusserunt.

Cap. LV. Ser. Sulpicio deinde referente, quem rogationi Petillia quærere vellent. Q. Terentium Culleonem Patres jusserunt. Ad hunc prætorem, adeo amicum Corneliæ familiæ, ut qui Romæ mortuum elatumque P. Scipionem (est enim ea quoque fama) tradunt, pileatum, sicut in triumpho ierat, in funere quoque ante lectum isse, memorie prodiderint, & ad quem Capenam malsum prosecutis funus dedisse, quod ab eo inter alios captivos in Africa ex hostibus receptus esset; aut adeo inimicum eundem, ut propter insignem simultatem ab ea factione, quæ adversa Scipionibus erat, delectus sit potissimum ad quæstionem exercendam: cæterum ad hunc nimis æquum aut iniquum prætorem, reus extemplo factus L. Scipio: simul & delata & recepta nomina legatorum ejus, A. & L. Hostilium Catonum, & C. Furii Aculeonis quæstoris. Sed omnia contacta societate peculatus videbantur, scribæ quoque duo & accensus. L. Hostilius & scribæ, & accensus, priusquam de Scipione judicium fieret, absoluti sunt: Scipio & A. Hostilius legatus, & C. Furius damnati: *quo commodior pax Antiocho daretur, Scipionem sex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepisse, quam in ærarium retulerit: A. Hostilium octoginta pondo auri, argenti quadringenta tria. Furium quæstorem auri centum triginta, argenti ducenta pondo.* Has ego summas auri & argenti relatas apud Antiatem inveni. In L. Scipione malim equidem liberari mendum quam mendacium scriptoris esse. in summa auri atque argenti. Similius enim veri est, argenti quam auri majus pondus fuisse: & potius quadragies quam decenties quadragies litem æstimatam: eo magis, quod tantæ summæ rationem etiam ab ipso P. Scipione requisitam esse in senatu tradunt: librumque rationis ejus quum Lucium fratrem afferre jussisset, inspectame senatu suis ipsum manibus concerpsisse: indignantem quod, quum bis millies in ærarium intulisset, quadragies ratio ab se posceretur. ab eadem fiducia animi, quum quæstores pecuniam ex ærario contra legem promere non auderent, postquam clavis & se aperturum a ratium dixisse; qui, ut clauderetur, effecisse.

Cap. LVI. Mul. alia in Scipionis exitu maxime vitæ, dieque dicta, morte, funere, sepulchro, in diversum trahunt: ut cui famæ, quibus scriptis assentiar, non habeam. Non de accusatore convenit; alii M. Nævium, alii Petillios diem dixisse scribunt: non de tempore, quo dicta dies sit: non de anno, quo mortuus sit: non ubi mortuus, aut elatus sit. alii Romæ, alii Literni & mortuum & sepultum: utrobique monumenta ostenduntur, & statuæ. Nam & Literni monumentum — monumentoque statua superimposita fuit; quam tempestate dissectam nuper vidimus ipsi. Et Romæ extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt: quarum duæ P. & L. Scipionum dicuntur esse: tertia poëtæ Ennii. Nec inter scriptores rerum discrepat solum, sed orationes quoque sibi modo ipsorum sunt quæ feruntur, P. Scipionis & Ti. Gracchi, abhorrent inter se. Index orationis P. Scipionis, nomen M. Nævii tribuni plebis habet: ipsa oratio sine nomine est accusatoris. nebulonem modo, modo nugatorem appellat. Ne Gracchi quidem oratio aut Petillíorum, accusatorum Africani, aut diei dictæ Africano ullam mentionem habet. Alia tota ferenda fabula est Gracchi orationi conveniens: & illi auctores sequenti sunt, qui, quum L. Scipio & accusatus & damnatus sit pecuniæ captæ ab rege, legatum in Etruria fuisse Africanum tradunt. quo poft famam de fratris casu allatam, relicta legatione cucurrisse eum Romam; & quum a porta recta

ad forum se contulisset, quod in vinculis duci fratrem dictum erat; repulisse à corpore ejus viatores: & tribunis retinentibus magis pie quam civiliter vim fecisse. Hæc enim ipse Gracchus quæ iræ, diffudorum esse a privato tribunicium potestatem. & ad postremum, quum auxiliuni L. Scipioni polliceretur, adjecit, tolerabilioris exempli esse, à tribuno plebis potius, quam à privato, victam videri & tribuniciam potestatem & rempublicam esse. Sed ita hanc unam impotentem ejus injuriam invidia onerat, ut increpando quod degenerarit tantum à se ipse, cumulatas ei veteres laudes moderationis & temperantiæ pro reprehensione præsenti reddat. castigatum enim quondam ab eo populum, ait, quod eum perpetuum consulem & dictatorem veller facere. Prohibuisse statuas sibi in comitio, in rostris, in curia, in Capitolio, in cella Jovis poni. prohibuisse ne decerneretur, ut imago sua triumphali ornatu è templo Jovis optimi maximi exiret.

Cap. LVII. Hæc vel in laudationem posita ingentem magnitudinem animi moderandis ad civilem habitum honoribus significarent: quæ exprobrando inimicus fatetur. Huic Gracchio minorem ex duabus iliis (nam major P. Cornelio Naticæ haud dubie à patre collocata erat) nuptam fuisse convenit. Illud parum constat, utrum post mortem patris & desponsa sit, & nupserit: an veræ illæ opiniones sint, Gracchum, quum L. Scipio in vincula duceretur, nec quisquam collegarum auxilio esset, jurasse, *Sibi inimicitias cum Scipionibus, quæ fuissent, manere, nec se gratiæ quærendæ causa quicquam facere. sed in quem carcerem reges & imperatores hostium ducentem vidisset P. Africanum. in eum se fratrem ejus duci, non passurum.* Senatum, eo die forte cœnantem in Capitolio, consurrexisse & perisse, ut inter cœnas Gracchus filiam Africanus desponderet. quibus ita inter publicum solenne sponsalibus rite factis, quum se domum recepisset, Scipionem Æmiliæ uxori dixisse, filiam se minorem desponsisse. quum illa mulieb'riter indignabunda, nihil de communi filia locum consultatum, adjecisse, non, si Ti. Gracchio daret, experrem consilii debuisse matrem esse; lætum Scipionem tam concordi judicio, ipsi desponsam respondisse. hæc de tanto viro, quamquam & opinionibus & monumentis literarum variarent, proponenda erant.

Cap. LVIII. Judiciis à Q. Terentio prætore perfectis, Hostilius & Furius damnati, prædes eodem die quæstoribus urbanis dederunt. Scipio quum contenderet, omnem quam accepisset pecuniam, in ærario esse, nec se quicquam publici habere in vinculis duci ei coeptu. L. Scipio Natica tribunos appellavit: orationemque habuit plenam veris deductibus; non communiter modo Corneliæ gentis, sed proprie familiæ suæ. *Parentes suos & P. Africani ac L. Scipionis, qui in carcerem ducerentur, fuisse Cn. & P. Scipionis; claribus clarios. eos, quum per aliquot annos in terra Hispania cum ingentibus multos Panorum millibus amoremque & duces & exercitus hominis Romani tamam auxissent, non bello solum, sed quod Romanæ temperantiæ fidemque specimen iuis gentibus dedissent, ad extremum animo pro populo Romano morte occubuisse. quum illorum tueri gloriam posteris fatis esset, P. Africanum tantum paternas superavisse laudes, ut idem fecerit non sanguine humano, sed stirpe divina satum se esse. L. Scipionem, de quo agatur (ut quæ in Hispania, quæ in Africa, quum legatus fratris esset, gesserit, præteantur) consulem, & ob eam ipsam causam, ut ei extra sortem Asia provincia, & bellum cum Antiocho rege decerneretur: & à fratre, cui post duos consulatus censuramque & triumphum legatus in Asiam iret. Ibi me magnitudo & splendor legati laudibus consulis officeret, forte tibi inexistile, ut quo die ad Magnesiam signis collatis L. Scipio Antiochum devicisset, ager P. Scipio Elæa dierum aliquot via abesset. Non fuisse minorem eum exercitum, quam Annibalis, cum quo in Africa esset pugnatum. Annibalem eundem fuisse inter multos alios regios duces, qui imperator Punici belli fuerit: & dedimum quidem ita gestum esse, ut ne fortunam quidem quisquam criminari possit. In pace crimen quæri. eam diei vacuisse. Hic decem legatos simul arguit, quorum ex consilio data pax esset. quin exstitisse ex decem legatis qui Cn. Manlium accusarent: tamen non modo eo crimine is periisse, sed ad moram quidem triumphi etiam accusationem valuisse.*

Cap. LIX. *At, hercule, in Scipione ipsas leges pacti, ut nimium accommodatas Antiocho, suspectas esse. Integrum enim ei regnum relictum, omnia possidere cum arbitrium, qui ante bellum ejus fuerint: auri, & argenti quum vim magnam habuisset, nihil in publicum relatum, omne in privatum versum. An non præter omnium oculos tantum auri argentique in triumpho L. Scipionis, quantum non decem aliis triumphis, si omne in unum conferantur, fuit. Iam? Nam quid de finibus regni dicam? Asiam omnem, & proxima Europæ tenuisse Antiochum? La quanta regio orbis terrarium sit, à Tauro monte in Ægæum usque prominens mare, quot*

quot non urbes modo sed gentes amplectatur, omnes scire. hanc regionem dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem, usque ad Tauri montis juga Antiocho demptam; expulso in ultimum angulum orbis terrarum. Quid, si gratuita pax esset, plus adimi ei potuisse? Philippo victo, Macedoniam; Nabidi Lacedaemonem relictam. nec Quintio crimen quaesitum: non enim habuisse eum Africanum fratrem. cujus quum gloria prodesse L. Scipioni debuisset, invidiam nocuisse. Tantum auri argentique judicatum esse, in domum L. Scipionis illatum, quantum vendidit omnium bonis redigi non posset. Id urbi ergo esse regium aurum? ubi tot hereditates acceptas? In domo, quam sumptus non exhauserint, extare debuisse novae fortunae cumulum. At enim quod ex bonis redigi non posset, ex corpore & tergo per vexationem & contumelias L. Scipionis petituros inimicos: ut in carcerem inter fures noctumos & latrones vir clarissimus includatur, & in robore & tenebris expiret: deinde nudus ante carcerem projiciatur. Non id Cornelia magis familia, quam urbi Romanae fore crudelescendum.

Cap. LX. Adversus ea Terentius praetor rogationem Petillium, & Senatusconsultum, & judicium de L. Scipione factum recitavit: se, ni referatur pecunia in publicum, quae judicata sit, nihil habere quod faciat, nisi ut prehendi damnatum, & in vincula duci jubeat. Tribuni quum in consilium secessissent, paulo post C. Fannius ex sua collegarumque aliorum, praeter Gracchum, sententia pronunciavit; praetori non intercedere tribunos, quo minus sua potestate uteretur. Ti. Gracchus ita decrevit: Quo minus ex bonis L. Scipionis quod judicatum sit, redigatur, se non intercedere praetori. L. Scipionem (qui regem opulentissimum orbis terrarum devicerit, imperium populi Romani propagaverit ita ultimos terrarum fines; regem Eumenem, Rhodios, alias tot urbes Asiae devinxerit populi Romani beneficiis, plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere inclusserit;) non passurum inter hostes populi Romani L. Scipionem in carcere & in vinculis esse, mittique eum se jubere. Tanto assensu auditum est decretum, adeo dimissum. L. Scipionem laeti homines videunt, ut vix in eadem civitate videretur factum judicium. In bona deinde L. Scipionis possessum publice quaestores praetor misit, neque in iis non modo vestigium ullum comparuit pecuniae regiae, sed nequaquam tantum redactum est, quantae summae damnatus fuerat. Collata pecunia a cognatis amicisque & clientibus est L. Scipioni; ut si accipere eam, locupletior aliquanto esset, quam ante calamitatem fuerat. Nihil accepit. quae necessaria ad cultum erant, redempta ei a proximis cognatis sunt. Verteratque Scipionum invidia in praetorem, & consilium ejus, & accusatores.



EPI-

EPITOME

LIBRI XXXIX.

Æmilius Consul Liguribus subactis, viam à Placentia usque Ariminum perduxit. Flaminia iunxit. Initia luxuriæ introducta ab exercitu Asiatico reverso. Tumores, quicumque citra Appennium erant, subacti sunt. Bacchanalia, sacrum Graecum, & quidem nocturnum. Sceleratum omnium sacrarium, quum ad ingentis turbæ coniurationem pervenisset; à consule investigatum, & multorum pœna sublatum est. A Cassoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone cognitio & belli & pacis artibus maximo. motus est senatu. L. Quinctius Flaminius, T. Q. inntii frater, eo quod cum Galliam provinciam Consul obtinuerat, rogatus à Philippo Pæno, quem amabat, scorto nobili, Gallum quendam sua manu occiderat: iussit, ut quidam tradiderunt, unum damnatorum securi percuti; rogatus à meretrice Placentina, cuius amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio. Scipio Literni decedit. Et, tamquam iungente fortuna circa idem tempus duo funera maximorum virorum, Annibal à Prusia Bithyniæ rege, ad quem victa Antiocho confugerat, quum dederetur Romanis, qui ad exposcendum illum, T. Quinctium Flaminium miserant, veneno sibi mortem consivit. Philopœmen quoque, dux Achæorum, vir maximus, à Messeniis interemptus veneno, cum ab iis bello captus esset. Colonia, Potentia, & Pisaurum, & Mutina, & Parma deductæ sunt. Præterea res adversum Celtiberos prospere gestas, & initia caussaque belli Macedonici continet, cuius origo inde fluxit, quod Philippus ægre ferebat regnum suum imminui à Romanis, & quod cogeretur à Thracibus altiùsque locis præsidia deducere.

CAPUT I.

DUm hæc (si modo hoc anno acta sunt) Romæ aguntur; Consules ambo in Liguribus gerebant bellum. Is hostis velut natus ad continendam inter magnorum intervalla Italorum Romanis militarem disciplinam erat; nec alia provincia militem magis ad virtutem acuebat. nam Asia, & amœnitate urbium, & copia terrestrium maritimarumque rerum, & mollitia hostium, regibusque opibus, diriores quam fortiores externos faciebat. præcipue ubi imperio Cn. Manlii fortute ac negligenter habiti sunt. Itaque asperius paulo iter in Thracia, & exercitatior hostis magna clade eos castigavit. In Liguribus omnia erant, quæ militem excitarent. loca montana & aspera, quæ & ipsis capere labor est, & ex præoccupatis dejicere hostem: itinera ardua, anguſta, infesta insidiis: hostis levis, & velox, & repentinus: qui nullum usquam rempus, nullum locum quietum aut securum esse sineret: oppugnatio necessaria munitorum castellorum, laboriosa simul, periculosaque: inops regio, quæ parsimonia altiringeret milites, prædæ haud multum præberet. Itaque non ilxa sequebatur, non iumentorum longus ordo agmen extendebat: nihil, præter arma & vires omnem spem in armis habentes, erat. Nec deerat umquam cum iis vel materia belli, vel caussa: quia propter domesticam inopiam vicinos agros incurſabant. nec tamen in discrimen summæ rerum pugnabatur.

Cap. II. C. Flaminius Consul, cum Finitimus Liguribus in agro eorum pluribus prælis secundis factis, in deditionem gentem accepit, & arma ademit: ea quia non sincera fide tradebant, quum castigarentur, relictis vicis in montem Auginum confugerunt. confestim secutus est consul. Cæteri effuli rursus, & pars maxima inermes, per invia & rupes derupras præcipitantes fugerunt, qua sequi hostis non posset. Ceterum trans Apenninum abierunt. qui castris se tenuerant, circumsteti expugnati sunt. Inde trans Apenninum ductæ legiones. Ibi montis, quem ceperant, altitudine paulisper se rutatit, mox in deditionem concesserunt. tum conquisita cum intentione cura arma, & omnia adempta. Transiatum deinde ad Apuanos Ligures bellum; qui in agrum Pisanum Bononiensemque ita incurſaverant, ut colli non posset. His quoque perdomitis, consul pacem dedit finitimis. & quia à bello quieta uc esset provincia effecerat; ne in ocio militem haberet, viam à Bononia perduxit Arretium. M. Æmilius alter Consul agros Ligurum, vicosque, qui in campis aut vallibus erant, ipsis montes duos Ballitiam Suismontiumque tenentibus, deuſit, depopulatusque est:

est: deinde ecs qui in montibus erant adortus, primo levibus praeliis fatigavit: postremo coactos in aciem descendere, justo praelio devicit: in quo aedem Dianae vovit. Subactis cis Apenninum omnibus, tum transmontanos adortus: in his & Briniates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius. Omnes Aemilius subegit, armaque ademit, & de montibus in campos multitudinem deduxit. Pacatis Liguribus, in agrum Gallicum exercitum duxit: viamque ab Placentia, ut C. Flaminius commiserat, Ariminum perduxit. Proelio ultimo, quo cum Liguribus signis collatis confixit, aedem Junoni Reginae vovit. hac in Liguribus eo anno gesta.

Cap. III. In Gallia M. Furius Praetor, infontibus Cenomanis in pace fpeciem belli quaerens, ademerat arma. id Cenomani conquesti Romae apud senatum, rejectique ad consulem Aemilium, cui ut cognosceret statueretque senatus permiserat. Magno certamine cum Praetore habito, renuerunt causam. arma reddita Cenomanis: decedere provincia Praetor justus. Legatis deinde sociorum Latini nominis, qui totoundique ex Latio frequentes convenerant, senatus datus est. his querentibus, magnam multitudinem civium fuorum Romam commigrasse, & ibi censos esse: Q. Terentio Culleoni praetori negotium datum est, ut eos conquireret, & quem C. Claudio, M. Livio censoribus, positve eos censores, ipsum, parentemve ejus apud se censum esse probassent socii, ut redire eo cogeret, ubi censi essent. Hac conquisitione duodecim millia Latinorum domos redierunt: jam tum multitudine alienigenarum urbem onerante.

Cap. IV. Priusque Consules rediret Romam, M. Fulvius proconsul, ex Aetolia rediit. itaque ad aedem Apollinis in senatu quum de rebus in Aetolia Cephallenisque ab se gestis disseruisset, petiit à Patribus, ut aequum censerent, ob rempublicam bene ac feliciter gestam, & Diis immortalibus honorem haberi juberο, & sibi triumphum decernere. M. Abutius tribunus plebis, si quid de ea re ante M. Aemilii consulis adventum decerneretur, intercessurum se ostendit: eum contendere celle, proficiscentemque in provinciam ita sibi mandasse, ut ea disceptatio integra in adventum suum servaretur. Fulvium temporis jacturam facere. senatum etiam praesente consule quod vellet decreturum. M. Fulvius: Si aut similitas M. Aemilii secum, ignota hominibus esset, aut quem is eas inimicitias impotenti ac properepia ira exerceret; tamen non justae serendum, absentem consulem, & Deorum immortalium honori obstare, & meritum debitumque triumphum morari: imperatorem rebus egregie gestis, victoremque exercitum cum praeda ac captivis ante portas stare, donec consuli, ob hoc ipsum moranti, redire Romam libitum esset. Verum enimvero, quum sint nobilissimae sibi cum consule inimicitiae, quid ab eo quemquam posse aequi exspectare, qui per infrequentiam furtim Senatusconsultum factum ad aerarium detulerit. Ambraciam non vi, sed per captionem: quae aegere ex oratis oppugnata sit. ubi increpitus opribus alia de integro facta jussit: ubi circa muros supra subterque terram per dies quindecim pugnatum: ubi à prima luce, quum jam transconsilesset muros miles, usque ad noctem diu anceps praelium tenuerit: ubi plus trium millia hostium sint caesa. Jam de Deorum immortalium templis spoliatis in capta urbe, qualem calumniam ad pontifices attulerit? Nisi Syracusarum caeterarumque captarum civitatum ornamenta urbem exornari fas fuerit, in Ambraciam unam cultum omnium deuerit belli jus. Se & Patres Conscriptos orare, & ab tribunis petere, ne se superbissimo inimico ludibrio esse sinant.

Cap. V. Undique omnes alii deprecari tribunum, alii castigare. Ti. Gracchi collegae plurimum oratio movit: Ne sius quidem simultates pro magistratu exercere boni exempli esse? Alienarum quo simultatum tribunum plebis cognitorem fieri, turpe & indignum collegii ejus potestate & sacratis legibus esse. Suo quemque judicio & homines odisse, aut diligere, & res probare aut improbare debere. Non pendere ex alterius animo ac nutu, nec ullenti momentis animi circumagi, affingerique trato consuli tribunum plebei. & quid privatim M. Aemilius mandaverit, meminisse: tribunarum sibi a populo Romano mandatum noluisci; & mandatum pro auxilio ac libertate privatorum, non pro consulari regno. Ne hoc quidem cernere eum: sore ut memoriae, ac poficritati mandetur, ejusdem collegii alterum è duobus tribunis plebis suas inimicitias remissise reipublicae, alterum alienas & mandatas exercuisse. His victus cassigationibus tribunus, quum templo excessisset, referente Ser. Sulpicio praetore, triumphus M. Fulvio est decretus. Is quum gratias Patribus Conscriptis egisset, adjecit Ludos magnos se vovisse optimo maximo eo die, quo Ambraciam cepisset, vovisse. ita eam rem sibi cum decem pondo auri à civitatibus collatum. Veretur ut ex ea pecunia quam in triumpho latam in aerario positurus esset, id aurum fieret inhaeret. Sena-

rus pontificum collegium consuli jussit, num omne id aurum in ludos consumi necesse esset? Quum pontifices negassent ad religionem pertinere, quanta impensa in ludos fieret; senatus Fulvio, quantum vellet impenderet, permisit, dum ne summam octoginta millium excederet. Triumphare mense januario statuerat, sed quum audiisset consulem Æmilium literis Aburii tribuni plebis acceptis de remissa intercessione, festinasse imperandum triumphum Romam venientem, segrum in via subitariis, ne plus hebdomadis ceraminum quam in bello haberet, præstulit triumphi diem. triumphavit ante diem decimum Calendas Januarias de Ætolis, & de Cephallenia. Aureæ coronæ centum duodecim pondo ante currum latæ sunt: argenti pondo millia octoginta tria: auri pondo CCXLIII, tetradrachmum Atticum centum octodecim millia: Philippei nummi duodecim millia quadringenti viginti duo: signa ænea ducenta octoginta quinque: signa marmorea ducenta triginta: arma, tela, cætera spolia hostium, magnus numerus. ad hæc catapultæ, ballistæ, tormenta omnis generis: duces aut Ætoli & Cephallenes, aut regii ab Antiocho ibi relicti ad septem & viginti. Multos eo die, priusquam in urbem inveheretur, in circo Flaminio tribunos, præfectos, equites, centuriones, Romanos fociosque donis militaribus donavit: militibus et præda vicenos quinos denarios dividit: duplex centurioni, triplex equiti.

Cap. V I. Jam consularium comitiorum appetebat tempus, quibus quia M. Æmilius, cujus sortis ea cura erat, occurrere non potuit, C. Flaminius Romam venit. ab eo creati Consules Sp. Postumius Albinus, Q. Marcius Philippus. Prærogatio inde facti T. Mænius, P. Cornelius Sulla, C. Calpurnius Piso, M. Licinius Lucullus, C. Aurelius Scaurus, L. Quintius Crispinus. Extremo anni magistratibus jam creatis, ante diem tertium nonas Martias Cn. Manlius Vulso de Gallis, qui Asiam incolunt, triumphavit. ferius ei triumphandi causa fuit, ne Q. Terrenio Culleone prætore causam lege Petillia diceret, & incendio alieni judicii, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret: eo infensioribus in se, quam in illum judicibus, quod disciplinam militarem severe ab eo conservatam, succesfor Ipse omni genere licentiæ corruperat. Neque ea sola infamiæ erant, quæ in provincia procul ab oculis fama narrabantur: sed etiam magis, quæ in militibus eius quotidie conspiciebantur. Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem est. il primum lectos stratos, vestem stragulam preciosam, pigulas, & alia textilia, & quæ tum magnifica supellectilis habebantur, monopodia & abacos, Romam advexerunt. tum psaltriæ sambucistriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis: epulæ quoque ipsæ, & cura & sumptus majore apparari coepit: tum coquus, vilissimum antiquis mancipium, & æstimatione & usu, in precio esse: & quod minimi erant fuerat, ars haberi coepta. vix tamen illa, quæ tum conspiciebantur, lenia erant futuræ luxuriæ.

Cap. V II. In triumpho tulit Cn. Manlius coronas aureas C C duodecim pondo: argenti pondo C C X X millia: auri pondo M M C C III. tetradrachmum Atticum C X X V II. millia: cistophorum C L. Fulli, peorum aurorum nummorum tredecim millia C C C X X. & arma ipsiusque mulra Gallica, carpentis transvecta. duces hostium duo & quinquaginta ducti ante currum. militibus quadragenos binos denarios divisit, duplex centurioni; & stipendium duplex in pedites dedit, triplex in equites. Multa eorum donatorum, donati militaribus donis, currum secuti funt. carminaque à militibus ea in imperatorem dicta, ut facile appareret in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici. triumphum esse militari magis favore, quam populari celebrem. Sed ad populi quoque gratiam conciliandam amici Manlii valuerunt. quibus annitentibus Senatusconsultum factum est, *Ut ex pecunia, quæ in triumpho translata esset, stipendium collatum à populo in publicum, quod ejus salutum antea non esset, solveretur.* Vicenosquinos & semisses in millia æris quæstores urbani cum side & re ama dimerunt. Per idem tempus tribuni militum duo ex duabus Hispaniis cum literis C. Atinii & L. Manlii, qui eas provincias obtinebant, venerunt. Ex iis literis cognitum est, Celtiberos Lusitanosque in armis esse, & sociorum agros populari. de ea re consultationem introgram senatus ad novos magistratus rejecit. Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Postumius Albinus faciebant, maius in circo initabilis in signum Pollentiæ procidit, atque id dejecit. ea religione meti Patres. Sc diem unum addiciendum ludorum celebritati censuerunt. & signa duo pronuncupavenonda; & novum aurarium faciendum. Et plebeii ludi ab ædilibus C. Sempronio Blaso. & M. Furio Luico diem unum instaurati sunt.

Cap. V I I I. Insequens annus Sp. Postumium Albinum, & Q. Marcium Philippum Consules ab exercitu bellorumque & provinciarum cura ad intestinæ conjurationis vindi

ctam

ciam avertit. Prætores provincias sortiti sunt, T. Mænius urbanam, M. Licinius Lucullus inter cives & peregrinos, C. Aurelius Scaurus Sardiniam, P. Cornelius Sulla Siciliam, L. Quintius Crispinus Hispaniam citeriorem, C. Calpurnius Piso Hispaniam ulteriorem. Consulibus amborbus quæstio de clandestinis conjurationibus decreta est. Græcus ignobilis in Etruriam primum venit, nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumque cultum nobis eruditissima omnium gens invexit; sacrificulus & vates, nec is qui aperta religione propalam & quæstum & disciplinam profitendo, animos horrore imbuebat, sed occultorum artifex sacrorum. Initia erant, quæ primo paucis tradita sunt: deinde vulgari cœpta per viros, mulieresque. additæ voluptates religioni vini & epularum. cum plurium animi illicerentur. Quum vinum animos & nox, & mixti feminis mares, ætatis teneræ inaioribus. diffirmen omne pudoris exstinxissent; corruptelæ primum omnis generis fieri cœptæ: quum ad id quisque, quo natura propensi erat, libidini suæ, paratam voluptatem haberet. Nec unum genus noxæ, stupra promiscua ingenuorum fœminarumque, erant; sed falli testes, falsa signa testimoniaque & indicia ex eadem officina exibant. Venena indidem inrestinæque cædes; ita ut ne corpora quidem interdum ad sepulturam extarent. Multa dolo, pleraque per vim audebantur. occulebat vim, quod præ ululatibus tympanorumque & cymbalorum strepitu, nulla vox queritantium inter stupra & cædes, exaudiri poterat.

Cap. IX. Hujus mali labes ex Etruria Romam velut contagione morbi, penetravit. primo urbis magnitudo capacior, patientiorque talium malorum ea celavit: tandem indicium hoc maxime modo ad Postumium consulem pervenit. P. Æbutius, cujus pater publico equo stipendia fecerat, pupillus relictus mortuis deinde tutoribus, sub tutela Duroniæ matris & vitrici T. Sempronii Rutili educatus fuerat. Et mater dedita viro erat: & vitricus, quia tutelam ita gesserat, ut rationem reddere non posset; aut tolli pupillum, aut obnoxium sibi vinculo aliquo fieri cupiebat. via tuta corruptæ Bacchanalium erant. Mater adolescentulum appellat. *Se pro ægroto vovisse, ubi primum convaluisset, Bacchis eum se initiaturam. damnatam vovi, Deum benignitate, exolvere id velle. Decem dierum castimonia opus esse. decimo die cænatum, deinde pure lautum in sacrarium deductum.* Scortum nobile libertina Hispala Fecenia, non digna quæstu cui ancillula assueverat; etiam postquam manumissa erat, eodem se genere tuebatur. Huic consuetudo juxta vicinitatem cum Æbutio fuit; minime adolescentis aut rei aut famæ damnosa: ultro enim amatus appetitusque erat. & maligne omnia præbentibus suis, mercricinæ munificentia sustinebatur. Quin eo processerat consuetudine capta, ut post patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à tribunis & prætore petito, quum testamentum faceret, unum Æbutium instituerat hæredem.

Cap. X. Hæc amoris pignora quum essent. nec quicquam fecrerum alter ab altero haberent, per jocum adolescens verat eam mirari, si per aliquot noctes fecubuisset. Religionis se causa, ut voto ovo valetudine sua facto liberetur, Bacchis iterat vello. Id ubi mulier audivit, perturbata, *Dii meliora!* inquit: *mori & sibi & illi fatius esse, quam id facoret. & in caput eorum detestari minas periculaque qui id suasissent.* Admiratus quum verba, tum perturbationem tantam adolescens, Parcere execrationibus jubet. matrem id sibi, assentiente vitrico, imperasse; *Vitricum ergo,* inquit, *tuus (matrem enim similitare forsitan fas non sit) pudicitiam, famam, spem, vitamque tuam perditum ire hoc facto properat.* Eo magis mirabundo, quærentique quid rei esset, *pacem ventamque precata Deorum hominumque si conjuratæ caritate ejus, silenda enunciasset; ancillam se ait dominæ comitem id sacrarium intrasse, liberam numquam eo accessisse. Scire corruptelarum omnis generis eam officinam esse: & jam biennio constare neminem initiatum ibi majorem annis viginti. Ut quique introductus sit, dari victimam tradi sacerdotibus. eos deducere in locum, qui circumsonet ululatibus, cantuque symphoniæ, & cymbalorum & tympanorum pulsu, ne vox quiritantis, quum per vim stuprum inferatur, exaudiri possit. Orare deinde atque obsecrare, ut eam rem quamcumque dissuadere modo: nec se eo præcipitaret, ubi omnia infanda patienda primum, deinde facienda essent.* neque ante dimisit eum, quam fidem dedit adolescens, ab his sacris se temperaturum.

Cap. XI. Posteaquam domum venit, & mater mentionem intulit, quid ei die, quid deinceps ceteris quæ ad sacra pertinerent, faciendum esset; negat eorum se quicquam facturum, nec initiari sibi in animo esse. Aderat sermoni vitricus. confestim mulier exclamat, *Hispalæ concubitu cavere eum decem noctes non posse. Hinc exsectæ extimentaria & venenis imbutum. nec vitrici, nec parentis, nec Deorum verecundiam habe-*

habere, jurgantes hinc mater, hinc vitricus, cum quatuor eum fervis domo exegerunt. Adolescens inde ad Æbutium se amitam contulit; enarrantique ei, cur esset a matre erectus, narravit. deinde ex auctoritate ejus postero die ad consulem Postumium, arbitris remotis, rem detulit. Consul post diem tertium ad se jussum redire dimittit: ipse Sulpicium, gravem feminam, sorum suum, percunctatus est, ecquam unum Æbutiam ex Aventino nosset? Quum eam nolle, probam, & antiqui moris feminam, respondisset; opus esse sibi ea conventa dixit, mitteret nuncium, ad eam, ut veniret. Æbutia accita ad Sulpiciam venit. & consul paulo post, vel fuit forte interveniisse, sermonem de Æbutio fratris ejus filio infert. Lacrymæ mulieri obortæ, & miserari casum adolescentis cœpit: qui spoliatus fortunis, a quibus minime oporteret, apud se tunc esset, ejectus a matre: quod probus adolescens (Dii propitii essent) obsecundo, ut fama esset, sacris initiari nollet.

Cap. XII. Satis de Æbutio exploratum ratus consul, ne non vanum auctorem esse: dimissa Æbutia, socrum rogat, ut Hispalam, indidem ex Aventino libertinam, non ignotam viciniæ, accerseret ad se. eam quoque esse quæ percunctari vellet. Ad cujus nunium perturbata Hispala, quod ad tam nobilem & gravem feminam ignara causse accesseretur: posteaquam lictores in vestibulo turbamque consularem & consulem ipsum conspexit; prope exanimata est. In interiorem partem ædium adductam socru adhibita consuli, *Si vera dicere inducere in animum posset, negat se perturbari debere. fidem vel a Sulpicia tali femina, vel ab se acciperet. expromeret sibi quæ in luco Similæ Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri.* Hoc ubi audivit, tantus pavor tremorque omnium membrorum mulierem cepit, ut diu hiscere non posset: tandem confirmata, puellam admodum se ancillam initiatam cum domina, alt. aliquot annis, ex quo manumissa sit, nihil, quid ibi fiat, scire. Jam idipsum consul laudare, cum initiatam se non initiaretur, sed & cætera eadem fide expromeret. neganti ultra quicquam scire; non eandem dicere, si conarentur ab alio per te fatenti, veniam aut gratiam fore. eum sibi omnia expositisse, qui ab illa audisset.

Cap. XIII. Mulier haud dubie, id quod erat, Æburium indicem arcani rata esse, ad pedes Sulpiciæ procidit. & eam primo orare cœpit, *Ne mulieris libertinæ cum amatore fermonem, in rem non seriam modo, sed capitalem etiam, verti vellet: se terrendi ejus caussa, non quo sciret quicquam, ea locutam esse.* Hic Postumius accensus ira, *Tum quoque ait eam cum Æbutio se amatore cavillari credere, non in domo gravissimæ feminæ & cum consili. inquit. & Sulpicia attollere paventem, simul illam adhortari: simul iram generi lenire. Tandem confirmata, multum incusata perfidia Æbutii, qui optimi in eo ipso meriti talem gratiam retulisset; Magnum sibi metum Deorum, quorum occulta initia violaverit, indicem domi & hominum esse, qui se indicem manibus suis discerpturi essent. itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amandarent, ubi reliquum vitæ agere tuto posset.* Bono animo esse iubet eum consul, & ubi curæ fore dicere, ut Romæ tuto habitaret. Tum Hispala originem ingenerum exponit. *Primo sacrarium id femininum fuisse, nec quemquam virum eo admitti solitum. Tres in anni dictos dies habitasse, quibus interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes invicem matronas creari solitas. Campanam Paculam Campanam sacerdotem omnia, tamquam Deum monitu immutasse. nam & viros eam primam suos filios initiasse, Minium, & Herennium Cerrinios, & nocturnum sacrum ex diurno, & pro tribus in anno dierum quinos singulis mensibus dies initium fecisse. Ex quo ubi promiscuo sacra fuere, & permixti viri fœminis, & nocti licentia accesserit; nihil ibi facinoris, nihil flagitii præterm issum. plura virorum inter se, quam fœminarum esse stupra. Si qui minus patientes dedecoris sint, & pluriores ad facinus; pro victimis immolari. nihil mollia duci re, hanc summam inter eos religionem esse: Viros velut mente capta cum jactatione fanatica corporis vaticinari, matronas Baccharum habitu crinibus passis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demissasque in aquam feces (quia vivum sulphur cum calce inji) integra fluminis esse referre. Raptos a Diis hominesdici, quos machinæ illigatos ex conspectu in abditos specus abripiant. eos esse, qui aut conjurare, aut sociari factionibus, aut stuprum pati noluerint. Multitudinem ingentem, ditcum tam prope populum esse: in his nobiles quosdam viros, fœminasque. Etenim proximo initiatum esse, ne quis major viginti annis initiaretur. captari ætates & erroris & stupri patientes.*

Cap. XIV. Peracto indicio, advolutæ rursus genibus, preces cadem, ut ie ablegaret, repetivit. Consul rogat fecrum, ut aliquam partem ædium vacuam faceret, quo Hispala immigraret. ædes cum fuere ædes datum est, scalis ferentibus in pubicum obferatis, aditu in ædes verso. Res omnes Fecenia exemplo translatæ,

latæ, & familia accertita: & Æbutius migrare ad consulis clientem jussus. Ita quum indices ambo in potestate essent, rem ad senatum Postumius defert. Omnibus ordine expositis, quæ delata primo, quæ deinde ab se inquisita forent, Patres pavor ingens cepit: quum publico nomine, ne quid eo conjurationis, coetusque nocturni fraudis occultæ aut periculi importarent: tum privatim suorum quisque vicem, ne quis affinis ei noxæ esset. Censuit autem senatus, gratias consuli agendas, quod eam rem & cum singulari cura, & sine ullo tumultu investigasset. Quæstionem deinde de Bacchanalibus fieri: quæ nocturnis extra ordinem consulibus mandant: indicibus Æbutio ac Feceniæ ne fraudi ea res sit, curare, & alios indicios præmiis invitare jubent. facerdotes eorum sacrorum, seu viri seu fœminæ essent, non Romæ modo, sed per omnia fora & conciliabula nominari, ut in consulum potestate essent. edici præterea in urbe Roma, & per totam Italiam edicta mitti, *Ne quis qui Bacchi initiatus esset, coisse aut convenisse causa sacrorum velit, neu quit talis rei divinæ fecisse. ante animadversum, ut quæsito de his habeatur qui coissent, conjurasse videantur, quo stuprum flagitiumve inferretur.* Hæc senatus decrevit. Consules ædilibus curulibus imperarunt, ut facerdotes eius fieri omnes conquirerent, comprehensosque libero conclavi ad quæstionem servarent. Ædiles plebis vidêre, ne qua fieri superstitio posset. Triumviris capitalibus mandatum est, ut vigilias disponerent per urbem servarentque ne qui nocturni cœtus fierent. utque ab incendiis caveretur, adjutores triumviris quinque viri, uti cis Tiberim fure quisque regionis ædificiis præesset.

Cap. XV. Ad hoc edicta dimissis magistratibus, consules in Rostra ascenderunt, & concione advocata, quum solenne carmen precationis, quod præfari, priusquam populum alloquantur, magistratus solent, peregissent consul, ita cepit: *Nulli unquam consuli, Quirites, non solum aperta, sed etiam necessaria hæc solennis Deorum comprecatio fuit, quæ vos admoneret; hoc esse Deos, quos colere, venerari precarique majores vestri intellexerunt: non illos, qui pravis & externis religionibus capta mentes vel ne furialibus quidem stimulis ad omne scelus & ad omnem libidinem agerent. Equidem nec quid tacedam, nec quatenus prologuar, invenio: si aliquid ignorabitis, ne locum negligentiæ dem; si omnia nudavero, ne nimium terrores offundam animis vereor. quicquid dixero, minus quam pro atrocitate & magnitudine rei dictum scitote esse. ut ad cavendum satis sit, habitur opera a nobis. Bacchanalia tota ferme per idem Italiæ, & nunc per urbem etiam multis locis esse, non fama modo accepisse vos, sed crepitibus etiam ululatibusque nocturnis, qui personant tota urbe, certum habeo; cæterum quæ ea res sit, ignorare. alios Deorum aliquem cultrix, alios concessum lucum & lascivium esse credere: & qualecumque sit, ad paucos pertinere. Quod ad multitudinem eorum attinet, si dixero multa millia hominum esse, illico necesse est exterreamini, nisi adjunxero, qui qualesque sint. Primum igitur mulierum magna pars est, & is fons mali fuisse fatit: deinde simillimi feminis mares, stuprari & pati natti, fanatici vigiles, vino, strepitibus, clamoribusque nocturnis attoniti. Nullas adhuc vires conjuratio, cæterum incrementum ingens virium habet, quod satius plures fuere. Majores vestri, ne vos videret populus quisquam, aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus eductus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut alliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temere coire voluerunt, & ubicumque multitudo esset, ibi jus legitimum cœtorum nutitudinis censebant deberi esse. Quales primum nocturnos cœtus, deinde promiscuos mulierum ac virorum esse creditis? Si quibus ætatibus initientur mares scitatis; non misereat vos eorum solum, sed etiam pudeat. Hoc sacramento initiatos juvenes militet facere posse centetis? Vis ex obscuro sacrario eductis arma committendat hi cooperti stupris suis, alienisque, pro pudicitia conjugum ac liberorum vestrorum ferro decernent?*

Cap. XVI. *Minus tamen esset, si flagitiis tantum effeminati forent (ipsorum id magna ex parte dedecus erat) & humanos mares, nequam & fraudibus abstinuissent. Numquam tantum malum in republica fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. quicquid his annis libidine, quicquid fraude, quicquid scelere peccatum est, ex illo uno sacrario scitote ortum esse. Nec dum omnia in qua conjuravêrunt, edita facinora habent. adhuc privatis noxiis, quia nondum ad rempubl. opprimendam satis virium est, conjuratio sese impia tenet: crescit & serpit quotidie malum, jam majus est, quam ut capere id privata fortuna possit: ad summam rempubl. pertat. Nisi præveritis, Quirites, jam huic diurnæ, legitimæ ab consule vocatæ, par nocturna concio esse poterit. nunc illi vos singuli universos concionantes timent: jam ubi vos dilapsi domos & in rura vestra eritis, illi coierint, consultabunt de sua salute simul ac vestra pernicie. tum singulis vobis universi timendi erunt.*

erunt. Optare igitur unusquisque vestrum debet, ut bona mens suis omnibus fuerit. Si quem libido, si furor in illum gurgitem abripuit, illorum ea, cum quibus in omne flagitium & facinus conjuravit, non suum judicet esse. Ne quis etiam errore labatur vestrum quoque, non sum securus, nihil enim in speciem fallacius est, quam prava religio. Ubi Deorum numen praetenditur sceleribus, subit animum dubitatio, ne fraudibus humanis vindicandis divini juris aliquid immissum violemus. Hac nos religione inanium abilia decreta pontificum, Senatusconsulta, arufpicum denique responsa liberant. Quotus hoc patrum accumulo aliare no ordinis magistratibus datum, ut sacra externa fierent vetarent, sacrificulos vates pulsos foro, circo, urbe prohiberent, aruticinos libros conquirerent, comburerentque, omnem disciplinam sacrificandi, praeterquam more Romano, abolerent? Judicabant enim prudentissimi viri omnia divini humanique juris, nihil aeque disturbare civitatem sibi, quam ubi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Haec nobis praecidenda rantis sunt, ne qua superstitio agitare animos vestros, quum demolientes nos Bacchanalia discutiendaque nefarios coetus cerneretis. Omnia Dius propitius, volentium, quae ea faciemus: qui, quia suum nomen sceleribus illigitimis usque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem emanarunt, nec patieri ut impunita essent, sed ut vindicarentur & opprimerentur, voluerunt. Senatus quaestionem extra ordinem de ea re mihi collegaque meo mandavit: nos, quae ipsis nosis agenda sunt, impigre exsequemur. Vigilatarum noctiurnarum curam, per urbem minoribus magistratibus mandavimus. Vos quoque aequum est, quae vestra munia sunt, quo quisque loco positus erit, quod imperabitur, impigre praestare, & dare operam, ne quid fraude nostrorum periculi aut tumultus oriatur.

Cap. XVII. Recitari deinde Senatusconsulta jusserunt, indicique praemium propositurum, *Si quis quem ad se deduxisset, nomenve absentis detulisset, qui nominatus profugisset, diem certam se initurus: ad quem nisi citatus restituisset, absens damnaretur. Si quis eorum, qui extra terram Italiam essent, nominaretur; ei laxiorem diem datum, si ventre ad causam dicendam vellet.* Edixerunt deinde ne quis quid fugae causa venditaret, neve emisse vellet: ne quis reciperet, celaret, ope ulla juvaret fugientes. Concione dimissa, terror magnus urbe tota fuit. nec moenibus se tantum urbis, aut finibus Romanis continuit: sed passim per totam Italiam, literis hospitium de Senatusconsulto, & concione, & edicto consulum accepto, trepidari coeptum est. Multi ea nocte quae diem insecuta est, quo in concione res palam facta est, custodiis circa portas positis, fugientes a triumviris comprehensi & reducti sunt: multorum nomina delata. quidam ex iis viri foeminaeque mortem sibi consciverunt. Conjurasse supra septem millia virorum ac mulierum dicebantur. Capita autem conjurationis conflabat esse, M. & L. Catinios de plebe Romana, & Falliscum, L. Opiternium, & Minium Cerrinium Campanum. ab his omnia foeminarum flagitia orta: eos maximos sacerdotes conditoresque ejus sacri esse. data opera esse, ut primo quoque tempore comprehenderentur. Adducti ad consules fatebantur, de re nullam morum indicio fecerunt.

Cap. XVIII. Caeterum tanta fuga ex urbe facta erat, ut quia multis actiones & res peribant, cogerentur praetores T. Manlius & M. Licinius, per senatum res in diem trigesimum differre, donec quaestiones a consulibus perficerentur. Eadem solitudo, quia Romae non respondebant, nec inveniebantur, quorum nomina delata erant, coegit consules circa fora proficisci, ibique quaerere & judicia exercere. Qui tantum initiati erant, & ex carmine sacro, praeunte verba sacerdote, precationes fecerant, in quibus nefanda conjuratio in omne facinus ac libidinem continebatur, nec earum rerum ullam, in quas jurejurando obligati erant, in se aut alios admiserant; eos in vinculis relinquebant: qui stupris aut caedibus violati erant, qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subjectione testamentorum, fraudibusque similibus contaminati; eos capitali poena afficiebant. Plures necati, quam in vincula conjecti sunt. magna vis in utraque causa virorum mulierumque fuit. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant: ut ipsi in privato animadverterent in eas. si nemo erat idoneus supplicii exactor in publico animadvertebatur. Datum deinde consulibus negotium est, ut omnia Bacchanalia Romae primum, deinde per totam Italiam diruerent: extra quam si qua ibi vetusta ara aut signum consecratum esset. in reliquum deinde Senatusconsulto cautum est, *ne quis Bacchanalia Romae, neve in Italia esset, si quis tale sacrum solenne & necessarium duceret, nec sine religione & placulo se id omittere posse apud praetorem urbanum profiteretur; praetor senatum consuleret, si ei permissum esset, quum in senatu centum non minus essent, ita id sacrum faceret, dum ne plus quinque sacrificio interes-*

essent; non quæ pecunia communis, non quis magister sacrorum, aut sacerdos esset.

Cap. XIX. Aliud deinde huic consentaneum, referente Q. Marcio consule, Senatusconsultum factum est, *Ut de iis quos pro iudicibus consules habuissent, integra res ad senatum referretur, quum Sp. Postumius quæstionibus perfectis Romam redisset.* Minium Cerrinium Campanum Ardeam in vincula mittendum censuerunt: magistratibusque Ardeatium prædicendum, ut in intentione eum custodia asservarent; non tolutum ne effingeret, sed ne mortis consciscendæ locum haberet. Sp. Postumius aliquanto post Romam venit, eo referente de P. Æburii & Hispalæ Fecenniæ præmio, quod eorum opera indicata Bacchanalia essent, S. C. factum est, *Ut pro eo quod ad cognitionem de Bacchanalibus indicata Hispalæ Fecenniæ dotis, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset, quasi si vir testamento dedisset. Utique ei invenio mulier liceret. non quid ei, qui eam auxisset, ob id fraudi ignominiæve esset. Utique consules prætoresve qui nunc essent, quique postea fuissent, ita curarent, ne quid ei mulieri injuriæ fieret, utique tuto esset. id senatum velle, & æquum censere, ut ita fieret.* Ea omnia data ad plebem, factaque sunt ex Senatusconsulto, & de cæterorum indicum impunitate præmiisque consulibus permissum est.

Cap. XX. Et jam Q. Marcius quæstionibus suæ regionis perfectis, in Ligures provinciam proficiscebatur; tribus millibus peditum Romanorum centum quinquaginta equitibus, & quinque millibus Latini nominis peditum, ducentis equitibus in supplementum acceptis. Eadem provincia, idem numerus peditum equitumque & collega decretus erat. Exercitus acceperunt, quos prior anno C. Flaminius & M. Æmilius consules habuerunt. duas præterea legiones novas ex Senatusconsulto scribere justi sunt: & viginti millia peditum, octies & nonies Latino imperarunt, & equites millie trecentos, & tria millia peditum Romanorum, ducentos equites. totum hunc exercitum præter legiones in supplementum Hispanientis exercitus duci placebat. Itaque consules, dum ipsi quæstionibus impediebantur, T. Memium delectui habendo præfecerunt. perfectis quæstionibus, prior Q. Marcius in Ligures Apuanos est profectus. Dum penitus in abdito saltus (quæ latebræ receptaculaque semper illis fuerant) perquirit; in præoccupatis angustiis, loco iniquo est circumventus. quatuor millia militum amisit, & legionis fecundæ signa tria, undecim vexilla hostium Latini nominis in potestatem hostium venerunt: & arma multa, quæ, quia impedimento fugientibus per silvestres semitas erant, passim jactabantur. prius sequendi Ligures finem quam fugæ Romani fecerunt. Consul ubi primum ex hostium agro evasit, ne quantum diminutæ copiæ forent apparere, in locis pacatis exercitum dimisit. Non tamen obliterare famam rei male gestæ potuit. nam saltus, unde eum Ligures fugaverant, Marcius est appellatus.

Cap. XXI. Sub hunc nuncium ex Ligustinis vulgatum, literæ ex Hispania missam gaudio tristitiam afferentes recitatæ sunt. C. Atinius, qui biennio ante prætor in eam provinciam profectus erat, cum Lusitanis in agro Astensi fignis collatis pugnavit. ad sex millia hostium sunt cæsa: cæteri fusi, fugati castrisque exuti. Ad oppidum deinde Astam oppugnandam legiones ducit. Id quoque haud multo majore certamine cepit, quam castra; sed dum incautius subit muros, ictus ex vulnere post dies paucos moritur. Literis de morte proprætoris recitatis, senatus censuit mittendum, qui ad Lunæ portum C. Calpurnium prætorem consequeretur: nunciaretque, senatum æquum censere, ne sine imperio provincia esset, maturare eum proficisci. Quarto die, qui missus erat, Lunam venit, paucis ante diebus Calpurnius profectus erat. Et in citeriore Hispania ab Manlius Acidinus, qui eodem tempore, quo C. Atinius in provinciam ierat, cum Celtiberis acie confixit. incerta victoria discessum est, nisi quod Celtiberi castra inde nocte proxima moverunt: Romanis & suos sepelienti, & spolia legendi ex hostibus potestas facta est. Paucos post dies coacto majore exercitu Celtiberi ad Calagurrim oppidum ultro lacessiverunt prælio Romanos. Nihil traditur, quæ causa numero aucto infirmiores eos fecerit: superati prælio sunt. ad duodecim millia hominum cæsa, plus duo capta: & castris Romanus potitus. & nisi successor adventu suo inhibuisset imperatum victoris, subacti Celtiberi forent. Novi prætores ambo exercitus in hiberna deduxerunt.

Cap. XXII. Per eos dies quibus hæc ex Hispania nunciata sunt, ludi Taurilia per biduum facti religionis causa, per dies decem apparatos deinde ludos M. Fulvius, quos voverat Ætolico bello fecit. Multi artifices ex Græcia venerant honoris ejus caus-

causa. athletarum quoque certamen primo Romanis spectaculo fuit: & venatio data leonum & pantherarum: & prope hujus seculi copia ac varietate ludicrum celebratum est. Novendiale deinde sacrum renuit, quod in Piceno per triduum lapidibus pluerat, ignesque cœlestes multifariam orti adussisse complurium levi affatu vestimenta maxime dicebantur. Addita & unum diem supplicatio est ex decreto pontificum, quod ædes Opis in Capitolio de cœlo tacta erat. hostilis majoribus consilies procurarunt urbemque lustraverunt. Sub idem tempus & ex Umbria nunciatum est, semimarem duodecim ferme annos natum inventum. id prodigium abominantes, arceri Romano agro necarique quamprimum jusserunt. Eodem anno Galli transalpini transgressi in Venetiam fine populatione aut bello, haud procul inde, ubi nunc Aquileja est, locum oppido condendo ceperunt. Legatis Romanis, de ea re trans Alpes missis, responsum est, Neque profectos ex auctoritate gentis eos: nec quid in Italia facerent, se scire. L. Scipio iudos eo tempore, quos bello Antiochi voviſſe ſese dicebat, ex collata ad id pecunia ab regibus civitatibusque, per dies decem fecit. Legatum eum post damnationem & bona vendita, missum in Asiam, ad dirimenda inter Antiochum & Eumenem reges certamina, Valerius Antias est auctor. tum collatas ei pecunias, congregatosque per Asiam artifices: & quorum ludorum post bellum, in quo votos diceret, mentionem non fecisset, de iis post legationem demum in senatu actum.

Cap. XXIII. Quum jam in extu annus esset, M. Marcius absens magistratum abiturus erat. Sp. Postumius quæstionibus cum summa fide curaque perfectis, comitia habuit. creati sunt consules Ap. Claudius Pulcher. M. Sempronius Tuditanus. Postero die prætores facti P. Cornelius Cethegus, A. Postumius Albinus, C. Afranius Stellio, C. Atilius Serranus, L. Postumius Tempsanus, M. Claudius Marcellinus. Extremo anni, quia Sp. Postumius consul renunciaverat, peragrantem se propter quæstiones utrumque littus Italiæ, desertas colonias, Sipontum supero, Buxentum infero mari, invenisse. triumviri ad colonos eo scribendos ex senatusconsulto M. Manio prætore urbano creati sunt, L. Scribonius Libo, M. Tuccius, Cn. Bæbius Tamphilus. Cum Perseo rege & Macedonibus bellum quod imminebat, non unde plerique opinantur, nec ab ipso Perseo causas cepit. inchoata initia a Philippo sunt. & is ipse, si diutius vixisset, id bellum gessisset. Una eum res, quum victo leges imponerentur, maxime angebat; quod qui Macedonum ab se defecerant in bello, in eos jus faciendi ademptum ei ab senatu erat: quum, quia rem integram Quintius in conditionibus pacis distulerat, non desperasset impetrari posse. Antiocho rege deinde bello superato ad Thermopylas, divisis partibus, quum per eosdem dies consul Acilius Heracleam, Philippus Lamiam oppugnasset; capta Heraclea, quia justus abicedere a moenibus Lamiæ erat, Romanique oppidum deditum est, agre eam rem tulerat. perinulsit iram ejus consul quod ad Naupactum Ipse festinans, quo se ex fuga Ætoli contulerant, Philippo permisit, ut Athamaniæ & Amynandro bellum inferret: & urbes, quas Thessalis Ætoli ademerant, regno adjiceret. Haud magno certamine & Amynandrum Athamaniæ expulerat, & urbes aliquot receperat. Demetriadem quoque urbem validam, & ad omnia opportunam, & Magnetum gentem fuæ ditionis fecit. inde & in Thracia quaedam urbes novæ atque infestæ libertatis vitio, seditionibus principum turbatas, paratibus Thræ domestica certamina vincerentur, adjungendo se, cepit.

Cap. XXIV. His fedata in præsentia regis ira in Romanos est. numquam tamen remisit animum à colligendis in pace viribus, quibus, quandocumque data fortuna esset, ad bellum uteretur. Vectigalia tegni, non fructibus tantum agrorum portoriisque maritimis auxit: sed metalla etiam & vetera intermissa recoluit, & nova multis locis instituit. ut vero antiquam multitudinem hominum, quæ belli cladibus amissa erat, restitueret; non sobolem tantum suppetere parabat, cogendis omnibus procreare atque educare liberos: sed Thracum etiam magnam multitudinem in Macedoniam traduxerat: quietusque aliquamdiu a bellis omni cura in augendas regni opes intentus fuerat. Rediere deinde causæ, quæ de integro iram moverent in Romanos. Thessalorum & Perræborum querelæ de urbibus suis ab eo possessis, & legatorum Eumenis regis de Thraciis oppidis per vim occupatis, traductaque in Macedoniam multitudine, ita auditæ erant, ut eas non negligi satis appareret. Maxime moverat senatum, quod jam Æni & Maroneæ affectari possessionem audirent, minus Thessalos curabant. Athamanes quoque legati venerunt; non partis amissæ, non finium jactura querentes, sed totam Athamaniam sub jus judiciumque regis venisse. Et Maronitarum exules erant pulsi, quia libertatis causam defendissent, ab regio prætidio. Ii non Maroneam modo, sed etiam Ænum in potestate nunciabant Philippi esse.

se. Venerant & à Philippo legati ad purganda ea: qui, nihil nisi permissu Romanorum imperatorum facturum, affirmabant. *Civitates Thessalorum, Perrhæbium, & Magnetum, & cum Amynandro Athamanum gentem, in eadem causa, qua Ætolos fuisse. Antiocho rege bello, occupatum oppugnantis Ætolicis urbibus consulem, ad recipiendas eas civitates Philippum mittere, armis sibi acceptis parere.* Senatum ne quid absente rege statueret, legatos ad eas controversias diseeptandas misit. Q. Cæcilium Metellum, M. Bæbium Tamphilum, T. Sempronium. quorum sub adventum, ad Thessalica Tempe omnibus iis civitatibus, quibus cum rege dissidium erat, concilium indictum est.

Cap. XXV. Ibi quum Romani legati disceptatorum loco, Thessali Perrhæbique, & Athamanes, haud dubii accusatores, Philippus ad audiendæ crimina tamquam reus, confidissent, pro ingenio quisque eorum cui pernicies hostium erant, & gratia cum Philippo aut odio, acerbius leniusve egerunt. In controversiam eorum veniebant, Philippopolis, Tricca, Phaloria, & Eurymenæ, & cætera circa eas oppida; utrum Thessalorum juris, quum vi adeptæ possidesque ab Ætolis forent (nam Philippum Ætolis adempte eas constabat) an Ætolica antiquitus ea oppida fuissent, ita enim Acilium regi concessuros, si Ætolorum fuissent: & si voluntate, non vi atque armis coacti, cum Ætolis essent. Eiusdem formulæ disceptatio de Perrhæbotum Magnetumque oppidis fuit, omnibusque ita possidendo per occasiones Ætoli miscuerant. Ad hæc, quæ disceptationis erant, querelæ Thessalorum adjectæ, *quod ea oppida, si jam redderentur sibi, spoliata ac deserta redditurus esset. nam præter belli cædes ab illo, quingentos principes iuventutis in Macedoniam abduxisse, & opera eorum in servilibus abuti ministeriis: & quæ redderit coactus Thessalis, inutilia ut redderet, curasse. Thebas Phthias unum mari timum emporium fuisse; quondam Thessalis quæstuosum & frugiferum. Eas tacitas quærentis comparatis regem, quæ præter Thebas Demetriadem cursum dirigerent; negotiationem maritimam omnem eo avertisse. Jam ne à legatis quidem, qui jure gentium sancti sint, violandis abstinere. Insidias positas euntibus ad T. Quintium. Itaque ergo in tantum metum omnes Thessalos conjectos, ut non in civitatibus suis, non in conventibus gentis concilii, quisquam liberè audeat. procul enim abesse libertatis auctores Romanos: latori adhærere graven dominum; prohibentem uti beneficiis populi Romani. Quid autem, si non libera nox sit, liberum esse? Nunc se fiducia & præsidio legatorum impavidè recreare ingenia quum sciant, nisi providerint aliquid Romani, quo eos Graecia Macedonicum accolentibus metus, & audacia Philippi minuatur: nequiquam & illum vinculum, & se liberatos esse. Ut eorum tenacem non parentem, frenis alipatoribus castigandum esse.* Hæc adeo postremi: quum priores leniter permissuri iram eius, petentes. *Ut ignoscere pro imperio iuventioni: & ut deposita omnium acerbitate, assuescere sortem atque auctum sese præstare. & imitaretur populum Romanum; qui caritate quam metu adjungere sibi socios malit.* Thessalis auditis, Perrhæbi Gonnocondylum, quod Philippus Gympiadem appellaverat, Perrhæbi Eritiam, & ut ipsi retinuerunt, agebant. & de Malleis & Ericinio eadem postulario erat. Athamanes libertatem repetebant, & calleia Athenanum & Peteneum.

Cap. XXVI. Philippus, ut accusatoris potius quam rei sic sibi habebat, & ipse accusare cœpit. *Metallidem in Dolopia, quæ regni sui fuisset. Thessalos ni atque omnes supplicasse quæsse est. item Petram in Pieria abiisse, Thessalis Perrhæbique cæptam. Nonnas quidem haud dubie, & Ætolicum oppidum sibi cos contribuisse; & Parauebolitas, quæ sint Athamanum esse, quibus vim Thessalorum formulæ faciant. Nam quæ sibi crimina objiciantur, de insidiis legatorum, & maritimis portubus sequestratis aut defectus; alterum derelictum esse, se reddere rationem, quos portus mercatores aut maritimi petant; alterum mores suos respicere. tot annos esse, per quos numquam cessaverint legati, nunc ad imperatores Romanos, nunc Romam ad senatum crimina de se deferre. quem unquam verbo violatum esse? Sextel ad Quintium euntibus insidias dici factas. sed, quid iis accideret, non adjici. Quærentium quid falso objiciant, quum verisimili hæreant, ea crimina esse. Insolentes & immodice abuti Thessalos indulgentia populi Romani; velut ex diutina fiti animis acide meram haurientes libertatem. Ita fervorum modo posse sibi repente manumissorum, licentiam cœcis & linguæ experiri. & jactare sese infectione & contagia dominorum.* Tutus deinde irridjecit, *Nondum omnium dierum solem occidisse.* Id minaciter dictum, non Thessali modo in se, sed etiam Romani accepturos. & quum frementibus postremo vocem ortus. & tandem sedatus esset; Perrhæbarum legatis Athamanumque legatis respondit. *Jamdudum de quibus illi agant, civitatum esse*

sam esse. consulem Acilium & Romanos sibi dedisse eas, quum hostium essent. Si suum munus qui dedissent, adimere velint, scire se cedendum esse: sed meliori ac fideliori amico, in gratiam levium & inutilium sociorum injuriam eos esse facturos. Nec enim ullius rei minus diuturnam esse gratiam, quam libertatis: præsertim apud eos, qui male utendo eam corruperint. Camillum exitia, prænunciantem vertunt legati. Placere deduci præsidia Macedonum ex iis urbibus: & antiquis Macedoniæ terminis regnum finiri. De injuriis, quas ultro citroque illatas querantur; quo modo inter eas gentes & Macedonas disceptetur; formulam juris exsequendi constituendam esse.

Cap. XVII. Inde graviter offenso rege, Thessalonicen ad cognoscendum de Thraciæ urbibus proficiscuntur. ibi legati Eumenis: Si liberas esse Ænum & Maroneam velint Romani, nihil sui pudoris esse ultra dicere, quam ut admoneant; re, non verbo eos liberos relinquant, præsumunt munus intercipi dubio patiantur. Sin autem minor cura sit civitatum in Thracia positarum, smitto veritus esse, quæ sub Antiocho fuerint: præmia belli, Eumenem quam Philippum habere; vel propatris Attali meritis bello, quod adversus Philippum ipsum gessit, vel Romanis: vel sui, quod Antiochi bello terra marique laboribusque periculisque omnibus interfuerit. Habere eum præterea decem legatorum in eam rem præjudicium, qui quum Chersonnesum Lysimachiamque dederint, Maroneam quoque atque Ænum profecto dedisse, quæ ipsa propinquitate regionis velut appendices majoris numeris essent. Nam Philippum quidem quo aut merito in populum Romanum, aut jure imperii, quum tam procul a finibus Macedoniæ absint, civitatibus his præsidia imposuisse? Vocari Maronitas juberent, ab iis certiora omnia de Thracia civitatium earum. Legati Maronitarum vocati, Non uno loco tantum urbis præsidium regium esse, sicut in aliis civitatibus, dixerunt, sed pluribus simul: & plenam Macedonum Maroneam esse. Itaque dominari assentatores regios, his solis loqui & in senatu & in concionibus licere, eos omnes honores & capere jubs, & dare aliis. Optimum quemque, quibus libertatis, quibus legum cura sit, aut exulare pulsos patria, aut inhonoratos & deterioribus obnoxios silere. De jure etiam hnium pauca adjecerunt: Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem vlam regiam, quæ ad Thraciæ Paroreiam subeat; nusquam ad mare deflexisse viam, qua Maronitarum urbes egrosque amplectatur.

Cap. XVIII. Ad ea Philippus longe aliam, quam adversus Thessalos Perræbique nuper, ingressus differendi viam. Non eum Maronitis, inquit, mihi aut cum Eumene disceptatio est; sed etiam vobiscum Romani. a quibus nihil aequi me impetrare jam diu animadverto. Civitates Macedonum, quæ a me inter inductas desecerant, reddi mihi æquum censebam; non quia magna accessio ea regni futura esset (sunt enim & parva oppida, & in finibus extremis posita) sed quia multum ad reliquos Macedonas continendos exemplum pertinebat. negatum est mihi. Bello Ætolico Lamiam oppugnare jussus a consule Manio Acilio, quum diu fatigatus ibi prælius operiusque esset; transcendentem ne jam muros, & capta prope urbe revocavit consul, & abducere copias inde coegit. Ad hujus solatium injuriæ pensationi mihi Thessalicæ Perræbicæque & Athamanum, recteperem quadam castella magis quam urbes. ea quoque ipsa vos mihi, Q. Cæcili, paucos ante dies ademistis. Pro non dubio paulo ante, si Diis placet, legati Eumenis sumebant, quæ Antiochi fuerunt. Eumenes æquius esse quam me habere. Id ego aliter longe judico esse. Eumenes enim non nisi victissent Romani, sed nisi bellum gessissent, manere in regno suo non potuit. Itaque ille vestrum meritum habet, non vos illius: mei autem regni tantum aberat ut ulla pars in discrimine fuerit, ut tota milia talentum, & quinquaginta tectas naves, & omnes Græciæ civitates, quas antea tenuissem, publicentem ultro Antiochum in mercedem societatis, sim affernatus. hosemque ei me esse prius etiam, quam Mantus Acilius exercitum in Græciam traiceret, præ me tuli: & cum eo consule bella pararem, quæcunque mihi delegavit, gessi. & insequenti consuli L. Scipioni, quum terra statuissset ducere exercitum ad Hellespontum, non iter tantum per regnum nostrum dedi, sed vias etiam munivi, pontes feci, commeatus præbui: nec per Macedoniam tantum, sed per Thraciam, ubi etiam inter cetera, cripere: id quod nunc facitis. Macedonum civitates, quas regni mei fuisse fatemini, non restituuntur. Eumenes, tanquam ad Antiochum, spoliandum me venit. & si Diis placet, decem legatorum decretum calumnia

mnia impudentissime prætendit quo maxime & refelli & coargui potest. Dissertissime enim planissimeque in eo scriptum est; Chersonnesum & Lysimachiam Eumeni dari. Ubi tandem Annus, & Maronea, & Thraciæ civitates adscriptæ sunt quod ab illis ne postulare quidem est ausus. Id apud vos, tamquam ab illis impetraverit, obtinebit? Quo in numero me apud vos esse velitis, refert. Si tanquam inimicum & hostem insectari proposium est, pergite, ut cœpistis facere. Sin aliquis respectus eß mei, ut facit atque antea fecit, a precor, ne me tanta injuria dignum judicetis.

Cap. XXIX. Movit aliquantum oratio regis legatos. itaque medio responso rem suspenderunt: *Si decem legatorum decreto Eumeni datæ civitates ea essent, nihil se mutare. si Philippus hoc rapuisset, præmium victoriæ sure belli habiturum. si neutrum eorum foret, placere cognitionem senatui referrari: & ut omnia in integro manerent, præsidia, quæ in iis urbibus sint, deduci.* Hæc causse maxime animum Philippi alienaverunt ab Romanis, ut non à Perseo filio eius novis, sed à patre mortuum, sed ob has a patre bellum relictum filio videri posset. Romæ nulla belli Macedonici suspicio erat. L. Manlius proconsul ex Hispania redierat. cui postulanti ab senatu in æde Bellonæ triumphum rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat: exemplum obtabatur, quod ita comparatum more majorum erat, ne quis, qui exercitum non deportasset, triumpharet, nisi perdomitam pacatamque provinciam tradidisset successori. medius tamen honos Manlio habitus, ut quem urbem iniret. Tulit coronas aureas quinquaginta duas: auri præterea pondo centum viginti duo: argenti sedecim millia trecenta: & pronunciavit in senatu, decem millia pondo argenti, & octoginta auri Q. Fabium quæstorem advehere, id quoque se in ærarium illaturum. Magnus motus fervilis eo anno in Apulia fuit. Tarentum provinciam L. Postumius prætor habebat. Is de pastorum conjuratione, qui vias latrociniis pascuaque publica infesta habuerant, quæstionem severe exercuit, ad septem millia hominum condemnavit: multi inde fugerunt: de multis sumptum est supplicium. Consules diu frementi urbem delectibus, tandem in provincias profecti sunt.

Cap. XXX. Eodem anno in Hispania prætores C. Calpurnius & L. Quintius, quum primo vere ex hibernis copias eductas in Beturia junxissent, in Carpetaniam, ubi hostium castra erant, progressi sunt: communi animo consilioque pariter rem gerere. Haud procul Hippone & Toleto urbibus, inter pabulatores pugna orta est. quibus dum utrimque subveniur a castris, paulatim omnes copiæ in aciem eductæ sunt. In eo tumultuario certamine, & loca sua & genus pugnæ pro hoste fuere. duo exercitus Romani fuit, atque in castra compositi sunt. non inferre periculis hostes. Prætores Romani, ne postero die castra oppugnarentur, silentio proximæ noctis tacito signo exercitum abduxerunt. Luce prima Hispani acie intructa ad vallum accesserunt, vacuaque præter spem castra ingressi, quæ derelicta inter noctumam expeditionem erant, diripuerunt: regresique in sua castra, paucos dies quietis stativis manserunt. Romanorum sociorumque, in prælio fugaque, ad quinque millia occisa: quorum se spoliis hostes armarunt. inde ad Tagum flumen profecti sunt. Prætores interim Romani, omne id tempus contrahendis ex civitatibus sociis Hispanorum auxiliis, reficiendisque ab terrore adversæ pugnæ militum animis, confumpserunt. ubi satis placuere vires, & jam miles quoque, ad delendam priorem ignominiam, hostem poscebat; duodecim millia passuum ab Tago flumine posuerunt castra. inde tertia vigilia subiatis signis, quadrato agmine principio lucis ad Tagi ripam perveuerunt. Trans fluvium in colle hostium castra erant. exemplo qua duobus locis vada nudabat amnis, dextera parte Calpurnius, læva Quintius exercitum traduxerat: quibus hoste, dum miratur subitum adventum, consultatque; qui tumultum injicere trepidantibus in ipso transitu amnis potuissel. Interim Romani impedimentis quoque omnibus traductis contractisque in unum locum, quia jam moveri videbant hostem, nec Hispani erat castra communiendi, aciem instruxerunt. in medio locatæ quinta Calpurnii legio, & octava Quintii. id robur toto exercitu erat. Campum apertum usque ad hostium castra habebant liberum a metu infidiarum.

Cap. XXXI. Hispani posteaquam in citeriore ripa duo Romanorum agmina conspexerunt, ut, priusquam se jungere atque instruere possent, occuparent eos, castris repente effusi cursu ad pugnam tendunt. Atrox in principio prælium fuit, & Hispanis recens victoria ferocibus, & Insueta ignominia militi Romano acerrimo censo. acerrime media acies, duæ fortissimæ legiones, dimicabant; quos quum aliter moveri loco non posse hostis cerneret, cuneo facto irrupit pugnare: & usque plures consertioretque, medios urgebant. Ibi posteaquam laborare aciem Calpurnius prætor vidit, T. Quintilium Varum, L. Juventium Thalnam legatos, ad singu-

las legiones adhortandas propere mittit. Docere & monere jubet, *in illis ipsum omnem effundendi ac retinendæ Hispaniæ esse. Si ibi loco cedant, neminem ejus exercitus non modo Italiam, sed ne Tagi quidem ulterioris ripam, unquam visurum.* Ipse cum equitibus duarum legionum paululum circumvectus, in cuneum hostium, qui medium urgebat aciem, ab latere incurrit. Quibus primi nisi equitibus alterum hostium latus invadit: sed longe acrius Calpurniani equites pugnabant, & prætor ipse ante alios. nam & primus hostem percussit, & ita se immisceuit mediis, ut vix, utrius partis esset, nosci posset. & equites prætoris eximia virtute, & equitum pedites accendit animos. Pudor movit primos centuriones, qui inter tela hostium prætorem conspexerunt. Itaque urgere signiferos pro se quisque, jubere inferre signa, & confestim militem sequi. Renovatur ab omnibus clamor. impetus fit velut ex superiore loco. Haud secus ergo quam torrentis modo fluminis sternuntque persussos, nec sustinere alii super alios inferentes sese possunt. Fugientes in castra equites persecuti sunt, & permisti turbæ hostium intra vallum penetraverunt. ubi ab relictis in præsidio castrorum præsidium instauratum: coactique sunt Romani e muris deicendere ex equis. Diuricantibus iis legio quinta supervenit: deinde, ut quæque potuerant, copiæ affluebant. Cæduntur passim Hispani per tota castra: nec plus quam quatuor millia hominum effugerunt. inde tria millia fere, qui arma retinuerant, mentem propriquum ceperunt: mille fugientes maxime per agros palati sunt. Supra triginta quinque millia hostium fuerant, ex quibus tam exigua pars pugnæ superfuit. signa capta centum triginta tria. Romani sociique paulo plus sexcenti, & provincialium auxiliorum centum quinquaginta ferme ceciderunt. tribuni militum quinque amissi, & pauci equites Romani, cruentæ maxime victoriæ speciem fecerunt. in castris hostium, quia ipsis spacium sua communiendi non fuerat, mansserunt. Pro concione postero die laudati, donatique a C. Calpurnio equites phaleris, pronunciavitque, eorum maxime opera hostes fusos, castra capta & expugnata esse. Quintius alter prætor suos equites torquibus aureis donavit, donati & centuriones ex utriusque exercitu permulti; maxime qui mediam aciem tenuerunt.

Cap. XXXII. Consules delectibus allitique, quæ Romæ agenda erant, peractis rebus, in Ligures provinciam exercitum duxerunt. Semproniusque a Pisis profectus in Appuanos Ligures, vastando agros, urrendoque vicos & castella eorum, aperuit saltum usque ad fluvium Macram & Lunæ portum. Hostes momentem, antiquam sedem majorum suorum, ceperunt. & inde, superata locorum iniquitate, prælio dejecti sunt. Et Ap. Claudius felicitatem virtutemque collegæ in Liguribus Ingaunis æquavit secundis aliquot prœliis. sex præterea oppida eorum expugnavit: multa millia hominum in iis cepit: belli auctores tres & quadraginta securi percussit. Jam comitiorum apperebat tempus. prior tamen Claudius quam Sempronius, cui fors comitia habendi obtigerat, Romam venit; quia P. Claudius frater ejus consularum petebat, competitoresque habebat patricios L. Æmilium, Q. Fabium Labeonem, Ser. Sulpicium Galbam, veteres candidatos. & ab repulsis eæ magis debitum, quia primo negatus erat, honorem repetentes, etiam quia plus quam unum ex patriciis creari non licebat, archior petitio quatuor potentibus erat. Indeque quidam gratiosi homines perebant, L. Porcius, Q. Terentius Culleo, Cn. Babius Tamphilus. & ii repulsi, in spem imperrandi tandem aliquando honoris, dilati. Claudius unus ex omnibus novus candidatus erat. Opinione hominum haud dubie ochlandantur Q. Fabius Labeo & L. Porcius Licinus. sed Claudius consul fine licitoribus cum fratre toto foro volitando, clamantibus adversariis, & majore parte senatus, *meminisse eum debere prius, se consulem populi Romani, quam fratrem P. Claudii esse: quin ille federa pro tribunatu non arbitrium, aut comitiorum tacitum spectatorem se præberet;* coërceri tamen ab effuso studio nequit. Magnis contentionibus tribunorum quoque plebei, qui aut contra consulem, aut pro studio ejus pugnabant, comitia aliquoties turbata: donec pervicit Appius, ut dejecto Fabio fratrem traheret. Creatus P. Claudius Pulcher, præter spem suam & ceterorum. locum suum tenuit L. Porcius Licinus, quia moderatis studiis, non vi Claudiana, inter plebejos certatum est. Prætorum inde comitia sunt habita. C. Decimius Flavus, P. Sempronius Longus, P. Cornelius Cethegus, Q. Nævius Matho, C. Sempronius Blæsus, A. Terentius Varro, prætores facti. Hæc eo anno quo Ap. Claudius, M. Sempronius consules fuerunt, domi militiæque gesta.

Cap. XXXIII. Principio insequentis anni, P. Claudio, L. Porcio consulibus, Q. Cæcilius, M. Bæbius, & Ti. Semproni us, qui ad disceptandum inter Philippum & Eumenem reges. Thessaliorumque civitates, missi erant, legationem renuntiarunt; regum quoque eorum civitatumque lega-

legatos in senatum introduxerunt. Eadem utrimque iterata quæ dicta apud legatos in Græcia erant. Aliam deinde legationem novam Patres, cujus princeps Ap. Claudius fuit, in Macedoniam & in Græciam decreverunt: ad visendum, redditane civitates Rhodiis & Thessalis & Perræbis essent. Iisdem mandatum, ut ab Æno & Maronea præsidia deducerentur, maritimaque omnis Thraciæ ora a Philippo & Macedonibus liberaretur. Peloponnesium quoque adire jussi; unde prior legatio discesserat incertiore statu rerum, quam si non venissent. nam super cætera etiam tine responso dimissi, nec datum petentibus erat Achæorum concilium. De qua re querente graviter Q. Cæcilio, simul Lacedæmonii, qui deplorantibus mœnia diruta, abductam plebem in Achaiam & venundatam: adempsras, quibus ad eam diem civitas fuerat, Lycurgi leges: Achæi maxime concilii negati crimen excusabant, recitando legem: quæ, nisi belli pacive causa, & quum legati ab senatu cum literis, aut scriptis mandatis, venirent, veteret indici concilium. Eam ne postea excusatio esset, oblendit senatus, curæ iis esse debere, ut Romanis legatis semper adeundi concilium gentis potestas fieret: quemadmodum & illis, quod jus vellent, senatus daretur.

Cap. XXXIV. Admissis iis legationibus, Philippus a Thessalonicensibus, cedendum civitatibus, deducendaque præsidia esse; infensus omnibus, in Maronitas iram effundit. Onomasto, qui præerat maritimæ oræ, mandat, ut partis adversæ principes interficeret. Ille per Casandrum quendam, unum ex eis, jam diu habitantem Maronea, necat. Græcia bus intromissis, velut in bello capta urbe, cædem fecit. Id apud Romanos legatos querentes. *tam crudelitas adversus innocuos Maronitas, tam superbe adversus populum Romanum facinus, ut, quibus liberatam restituendam senatus censuisset, ii pro hostibus trucidarentur; abnuebat quisquam eorum ad se, aut quemquam suorum pertinere. Sedition inter ipsos dimicatum, quum alii ad se, alii ad Eumenem civitatem traherent. id facile scturos esse, si per eum Thracem ipsos Maronitas: haud dubios, percutis omnium terrorem recentis cædis; neminem hisce adversus se ausurum.* Negare Appius. *Rem evidentem pro dubia quærendam si ab se cuiquam remotere vellet, Onomastum & Casandrum per quos actum dicerent, mitteret Romam, ut eos senatus punendos curi posset.* Primo adeo perturbavit ea vox regem, ut non color non vultus ei constaret, deinde collecto tandem animo. *Casandrum, qui Maronæ fuisset, si uttique vellent, sui missurum dixit. Ad Onomastum quidem quid ea res pertineret? qui nec modo Maronæ, sed ne in regione quidem propinqua fuisset?* Et parcebat magis Onomasto honoratori amico, & eundem indicem haud paulo plus timebat: quia & ipse sermonem eum eo contulerat, & multorum talium ministrum & consilium habebat. Cæsandro quoque, missis qui per Epirum ad mare prosequerentur eum ne qua indicium emanaret, veneno creditur fabricatos.

Cap. XXXV. Et legati a Philippi colloquio ita digressi sunt, ut præ se ferrent, nihil eorum sibi placere: & Philippus minime quin rebellandum esset dubius, quia tamen immaturæ ad id vires erant, ad moram interponendam Demetrium, minorem filium, mittere Romam, simul ad purganda crimina, simul ad deprecandam iram senatus, statuit: fatis enim ipsum etiam juvenem, quod Romæ obses fuisset, regis indolis desiderasse, aliquid momenti factorum. Interim per speciem auxilii Byzantiis ferendi, re ipsa ad terrorem regulis Thracum injiciendum profectus, perculsis iis uno prælio, & Amadoco duce capto, in Macedoniam rediit, missis ad accolas litori finitimos barbaros, ut in Italiam irrumperent, sollicitandos. Et in Peloponneso adventus Romanorum legatorum, qui ex Macedonia in Achaiam ire jussi erant, exspectabatur: adversus quos ut præparata consilia haberent, Lycortas prætor concilium indixit. Ibi de Lacedæmoniis actum. *hostilius eos accusatores factos, & pertinacius esse, ne vitii mavis timendi forent, quam bellantes fuissent. quippe in bello socios Romanis Achæos ipsos: nunc eosdem Romanos æquiores Lacedæmoniis quam Achæis esse: nihil absunt a deditis civitates, amissa exules suo beneficio restituta: legationem Romam adversus gentem Achæorum ita de ipsis meritam fuisse? fuisse, adeoque ita esse orationi ejus credit, ut patriis pulsi, non repulsi in eam, viderentur.* Clamor undique ortus, referret nominandas eis, & quum omnia ira, non consilio gererentur, a spiritis damnati sunt. Pauces post dies Romani legati venerunt. his Clitore in Arcadia datum est concilium.

Cap. XXXVI. Principium sperent quicquam, terror Achæis injectus erat & cogitantibus, quam non ea æquo ad certandi fortuna esset; quod Appium & Alcibiadem, capitis ab eis in concilio proximo damnatos, cum legatis videbant: nec hiscere quidquam audebat. Appius ea, quæ apud senatum quæsti erant Lacedæmonii, diluplicare senatui offendit. *Eadem ori-mum ad compellendum senatum eorum, qui a Philippo amore ad eandem decernendam evocati venissent: deinde quum in homines ira favoritum esset, ne*

in ulla parte crudelitas eorum cessaret, muros diruto urbis nobilissimæ esse, leges vetustissimas abrogatas, disciplinamque per gentes Lycurgi disciplinam sublatam. Hæc quum Appius dixisset, Lycortas, Sequia prætor, & quia Philopœmenis, auctoris omnium quæ Lacedæmone acta fuerant, factionis erat, ita respondit: Dissitiis nobis, Appi Claudi, aptis vobis ornatibus, ut Romæ nuper apud senatum fuit. Tunc enim Lacedæmonii accusantibus respondeam erat: nunc autem ipsis accusati sumus, apud quos caussa dicenda est, quam iniquitatem conditionis subimus illa fere, judicis animo te auditurum esse, pulsum Romæ nuper apud senatum fuit. Ego certe quum ea, quæ & hic antea apud Q. Cæcilium, & postea Romæ questi sunt Lacedæmonii a te paulo ante relata sint, non tibi sed illis me apud te respondere credam. Eadem objicitis eorum, qui a Philopœmene prætore evocati ad caussam dicendam missi sunt. Hoc ego crimen non modo a vobis Romani, sed ne apud quos quidem nobis objiciendum fuisse arbitror. Quid ita? quia in vestro fædere erat, ut maritimis urbibus abstinerent Lacedæmonii. Quo tempore armis capris urbes, a quibus abstinere jussi erant, modicum imperii occupaverunt: si Tyndaritæ, si exercitus Romanus, sicut antea in Peloponneso fuisset, eo nimirum capti & oppressi confugissent. quum vos procul essetis, quo alio, nisi ad nos socios vestros, quos antea Gythio opem ferentes, quos Lacedæmonem vobiscum simili de caussa oppugnantes vidissent, confugerent? Pro nobis igitur justum piumque bellum suscepimus. quod quum alii laudent, reprehendere ne Lacedæmonii quidem possint, Dii quoque ipsi comprobaverint, qui nobis victoriam dederunt; quonam modo ea, quæ belli jure acta sunt, in disceptationem veniant? quorum tamen maxima pars nihil pertinet ad nos. Nostrum est, quod evocavimus eos ad causam dicendam, qui ad arma multitudinem exciverant, qui expugnaverant maritima oppida, qui diripuerant, qui cædem principum fecerant? Quod vero illi venientes in castra interfecti sunt; nostrum est, Areu & Alcibiade, qui nunc nos, si Dis placet, accusatis, non nostrum. Exules Lacedæmoniorum, quo in numero hi quoque duo fuerunt & nunc vobiscum erant, quod domicilio sibi delegerant maritima oppida, se peritos credentes; in eos quorum opera patria extorres, ne in tuto quidem exitio posse contenescere se indignabantur, impetum fecerunt. Lacedæmonii igitur Lacedæmonios, non Achæi, interfecerunt. nec, ure an injuria cæsi sint, argumentari refert.

Cap. XXXVII. *At enim illa vestra sunt, Achæi, quod leges disciplinasque vetustissimas Lycurgi tulistis, quod muros diruistis. Quæ utraque ab iisdem objici qui possunt; quum muri Lacedæmoniis non ab Lycurgo, sed paucos ante annos ad disfidendam Lycurgi disciplinam extructi sint? Tyranni enim nuper eos, arcem & munimentum sibi, non civitati, ædificarunt. Et ita existat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum; & nunc se patriam & Spartam antiquam agnoscere dicat. Non Philopœmenem exspectare, nec Achæos, sed vos ipsi Lacedæmonii vestris manibus amoliri & diruere omnia tyrannidis vestigia debuistis. Vestra enim illa deformes veluti cicatrices servitutis erant: & quum sine muris per oc̃ingentos prope annos liberi, aliquando etiam principes Græciæ fuissetis, muris velut compedibus circumdatis vinciri per centum annos servitis. Quod ad leges attinet, eo antiquiores Lacedæmonii leges tyrannos ademisse arbitror. nos non suas ademisse, quas non habebant, sed nostras leges dedisse: nec male consuluisse civitati, quum consilii nostri eam fecerimus, & nobis misericordiam, ut corpus unum & consilium totius Peloponnesi esset. Tuque, opinor, si alius ipse legibus viveremus, altas ipsis injuxissemus, queri, se iniquo jure esse, & indignari possent. Scio ego, Appi Claudi, hanc orationem, qua sum adhuc usus, neque sotericum apud socios neque liberæ gentis esse; sed servorum vetus disceptatium apud dominos. Nam si non vana illa vox præconis fuit, qua liberos esse omnium primos Achæos jubsistis, si fœdus ratum est, si societas & amicitia ex æquo observatur; cur ego, quid Capua capta fecerimis Romani, non quero, vos rationem reposcitis, quid Achæi Lacedæmonii bello victis fecerimus? Interfecti aliqui sunt, fateor, sed ii non senatores Campanos securi non percussistis? Muros diruimus. vos non muros tantum, sed urbem & agros ademistis. Specie, inquit, æquum est fœdus apud Achæos, re precaria libertas? apud Romanos etiam imperium est. Sentio Appi: & si non oportet, non indicem, sed oro vos, quæsitum libet intersit inter Romanos & Achæos, modo ne in æquo hostes vestri nostrique apud vos sint, ac nos socii: imo ne meliore jure sint. Nam ut in æquo essent, nos fecimus, quum leges iis nostras dedimus. quum, ut Achæi concilii essent affectimus. Parum est victis, quod victoribus satis est, plus postulant hostes, quam socii habent. Quæ jure quæsito, quæ monumentis literarum in lapide insculptis in æternam memoriam sanctæ atque sacrata sunt, ea cum periurio nostro*

noſtro tollere parant. Veremur quidem vos, Romani, & ſi ita vultis, etiam timemus: ſed plus & veremur & timemus Deos immortales. Cum aſſenſu maximæ partis eſt auditus, & locurum omnes pro majeſtate magiſtratus, cenſebant: ut facile appareret, molliter agendo dignitatem ſuam tenere Romanos non poſſe. Tum Appidius ſuadere ſe magnopere Achæis dixit, ut, dum licerent, bona ſua facere, gratiam inirent, ne mox inviti & coacti facerent. Hæc vox audita quidem cum omnium gemitu eſt, ſed metum injecit imperata recuſandi. id modo petierunt, ut Romani, quæ viderentur, de Lacedæmoniis mutarent, nec Achæos religione obſtringerent, irritos eſſe, quæ jurejurando ſanxiſſent, faciendi. damnatio tantum Arei & Alcibiadis, quæ nuper facta erat, ſublata eſt.

Cap. XXXVIII. Romæ principio ejus anni quum de provinciis conſulum & prætorum actum eſſet, conſulibus Ligures, quia bellum nuſquam alibi erat, decreti. Prætores, C. Decimius Flavus urbanam, P. Cornelius Cethegus inter cives & peregrinos, ſortiti ſunt. C. Sempronius Blæſus Siciliam, Q. Nævius Matho Sardiniam, & ut idem de veneficiis quæreres, A. Terentius Varro Hiſpaniam citeriorem, P. Sempronius Longus Hiſpaniam ulteriorem. De iis duabus provinciis legari per id fere tempus, L. Juventius Thalna, & T. Quintilius Varus, venerunt. qui, quantum bellum jam profligatum in Hiſpania eſſet, ſenatu edocto, poſtularunt ſimul, ut pro rebus tam proſpere gestis [illegible] haberetur honos, & ut prætoribus exercitum deportare liceret. Supplicatio in biduum decreta eſt. de legionibus deportandis, quum de conſulum prætorumque exercitibus ageretur, rem integram referri juſſerunt. Paucos poſt dies conſuli in Ligures binæ legiones, quas Appius Claudius & M. Sempronius habuerant, decretæ ſunt. De exercitibus Hiſpanienſibus magna contentio fuit inter novos prætores & amicos abſentium, Calpurnii Quintiique. Utraque cauſſa tribunos plebis, utraque conſules habebat. il ſe interceſſuros Senatusconſulto, ſi deportandos cenſerent exercitus, denuntiabant, illi, ſi hæc interceſſio fieret, nullam aliam ſe decerni paſſuros. Victa poſtremo abſentium gratia eſt. & Senatusconſultum factum, *Ut prætores quatuor militia peditum Romanorum ſcriberent, quadringentos equites, & quinquemillia ſoctorum peditum Latini nominis, octingentos equites, quos ſecum in Hiſpaniam portarent, quum ea legiones quatuor deſcripiſſent, quod plus quam quina militia peditum, trecenti equites, in ſingulis legionibus eſſet, dimitterent: eos primum, qui emerita ſtipendia haberent, deinde, ut cujuſque fortiſſima opera Calpurnius & Quintius in prælio uſi eſſent.*

Cap. XXXIX. Hac ſedata contentione, alia ſubinde C. Decimii Prætoris morte exorta eſt. Cn. Sicinius, & L. Puppius, qui ædiles proximo anno fuerant, & C. Valerius Flaccus Flaminius, & Q. Fulvius Flaccus (is quia ædilis curulis deſignatus erat, ſine toga candida, ſed maxima ex omnibus contentione) petebant. certamenque ei cum flamine erat. & poſteaquam primo æquare, mox ſuperare etiam eit viſus, pars tribunorum plebis negare, rationem ejus habendam eſſe, quod duos ſimul unus magiſtratus præſertim curules, neque capere poſſet, nec gerere: pars legibus eum ſolvi æquum cenſere, ut, quem vellet, prætorem creandi, populo poteſtas fieret. L. Portius contra primo in ea ſententia eſſe, ne nomen ejus acciperet. deinde ut ex auctoritate Senatus idem faceret, convocatis Patribus, *reſerre ſe ad eos* dixit, *quod nec jure ullo, nec exemplo tolerabili liberæ civitati ædilis curulis deſignatus præturam peteret e ſibi, niſi quid aliud iis videretur, in animo eſſe e lege comitia habere.* Patres cenſuerunt, uti L. Portius conſul cum Q. Fulvio ageret, ne impedimento eſſet, quo minus comitia Prætoris in locum C. Decimii fubrogandi e lege haberentur. Agenti conſuli ex Senatuſconſulto, repondit Flaccus, *nihil, quod ſe indignum eſſet, factiurum.* Medio reſponſo ſpem ad [illegible] cupiditatem interpretationis fecerat, ceſſirum Patrum auctoritati eſſe. Comitiis actus etiam quam ante petebat, criminando, extorqueri ſibi à conſule & ſenatu, populi Romani beneficium, & invidiam geminati honoris fieri: tanquam non apparet, ubi deſignatus Prætor eſſet exemplo ædilitate ſe abdicaturum. Conſul cum & pertinaciam petentis crecere, & favorem populi magis magiſque in eum inclinari cernerer, dimiſſis comitiis ſenatum vocavit. cenſuerunt frequentes, quoniam Flaccum auctoritas Patrum nihil moviſſet, ad populum cum Flacco agendum. Concione advocata quum egiſſet conſul; nec tum quidem de ſententia motus, gratias populo Romano egit, quod tanto ſtudio, quotieſcunque declarandæ voluntatis poteſtas facta eſſet, Prætorem ſe voluiſſet facere. Ea ſibi ſtudia civium ſuorum deſtituere non in animo eſſe. Hæc vero tam obſtinata vox, tantum ei favorem accendit, ut haud dubius Prætor eſſet; ſi conſul accipere nomen veller. Ingens certamen tribunis & inter ſe ipſos, & cum conſule fuit: donec ſenatus à conſule eſt ha-

bius, decretumque: quoniam præ-
tores haberentur comitia negotiis
fierent, perfunctia Q. Fluci, & pa-
va studia hominum impedirent, le-
natum centere fatis præterum esse:
P. Cornelius utraque in urbe ju-
risdictionem haberet, Apollinique
ludos faceret.

Cap. XL. His comitiis prudentia
& virtute ignavia fuadatis, alia ma-
jorib. certaminibus, quæ & majore de
re, & inter plures potentioresque ci-
vitas, funt exorta. Cenfiarum summa
contentione petebant L. Valerius
Flaccus, P. & L. Scipiones, Cn. Man-
lius Vulso, L. Furius Purpureo, pa-
tricii: tribuni aurem, M. Porcius
Cato, M. Fulvius Nobilior, T. Si
M. Sempronii, Lucius & Tuditana-
us. Id omnes patricios plebejosque
nobilissimarum familiarum M.
Porcius longe anteibat, in hac viro
tanta vis animi ingenioque fuit, ut,
quocumque loco natus esset, fortunam
sibi ipse faturus fuisse videretur. Nobilitate neque pri-
vatis neque publice quisquam illustrior. Utraque fuit
artibus quibus res pariter callebat. Ad famam nomenque alios scientia
juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit. huic versatile in-
genium hic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quod-
cunque ageret. In bello manu fortissimus, multisque insignibus cla-
rus pugnis, idem postea jam ad ma-
gnos honores perveniit, summus im-
perator: idem in pace, si jus consu-
lores, peritissimus; si causa oranda
esset, eloquentissimus. nec is tan-
tum, cujus lingua vivo eo vigueris,
monumentum eloquentiæ mihi
exstet: vivit imo, vigetque eloquen-
tia ejus, facunda scripti omnis gene-
ris. Orationes & pro se multas, & pro aliis, & in alios, nam in eorum
accusando, sed etiam causam dicendo fuit avit inimicos. Simultates ni-
mio plures & exercuerunt eum, & ipse exercuit eas. nec facile dixeris, utrum magis presserit eum nobilitas, an ille aggraverit nobilitatem. Alpe-
ri procultibilio animi, & lingua a-
cerbæ & immodice liberæ fuit sed in-
victi a cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ; contemptor gratiæ, di-
vitiarum. In patrimonia, in patien-
tia laboris periculique, ferrei prope corporis animique; quem ne tenebris quidem, quæ folvit omnia, fre-
gerit. Qui sextum & octogesimum annum agens causam dixerit, ipse pro se oraverit, terteriterique: no-
nagesimo anno Sergium Galbam ad populi adduxerit judicium.

Cap. XLI. Hunc, sicut omni vi-
ta, tum prensantem premebat nobili-
tas: coierantque (præter L. Flac-
cum, qui collega in consulatu fuer-
rat) candidati omnes, ad dejicien-
dum honore eum; non solum ut ipfi
portus adipiscerentur, nec quia Indi-
gnabantur novum hominem censo-
rem videre, sed etiam quod tristem
censuram, periculosamque multorum
famæ, & ob laxo ac pleriique, & la-
bendi cupido, exspectabant. Ete-
nim rum quoque minitabundus pe-
tebat; refragari sibi, qui liberam &
fortem censuram timerent, crimi-
nando. & timul L. Valerio infuba-
gabatur. Per uno collega castigare
se nova flagitia, & prisca mores re-
vocare posse. His accensi homines,
adversa nobilitate non M. Porcium
modo censorem fecerunt, sed etiam
collegam ei L. Valerium Flaccum ad-
jecerunt. Secundum comitia centu-
rum consules prætoresque in provin-
cias profecti sunt, præter Q. Nae-
vium, quem quattuor non nimis men-
ses, prinsquam in Sardiniam iret,
quæstiones venenici, quarum magna
pars extra urbem per municipia concilabulaque habuit, quia
aptius vitium erat, tenuerunt. Si
Antiari Valerio crederis liberasse duo
hominum millia damnavit. Et L. Po-
stumius prætor, cui Tarentum pro-
vincia evenerat, manus pastorum
conjurationes vindicavit; & reli-
quas Bacchanalium quæstionis cum
omni executus est cura. multos, qui
aut citati non affuerant, aut vades
deseruerant, in ea relatione Italiæ la-
tiones, partim medios judicavit,
partim comprehensos Romam ad se
natum misit. in carcerem omnes a
P. Cornelio conjecti sunt.

Cap. XLII. In Hispania ulteriore,
fractis proximo bello Lusitanis, quie-
tæ res fuerunt. In citeriore A. Te-
rentius, in superiaris, omnium
Corbionem vincis & operibus expugnavit, captivos vendidit. quieta deinde hiberna & citeriore provincia habuit. Veteres prætores, C. Ca-
purnius Pito, & L. Quintius, Ro-
mam redire aut utrique magna pa-
trum contentia triumphus est decretus. Prior C. Calpurnius de Lusita-
nis & Celtiberis triumphavit, corona
aurea, ruit ebogina tres, & duodecim millia pondo argenti. Pau-
cos post dies L. Quintius Crispinus ex iisdem Lusitanis Celtiberisque triumphavit. tantundem auri atque argenti in eo triumpho translatum. Censores M. Tercius & L. Vale-
rius, metu missa exspectatione fe-
ratum legerunt: senatum moverunt ne-
mini. ex quibus unum ingenuum & nobilitate & honoribus, L. Quin-
tium Flaminium cognitarem. Pa-
trum memoria institutum fertur, ut censores moris senatu adscriberent notas. Catonis & aliquidem acerbæ orationes extant in eos, quos aut se-
narorio loco movit, aut quibus equos ademit: longe gravissima in L. Quin-
tium oratio est, quam accusatore ante notam, non censor post notam usus
est,

esset, retinere Quintium in senatu ne frater quidem T. Quintius, si tum censor esset, potuisset. Inter cætera objecit ei: Philippum Pœnum, carum ac nobile scortum, ab Roma in Galliam provinciam ipse ingentium donorum perductum, eum fuerum, per lasciviam quum cavillaretur, exprobrare conjuli perfæpe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorium abductus ab Roma esset, ut obsequium amatori venditaret. Forte epulantibus iis, quum jam vino incaluissent, nunciatum in convivio esse, nobilem Bojum cum liberis transfugam venisse: convenire continuo velle, ut ab eo fidem præsens acciperet. Introductum in tabernaculum per interpretem, alloqui consulem cœpisse. inter cujus sermonem Quintius scorto, *Vis tu*, inquit, *quoniam gladiatorium spectaculum reliquisti, jam hunc Gallum morientem aspicere?* Et quum is vixdum ferio annuisset, ad nutum scorti consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti Gallo caput primum percussisse, deinde fugienti, fidemque populi Romani atque eorum cui aderant imploranti, latus transfodisse.

Cap. XLIII. Valerius Antias, ut qui nec Catonis orationem legisset, & fabulæ tantum fine auctore editæ credidisset; aliud argumentum, simile tamen & libidine & crudelitate, peragit. Placentiæ famosam mulierem, cujus amore deperirer, in convivium accertitam scribit. Ibi jactantem fese scorto inter cætera retulisse, quam acriter cæsones exercuisset, & quam multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos fecuri percussurus esset. Tum illam infra eum accubantem negasse, umquam vidisse quemquam fecuri ferientem & pervelle id videre. Hic indulgentem amatorem, unum ex illis miseris attractum justisse fecuri percuti. Facinus sive eo modo quo centor objecit, sive ut Valerius tradit, commissum est, sævum atque atrox: inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis, in sinu comissis recubantis, mactatum humanum victimam esse, & cruore mensam respersam. In extrema oratione Catonis conditio Quintio fertur, ut si id factum negaret, cæteraque, quæ objecisset, ipsonsione defenderet sese: sin fateretur, ignominiane tua quemquam doliturum censeret, quum ipse vino, & Venere amens, sanguine hominis in convivio lusisset?

Cap. XLIV. In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiageni ademptus equus. in censibus quoque accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit. Ornamenta & vehicula mulierum & vehicula, quæ pluris quam quindecim millium æris essent, in censum referre viatores jussit. Hominum mancipiorum annis viginti, quæ non proxime tantorum decem millibus æris, aut eo pluris, venissent, uti ea quoque decem tanto pluris quam quanti essent, æstimarentur. & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. aquam publicam omnem in privatum ædificium aut agrum ducentem adimendam & quæ in loca publica inædificata, immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliri sunt. Opera deinde facienda ex pecunia in eam rem decreta, lacus sternendos lapide, detergendaque, qua opus esset, cloacas; in Aventino & in aliis partibus, qua nondum erant, faciendas locaverunt. & separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo esset, & viam per Formianum montem. Cato atria duo, Mœnium & Titium in lautumiis, & quatuor tabernas in publicum emit: basilicamque ibi fecit, quæ Porcia appellata est. & vectigalia summis præsiis, ultro tributa inimis locaverunt. Quas locationes quum tenatus precibus & lacrimis publicanorum victus induci, & de integro locari jussisset; censores edicto summotis ab hasta, qui licitationi priorem locationem erant, omnia eadem paulum imutatis præciis locaverunt. Nobilis censura fuit, simulratumque plena: quæ M. Porcium (cui acerbitas ea assignabatur) per omnem vitam exercuerunt. Eodem anno coloniæ duæ, Potentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum, deductæ sunt. Sena jugera in singula data. divisum agrum, coloniasque deduxerunt iidem tres viri, Q. Fabius Labeo, & M. & Q. Fulvii, Flaccus & Nobilior. Consules ejus anni nec domi, nec militiæ memorabile quicquam egerunt.

Cap. XLV. In insequentem annum creruntur consules M. Claudium Marcellum, Q. Fabium Labeonem. M. Claudius, Q. Fabius Idibus Martiis, quo die consulatum inierunt, de provinciis suis prætorumque retulerunt. Prætores creati erant, C. Valerius flamen Dialis, qui & prior anno peterat. & Sp. Postumius Albinus, & P. Cornelius Sisenna, L. Pupius, L. Julius, Cn. Sicinius Consulibus Ligures cum iisdem exercitibus, quos P. Claudius, & L. Porcius habuerant, provincia decreta est. Hispaniæ extra sortem prioris anni prætoribus cum suis exercitibus servatæ. Prætores ita sortiti jussi, uti flamini Diali utique altera jurisdicendi Romæ provincia esset. peregrinam est sortitus. Sisennæ Cornelio urbana, Sp. Postumio Sicilia, L. Pupio Apulia, L. Julio Gallia, Cn. Sicinio Sardinia evenit. L. Julius maturare est jussus. Galli transpa-

pini per saltus ignotæ antea viæ (ut ante dictum est) in Italiam transierit, oppidum in agro, qui nunc Aquileiensis est, ædificabant. Id eos ut prohiberet, quoad ejus fine bello posset, prætori mandatum est. si armis prohibendi essent, consules certiores faceret. ex his placere alterum adversus Gallos decreto legiones. Extremo prioris anni comitia habita erant in demortui Cn. Cornelii locum auguris sufficiendi. Creatus Sp. Postumius Albinus.

Cap. XLVI. Huius principio anni P. Licinius Crassus Pontifex maximus mortuus est: in cujus locum M. Sempronius Tuditanus pontifex est cooptatus. Pontifex maximus est creatus C. Servilius Geminus. P. Licinii funeris causa viscerato data, & gladiatores centum viginti pugnaverunt: & ludi funebres per triduum facti; post ludos epulum. in quo, quum toto foro strata triclinia essent, tempestas cum magnis procellis coorta coegit plerosque tabernacula statuere in foro. Eadem paulo post, quum undique differenasset, sublata. defunctosque vulgo ferebant, quod inter fatalia vates ceciniisset, necesse esse tabernacula in foro statui. Hac religione levatis, altera injecta, quod sanguine per biduum pluisset in area Vulcani: & per decemviros supplicatio indicta erat ejus prodigii expiandi causa. Prius quam consules in provincias proficiscerentur, legationes transmarinas in senatum introduxerunt. nec umquam ante tantum regionis ejus hominum Romæ fuerat. Nam ex quo fama per gentes, quæ Macedoniam accolunt, vulgata est, crimina querimoniasque de Philippo non negligenter ab Romanis audiri, multis operæ pretium fuisse queri; pro re quæque civitates gentesque, singuli etiam privatim (gravis enim accola omnibus erat) Romam aut ad spem levandæ injuriæ, aut ad defendæ foliatim venerunt. Et ab Eumene rege legatio cum fratre ejus Athenæo venit, ad querendum; simul quod non deducerentur ex Thracia prædida; simul quod in Bithyniam Prusiæ bellum adversus Eumenem gerenti auxilia missa forent.

Cap. XLVII. Respondendum ad omnia juveni tum admodum Demetrio erat: quum haud facile esset, aut ea quæ objicerentur, aut quæ adversus ea dicenda erant, memoria complecti. nec enim multa solum, sed etiam pleraque oppido quam parva erant: de controversia finium, de hominibus raptis, pecoribusque abactis, de jure aut dicto per libidinem, aut non dicto: de rebus pervim aut per gratiam judicatis. nihil horum neque Demetrium docere deberide, nec de satis liquido differre ab eo senatus quum cerneret posse; simul & tirocinio & perturbatione juvenis moveretur; quæri justit ab eo, ecquem de his rebus commentarium a patre accepisset? Quum respondisset, *accepisse se*; nihil pejus nec potius visum est, quam regis ipsius de singulis responsa accipere. Librum extemplo poposcerunt; deinde, ut ipse recitaret, permiserunt. Erant autem de rebus singulis in breve coactæ causæ: ut alia fecisse se fecundum decreta legatorum doceret: alia non per se stetisse, quo minus faceret, sed per eos ipsos qui accusarent. Interposuerat & querelas de iniquitate decretorum, & quam non ex æquo disceptatum apud Cæcilium esset, indigneque sibi, nec ullo suo merito, insultatum ab omnibus esset. Has notas irritati ejus animi collegit senatus; cæterum alia excusanti juveni, alia recipienti, futura ita, ut maxime veller senatus, responderi placuit: *Nihil patrem ejus neque recidius, neque magis quod æquissimum senatus esset, fecisse; quam quod, utcumque ea gesta essent, per Demetrium filium satisfieri voluisset Romanis. Multa & dissimulare & oblivisci & pati prætorita senatum posse, & credere etiam Demetrio credendum esse. Obsidem enim se animum ejus habere, etsi non patri reddiderit: & scire, quantum salvia in patrem pietate posset, amicum eum populo Romano esse. Honorisque ejus causa missuros in Macedoniam legatos: ut, si quid minus factum sit quam debuerit, tum quoque sine piaculo rerum prætermissarum pati & illa etiam sentire Philippum, integra omnia sibi cum populo Romano Demetrii filii beneficio esse.*

Cap. XLVIII. Hæc quæ augendæ amplitudinis ejus causa facta erant, extemplo in invidiam, mox etiam in perniciem adolescenti verterunt. Macedonum deinde introducti sunt, multæ & parvæ disceptationes jactabantur; sed, quæ maxime rem continerent, erant: utrum restituerentur quos Achæi damnaverant, nec ne. inique, an jure occidissent, quos occiderant, vertebatur, & utrum manerent in Achaico concilio Lacedæmonii: an, ut ante fuerat, secrerum ejus unius Peloponneso civitatis jus esset. Restitui, judiciaque facta tolli placuit. Lacedæmonem manere in Achaico concilio: scribique id decretum, & consignari à Lacedæmoniis & Achæis. Legatus in Macedoniam Q. Marcius est missus: jussus idem in Peloponneso focorum res adspicere. nam ibi quoque & ex veteribus discordiis reliqui motus erant, & Messene desciverat à concilio Achaico. cujus belli & causam & ordinem si exprimere velim, immemor im proposiri, quo statui

nem

non ultra attingere externa, nisi qua Romanis cohærent rebus.

Cap. XLIX. Eventus memorabilis est, quod quum bello superiores essent Achæi, Philopœmen prætor eorum capitur ad præoccupandam Coronen profectus, quam hostes petebant: in valle iniqua cum equitibus paucis oppressus. Ipsum potuisse effugere Titumenium, Cretensiumque auxilio tradunt. Sed pudor relinquendi equites, nobilissimos gentis, ab ipso nuper lectos, tenuit. quibus dum locum ad evadendas angustias cogendo ipse agmen præbet, fustigens impetus hostium; prolapso equo, & suo ipse casu, & onere equi super eum ruentis, haud multum abfuit quin exanimaretur; septuaginta annos jam natus, & diutino morbo, ex quo tum primum reficiebatur, viribus admodum attenuatis. Jacentem hostes superfusi oppresserunt: cognitumque primum à verecundia memoriaque meritorum haud secus quam ducem suum attollunt, reticiuntque, & ex valle devia in viam portant; vix sibimetipsi præ necopinato gaudio credentes: pars nuncios Messenem præmittunt debellarum esse. Philopœmenem captum adduci. Primum adeo incredibilis visa res, ut non pro vano modo, sed vix pro sano nuncius audiretur, deinde ut super alium alius idem omnes affirmantes veniebant, tandem facta fides; & prolusquam appropinquare urbi fatis scirent, ad spectaculum omnes simul liberi ac servi, pueri quoque cum fœminis effundunt. itaque clauserant portam turbæ, dum pro se quisque, nisi ipse oculis suis credidisset, vix pro comperta tantam rem habiturus videretur. Ægre summoventes obvios intrare portam, qui adducebant Philopœmenem, potuerunt, atque turba conferta iter reliquum clauserat. & cum pars maxima exclusa à spectaculo esset, theatro repente, quod viæ propinquum erat, compleverunt, & ut eo in conspectum populi adduceretur, una voce omnes exposcebant. Magistratus & principes, veriti ne quem metum misericordia præsentis tanti viri faceret, quum alios verecundia priftinæ majestatis collata præsentis fortunæ, alios recordatio ingentium meritorum motura esset, procul in conspectu eum statuerunt. deinde raptim ex oculis hominum abstraxerunt, Prætore Dinocrate dicente, esse quæ pertinentia ad summam belli percunctari eum magistratus vellent. Inde abducto eo in curiam, & senatu vocato, consultari cœptum.

Cap. L. Jam invesperascebat, & non modo cætera, sed ne in proximam quidem noctem ubi satis tuto custoditetur, expediebant. Obtuperant ad magnitudinem pristinæ ejus fortunæ virtutisque: & neque ipsi domum recipere custodiendum audebant, nec cuiquam uni custodiam ejus satis credebant. Admonent deinde quidam, esse thesaurum publicum sub terra, saxo quadraro septum. eo vinctus demittitur, & saxum ingens, quo operitur, machina superimpositum est. ita loco potius quam hominibus cuiquam creditum custodiam rati, locum insequentem expectaverunt. Poltero die multitudo quidem integra, memor pristinorum ejus in civitatem meritorum, parcendum, ac per eum remedia quærenda esse præsentium malorum, censebat: defectionis auctores, quorum in manu respublica erat, in secreto consultantes omnes ad necem ejus consentiebant: sed utrum maturarent, an differrent, ambigebatur. Vicit pars avidior pœnæ; missusque qui venenum ferret. Accepto poculo nihil aliud locutum ferunt, quam quæsisse si incolumis Lycortas (is alter imperator Achaorum erat) jacquiesse evasisset? Postea quam dictum est, incolumes esse; Bene habet, inquit, & poculo impavide exhausto, haud ita multo post exspiravit. Nec diuturnum mortis ejus gaudium auctoribus crudelitatis fuit. victa namque Messene bello expositentibus Achaïs noxios dedidit, offusque dedita Philopœmenis sunt: & sepultus ab universo Achaico concilio. adeo omnibus humanis congestis honoribus, ut ne divinis quidem abstinerentur. Ab scriptoribus rerum Græcis Latinisque tantum huic viro tribuitur, ut à quibuldam eorum velut ad infignem notam hujus anni memoriæ mandarum sit, tres claros imperatores eo anno decessisse, Philopœmenem, Annibalem, P. Scipionem. adeo in æquo cum duarum potentissimarum gentium summis imperatoribus posuerunt.

Cap. LI. At Prusiam regem legatus, T. Quintius Flamininus venit, quem suspectum Romanis, & receptus post fugam Antiochi Annibal, & bellum adversus Eumenem motum, faciebat. ibi, seu quia à Flaminino inter cætera objectum Prusiæ erat, hominem omnium qui viverent infestissimum populo Romano apud eum esse, qui patriæ suæ primum, deinde fractis ejus opibus, Antiocho regi auctor belli adversus populum Romanum fuisset; seu quia ipse Prusias, ut gratificaretur præsenti Flaminino Romanisque, per se necandi aut tradendi ejus in potestatem consilium cepit; à primo colloquio Flaminini, militis extemplo ad domum Annibalis custodiendam missi sunt. Semper talem exitum vitæ suæ Annibal prospexerat animo; & Romanorum inexpiabile odium in secerneus, & fidei regum nihil sane confi-

ius. Prusiæ vero levitatem etiam expertus erat. Flaminini quoque adventum velut fatalem sibi horruerat. Ad omnia undique infesta, ut iter semper aliquod præparatum fugæ haberet, septem exitus e domo fecerat; & ex iis quosdam occultos, ne custodia reperirentur. Sed grave imperium regum nihil inexploratum, quod investigari volunt, efficit. Totius circuitum domus ita custodiis complexi sunt, ut nemo inde elabi posset. Annibal, posteaquam est nunciatum militis regis in vestibulo esse; postico, quod devium maximeque occultissimi exitus erat, fugere conatus, ut id quoque occurtu militum obstipum sensit, & omnia circa clausa custodiis dispositis esse, venenum (quod multo ante præparatum ad tales habebat casus) poposcit. *Liberemus*, inquit, *diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis expectare longum censent. Nec magnam nec memorabilem ex inermi prædatoque Flaminino victoriam feret. mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit. Hostem patres Punico regi hospitium exercitumque in Italia fecisti, ut a veneno servaret, prædixerunt, hi legatum consularem, qui auctor esset Prusiæ per scelus occidendi hospitis, miserunt.* Execratus deinde in caput regnumque Prusiæ, & hospitales Deos violatæ ab eo fidei testes invocans, poculum exhausit.

Cap. LII. Hic vitæ exitus fuit Annibalis. Scipionem & Polybius & Rutilius hoc anno mortuum scribunt. Ego neque his, neque Valerio assentior: his, quod, centoribus M. Porcio, L. Valerio, principem senatus ipsum L. Valerium censorem lectum invenio: quum superioribus tribus lustris Africanus fuisset: quo vivo, nihil ut ille senatu moveretur, quam notam nemo memoriæ prodidit, alius princeps in locum ejus lectus non esset. Antiatem auctorem vel fellit tribunus plebis M. Nævius, adversus quem oratio inscripta P. Africani est. Hic Nævius in magistratuum libris est tribunus plebis, P. Claudio, L. Porcio consulibus: sed inuit tribunatum: Appio Claudio, M. Sempronio consulibus, ante diem quartum idus Decembres. inde tres menses ad idus Martias sunt; quibus P. Claudius, L. Porcius consulatum inierunt. Ita & vixisse in tribunatu Nævii videtur, & ejus ei dici ab eo potuisse; decessisse autem ante L. Valerii & M. Porcii censuram. Trium clarissimorum fuæ cujusque gentis virorum non magis tempore congruente comparabilis mors videretur esse, quam quod nemo eorum satis dignum splendore vitæ exitum habuit. Jam primum omnes non in patrio solo mortui, nec sepulti sunt. Veno absumpti Annibal & Philopœmen, exul Annibal proditus ab hospite: captus Philopœmen, in carcere & in vinculis extirpavit. Scipio, etsi non exul, neque damnatus, die tamen dicta, ad quam non adfuerat, reus abiens, citatus, voluntarium non fiducisse solum, sed etiam funeri suo exilium indixit.

Cap. LIII. Dum ea in Peloponneso (à quibus divertit oratio) geruntur; reditus in Macedoniam Demetrii legatorumque, aliter aliorum afferebat animos. vulgus Macedonum, quos belli ab Romanis imminentis metus terruerat, Demetrium ut pacis auctorem cum ingenti favore conspiciebant: simul & ipse haud dubia regnum et post mortem patris destinabant. Nam etsi minore ætate, quam Perseus esset, hunc tamen justa matre familias: illum pellice ortum esse: illum, ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere: hunc insignem Philippi similitudinem præ se ferre. Ad hoc, Romanos Demetrium in paterno solio locaturos: Perseï nullam apud eos gratiam esse. Hæc vulgo loquebantur. itaque & Perseus cum angebat, ne parum pro fortunæ varietate, quum omnibus aliis rebus frater superior esset: & Philippus ipse, vix sui arbitrii fore quem hæredem regni relinqueret credens, tibi quoque gravior esse quam vellet, minorem filium censebat. Offendebatur indignatum concurtu Macedonum ad eum: & alteram jam se vivo regi imposse indignabatur. Et ipse juvenis haud dubie in factionem redierat; subnixus ergo se judiciis senatus, concessisse sibi, quæ patri negata essent: & omnis mentio Romanorum, quantam dignitatem ei apud cæteros Macedonas, tantam invidiam non apud fratrem modo, sed etiam apud patrem conciliabat: utique posteaquam alii legati Romani venerunt, & cogebatur decedere Thracia, præsidiaque deducere, & alia aut ex decreto priorum legatorum, aut ex nova constitutione Senatus, facere: sed omnia mœrens quidem & gemens; eo magis, quod filium frequentiorem prope cum illis, quam secum cernebat. Obedienter tamen adversus Romanos faciebat, ne quam movendi extemplo belli causam præberet: avertendos etiam animos à suspicione talium consiliorum ratus, mediam in Thraciam, exercitum in Odrysas. & Dantheletas. & Bessos duxit. Philippopolin urbem fuga deterrtam oppidanorum, qui in proxima montium juga cum familiis receperant se, cepit: campestresque barbaros, depopulatus agros eorum, in deditionem accepit. relicto inde ad Philippopolin præsidio, quod haud multo post ab Odrysis

fis expulsum est, oppidum in Deuriopo condere instituit.

Cap. LIV. Paeoniæ ea regio est prope Erigonum fluvium, qui ex Illyrico per Paeoniam fluens, in Axium amnem editur. Haud procul Stobis, vetere urbe, novam urbem Perseida, ut is fillo majori haberetur honos, appellari justit. Dum hæc in Macedonia geruntur, consules in provincias profecti. Marcellus nuncium præmisit ad L. Porcium proconsulem, ut ad novum Galliorum oppidum legiones admoveret. Advenienti consuli Galli sese dediderunt: duodecim millia armatorum erant, plerique arma ex agris rapta habebant. ea ægre patientibus iis adempta, quæque alia aut populantes agros raquerant, aut secum attulerant, de his rebus qui quereremur, legatos Romam miserunt. Introducti in senatum à C. Valerio prætore exposuerunt; *Se, superante in Gallia multitudine, inopia coactos agri & egestate, ad querendam sedem Alpes transgressos. quæ inculta per solitudines videremus, ibi sine ullius injuria consedisse. Optimum quoque adhuc fecisse: quod vacuum esset, nec agro, nec urbi ulli alii autoros venisse. Nuper M. Claudium ad se nuncium misisse, bellum se cum iis, ni dederentur, gesturum. Se certam, etsi non speciosam pacem, quam incerta belli præoptare, dedidisse se prius fidem, quam in potestatem populi Romani. Post paucos dies, jussos ab agro & urbe decedere, sese tacitos abire quo terram posset, in animo habuisse. arma deinde sibi & postremo omnia. alia quæ ferrent agerentve adempta. Orare se Senatum populumque Romanum, ne in se innoxios deditos acerbius quam in hostes sæviret.* Huic orationi senatus ita responderi justit: *Neque illos recte gessisse, quum in Italiam venirent, oppidumque in alieno agro nullius Romani magistratus, qui ei provinciæ præesset, permissu ædificare conati sint: neque senatui placere, deditos spoliari. Itaque se cum iis legatos ad consules missuros: qui, si redeant, unde venerint, omnia iis sua reddi jubeant: quique protinus eant trans Alpes, & denuncient Gallicis populis, multitudinem suam domi contineant. Alpes prope inexsuperabilem finem in medio esse. non utique iis melius fore, quam qui ea prius pervias fecissent.* Legati missi, L. Furius Purpureo, Q. Minucius, P. Manlius Acidinus. Galli reditis omnibus, quæ sine cujusquam injuria habebant, Italia excesserunt.

Cap. LV. Legatis Romanis transalpini populi benigne responderunt. *Seniores eorum nimium lenitatem populi Romani castigarunt: & ea eos homines, qui gentis injussu procedi occupare agrum imperii Romani, & in alieno solo ædificare oppidum conati sunt, impunitos dimiserint. Debuisse gravem temeritatis mercedem solvi, quod vero etiam sua raddiderint, vereri ne tanta indulgentia plures ad talia audenda impellantur.* Et exceperunt & prosecuti eum domi legatos sunt. M. Claudius consul, Gallis ex provincia exactis, Istricum bellum moliri cœpit: literis ad senatum missis, ut iis bi in Istriam traducere legiones liceret. Id senatui placuit. Illud agitabant, uti colonia Aquileia deduceretur. nec satis constabat, utrum Latinam, an civium Romanorum deduci placeret. postremo Latinam potius coloniam deducendam patres censuerunt. Triumviri creati sunt, P. Scipio Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Eodem anno Mutina & Parma coloniæ Romanorum civium sunt deductæ. bina millia hominum in agro, qui proxime Bojorum, ante Tuscorum fuerat, octona jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt. Deduxerunt triumviri, M. Æmilius Lepidus, T. Æmilius Barbula, & Quintius Crispinus. Et Saturnia colonia civium Romanorum in agrum Caletranum est deducta. deduxerunt triumviri, Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, Tib. Sempronius Gracchus. jugera in singulos data decem.

Cap. LVI. Eodem anno A. Terentius prætor haud procul Ilumine Ibero in agro Ausetano, & prælia secunda cum Celtiberis fecit, & oppida, quæ ibi communierant, aliquot expugnavit. Ulterior Hispania eo anno in pace fuit: quia & P. Sempronius, prætor prior diutino morbo est implicitus, & nulle incessendi per opportune quieverunt hostium. Nec in Liguribus memorabile quicquam à Q. Fabio consule gestum. M. Marcellus ex Istria revocatus, exercitu dimisso Romam comitiorum causa rediit. Creavit consules, Cn. Bæbium Tamphilum, & L. Æmilium Paullum. cum M. Æmilio Lepido hic ædili cumulis fuerat: a quo consule quintus annus erat; quum is ipse Lepidus post duas repulsas consul factus esset. Prætores inde facti, Q. Fulvius Flaccus, M. Valerius Lævinus, P. Manlius iterum, M. Ogulnius Gallus, L. Cæcilius Denter, C. Terentius Istra. Supplicatio extremo anno fuit propter unum causa; quod sanguine per biduum pluisse in area Concordiæ satis credebant: nuncia tumque erat, haud procul Sicilia insulam, quæ non ante fuerat, novam editam è mari esse. Annibalem hoc anno Antias Valerius decessisse auctor est: legatis ad eam rem ad Prusiam missis, præter T. Quintium Flaminininum (cujus in ea re celebre est nomen) L. Scipione Asiatico, & P. Scipione Nasica.

EPITOME

Libri XL.

Quum Philippus liberos eorum, quos in vinculis nobilissimorum hominum habebat, conquiri ad mortem jussisset, Theoxena, pro liberis suis & fororis admodum pueris, verita regis libidinem, prolatis in medium gladiis, & poculo, in quo erat venenum, suajit iis, ut imminens ludibrium morte effugerent: & quum persuasisset, ipsa se cum viro in mare præcipitavit. Certamina inter Philippi Macedoniæ regis liberos Perseum & Demetrium referuntur: & ut fraude fraris sui Demetrius hostis crimin bus, inter quæ accusatione parricidii, & affectati regni, primum petitus, ad ultimum, quamlam populi Romani amicus erat, veneno necatus est. regnumque Macedoniæ mortuo Philippo ad Perseum devenit. Item, res in Liguribus & Hispania contra Celtiberos à compluribus feliciter gestas continet. Libri Numæ Pompilii in agro L. Petilii scribæ sub Janiculo à cultoribus agri in area lapidea clausi, & Græci & Latini, inventi sunt, in quibus plura, quæ dissolvendarum religionum, prætor, ad quem delati erant, quum legisset, juravit Senatui, contra Rempublicam esse, ut legerentur servarenturque. & ex Senatusconsulto in comitio exusti sunt. Colonia Aquileia deducta est. Philippus agritudine animi confectus, quod Demetrium filium falsis atterius filii in eundem delationibus impulsus veneno sustulisset, & de pœna Persei cogitavit, volutique Antigonum potius amicum suum successorem regni sui relinquere. Sed in hac cogitatione morte raptus est. regnum Perseus excepit.

CAPUT I.

Principio insequentis anni consules prætoresque sortiti provincias sunt. consulibus nulla, præter Ligures, quæ decernerentur, erat. Jurisdictio urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio evenit. Hispaniarum Q. Fulvio Flacco citeriori, P. Manlio ulteriori, L. Cæcilio Dentri Sicilia, C. Terentio Istræ Sardinia. Consulibus edictus habere jussit. Q. Fabius ex Liguribus scripserat, Apuanos ad rebellionem spectare: periculumque esse, ne imperum in agrum Pisanum facerent. Et ex Hispaniis, citeriorem in armis esse, & cum Celtiberis bellari sciebant: in ulteriore, quia diu ager prætor esset, luxuria & ocio soluta disciplinam militarem esse. Ob ea novos exercitus conscribi placuit: quatuor legiones in Ligures; uti singulæ quina millia, & ducentos pedites, trecenos haberent equites: sociorum iisdem Latini nominis quindecim millia peditum addita, & septingenti equites. Hi duo consulares exercitus essent. Scribere prætereа jussi septem millia peditum sociorum, ac Latini nominis, & sexcentos equites, & mittere ad M. Marcellum in Galliam: cui ex consulatu prorogatum imperium erat. In Hispaniam etiam utramque, quæ ducerentur, quatuor millia peditum, civium Romanorum, & ducenti equites, & sociorum septem millia peditum, cum trecentis equitibus, scribi jussa. & Q. Fabio Labeoni cum exercitu, quem habebat in Liguribus, prorogatum in annum imperium est.

Cap. II. Ver procellosum eo anno fuit. pridie Parilia medio ferme die atrox cum vento tempestas coorta, multis sacris profanisque locis stragem fecit: signa ænea in Capitolio dejecit: forem ex æde Lunæ, quæ in Aventino est, raptam tulit, & in posticis parietibus Cereris templi affixit: signa alia in circo maximo, cum columnis, quibus superstabant, everrit: fastigia aliquot templorum à culminibus abrupta, fœde dissipavit. Itaque in prodigium versa ea tempestas, procurarique aruspices jusserunt. simul procurarum est, quod tripedem mulum Reate natum nunciatum erat: & à Feroniis ædem Apollinis Cajetæ de Cœlo tactam. ob ea prodigia viginti hostilis majoribus sacrificarum est, & diem unum supplicatio fuit. Per eosdem dies ex literis A. Terentii proprætoris cognitum, P. Sempronium in ulteriore provincia, quum plus animum, quam vires, sumsisset, magnum & memorabile cum Celtiberis bellum gessisse. maturius in Hispaniam prætores jussi proficisci. Legationes transmarinæ deinde in senatum introductæ sunt. Prima Eumenis & Pharnacis regum, & Rhodiorum, querentium de Sinopensium clade. Philippi quoque legati, & Achæorum, & Lacedæmoniorum, sub idem tempus venerunt: iis, prius Marcio audito, qui

qui ad res Græciæ Macedoniæque vísendas missus erat, responsa data sunt. Aliæ regibus ac Rhodiis responsum est, legatos ad eas res vísendas missurum senatum.

Cap. III. De Philippo auxerat curam Marcius. nam ita fecisse eum, quæ senatui placuissent, farebatur, ut facile appareret, non diutius, quam necesse esset, facturum. neque obscurum erat, rebellaturum omnia, neque, quæ tunc ageret diceretque, eo spectare. Jam primum omnem fere multitudinem equitum ex maritimis civitatibus cum familiis suis in Emathiam, quæ nunc dicitur, quondam appellata Pæonia est, traduxit: Thracibusque Sc aliis barbaris urbes tradidit habitandas: fidiora hæc gentiera hominum fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum tota Macedonia fecit, relinquentesque penates suos cum conjugibus ac liberis pauci tacitum dolorem continebant: execrationesque in agminibus proficiscentium in regem, vicente odio metum, exaudiebantur. His ferox animus, omnes homines, omnia loca temporaque, suspecta habebat. Poftremo negare propalam cœpit, satis tutum sibi quicquam esse: nisi liberos eorum, quos interfecisset, comprehensos in custodia haberet. Sc tempore alium alio tolleret.

Cap. IV. Eam crudelitatem fœdam per se, fœdiorem unius domus clades fecit. Herodicum principem Theffalorum multis ante annis occiderat: generos quoque ejus postea interfecit. In viduitate relictæ filiæ, singulos filios parvos habentes, Theoxena & Archo, nomina mulieribus erant. Theoxena multis petentibus aspernata nuptias est. Archo Poridi cuidam longe principi gentis Æneatum nupsit: Sc apud eum plures enixa partus, parvis admodum relictis omnibus decessit. Theoxena, ut in suis manibus liberi fororis educarentur, Poridi nupsit: Sc tamquam omnes ipsa enixa foret, suum fororisque filios in eadem habebat cura. posteaquam regis edictum de comprehendendis liberis eorum, qui interfecti essent, accepit; ludibrio futuros, non regis modo, sed cuitodum etiam libidini rata, ad rem atrocem animum adjecit, ausaque est dicere se sua manu potius omnes interfecturam, quam in potestatem Philippi venirent. Poris abominatus mentionem tam fœdi facinoris, Athenas deportaturum eos ad fidos hospites dixit, comitemque ipsum fugæ futurum esse. Proficiscuntur ab Theffalonica Æneam ad statum faciticium, quod conditori Æneæ cum magna cærimonia quotannis faciunt. ibi die per solennes epulas consumpto, navem præparatam à Poride, sopitis omnibus, de tertia vigilia conscendunt, tamquam rediturí in Theffalonicam: sed trajicere in Eubœam erat propositum. cæterum ita adversum ventum nequicquam eos tendentes prope terram lux oppressit: Sc regii, qui præerant custodiæ portus, lembum armatum ad pertrahendam eam navim miserunt, cum gravi edicto, ne reverterentur sine ea. Quos jam appropinquabant. Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat: interdum manus ad cœlum tendens, opem ut Dii ferrent, orabat. ferox interim fœmina ad multo ante præcogitatum revoluta facinus, venenum diluit, ferrumque promit: Sc posito in conspectu poculo, strictisque gladiis, *Mors*, inquit, *una vindicta est. Vitæ ad mortem hæ sunt: qua quemque animus fert, effugite superbiam regiam. Agite furentes mei, primum, qui majores estis, capite ferrum: aut haurite poculum, si fenior mors juvat.* Et hortes ederant, Sc auctor mortis instabat. Alii alio loco consumpti semianimes è nave præciptantur. Ipsa deinde virum comitem mortis complexa in mare sese dejecit. nave vacua dominis regii potiti sunt.

Cap. V. Hujus atrocitas facinoris novam velut flammam regis invidiæ adjecit, ut vulgo ipsum liberosque ejus execrarentur. quæ diræ brevi ab omnibus Diis exauditæ, ut fœviret ipse in suum sanguinem, effecerunt. Perseus enim, quum indies magis cerneret favorem dignitatemque Demetrii fratris apud Macedonum multitudinem crescere, de gratiam apud Romanos; sibi spem nullam regni superesse, nisi in scelere ratus, ad id unum omnes cogitationes intendit. cæterum quum se ne ad id quidem, quod muliebri cogitabat animo, satis per se validum crederet; singulos amicorum patris tentare fermonibus perpulit, ut instituto Sc primo quidam ex his, aspernantium tale quicquam speciem præbuerunt, quia plus in Demetrio spei ponebant. deinde crescente indies Philippi odio in Romanos, cui Perseus indulgeret, Demetrius summa ope adversaretur; propicientes animo existimantes incauti à fraude fraterna juvenis, adjuvandum quod futurum erat rati, fovendamque spem potentioris, Perseo se adjunxunt: cætera in suum quæque tempus agenda differunt. in præsentia placet, omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad consilia belli, ad quæ jam sua sponte animum inclinasset. Simul, ut Demetrius indies suspectior esset, ex compolito sermones ad foretionem Romanorum trahebant. ibi quum alii mores Sc instituta eorum, alii res gestas, alii speciem ipsius urbis

urbis nondum exornatæ, neque publicis, neque privatis locis, alii singulos principum eluderent; juvenis incautus & amore nominis Romani, & certamine adversus fratrem, omnia tuendo suspectum se patri, & opportunum criminibus faciebat. Itaque expertem eum patre omnium de Rebus Romanis consiliorum habebat. Torus in Persea vertus, cum eo cogitationes ejus reï dies ac nox agitabat. Redierant, quos forte miserat in Baitarnas ad arcessenda auxilia, adduxeruntque inde nobiles juvenes, & regii quoldam generis. quorum unus sororem suam in matrimonium Philippi filio pollicebatur: exercuantque consociatio gentis ejus animum regis. Tum Perseus: *Scisne ipse profecto*, inquit, *nequaquam tantum ita externis auxiliis esse præsidii, quantum periculi grande domestica. Protidorem nolo dicere, certe speculatorem habemus in suum: cujus, ex quo obses Romæ fuit, corpus nobis reddiderunt Romani, animum ipsi habent. Omnium pene Macedonum in eum ora conversa sunt: nec regem se alium venturi habituros esse, quam quem Romani destiterint.* His per se ægra mens ejus stimulabatur, & animo magis quam vultu, ea crimina accipiebat.

Cap. VI. Forte lustrandi exercitus venit tempus, cujus solemne est tale: Caput mediæ canis præcidit, & prior pars ad dexteram cum extis, posterior ad lævam vicæ ponitur. Inter hanc dividam hostium copiæ armatæ traducuntur. præferuntur primo agmini arma insignia omnium ab ultima origine Macedoniæ regum: deinde ipse cum tribus filiis sequitur. proxima est regia cohors custodesque corporis: postremum agmen Macedonum cætera multitudo claudit. latera regis duo filii juvenes cingebant; Perseus jam tricesimum annum agens, Demetrius quinquennio minor. medio juventæ robore ille, hic flore; fortunati patris natura sobales, si mens sana fuisset. Mos erat, lustrationis sacro peracto exercitum decurrere, & divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnæ. Regii Juvenes duces ei ludicro certaminis dati. cæterum non imago fuit pugnæ, sed ramquam de regno dimicaretur, ita concurrerunt: multaque vulnera ludibrio facta, nec præter ferrum quicquam defuit ad justam belli speciem. Pars ea, quæ sub Demetrio erat, longe superior fuit. id agre patiente Perseo, lætari prudentes amici ejus, eamque rem ipsam dicere præbituram causam criminandi juvenis.

Cap. VII. Convivium eo die solemne, qui simul decurrerant, uterque habuit: quum vocatus ad cœnam ab Demetrio Perseus negasset, facto die invitatio benigna, & hilaritate juvenilis utroque in vinum traxit. Commemoratio ibi certaminis ludicri, & locuta dicta in adversarios, ita ut ne ipsis quidem dicacitas abstinere tur, jactabantur. ad has accipiendas voces speculator ex convivio Persei missus, quum incautior observaretur, exceptus à juvenibus forte lubrico egressus, male mulcatur. Hujus rei ignarus Demetrius, *quid in convivio actum*, inquit, *ad hanc horam audivi? quem ejus, si qua ex certamine rejecit, simplicitate & hilaritate nostra lenimus? Omnes se ire conclamarunt*, præter eos, qui speculatoris ab se pulsati præsentem ultionem metuebant. quum eos quoque Demetrius traheret, ferrum vesse abiderunt, quo se tutari, si qua vis fieret, possent. Nihil occulti esse in Intestina discordia potest. utraque domus speculatorum & proditorum plena erat. Præcurrit index ad Persea; ferro succincti nuncians cum Demetrio quatuor adolescentes venire. etsi causa appareret, (nam ab ea publica in convivium etiam audiverat,) tamen inflammatæ rei causa januam observari jubet: & ex parte superiore ædium, versusque in viam fenestris, comissatores, tamquam ad cædem suam venientes, adiru januæ arcet. Demetrius per vinum, quod excluderetur, pulsitare vociferatus, In convivium redit, totius rei ignarus.

Cap. VIII. Postero die Perseus, quum primum conveniendi potestas patris fuit, regiam ingressus gerturbato vultu in conspectu patris tacitus procul constitit. cui cum pater, Satin' salvæ? & quenam ea mœstitia esset? interrogaret eum: *De improviso*, inquit, *timore me, pater, jam non occultis à patre petiuntur insidiis. Nocte cum armatis domum ad interficiendum me venit: clausisque foribus, parietum præsidio me à furore ejus sum tutatus.* Quum pavorem missum admiratione patri injecisset: *Atqui si aures prædere potes*, inquit, *manifestam rem tenues, factum.* Enimvero fe Philippus dicere auditurum, vocarique exemplo Demetrium jussit: & seniores duos amicos, expertes inter fratres certaminum, infrequentes jam in regia, Lyfimachum & Onomastum accersit, quos in consilio haberet. Dum veniunt amici, solus filio procul stante, multa secum animo volutans inambulavit. postequam veniste eos nunciatum est, secessit in partem interiorem cum duobus amicis, totidem custodibus corporis: filiis, ut ternos inermes secum introducerent, permisit. Ibi quum consedisset: *Sedeo*, inquit, *miserrimus pater videx inter duos filios, accusatorem parricidii & reum; aut conscii, aut admissi criminis labem apud meos inventurus. Jampridem*

dent quidem hanc proceſſum inimicitiarum timebam, quum vultus inter vos minime fraternos cernerem, quum voces quaſdam exaudirem, ſed interdum ſpes animum ſubibat, deſtagrare iras noſtras, purgari ſuſpiciones poſſe. etiam hoſtes animis poſitis fidus fieri, & privatas multorum ſimultates publicas. ſubiturum vobis aliquando germanitatis memoriam, puerilis quoddam ſimplicitatis conſuetudinis quae inter vos intercedebat, praeterorum: quae vereor, ne vana ſpes ſuis auribus accinerim. Exotica ego, audentibus vobis, deteſtatus exempla diſcordiarum praecinebam, horrendos eventus eorum retuli, quibus reſpirempuſte bina, civitas, regna, familiae everſae ſunt. Multa quoque quae exempla parte altera poſui, ſociabilem conſortionem inter binos Lacedaemoniorum reges, ſolutum per multa ſecula ipſis patriaque. Eandem civitatem, poſteaquam mos ſibi cuique ſapiendi, tam audax exortus eſt, perſtiſſe. Tam fos Limonem Alcibiadesque fratres, & quae ſequuntur rebus, prope ut puderet nos memoriis, nihil, Antiocho, & civilibet regum hujus aetatis, nulla re magis, quam fraterna unanimitate regnum aequaſſe. Ne Romanis quidem exemplis abſtinui, quae aut vita, aut amata habebam: T. & C. Coruncanorum, qui bellum mecum geſſerunt, P. & L. Scipionum, qui Antiochum devicerunt: patris patruique eorum, quorum perpetuam vitae concordiam mors quoque nuſquam. Neque vos illorum ſcelus, familiique ſceleris eventus deterrere a vecordi diſcordia potuit: ne bonum quidem ullum, ne malum, ad ſanitatem flectere. Vico & ſitrante me hercaſtatum modo animo & ſpe & cupiditate improba crevistis. Poſtquam me vivere vultis, donec alteritis veſtrum ſuperſtes, haud ambiguum regni alterius mea morte faciam. Nec fraterna, nec patrem poteſtas pati. nihil cari, nihil ſancti eſt: in ſimultatibus nonnullius inſtabilibus amor ſuccedit. Agite! conſcelerate aures paternas decernite criminibus, mox ſero decretum: dicite palam, quicquid aut veri poteſtis, aut commiſcere libet. Reſpectare aures ſunt, quae pudore ſecretis alteriis alterius crimitibus claudebantur. Hae furens ita quum diſſilet, iacrimae omnibus oborte, & diu moestum ſilentium tenuit.

Cap. IX. Tum Perſeus: Aperiendi nimirum nocte janua fuit, & armati comiſſatores accipiendi, praebendumque ſervo jugulum, quando non creditur, niſi perpetratum facinus: & eadem pelle inſidiis auctis, qua latro ad quie inſidiatur. Non negaverim iſti unum l'ompeium filium te habere, me ſubaudiam & pelice genitum appellant. nam ſi graviun, ſi caritatem filii apud te haberem, non in me querentem deprehenſae inſidiae, ſed in eum, qui feciſſet, ſaevires: nec adeo tibi vilis vita eſſet noſtra, ut, nec praeterito periculo meo movereris, neque futura, ſi inſidiantibus ſit impune. Itaque ji mori tacitum oportet, taceamus, precati tantum Deos, ut a me captum ſcelus in me finem habeat, nec per meum latus tu petaris. Sin autem, quod circumventis in ſolitudine natura ipſa fatigat, ne hominum, quos numquam videritis, totum tempus pateat, mihi quoque ferrum in me ſtrictum cernenti vocem mittere liceat. Per te parricidique nomen, quod utri noſtrum ſanctius ſit, jampridem ſentis, ita me auxilia, precor; tamquam ſi nunc ex complorratione nocturna exeiret mihi quiritatus interveniſſes, benevolum cum amicis nocte intempeſta in veſtibulo meo deprehenſiſſes. quod tum vociferarer in re praeſenti parvius, hoc nunc poſſero me queror. Irater, non comiſſantium in vicem jandiu vivimus inter nos: regnare utique vis: huic ſpei tuae obſtamus nos, quos aequitatem jus, objiat tempus Macedonicos, o ſtat vero etiam patris judicium. Hinc transcendere, niſi per meum ſanguinem, non potes. omnia molitris & tentas. adhuc ſeu cura mea, ſeu fortuna, reſtiti parricidio tuo. Feſtemus die in luſtrabimus, & decurſu, & ſimulacro ludicro pugnae, funeſtum prope praelium feciſti: nec me aliud a morte vindicavit, quam quod me ac meos vinci paſſus ſum. Ab hoſtili praelio, tamquam a ſimulato ludo, ſeriavere me ad canam voluiſti. Credis me, pater, interfectis comeſſus carnificum fuiſſe, ut quem armati comiſſantium circumvenerunt; credis nihil a gladiis nocte periculum fuiſſe, quem ſubditus te inſpectante prope occiderunt? Quid hoc noctis, quid inimicus ad tradum, quid cum ſervo ſuscitellis juvenibus venis? Conſcelerari me tibi contmittere auſus non ſum, comiſſatorem te cum armatis venientem recipiam? Si aperta janua fuiſſet, junus meum paratus hoc tempore, pater, quo querentem audis. Nihil ego, tamquam accuſator criminoſe, nec dicta argumentis colligendo ago. Dolet enim? negat ſe cum multitudine eveniſſe ad januam meam? an ſervo ſuscitivos ſcemo fuiſſe? Quos nominavero, accerſe. poſſunt quidem omnia audere, qui hoc auſi ſunt, non tamen audebunt negare. Si deprehenſos intra limen meum cum ferro ad te deduceram, pro manifeſto habueres; fatentes pro deprehenſis habes.

Cap. X. Execrare nunc cupiditatem regni, & furias fraternas concita! ſed ne ſint caeca, pater, execra-

tiones tuæ, disceme & dijice insidiatorem & petitum insidiis. noxium huic esse caput. Qui occiserus fratrem fuit, habeat etiam iratos patrios Deos: qui peritutus fraterno scelere fuit, perfugium in patris misericordia & justitia habeat. Quo enim alio confugiam, cui non solenne lustrale exercitus tui, non decursus militum, non domus, non epulæ, non nox ad quietem data naturæ beneficio mortalibus, tuta est? Si iero ad fratrem invitatus, moriendum est: si recepero intra fauces meas immissitatus, morien-dum est. nec eundo, nec manendo insidias evito. quo me conferam? Nihil præter Deos, pater, & te colui. non Romanos habeo, ad quos confugiam. periisse expectunt, quia tuis injuriis doleo, quia tibi ademptas tot urbes, tot gentes, modo Thraciæ maximam oram, indignor. Nec me, nec te incolumi, Macedoniam suam futuram sperant. Si me scelus fratris, te senectus, absumpserit, aut nec ea quidem expectata fuerit; regem regnumque Macedoniæ sua futura scilunt. Si quid extra Macedoniam tibi Romani reliquissent, mihi quoque id relictum erideram reputabam. At in Macedonibus satis præsidii est. Vidisti heserno die impetum in me militum. Quid illis defuit, nisi ferrum? quod illis defuit interdiu, convivæ fratris noctu assumpserunt. Quid de magna parte principum loquar, qui in Romanis spem omnem dignitatis & fortunæ posuerunt, & in eo, qui omnia apud [illegible] mihi tantum fratri majori, sed propè est, ut tibi quoque ipsi regi & patri præferant. Ipse enim est, cujus beneficio pœnam tibi senatus remisit, qui nunc te ab armis Romanis protegit, qui tuam senectutem obligatam & obnoxiam adolescentiæ suæ esse æquum censet. Pro isto Romani fecere, pro isto omnes urbes tuo imperio liberatæ, pro isto Macedones, qui pace Romana gaudent. mihi præter te, pater, quid isquam aut speraut præsidii est?

Cap. XI. *Quo spectare illas literas ad te nunc missas T. Quinti credis, quibus & consulitus te rogat, quid agi, quod Demetrium Romanum miseris, & hortatur, ut ipsum & cum pluribus legatis, & primoribus quoque Macedonum, remittas eum? T. Quintium nunc est auctor omnium rerum ipsi, & magister. Eum sibi, te abdicato patre, in locum tuum subjiciunt. Illinc ante omnia clandestina concilia sunt consilia. Quærunter adjutores consilii, quum te plures, & principes Macedonum cum isto mittere jubet. qui hinc integri & sinceri Romam eunt, Philippum regem se habere credentes, imbuti illinc & instructi Romanis declinimentis redeunt. Demetrius tis unus omnia est: eum jam rege vivo patre appellant. Hæc si indignor, audiendum est statim, non ab aliis solum, sed etiam a te, pater, cupiditatis regni crimen. Ego vero, si in medio ponitur, non agnosco. quem enim suo loco moveo, ut ipse in ejus locum succedam? Unus ante me pater est: & ut diu sit. Deos rogo. Superstes (& ita sim, si merebor, ut ipse me esse velit) hæreditatem regni, si pater dederit, accepiam. Cupit regnum, & quidem scelerate cupit, qui transcendere festinat ordinem ætatis, naturæ, moris Macedonum, juris gentium. Obstat frater major, ad quem jure, voluntate etiam paris, regnum pertinet. Tollatur: non primus regnum fraterna cæde petiero. Pater senex, & filio solus orbabitur, de se magis timeuti, quam ut filii necem ulciscatur. Romani lætabuntur, probabunt, defendent factum. Hæ spes incertæ, pater, sed non inanes sunt. Ira enim res se habet: periculum vitæ propellere a me potes, puniendo eos, qui ad me insidias fecerunt, quum sumpserunt: si facinori eorum successerit, mortem meam idem tu persequi non poteris.*

Cap. XII. Posteaquam dicendi finem Perseus fecit, conjecti eorum, qui aderant, oculi in Demetrium sunt, velut conscium rei consultus esset. deinde diu silentium fuit. Quum perfusum fletu, appareret omnibus loqui non posse; tandem victi dolorem ipsa necessitas, quum dicere jubeerent, atque ita orsus est: *Omnia, quæ reorum antea fuerant auxilia, pater, præoccupavit accusator. Simulatis lacrimis in alterius perniciem, veras meas lacrimas suspectas tibi fecit. quum ipse, ex quo ab Roma rediit, pœne occulta cum suis colloquia diei nocteque fabricetur ultro mihi, non insidiatoris modo, sed latronis manifesti & percussoris speciem induit. Periculo suo te exterret, ut innoxio fratri par eundem te maturet perniciem. perfugium sibi nusquam gentium esse ait, ut ego ne apud te quidem quisquam spei reliquæ habeam. Cæterum omnium, solus, inopem invidia gratiæ externæ, quæ obest potius, quam prodesit, onerat. Fam illum quam accusatorie, quod noctis hujus crimen misceat cum cætera insectatione vitæ meæ? ut & hoc, quod jam, quale sit, scies, suspectum adjo vitæ nostræ tenore facerent & illam vanam criminationem spei, voluntatis, consiliorum meorum, nostrumo hoc ficto & composito argumento fecerint. Simul & illud quæsivit, ut repentina & minime præparata accusatio videretur: quippe ex noctis hujus metu & tumultu repentino exorta. Opportune autem,*

autem, Perſen, ſi proditor ego patris regnique eram, ſi cum Romanis, ſi cum aliis inimicis patris interam conſilia, non exſpectatam fabulam noctis hujus eſſe, ſed proditionis meæ ante me accuſatum: ſi illa ſeparata ab hac vana accuſatio erat, invitamque tuam adverſus me magis, quam crimen meum indicatura, hodie quoque eam me fraterni mitti, aut in aliud tempus differri: ita perſpiceretur, utrum ego tibi, an tu mihi, novo quidem & ſingulari genere odii, inſidias feciſſes. Ego tamen, quantum in hac ſubita perturbatione potero, ſeparabo ea quæ tu confudiſti: & noctis hujus inſitias aut fidei aut meæ tergendæ. Occidendi ſui conſilium me iniſſe, videri vult: ut ſcilicet, majore fratre ſublato, cujus jure gentium, more Macedonum, tuo erſam, ut ait, judicio regnum eſſ futurum; ego minor, in ejus, quem occidiſſem, ſuccederem locum. Quid ergo tibi ſicli poterat altera ornationis, qui Romanos me cultos ait, atque eorum fiducia in ſpem regni me veniſſe? nam ſi, & in Romanis tantum momenti eſſe credebam, ut, quem vellent, imponerent Macedoniæ regem, & mea tantum apud eos gratiæ confidebam; quid opus parricidio fuit? An ut cruentum fraterna cæde diadema gererem? ut illis ipſis, apud quos aut vera aut certe ſimulata probitate partam gratiam habeo, ſi quam forte habeo, execrabilis & invisus eſſem; niſi T. Quintium credis, cujus virtute & conſilio me nunc amplis regi, quum & ipſe tali pietate vivat cum fratre, mihi fraterne cæcis fuiſſe auctorem. Idem non Romanorum ſolum gratiam, ſed Macedonum judicia ac pene omnium Deorum hominumque conſenſum collegit, per quæ omnia ſe mihi parem in certamine non futurum crediderit. Idem, tanquam in aliis omnibus rebus inferior eſſem, ad ſceleris ſpem ultimam conſciviſſe me inſimulat. His hanc formulam cognitionis eſſe, ut uter timuerit, ne alter dignior videretur regno, is conſilium opprimendi fratris cepiſſe judicetur?

Cap. XIII. Exſequamur tamen quocunque modo conjecti ordinem criminis. Pluribus modis ſe petitum criminatus eſt, & omnes inſidiarum vias in unum diem contulit. Volui interdiu eum poſt luſtrationem, quum concurrimus, & quidem, ſi Dii placet, luſtrationim die occidere: voluit, quum ad canam invitaret, veneno ſcilicet tollere: voluit, quum comiſſatum gladiis accinti me ſecuri ſunt, ferro interficere. Tempora autem qualia ſint ad parricidium electa, vides: luſus, convivii, comiſſationis. Quis dies? qualis? quo luſtratus exercitus, quo inter diviſam vitellianam prælatis omnium, qui unquam fuere, Macedonæ regum armis regis, quo ſoli tua tegentes latera, pater, præverti ſumus, & ſecutum eſſe Macedonum agmen. Hoc ego, etiam ſi quid ante adhiſſem piaculo dignum, luſtratus. & expiatus ſacro, tum cum maxime in hoſtiam itizeri noſtro circumdatam intuens, parricidium, venena, gladios in comiſſationem paratos, volutabra in animo. Ut quibus alii deinde ſacris contaminatam omni ſcelere mentem expiarem? Sed cæcus criminandi cupiditate animus, dum omnia ſuſpecta efficere vult, aliud alio confundit. nam ſi veneno tibi ter cænam tollere volui, quid minus apium fuit, quam perſimulatum venenum & concurſu iratum te efficere? Ut merito, ſicut feciſti, invitatus ad cænam abnueres? quum autem iratus negaſſes, utrum ut placarem te danda operæ fuit, ut aliam quærerem occaſionem, quoniam ſemel venenum parveram, an ab illo conſilio velut tranſiliendum ad aliud fuit, ut ferro te, & quidem eo die per ſpeciem comiſſationis occiderem? Quo deinde modo, ſi te metu mortis credebam cænam exitiale meam, non ab eodem metu comiſſationem quoque exitiarum exiſtimabam?

Cap. XIV. Nam eſt res, quæ erubeſcam, pater, ſi die ſeſto inter aquales largiore vino ſum uſus. tu quoque vellim inquiras, qua lætitia, quo luſu apud me celebratum heſternum convivium ſit. illo etiam (pravo forſitan) gaudio provehente quod in juvenili amorum certamine pars nostra non inferior fuerat. miſeriis hæc & metus orapulam facile excuſſerunt. quæ ſi non interveniſſent, inſidiatores nos ſopiti jaceremus. Si domum tuam expugnaturus, capta domo dominum interficturus eram, non temperaſſem vino in unum diem? non militem abſtinuiſſem meos? Et ne ego me ſolus nimia ſimplicitate accuſem, ipſe quoque minime auctus ac ſuſpicax frater, nihil aliud ſcio, inquit, nihil arguo, niſi quod cum ferro comiſſatum venerunt. Si quæram, unde id ipſum ſcieris; neceſſe erit te fateri, aut ſpeculatorum nostrum plenam domum fuiſſe meam, aut illos tibi aperte ſumpiſſe ferrum, ut omnes viderent. Et ne quid ipſi ante prius inquiſiſſe, aut nunc criminoſe argumentari videretur, te quærere ex tis, quos nominaſſet, jubebat, an ferrum habuiſſent? ut tanquam in re dubia, quum id quæſiſſes, quod ipſi fatentur, pro convictis haberentur. Quin tu illud quæri judex, num cui occi endi cauſſa ferrum ſumpſerint? num me auctore & ſciente? Hoc enim uti teri vis, non illud quod fatentur & palam eſt, ſe jui ſe tuendi cauſa ſumpſiſſe dicunt. Relle an per-

perperam fecerint, ipse sui facti ratiónem reddent. Meam causam, quæ nihil eo facto contingitur, ne miscueris: aut explica, utrum aperte an clam te aggressuri furtivus. Si aperte, cur non omnes ferrum habuimus? cur nemo præter eos, qui unum speculatorem pulsarunt? si clam, quis ordo constitit hoc? Convivio soluto, quum comissatur ego discesserim, quatuor fuisse constitit, ut sopitum te aggrederentur? quomodo fefellisset, & alieni, & mei, & maxime suspecti, quia paulo ante in via fuerunt? quomodo autem trucidato te ipsi evasuri fuerunt? quatuor gladiis domus tua capi & expugnari potuit.

Cap. XV. *Enim tu omissa ista nocturna fabula, ad id quod doles, quod invidiam urit, reverteris? Cur ut regni sui mentionem fit, Demetrii cur ut aliquiet patris fortuna successor quibus clam rapiebat, quum ego? cur non meam, quæ si tu non esses, certa erat, audiam & solicitam facis? Hæc tenuit Perseus, etsi non dicit: hæc ipsum inimicum, hæc accusatorem faciunt: hæc domum, hæc regnum tuum criminibus & suspitionibus replent. Ego autem, pater, quemadmodum nec nunc speravi regnum, nec ambigere unquam de corporibus debeam, quia minor sum, quia tu me majori cedere vis: sic illud nec debui facere, nec debeo: ut indignus te patre, indignus omnibus videar. id enim vitiis meis, non cedendi cui jus esset, fuisse mea modestia consequar. Romanos objicis mihi? quæ quæ gloriæ esse debent in crimen vertis. Ego nec obsis Romanis ut insidier, nec, ut legatus mitterer Romam, petii. a te missus, ire non recusavi. utroque tempore ita me gessi, ut tibi patori, nec regno tuo, nec genti Macedonum essem. Itaque mihi cum Romanis amicitiæ caussa mi fuisse pater. Quod tecum illis pax nemebit, mecum quoque gratia erit: si bellum esse caperit, qui obsis, qui legatus pro patre non inutilis fui, idem hostis illis acerrimus ero. Nec hodie, ut prosit mihi gratia Romanorum, pacisci: ne odio, tantum detrecor. nec in bello capti, nec ad bellum reformatur. Pacis pignus fui, ad pacem retinendam legatus missus sum, nostra res mihi nec gloria nec crimini sit. Ego si quid impie in te, pater, si quid scelerate in fratrem admisi, nullam deprecor paenam. si innocens sum, ne invidiæ conjungatur, quum crimina non possim, deprecor. Non hodie me primum pater accusat: sed hodie primum aperte, nullo ego in se merito. Si mihi pater succenseret, te majorem fratrem pro minore deprecari oportebat, te adolescentia, te errori veniam impetrare. in eo, tibi præstitum esse oportebat, ibi exstitum est. E contrario de comissationibus parum somniculosus natus sum ad caussam patricidii citandam. Sine advocatis, sine patronis, ipse pro me dicere cogor. Si pro alio dicendum esset, tempus ad meditandam & componendam orationem sumpsissem, quum quid aliud quam ingenii fama pertitulare? Senavus quid arcessitus essem, ne frustra me jubentem dicere caussam, patrem accusantem audivi. Ille dies ante præparata, meditata in me oratione est usus: ego id tantum temporis, quo accusatus sum, ad cognoscendum quod ageretur habui. Utrum moveris illo loco, accusatorem audaverim? an defensionem meditatam? Artonitus repentino atque inopinato malo, vix quia objecerentur, intellegere potui: meum satis sciam quo modo me tuear. Quid si nihil sit effecti, nisi paternum judicium habuerit? quid quod etiam si caritate a patre majore te vincor, ardentior tamen in petendo sum? non debeo. Ego enim, ut me mihi tibique servem, precor: ille, ut me in securitatem suam occidas, poposcit. Quid eum, quum regnum ei tradideris, facturum credis esse? qui jam nunc sanguine meo sui indulgeri a quum cupiat?*

Cap. XVI. Dicenti hæc lacrimæ simul spiritum & vocem intercluserunt. Philippus tumultis iis paulisper collocutus cum amicis pronunciavit: *Non verbis se nec unius horæ disceptatione causssam eorum dijudicaturum, sed inquirendo in utriusque vitam, mores, & dicta factaque, in magnis, parvisque rebus, observando: ut omnibus apparuerit, noctis proximæ crimen facile revictum; suspectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam esse. Hæc vivo Philippo velut lenima jacta sunt Macedonici belli, quod maxime cum Perseo gerendum erat. Consules bimbo in Ligures, quæ tum provincia consularis provincia erat, profecti sunt. & quia propere ibi res gesserunt; supplicatio in unum diem decreta est. Ligurum duo millia fere ad extremum finem provinciæ Gallicæ, ubi castra Marcellus habebat, venerunt, uti reciperentur orantes. Marcellus, opperiri eodem loco Ligurubus justis, senatum per literas consuluit. Senatus rescribere M. Ogulnium prætorem Marcello jussit: Verius fuisse, consules, quorum provincia esset, quam se, quid e republica esset, decernere: tum omnium placere, qui deditionem Ligurum recipi, & receptis vitam dari. Itaque eos ad consulem mitti sententiam aequum censere.* Prætores eodem tempore, P. Manlius in ulteriorem Hispaniam, quam & prior prætura provinciam obtinuerat; Q. Fulvius Flaccus in citeriorem perveuit, exerci-

tumque à Terentio acceptæ. nam ulterior morte P. Sempronii prorâtoris fine imperio fuerat, Fulvium Flaccum oppidum Hispanum, Urbicuam nomine, oppugnantem Celtiberi adorti sunt. Duæ ibi prælia aliquot facta: multi Romani milites & vulnerati & interfecti sunt. vicit perseverantia Fulvius, quod nulla vi abtrahi ab obsidione potuit. Celtiberi fessi prœliis variis abiecerunt. urbs, amoto auxilio eorum, intra pauços dies capta & direpta est: prædam militibus præter concessit. Fulvius, hoc oppido capto, P. Manlius exercitu tantum in unum coacto, qui dissipatus fuerat; nulla alia memorabili gesta re, exercitus in hiberna deduxerant. Hæc ea ætate in Hispania gesta. Terentius, qui ex ea provincia decesserat, ovans urbem inijt. translatumargenti pondo novem millia trecenta viginti: auri octogenta pondo, & duæ coronæ aureæ pondo sexaginta septem.

Cap. XVII. Eodem anno inter populum Carthaginiensem & regem Masinissam in re præsenti disceptatores Romani decesserunt. decreverat enim ab Carthaginiensibus, parer Masinissæ, Gala, Galam Syphax inde exulerat: postea in gratiam soceri Asdrubalis Carthaginiensibus dono dederat. Carthaginienses eo anno Masinissa expulerat. Haud minore certamine animorum, quam quum ferro & acie dimicarent, res acta apud Romanos. Carthaginienses, quod primo majorum suorum fuisset, deinde ab Syphace ad se pervenisset, repetebant. Masinissa paternum regni agrum se & recepisse, & habere jure gentium ajebat: & cauſa & possessione superiorem esse; nihil aliud se in discrimine metuere, quam ne pudor Romanorum, dum vereantur ne quid socio atque amico regi adversus communes suos atque illius hostes indulgisse videantur, damno sit. Legati possessionis jus non mutarunt, causam integram Romanum ad senatum rejecerunt. In Ligaribus nihil postea gestum. receperant primum in devios saltus, deinde dimisso exercitu, passim in vicos castellaque sua dilapsi sunt. Consules quoque dimittere exercitum voluerunt, ac de ea re Patres consuluerunt. Alterum ex his dimisso exercitu ad magistratus in annum creandos venire Romam jusserunt; alterum cum legionibus suis Pisis hiemare. Fama erat, Gallos Transalpinos juventutem armare: nec, in quam regionem Italiæ effusura se multitudo esset, sciebatur. Ita inter se consules compararunt, ut Cn. Bæbius ad comitia iret, quia M. Bæbius frater ejus consulatum petebat.

Cap. XVIII. Comitia consulibus rogandis fuere, creati, P. Cornelius Cethegus, M. Bæbius Tamphilus. Prætores inde facti, duo Q. Fabii, Maximus & Buteo, C. Claudius Nero, Q. Petillius Spurinus, M. Pinarius Poica, L. Duronius. His initio magistratu provinciæ ita sorte evenerunt. Ligures consulibus; prætoribus, Q. Petillio urbana, Q. Fabio Maximo peregrina; Q. Fabio Buteoni Gallia, C. Claudio Neroni Sicilia, M. Pinario Sardinia, L. Duronio Apulia, & Ilturi adjecti, quod Tarentini Brundusinique nunciabant, maritimos agros infestos transmarinarum navium latrociniis esse. eadem Massilienses de Ligurum navibus querebantur. Exercitus inde decreti. quatuor legiones consulibus, quina millia ducenos Romanos pedites, trecentos haberent equites, & quindecim millia octium ac Latini nominis, octingentos equites. In Hispaniis proregatum veteribus prætoribus imperium est, cum exercitibus quos haberent. & in supplementum decreta tria millia civium Romanorum, ducenti equites: & octium Latini nominis, tex millia peditum, trecenti equites. Nec rei navalis cura omissa. duumviros in eam rem consules creare jussi, per quos naves viginti deductæ navalibus octis civibus Romanis, qui servitutem servissent, complerentur; ingenui tantum ut iis præessent. Inter duumviros ita divisa tuenda deni navibus maritima ora, ut promontorium ils Minervæ, velut cardo, in medio esset: alter in dextram partem usque ad Massiliam, lævam alter usque ad Barium tueretur.

Cap. XIX. Prodigia multa fœda & Romæ eo anno visa, & nunciata peregre. In area Vulcani & Concordiæ sanguinem pluit, & pestifera haſtas moras nunciavere: & Lanuvii simulacrum Junonis Sospitæ lacrimasse. & pestilentia in agris forisque & concilabulis, & in urbe tanta erat, ut Libitina tunc vix sufficeret. His prodigiis cladibusque anxii Patres decreverunt, ut & consules, quibus Diis videretur, hostiis majoribus sacrificarent, & decemviri libros adirent. Eorum decreto supplicatio circa omnia pulvinaria Romæ in diem unum indicta est. iisdem auctoribus & senatus censuit, & consules edixerunt, ut per totam Italiam triduum supplicatio & feriæ essent. Pestilentiæ tanta vis erat, ut quum propter effectionem Corforum, bellumque ab Ilienſibus concitatum in Sardinia, octo millia peditum ex ocis Latini nominis scribi placuisset, & trecentos equites, quos M. Pinarius prætor fecum in Sardiniam trajiceret; tantum hominum demortuum esse, tantum ubique ægrorum consules renunciaverint, ut is numerus effici militum non potuerit, quod deerat militum.

fuisse

fumerea Cn. Bæbio proconsule, qui Pisis hibernabat, justus prætor, atque inde Sardiniam trajicere. L. Durronio prætori, qui provincia Apulia evenerat, adjecta de Bacchanalibus quæstio est: cujus refidua quædam velut semina ex prioribus malis jam priore anno appariuerant: sed magis inchoatæ apud L. Pupium prætorem quæstiones erant, quam ad exitum ullum perductæ: id perficere novum prætorem, ne ferperet iterum latius, Patres justerunt. Et leges de ambitu consules ex auctoritate senatus ad populum tulerunt.

Cap. XX. Legationes deinde in senatum introduxerunt. Regum primas Eumenis, & Ariarathis Cappadocis, & Pharnacis Pontici, nec ultra quicquam eis relponsum est, quam missuros qui de controversiis eorum cognoscerent, statuerentque. Lacedæmoniorum deinde exulum & Achæorum legari introducti sunt. & Ipes data exulibus est, scripturum senatum Achæis, ut restituerentur. Achæi de Messene recepta, compositisque ibi rebus, cum assensu Patrum expoluerunt. Et à Philippo rege Macedonum duo legati venerunt, Philocles & Apelles. nulla super re quæ ab senatu perenda esset: speculatum magis inquisitumque missi de iis, quorum Perseus Demetrium infimulasset, sermonum cum Romanis; maxime cum T. Quintio adversus fratrem de regno habitorum. Hos tanquam medios, nec in alterius favorem inclinatos, miserat rex. erant autem & hi Perfei fraudis in fratrem ministri & participes. Demetrius omnium, præterquam fraterni fceleris, quod nuper eruperat, ignarus, primo neque magnam neque nullam spem habebat, parem sibi placari posse. minus deinde indies patris animo fidebat, quum obtideri aures à fratre cerneret. Itaque circumspiciens dicta factaque sua, ne cujus suspiciones augeret, maxime ab omni mentione & contagione Romanorum abstinebat. ne neque scribere sibi vellet; quia hoc præcipue criminum genere exasperari animum sentiebat.

Cap. XXI. Philippus, simul ne ocio miles deterior fieret, simul avertendæ suspicionis caussa quicquam à se agitari de Romano bello, Strobos, Pæoniæ exercitu indicto, in Mædicam ducere pergit. Cupido eum ceperat in verticem Æmi montis ascendendi, quia vulgatæ opinioni credideram, Ponticum simul & Adriaticum mare, & Istrum amnem, & Alpes conspici posse: subjecta oculis ea haud parvi sibi momenti futura ad cogitationem Romani belli. Percunctatus regionis peritos de ascensu Æmi, quum fatis inter omnes constaret, viam exercitui nullam esse, paucis & expeditis per difficillimum aditum, ut sermone familiari minorem filium permiscret, quem statuerat non ducere secum, primum quærit ab eo. *Quum tanta difficultas itineris proponatur, utrum perseverandum sit in incepto, an abstinendum? Si pergat tamen ire, non posse obliviscí se in tallous rebus Antigoni: qui sæva tempestate jactatus, quum in conspectu Asiæ esset, omnes habuisset, præcepisse liberis diceretur, ut & ipsi meminissent, & ita posteris prodirent, ne quis cum tota gente simul in rebus dubiis periclitari auderet. Memorem ergo se præcepti ejus, duos simul filios non commissurum in alcam ejus qui propositurus esset, casus. & quoniam unum filium secum duceret, minorem ad subsidia ipsi & custodiam regni remissurum in Macedoniam esse.* Non fallebat Demetrium ablegari se, ne adesset consilio; quum in conspectu locorum consultaret, quæ proxime itinera ad mare Adriaticum atque Italiam ducerent, quamque bellatio esset futura. sed non solum parendum patri tum, sed etiam assentiendum erat, ne invitum parere suspicionem faceret. Ut tamen iter ei tutum in Macedoniam esset, Didas ex prætoribus regiis unus, qui Pæoniæ præerat, justus est proiequi eum cum modico præsidio. Hunc quoque Perseus, ficut pleroíque patris amicorum, ex quo haud dubium cuiquam esse ceperat, ad quem ita inclinato regis animo hæreditas regni pertineret, inter conjuratos in fratris perniciem habuit. in præsentia dat ei mandata, ut per omne obsequium insinuaret se in animum maxime familiarem ufum, ut elicere omnia arcana, specularique abditos ejus sensus posset. Ita digreditur Demetrius, cum infestioribus, quam si folus iret, præsidiis.

Cap. XXII. Philippus Mædicam primum, deinde solitudines interjacentes Mædicæ atque Æmo transgressus, septimis demum castris ad radices montis pervenit. ibi unum moratus diem, ad deligendos, quos duceret secum, tertio die iter est ingressus. Modicus primo labor in imis collibus fuit, quantum in altitudinem egrediebantur, magis magisque silvestria & pleraque invia loca excipiebant. Perveniunt deinde in opacum iter, ut, præ densitate arborum immissorumque aliorum in alios ramorum, perspici cœlum vix posset: ut vero jugis appropinquabant, quod rarum in aliis locis esset, adeo omnia conrecta nebula, ut haud secus quam nocturno itinere impedirentur. tertio demum die ad verticem perventum. Nihil vulgatæ opinioni degressi inde detraxerunt. magis credo ne vanitas itineris ludibrio esset, quam quod

quod diversa inter se maria, montesque, & annes, ex uno loco conspici potuerint. Vexati omnes, & ante alios rex ipse, quo gravior ætate erat, difficultate viæ est. Duabus aris ibi Jovi & Soli sacratis quum immolasset, qua triduo ascenderat biduo est degressus, frigora nocturna maxime metuens, quæ canicular ortu similia brumalibus erant. Multis per eos dies difficultatibus conflictatus, nihilo lætiora in caltris invenit: ubi summa penuria erat, ut in regione, quam ab omni parte solitudines clauderent. Itaque unum tantum moratus diem, quietis eorum causa quos habuerat secum, itinere inde simili fugæ in Dentheletas transcurrit. Socii erant: sed propter inopiam haud secus quam hostium fines Macedones populati sunt. rapiendo enim passim villas primum, dein quosdam vicos etiam evadebant, non sine magno pudore regis; quum sociorum voces, nequicquam Deos sociales nomenque suum implorantes audiret. Frumento inde sublato, in Mædicam regressus, urbem, quam Petram appellant, oppugnare est adortus. Ipse à campestri aditu caltra posuit. Perseum filium cum modica manu circummisit, ut à superioribus locis urbem aggrederetur. Oppidani, quum terror undique insteret, obsidibus datis, in præsentia dediderunt sese. Iidem, posteaquam exercitus recessit, oblati obsidum, relicta urbe, in loca munita & montes refugerunt. Philippus omni genere laboris fine ullo effectu fatigatis militibus, & fraude prætoris Didæ auctis in filium suspicionibus, in Macedoniam rediit.

Cap. XXIII. Missus hic comes (ut ante dictum est) quum simplicitatem juvenis incauti, & ipse haud immerito succenseret, assentando indignandoque & ipse vicem ejus, captaret; in omnia ultro suam offerens operam, fide data arcana ejus elicuit. Fugam ad Romanos Demetrius meditabatur. cui consilio adjutor Deum beneficio oblatus videbatur Pæoniæ prætor, per cujus provinciam spem ceperat, elabi tuto posse. Hoc consilium exemplo & fratri proditur, & auctore eo indicatur patri. Literæ primum ad obtinendem Petram allatæ sunt. inde Herodotus (principes hic amicorum Demetrii erat) in custodiam est conjectus: & Demetrius diligenter asservari jussus. Hæc super cætera tristem adventum in Macedoniam regi fecerunt. movebant eum & præsentia crimina: exspectandos tamen, quos ad exploranda omnia Romam miserat, censebat. His anxius curis, quum aliquot menses egisset, tandem legari, jam ante præmeditatis in Macedonia, quæ ab Roma renunciarent, venerunt. qui, super cætera scelera, fallas etiam literas signo redditorum regi. Deprecatio erat in literis. *Si quid adolescens cupiditate regni prolapsus secum egisset, nihil eum accessisse studiorum quemquam facturum: neque eum fefe esse, qui ultius impii consilii auctor futurus videri possit.* Hæ literæ fidem Persei criminibus fecerunt. Itaque Herodotus exemplo, diu excruciatus, fine indicio rei ullius in tormentis moritur.

Cap. XXIV. Demetrium iterum ad patrem accusavit Perseus. fuga per Pæoniam præparata arguebatur, & corrupti quidam, ut comites itineris essent: maxime falsæ literæ T. Quintii urgebant. nihil tamen palam gravius pronunciatum de eo est, ut dolo potius interficeretur: nec id cura ipsius, sed ne pœna ejus conjilia averteret Romanos mutaret. Ab Thessalonica Demetriadem ipsi quum iter esset; Asterium Pæoniæ Demetrium mittit cum eodem comite Dida: Perseum Amphipolin, ad obsides Thracum accipiendos. digredienti sab se Didæ mandata dedisse dicitur, de filio occidendo. Sacrificium ab Dida seu institutum, seu simulatum est. ad quod celebrandum invitatus Demetrius ab Asterio Heracleam venit. in ea cœna dicitur venenum datum. Poculo epoto, extemplo sensit. & mox coortis doloribus, relicto convivio, quum in cubiculum recepisset sese, crudelitatem patris conjicerens, parricidium fratris, ac Didæ scelus incusans, torquebatur. intromissi deinde Thyrsis quidam Stuberæus, & Berœæus Alexander, injectis taperibus in caput faucesque, spiritum intercluserunt. Ita innoxius adolescens, quum in eo ne imprimi quidem generis mortis contenti inimici fuissent, interficitur.

Cap. XXV. Dum hæc in Macedonia geruntur, L. Æmilius Paullus, prorogato ex consulatu imperio, principio veris in Ligures Ingaunos exercitum introduxit. Ubi primum in hostium finibus castra posuit, legari ad eum, per speciem pacis petendæ, speculatum venerunt. negavit Paullo, nisi cum dediris pacifici fe pacem: non tam id recusabant, quam tempore opus esse ajebant, ut generi agresti hominum persuaderetur. ad hoc decem dierum inducias quum darentur, petierunt deinde, ne rami montes proximos occupatos palantium lignatumque milites irent. cultu ea loca suorum finium esse. Id ubi impetravere, post eos ipsos montes, unde averterant hostem, exercitu omni coacto, repente multitudine ingenti castra Romanorum oppugnare simul omnibus portis aggressi sunt. Summa vi rorum unum diem oppugnarunt: ita ut ne efferendi quidem signa Ro-

manis spacium, nec ad explicandam aciem locus esset. Conferti in portis obitando magis, quam pugnando castra tutabantur. Sub occasum Solis quum recessissent hostes, duos equites ad Cn. Bæbium proconsulem cum literis Pisas mittit, ut obsessi sibi per inducias quamprimum subsidio veniret. Bæbius exercitum M. Pinario prætori tradit: eunti in Sardiniam tradiderat. cæterum & senatum literis certiorem fecit, obsideri a Ligu-ribus L. Æmilium; & Marco Claudio Marcello, cujus proxima inde provincia erat, scripsit, ut, si videretur ei, exercitum ex Gallia traduceret in Ligures, & L. Æmilium liberaret obsidione. Hæc fera futura auxilia erant. Ligures postero die ad castra redeunt. Æmilius, quum & ventos ferre, & educere in aciem potuisset, intra vallum fuos tenuit, ut extraheret rem in id tempus, quo Bæbius cum exercitu venire a Pisis posset.

Cap. XV. I. Romæ magnam repidationem literæ Bæbii fecerunt, eo majorem, quod paucos post dies Marcellus tradito exercitu Fabio Romam quum veniisset, ipsum ademit, eum, qui in Gallia esset, exercitum in Ligures traduci posse, quia bellum cum Istris esset prohibentibus colonium Aquileiam deduci, eo profectum Fabium, neque inde regredi bello inchoato posse. Una, & ea ipsa tardior, quam tempus postulabat, subsidii spes erat, si consules maturassent in provinciam ire. id ut facerent, pro se quisque Patrum vociferari. Consules, nisi confecto deiectu negare se iuros, nec suam fignificare, sed vim morbi in caussa esse, quo seriùs proficiscerentur. non tamen potuerunt sustinere consensum senatus, quin paludati exirent, & militibus, quos conscriptos haberent, diem edicerent, quo Pisas convenirent. permissum, ut qua irent, protinus subitarios milites scriberent, ducerentque secum. Et prætoribus Q. Petilio & Q. Fabio imperatum est, ut Petilius duas legiones civium Romanorum tumultuarias scriberet, & omnes minores quinquaginta annis sacramento rogaret: Fabio, ut socias Latini nominis quindecim millia peditum, octingentos equites imperaret. Duum viri navales creati, C. Matienus, & C. Lucretius, navesque iis ornatæ sunt; Matienoque, cujus ad Gallicum sinum provincia erat, imperatum, ut classem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram; si quo usui esse L. Æmilio atque ejus exercitui posset.

Cap. XVI. I. Æmilius, postea quam nihil usquam auxilii ostendebatur, interceptos credens equites, non ultra differendum ratus, quin per se fortunam tentaret, priusquam hostes venirent, qui jam segnius socordiusque oppugnabant: ad quatuor portas exercitum instruxit, ut signo dato simul ex omnibus partibus eruptionem facerent. Quatuor extraordinariis cohorribus duas adjunxit, præposito M. Valerio legato: erumpere extraordinaria porta jussit. ad dexteram principalem haltatos legionis primæ instruxit: principes ex eadem legione in subsidio posuit. M. Servilius & L. Sulpicius tribuni militum his præpositi: tertia legio adversus principalem finistram portam instructa est. id tantum mutatum: principes primi, & haftati in subsidiis locati: Sex. Julius Cæsar & L. Aurelius Cotta, tribuni militum huic legioni præfecti sunt. Q. Fulvius Flaccus legatus cum dextera ala ad quæstoriam portam positus, duæ cohortes & tribuni duarum legionum in præsidio castrorum manere jussi. Omnes portas concionabundus ipse imperator circumit. Sc quibuscumque irritamentis poterat, iras militum accendebat: nunc ostentans hostium incuriam, qui pace perita, inducias datis, per ipsum inducias tempus contra jus gentium ad castra oppugnanda venissent: nunc quanta pudor esset, edoctus ab Ligu-ribus, latronibus verius quam hostibus justis, Romanum exercitum obsideri. *Quo ore ego signa conferam, quibus adhuc primum non vobra virtute erubescatis, occurret; non dico eis militibus, qui Annibalem, qui Philippum, qui Antiochum maximos nostræ ætatis reges duxerunt, vicerunt: sed iis, qui hos ipsos Ligures, aliquoties pecorum modo fugatos, per saltus tervios confectari occiderint? quos Hispani, quod Galli, quod Macedones Pœnive non audeant; Ligustinus hostis vallum Romanum subit, obsidet ultro & oppugnat, quem ferutantes antea desilos saltus, asperum, latentem vix invenisse manus? Ad hæc & confidentiens redebatur timor, nullam militum culpam esse; spatium nemo ad erumpendum signum dedisset. Daret signum: intellecturum, eosdem, qui antea fuerint, & Romanos & Ligures esse.*

Cap. XXVIII. Bina cis montes castra Ligurum erant, ex iis, primis diebus sole orto, pariter omnes compositi & instructi procedebant, nunquam nisi exfatiati cibo vinoque arma non capiebant. disperfi, inordinati exibant: ut quibus pro spe certum esset, hostes extra vallum signa non claturos. Adversus ita incompositos eos venientes, clamore pariter omnium, qui in castris erant, calonum quoque & lixarum sublato, simul omnibus portis Romani eruperunt. Liguribus adeo improvisa res fuit, ut perinde, ac si insidiis circumventi forent, trepiderent. Exiguum temporis aliqua forma pugnæ fuit. fuga deinde

deinde effusa, & fuglentium passum cædes erat. Equitibus dato signo, ut conficenderent equos, nec effugere quemquam finerent; in castra omnes trepida fuga compulsi sunt: deinde ipsis exuti castris. Supra quindecim millia Ligurum eo die occisa: capta duo millia & quingenti. Triduo post Ligurum Ingaunorum omne nomen obsidibus datis in deditionem venit. gubernatores nautæque conquisiti, qui prædatores fuissent navibus, atque omnes in custodiam conjecti. Et à C. Matieno duumviro naves ejus generis in Ligutia ora duæ ac triginta captæ sunt. Hæc, qui nunciarent, literasque ad senatum ferrent, L. Aurelius Cotta, C. Sulpicius Gallus, Romam missi: simulque peterent, ut L. Æmilio confecta provincia decedere, & deducere secum milites liceret atque dimittere. Utrumque permissum senatu. & supplicatio ad omnia pulvinaria per triduum decreta: justique prætores, Petillius urbanas dimittere legiones, Fabius fociis atque nominis Latino remittere delectum. & uti prætor urbanus consulibus scribaret, senatum equum censere, jubilantes milites, tumultus causa conscriptos, primo quoque tempore dimitti.

Cap. XXIX. Colonia Graviscæ eo anno deducta est in agrum Etruscum, de Tarquiniensibus quondam captum. Quina jugera agri data. treviri deduxerunt, C. Calpurnius Piso, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Istra. Siccitate & inopia frugum insignis annus fuit. Sex menses nunquam pluisse, memoriæ proditum est. Eodem anno in agro L. Petillii scribæ sub Janiculo, dum ruitores agri altius moliuntur terram, diæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ, quatuor latæ, inventæ sunt; operculis plumbo devinctis. Literis Latinis Græcisque utraque arca inscripta erat; in altera Numam Pompilium, Pomponis filium, regem Romanorum, sepultum esse: in altera, libros Numæ Pompilii inesse. Eas arcas quum ex amicorum sententia dominus aperuisset; quæ titulum sepulti regis habuerat, inanis inventa, fine ullo vestigio corporis humani, aut ullius rei; per tabem tot annorum omnibus absumptis. In altera duo fasces candelis involuti, septenos habuere libros, non integros modo, sed recentissimæ speciei. Septem Latini de jure Pontificio erant: septem Græci de disciplina sapientiæ, quæ illius ætatis esse potuit. Adjicit Antias Valerius, Pythagoricos fuisse: vulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuisse Numam, mendacio probabili accommodata fide. Primo ab amicis, qui in re præsenti fuerunt, libri lecti. mox pluribus legentibus quum vulgaretur, Q. Petillius prætor urbanus, studiosus legendi eos libros à L. Petillio sumpsit. & erat familiaris usus, quod scribam eum quæstor Q. Petillius in decuriam legerat. Lectis rerum summis, quum animadvertisset pleraque dissolvendarum religionum esse, L. Petillio dixit, *Se se eos libros in ignem conjecturum esse. prius quam id faceret, se ei permittere uti, si quod sua jus, seu auxilium se habere ad eos libros repetendos existimaret, experiretur: id integra fua gratia eum facturum.* Scriba ad tribunos plebis adit. ab tribunis ad senatum res est relecta. Prætor fit jusjurandum dare patres esse ajebat, libros eos legi, servarique non oportere. Senatus censuit, *Satis habendum, quod prætor jusjurandum polliceretur. libros primo quoque tempore in comitio cremandos esse. pretium pro libris, quanum Q. Petillio prætori majoritas parti tributorum placuisset, quæreretur. domino esse solvendum.* id scriba non accepit. libri in comitio, igne à victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt.

Cap. XXX. Magnum bellum ea ætate coortum in Hispania citeriore. ad quinque & triginta millia hominum, quantum nunquam ferme antea, Celtiberi comparaverant. Q. Fulvius Flaccus eam obtinebat provinciam. Is, quia armare juventutem Celtiberos audierat, & ipse, quanta poterat, à fociis auxilia contraxerat; sed nequaquam numero militum hostem æquabat. Principio veris exercitum in Carpetaniam duxit, & castra locavit ad oppidum Eburam, modico præsidio in urbe posito. Paucis post diebus Celtiberi, millia duo ferme inde, sub colle posuerunt castra. quos ubi adesse prætor Romanus sensit, M. Fulvium fratrem cum duabus turmis decurionum equitum ad explora hostium speculatum misit; quam proxime succedere ad vallum jussum, ut viseret, quanta essent: pugna abstineret, recipereque se se, si hostium equitatum exeuntem vidisset. Ita, ut præceptum erat, fecit. per dies aliquot nihil ultra motum, quam ut hæ duæ turmæ ostenderentur: dein subduce rentur, ubi equitatus hostium castris procurrisset. Postremo & Celtiberi omnibus simul peditum equitumque copiis castris egressi, acie directa medio ferme spacio inter bina castra constiterunt. Campus erat planus omnis, & apti pugnæ. ibi steterc Hispani hostem exspectantes. Romanus intra vallum suos continuit per quarridium continuum, & illi eodem loco aciem instructam tenuerunt. Ab Romanis nihil motum. inde quievere in castris Celtiberi, quia pugnæ copia non fiebat: equites tantum i. stationem egrediebantur, ut parati essent, si

quid ab hoſte moveretur. pone caſtra utrique pabulatum & lignatum ibant, neutri alteros impedientes.

Cap. XXXI. Prætor Romanus, ubi ſatis tot dierum quiete creditit ſpem factam hoſti, nihil ſe priorem moturum: L. Acilium cum ala ſiniſtra: & ſex millibus provincialium auxiliorum circumire montem jubet, qui ab tergo hoſtibus erat: inde ubi clamorem audiſſet, deſerere ad caſtra eorum. nocte profecti ſunt, ne poſſent conſpici. Flaccus hoc prima C. Scribonium præfectum ſocium ad vallum hoſtium cum equitibus extraordinariis ſiniſtræ alæ mittit. quos, ubi & propius accedere, & plures, quam ſoliti erant, Celtiberi conſpexerunt, omnia equitatus effunditur caſtris: ſimul & peditibus ſignum ad exeundum datur. Scribonius, utl præceptum erat, ubi primum fremitum equeſtrium audivit, avertit equos, & caſtra reperit. eo effuſius ſequi hoſtes. primo equites, mox & peditum acies aderat, haud dubia ſpe, caſtra eo die ſe oppugnaturos. quingentos paſſus non plus à vallo aberant. Itaque ubi Flaccus ſatis abſtractos eos à præſidio caſtrorum ſuorum ratus eſt, intra vallum exercitu inſtructo, tribus partibus ſimul erumpit: clamore non tantum ad ardorem pugnæ excitandum ſublato, ſed etiam, ut qui in montibus erant, exaudirent. nec morati ſunt, quin decurrerent, ſicut imperatum erat, ad caſtra: ubi quingentorum armatorum, non amplius, relictum erat præſidium. quos quum & paucitas ſua, & multitudo hoſtium, & improviſa res terruiſſet, prope fine certamine capiuntur caſtra. caſtris, quæ pars maxime à pugnantibus conſpici poterat, injecit Acilius ignem.

Cap. XXXII. Poſtremi Celtiberorum, qui in acie erant, primi flammam conſpexere. deinde per totam aciem vulgatum eſt, caſtra amiſſa eſſe, & tum, cum maxime, videre: unde illis terror, inde Romanis animus crevit. jam clamor fuorum vincentium accidebat, jam ardentia hoſtium caſtra apparebant. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati ſunt. cærerum poſteaquam receptus pulſis nullus erat, nec uſquam, niſi in certamine, ſpes; pertinacius de integro cœpe ſunt pugnam. Acie media urgebantur acriter à quinta legione. adverſus lævum cornu, in quo fui generis provincialia auxilia inſtruxiſſe Romanos cernebant, cum majore fiducia intulerunt ſigna. Jam prope erat, ut ſiniſtrum cornu pelleretur Romanis, ni ſeptima legio ſuccefliſſet: ſimul ab oppido Ebura, qui in præſidio relicti erant, in medio ardore pugnæ advenerunt. & Acilius ab tergo erat. Diu in medio cæſi Celtiberi. qui ſupererant in omnes paſſim partes capeſſunt fugam. Equites bipartito in eos emiſſi, magnam cædem ediderę. ad viginti tria millia hoſtium eo die cæſa: capta quatuor millia, & octingenti cum equis plus quingentis: & ſigna militaria nonaginta octo. Magna victoria, non tamen incruenta fuit. Romani de duabus legionibus milites paulo plus ducenti, ſocium Latini nominis ſeptingenti triginta, cæterorum auxiliarium duo millia ferme & quadringenti ceciderunt. Prætor in caſtra victorem exercitum reduxit. Acilius manere in caſtris ab ſe captis juſſus. poſtero die ſpolia de hoſtibus lecta: & pro concione donati, quorum virtus inſignis fuerat.

Cap. XXXIII. Sauciis deinde in oppidum Eburam devectis, per Carpetaniam ad Contrebiam ducta legiones. ea urbs circumſeſſa quum à Celtiberis auxilia arceſſiſſet, morantibus iis, non quia ipſi cunctati ſunt, ſed quia profectos à domo inexplicabiles circumſteterunt vias & ſolitudines amnes tenebant, deſperato auxilio ſuorum in deditionem venit. Flaccus quoque tempeſtatibus fœdis coactus, exercitum omnem in urbem introduxit. Celtiberi, qui domo profecti erant, deditionis ignari, quum tandem ſuperatis, ubi primum remiſerunt imbres, amnibus, Contrebiam veniſſent: poſteaquam caſtra nulla extra mœnia viderunt, aut in alteram partem tranſlata rati, aut receſſiſſe hoſtes, per negligentiam effuſi, ad oppidum acceſſerunt. In eos duabus portis Romani eruptionem fecerunt, & incompoſitos adorti fudérunt. Quæ res ad reſiſtendum eos, & ad capeſſendam pugnam, impedit, quod non uno agmine nec ad ſigna frequentes veniebant; eadem magnæ parti ad fugam ſalutifuit. Sparſi enim toto paſſim campo ſe diffuderunt: nec uſquam confertos eos hoſtis cum venit. ramen ad duodecim millia ſunt cæſa: capta plus quinque millia hominum, equi quadringenti, ſigna militaria ſexaginta duo. Qui palati è fuga domum ſe recipiebant, alterum agmen Celtiberorum venientium, deditionem Contrebiæ, & ſuam cladem narrando averterunt. exemplo in vicos caſtellaque ſua omnes dilapſi. Flaccus à Contrebia profectus, per Celtiberiam populabundus ducit legiones: multa caſtella oppugnavit, donec maxima pars Celtiberorum in deditionem venit.

Cap. XXXIV. Hæc in citeriore Hiſpania eo anno geſta. Et in ulteriore Manlius prætor ſecunda aliquot prælia cum Luſitanis fecit. Aquilela colonia Latina eodem anno in agro Gallorum eſt deducta. tria millia peditum, quinquagena jugera, centuriones centena; centena qua-

dra-

ágena equites acceperunt. treſviri deduxerunt, P. Cornelius Scipio Nafica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Ædes duæ eo anno dedicatæ ſunt: una Veneris Erycinæ ad portam Collinam, dedicavit L. Porcius L. F. Licinus duumvir. (vota erat ab conſule L. Porcio, Liguſtino bello.) altera in foro olitorio Pietatis. eam ædem dedicavit Manius Acilius Glabrio duumvir: ſtatuamque auratam, quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patri Glabrioni poſuit. Is erat, qui ipſe eam ædem voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas depugnaſſet: locaveratque eidem ex lenaicis onuſto. Per eoſdem dies, quibus hæ ædes dedicatæ ſunt, L. Æmilius Paullus proconſul ex Liguribus Inganuis triumphavit. Tranſlulit coronas aureas quinque & viginti. nec præcrea quicquam auri argentique in eo triumpho latum. captivi multi principes Ligurum ante currum ducti. æris trecenos militibus divilit. Auxerunt ejus triumphi famam legati Ligurum; pacem perpetuam orantes: ita in animum induxiſſe Ligurum gentem, nulla unquam arma, niſi imperata à populo Romano, ſumere. Reſponſum: Q. Fabium permittere eis Liguribus juſſi ſenatus. *Orationem eam nonnullam Liguribus eſſe: mens vero ut nova & orationi conveniens eſſet, ipſorum id plurimum refrre. Ad conſules irent, &, quæ ab iis imperata eſſent, facerent. nulli alii, quam conſulibus ſenatum credituram eſſe, fore ut pax in pace Ligures eſſe.* Pax in Liguribus fuit. In Corſica pugnatum eſt cum Corſis. ad duo millia eorum M. Pinarius prætor in acie occidit. qua clade compulſi obſides dederunt, & ceræ centum millia pondo. Inde in Sardiniam exercitus ductus. ibi cum Ilienſibus, gente ne nanc quidem omni parte pacata, ſecunda prælia facta. Carthaginienſibus eodem anno centum obſides redditi, pacemque cum iis populus Romanus, non ab ſe tantum, ſed ab rege etiam Maſiniſſa præſtitit: qui tum præſidio armato agrum, qui in controverſia erat, obtinebat.

Cap. XXXV. Ocioſam provinciam conſules habuerunt. M. Bæbius, comitiorum cauſſa Romam revocatus, conſules creavit, A. Poſtumium Albinum Luſcum, & C. Calpurnium Piſonem. Prætores exinde facti, Ti. Sempronius Gracchus, L. Poſtumius Albinus, P. Cornelius Mammula, Tib. Minucius Mollicullus, A. Hoſtilius Mancinus, C. Mæmius. Il omnes magiſtratum Idibus Martiis inierunt. Principio ejus anni, quo A. Poſtumius Albinus, & C. Calpurnius Piſo conſules fuerunt, ab A. Poſtumio conſule in ſenatum introducti, qui ex Hiſpania citeriore venerant à Q. Fulvio Flacco, L. Minucius legatus, & duo Tribuni militum, T. Mænius, & L. Terentius Maſſa. Hi quum duo ſecunda prælia, deditionem Celtiberiæ, confectam provinciam nunciaſſent; nec ſtipendio, quod mitti ſoleret, nec frumento portato ad exercitum in eum annum opus eſſe; petierunt ab ſenatu primum, *ut ob res proſpere geſtas Diis immortalibus honos haberetur. deinde, ut Q. Fulvio decedenti de provincia deportari inde exercitum, cujus ſorti opera & ipſe & multi ante eum prætores uſi eſſent, liceret. quod fieri, præſtoque quod ita debeat, etiam prope neceſſarium eſſet. Ita enim obſtinatos eſſe milites, ut non ultra retineri poſſe in provincia videarentur, injuſtiſque abituri inde eſſent, ſi non dimitterentur: aut in perniciolam, ſi quis impoſuerit retinendi, ſolitudinem exaſperati.* Conſultus ambobus provinciam Ligures eſſe ſenatus juſſit. Prætores inde ſorti ſunt. A. Hoſtilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit; P. Cornelio Sicilia, C. Mænio Sardinia. Hiſpaniæ ſortiti, L. Poſtumius ulteriorem, Tib. Sempronius citeriorem. Is quia Celtiberos, Q. Fulvio hoſtes eo erat, ne vetere exercitu provincia ſpoliaretur, *Quæro, inquit, de te L. Minuci, quum confectam provinciam nuncies, exiſtimes ne Celtiberos perpetuo in fide manſuros ita ut ſine exercitu ea provincia obineri poſſit? Si negate de fide barbarorum quidquam recipere auſi eſſemus nobis potes, & habendum illic utique exercitum cenſes; utrum tandem auctor fenatui ſis ſupplementum in Hiſpaniam mittendi? ut ii modo, quibus emerita ſtipendia ſint, milites dimittantur: veteribus militibus tyrones immiſceri? an deducitis ex provincia veteribus legionibus nomen conſcribendi & mittendi: quum contemptum tyrocinium etiam mitiores barbaros excitare ad rebellandum poſſit? Dictu quam re facilius ſit, provinciam ingenio ferocem, rebellatricem confeciſſe. Paucæ civitates, ut quiſque ea audio, quæ nos maxime hiberna premebant, in jus ditionemque venerunt, ulteriores in armis ſunt. quæ cum ita ſint, ego jam hinc præcido, Patres Conſcripti, me exercitu eo, qui nunc eſt, rempublicam adminiſtraturum: ſi deducas ſecum Flaccus legiones, loca pacata me ad hiberna cuſtodia celebraturum, neque novum militem ferociſſimo hoſti objecturum.*

Cap. XXXVI. Legatus ad ea, quæ interrogatus erat, reſpondit: *Neque ſe, neque quemquam aliam divinare poſſe, quid in animo Celtiberi haberent, aut porro habituri eſſent. Itaque negare non poſſe, quin*

rectius sit, etiam ad pacatos barbaros, nondum satis allectos imperio, exercitum mitti. novo autem, an vetere exercitu opus sit: ejus esse dicere, qui scire posiit, qua hac Celtiberi in pace manfuri sint: simul & qui illum exploratum habeat, quietiores milites, si diutius in provincia retineantur. Si ex eo, quod aut inter se loquantur, aut fuscitamentionibus aputd concionantem imperatorem significent, quid sentiant, conjectandum sit; palam vociferatos esse, aut imperatorem in provincia retenturos, aut cum eo in Italiam venturos esse. Disceptationem inter prætorem ingratumque consulum relatio interrupit: qui suas ornari provincias, priusquam de prætoris exercitu ageretur, æquum censebant. Novus omnis exercitus consulibus est decretus: binæ legiones Romanæ cum iuo equitatu, & socium Latini nominis, quantus temper numerus, quindecim millia peditum, & octingenti equites. cum hoc exercitu Apuanis Ligiribus ut bellum inferrent, mandatum est. P. Cornelio & M. Bæbio prorogatum imperium: justique provincias obtinere, donec consules venissent. tum imperatum, ut dimisso, quem haberent, exercitu, reverterentur Romam. De Ti. Sempronii deinde exercitu actum est. novam legionem et quinque millium & ducentorum peditum cum equitibus quadringentis consules scribere justi: & mille præterea peditum civium Romanorum, quinquaginta equites: & socios è nomine Latino imperare septem millia peditum, trecentos equites. cum hoc exercitu placuit ire in Hispaniam citeriorem Ti. Sempronium. Q. Fulvio permissum, ut qui milites ante Sp. Postumium, & Q. Marcium consules, cives Romani socive in Hispaniam tranfportati essent, & præterea, supplemento adducto, quot amplius duabus legionibus, quam decem millia, & quadringenti pedites, fexcenti equites essent; & socium Latini nominis duodecim millia, fexcenti equites, quorum forti opera duobus advertus Celtiberos prælii usus Q. Fulvius esset; eos, si videretur, fecum deportaret. Ex fupplicationes decretæ, quod is prospere rempublicam gessisset: & exteri prætores in provincias missi. Q. Fabio Buteoni prorogatum in Gallia imperium est. Octo legiones, præter exercitum veterem, qui in Liguribus in ipse propinqua militionis erat, eo anno esse placuit. & is ipse exercitus ægro explebatur propter pestilentiam, quæ jam tertium annum urbem Romanam atque Italiam vastabat.

Cap. XXXVII. Prætor Ti. Minucius, & haud ita multo post Consul C. Calpurnius moritur, multique alii omnium ordinum illustres viri: postremo, prodigii loco ea clades haberi cœpta est. C. Servilius pontifex maximus, placata iræ Deum conquirere justus, decemviri libros inspicere, consul Apollini, Æsculapio, Saluti, dona vovere, & dare signa inaurata, quæ vovit dedicque. Decemviri fupplicationem in biduum valetudinis causa, in urbe, & per omnia fora conciliabulaque edixerunt: majores duodecim annis omnes coronati, & lauream in manu tenentes fupplicaverunt. Fraudis quoque humanæ intimaverat fuspicio animis: & veneficii quæstio exercenda consulibus, quod in tot propiusve urbem decem millibus paffuum esset commissum, C. Claudio prætori, qui in locum Ti. Minucii erat fuffectus; ultra decimum lapidem per fora conciliabulaque C. Mænio, priusquam in Sardiniam provinciam trajiceret, decreta. Suspecta conciliis erat mors maxime, necatus à Quarta Hostilia uxore dicebatur. ut quidem filius ejus Q. Fulvius Flaccus in locum vitrici consul est declaratus; aliquanto magis infamis mors Pisonis cœpit esse; & teftes existebant, qui post declaratos consules, Albinum & Pisonem, quibus comitiis Flaccus tulerat repulsam, & exprobratum ei à matre dicerent, quod jam et tertium negatus consulatus peteret esset: & adjecisse, pararet se ad petendum: intra duos menses effecturam, ut consul fieret. Inter multa alia teftimonia ad causam pertinentia, hæc quoque vox animis vero eventu comprobata valuit, cur Hostilia damnaretur. Veris principio huius, dum consules novos delectus Romæ tenet; mors deinde alterius; & creandi comitia consulis in locum ejus, omnia tardiora fecerunt; interim P. Cornelius, & M. Bæbius, qui in consulatu nil memorabile gesserant, in Apuanos Ligures exercitum induxerunt.

Cap. XXXVIII. Ligures, qui ante adventum in provinciam consulum non expectassent bellum, improviso oppressi; ad duodecim millia hominum dedidernnt se. Eos, consulto per literas prius senatu, deducere ex montibus in agros campestres procul ab domo, ne reditus spes esset, Cornelius & Bæbius statuerunt: nullum alium ante finem rati fore Liguftini belli. Ager publicus populi Romani erat in Samnitibus, qui Taurasinorum * * * * traducere Ligures Apuanos vellent; edixerunt, Ligures ab Anido montibus defcendere cum liberis conjugibusque: fua omnia fecum portarent. Ligures fæpe per legatos deprecati, ne Penates, fedem in qua genti essent, fepulchra majorum, cogerentur relinquere, arma, obsides pollicebantur.

tur. posteaquam nihil impetrabant, neque vires ad bellandum erant, edicto paruerunt. Traducti sunt publico sumptu ad quadraginta millia liberorum capitum cum feminis puerisque. argenti data centum & quinquaginta millia festertium, unde in novas ædes compararent quæ opus essent. agro dividendo dandeque, iidem, qui traduxerant, Cornelius & Bæbius præpositi. postulantibus tamen Ligus, quinqueviri ne lenatu dati, quorum ex consilio agerent. Transacta re, quum veterem exercitum Romam deduxissent, triumphus ab senatu est decretus. Hi omnium primi nullo bello gesto triumpharunt. tantum hostes ducti ante currum: quia nec quid duceretur captum, neque quid militibus daretur, quicquam in triumphis eorum fuerat.

Cap. XXXIX. Eodem anno in Hispania Fulvius Flaccus proprætor, quia successor in provinciam tardius veniebat, educto exercitu ex hibernis, ulteriorem Celtiberiæ agrum, unde ad deditionem non venerant, infitit vastare. qua re irritavit magis, quam conterruit animos barbarorum: & clam comparatis copiis saltum Manlianum, per quem transiturum exercitum Romanum fatis sciebant, obsiderunt. in Hispaniam ulteriorem eunti L. Postumio Albino collegæ Gracchus mandaverat, ut Q. Fulvium certiorem faceret, Tiberaconem exercitum adduceret. ibi dimitti veteranos, supplementaque ditribuere, & ordinare omnem exercitum sese velle: dies quoque, & ea propinqua ultra Flaccum esse, qua successor esset venturus. Hæc nova allata res, omisis quæ agere instituerat, Flaccum raptim deducere exercitum ex Celtiberia quum coegisset; barbari, cauſſæ ignari, ſuam defectionem, & clam comparata arma ſenſiſſe eum, & pertimuiſſe rati, eo ferociùs saltum insederunt. Ubi eum saltum prima luce agmen Romanum intravit, repente ex duabus partibus simul exorti hostes Romanos invaserunt. Quod ubi vidit Flaccus, primos tumultus in agmine per centuriones ſtare omnes ſuo quemque loco, & arma expedire jubendo, edavit: & sarcinis jumentisque in unum locum coactis, copias omnes partim ipſe partim per legatos tribunoſque militum, ut tempus & locus postulabat, in ulla trepidatione intruxit; cum his deditis rem esse admonens. *Scelus & perfidiam illis, non virtutem nec animum accesſiſſe. Reditum ſuorum in patriam, clarum ac memorabilem eos ſibi feciſſe: cruentos ex recenti cæde hoſtium gladios, & manantia ſanguine ſpolia, Romam ad triumphum delaturos.* Plura dici tempus non patiebatur. invebebant ſe hoſtes, & in partibus extremis jam pugnabatur. deinde acies concurrerunt.

Cap. XL. Atrox utique prælium, ſed varia fortuna erat. egregie legiones, nec ſegnius duæ alæ pugnabant: externa auxilia ab ſimili armatura. meliora aliquantum militum genere urgebantur, nec locum rueri poterant. Celtiberi ubi ordinata acie, & ſignis collatis ſe non eſſe pares legionibus ſenſerunt, cuneo impreſſionem fecerunt. quo tantum valent genere pugnæ, ut, quacumque parte perculere impetu ſuo, ſuſtineri nequeant. tunc quoque turbatæ legiones ſunt, prope interrupta acies. Quam trepidationem ubi Flaccus conſpexit, equo advehitur ad legionarios milites: &, *Ecquid auxilii in nobis eſt? Actum jam de hoc exercitu erit?* quum undique acclamaſſent, quin ederet quid fieri velit, non ſegniter imperium exſecuturos: *Duplicate turmas*, inquit, *dirarum legionum equites, & permittite equos in cuneum hoſtium, quo noſtros irrupere. id hoc majore vi equorum facietis, ſi effrenatos in eos equos immiſeritis*: quod ſiepe Romanos equites cum magna laude feciſſe ſua, memoriæ proditum eſt. Dicto paruerunt, detractiſque frænis bis ultro citroque cum magna ſtrage hoſtium infractis omnibus haſtis tranſcurrerunt. Diſſipato cuneo, in quo omnis ſpes fuerat, Celtiberi trepidare, & prope omiſſa pugna locum fugæ circumſpicere. Et alarii equites, poſtquam Romanorum equitum tam memorabile facinus videre, & ipſi virtute eorum accenſi, ſine ullius imperio, in ſuperiorum locum hoſtes equos immittunt. Tum vero Celtiberi omnes in fugam effunduntur, & imperator Romanus averſos hoſtes contemplatus, eadem Fortunæ Equeſtri, Jovique optimo maximo ludos vovit: cæduntur Celtiberi per totum ſaltum diſſipati fuga. Decem & ſeptem millia hoſtium cæſa eo die traduntur: vivi capti plus tria millia, ducenaris ſeptuaginta ſeptem cum ſignis militaribus: equis prope mille centum. Nullis cæſtris eo die victor exercitus manſit: victoria non ſine jactura militum fuit. quadringenti ſeptuaginta duo milites Romani, ſocium & Latini nominis ſupra decem. & novem, cum his tria millia millium auxiliariorum perierunt. Ita victor exercitus, renovata priore gloria, Tarraconem eſt perductus. Venienti Fulvio Ti. Sempronius prætor, qui biduo ante venerat, obviam proceſſit: gratulantibuſque eſt, quod rempublicam egregie geſſiſſet. cum ſumma concordia, quos dimitterent, quoſque retinerent millites, compoſuerunt. Inde Fulvius, exactoratis inſtitibus in naves impoſitis, Re-

mam est profectus. Sempronius in Celtiberiam legiones duxit. consules ambo in Ligures exercitus induxerunt, diversis partibus.

Cap. X L I. Postumius prima & tertia legione Ballitam Suismontiumque montes obsedit. & premendo praesidiis angustos saltus eorum, commeatus interclusit: inopiaque omnium rerum eos perdomuit. Fulvius secunda & quarta legione adortus a Pisis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram fluvium incolebant, in deditionem acceptos, ad septem millia hominum in naves imposuit, praeter oram Etrusci maris Neapolin transmisit. inde in Samnium traducti, agerque his inter populares datus est. Montanorum Ligurum ab A. Postumio vinctae cervices, frumentumque deuita: donec clabibus omnibus belli coacti in deditionem venerunt, armaque tradiderunt. Navibus inde Postumius ad vitiendam oram Ingaunorum Intemeliorumque Ligurum processit. Principiam hi consules venirent ad exercitum, qui Pisas indictus erat, praeerant. A. Postumius, Sc frater Q. Fulvii M. Fulvius Nobilior. secundae legionis Fulvius tribunus militum erat, is mensibus suis dimisit legionem. jurejurando adactis centurionibus, aes in aerarium ad quaestores eie delaturos. Hoc ubi Placentiam (nam eo forte erat profectus) Postumio nanciarum est, cum equitibus expeditis secutus dimissos, quos eorum potuit assequi, deduxit caltigatos Pisas. de caeteris consulem certiorem fecit. Eo referente Senatusconsultum factum est, ut M. Fulvius in Hispaniam relegaretur ultra novam Carthaginem. Litteraeque ei datae sunt a consule ad P. Manlium in Hispaniam ulteriorem referendae. Milites jussi ad signa redire. causa ignominiae, uti semetipse stipendium in eum annum esset ei legioni, decretum. qui miles ad exercitum non rediret, eum ipsum bonaque ejus vendere consul jussus.

Cap. X L I I. Eodem anno L. Duronius, qui praetor anno superiore ex Illyrico cum decem navibus Brundusium redierat; inde in portu relictis navibus quum venisset Romam, inter exponendas res, quas ibi gessisset, haud dubie in Regem Illyricum Gentium larrocinii omnis maritimi causam avertit. ex regno ejus omnes naves esse, quae superi mares dopopulatae essent. De his rebus legatos missse, nec convenienti regis potelitatem factam. Venerant Romam legati a Gentio, qui, quo tempore Romani conveniendi Regis causa venissent, rerum forte eum ultimis partibus fuisse regni dicerent. Petere Gentium ab senatu, ne crederent conflictis criminibus in se, quae inimici detuliissent. ad ea Duronius adjecit, multis civibus Romanis & sociis Latini nominis injurias facta in regno ejus. & cives Romanos dici Coreyrae latineri. eos omnes Romam adduci placuit. C. Claudium praetorem cognoscere: neque ante Gentio regi legatisve ejus responsum reddi. Inter multos alios, quos petitientia ejus anni absumpsit, sacerdotes quoque aliquot mortui sunt. L. Valerius Flaccus pontifex mortuus est. in ejus locum suffectus est Q. Fabius Labeo. P. Manlius, qui nuper ex ulteriore Hispania redierat, triumvir epulo, Q. Fulvius M.F. in locum ejus triumvir coopratus. tum praetextatus erat. De rege sacrificio sufficiendo in locum Cn. Cornelii Dolabellae contendit inter C. Servilium pontificem maximum fuit, & L. Cornelium Dolabellam. duumvirum navalem, quem ut inauguraret pontifex, magistratu sese abdicare jubebat. recusantique id facere, ob eam rem mulcta duumviro dicta a pontifice, deque ea quum provocaret, ad populum. & quum plures jam tribus intro vocatae, dicto esse audientem pontifici duum virum juberent; mulctamque remitti, si magistratu se abdicasset; ultimum de coelo, quod comitia turbaret, interventi. religio inde fuit pontificibus inaugurandi Dolabellae. P. Cloelium Siculum inaugurarunt: qui secundo loco inauguratus erat. Exitu anni, Sc C. Servilius Geminus pontifex maximus decessit: idem decemvir sacrorum fuit. pontifex in locum ejus a collegio cooptarus est Q. Fulvius Flaccus. At pontifex maximus M. Aemilius Lepidus, quum minuti clari viri perissent, & decemvir sacrorum Q. Marcius Philippus in ejusdem locum est cooptatus. Et augur Sp. Postumius Albinus decessit. in locum ejus P. Scipionem filium Africani augures cooptarunt. Cumanis eo anno petentibus permissum, ut public e Latine loquerentur. & praeconibus Latine vendendi jus esset.

Cap. X L I I I. Pisanis agrum pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, gratiae ab senatu actae. triumviri creati ad eam rem, Q. Fabius Buteo, M. & P. Popilii Laenates. à C. Memio praetore (cui provincia Sardinia quum evenisset, additum erat, ut quaererer de veneficiis longius ab urbe decem millibus passuum) literae allatae, *Se jam tria millia hominum Aeminasse, & crescere sibi quaestionem indictis, aut eam sibi esse deferendam, aut provinciam dimittendam.* Q. Fulvius Flaccus ex Hispania redit Romam cum magna fama gestarum rerum, qui, quam extra urbem triumphi caussa esset, consul est creatus cum L. Manlio Acidino; & post paucos dies cum militibus, quos secum deduxe-

duxerat, triumphans urbem est invectus. Tulit in triumpho coronas aureas centum viginti quatuor: praeterea auri pondo triginta unum: & signati Oscensis nummum centum septuaginta tria millia ducentos. Militibus de praeda quinquagenos denarios dedit duplex centurionibus, triplex equiti, tantundem sociis Latini nominis: & stipendium omnibus duplex. Eo anno rogatio primum lata est ab L. Villio tribuno plebis, quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque. Inde cognomen familiae inditum, ut Annales appellarentur.

Cap. XLIV. Praetores quatuor post multos annos lege Baebia creati, qui aeternis quaestionibus subderent reatui, hi facti, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Laevinus, Q. & P. Mucii Q. F. Scaevolae. Q. Fulvio, & L. Manlio consulibus eadem provincia, quae superioribus, pari numero copiae pedium, equitum, civium, sociorum decretae. In Hispaniis duabus Ti. Sempronio & L. Quinctio cum iisdem exercibus, quos haberent, prorogatum imperium est. & in supplementum consules scribere jussi ad tria millia peditum Romanorum trecentos equites. quinque millia sociorum Latini nominis, & quadringentos equites. P. Muclius Scaevola urbanam sortitus provinciam est: & ut idem quaereret de veneficiis in urbe, & propius urbem decem millia passuum. Cn. Cornelius Scipio peregrinam, Q. Mucius Scaevola Siciliam, C. Valerius Laevinus Sardiniam. Q. Fulvius consuli prius quam uliam rem publicam agendi fecisse de religione publicam religione votis solvendis dixit velle. voviisse, quo die posterum cum Celtiberis pugnasset, ludos Jovi optimo maximo, & aedem Equestri Fortunae sese facturum: in eam rem ibi pecuniam collatam esse ab Hispanis. Laudi decretum. & ut duumviri ad eadem locandam crearentur, de pecunia hnitur. *Ne major causse ludorum consumeretur, quam quanta Fulvio Nobiliori post Aetolicum bellum ludos facienti decreta esset: neve quid ad eos ludos adcesseret, cogeret, acciperet, faceret, adversus id Senatus consultum, quod L. Aemilio, Cn. Babio consulibus de ludis factum esset.* Decreverat id senatus propter effusos tumptus factos in ludos Ti. Sempronii aedilis, qui graves non modo Italiae ac fecit Latini nominis, sed etiam provinciis externis fuerant.

Cap. XLV. Hiems eo anno nive saeva & omni tempestatum genere fuit: arbores, quae obnoxiae frigoribus sunt, deusserat cunctas: & ea tum aliquanto quam alias longior fuit. itaque Latinas mox subito coortae & intolerabilis tempestas in monte Aventino multa & magna delubra prostravit. Ludi Romani ter instaurati. Ludi plebeii semel. Ludis Romanis circus maximus primum podium habere coepit. Ante id tempus spectabant populum stantes, ne quis locus senatui daretur. Ludis plebeiis Q. Fulvius consul, qui ea vovisset, dedicavit aedem Fortunae Equestris. Ludi scenici per triduum fuere. Ludis Roman

hostes concurrerant, ibi concordes regnarunt. Non modo simultates, sed bella quoque finiuntur. ex infestis hostibus plerumque socii fideles, interdum etiam cives fiunt. Albani diruta Alba Romam traducti sunt: Latini, Sabini in civitatem accepti. Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit: Amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere.

Fremitus ortus cum assensu: deinde universorum voces idem petentium confusæ in unum, orationem interpellarunt. Inde Æmilius questus quum alia, tum bis à M. Fulvio te certo consulari dejectum Fulvius contra queri, se ab eo semper lacessitum, & in probrum istum imposizionem factam: tamen ambo significare, si alter vellet, se in potestate tot principum civitatis futuros. Omnibus instantibus qui aderant, dexteras fidemque dedere, mittere vere ac finire odium. Deinde, colludantibus cunctis, deducti sunt in Capitolium. & cura super talli re principum, & facilitas censorum egregie comprobata ab senatu, & laudata est. Censoribus deinde postulantibus, ut pecuniæ summa sibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur; vectigal annuum decretum est.

Cap. XLVII. Eodem anno in Hispania L. Postumius & Ti. Sempronius prætores comparaverunt ira inter se, ut in Vaccæos per Lusitaniam iret Albinus, inde in Celtiberiam revertereturt. Gracchus, quod majus ibi bellum esset, in ultima Celtiberiæ penetravit. Mundam urbem primum vi cepit, nocte ex improviso aggressus. accepta deinde obsidibus, prædioque impolito, castella oppugnare, agros urere, donec ad prævalidam aliam urbem (Certimam appellant Celtiberi) pervenit. ibi quum jam opera admoveret, veniunt legati ex oppido, quorum fermo antriquæ simplicitatis fuit; non dissimilis illum bellatorum, si vires essent. Perierunt enim, ut sibi in castra Celtiberorum ire liceret ad auxilia accipienda. si non impetrassent, tum reparatim eos ab illis se consuturos, permittente Graccho ierunt, & post paucis diebus alios decem legatos secum adduxerunt. Meridianum tempus erat, nihil prius petierunt à prætore, quam ut bibere sibi juberet dari. Epotis primis poculis, iterum poposcerunt; magno risu circumstantium, in ram rudibus & moris omnis ignaris ingeniis. tum maximus natu ex iis: *Mihi fuerunt*, inquit, *à gente nigra, qui felicitatem, qua tandem re fretus arma nobis inferres?* Ad hanc percunctationem Gracchus, *Exercitu fe egregio fidentem venisse*, respondit, *quem si ipsi vivere velint, quo certiora ad suos referant, potestatem se eis facturum esse*: tribunisque militum imperat, ut omnari omnes copias peditum equitumque, & decurrere jubeant armatas. Ab hoc spectaculo legati missi deterruerunt suos, ab auxilio circumfessæ urbi ferendo. Oppidani quum ignes nocte turribus nequicquam (quod signum convenerat) fustulissent, destituti ab unica spe auxilii, in deditionem venerunt. sestertium quater & vicies ab iis est exactum; quadraginta nobilissimi equites: nec obsidum nomine (nam militare justi sunt) & tamen reipsa ut pignus fidei essent.

Cap. XLVIII. Inde jam duxit ad Alcen urbem, ubi castra Celtiberorum erant, à quibus venerant nuper legati. eos quum per aliquot dies armaturam levem immittendo in stationes lacessissiet parvis prœlils, indies majora certamina serebat, ut omnes extra munitiones eliceret. ubi quod petebatur, sensit effectum, auxiliorum præfectis imperat, ut contracto omnine exercitu, tanquam finedine superaturum, repente tergis datis ad castra effuse fugerent: ipse intra vallum ad omneis portas instruxit copias. Haud multum temporis intercessit, quum ex compositio refugientium fuorum agmen, post effuse sequentes barbarorum apparet. Antequam ad hoc ipsum intra vallum habebat aciem. itaque tantum moratus, ut suos refugere in castra libero introitu sineret, clamore subito simul omnibus portis erupit. Non sustinuere impetum necopinatum hostes, qui ad castra oppugnanda venerant, ne sua quidem tueri potuerunt, tam exemplo fuli, fugati, mox intra vallum paventes compulsi. postremo exiuntur castris. Eo die novem millia hostium cæsa: capti vivi trecenti vicinti, equi centum duodecim: signa militaria triginta septem. de exercitu Romano centum novem ceciderunt.

Cap. XLIX. Ab hoc prælio Gracchus duxit ad populandum Celtiberiam legiones; & quum ferret passim cuncta arque ageret, populique alii voluntate; alii metu jugum acciperent; centum tria oppida intra paucos dies in deditionem accepit. præda potitus ingenti est. Convertit inde agmen retro, unde venerat, ad Alcen, arque eam urbem oppugnare infestit. Oppidani primum impetum hostium sustinuerunt: deinde, quum jam non armis modo, sed eriam operibus oppugnarentur, diffisi præsidio urbis, in arcem universi conceserunt. postremo & inde, præmissis oratoribus, in dictionem se suaque omnia Romanis permiserunt. Magna inde prædæ facta est. multi captivi nobiles in potestatem venerunt; inter quos & Turri filii duo, & filia. Regulus hic earum gentium erat, longe potentissimus

simus omnium Hispanorum. Audita fuorum clade, missis qui fidem venirent in castra ad tracchum perenterent, venit. Et primum quidvis ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere; quum præter victum responderet; quæsivit iterum, *si cum Romanis militare liceret?* id quoque Graccho permittente: Sequar, inquit, vos adverfus veteres socios meos, quoniam illos ad me supplices tuistis. Secutus est inde Romanos, fortique ac fideli opera multis locis rem Romanam adjuvit.

Cap. L. Ergavia inde nobilis & potens civitas, aliorum circa populorum claribus territa, portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum *haud cunctanter factam*, quidam auctores sunt. *Equa regione abduxisset legiones, extemplo inde rebellatum, magnoque eum poslea prælio ad montem Caunum cum Celtiberis à prima luce ad sextam horam diei signis collatis pugnasse: multos utrinque cecidisse, sed aliquanto majore victores fuisse Romanos; nisi quod postero die manentes intra vallum prælio lacessierint. Spolia per totum diem legisse; tertio die prælio majore iterum pugnatum; & tunc demum haud dubie victos Celtiberos: castraque eorum capta & direpta esse. Fugisse inde multa hostium millia: cæsa: plus trecentos captos: parem fere equorum numerum: & signa militaria septuaginta duo. Inde rebellatum, veramque pacem, non fluxa, ut ante, fide, Celtiberos fecisse.* Eadem ætate Sc. Poltumium in Hispania ulteriore bis cum Vaccæis egregie pugnasse scribunt, & altiginta & quinque millia hominum occidisse, & castra oppugnasse. Propius vero est, serius in provinciam perveniste, quam ut ea æstate potuerit res gerere.

Cap. LI. Censores fideli concordia fenatum legerunt, princeps electus est Ipse censor M. Æmilius Lepidus pontifex maximus: tres ejecti de senatu. retinuit quosdam Lepidus à collega præteritos. Opera ex pecunia attributa divisaque inter se, hæc confecerunt. Lepidus molem ad Tarracinam; ingratum opus, quod prædia habebat ibi, privataque publicæ rei impensam infuerat. Thearium & proscenium ad Apollinis, ædem Jovis in Capitolio, columnasque circa poliendas albo locavit. & ab his columnis, quæ incommode oppolita videbantur, signa amovit: clypeaque de columnis, & signa militaria affixa omnis generis dempsit. M. Fulvius plura & majoris locavit tuius. portum & pilas pontis in Tiberim; quibus pilis fornices poft aliquot annos P. Scipio Africanus, & L. Mummius censores locaverunt imponendos. basilicam post argentarias novas, & forum piscatorium circumdatis tabernis; quas vendidit in privatum: & forum & porticum extra portam Triganiam, & aliam post navalia, & ad fanum Herculis, & post Spei ad Tiberim ædem Apollinis Medici. Habuere & in promiscuo præterea pecuniam. ex ea communiter locarunt aquam adducendam, forniceique faciendos. Impedimento operi fuit M. Licinius Crassus, qui per fundum fuum duci non est passus. Porroria quoque & vestigalia iidem multa instituerunt. complura facella publica, quæ occupata à privatis; publicaque sacra ut essent paterentque populo, curarunt. Mutarunt fusfragia: regionatimque generibus hominum: caufilique & quæstibus, tribus describendas curarunt.

Cap. LII. Et alter ex censoribus M. Æmilius periit ab senatu; ut sibi dedicationis templorum Reginæ Junonis & Dianæ, quæ bello Liguftino ante annis octo voviffet, pecunia ad ludos decerneretur. Viginti millia æris decreverunt. dedicavit eas ædes utramque in circo Flaminio. Indefoque scenicos triduum poft dedicationem templi Junonis, biduum poft Dianæ, & fingulos dies fecit in circo. Idem dedicavit ædem Larium Permarinum in Campo. voverat eam annis undecim ante L. Æmilius Regillus, à quo prælio adverfus præfectos regis Antiochi. Supra valvas templi tabula cum titulo hoc fixa est: *Duello magno regibus dirimendo * caput * Suoigendis * parandæ pacis * hac pugna exeunti L. Æmilio M. Æmilii filio Regillo, Prætori ***, auspicio, imperio, felicitate ducisque ejus legatorum Ephesium, Samium, Chiumque classis, Regis Antiochi ante a. XI. Kal. Jan. victa, fusa, contusa, fugata est, ubique eo die naves longæ cum omnibus sociis captæ XLII. Ea pugna pugnata Rex Antiochus Regnumque ejus ****. Ejus rei ergo ædem Lariibus Permarinis posuit.* Eodem exemplo tabula in æde Jovis in Capitolio supra valvas fixa est.

Cap. LIII. Biduo, quo senatum legerunt censores, Q. Fulvius consul profectus in Ligures per invios montes valleſque faltus cum exercitu transgreſſus, fignis collatis cum hoste pugnavit: neque tantum acie vicit, sed castra quoque eodem die cepit. tria millia ducenti hostium, omnisque ea regio Ligurum in deditionem venit. Conful deditos in campeftres agros deduxit, præfidiaque montibus impoſuit. Celeriter & ex provincia literæ Romam venerunt. supplicationes ob eas res gestas in triduum decretæ sunt. Prætores quadragintа hoſtiis majoribus per supplicationes rem divinam fecerunt. Ab altero conſule L. Manlio nihil memoria dignum in Liguribus est gestum. Galli Transalpini tria millia

hominum in Italiam transgressi, nemineni bello lacessentes, agrum a consule & senatu petebant, ut pacati sub imperio populi Romani essent. Eos senatus excedere Italia jussit: & consulem Q. Fulvium quærere & animadvertere, in eos, qui principes & auctores transcendendi Alpes fuissent.

Cap. LIV. Eodem anno Philippus Rex Macedonum, senio & mœrore consumptus, post mortem filii decessit. Demetriade hibernabat, quum defiderio amissi filii, tum pœnitentia crudelitatis fuæ. stimulabat animum & alter filius, haud dubie & sui & aliorum opinione rex; convertisque in eum omnium oculi, & delituta senectus; aliis exspectantibus suam mortem: aliis ne exspectantibus quidem. Quo magis angebatur. & cum eo Antigonus Echecratis filius, nomen patrui Antigoni ferens qui tutor Philippi fuerat, regiæ vir majestatis, nobili etiam pugna adversus Cleomenem Lacedæmonium clarus. Tutorem eum Græci ut cognomine à cæteris regibus distinguerent, appellarunt. Hujus fratris filius Antigonus ex honoratis Philippi amicis unus incorruptus permanserat: eique ea fides, nequaquam amicum Perfea, inimicissimum fecerat. Is prospiciens animo, quanto cum periculo suo hæreditas regni ventura esset ad Perfea; ut primum labare animum regis, & ingemiscere interdum filii defiderio sensit: nunc præbendo aures, nunc lacessendo etiam mentionem rei temere adhæsque querenti querens & ipse adorat. & quum multa adfoleat veritas subrepere vetigia sui, omni ope adjuvabat, quo mazurius omnia emanarent. Suspecti & ministri facinoris, Apelles maxime & Philocles erant, qui Romam legati fuerant, literasque exitiales Demetrio sub nomine Flaminini attulerant. Falsas esse, & scriba viriatas, hominumque adulterinum, vulgo in regia fremebant.

Cap. LV. Cæterum quum suspecta magis, quam manifesta esset res, forte Xychus obvius fit Antigono, comprehensiquue ab eo, in regiam est perductus. relicto eo custodibus, Antigonus ad Philippum processit. *Mististi*, inquit, *sermonibus, intelleexisse videor, magno te æstimatorum, si scire vera omnia possis de filiis tuis; uter ab utro petitus fraude & insidiis esset. Homo unus omnium, qui nodum hujus erroris exsolvere possit, in potestate tua est Xychus. forte vocatum perductumque in regiam. vocari juberet.* Adductus, primo ita negare inconstanter, ut parvo metu admoto, paratum indicem esse apparet. conspectum tortoris verberumque non sustinuit: ordinemque omnem facinoris legatorum minisque fui exposuit. Extemplo missi qui legatos comprehenderent, Philoclem, qui præsens erat, apprehenderunt; Apelles missus ad Charetam quendam persequendum, indicio Xychi audito, in Italiam trajecit. De Philocle nihil certi vulgatum est. alii primo audaciter negantem, postquam in conspectum adductus fit Xychus, non ultra tetendisse; alii tormenta etiam intulerunt. perpessum affirmant. Philippo redintegratus est luctus geminatusque. & infelicitatem suam in liberis graviorem, quod alter periisset, censebat.

Cap. LVI. Perseus certior factus, omnia derecta esse, potentior quidem erat quam ut fugam necessariam duceret. rerum, ut procul abesset, curabat; interim velut ab incendio flagrantis iræ, dum Philippus viveret, se defensurus. qui spe potiundi ad pœnam corporis ejus amissa, quod reliquum erat, id studere, ne super impunitatem etiam præmio scleris frueretur. Antigonum igitur appellat; & se palam fecit parricidii gratia obnoxius erat: neque pudendum aut pœnitendum eum regem Macedonibus propter recentem patrui Antigoni gloriam fore censebat. *Grande in eam fortunam veni*, inquit, *Antigone, ut orbitas mihi, quam alii detestantur parentes, optabilis esse debeat; regnum, quod à patruo tuo forti, non solum fideli tutela ejus custoditum & auctum etiam accepi, id tibi tradere in animo est. Te unum habeo, quem dignum regno judicem. si neminem haberem, perire & extinqui id mallem, quam Perseo scelesto fraudis præmium esse. Demetrium excitatum ab inferis, restitutumque credam mihi, si te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus inlacrimasti, in locum ejus substitutum relinquam.* Ab hoc sermone omni genere honoris producere eum non destitit. quum in Thracia Perseus abesset, circumire Macedonias urbes, principibusque Antigonum commendare. & si vira longior superfuisset, haud dubium fuit, quin eum in possessione regni relicturus fuerit. Ab Demetriade profectus, Thessalonicæ plurimum temporis moratus fuerat. Inde quum Amphipolin venisset, gravi morbo est implicitus. sed animo tamen ægrum magis fuisse, quam corpore, constat: curisque & vigiliis (quum identidem species & umbræ infontis interempti filii eum diris agitarent) extinctum esse, cum exsecrationibus alterius. Tamen admoveri potuisse Antigonus, si haud fatum palam facta esset mors regis. Medicus Calligenes, qui curationi præerat, non exspectata morte regis, à primis desperationis notis, nuncios prædispositos, ita ut convenerat, misit ad Perseum: & mortem regis in adventum

tum ejus omnes, qui extra regiam erant, celavit.

Cap. LVII. Oppressit igitur necopinantes ignarosque omnes Perseus, & regnum scelere partum invasit. Peroportuna mors Philippi fuit ad dilationem, & ad vires bello contrahendas. nam post paucis diebus gens Baſtarnarum diu ſollicitata, ab ſuis ſedibus magna peditum equitumque manu Istrum trajecit. inde præfecti qui nunciarent rex, Antigonus & Corro: nobilis is erat Baſtarna. erat Antigonus perinvitus cum ipſo Cottone legatus ad concitandos Baſtarnas miſſus. Haud procul Amphipoli famæ incerti nuncii occurrerunt, mortuum eſſe regem: quæ res omnem ordinem conſilii turbavit. Compoſitum antea hoc fuerat: tranſitum per Thraciam rutum, & commeatus Baſtarnis ut Philippus præſtaret. id ut facere poſſet, regionum principes donis coluerat; fide ſua obligata, pacato agmine tranſituros Baſtarnas. Dardanorum gentem delere propoſitum erat, inque eorum agro ſedes dare Baſtarnis, duplex inde erat commodum futurum, ſi & Dardani gens ſemper infeſtiſſima Macedoniæ, temporibuſque iniquis regum imminens, tolleretur: & Baſtarnæ, relictis in Dardania conjugibus liberiſque, ad populandam Italiam poſſent mitti. Per Scordiſcos iter eſſe ad mare Adriaticum, Italiamque. alia via traduci exercitum non poſſe. Facile Baſtarnis Scordiſcos iter daturos. nec enim aut lingua aut moribus æquales abhorrere; & ipſos adjuncturos ſe, quum ad prædam opulentiſſimæ gentis Scordiſcos. Inde in omnem eventum conſilia commodabantur. ſive cæſi ab Romanis forent Baſtarnæ; Dardanos tamen ſubſtatos, prædamque ex reliquiis Baſtarnarum, & poſſeſſionem liberam Dardaniæ, ſolatio fore: ſive proſpere geſtiſſent; Romanis averſis in Baſtarnarum bellum, recuperaturum ſe in Græcia quæ amiſiſſet. Hæc Philippi conſilia fuerant.

Cap. LVIII. Ingreſſi ſunt pacato agmine, fide Cottonis & Antigoni. ſed haud multo poſt famam mortis Philippi, neque Thraces commercio facilies erant, neque Baſtarnæ emptio contenti eſſe poterant, aut in agmine contineri, ne decederent via. inde injuriæ ultro citroque fieri: quarum indies incremento bellum exarſit. Poſtremo Thraces, quum vim ac multitudinem ſuſtinere hoſtium non poſſent, relictis campeſtribus vicis, in montem ingentis altitudinis (Donucam vocant) conceſſerunt. Quo ubi ire Baſtarnæ vellent, quali tempeſtate Gallos ſpoliantes Delphos fama eſt peremptos eſſe; talis tum Baſtarnas, nequicquam ad juga montium appropinquantes, oppreſſit. neque enim imbre tantum effuſo, dein creberrima grandine obruti ſunt, cum ingenti fragore cœli contitrihuque & fulguribus præſtringenti bus aciem oculorum, ſed fulmina etiam ſic undique micabant, ut peti viderentur corpora: nec ſolum milites, ſed etiam principes ictu caderent. itaque quum præcipiti fuga per rupes præalras impraviai iterenerentur, retrenteque; inſtabant quidem perculſis Thraces: ſed ipſi Deos auctores fugæ eſſe cœlumque in ſe ruere ajebant. Diſſipati procella, quum ranquam ex naufragio plerique ſemiermes in caſtra, unde profecti erant, rediſſent; conſiliari quid agerent cœptum: inde orta diſſenſio; aliis redeundum, aliis penetrandum in Dardaniam, conſentibus. Triginta ferme millia hominum (Clodico duce profecti erant) pervenerunt. cætera multitudo retro qua venerat, tranſdanubianam regionem repetit. Perſeus potitus regno, hæreditatia Antigonum juſſit: & dum firmaret res, legatos Romam ad amiciriam paternam renovandam, petendumque, ut rex ab ſenatu appellaretur, miſit. Hæc eo anno in Macedonia geſta.

Cap. LIX. Alter conſulum, Q. Fulvius ex Ligubus triumphavit, quem triumphum magis gratia, quam rerum geſtarum magnitudini datum, conſtabat. Armorum hoſtilium magnam vim tranſtulit, nullam pecuniam admodum. diviſit tamen in ſingulos milites tricenos æris: duplex centurionibus, triplex equiti. Nihil in eo triumpho magis inſigne fuit, quam quod forte evenit, ut eodem die triumpharet, quo priore anno ex prætura triumphaverat. Secundum triumphum comitia edixit, quibus creati conſules ſunt, M. Junius Brutus, A. Manlius Vulſo. Prætorum inde facti creatis, comitia tempeſtas diremit. poſtero die reliqui res fecti, ante diem quartum Idus Martias, M. Titinius Curvus, T. Claudius Nero, T. Fonteius Capito. Ludi Romani inſtaurati ab ædilibus curulibus, Cn. Servilio Cæpione, Ap. Claudio Centone, propter prodigia, quæ evenerant. Tetra movit, in foris publicis, ubi lectiſternium erat. Decorum capita, quæ in lectis erant, averterunt ſe: lanaque cum integumentis, quæ Jovi oppoſita fuit, decidit, de menſa oleas quoque præguſtaſſe mures, in prodigium verſum eſt. Ad ea expiranda nihil ultra quam ut ludi inſtaurarentur, actum eſt.

EPITOME

Libri XLI.

Ignis in æde Vestæ exstinctus est. Ti. Sempronius Gracchus proconsul Celtiberos victos in deditionem accepit: monimentumque operum suorum, Gracchurim oppidum in Hispania constituit. Et à Postumio Albino proconsule, Vaccei ac Lusitani subacti sunt. uterque triumphavit. Antiochus, Antiochi filius, obses Romanis a patre datus, mortuo patre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriæ admissus. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt civium capita ducenta septuaginta tria millia ducenta quadraginta quatuor. Q. Foconius Saxa tribunus plebis legem tulit, ne quis hæredem mulierem institueret: frustra legem Al. Cæcina. extat ratio ejus. Præterea res contra Ligures, Istros, Sardos, & Celtiberos à compluribus ducibus prospere gestas, & initia belli Macedonici continet, quod Perseus Philippi filius moliebatur. miserat enim ad Carthaginienses legationem & ab iis nocte audita erat: sed & alias Græciæ civitates solicitabat. qui, præter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii, & Antiochia Capitolini; vilissimum regem egit.

ACEPHALUS.

* * *

Cap. I. à patre in pace habitam armasse, eoque juventuti prædandi cupidæ pergratus esse dicebatur. Consilium de Istrico bello quum haberet comitia, alii, gerendum exemplo, antequam contrahere copias hostes possent; alii, consulendum prius censerent. Vicit sententia, quæ diem non proferebat. Profectus ab Aquileia consul, castra ad lacum Timavi posuit. imminet mari is lacus. Eodem decem navibus C. Furius duumvir navalis venit. Adversus Illyriorum classem creati duumviri navales erant, qui tuendam viginti navibus mari superiore Anconam, veluti cardinem haberent: inde L. Cornelius dextra Istros usque ad Tarentum, C. Furius læva usque ad Aquileiam tueretur. Eæ naves ad proximum portum in Istriæ fines cum onerariis & magno commeatu misse: secutusque cum legionibus consul, quinque ferme millia à mari posuit castra. In portu emporium brevi perfrequens factum, omniaque hinc in castra supportabantur. & quo id tutius fieret, stationes ab omnibus castrorum partibus circumdare sunt: in Istriamque suum præsidium stativum, repentina cohors Placentina opposita inter mare & castra: & ut idem aquatoribus ad fluvium esset præsidium, M. Æ butius tribunus militum secundæ legionis duos manipulos militum adjicere jussus est. T. & C. Albii tribuni militum legionem tertiam, quæ pabulatores & lignatores tueretur, via quæ Aquileiam fert, duxerant. Ab eadem regione mille ferme passuum castra erant Gallorum: Carmelus pro regulo erat tribus aut amplius millibus armatorum.

Cap. II. Istri, ut primum ad lacum Timavi castra sunt Romana mota, ipsi post collem occulto loco consederunt: & inde obliquis itineribus agmen sequebantur, in omnem occasionem intenti: nec quicquam eos, quæ terra marique tentabant, fallebat. Posteaquam stationes invalidas esse pro castris, eorum turba inermis frequens inter castra & mare mercantium, sine ullo terroris aut maritimo munimento viderunt; duo simul præsidia, Placentin e cohortis, & manipulorum secundæ legionis, aggrediuntur. Nebula matutina tenebrat incepta: qua dilabente ad primum teporem solis, perlucens jam aliquid, incerta tamen, ut solet, lux speciem omnium multiplicem intuenti reddens, tum quoque frustrata Romanos, multo majorem iis quam erat hostium aciem ostendit: qua terrati utrinque hostium milites, ingenti tumultu quum in castra confugissent, haud paulo ibi plus, quam quod secum ipsi attulerant, terroris fecerunt. Nam neque dicere quid fugisset, nec percontantibus reddere responsum poterant: & clamor in portis (ut ubi nulla esset ratio, quæ fultineret impetum) audiebatur: & concursatio in obscuro incidentium aliorum in alios, incertum fecerat, an hostis intra vallum esset. Una vox audiebatur; ad mare vocantium. Id forte remere ab uno exclamatum totis passim personabat castris. Itaque primo vetus fuit id facere, pauci armati, major pars inermes, ad mare decurrunt: dein plures, postremo prope omnes, & ipse consul; quum frustra revocare fugientes conatus, nec imperio, nec auctoritate, nec precibus, ad extremum valuisset. Unus remansit M. Licinius Strabo, tribunus militum tertiæ legionis.

gionis, cum tribus signis ab legione sua relictus. Hunc in vacua castra impetu facto Iberi, quum alius armatus iis nemo obviam iret, in prætorio instruentem arque adhortantem suos oppresserunt. Prælium atrocius quam pro paucitate resistentium fuit: nec ante finitum est, quam tribunus militum, quique circa eum constiterant, interfecti sunt. Prætorio disrepto, direpti quæ ibi fuerunt, ad quæstorium forum, quintanamque, hostes pervenerunt. Ibi quum omnium rerum paratam expositamque copiam, & stratos lectos in quæstorio invenissent, regulus accubans epulari cœpit. mox idem cæteri omnes armorum hostimenta obliti faciunt: & ut quibus insuetus liberalior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant.

Cap. III. Nequaquam eadem est tum rei forma apud Romanos: terra mari trepidatur, nautici tabernacula detendunt, commeatumque in littore exquirunt, ut diripiendi sint: milites in scaphas & mare territi ruunt: nautæ metu ne compleantur navigia, alii turbæ obstituant, alii ab littore naves in altum expellunt. inde certamen, mox etiam pugna cum vulneribus & cæde invicem militum nautarumque oritur, donec justu consulis procul ab classis subvecta est. Secernere inde inermes ab armatis cœpit. vix mille ducenti ex tanta multitudine, qui arma haberent, perpauci equites, qui equos secum eduxissent, inventi sunt: cætera deformis turba, velut ilxarum salonumque, præda non castra, fi belli hostes meminissent. Tunc demum nuncius ad tertiam legionem revocandam, & Gallorum præsidium: & simul ex omnibus locis ad castra recipienda demendamque ignominiam rediri cœptum est. Tribuni militum tertiæ legionis pabulum lignaque projicere habent: centurionibus imperant, ut graviores ætate milites binos in ea jumenta, ex quibus onera dejecta erant, imponant: equites, ut singulos è juvenibus pedites secum in equos tollant. *Egregiam gloriam legionis fore, si castra, metu secundarum amissa, ita virtute recipiant. & recipi facile esse, si in præda occupati barbari subito opprimantur: sicut ceperunt, posse capi.* Summa militum alacritate adhortatio audita est. Ferunt citati signa, nec signiferos armari morantur: priores tamen consul copiosque, quæ à mari redeuntabant, ad vallum accesserunt. L. Atius tribunus primus secundæ legionis, non hortabatur modo milites, sed docebat etiam. *Si victores Iberi, quibus armis cepissent castra, iisdem capta retinere in animo habberent, primum exutum castris hostium ad mare perfecturos fuisse, deinde stationes certe pro vallo habiturros. vino somnoque verisimile esse mersos jacere.*

Cap. IV. Sub hæc A. Bæculonium signiferum suum, notæ fortitudinis virum, inferre signum jussit. Ille si unum te sequerentur, quo celerius fieret, facturum dixit: connixusque, quum trans vallum signum trajecisset, primus omnium portam intravit. Ea parte alia T. & C. Atilii tribuni militum tertiæ legionis cum equitatu advenient. confestim & quos binos oneraria in jumenta imposuerant fecuri; & consul cum toto agmine. At Iberorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugæ; aliis somno mors continuata est: introgressæ sua omnia Romani, præterquam quod vini cibique ab umptum erat, receperunt. Ægri quoque milites, qui in castris relicti fuerant, postquam intra vallum suos senserunt, armis arreptis cædem ingentem fecerunt. Ante omnes infignis opera fuit C. Papilii equitis. Is enim cognomen erat. is pede saucio relictus, longe plurimum hostium occidit. Adocto millia Iberorum sunt cæsa, captus nemo. quia ira & indignatio immemores prædæ fecit. Rex tamen Iberorum remulentus ex convivio raptim à suis in equum impositus fugit. Ex victoribus ducenti amplius septem milites perierunt; plures in matutina fuga quam in recipiendis castris.

Cap. V. Forte ita evenit, ut Cn. & L. Gavilli, novelli Aquilejenses, cum commeatu venientes, ignari prope in castra cæsa ab Iberis inciderent. Ii quum Aquilejam relictis impedimentis refugissent, omnia terrore ac tumultu, non Aquilejæ modo, sed Romæ quoque post paucos dies impleverunt: quo non capta tantum castra ab hostibus, nec fuga quæ una erant, fed perditas res deletumque exercitum omnem, ablatum est. Itaque, quod in tumultu fieri solet, delectus extra ordinem non in urbe tantum, sed tota Italia indicti. Duæ legiones civium Romanorum conscriptæ, & decem millia peditum cum equitibus quingentis sociis nominis Latini imperata. M. Junius consul transire in Galliam, & ab civitatibus provinciæ ejus, quantum quæque posset, militum exigere jussus. Simul decretum, *ut Ti. Claudius prætor militibus legionis quartæ, & sociis Latini nominis quinque millibus, equitibus ducentis quinquaginta. Pisas ut conveniret, ediceret, eamque provinciam, dum consul inde abesset, tutaretur: M. Titinius prætor legionem primam, parem numerum sociorum peditum equitumque, Arimini convenire juberet.* Nero paludatus Pisas in provinciam est profectus. Titinius

C. Cassio tribuno militum Arimino, qui præesset legioni, misso, delectum Romæ habuit. M. Junius consul ex Liguribus in Provinciam Galliam transgressus, auxilio, prorinus per civitates Galliæ, militibusque colonis imperatis, Aquileiam pervenit. Ibi certior factus, exercitum incolumem esse, scriptis literis Romam ne tumultuarentur, ipse remissis auxiliis quæ Gallis imperaverat, ad colegam est profectus. Romæ magna ex necopinato lætitia fuit: delectus omissus est. exauctorati, qui sacramento dixerant: & exercitus, qui Arimini pestilentia affectus erat, donum dimissus. Iibri magnis copiis quum caitra baud procul consulis castris haberent, postquam alterum consulem cum exercitu novo advenisse audierunt, passim in civitates dilapsi sunt: consules Aquilejam in hiberna legiones reduxerunt.

Cap. VI. Sedato tandem Istrico tumultu Senatusconsultum factum est, ut consules inter se compararent, uter eorum ad comitia habenda Romam rediret. Quum absentem Manlium tribuni plebis, A. Licinius Nerva, & C. Papirius Turdus, in concionibus lacerarent, rogationemque promulgarent, ne Manlius post Idus Martias (prorogatæ namque consulibus jam in annum provinciæ erant) imperium retinerer; uti caussam extemplo dicere, quum abisset magistratu, posset; huic rogationi Q. Ælius collega intercessit, magnisque concentionibus obtinuit, ne perferretur. Per eos dies Ti. Sempronius Gracchus, & L. Postumius Albinus ex Hispania Romam quum revertissent, senatus iis à M. Titinio prætore datus in æde Bellonæ, ad disserendas res, quas gessissent, postulandosque honores meritos, ut Diis immortalibus haberetur honos. Eodem tempore & in Sardinia magnum prælium esse, literis T. Æburii prætoris cognitum est, quas filius ejus ad senatum attulerat. Ilienses, adjunctis Balarorum auxiliis, pacatam provinciam invaserant: nec eis invalido exercitu, & magna parte pestilentia abſumpto, retineri potuit. Eadem & Sardorum legati nunciabant; orantes ut urbibus saltem (jam enim agros deploratos esse) opem senatus ferret. Hæc legatio totumque quod ad Sardiniam pertinebat, ad novos magistratus rejectum est. Æque miserabilis legatio Lyciorum, qui crudeliratem Rhodiorum, quibus ab L. Cornelio Scipione attributi erant, querebantur: *fuisse sub ditione Antiochi: eam regiam servitutem collatam cum præsenti statu, præclaram libertatem visam. non publico tantum se premi imperio, sed singulos justum pati servitium. juxta se conjuges liberosque vexari: in corpus, in tergum sævirí: famam, quod indignum sit, maculari dehonestarique: & palam res ob eas fieri; jura etiam usurpandi caussa. ne pro dubio habeant, nihil inter se & argento parata mancipia interesse.* Motus his senatus, Iberas Lycios ad Rhodios dedit: *nec Lycios Rhodiis nec ullos alicui quam, qui mali liberi sint, in servitutem dari placere. Lycios ita fuisse Rhodiorum simul imperio & tutelæ esse, ut in ditione populi Romani civitates socíæ sint.*

Cap. VII. Triumphi deinde ex Hispania duo continui acti. Prior Sempronius Gracchus de Celtiberis, Jocisque eorum, potitus die L. Postumius de Lusitanis altisque eiusdem regionis Hispanis triumphavit. quadraginta millia pondo argenti Ti. Gracchus tranitulit, viginti millia Albinus. Militibus denarios quinos vicenos, duplex centurioni, triplex equiti ambo diviserunt: sociis tantundem quantum Romanis. Per eosdem forte dies M. Junius consul ex Istria comitiorum caussa Romam venit. Eum quum in senatu fatigassent interrogationibus tribuni plebis Papirius & Licinius, de his quæ in Istria essent acta, in concionem eoque prodiderunt. Ad quæ quum consuli, se dies non plus indecim in ea provincia fuisse, respondereret; quæ se absente acta essent, se quoque, ut illos, fama comperta habere; exsequebantur deinde, quærentes. *Quid ita non potius A. Manlius Romam venisset. ut rationem redderet populo Romano, cur ex Gallia provincia, quam fortitus esset, in Istriam transiisset: quando id bellum senatus decrevisset, quando id bellum populus Romanus jussisset? At hercule, privato quidem consilio bellum susceptum esse, sed gestum prudenter fortiterque. Immo, utrum suspectum sit negotium, an bene salutis gestum, dici non posse. Stationes duas necopinantes ab Istris oppressas, castra Romana capta; quod peditum, quod equitum in castris fuerit. Cæteros inermes fusosque, ante omnes consulem ipsum, ad mare ac naves fugisse. Privatum rationem redditurum earum rerum esse, quoniam consul noluisset.*

Cap. VIII. Comitia deinde habita, consules creati, C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus: & pottero die prætores facti, P. Ælius Tubero iterum, C. Quintius Flaminius, C. Numilius, C. Mummius, Cn. Cornelius Scipio, P. Valerius Lævinus. Tuberoni urbana jurisdictio, Quintio peregrina evenit. Numitio Sicilia, Mummio Sardinia: sed ea, propter belli magnitudinem, provincia consularis facta. Gracchus eam fortitur; Istriam Claudius, Scipio & Lævinus Galliam in duas diviſam pro-

provinciis sortiti sunt. Idibus Martiis, quo die Sempronius Claudiusque consularum inierunt, mentio tantum de provinciis Sardinia Istriaque & utriusque hostibus fuit, qui in his provinciis bellum conciviſſent. Postero die legati Sardorum qui ad novos magistratus dilati erant, L. Minucius Thermus, qui legatus Manlii consulis in Istria fuerat, in senatum venit. Ab his edoctus est senatus, quantum belli eæ provinciæ haberent. Moverunt senatum & legationes ſocium nominis Latini, quæ & censores, & priores consules fatigaverunt, tandem in senatum introduxêre. Summa querelarum erat, *Civeſ suos Roma cæsos & pleroſque Romam commigraſſe. Quod ſi permittatur, perpaucis inſtris futurum, ut deſerta oppida, deſerti agri, nullum militem dare poſſent. Fregellas quoque milia quatuor familiarum tranſiſſe ad ſe, Samnites Peligniique querebantur: neque id minus aut bos, aut equos plus in delectum militum dare.* Genera autem fraudis duo murandæ viritim civitatis inducta erant. Lex ſociis ac nominis Latini, qui ſtirpem ex ſefe domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent. ea lege male utendo, alii ſocii, alii populi Romani injuriam faciebant. Nam & ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos, quibuſcubius Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertiniique cives eſſent: & quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, ii cives Romani fiebant. Poſtea his quoque imaginibus juris ſpretis, promiſcue ſine lege, ſine ſtirpe, in civitatem Romanam per migrationem & cenſum tranſibant. Hæc ne poſtea fierent, petebant legati. *& ut redire in civitates juberent ſocios, deinde ut lege cauverent, ne quis ejem civitatis mittendæ cauſſa ſuum faceret, neve alienaret: & ne quis ita civis Romanus factus eſſet* ❋❋❋

Cap. I X. Hæc impetrata ab ſenatu. Provinciæ deinde, quæ in bello erant, Sardinia atque Istria decretæ. In Sardiniam duæ legiones ſcribi juſſæ; quina millia in ſingulas, & duceni pedites, trecenti equites, & duodecim millia peditum ſociorum ac Latini nominis, & ſexcenti equites, & decem quinqueremes naves, ſi deducere ex navalibus vellet. Tantundem peditum equitumque in Istriam, quantum in Sardiniam, decretum. Et legionem unam cum equitibus trecentis, & quinque millia peditum ſociorum, & ducentos quinquaginta mittere equires in Hiſpaniam conſules ad M. Titinium juſſi. Priuſquam conſules provincias ſortirentur, prodigia nunciata ſunt. Lapidem in agro Cruſtumino in lacum Martis de cœlo cecidiſſe. Puerum trunci corporis in agro Romano natum: & quadrupedem anguem vium: & Capuæ multa in foro ædificia de cœlo tacta: & Puteolis duas naves falminis ictu concrematas eſſe. Inter hæc, quæ nunciabantur, lupus etiam Romæ inter diu agitatus, quum Collina porta intraſſet, per Æſquilinam magno confectantium tumultu evaſit. Eorum prodigiorum cauſſa conſules majore hoſtiarum immolarunt, & diem unum circa omnia pulvinaria ſupplicatio fuit. Sacrificiis rite perfectis, provincias ſortiti ſunt: Claudio Istria, Sempronio Sardinia obvenit. Legem deinde ſociis C. Claudius tulit Senatuſconſulto, & edixit: *qui ſocii ac nominis Latini ipſi majore cenſu Cl. Claudio T. Quinctio cenſoribus, poſtque ea apud ſocios nominis Latini cenſi eſſent, ut omnes in ſuam quiſque civitatem ante Calend. Novembris rediret.* Quæſtio, qui ita non rediſſent, L. Mummio prætori decreta eſt. ad legem & edictum conſulis Senatuſconſultum adjectum eſt: *ut dictator, conſul, interrex, cenſor, prætor, qui nunc eſſet apud forum, ❋❋ quem manumittere retur, in libertatem vindicare tur, ut juſjurandum daret: qui eum manumitteret, civitatis mutandæ cauſſa manu non mitteret: quid id non juraret, cum manumitteret non cenſuerit.* Hæc in poſterum cauſſa juriſque dictio C. Claudio conſuli decreta eſt.

Cap. X. Dum hæc Romæ geruntur, M. Junius, & A. Manlius, qui priore anno conſules fuerant, quum Aquileiæ hibernarent, principio veris in fines Istrorum exercitum introduxerunt: ubi quum effuſe popularentur, dolor magis & indignatio diripi res ſuas cernentes Istros, quam certa ſpes ſatis ſibi virium adverſus duos exercitus, excivit. conciti ex omnibus populis juventutis facto, repentino & numquam ante exercitus acrius primo impetu quam perſeverantius pugnavit. Ad quatuor millia eorum in acie cæſa: cæteri omiſſo bello in civitates paſſim diffugerunt. inde legatos primum ad pacem petendam in caſtra Romana, deinde obſides imperatos, miſerunt. Hæc quum Romæ comnita literis proconſulum eſſent, C. Claudius conſul, veritus, ne forte ea res provinciam exercitumque ſibi adimeret, non votis nuncupatis, non paludatus, ſine lictoribus, uno omnium certiore facto collega, nocte profectus præceps in provinciam abiit: ubi inconſultius, quam venerat, fe geſſit, nam quum concione advocata fugam è caſtris A. Manlii adverſis auribus militum (quippe qui primi ipſi fuiſſent) jactaſſet; ingeſſiſſetque probra M. Junio, quod ſe dedecoris ſocium collegæ feciſſet; ad extremum utrumque decedere provincia juſſit. Quod quum fuiſ-

milites consulis imperio dicto audientes futuros sese dicerent, quum is more majorum secundum vota in Capitolio nuncupata, cum hostibus, paludatus profectus ab urbe esset, furens ira, vocatum qui pro quaestore Manlii erat, catenas posposcit: vinctos se Romam Manliumque militantis Romam missurum. Ab eo quoque sperum consulis imperium est: & circumfusus exercitus favens imperatorum cauſſe, & consuli infestus, animos ad non parendum addebat. Postremo fatigatus consul, & contumelias fingulorum, & multitudinis (nam insuper irridebant) lubridibus, nave eadem qua venerat, Aquilejam rediit. Inde collegae scripsit, ut militum novorum ei parti, quae scripta in Istriam provinciam esset, edicerent, Aquilejam ut conveniret, ne quid se Romae teneret, quo minus voris nuncupatis paludaris ab urbe exiret. Haec collega obsequenter facta, brevisque dies ad conveniendum edicta est. Claudius prope consecutus est literas suas. Concione advenientes de Manlio & Junio habita, non ultra triduum moratus Romae paludarus, cum lictoribus, vestisque in Capitolio nuncupatis, in provinciam aeque ac prius praecipiti celeritate abit.

Cap. X I. Paucis ante diebus Junius Manliusque oppidum Nesartium, quo se principes Istrorum & regulus ipse Æpulo receperat, summa vi oppugnarunt. Eo Claudius duabus legionibus novis adductis, vetere exercitu cum suis ducibus dimisso, ipse oppidum circumsedit, & vineis oppugnare intendit: amnemque praeterfluentem moenia, qui & impedimento oppugnantibus erat, & aquationem Istris praebebat, multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit. Ea res barbaros miraculo terruit abscissae aquae: & ne tum quidem memores pacis, in eadem conjugum ac liberorum versi; etiam ut spectaculo hostibus tam foedum facinus esset, palam in muris trucidatos praecipitabant. Inter simul complorationem foeminarum puerorumque, simul nefandam caedem, milites transgressi murum, oppidum intrarunt. cujus caeci tumultum ut ex pavido clamore fugientium accepit rex, trajecit ferro pectus, ne vivus capereretur: caeteri capti, aut occisi. Duo dein le oppida, Mutila & Faveria, vi capta, & deleta. Praeda, ut in gente inopi, spe major fuit. Se omnis militibus concessa est. Quinque millia capitum, sexcenta triginta duo, sub corona venierunt. auctores belli virgis caesi, & securi percussi. Istria tota trium oppidorum excidio, & morte regis pacata est: omnesque undique populi obsidibus datis in ditionem venerunt. Sub Istrici finem belli, apud Ligures concilia de bello haberi coepta.

Cap. X I I. Ti. Claudius proconsul, qui praetor priore anno fuerat, cum praefidio legionis unius Pisis praerat. cujus literis fenatus certior factus, eas ipsas literas ad C. Claudium (nam alter consul jam in Sardiniam trajecerat) defernandas censet: & adjicit decretum, quoniam Istria provincia confecta esset; si ei videretur, exercitum traducere in Ligures. Simul ex literis consulis, quas de rebus in Istria gestis scripserat, in bidum supplicatio decreta. Et ab altero consule Ti. Sempronio in Sardinia prospere res gestae. Exercitum in agrum Sardorum Ilienium induxit. Balarorum magna auxilia Ilienibus venerant. Cum utraque gente lignis collaris conflixit. fusi fugatique hostes, castrisque exuti: duodecim millia armatorum caesa. Postero die arma laeta consuli in aciem ut Justit consul, facrumque id Vulcano cremavit. Victorem exercitum in hiberna sociarum urbium reduxit. Et C. Claudius literis Ti. Claudii & Senatusconsulto accepto, ex Istria legiones in Ligures transduxit. Ad Scultennae flumen in campos progressi castra habebant hostes. Ibi cum his acie dimicarum. quindecim millia caesa, plus septingenti in praelio, aut in castris (nam ea quoque expugnata sunt) capti: & signa militaria unum & quinquaginta capta. Ligures reliquiae caedis in montes refugerunt passim: populantique campestres agros consuli nulla usquam apparuit arma. Claudius, duarum gentium uno anno victor, duabus, quod raro alius, in consulatu pacatis provinciis, Romam revertit.

Cap. X I I I. Prodigia eo anno nunciata: in Cruftumino aves fangualenae (quam vocant) ferum lapidem rostro cecidisse. Bovem in Campania locutum. Vaccam aeneam Syracusis abagresti tauro, qui pecore aberraſſet, initam, ac femine aperiam. In Cruftumino diem unum in ipso loco supplicatio fuit. & in Campania bos alenda publice data: Syracusanumque prodigium expiatum, edita ab aruspicibus Diis, quibus supplicaretur. Pontifex eo anno mortuus est M. Claudius Marcellus, qui consul cenſorque fuerat. In ejus locum suffectus est pontifex filius ejus M. Marcellus. & Lunam colonia eodem anno duo millia civium Romanorum sunt deducta. Triumviri deduxerunt, P. Aelius, L. Egilius, Cn. Sicinius. quinquagena & singula jugera & semisses agri, in singulos dati sunt. de Ligure captus is ager erat. Etruscorum ante, quam Ligurum fuerat. C. Claudius consul ad urbem venit: cui (quum in senatu de rebus in Istria Liguribusque prospere gestis disse-

ferussset) postulanti triumphus est decretus. triumphavit in magistratu de duabus simul gentibus. Tulit in eo triumpho denarium trecenta septem millia. & victoriatum octoginta quinque millia septiagentos duo. militibus in singulos quinideni denarii dati: duplex centurioni, triplex equiti. Socijs dimidio minus, quam civibus datum. itaque taciti, ut iratos esse sentires, secuti sunt currum.

Cap. XIV. Dum Is triumphus de Liguribus agebatur, Ligures, postquam senserunt, non consularem tantum exercitum Romam abduxtum, sed legionem ab Ti. Claudio Pisis dimissam, soluti metu clam exercitu indicto, per transversos limites superatis montibus in campos degressi, agrum Murinensem populari, repentino impetu colonian ipsam ceperunt. Id ubi Romam allatum est, senatus C. Claudium consulem comitia primo quoque tempore habere jussit, creatisque in annum magistratibus, in provinciam redire, & coloniam ex hostibus eripere. Ita, ut censuit senatus, comitia habita. Consules creati, Cn. Cornelius Scipio Hispalus, Q. Petillius Spurinus. Prætores inde facti, M. Popillius Lænas, P. Licinius Crassus, M. Cornelius Scipio, S. Papirius Maso, M. Aburius, L. Aquillius Gallus. C. Claudio consuli prorogatum in annum imperium, & Gallia provincia: & ne Istri quoque idem, quod & Ligures, facerent, socios nominis Latini in Istriam mitteret, quos triumphi causa de provincia deduxisset, Cn. Cornelio, & Q. Petilio consulibus, quo die magistratum inierunt, immolantibus Jovi singulis bubus, uti foler, in ea hostia, qua Q. Petilius sacrificavit, exta jecinore caput non inventum. id quum ad senatum retulisset, bove perlitare jussus. De provinciis deinde consulrus, senatus Pisas & Ligures provincias consulibus decrevit. Cui Pisæ provincia obvenisset, quum magistratuum creandorum tempus esset, ad comitia revertit jussit. additum decretis, ut binas legiones novas scriberent, & trecentos equites: & dena millia peditum sociis nominique Latino, & sexcentos imperarent equites. Ti. Claudio prorogatum est imperium in id tempus, quo in provinciam consul deniisset.

Cap. XV. Dum de his rebus in senatu agitur, Cn. Cornelius, evocatus à vatore, quum templo egressus esset, paulo post rediit confuto vultu; & expositi Patribus Conscriptis, bovis fœcenaris, quem immolavisset, jecur deduxisse. id se victimarii nunciant parum credentem, ipsum aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, jussisse. & vidisse cæteram integram partem extorum, jecur omne inenarrabiliter absumtum. Territis eo prodigio Patribus, & alter consul curam adjecit: qui se, quod caput jocinori defuisset, tribus bubus perlitasse negavit. Senatus majoribus hostiis utique ad litationem sacrificari jussit. Cæteris Dijs perlitatum ferunt. Salusi Petillium perlitasse negant. Inde consules prætoresque provincias sortiti. Pisæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvenerunt. Prætores, L. Papirius Maso urbanam, M. Aburius inter peregrinos, sortiti sunt. M. Cornelius Scipio Maluginensis Hispaniam ulteriorem, L. Aquillius Gallus Siciliam habuit. Duo deprecati sunt, ne in provincias irent: M. Popillius in Sardiniam. Gracchum eam provinciam pacare, & T. Æbutium prætorem adjutorem ab senatu datum esse. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio insa efficacissima videtur, minime convenire. Inter traditionem imperii, novitatemque successoris, quæ nofcendis prius quam agendis rebus imbuenda sit, sæpe bene gerendæ rei occasiones intercidere. Probata Popillii excusatio est. P. Licinius Crassus sacrificiis se impedire solennibus excusabat, ne in provinciam iret. Citerior Hispania obvenerat. Cæterum aut ire jussus, aut jurare pro concione, solenni sacrificio se prohiberi. id ubi in P. Licinio ita statutum est, & ab se uti jusjurandum acciperent, M. Cornelius postulavit, ne in Hispaniam ulteriorem iret. Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt. M. Titinius & T. Fontejus, proconsules, manere cum eodem imperii jure in Hispania jussi: & ut in supplementum his tria millia civium Romanorum cum equitibus ducentis, quinque millia socium Latini nominis, & trecenti equites mitterentur.

Cap. XVI. Latinæ feriæ fuere antè diem tertium Nonas Majî, in quibus, quia in una hostia magistratus Lanuvinus precatus non erat, *populo Romano Quiritium*, religioni fuit. Id quum ad senatum relatum esset, senatusque ad pontificum collegium rejecisset; pontificibus, quia non recte factæ Latinæ essent, instaurariis Latinis, placuit Lanuvinos, quorum opera instauratæ essent, hostias præbere. Accesserat ad religionem, quod Cn. Cornelius consul ex monte Albano rediens concidit: & parte membrorum captus, ad Aquas Cumanas profectus, ingraveiscente morbo Cumis decessit. sed inde mortuus Romam allatus, & funere magnifico elatus, sepultusque est. Pontifex idem fuerat. Consul Q. Petillius, quum primum per auspicia posset, collegæ subrogando, comitia habere jussus, & Latinas edicere. comitia in ante diem tertium Nonas Sextiles, Latinas in ante diem ter-

tertium Idus Sextiles, edixit. Plenis religionum animis prodigia insuper nunciata: Tutculi facem in coelo visam: Gabiis ædem Apollinis, & privata ædificia complura, Gravisci murum portamque de coelo tacta. Ea Patres procurari, ut pontifices censuissent, jusserunt. Dum Consules, primum religiones, deinde alterum alterius mos & comitia, & Latinarum instaurationes impediunt, interim C. Claudius exercitum ad Mutinam, quam Ligures prius anno cooperant, admovit. Ante triduum, quam oppugnare cooperant, receptam ex hostibus, colonis restitutam. Octo millia ibi Ligurum intra muros cæsa: literæque Romam extemplo scriptæ, quibus non modo rem exposuerat sed etiam gloriaretur, sua virtute ac felicitate neminem jam cis Alpes hostem populi Romani agrique aliquantum captum, qui multa millia hominum divisi viritim posset.

Cap. XVII. Et Ti. Sempronius eodem tempore in Sardinia multis fecundis prælis Sardos perdomuit, quindecim millia hostium sunt cæsa. Omnes Sardorum populi, qui defecerant, in deditionem redacti. Stipendiariis veteribus duplex vectigal imperatum, exactumque: cæteri frumentum contulerunt. Pacata provincia, obsidibusque ex tota insula ducentis triginta acceptis, legati Romam, qui ea nunciarent, missi: quique ab senatu peterent, ut ob eas res, ductu auspicioque Ti. Sempronii prospere gestas, Diis immortalibus honos haberetur: Ipsique decedenti de provincia exercitum secum deportare liceret. Senatus, in æde Apollinis legatorum verbis auditis, supplicationem in biduum decrevit, & quadraginta majoribus hostiis consules sacrificare jussit: Tib. Sempronium proconsulem exercitumque eo anno in provincia manere. Comitia deinde consulis unius subrogandi, quæ in ante diem tertium Nonas Sextiles edicta erant, eo ipso die sunt confecta. Q. Petillius consul collegam, qui extemplo magistratum occiperet, creavit, M. Valerium Laevinum. Is Jam diu cupidus provinciæ, quum opportunæ cupiditati ejus litteræ allatæ essent, Ligures rebellasse, Nonis Sextilibus paludatus, literis auditis, tumultus ejus causa legionem tertiam ad C. Claudium proconsulem in Galliam proficisci jussit: & duumviros navales cum classe Pisas ire, qui Ligurum oram, maritimum quoque terrorem admoventes, circumvectarentur. Eodem & Q. Petillius consul ad conveniendum exercitui diem edixerat. Et C. Claudius proconsul, audita rebellione Ligurum, præter eas copias quas secum Parmæ habebat, subitarilis collectis militibus exercitum ad hnes Ligurum admovit.

Cap. XVIII. Hostes sub adventum C. Claudii, à quo duce se meminerant nuper ad Scultennam flumen victos fugatosque, locorum magis præsidio adversus infeliciter expertam vim, quam armis se defensuri, duos montes Letum & Ballistam ceperunt: muroque insuper implexi, tardius ex agris demigrantes, oppressi ad mille & quingentos perierunt. Cæteri montibus se tenebant, & ne in metu quidem feritatis ingenitæ oblivi, sæviunt in prædam, quæ Mutini parta erat: captivos cum recta laceratione interficiunt: pecora in fanis truncant: vetus pallium, quam fœdissime incant. Sariati cæde animantium; quæ inanima erant patientibus affingunt, vasa omnis generis usui magis quam ornamento in speciem facta. Q. Petillius consul, ne absente se debellaretur, literas ad C. Claudium mittit, ut cum exercitu ad se in Galliam veniret: campis Macris se eum exspectaturum. Literis acceptis Claudius ex Liguribus castra movit exercitumque ad campos Macros consuli tradidit. Eodem paucis post diebus C. Valerius consul alter venit. Ibi divisis copiis, priusquam digrederentur, communiter ad oppidum Litubium ventum est. Hinc sortiti, quia non ab eadem utrumque parte aggredi hostem placebat, regiones quas peterent. Valerium auspicato sortitum constabat, quod in templo fuisset: in Petillio id vitio factum, postea augures responderunt, quod extra templum sortitum sit. Itaque jam ad oppidum Litubium foris ipse potuerit. Profecti inde in diversas regiones. Petillius adversus Balistæ & Leti jugum, quod eos montes perpetuo dorso inter se jungit, castra habuit. Ibi adhortantem eum pro concione milites, immemorem ambigualitis verbi ominatum fuerunt, *eo die latum captivum esse*. Duabus timul partibus subire in adversos montes cœpit. Ea pars, in qua ipse erat, impigre succedebat. Alteram hostes quum propulissent, ut reittiueret rem inclinatam, consul equo advectus, suos quidem à fuga revocavit: ipse, dum incautius ante signa obversatur, missili trajectus cecidit. Nec hostes ducem occisum senserunt: & suorum pauci, qui viderant, haud negligenter, ut qui in eo victoriam verti sciebant, corpus occultavere. Alia multitudo peditum equitumque, deturbatis hostibus, montes fine duce cooere. ad quinque millia Ligurum cecisse: ex Romano exercitu duo & quinquaginta cecidernnt. Super tam evidentem rei istis omnis eventum, etiam ex pullario auditum est, virtum in auspicio fuisse, nec id consilium ignoratie. C. Valerius audita

Periti religionum jurisque publici, quando duo ordinarii consules ejus anni,

anni, alter morbo alter ferro perisset, suffectum consulem negabant comitia habere posse.

deduxit.

Cap. XIX. Cis Apenninum Gauli & Lapicini, & Hercates, trans Apenninum Briniates fuerant. Inter Audenam amnem P. Mutius cum iis, qui Lunam Pisasque depopulati erant, bellum gessit: omnibusque in ditionem redactis, arma ademit. Ob eas res in Gallia Liguribusque gestas duorum consulum ductu auspiciosque, senatus in triduum supplicationes decrevit, & quadraginta hostiis sacrificavit Iuppiter. Et tumultus quidem Gallicus & Ligusticus, qui principio ejus anni exortus fuerat, haud magno conatu brevi oppressus erat. Belli Macedonici fubibat jam cura, missente Perseo inter Dardanos Barbarasque certantibus. Legati, qui missi ad res vitiendas in Macedoniam erant, jam revertebant Romam, renunciaverantque bellum in Dardania esse. Simul venerant & ab rege Perseo oratores, qui purgarent, nec accitos ab eo Baltarnas; nec auctore quoquam facere. Senatus nec liberavit eius culpæ regem, neque arguit: moneri eum tantummodo justit, ut etiam atque etiam curaret, ut sanctum haberet fœdus, quod ei cum Romanis esse videri posset. Dardani quum Baltarnas non modo non excedere finibus suis, quod speraverant, sed graviores fieri indies cernerent, subnixos Thracum accolarum & Scordiscorum, auxiliis; audendum aliquid vel temere rati, omnes undique armari ad oppidum, quod proximum castris Baltarnarum erat, convenerunt. Hiems erat, & id anni tempus fuerat, ut Thracum indies cernerent, subnixos Thracum accolarum & Scordiscorum, auxilii; audendum aliquid vel temere rati, omnes undique armari ad oppidum, quod proximum castris Baltarnarum erat, convenerunt. Hiems erat, & id anni tempus fuerat, ut Thracum indies cernerent, fines suos abirent, quod ubi ita factum, & solos jam esse Baltarnas audierunt, bifariam dividunt copias, pars ut recto itinere ad lacessendum ex aperto iret: pars devio saltu circumducta, ab tergo aggrederetur. Ceterum priusquam circumire castra hostium possent: pugnatum est: victique Dardani compelluntur in urbem, quæ fere duodecim millia ab castris Baltarnarum aberat. Victores consessim circumsidunt urbem: haud dubie posse dies aut meru deditur se hostibus, aut vi expugnaturi. Interim Dardanorum altera manus, quæ circumducta erat, hanc cladis fuorum, castra Baltarnarum sine præsidio relicta

Cap. XX. more sella eburnea posita jus dicebat, disceptabarque controversias minimarum rerum. adeoque nulli fortunæ adhærebat animus, per omnia genera vitæ errans, uti nec sibi, nec aliis, quinam homo esset, satis constaret. Non alioqui amicos, vix notis familiariter arridere: municentia inæquali sese alioque ludificari: quibusdam honoratis magnoque æstimantibus se puerilia, ut efcæ aut lusus, munera dare: alios nihil exspectantes ditare. Itaque nescire quid sibi vellet quibuldam videderi. quidam ludere eum simplicitet, quidam haud dubie insanire ajebant. In duabus tamen magnis honestisque rebus vere regius erat animus, in urbium donis, & Deorum cultu. Mesalopolitanis in Arcadia murum te circumdaturum urbi est pollicitus, majoremque partem pecuniæ dedit. Tegeæ theatrum magnificum e marmore facere instituit. Cyzici in Prytaneum, id est, penetrale urbis, ubi publice quibus is honos datus est vescuntur, vasa aurea mensæ unius posfuit. Rhodiis, ut nihil unum insigne, ita omnis generis, ut quoque usus eorum postulaverunt, dona dedit. Magnificentiæ vero in Deos, vel Jovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine Dei, potest tectis esse. Sed & Delon aris insignibus statuarumque copia exornavit. & Antiochiæ Jovis Capitolini magnificum templum non laquearum auro tantum, sed parietibus totis lamina inauratum, & alia multa in aliis locis pollicitus, quia perbreve tempus regni ejus fuit, non perfecit. Spectaculorum quoque omnis generis magnificentia superiores reges vicit; reliquorum sui moris & copia Græcorum artificum. Gladiatorum munus Romanæ consuetudinis, primo majore cum terrore hominum insuetorum ad tale spectaculum, quam voluptate dedit: deinde sæpius dando, & modo vulneribus renus, modo sine missione etiam; & familiare coetibus gratumque id spectaculum fecit, & armorum studium plerisque juvenum accendit. Itaque, qui primo ab Roma magnis præmiis paratos gladiatores accersere solitus erat, jam suo

Cap. XXI. L. Cornelius Scipio inter peregrinos. M. Atilio prætori provincia Sardinia obvenerat: fed cum legione nova, quam consules conscripserant, quinque millibus peditum, trecentis equitibus in Corsicam lussus est tranire. Dum is ibi bellum gereret, Cornelio prorogatum imperium, ut obtineret Sardiniam. Cn. Servilio Cæpioni in Hispaniam ulteriorem, & P. Furio Philo in citeriorem tria millia peditum Romanorum, equites centum quinquaginta, & socium Latini nominis quinque millia peditum, trecenti equites: Sicilia L. Claudio sine supplemento decreta. Duas præterea legiones consules scribere justi, cum justo numero peditum equitumque. & decem millia peditum sociis imperare, & lexcen-

sexcentos equites. Delectus consulibus eo difficilior erat, quod pestilentia, quæ priore anno in boves ingruerat, eo verterat in hominum morbos. In morbos qui inciderant, haud facile septimum diem superabant: qui superabant, longinquo, maxime quartana, implicabantur morbo. Servitia maxime moriebantur. eorum strages per omnes vias infrequentiorum erat. Ne liberorum quidem funeribus Libitina sufficiebat. Cadavera intacta à canibus ac vulturibus, tabes abigebat: fatisque conflabat, nec illo, nec priore anno in tanta strage bonum hominumque vulturium aliquam visum. Sacerdotes publici ea pestilentia mortui sunt, Cn. Servilius Cæpio pontifex, pater prætoris, & Ti. Sempronius C. F. Longus decemvir sacrorum, & P. Ælius augur, & Ti. Sempronius Gracchus, & C. Mamilius Vitulus, curio maximus & M. Sempronius Tuditanus pontifex. pontifices suffecti sunt, C. Sulpicius Galba in locum Tuditani. Augures suffecti sunt, in Gracchi locum T. Veturius Gracchus Sempronianus: in P. Ælii, Q. Ælius Pætus. Decemvir sacrorum C. Sempronius Longus, curio maximus, C. Scribonius curio sufficitur. Quum pestilentiæ finis non fieret; tenatus decrevit, ut decemviri libros Sibyllinos adirent. Ex decreto eorum, diem unum supplicatio fuit. & Q. Marcio Philippo verba præeunte, populus in foro votum concepit: si morbus pestilentiaque ex agro Romano emota esset, biduum ferias ac supplicationem se habiturum. In Vejenti agro biceps natus puer, & Sinuessæ unimanus, & Oximi puella cum denticulis, & arcus interdiu sereno cœlo super ædem Saturni in foro Romano intentus, & tres simul soles effulserunt: & faces eadem nocte plures per cœlum lapsæ sunt in Lanuvino. Cæritesque anguem in oppido fuo jubatum, aureis maculis sparsum, apparuisse affirmabant. &, in agro Campano bovem locutum esse, satis conitabat.

Cap. XXII. Legati Nonis Junii ex Africa redierunt, qui convento prius Misiniffa rege, Carthaginem ierant: cæterum certius aliquanto quæ Carthagine acta essent ab rege refciebant, quam ab Ipfis Carthaginiensibus. compertum tamen affirmaverunt, legatos ab rege Perseo venisse, litique nocte senatum in ede Æsculapi darum esse. ab Carthagine legatos in Macedoniam missos, & rex affirmaverat, & ipsi parum constanter negaverant. In Macedoniam quoque mittendos legatos senatus censuit. tres missi sunt, C. Lælius, M. Valerius Messala, Sex. Digitius. Perseus per id tempus, quia quidam Dolopum non parebant, &, de quibus ambigebatur rebus, disceptationem ab rege ad Romanos revocabant; cum exercitu profectus, jubi jus judiciumque suum totam cogit gentem. Inde per Oeteos montes transgressus, religionibus quibusdam animo objectis, oraculum aditurus Delphos ascendit. Quum in media repente Græcia apparuisset, magnum non finitimis modo urbibus terrorem præbuit, sed in Asiam quoque ad regem Eumenem nuncius tumultus ejus venit. Triduum non plus Delphis moratus, per Thessaliæ Achæiam, Thessaliamque, nec damno injuriaque agrorum per quos iter fecit, in regnum redit. Nec earum tantum civitatum, per quas iturus erat, satis habuit animos sibi conciliare: fed aut legatos, aut literas dimisit, petens, ne diurius simultarum, quæ cum patre suo fuissent, meminissent. nec eas tam atroces fuisse eas, ut non cum ipso potuerint ac debuerint finiri. Secum quidem omnia illis integra esse ad instituendam fidelitet amicitiam. Cum Achæorum maxime gente reconciliandæ gratiæ vium quærebat.

Cap. XXIII. Hæc una ex omni Græcia gens, & Athenienfium civitas, eo procenserat iramm, ut finibus interdiceret Macedonibus. Itaque fervitis ex Achaja fugientibus receptaculum Macedonia erat: quia quum finibus suis interdixissent, intrare regni terminos ipsi non audebant. id quum Perseus animadvertisset, comprehensis omnibus literas [illegible] cæterum, ne finitis fuga fervorum poftea fieret, cogitandum & illis esse. Recitatis his literis per Xenarchum prætorem, qui privatæ gratiæ aditum apud regem quærebat; & plerisque moderata & benigne literas esse civitatibus literas, atque his maxime, qui præter ipsem receptari essent amissa mancipia: Calliarates ex iis qui in eo verti salutem gentis crederent, si cum Romanis inviolatum fœdus servaretur, *Parva*, inquit, *aut mediocris res Achæi quibusdam videtur esse. Ego maxime quæ sit magna omnium, non æquæ tantum æstimo, sed quodammodo aetam esse. Nam qui reges, populosque Macedonibus Macedonibusque ipsis, finibus interdixissemus, manereque id decretum, scitote me legatos, nomenque admittueremus regium, per quos aliquorum ex his audiri fidelitatem; in eam concionantem quodammodo absentem audimus regem: & si Diis placet, orationem ejus probamus. & quum fera bestia etbum ad fraudem suam positum plerumque aspernentur & refugiant, nos caci, specie parvi beneficii inescemur: & servitiorum maximis precii recipientorum spe, nostram ipsorum libertatem subrui & tentari patimur.*

Quis

quis enim non videt, viam regiæ sollicitatis quæri, qua Romanum fœdus, quo nostra omnia continentur, violetur? Nisi hoc dubium alicui est, bellandum Romanis cum Perseo esse, & quod vivo Philippo expectatum, morte ejus interpellatum est, id post mortem Philippi futurum. Duos, ut scitis, habuit filios Philippus, Demetrium & Persea. Genere materno, virtute, ingenio, favore Macedonum, longe præstitit Demetrius. Sed quia in Romanos odii regnum posturat præmium, Demetrium nullo alio crimine, quam Romanæ amicitiæ invitæ, occidit: Persea, quem populus Romanus pri is pronæ quam regni hæredem futurum sciebat, regem fecit. Itaque quid hic post mortem patris fecit aliud, quam bellum paravit? Bastarnæ primum ad terrorem omnium in Dardanium immisit: qui ipsi idem eam tentassent, nisi avertores eos accolas Græcia habuisset quam Asia Gallos habeat. Eas copias dispulit, non tamen belli consilia omisit: imo, si vera volumus dicere, jam inchoavit bellum. Dolopiam armis subegit, nec provinciæ de controversiis ad disceptationem populi Romani adhibit. Inde transgressus Oetam, ut repente in medio umbilico Græciæ conspiceretur, Delphos ascendit. Hæc usurpatio itineris insoliti quo vobis specture videtur? Thessaliam deinde peragravit. quod sine ullius eorum quos adeunt noxia, hoc magis tentationem animi. Inde literas ad civitates nuncios specie misit: & cogitare jubet, quomodo in reliquum hoc munere non egeamus. hoc est, ut decretum, quo arcentur Peloponneso Macedones, rollamus: rursus legatos regios, & hospitia cum principibus, & nox Macedonum exercitus, ipsum quoque Delphis (quantum ex interlutei frenum?) trajicientem in Peloponnesum videamus, immisceamur Macedonibus armantibus se adversus Romanos. Ego nihil novi censeo decernendum, servandaque omnia integra, donec ad certum diriatur, quæ nos se timeamus, an quæ nos facere velit. Si pax inviolata inter Macedonas Romanosque manebit, nobis quoque amicitia & commercium sit: nunc de eo cogitare periculosum & immaturum videtur.

Cap. XXIV. Post hunc Arco frater Xenarchi prætoris ita disseruit: Difficilem orationem Callicrates, & mihi & omnibus, qui ab eo dissentimus, fecit: agendo enim Romanæ civitatis caussam ipse, tentavique & oppugnari dicendo, quam nemo neque tentat, neque oppugnat; effecit, ut, qui ab se dissentirent, adversus Romanos dicere viderentur. Ab primum omnium tamquam non bic nobiscum fuisset, sed aut ex curia populi Romani venisset, aut regum arcanis interesset: omnia scit & nunciat quæ occulte facta sunt. Divinat etiam quæ futura fuerant, si Philippus vixisset. quid ita Perseus regni hæres sit, quid parent Macedones, quid cogitent Romani. Nos autem, qui nec eo quam callum, nec quemadmodum pariit Demetrius, scimus; nec quid Philippus, si vixisset, facturus fuerit. ad hæc, quæ palam geruntur, consilia nostra accommodare oportet. Ac scimus, Persea regno accepto ad legatos Romanos venisse, ac regem Persea à populo Romano appellatum: audivimus, legatos Romanos venisse ad regem, & eos benigne acceptos. Hæc omnia pacis equidem signa esse judico, non belli: nec Romanos offendi posse, si ut bellum gerentes eos secuti sumus, nunc quoque pacis auctores sequamur. cur autidem nos inexpiabile omnium sibi bellum adversus regnum Macedonum geramus, non video. Opportuni propinquitate ipsa Macedoniæ sumus: an infirmissimi omnium, tamquam quos nuper subjecit, Dolopessimo contra ea vel virtutes nostras, Deum benignitate, vel regionis interclusa tuti? Sed sumus agri subjecti ac Thessalis. Æquissimo, nihilo plus fidei auctoritatisque habemus adversus Romanos, qui semper socii atque amici fuimus, quam Ætoli, qui paulo ante hostes fuerunt. Quod Ætolis, quod Thessalis, quod Epirotis, omni denique Græciæ, cum Macedonibus juris est, idem & nobis est. Cur exsecrabilis ista nobis solis velut defertio juris humani est? Fecerit aliquid Philippus, cur adversus eum armatum & bellum gerentem hoc decerneremus: quid Perseus novus rex, omnis injuriæ insons, suo beneficio paternas simultates obliterans, meruitur? Dii nostra hostia sumus? Quamquam & illud dicere poteram, tanta priorum Macedoniæ regum merita erga nos fuisse, ut Philippi unius injurias, si quæ forte fuerunt, & utique post mortem, ejum classis Romana Cenchreis staret, consul cum exercitu Elatiæ esset, tridum in conviviis fuimus; consultavimus, utrum Romanos an Philippum sequeremur. Nonnihil metus præsens ab Romanis sententias nostras inclinavit. fuit certe tamen aliquid, quod tam longam deliberationem faceret: id quod erat vetusta conjunctio cum Macedonibus, victæ & magna in nos regum merita. Valeant & nunc eadem illa, non ut præcipue amici, sed ne præcipue inimici simus. Ne id, quod non agitur, Callicrates, simulaverimus. nemo novæ societatis aut novi fœderis, quo nos temere illigemus, conscribendi sit auctor: sed commercium tantum juris præbendi repetentique sit, ne interdictione finium nostrorum & nos quoque regno arcuamus: ne servis nostris aliquo fuge-

fugere liceat. Quid hoc adversus Romana foedera est? Quid rem parvam & aperiam, magnam & suspectam facimus? Quid vanos tumultus ciemus? Quid, ut ipsi locum assentandi Romanis habeamus, suspectos alios ac invisos efficimus? Si bellum erit, ne Perseus quidem dubitat quin Romanos secuturi simus. in pace etiam-si non odia finiuntur, intermittantur. Quum iidem huic orationi, qui literis regis adsentierant, adsentirentur; indignatione principum, quod quam rem ne legatione quidem dignam judicasset Perseus, literis paucorum versum impetraret, decretum differtur. Legati deinde postea missi ab rege, quum Megalopoli concilium esset: daraque opera est ab iis, qui offensionem apud Romanos timebant, ne admitterentur.

Cap. XXV. Per hæc tempora Ætolorum in semetipsos versus furor, mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem. Festi deinde & Romam utraque pars misserunt legatos, & inter se pii de rebus conciliandis concordia agebant: quæ novo facinore difcussa res, veteres etiam iras excitavit. Exulibus Hypatæis, qui factionis Proxeni erant, quum reditus in patriam promissus esset, fidesque data per principem civitatis Eupolemum, octoginta illustres homines, quibus redeuntibus interceteram multitudinem Eupolemus obvius exierat, quum salutatione benigne excepti essent, dextræque datæ; ingredientes portam, fidem datam Deoique restes nequicquam invocantes, interfecti sunt. Inde gravius de integro bellum exarsit. C. Valerius Lævinus, & Appius Claudius Pulcher, & C. Memmius, & M. Popillius, & L. Canuleius missi ab senatu venerant. Apud eos quum Delphis utriusque partis legati magno certamine agerent; Proxenus maxime, quum causa, tum eloquentia, præstare visus est, qui paucos post dies ab Orthobula uxore veneno est sublatus: damnatusque eo crimine, in exilium ablit. Idem furor & Crerenses lacerabat. adventu deinde Q. Minucli legati, qui cum decem navibus missus ad sedanda eorum certamina erat, in spem pacis venerant. cæterum induciæ & antea fex mensium fuerunt: inde multo gravius bellum exarsit. Lycii quoque per idem tempus ab Rhodiis bello vexabantur. Sed externorum inter se bella, quo quæque modo gesta sunt, persequi non operæ est; satis superque oneris sustinenti res à populo Romano gestas scribere.

Cap. XXVI. Celtiberi in Hispania, qui bello domiti se Tib. Graccho dediderant, pacati manserant M. Titinio prætore obtinente provinciam, rebellarunt sub adventum Ap. Claudii, orsique bellum sunt à repentina oppugnatione castrorum Romanorum. Prima lux ferme erat, quum vigiles in vallo, quique in portarum stationibus erant, quum vidissent procul venientem hostem, ad arma conclamaverunt. Ap. Claudius signo propolito pugnæ, ac paucis adhortatus milites, tribus simul portis eduxit. Obsistentibus ad extrum Celtiberis, primo parum utroque prælium fuit; quia propter angustias non omnes in faucibus pugnare poterant Romani: urgentes deinde alii alios secuti evaserunt extra vallum, ut pandere aciem, & exæquari cornibus hostibus, quibus circumibantur, possent. ita repente eruperunt, ut sustinere impetum eorum Celtiberi nequirent. Ante horam secundam pulsi sunt: ad quindecim millia cæsa aut capta: signa adempta duo & triginta. Castra etiam eo die expugnata; debellatumque. nam qui superfuere prælio, in oppida sua dilapsi sunt: quieti deinde parueruntimperio.

Cap. XXVII. Censores eo anno creati Q. Fulvius Flaccus, & A. Postumius Albinus, legerunt senatum: princeps lectus M. Æmilius Lepidus pontifex maximus. De senatu novem ejecerunt. insignes notæ fuerunt M. Cornelii Maluginensis, qui biennio ante prætor in Hispania fuerat: & L. Cornelii Scipionis prætoris, cujus tum inter cives & peregrinos jurisdictio erat: & Cn. Fulvii, qui frater germanus, &, ut Valerius Antias tradit, consors etiam censoris erat. Consules votis etiam in Capitolio nuncupatis in provincias profecti sunt. Ex iis M. Æmilio senatus negotium dedit, ut Patavinorum in Venetia seditionem comprimeret, quos certamine factionum ad intestinum bellum exarlisse & ipsorum legati attulerant. Legati, qui in Ætoliam ad similes motus comprimendos ierant, renunciarunt, coerceri rabiem gentis non posse. Patavinis illud fuit ad ornatus consulis: neque aliud quod ageret in provincia quum habuisset, Romam rediit. Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substernendas, marginandasque primi omnium locaverunt, ponteque multis locis faciendos: & scenam ædilibus prætoribusque prænendam: & carceres in circo, & ova ad notas curriculis numerandis, & ☼ dam, & metas trans ☼ & caveas ferreas pe ☼ intromitterentur ☼ ferreis in monte Albano consulibus, & clivum Capitolinum silice sternendum curaverunt, & porticum ab æde Saturni in Capitolium ad fenaculum, ac super id curiam. & extra portam Trigeminam emporium lapide straveruntet, ilipitibusque sepserunt: & porticum Æmiliam reficiendam curarunt: gradibusque

busque ascensum ab Tiberi in emporium fecerunt, & extra eandem portam in Aventinum porticum filice straverunt, & eo publico ab æde Veneris fecerunt. Iidem Calatiæ & Oximi muros faciendos locaverunt: venditisque ibi publicis locis, pecuniam, quæ redacta erat, tabernis utrique foro circumdandis consumpserunt. & alter ex iis Fulvius Flaccus (nam Postumius nihil nisi senatus Romani populive jussu se locaturum ipsorum pecunia *) Jovis ædem Pisauri & Fundis, & Pollentiæ, etiam aquam adducendam, & Pisauri viam silice sternendam, & Sinuessam aga * aviariæ. In his & clo * uni circumducend * & forum porticibus tabernisque claudendum, & Janos tres faciendos. Hæc ab uno censore opera locata, cum magna gratia colonorum. Majoribus quoque regendis diligens & severa censura fuit. multis equi ademti.

Cap. XXVIII. Exitu prope anni diem unum supplicatio fuit, ob res prospere gestas in Hispania; ductu auspicioque Ap. Claudii proconsulis. & majoribus hostiis viginti sacrificatum: & alterum diem supplicatio ad Cereris Liberi Liberæque fuit, quod ex Sabinis terræ motus ingens cum multis ædificiorum ruinis nunciatus erat. Quum Ap. Claudius ex Hispania Romam redisset, decrevit senatus, ut ovans urbem iniret. Jam consularia comitia appetebant, quibus magna contentione habitis propter multitudinem petentium, creati, L. Postumius Albinus, & M. Popillius Lænas. Prætores inde facti, Numerius Fabius Buteo, M. Marienus, C. Cicereius, & M. Furius Crassipes iterum, A. Atilius Serranus iterum, C. Cluvius Saxula iterum. Comitiis perfectis Ap. Claudius Centho ex Celtiberis ovans quum in urbem iniret, decem millia pondo argenti, quinque millia auri in ærarium tulit. Flamen dialis inauguratus est Cn. Cornelius. Eodem anno tabula in æde matris Matutæ cum indice hoc posita est: *Ti. Sempronii Gracchi consulis imperio auspicioque legio exercitusque populi Romani Sardiniam subegit. In ea provincia hostium cæsa aut capta supra octoginta millia. Republica feliciss ime gesta, atque liberatis vectigalibus * restitutis exercitum salvum atque incolumem plenissimum præda domum reportavit. Iterum triumphans in urbem Romam rediit. Cujus rei ergo hanc tabulam donum Jovi dedit.* Sardiniæ insulæ forma erat, atque in ea simulacra pugnarum picta. Munera gladiatorum eo anno aliquot parva alia data: unum ante cætera insigne fuit T. Flaminini, quod mortis causa patris fuit, cum visceratione epulque. & ludis scenicis quartiduum dedit. magni tamen muneris ea summa fuit, ut per triduum quatuor & septuaginta homines pugnarint.

EPITOME

Libri XLII.

Q. Fulvius Flaccus censor templum Junonis Lacinie tegulis marmoreis stolidavit, ut ædem, quam dedicaverat, tegeret. tegulæ ex senatusconsulto reportatæ. Eumenes Asiæ rex in senatu de Perseo, Macedoniæ rege, questus est: cujus injuriæ in populum Romanum referuntur. ob quas bello indicto, P. Licinius Crassus Consul, cui Macedonia decreta erat, in Macedoniam transiit, levibusque expeditionibus, equestribus prœliis, in Thessalia cum Perseo parum felici eventu pugnavit. Inter Masanissam, & Carthaginienses de agro fuit dies ad disceptandum à senatu datus. Legati missi ad civitates socias & reges rogandos, an in fide permanerent, duobus tribus Rhodiis. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCLXII millia CCXXVI. Res præterea adversus Corsos & Ligures prospere gestas continet.

CAPUT I.

L. Postumius Albinus, M. Popillius Lænas, quum omnium primum de provinciis exercitibusque ad senatum retulissent; Ligures utrique decreti sunt: ut novas ambo, quibus eam provinciam obtinerent, legiones (binæ singulis decretæ) & socium Latini nominis dena millia peditum, & sexcentos equites, & supplementum Hispaniæ tria millia peditum Romanorum scriberent, & ducentos equites. Ad hoc, mille & quingenti pedites Romani cum centum equitibus scribi jussi; cum quibus prætor, cui Sardinia obtigisset, in Corsicam transiret bellumque gereret; interim M. Atilius vetus prætor provinciam obtineret Sardiniam. Prætores deinde provinciis sortiti sunt; A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula inter cives & peregrinos, Num. Fabius Buteo Hispaniam citeriorem, M. Matienus ulteriorem, M. Furius Crassipes Siciliam, C. Cicereius Sardiniam. Priusquam magistratus proficiscerentur, senatui placuit, L. Postumium consulem, ad agrum publicum à privato terminandum, in Campaniam ire: cujus ingentem modum potiderre privatos, paulatim proferendo fines, constabat. Hic iratus Prænestinis, quod, cum eo privatus sacrificii in templo Fortunæ faciundi caussa profectus esset, nihil in se honorifice, neque publice, neque privatim factum à Prænestinis esset: priusquam ab Roma proficiscereturque, literas Prænestæ mittit, ut sibi magistratus obviam exiret, locum publice pararet ubi divertereturque, jumentaque quum exiret inde præsto essent. Ante hunc consulem nemo unquam socius in ulla re oneri aut sumptui fuit. Ideo magistratus mulis tabernaculisque, & omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis: privata hospitia habebant; ea benigne comiterque colebant: domusque eorum Romæ hospitibus patebant, apud quos ipsis diverti mos esset. Legati, qui repente aliquo mitterentur, singula jumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant: aliam impensam socii in magistratus Romanos non faciebant. Injuria Consulis etiamsi justa, non tamen in magistratu exercenda, & silentium nimis aut modestum, aut timidum Prænestinorum, jus, velut probato exemplo, magistratibus fecit graviorum indies talis generis imperiorum.

Cap. II. Principio hujus anni, legati qui in Ætolium & Macedoniam missi erant, renunciarunt, *sibi conveuienti regi Persei, quum alii abesse eum, alii agrum esse, falso utrumque fingerent, potestatem non fuisse. Facile tamen apparuisse sibi bellum parari, nec ultra ad arma ire dilaturum. Item in Ætolia seditionem gliscere indies, neque discordiarum principes auctoritate sua coercerei potuisse.* Quum bellum Macedonicum in expectatione esset, priusquam id susciperetur, prodigia expiari pacemque Deum peti precationibus, quæ editæ ex fatalibus libris essent, placuit. Lanuvii elatis magnæ speciei in cœlo viis dicebantur: & Priverni lana pulla terra enata: & in Veienti apud Rementem lapidatum: Pomptinum omne, velut nubibus locultarum, coopertum esse: in Gallico agro, qua induceretur aratrum, sub exsistentibus glebis pisces emersisse. Ob hæc prodigia libri fatales inspecti, editumque ab decemviris est, & quibus Diis, quibusque hostiis sacrificaretur, & ut supplicatio prodigiis expiandis fieret: altera quæ priore anno valetudinis populi caussa

cuiusvis esset, ea uti feriæque essent, itaque lætificatum est, ut decemviri scripturn edicerent.

Cap. III. Eodem anno ædes Junonis Luciniæ dereda. Q. Fulvius Flaccus censor, eadem Fortunæ Equestris, quam in Hispania prætor bello Celtiberico voverat, faciebat enixo studio, ne ullum Romæ amplius aut magnificentius templum esset. Magnum ornamentum le templo tatus adjecturum, si regulæ marmoreæ essent; profectus in Bruttios, a dem Junonis Luciniæ ad portam dimi diam deregit. id fatis fore ratus ad regendum quod adjiciaretur. Naves parata fuerunt, quæ tollerent atque aiportarent; auctoritate censoria locis deterritis id facriegium prohibere. Postquam censor rediit, regulæ expositæ de navibus, ad templum portabantur. quamquam unde essent silebatur, non tamen celari potuit. Fremitus igitur in curia ortus est; ex omnibus partibus clamare, ut consules eam rem ad senatum referrent. Ut vero accessus in curiam censor venit, multo infestius singuli universique præsentem lacerare: *Templum augusti simum regionis eius: quod non Porsena, non Annibal violassent, violare parum hostilis, nisi detexisset fastu superbiæ suæ. Detractum culmen templo, nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum. censorem moribus regendis creatum, cui fanta tecta exigere sacris publicis & locis tuendis mos majorum traditum esset, eum per socionum rapas dirutum templum, nudatumque tecta ædium sacrarum, nagari; & quod, si in privatis sociorum ædificiis faceret, indignum videri possit, id Deum immortalium templa demolientem facere. & obstringere religione populum Romanum, ruinis templorum suorum relictarum: tamquam non iidem obligati Dii immortales sint, sed spoliis altorum alii colendi exornandique.* Quum, priusquam referretur, apparerent quid sentirent Patres; relatione facta in unam omnes sententiam ierunt, ut hæ regulæ reportandæ in templum locarentur, placariaque Junoni fierent. Quæ ad religionem pertinent, cum cura facta: regulas relictas in area templi, quia reponendarum nemo artifex inire rationem potuerit, redemptores nunciarunt.

Cap. IV. Ex prætoribus, qui in provinciis erant, Num. Fabius Maximilie moritur, quum in citeriorem Hispaniam iret. Itaque, quum id nunciatum à Massiliensibus legatis esset, senatus decrevit, ut P. Furius & Cn. Servilius, quibus succedebatur, inter se sortirentur, uter citeriorem Hispaniam prorogato imperio obtineret. Sors opportuna fuit. P. Furius idem, cujus ea provincia fuerat, remaneret. Eodem anno, quum agri Ligustini & Gallici quod bello captum erat, reliquantum vacaret, Senatusconsultum factum, ut is ager viritim divideretur. Decemviros in eam rem ex senatusconsulto creavit A. Atilius prætor urbanus, M. Æmilium Lepidum, C. Cassium, T. Æbutium Carum, C. Terentilium, P. Cornelium Cethegum, Q. Sc. Appulejum, M. Cæcilium, C. Salonium, C. Munatium. Dividerunt dena jugera in singulos, sociis nominis Latini terna. Per idem tempus, quo hæc agebantur, legati ex Ætolia Romam venerunt, de discordiis seditionibusque suis: & Thessali legati, nunciatres eos in Macedoniam gerere.

Cap. V. Perseus jam Italiam vivo patre cogitatum in animo volens, omnes non gentes modo Græciæ ed civitates etiam, legationibus mittendis, pollicendo clara quam prædendo, sibi conciliabat. Erant ramen magna ex parte hominum ad fidem eius inclinati animi, & ante alios quam in Eumenem propensiores: quum Eumenis beneficiis muneribusque omnes Græciæ civitates & plerique principum obligati essent: & ita fe in regno fuo gerebat, ut diæ ubi ditione ejus urbes essent, nullas libere civitates, nisi quæ secum mutam vellent, contra Perseu fimæ erat pofi portis mortem uxorem manu fua occidisse: Apellem minitrum quondam fraudis in fratre re fendo, quæ ob id requisitum à Philippo ad fupplicium, exulantem, accersitum post patris mortem ingentibus promissis ad præmia tantæ perpetratæ rei eam interfecisse. Intestinis externisque præterea multis cædibus infamem, nec ullo commendabilem merito, præferebant vulgo civitates, tam pio erga propinquos, tam justo in cives, tam munifico erga omnes homines regi: seu famæ & rejectæ Macedonum regum præoccupati ad spem eandem originem novi regni: seu mutationis rerum cupidi; seu quia eum objectum esse Romanis volebant. Erant autem non Ætoli modo in seditionibus propter ingentem vim eris alieni, fed Theffali etiam: ea contagione velut tabes in Thessaliam quoque id pervaserat malum. Quum Theffalos in armis esse nunciarum est, Ap. Claudium legarum ad eas res aspiciendas componendasque senatus misit. Qui utriusque partis principibus cattigatis, quum injusto fenore graventur ærealienum, ipsis magna ex parte concedentibus qui onerarant, levasset, justi crediti lotutionem in annorum pensiones distribuit. Per eundem Appium eodemque modo compositæ in Perrhæbas res. Ætolorum causis Marcellus Delphis per idem tempus hostilibus sæpe animis, quas intestino gerebant bel-

lo, cognovit. Quum certatum utrimque temeritate atque audacia cerneret, decreto quidem suo neutram partem aut levare aut onerare voluit: communiter ab utrisque petit, abstinerent bello. Sc, oblivione præteritorum, discordias finirent. Hujus reconciliationis inter ipsos fides obtidibus utro citroque datis firmata est. Corinthum, ubi deponerentur obsides, convenitur.

Cap. VI. A Delphis & Ætolico concilio Marcellus in Peloponnesum trajecit, quo Achæis cum exercitu conventum. Ubi colladata gente, quod constanter verus decretum de arcendis aditu finibus regibus Macedonum tenuissent, Philippe adversus Persen odium Romanorum fecit: quod ut maturius erumperet, Eumenes rex, commentarium ferens secundum quod de apparatibus belli omnia inquirens fecerat, Romam venit. Per idem tempus quinque legati ad regem missi, qui res in Macedonia adficerent, Alexandriam iidem ad Ptolemæum renovandæ amicitiæ causa proficisci jussi. Legati erant hi, C. Valerius, Cn. Lutatius Cerco, Q. Bæbius Sulca, M. Cornelius Mammula, M. Cæcilius Denter. Ab Antiocho rege sub idem tempus legati venerunt, quorum princeps Apollonius in senatum introductus multis iustisque causis regem excusavit. *Quod stipendium ferius quo ad diem præstaret. Id se omne adnexuisse, ne cujus nisi temporis gratia regi fieret. Donum præterea offerre, vasa aurea quingentum pondo. Petere regem, ut sua cum patre suo societas atque amicitia duffet, ea secum renovaretur: imperavisque sibi populus Romanus, quæ bono publique socio regi essent imperanda. Se nullo usquam cessaturum officio. Ea merita in se senatus fuisse, quum Romæ esset, cum comitatum juventutis, ut pro rege, non pro obside omnibus ordinibus fuerit.* Legatis benigne responsum, & Ptolemæum renovare cum Antiocho, quæ cum patre ejus fuerat, A. Atilius prætor urbanus jussus. Quæstores urbani stipendium, vasa aurea censores acceperunt: elsque negotium datum est, ut ponerent ea in quibus templis videretur: legatoque centum millium æris munus missum. Se ades liberæ hospitio datæ fit neque decretus, donec in Italia esset. Legati, qui in Syria fuerant, renunciaverunt, in maximo eum honore apud regem esse: amicissimum populo Romano.

Cap. VII. In provinciis eo anno hæc. C. Cicereius prætor in Corsica signis collatis pugnavit: septem millia Corsorum cæsa: capti amplius mille & septingenti. Voverat in ea pugna prætor ædem Junoni Monetæ. Pax deinde data petentibus Corsis, & exacta cera ducena millia pondo. Ex Corsica subacta Cicereius in Sardiniam transmisit. Er in Liguribus in agro Statiellati pugnatum ad oppidum Carystum. Eo se magnus exercitus Ligurum contulerat. Primo sub adventum M. Popillii consulis mœnibus sese continebant: deinde, postquam oppidum oppugnaturum Romanum cernebant, progressi ante portas aciem struxerunt: nec consul, (ut qui idiptum oppugnatione comminanda quærebat) moram certaminis fecit. Pugnatum est amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret spes. Quod ubi consul vidit, nulla parte moveri Ligurum signa, imperat equitibus ut equos conscendant, ac tribus simul partibus in hostes quanto maximo possent rumultu incurrant. Pars magna equitum, mediam trajecit aciem, & ad terga pugnantium pervafit. Inde terror injectus Liguribus, diversi in omnes partes fugerunt, perpaucl retro in oppidum, quia inde le maxime objecerat eques. Se pugna tam pervicax multos abtumpserat Ligurum, & in fuga passim cæsi sunt. Decem millia hominum cæsa fradunturr: amplius septingenti passim capti: signa militaria relata octoginta duo. Nec incruenta victoria fuit. amplius tria millia militum amissa: quum cedentibus neurris ex parte utraque primores caderent.

Cap. VIII. Post hanc pugnam ex diversa fuga in unum collecti Ligures, quum majorem multo partem civium amissam quam fugerent cerneret nec enim plus decem millia hominum erant) deliberaverunt, nihil quidem illi pacti. speraverant tamen non atrocius, quam superiores imperatores, consulem in se sæviturum. At ille arma omnibus ademit, oppidum diruit, ipsos benaque eorum vendidit: literasque senatui de rebus à se gestis misit. Quas quum A. Atilius prætor in curia recitasset, tum consul alter Postumius agris recognoscendis in Campania occupatus aberat) arrox res visa senatui: *Stabellates, qui uni ex Ligurum gente non tulissent arma adversus Romanos, tum quoque oppugnatos, non ultro inferentes bellum, deditos in fidem populi Romani, omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse: tot millia capturm innocentium, fidem implorantia populi Romani, ne quis unquam se postea dedere auderet, pessimo exemplo vesille & effractos passem, fugis quondam hostibus populi Romani captis servire.* Quas ob res *Placere senatui, M. Popillium Consulem Ligures, pretio emptoribus reddito, ipsos restituere in libertatem: bonaque ut iis, quicquid ejus recuperari possit, reddantur curare. Arma prime quoque*

que tempore fieri in ea gente consilium de provinciis cecidere, quum adeptos in senatu ipsum Ligures retinuisset. Claram victoriam suscepto opprimantes, non sperando in assiduos fuit.

Cap. IX. Consul, qua feroci animi usus erat in Liguribus, eadem ad non parendum senatui habuit. Legionibus exemplo Pisas in hibernacula missis, iratus Patribus, infestus praetori, Romam redit: senatusque exemplo ad aedem Bellonae vocato, multis verbis invectus est in praetorem: *qui quum ob bella non bene gesta, uti Diis immortalibus honos haberetur, referre ad senatum debuisset, adversus se pro bonis Senatusconsultum fecisset, quo victoriam suam ad Ligures transferret, desisse prope consulem praetor iudicet. Itaque multitudinem ei se dicere. A Patribus postulare, ut Senatusconsultum in se factum tolli iuberent: supplicationemque, quam absentes ex literis de bene gesta republica missis decernere debuerint, praesentes honoris Deorum primum causa, deinde & sui aliquo tandem respectu decernerent.* Nihil ieniebat. Cetera iurgia senatorum aliquot orationibus increpitus, neutra impertrata re in provinciam redit. Alter Consul Postumius, consumpta aestate in recognoscendis agris, ne visa quidem provincia sua, comitiorum causa Romam redit: consules, C. Popillium Laenatem, P. Aelium Ligurem, creavit. Praetores deinde facti, C. Licinius Crassus, M. Junius Pennus, Sp. Lucretius, Sp. Cluvius, Cn. Sicinius, C. Memmius Iterum.

Cap. X. Eo anno lustrum condictum est. Censores erant, Q. Fulvius Flaccus, L. Postumius Albinus. Postumius abdidit. Censa fuit civium Romanorum capita ducenta sexaginta novem millia & quindecim. Minor aliquanto numerus, quia L. Postumius consul pro concione edixerat, qui socium Latini nominis ex edicto C. Claudii Consulis redire in civitates suas debuissent, ne quis eorum Romae, sed omnes in suis civitatibus censerentur. Concors & ea republica censura fuit. omnes, quos senatu moverunt, quibusque equos ademerunt, arrarios fecerunt, & tribu moverunt: neque ab altero notatum alter probavit. Fulvius adem Fortunae Equestri, quam prosultus in Hispania dimicans, Celtiberorum legionibus voverat, annos fere postquam voverat, dedicavit: & scenicos ludos per quatriduum, unum diem in circo fecit. L. Cornelius Lentulus, decemvir sacrorum, eo anno mortuus est. in locum ejus suffectus a Postumius Albinus. Locustarum tantae nubes a mari vento rerente in Apuliam illatae sunt, ut examinibus suis agros late operirent. ad quam pestem frugum tollendam, C. Sicinius praetor denegatus cum imperio in Apuliam missus, ingenti agmine hominum ad colligendas eas coacto, aliquantum temporis ablumpsit. Principium insequentis anni, quo C. Popillius & P. Aelius fuerunt consules, reliquas contentiones ex priore anno habuit. Patres referri de Liguribus renovarique fetiales consultum volebant, & consul Aelius referebat. Popillius & collegam & senatum pro fratre deprecabatur: *pace ita ferens, si quid decrevere ent intercessurum, collegam deterruit. Patres eo magis utrique pariter consulum infensi, in corpore perstabant.* Itaque, quum de provinciis ageretur, & Macedonia jam imminente Perfei bello peteretur, Ligures ambobus consulibus decernuntur. Macedoniam decernere negant, ni de M. Popilio referretur. Postulantibus deinde, ut novos exercitus scribere, aut supplementum veteribus liceret, utrumque negarunt esse. Praeterea quoque in Hispaniam supplementum petentibus negarunt: M. Junio in citeriorem, Sp. Lucretio in ulteriorem. C. Licinius Crassus urbem jurisdictionem, Cn. Sicinius inter peregrinos erat fortitus: C. Memmius Siciliam, Sp. Cluvius Sardiniam. Consules ob ea irati senatui, Latinis feriis in primam quamque diem indictis, in provinciam abiturros se denunciarunt: nec quicquam rei publicae adfuros; praeterquam quod ad provinciarum administrationem attinerent.

Cap. XI. Attalum regis Eumenis fratrem legatum venisse Romam, Valerius Antias his consulibus scribit; ad deferenda de Perseo crimina, indicandosque apparatus belli Italici: lustrum annales, & quibus credibile malis, ipsum Eumenem venisse tradunt. Eumenes igitur ut Romam venit, exceptus cum tanto honore, quantum non meritis tantum ejus, sed beneficiis etiam suis, ingentia quae in eum congesta erant, exilimaret deberi populos Romanus, insenatum est introductus. *Causam veniendi sibi Romam fuisse, dixit, praeter cupiditatem visendi Deos hominesque, quorum benevolo in ea fortuna esset, supra quam ne optare quidem auderet: etiam ut coram monere posset, ut Perseum omnibus modis conciliari. Orsus inde a Philippi consiliis, necem Demetrii filii retulit, adversantis Romano bello; Bastarnarum gentem excitam adversus suis: quorum auxiliis fretus in Italiam transiret. Haec cum voluntatem animo, oppressum fato regnum retinentibus, quem interficiendum esse sensisset Romanis. itaque Perseo, hereditarium a patre relictum bellum, &*

simul cum imperio traditum. Jamjam primum aliorc ac fovere omnibus consiliis. Florere praterea juventute, quam stirpem longa pax educerit: fovere opibus regni. Florere et in armis: Que quum corporis robore ac viribus vigeat, animum esse invetcratum diutina arte atque usu belli, i. in unde a puero patris contubernio, Romanis quoque bellis, non priinius tantum assuetum, sed magna parte in expeditionibus multas, egregiasque. Jam ex quo ipse accepisse regnum, nullia qua, non ei, non Solo, Philippus omnia exportus potuisse, quo ire, admirando rerum successu tenuisse. Acccssisse ad vires eam, que longo tempore, multis magnisque meritis parauerint, auctoritatem.

Cap. XIII. Nam apud Graciae atque Asiae civitates, vereri magis fere eos omnes, nec pro quibus meruerint, pro qua munificentia, tantum ei tribuatur, cernere: nec dicere procerto posse, utrum felicitate it indicium ejus accitat, an, quod ipse creatur dicere, invidia decessus Romanos fecerunt illi consilia. Interfuisse quidem regni principem Antiochum Sel uci filium dixisse eum; non petentem sed petitum ultro: fervorem deinde Persici pectoris ac oranti: celebratas esse utrasque nuptias: gratulatione denique universum legationum. & meum arg i tuo nobilissimis populis adduci ut esse. Baotorum centem centorum Philippo nunquam ad servientium cervicibus jugum adduci potuisse: tribus nunc locis cum Perseo fedus inciisum litteris esse: uno Delphi, altero ad Delum augustissimo & celeberrimo in templo, tertio Delphis. in Achaico concilio vero, nisi ut suas res per paucos Pomoentia impetrarent. Interpretatus est, eo rem prope addu ctam, ut aditus & in Achaiam daretur. At, hercule, suos honores, cujus merita in eam gentem privatim an publice fuit magna, cui alii posse partim dextros per incultum ac negligentiam, partim hostilitor subiatos esse. Jam ... opinio quum si parare in Peloponnesu fuis non ab Romanis sed a Perseo praesidium petisse? His eum fultum societatibus atque amicitiis, cos domesticos apparatus bell. habe.. ut externis non quat; triginta millia peditum, quinque millia equitum: in decem annos frumentum praparatum, ut abstinere & suo & optimo agro humentandi caussa posset. Jam pecuniam tantam habere, ut aveem millibus mercenariorum militum, praeter Macedonum copias, stipendium in tertium annos praparatum haberet: praeter annuum quod ex metallis regiis capiat, vectigal. Arma vel tribus tantis exercitibus in armamentaria congesta. Juventutem, ut jam Macedonia deficiat, vel ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam subjectam esse.

Cap. XIII. Reliquam orationis adhortatio fuit. Non ego hac inquit, Invictis judicia memorium, & capitalia crecita, quia vera esse dominico crimina volebam, desero ad vos, Patres Conscripti; sed comperta & explorata, haud secus, quam si speculator missus a vobis subjecta oculis referrem. Neque relicto regno meo, quod amplius & egregium vos fecistis, mare transitum trajectusque, ut rana ad vos afferens fidem adversus quemquam ubi. Cernebam nobilissimas Asiae & Graeciae civitates inanes magis acuendantes judicia sua: mox, si permitterentur, eo processuras unde receptum ad paenitentiam non haberent. Cernebam Persea, non contnentem se Macedonia regno, alia armis occupantem: alia, quae vi pati, non possunt, favore ac benevolentia complectentem. Videbam quam impar esset fors, quum ide nostra bellum, nec ei securam pacem praestarevis quamquam nihil quidem non parare, sed parare pene bellum videbatur. Aproperavi, priusquam ille quietum possem regno expulit. Arretatum Illyrium, quia scripta ab eo quadam vobis comperit, fosium treni eoque amicum vobeum, interfecit. Liturium & Celtilcrium, Thebanos, principes civitatis, quia tiburius adversus eum in concilio Boeotorum locuti fuerant, decapitavit. Ad vos quoque remanare possi erant, vollentes esse vos. Amaxilum Byzantiis adversus fadus tulit, Dolopia bella insulit. Thessaliam & Doriaeum eum exercitu pervasit, ut in bello hostili ante veris paenis auxilio melioreu affuisset. Cognitis & nitentis manda in Thessalia Persea obtinere, ut ipse in Macedonia, ut manu delitorum opposita sibi optimates opprimeret. Haec quum nobis quiescentibus & patrimibus fecerit, & concessum sibi Graciam esse a vobis viderit: pro certo habet, nominari sibi, antequam in Italiam trajiceret, arma non esse futura. Nec quum vobis totum aut bonum sit, vos videritis: ego certe mihi turpe esse duxi, prius Perseo ad bellum inferendum, quam me socium ad praedicendum, ut caveretis, venire in Italiam. Functus necessario mihi officio, & quodam modo liberata animo fide mea, quae debita fuere possem, quam mihi Deus Deaque dicet, ut vos & vestra reipublicae, & nobis socils, atque amicis, qui ex vobis pendemus, consulatis?

Cap. XIV. Haec oratio movit Patres Conscripros. ceterum in praesentia nihil, praeterquam, fuisse in curia regem, febre quiequam potuit: eo silentio clausa curia erat. bello denique perfecto, quaeque dicta ab rege, quaeque responsa essent, emana-

navere. Perfei deinde regis legatis post paucos dies Ienatus datus eſt. Cæterum, præcepturis non tam animis quam animis ab Eumene rege omnis & defenſo & deprecatio legatorum reipuebatur: & exaſperavit animos ferocia animi Harpali, qui principes legationis erat. Is, *velle quidem & laborare dixit regem, ut pax quam ſe nihil hoſtile aut feciſſe nec habuiſſe, cæterum ſi pervicacius cauſſam belli quæri videret, forti animo adſenturum ſe. Martem communem eſſe, & eventum incertum belli.* Omnibus civitatibus Græciæ atque Aſiæ curæ erat, quid Perſei legati, quid Eumenes in ſenatu egiſſet: & propter adventum ejus, quem moturum aliquid rebantur, miſerant plerique civitates, alia in ſpeciem præferentes, legatos. & legatio Rhodiorum erat, ac Satyrus princeps, haud dubius, quin Eumenes civitatem quoque ſuam Perſei criminibus inuſuriſſet. Itaque omni modo per patronos hoſpitiorum diſcendi cum rege locum in ſenatu quærebat. Quod quum contigiſſet, libertate intemperantius invectus in regem, quod Lyciorum gentem adverſus Rhodios concitaſſet, graviorque Aſiæ eſſet, quam Antiochus fuiſſet; populatem quidem ac gratum populis Aſiæ (nam eo quoque jam favor Perſei venerat) orationem habuit: cæterum inviſam ſenatui, inutilemque ſibi & civitati ſuæ. Eumeni vero conſpiratio adverſus eum favorem apud Romanos fecit. ita omnes ei honores habiti, donaque quam amplißima data, ut curulis ſella curuli atque eburneo ſcipione.

Cap. XV. Legationibus dimiſſis, quum Harpalus, quanta extrema celeritate poterat, regreſſus in Macedoniam, nunciaſſet regi; nondum quidem parantes bellum religioſe ſe Romanos, feda hoſtibus, ut facile appareret non diſtare: ipſe ipſi præterquam quod & ira credebat futurum, jam etiam volebat. ita horum virium ſe credens eſſe. Eumeni ante omnes infeſtus erat: à cujus ſanguine ordiens bellum, Evandrum Cretenſem ducem auxiliarum, & Macedonas tres affines municipiis talium facinorum, ad eadem regis ſubornat: literaſque eis dat ad Praxo hoſpitam, principem in Theritare & ceteris Delphorum. Satis conſtabat, Eumenem ſe ſacrificaret Apollini. Delphos aſcenſurum. Progreſſi cum Evandro inſidiatores, nihil aliud ad peragendum incommum, quam loci opportunitatem, omnia circumeuntes, quærebant. Afcendentibus ad templum à Cirra peniſſimum pervenirerur ad frequentia ædificiis loca, macieia erat ab læva ſemite paulum extans à fundamento, qua ſinguli tranſirent, dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. poſt macerium ſe abſiderunt, ſpatiis aſtantes, ut ex ea, veluti e muro, tela in prætereuntem conficerent. Primo à mari circumfuſa turba amicorum ac ſatellitum procedebat: deinde extenuabant paulatim angußiæ agmen. Ubi ad eum locum ventum eſt, qua ſingulis eundum erat, primus ſemitam ingreſſus Pantaleon, cum ſeptem comitibus, cum quo inſtirutus regi ſermo erat. Tum inſidiatores exorti, faxa duo ingentia devolvunt: quorum altero caput ictum eſt regi; altero humerus ſopitus; ex ſemita proclivi in declive multis ſuger prolapſum jam faxis congeſtis. Se cæteri quidem etiam amicorum & ſatellitum, poſtquam cadentem videre, diffugiunt; Pantaleon conſtanter impavidus manſit ad prorogendum regem.

Cap. XVI. Latrones, quum brevi circumitu macerie decurrere ad conficiendum facinus poſſent, velut perfidia re, in jugum Parnaſſi refugerunt. ea cauſa, ut, quum unus, non facile ſequendo per invia atque ardua, moraretur fugam eorum, ne comprenſo indicium emanaret, occiderit comitem. Ad corpus regis primo amici, deinde ſatellites ac ſervi concurrunt; tollentes ſopitum vulnere, ac nihil ſentientem. Vivere tamen ex calore & ſpiritu remanente in præcordiis ſenſerunt; victurum exſigua ac prope nulla ſpes erat. Quidam ex ſatellitibus ſecuti latronum veſtigia, quum uſque ad jugum Parnaſſi nequicquam fatigati pervenſſent; re infecta redierunt. Aggreſſi facinus Macedones ut inconſulte, ita audacter cœptum, nec conſulto ſe crimide reliquerunt. Compotem jam ſui regem, amici poſtero die deferunt ad navem: inde Corinthum: à Corintho per Iſthmi jugum navibus traductis Æginam traiciunt. Ibi adeo ſecreta ejus curatio fuit, adminiſtrantibus neminem, ut fama mortium in Aſiam perferret. Attalus quoque celeritas eum dignum concordia fraterna cratcredidit. nam & cum uxore fratris, & præſecto arci, tanquam jam haud dubius regni hæres, eſt locutus. Cum poſtea non fefellere Eumenem: ſe quamquam diſſimulare & tacite habere id patique ſtaturum, tamen in primo congreſſu non temperavit, quin uxoris perendæ ornamentum ſaltinationem fratri obiiceret. Romam quoque fama de morte Eumenis perlata eſt.

Cap. XVII. Sub idem tempus C. Valerius ex Græcia, qui legatus ad videndum ſtatum regionis ejus, ſpeculandaque conſilia Perſei regis miſſus erat, rediit: congruentiaque omnia criminibus ab Eumene allatis referebat. ſimul & adduxerat ſecum Praxo à Delphis, cujus domus rece-

præcultum latrónum fuerat : & L. Rammium Brundisinum, qui talis indicii delator erat. Princeps Brundisii Rammius fuit ; hospitio quoque & dulces Romanos omnes, & legatos, externum quoque gentium indignes, præcipue regios, deciebat. ex eo notitia ei cum absente Perseo fuerat : literisque ipsum ami citiæ interioris magnæque inde fortunæ faciebatibus, ad regem profectus : brevi perfamiliaris haberi, trahique magis quam veller. In arcanos sermones ei cooptus. Promittis animi ingentibus præmiis patere. Infiniti ab eo rex ejusmodi ausi omnis legatique dolum, hospitio ejus uti, insidiari, quibus eorum ipse scripsisset, ut venenum Romanum curaret. cui si scire fe comparationem plurimum difficultatis & periculi habere, plurium consciis comparari exemplo praterea incertæ esse, ut ani satis efficacis ad rem peragendam, qui tuta ab eo celandam dentur. Se daturum, quod nec in dando, nec datum, nisi longo despecti posset. Rammius verisimile, si abnuisset, primus ipse veneni experimentum esset, facturum pollicitus proficiscitur. nec Brundisium ante redire, quam convenire C. Valerium legatum, qui circa Chalcidem esse nuncupabatur, voluit. Ad eum primum indicio delato, jussu ejus Romam simul venit. Introductus in curiam, quæ allegarant expofuit.

Cap. XVIII. Hæc ad ea quæ ab Eumene delata erant acceſſere, quo maturius hostis Perseus judicaretur. quippe quem non justum modo appararе bellum regio animo ; sed per omnia clandestina graſſari fcelera latrociniorum ac veneficiorum cernebant. Belli administratio ad novos consules relecta eſt : in præsentia tamen Cn. Sicinium præterem, cujus inter cives & peregrinos jurisdictio erat, scribere milites placuit ; qui Brundisium duelli primo quoque tempore Apolloniam in Epirum trajicerentur, ad occupandas maritimas urbes, ubi consul, qui provincia Macedonia obvenisset, classem appellere tuto & copias per commodum exponere poſſet. Eumenes aliquamdiu Ægine retentus navicula & difficili curatione, quum primum tuto potuit, profectus Pergamum, præter priſtinum odium recenti etiam fcelere Perſei stimulante, summa vi parabat bellum. Legati eo ab Roma, gratulantes quod e tanto periculo evaſiſſet, venerunt. Quum Macedonicum bellum in annum dilatum eſſet, exercitis prætoribus jam in provincias profectis, M. Junius, & Sp. Lucretius, quibus Hispaniæ provincia obvenerant, fatigato sæpe idem petendo senatu, tandem perviderunt, ut suppleмentum sibi ad exercitum daretur. tria millia peditum, centum & quinquaginta equites in Romanas legiones in ſiciliam exercitum quinque millia peditum, & trecenti equites, imperare Sicilis jussit. Hoc copiarum in Hispanias cum prætoribus novis portatum eſt.

Cap. XIX. Eodem anno quia per recognitionem Postumii consulis magna pars agri Campani, quem privati sine differimine passim possederant, recuperata in publicum erat, M. Lucretius tribunus plebis promulgavit, ut agrum Campanum censores fruendum locarent, quod fallum tot annis post captam Capuam non fuerat, ut in vacuum agaretur cupiditas privatorum. Quum in expectatione senatus eſſet, bello etſi non indicto, tamen jam decreto, qui regum suam, Perſei qui ſecuturi amicitiam eſſent, legati Ariarathis, puerum filium regis secum adducentes, Romam venerunt. quorum oratio fuit, *regem eam duxisse filiam Romano nuptiis, ut jam inde a puero assuescerent moribus Romanis, hominibusque. Petere se eum non fuisse, ut per id pacto potentiorum cujusvis sua publica etiam cura accreſcit tutela videretur eſſe.* Is legatis grata latuit fuit. Decreverunt, ut Cn. Sicinius prætor ædes locaret, in quibus regis sociis reſideret, quæ ipsis habitare poſſent. Et Thracum legatis, apud se disceptantibus, & ſocietatem amicitiamque petentibus ; & quod petebant, datum eſt, & munera binum millium æris ſummæ in ſingulos miſſa. Hos utique populus, quod ab rege Macedoniæ Thracia eſſet, affumptos in ſocietatem gaudebant. Sed ut in Asia quoque & insulis explorata omnia eſſent, Ti. Claudium Neronem, M. Decimium legatos miſerunt, adire eos Cretam, & Rhodum jusserunt, simul renovare amicitiam, simul ſpeculari, num ſollicitari animi ſociorum ab rege Perſeo eſſent.

Cap. XX. In ſuſpenſa civitate ad expectationem novi belli, nocturna tempestate columna roſtrata in Capitolio, bello Punico priore posita a M. Æmilio consule, cui cellegа Ser. Fulvius fuit, retro ad imum fulmine dicuſſa eſt. Ea res, prodigii loco habita, ad ſenatum relata eſt. Patres ad aruſpices referre, & decemviros adire libros jusserunt. Decemviri luſtrandum oppidum, ſupplicationem obſecrationemque habendam, victimis majoribus ſacrificandum, & in Capitolio Romæ & in Campania ad Minervæ promontorium, renuntiarunt. ludos per decem dies Jovi optimo maximo primo quoque die faciendos. Ea omnia cum cura facta, aruſpices, in bonum verſurum id prodigium, prolationemque finium, & interitum perduellium portendi reſponderunt ; quod ex hostibus ſuis fiuiſſent ea roſtra, quæ tempeſtas dije-

dislecisset. Accesserunt, quæ cumularent religiones animis. Saturnia nunciatum erat, sanguine per triduum in oppido pluisse: Calatiæ altinum tripedem natum: & taurum cum quinque vaccis uno ictu fulminis exanimatos. Oximi terra pluisse. Horum quoque prodigiorum causa resdivinæ fiebæ, & supplicato unum diem feriæque habitæ.

Cap. XXI. Consules ad id tempus in provincias non exierant: quia neque uti de M. Popillio referrent senatui obsequebantur, & nihil aliud decernere prius, staturum Patribus erat. Aucta etiam invidia est Popillii literis ejus, quibus iterum cum Statielicatibus Liguribus proconsul pugnasse se scripsit, ac se decem millia eorum occidisse. propter cujus injuriam belli, cæteri quoque Liguum populi ad arma ierunt. Tum vero non absens modo Popillius, qui dedidris contra jus ac fas bellum intulisset, & paucos ad rebellium incitasset, sed consules, quos non exierint in provincias, in senatu increpiti. Hoc consensu Patrum accensi, M. Marcius Sermo, & Quintus Marcius Stylla, tribuni plebis, & consulibus multam se dicturos, nisi in provinciam exirent, denuntiarunt: & rogationem, quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in senatu recitarunt. Sanciebatur, ut qui ex Statiellis deditis in libertatem restituti essent ante Calendas Sextiles primas non essent, cujus dolo malo is in servitutem veniisset, ut juratus senatus decerneret, qui eam rem quæreret, animadverteretque. Ex auctoritate deinde senatus eam rogationem promulgarunt. Priusquam proficiscerentur consules, Cajo Cicerejo prætori prioris anni ad ædem Bellonæ senatus datus est. Is expositis, quas in Corsica res gessisset, postulatoque fruitra triumpho, in monte Albano, quod jam in morem veneraat ut sine publica auctoritate fieret, triumphavit. Rogationem Marciam de Liguribus magno consensu plebes scivit justitque. ex eo plebiscito Cajus Licinius prætor consuluit senatum, quem quærere ex rogatione vellet. Patres ipsum eum quærere jusserunt.

Cap. XXII. Tum demum consules in provinciam profecti sunt, exercitumque à M. Popillio cepenunt. Neque tamen Marcus Popillius reverti Romam audebat, re causam diceret adverso senatu, infestioque populo, apud prætorem, qui de quæstione in se potira senatum consuluisset. Huic detrectationi ejus, tribuni plebis alterius rogationis denunciatione occurrerunt: ut, si non antelus Novembris in urbem Romam introisset, de absente eo C. Licinius statueret ac judicaret. Hoc tractus vinculo quum redisset, ingenti cum invidia in senatum venit. Ibi quum laceratus furgilis multorum esset, Senatusconsultum factum est, ut qui Liguum post C. Fulvium, L. Mamilium consules hostes non fuissent, ut eos C. Licinius, Cn. Sicinius prætores in libertatem restituendos curarent, agrumque iis trans Padum consul C. Popillius daret. Multa millia hominum hoc Senatusconsulto restituta in libertatem, traductique Padum agen est in fortus. M. Popillius rogatione Marcia bis apud C. Licinium causam dixit: tertio prætor, gratia consulis absentis & Popillii familiæ precibus victus, Idibus Martiis adesse reum justit, quo die noni magistratus inituri erant honorem: ne diceret jus, qui privatus futurus esset. Ita rogatio de Liguribus arte fallaci elusa est.

Cap. XXIII. Legati Carthaginienses eo tempore Romæ erant, Sc Gulussa filius Masinissæ: inter eos magnæ contentiones in senatu fuere. Carthaginienses querebantur, *prater agrum, quo ante legati ab Roma, qui in præsentia cognoscerent, missi essent, amplius septuaginta oppida castellaque agri Carthaginiensis bienno proximo Masinissam vi atque armis possedisse. Id illi, cui nihil pensiti, facile esse. Carthaginienses fadere illigatos silere. Prohiberi enim exteras feras efferre arma. Quamquam sciant in illis tribus, si iede Numidas pellerent, se gesturos bellum; illo haud ambiguo capite fœderis deterreri, quo diserte vetentur cum socios populi Romani bellum gerere. Sed jam ultra superbiam, crudelitatemque, & avaritiam ejus, non pati posse Carthaginienses. se missos esse qui orarent senatum, ut trium harum rerum unam ab se impetrari sinerent: ut vel ex aquo apud socium populum, quid cujusque esset, disceptarent: vel permitteret Carthaginiensibus, ut adversus injusta arma pro justisque se tuerentur: bello vel ad extremum, si gratia haberentur apud eos valerent, semel statuerent, quid donarum ex alieno Masinissæ vellent. Modestius cetera daturos eos & scituros quid decerneret: ipsum nullum, præterquam fuæ libidinis arbitrio, finem facturum. Horum si nihil impetrarent, se aliquod saltem post dadam à P. Scipione pacem deliturum fuisse, ipsi potius animadverterent in se. Tutam servitutem se sub dominis Romanis quam libertatem expectatam ad injurias Masinissæ malle. Perire namque semel ipsis licuisse, quam sub acerbissimi cuiusquis arbitrio spiritum ducere.* Sub hæc dicta lacrimantes prorumpunt, ut ratique humani, non sibi magis misericordiam, quam regi.

Cap. XXIV. Interrogari Gulussam placuit, quid ad ea reponeretur,

aur, ſi prius mallet, exprometet, ſuper qua re Romam veniſſet. Guluſſa. Neque ſibi facile eſſe, dixit, de iis rebus agere, de quibus nihil mandati a patre haberet: neque patri facile fuiſſe mandare, quum Carthaginienſes nec aequa re acturi eſſent, nec omnino iuuros Romam, indicaturi. In aede Aeſculapii dimiſſum eos per aliquot noctes conſilium principum habuiſſe, unde praeterea legatos oculis cum mandatis Romam mitti. Eam cauſſam ſuiſſe patri mittendi ſe Romam; qui deprecaretur ſenatum, ne quid communibus inimicis ciuitatibus in ſe crederent, quum ob nullam aliam cauſſam miſſi propter conſtantem hoſtem erga populum Romanum odiſſent. His utrimque auditis, ſenatus, de poſtulatis Carthaginienſium conſultus, reſpondere ita iuſſit: Guluſſam placere extemplo in Numidiam proficiſci: & nunciare patri, ut ab iis, de quibus Carthaginienſes ei mandauerint, legatos quamprimum ad ſenatum mittat: denunciet que Carthaginienſibus, ut ad diſceptandum veniant. Si aliquid poſſent Maſiniſſae honoris cauſſa, & faciles & facturos eſſe: ius gratiae non dare. Agrum, qua cuiuſque ſit, poſſideri velle: nec modum finesque fieri veteres obſeruari, in animo habere. Carthaginienſibus victis ſe ciuitates & agros conceſſiſſe, non ut in pace eriperent per iniuriam, quae iure belli non ademiſſent. Ita regulus Carthaginienſeſque dimiſſi. Munera ex inſtituto data utriſque, aliaque hoſpitalia comiter facta.

Cap. XXV. Sub idem tempus Cn. Servilius Caepio, Ap. Claudius Centho, T. Annius Luſcus, legati, ad res repetendas in Macedoniam, renunciandamque amicitiam regi miſi, redierunt: qui Iam ſua ſponte infeſtum Perſi ſenatum inſuper accenderunt, relatis ordine quae vidiſſent, quae audiſſent. Iubiſſe ſe per omnes urbes Macedoniae ſumma vi parari bellum. Cum ad regem perueniſſent, per multos dies conuentandi ejus poteſtatem non factam: poſtremo quum deſperato jam collegio profecti eſſent, tum demum ſe ex triuere regulos, & ad eum in cubicula eſſe. Sua orationis ſummam fuiſſe, ſordis cum Philippo ictum, cum ipſo eo poſt mortem patris renouatum: in quo ciuitate prohiberi alia extra fines arma efferre, prohiberi ſocios populi Romani laceſſere bello. Expoſita deinde ab ſe ordine, quae ipſi nuper in ſenatu Romanorum verba omnia & comperta referentem audiſſent. Sumotheracia praeterea per multos dies orientium conſilium cum legationibus ciuitatium. Ajax regem hortatiſſe. Pro his iniuriis ſatisfieri ſenatum aequum cenſere. redeunte ſibi res ſecundae ſuas, quae contra jus fanderis habeat. Regem ad ea primo accenſum ira inclementer locutum; auaritiam ſuperbiamque Romanis obiicientem pequniae: quod alii ſuper altos legati ventrem ſpeculari dicta factaque ſua, quod ſe ad nutum imperiumque eorum omnia dicere ac facere aequum cenſerent. Poſtremum, materna ab auo conſortatum, reuerti poſſero ad ea iuſſiſſe. ſcriptum ſe reſponſum dare velle. Tum ita ubi ſcriptum traditum eſſe: Rediens cum patre ictum, ad le nihil pertinere. Id ſe renouari, non orta probatet, ſed quia in noua poſſeſſione regni patiendo omnia eſſent, paſſum. Si noxam ſuam ſatisfacere vellent: conuenire prius de controuerſiis debere: & ſi in animum inducerent, ut ex aequo fadus haberet; & ſe ciuitatum quid ſibi facturum eſſet, & illos creaere reſpublica conſulturos. Atque ita ſe proripuiſſe, & ſi quoquam ſe ab eo ſequerentur, interfectos. Tum de amicitiam & ſocietatem renunciaſſe. qua voce eum acconſtum regiſſe, atque voce clara denunciaſſe ſibi, ut triduo regni ſui decederent finibus. Ita ſe profectos: nec ſibi aut ventionibus aut manentibus quicquam hoſpitale aut benigne dictum. Theſſali deinde Aetolique legati auditi. Senatui, ut ſcirent quam primum quibus ducibus uſura reſpublica eſſet, literas mitti conſulibus placuit: ut uter eorum poſſet, Romam ad maſiſtratus reuocabus veniret.

Cap. XXVI. Nihil magnopere quod memorari attinet rei publicae eo anno conſules geſſerunt. magis è republica vilum erat, comprimi ac ſedari exaſperates Ligures. Quum Macedonicum bellum exſpectaretur, Gentium quoque Illyriorum regem ſuſpectum liſſentes legati fecerunt: ſimul uetti, ne fines regno ſecundo populatium, ſimul nuntiarent, animo vivere Macedonum atque illyriorum regem. communi conſilio parare Romanis bellum: & ſpecie legatorum Illyrios ſpeculatores Romae eſſe, Perſe auctore miſſos, ut quid agerotur ſciret. Illyrii vocati in ſenatum, qui quum legato ſe eſſe miſſos ab rege dicerent ad purgandas crimina, ſi qui de rege liſſentes deferent; quaeſitum, ecquid ita non adiſſent magiſtratum, ut ex inſtituto loca, lautia, acciperent: ſciretur denique veniſſe eos, & ſuper qua re veniſſent? Haeſitantibus in reſponſo, ut curia exceederent dictum. Reſcontum, an nam legatis, ut qui adire ſenatum non poſſitaſſent, dari non placuit: mittendoſque ad regem legatos conſuerunt, qui nunciarent, qui ſocii quererentur aqui ſenatum exuſtum a rege agrum. non aequum eum facere qui ab ſocis fuis non abſtineret inuiolatum. In hanc legationem miſſi, A. Te-

rea-

rentius Varro, C. Pletorius, C. Cicereius. Ex Asia, qui circa socios reges mitti erant legati redierunt, eos renunciarunt. *Eumenem in ea, Antiochum in Syria, Ptolemæum in Alexandria esse conveniss. Omnes solicitatos legationibus Persei, sed ingenio in fide permanere, pollicitosque omnia, quæ populus Romanus imperasset, præstiturum. Ceteritates sociis adisse: ceteras satis fidas, solos Rhodios fluctuantes & inmotos Persei consiliis inveniss.* Venerant Rhodii legati ad purganda ea quæ vulgo jactari de civitate sciebant: ceterum senatum iis dari, quum novi consules magistratum inissent, placuit.

Cap. XXVII. Bello apparatum non differendum censuerunt. C. Licinio prætori negotium datur, ut ex veteribus quinqueremibus in navalibus Romæ fabricatis, quæ possent usui esse, reficeret; parareque naves quinquaginta. Si quid ad eum numerum explendum deesset, Hannibalem collegæ in Sicilia scriberet, ut eas, quæ in Sicilia naves essent, reficeret atque expediret, ut Brundisium primo quoque tempore mitti possint. Socios navales libertini ordinis in viginti & quin que naves ex civibus Romanis C. Licinius prætor scribere jubet. Is quinque & viginti parem numerum Cn. Scinius sociis imperaret: idem Prætor peditum octo millia, quadringentos equites a sociis Latini nominis exigeret. Hunc militem qui Brundisii acsiperet, atque in Macedoniam mitteret, A. Atilius Serranus, qui priore anno prætor fuerat, deligitur: Cn. Sicinius prætor, qui exercitum paratum ad trajiciendum haberet. C. Popillio consuli ex auctoritate senatus C. Licinius prætor scribit, ut & legionem secundam, quæ maxime veterana in Liguribus erat, & socium Latini nominis quatuor millia, & equitum centum equites Idibus Februariis Brundisii adesse juberet. Hac classe & hoc exercitu Cn. Sicinius provinciam Macedoniam obtineret, donec successor veniret jussus: prorogato in annum imperio. Ea omnia, quæ senatus censuit, impigre facta sunt. Duodecim adnatæ quinquereines ex navalibus deductæ, qui deduceret eas Brundisium, L. Porcius Licinus præpositus: duodecim ex Sicilia missæ. Ad frumentum classi exercituique coemendum in Apuliam Calabriamque tres legati missi, Sex. Digitius, T. Juventius, M. Cæcilius. Ad omnia præparata Cn. Sicinius prætor, paludatus ex urbe profectus, Brundisium venit.

Cap. XXVIII. Exitu prope anni C. Popillius consul Romam rediit; aliquanto serius quam senatus censuerat: cui primo quoque tempore magistratus creare, quum tantum bellum immineret, Justum esse. Itaque non secundis auribus patrum auditus est consul, quum in side Bellonæ de rebus in Liguribus gestis differeret. Sucellamationes frequentes erant, interrogationesque, cur fecisse fratris oppressos Ligures in libertatem non restituisset? Comitia consularia, in quum edita erant diem, ante diem XII. Calendas Martias fuere habita. Creati consules, P. Licinius Crassus, C. Cassius Longinus. Postero die prætores facti, C. Sulpicius Galba, L. Furius Philus, L. Canuleius Dives, C. Lucretius Gallus, C. Caninius Rebilus, L. Villius Annalis. His prætoribus provinciæ decretæ: duæ jure Romæ dicendo, Hispaniæ, & Sicilia, & Sardinia, ut uni fors integra esset, quo senatus censuisset. Consulibus denunciatæ imperavit senatus, ut, qua die magistratum inissent, hostiis malioribus rite macta ris precarentur, ut quod bellum populus Romanus in animo haberet gerere, id bello profligatum eveniret. Eorum die decreti senatus, C. Popillius consul ludos per dies decem Jovi Opt. Max. voveret, donaque circa omnia pulvinaria daret, si respublica decem annos in eodem statu fuisset. Ita ut censuerant, in Capitolio vovit consul ludos fieri donaque dari. Quanta ex pecunia decreverat senatus, quum centum & quinquaginta non minus adesset, præeunte verba Lepido pontifice maximo, id votum susceptum est. Eo anno sacerdotes publici mortui, L. Æmilius Paulus decemvir sacrorum, & Q. Fulvius Flaccus pontifex, qui priore anno fuerat censor, hic freda morte perit. Ex duobus filiis eius, qui tum in Illyrico militabant, nunciatum alterum decessisse, alterum gravi & periculoso morbo ægrum esse. Obruit animum simul luctus, metusque: mane ingressi cubiculum fervi, lapsos deprehendere. Inveniuntur. Erat opinio, mori censuram primus comporem fuisse sui: vulgo Junonis Lucinæ iram ob ejus lucum, templumque alienasse mentem ferebant. Suffectus in Æmilii locum decemvir, M. Valerius Messalla: in Fulvii, pontifex Cn. Domitius Ænobarbus; oppido adolescens sacerdos lectus.

Cap. XXIX. P. Licinio, C. Cassio consulibus, non urbs tantum Romana, nec terra Italia, sed omnes reges civitatesque, quæ in Europa, quæque in Asia erant, converterant animos in curam Macedonici ac Persici belli. Eumenem quum vetus odium belli multabant, tum recens ira, quod fecisse ejus prope ut victima mactatus Delphis esset. Prusias Bithyniæ rex flumen abstinere armis, eventumque exspectare. nam neque pro Romanis se æquum conferre adversus fratrem uxoris arma ferre: & quod Persea victorem veniam per sororem impetrabilem fore. Ariarathes

Cappadocum rex, præterquam quod Romanis suo nomine auxilia pollicitus erat, ex quo est junctus Eumeni affinitate, in omnia belli pacisque fe conficiaverat consilia. Antiochus imminebat quidem Ægypti regno: & pueritiam regis, & interitum tutorum, pernens, & ambigendo de Cœlesyria, causam belli se habiturum existimabat, gesturumque sine ullo impedimento, occupatis Romanis in Macedonico bello, id bellum: tamen omnia & per suos legatos senatui, & ipse legatis eorum eximie pollicitus erat. Ptolemæus propter ætatem alieni etiam tum arbitrii erat. tutores & bellum adversus Antiochum parabant, quo vindicarent Cœlesyriam, & Romanis omnia pollicebantur ad Macedonicum bellum. Massiliæ & frumento juvabat Romanos, & auxilia cum elephantis, Misagenesque filium mittere ad bellum parabat. consilia autem in omnem fortunam ita disposita habebat; Si penes Romanos victoria esset, suas quoque in eodem statu manfuras res, neque ultra quidquam movendum: non enim passuros Romanos vim Carthaginiensibus afferri. Si fractæ essent opes Romanorum, quæ tum protegerent Carthaginenses, suam omnem Africam fore. Gentius rex Illyriorum fecerat potius cur suspectus esset Romanis, quam satis statuerat utram foveret partem; impetuque magis quam consilio his aut illis se adjunctures videbatur. Cotys Thrax, Odrysarum rex, eviderter Macedonum partis erat.

Cap. XX. Hæc sententia regibus quum esset de bello, in liberis gentibus populisque plebs utique omnis ferme, ut soler, deterioribus erat ob regem Macedonaique inclinata. Principum diversa cerneres studia. pars Italiæ Romanos esse fuos erant, aut auctoritatem immodico favore corrumpebant: pauci ex iis justitia imperii Romani capti: plures ita, si præcipuam operam navesset, potentes tese in civitatibus fuis futuros rati. pars altera regiæ adulationis erat, quos æs alienum & deliberatorum fuorum, eodem manente statu, præcipites ad novandum omnia agebat: quotidiani ventosum ingenium, quia Perseus magis auræ popularis erat. terria pars optima eadem & prudentissima, fi utique optio domini potioris daretur, sub Romanis quam sub rege malebat esse. si liberum inde arbitrium fortunæ esset, neutram pati tam volebant potentiorem altera oppressiri fieri: sed illibatis potius viribus utriusque partis, pacem ex eo manere. ita inter utrosque optimam conditionem civitatium fore; protegente altero semper inopem ab altero injuria. Hæc sentientes, certamina fautorum utriusque partis tacti ex tuto spectabant. Consules, quo die magistratum inierunt ex Senatusconsulto, quum circa omnia fana, in quibus lectisternium majorem partem anni esse solet, majoribus hostiis immolassent, inde preces fusas acceptas ab Diis immortalibus ominati, senatui rire sacrificatum, precationemque de bello factam, renunciarunt. Aruspices ita responderunt, *si quid rei nove inciperetur, id maturandum esse. victorium, triumphum, prorogationem imperii portendi.* Patres: *quod fanstum felixque populo Romano esset, centuriatis comitiis primo quoque die ferre ad populum consules jusserunt, ut quod Perseus Philippi filius Macedonum rex adversus fidem cum patre Philippo ictam, & secum post mortem ejus renovatam, socius populi Romani arma intulisset, agros vastasset, urbesque occupasset, quodque belli paranda adversus populum Romanum consilia iniisset, arma, milites, classem ejus rei causa comparasset, ut, nisi de iis rebus satis fecisset, bellum cum eo iniretur.* Hæc rogatio ad populum lata est.

Cap. XXXI. Senatusconsultum inde factum est, *Ut consules inter se provincias Italiam & Macedoniam compararent sortirentur.ve. Cui Macedonia obvenisset, ut is regem Persea, quique eius sectam secuti essent, nisi populo Romano satisfecissent, bello persequeretur.* Legiones quatuor novas scribi placuit, binas singulis consulibus. Id præcipue provinciæ Macedoniæ datum, quod quum alterius consulis legionibus quina millia & duceni equites ex vetere instituto darentur in singulas legiones, in Macedoniam sena millia pedi um scribi jussa, equites decem accensaliter in singulas legiones & in sociali exercitu consuli alteri auctus numerus: sexdecim millia peditum, octingentos equites (præter eos quos Cn. Sicinius duxisset, sexcentos equites) in Macedoniam trajiceret. Italiæ satis visa duodecim millia sociorum peditum, sexcenti equites. Illud quoque præcipuum datum sorti Macedoniæ, ut centuriones militesque veteres scriberet, quos vellet consul usque ad quinquagintra annos. In tribunis militum novarum eo anno propter Macedonicum bellum, quod consules ex Senatusconsulto ad populum tulerunt, ne Tribuni militum eo anno suffragia crearentur, sed consulum præterumque in iis faciendis judicium arbitriumque esset. Inter prætores ita partita imperia. prætorem, cujus sors fuisset, ut iret qua senatus censuisset, Brundisium ad classem ire placuit: utque ibi recognosceret locorios navales, dimissisque, si qui parum idonei essent, supplementum legeret ex libertinis: & daret operam, ut

ut duæ partes civium Romanorum, tertia sociorum esset. Commeatus classi legionibusque, ut ex Sicilia Sardiniaque subveherentur prætoribus, qui eas provincias fortiti essent, mandari placuit, ut alteras decumas Siculis Sardisque imperarent, urque id frumentum ad exercitum in Macedoniam portaretur. Siciliam C. Caninius Rebilus est fortitus, L. Furius Philus Sardiniam, L. Canuleius Hispaniam, C. Sulpicius Galba urbanam jurisdictionem. Q. Fulvius Annalis inter peregrinos. C. Lucretio Gallo, quo senatus consuisset, fors evenit.

Cap. XXXII. Inter consules magis cavillatio, quam magna contentio de provincia fuit. Cassius *sine sorte se Macedoniam oppugnaturum* dicebat. *nec posse collegam salvo jure jurando secum sortiri. Prærogativam, ubi in provinciam iret, in concione juraße. se fato loco statisque diebus sacrificia habere, quæ absente se ire fieri non possent: quæ non magis consulie, quam prætore absente recte fieri possent. Si senatus, non quid melius in consultatio portus, quorum quid in natura juraverit? P. Licinius, animadvertendum esse censeat; se tamen futurum in senatus potestate.* Consulti Patres, cui consulatum populus Romanus non negasset, ab se provinciam negari superbum rati, fortiri consules jusserunt. P. Licinio Macedonia, C. Cassio Italia obvenit. Legiones inde fortiti sunt. prima & tertia in Macedoniam trajicerentur, secunda & quarta ut in Italia remanerent. Delectus consules multo intentiorem quam alias curam habebant. Licinius veteres quoque scribebat milites centurionesque: & multi voluntate nomina dabant, quia locupletari videbant, qui priore Macedonico bello aut adversus Antiochum in Asia stipendia fecerant. Quum tribuni militum centuriones, sed primum quemque citarent, tres & viginti centuriones, qui primos pilos duxerant, citati tribunos plebis appellarunt. Duo ex collegio, M. Fulvius Nobilior, & M. Claudius Marcellus, ad consules rejiciebant: *Eorum cognitionem esse debere, quibus delectus, quibusque bellum mandatum esset. ceteri, conjuratos se, de quo appellati essent.* ajebant. *& si injuria fieret, auxilium tribibus laturos.*

Cap. XXXIII. Ad subsellia tribunorum res agebatur. eo M. Popilius consularis advocatus; centuriones & consuli venerunt. Consuli indè postulanti, ut in concione ea res ageretur, populo in concionem advocatus. Pro centurionibus M. Popilius, qui biennio ante consul fuerat, ita verba fecit. *Militares homines, & stipendia justa, & corpora & ætate & assiduis laboribus confecta habere: nihil recusare tamen, quo minus operam reipublicæ dent. id tantum deprecari, ne inferiores iis ordines, quam quos, quum militaßent, habuißent, attribuerentur.* P. Licinius consul Senatusconsultum recitari justit. Primum, quod bellum senatus Perseo jußisset, deinde quod veteres centuriones, quam plurimum ad id bellum scribi consulsset: nec ulli, qui non major annis quinquaginta esset, vacationem militiæ esse. Deprecatus est deinde, ne novo bello tam propinquo Italiæ, adversus regem potentissimum, aut tribunos militum, delectum habentes impediret: aut prohiberent consulem, quem cuique ordinem assignari è republica esset, eum assignare. Si quid in ea re dubium esset, ad senatum relicturum.

Cap. XXXIV. Postquam consul, quæ voluerat, dixit; Sp. Lucretius ex eo numero, qui tribunos plebis appellaverant, à consule & ab tribunis petiit, ut sibi paucis ad populum agere liceret. Permißu omnium ita locutus fertur. *Sp. Lucretius tribus Cruftuminæ ex Sabinis sum orindus. Quirites. Patre mihi jugerum agri reliquit, & parvum jugurium in quo natus educatusque sum: hodieque ibi habito. Quum primum in ætatem veni, pater mihi uxorem fratris sui filiam dedit: ogue ecum mihi attulit præter libertatem, pudicitiamque, & cum hic fecunditatem, quinta jam est in ædibus domo lapsa est. Sex filii nobis, duæ filiæ sunt, utræque jam nuptæ. Filii quatuor togas viriles habent, duo prætextati sunt. Miles sum factus, P. Sulpicio, C. Aurelio consulibus. In eo exercitu, qui in Macedoniam ßt transportatus, biennium miles gregarius fui adversus Philippum regem: tertio anno virtutis causa mihi T. Quinctius Flamininus decumum ordinem hastatum assignavit. Deinde Philippo Macedonibusque, quum in Italiam portati ac divisi essemus, continuo miles volumtarius cum M. Porcio consule in Hispaniam ivi provinciam. Neminem hominum inperatorum, qui civium, acriorem virtutis spectatorem ac judicem fuisse scium; qui & illum & alios sues longa militia experti sunt. hic me imperator decumum judicavit, qui primum hastatum primis centuriis assignarem. Tertio triumpho cum iis militibus factus sum in eum exercitum, qui adversus Boios & Antiochum recem ßt missus. a M'. Acilio mihi primis principes pilorum centuriæ ßt assignatus. Inspicio rege Antiocho, subacto Ætolis, reportati sumus in Italiam, & deinceps bis, quæ annua merebant legiones, stipendia feci. Bis deinde in Hispania militavi, semel Q. Fulvio Flacco, iterum Ti. Sempronio Graccho*

praetore. A Flacco inter caeteros, quos virtutis caussa secum ex provincia ad triumphum deduxerat, donatiles sunt. A Ti. Graccho regatus in provinciam ii. Quater i tira, paucos annos primum pilum duxi: quater & tricies virtutis caussa donatus ab imperatoribus eis sum: fex civicas coronas accepi: vaginti, uo stipendia aquini in exercitu emerita habeo, & maior omnis tum quinquaginta. Quod si mihi nos stipendia omnia emerita essent, nec data aetas rationem daret, tamen quum quatuor milites pro me uno vobis adare, P. Licini, possem, aquum erat me dimitti. Sed haec pro caussa mea dicta accipitatis velim: ipse me, quod quisquam qui exercitus scribit idoneum militem judicabit, nunquam sum excusaturus. Ordinem quo me dignum judicaverit tribuni militum, ipsorum est potestatis: ne quis ne virtute in exercitu praestet, dubo operam; ut semper ita fecisse me & imperatores sui, & qui una pugnabi scerunt, testes sint. Vos quoque aquum est, commilitones, etsi appellationis vobis usurpatis jus, quum adolescentes nihil adversus magistratum sentustisque auctoritatem usquam feceritis, aeque quoque in potestate senatus ac consilium esse, & omnia honesta loca dicere, quibus remptibus deserfatus sitis.

Cap. XXXV. Haec ubi dixit, collaudatum multis verbis consul ex concione in senatum duxit. Ibi quoque ei ex auctoritate senatus gratiae actae, tribunique militares in legione primam primum pilum virtutis caussa fe affignarunt. ceteri centuriones, omissi appellatione, ad delectum obedienter responderunt. Quo maturius in provincias magistratus profi ciscerentur, Latinae Calendis Junilis fuere: eoque solenni perfecto C. Lucretius praetor, omnibus quae ad classem opus erant praemissis, Brundisium est profectus. Praeter eos exercitus quos consules comparabant, C. Sulpicio Galbae praetori negotium datum, ut quatuor legiones scriberet urbanas: justo numero peditum equitumque: iisque quatuor tribunos militum ex senatu legeret qui praessent. Socii Latini nominis Imperatet quindecim millia peditum, mille & ducentos equites. Is exercitus tanti parus esset, quo senatus consuisset. P. Licinio consuli ad exercitum civilem faciendumque petenti addita assistilia. Laurum duo millia, Cretenses sagittarii (incertus numerus, quantum regari auxilia Cretenses miserint) Numidae item equites, elephantique. In eam rem legati ad Masinissam Carthaginienseisque missi. L. Postumius Albinus, Q. Terentius Culleo, C. Aburius. In Creta item legatos tres ire placuit, A. Postumium Albinum, C. Decimium, A. Licinium Nervam.

Cap. XXXVI. Per idem tempus legati ab rege Perseo venerunt. eos in oppidum introniti non placuit, quum jam bellum regi eorum & Macedonibus & senatus decresset, & populus jussisset. In eadem Bellonae in senatum introducti, ita verba fecerunt. *Mirari Perseu regem, quid in Macedoniam exercitus transportati essent. Si imperarat à senatu posset ut ii revocentur, regem de injuriis, si quas facta sibi queretur, arbitratu senatus satisfacturum esse.* Sp. Carvilius, ad eam ipsam rem ex Graecia remissus ab Cn. Sicinio, in senatu erat. is Perseum expugnatam armis, Thessaliae aliquot urbes captas, caetera quae aut agerat, aut pararet rex, quum arguereet; respondere ad ea legati jussi. Postquam haesitabant, negantes sibi ultra quicquam mandatum esse, jussi renunciare regi, *Consulem P. Licinium brevi cum exercitu futurum in Macedonia esse. ad eum si satisfaciendi in animo esset, mitteret legatos. Rodo quid praeterea mitteret, non esse: neminem eorum per Italiam ire liciturum.* Ita dimissis, P. Licinio consuli mandatum intra undecimum diem juberet eos Italia excedere, & Sp. Carvilium mitteret, qui donec navem conscendissent, custodiret. Haec Romae acta nondum profectis in provinciam consulibus. Jam Cn. Sicinius, qui priusquam magistratu abiret, Brundisium ad classem, & ad exercitum praemissus erat, trajectis in Epirum quinque millibus peditum, treceotis equitibus, ad Nymphaeum in agro Apolloniati castra habebat. Inde tribunos cum duobus millibus militum, ad occupanda Dassaretiorum & Illyriorum castella, ipsis arcessentibus praesidia, ut tutiores à finitimorum impetu Macedonum essent, misit.

Cap. XXXVII. Paucis post diebus Q. Marcius, A. Atilius, & P. & Ser. Cornelii Lentuli, & L. Decimius, legati in Graeciam missi, Corcyram peditum mille secum advexerunt: ibi inter se & regiones quas obtinent, & milites diviserunt. Decimius missus est ad Gentium regem Illyriorum, quem, si aliquem respectum amicitiae eum habere cerneret, tentare, aut etiam ad belli societatem pellicere jussus. Lentuli in Cephallenian missi, ut in Peloponnesum trajicerent, oramque maris in occidentem versi anne hiemem circumirent. Marcio & Atilio Epirus, Aetolia, & Thessalia, circumeundae assignantur. Inde Boeotium atque Euboeam aspicere jussi. tum in Peloponnesum trajicere: ibi congressuros se cum Lentulis constituunt. Priusquam digrederentur à Corcyra, literae

literæ à Perseo allatæ sunt. quibus quærebat, quæ caussa Romanis aut in Græciam trajiciendi copias, aut urbes occupandi esset? Cum referri nihil placuit: nuncio lecto, qui literas attulerat dici, prædidi caussa latarum urbium Romanos facere. Lenuli circumeuntes Peloponnesi oppida, quum sine discrimine omnes civitates adhortarentur, ut, quo animo, qua fide adjuvissent Romanos, Philippi primum deinde Antiochi bello, eodem adversus Perseu juvarent: fremitum in conciouibus audiebant. Ac veris indignantibus, eodem fere loco esse (qui omnia à principiis Macedonici belli præstirissent Romanis, & Macedonum Philippi bello hostes fuissent) quo Messenii atque Elii, qui pro Antiocho hoste anima adversus populum Romanum tulissent: ac nuper in Achaicum contributi concilium, velut præmium belli fe victoribus Achais tradi queterentur.

Cap. XXXVIII. Marcius & Atilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum abcenderet, concilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditi sunt: & quadringentos juvenuris eorum in Oreftas, ut præsidio essent liberatis ab se Macedonibus, miserunt. Inde in Ætoliam progressi, & paucos ibi morati dies, dum in præsidiis mortui locum alius sufficeretur, & Lycisco oratore facto, quem Romanorum favore rebus Epiri imperatum erat, transierunt in Thessaliam. Eo legati Acarnanum & Bœotorum exules venerunt. Acarnanes nunciare jussi, *Esse Philippi primum, Antiochi deinde bello decepti politicationibus regis adversus Romanum commodissimi: se corrigendæ occasionem illis oblatam. Si male meriti clementiam populi Romani experti essent, bene merendo liberalitatem experirentur.* Bœotis exprobrarum, societatem eos cum Perseo junxisse. iis, quum culpam in limeniam principem alterius partis conferrent, & quaidam civitates diffinentes in caussam deductas; appatiturum id esse, Marcius respondit: singulis enim civitatibus de seipsis consulendi potestatem facturos. Thessalorum Lariss fuit concilium. Ibi & Thessalis benigna materia gratiis agendi Romanis pro liberalis munere fuit: & legatis, quod & Philippi prius & post Antiochi bello enixe adjuti à gente Thessalorum essent, hac mutua commemoratione meritorum, accensi animi multitudinis ad omnia decernenda, quæ Romani vellent. Secundum hoc concilium legati à Perseo rege venerunt, privati maxime hospitii fiducia, quod ei paternum cum Marcio erat. Ab hujus necessitudinis commemoratione orsi, petierunt legati, in colloquium veniendi regi potestatem facerent. Marcius, *Et se ita à patre Juo accepisse* dixit; *amicitiam hesse titumque cum Philippo fuisse. minime immemores necessitudinis ejus, legationem eam suscepisse. Colloquium, si satis commode valeret, non fuisse dilaturum: nunc ubi primum posset, ad Tenerum fumen, qua transitus ab Omolio Dium esset, præmissis qui nunciarent regi, venturos.*

Cap. XLIX. Et tum quidem ab Dio Perseus in interiora regni recepit se; levi ausa facti abscessa, quod Marcius ipsius caussa suscepisse se legationem dixisset. Post dies paucos ad constituum locum venerunt. Magnus comitatus fuit regius, quum amicorum tum satellitum turba stipante. non minore agmine legati venerunt, & ab Larissa multis frequentibus, & legationibus civitatium, quæ convenerant Larissam & renuntiare domum certa, quæ audissent, velebant. Inerat cura insita mortalibus videndi congredientes nobilem regem, & populi principis terra cum primum legatos. Postquam in conspectu steterunt diu mente amne, pauliper internunciando consilio fuit, utri transgrederentur. aliquid illi regiæ majestati, aliquid hi populi Romani nomini, quum præsertim Perseus perisset colloquium, existimabant deberi. Loco etiam fluvius cunctantes movit, *Minor*, inquit, *ad majorem* & (quod Philippo ipsi cognomen erat) *Filius ad patrem transeat.* Facile persuasum id regi est. Aliud deinde ambigebatur, cum quam multis transiret. Rex, cum omni comitatu transire æquum censebat: legati, vel cum tribus vel nullo habeare. vel si tantum agmen traduceret, obsides daret, nihil grandis fore in colloquio. Hippian & Pantaucum, quos & legatos miserat, principes Amicorum obsides dedit. nec tam in pignus fidei obsides dederati erant, quam ut apparet locis, nequantum ex dignitate pari congredi tropem cum legatis. Saluratio non tamquam hostium, sed hospitalis ac benigna fuit. postrisque sedibus confederunt.

Cap. L. Quum pauliper silentium fuisset: *Ex se clari nos*, inquit Marcius, *arbitror, ut ex responsemus literis tuis quas Coræ scripsisti, in quibus quæris, quid ita legati cum militibus venerimus, & præsidia in singulas urbes dimittamus? Ad hanc interrogationem tuam; & non respondere vereor, ne superbum sit; & vera respondere, ne inimis acerbum audienti tibi videatur. Sed quum aut verbis cassigandus aut armis sit, qui fœdus rumpit; sicut bellum adversus te alii quam mihi mandatum malim, ita ora-*

rionis, acerbitatem adversus hostium, utcumque est, subito: sicut medici, quum salutis caussa tristiora remedia adhibeant. Ex quo regnum adeptus es, unam rem tu quæ facienda fuerit senatus fecisse censet: quod legatos Romani ad renovandum fœdus miseris, quod tamen ipsum tibi fuisse non renovandum judicat potius, quam quum renovatum esset violandum. Amynolum socium atque amicum populi Romani regno expulsi. Artetari interfectores, ut cæde (ne quid ultra dicam) lætatum apparet, recepisti: qui omnium Illyriorum fidissimum Romano nomini regnum occidorant. Per Thessaliam & Malienses agrum cum exercitu contra fœdus Dolopes ifti. Byzantios item contra fœdus missi auxilia. Cum Bœotiis sociis nostris fecretam tibi ipsi societatem, quam non licebat, jurejurando pepigisti. Thebanos legatos, Eporsum, & Callicritum, vementes à nobis, quærere malo quis interfecerit, quam arguere. In Cassiopida insidiis impositum & cædes principum, per quos nisi per tuos factæ videri possunt? Dolopes à te ipso evasti sunt. Eumenes rex ab Roma quum in regnum rediret, prope ut victima Delphis in sacrato loco ante aras mactatus, quem insimulet, pigeat referre. Quæ hospes Brundisinus occulta facinora indices, certum habeo & scripta tibi omnia ab Roma esse, & legatos tuos renuntiasse. Hæc nè dicerentur à me, uno modo vitare potuisti, non quærendo, quam ob caussam exercitus in Macedoniam trajiceretur, aut præsidia in sociorum urbes mitterentur. Quæremi tibi superbius tacuissemus, quam vera respondimus. Equidem pro paterno nostro hospitio fauco orationi tuæ, & opto ut aliquam mihi materiam præbeas agendæ tuæ apud senatum caussæ.

Cap. XLI. Ad ea Rex: Bonam caussam, si apud judices nostros ageretur, apud reos, & accusatores & judices agam. Eorum autem, quæ objecta sunt mihi, partim ea sunt quibus nefcio an gloriari debeam, partim quæ fateri non erubescam, partim quæ verbo objecta, verbo negare fit. Quid enim, si legibus vestris hodie reus sim, aut index Brundisinus, aut Eumenes mihi objicit, ut accusare potius vere quam convicii videantur? Scilicet nec Eumenes, quum tam multis gravis publice ac privatim fit, alium quam me inimicum habuit: neque ego potiorem quemquam ad vitupsterla facinorum, quam Rammium (quem neque unquam ante vidcram, nec eram posse visurus) inventre potui. Et Thebanorum, quos naufragio periisse constat, & Arteta-

qua tamen nihil ultra objicitur, quam interfectores eius in regno esse. Cujus consilio iniquitatem ita non sum recusaturus, si vos quoque accipitis, ut quicumque exules in Italiam aut Romam se contulerunt, his facinorum, propter quæ damnati sunt, auctores eos fuisse fateamini. Si hoc vos recusatis, & omnes alii gentes, eo quoque utar defensore. Ut hercule quidem intersit culpam alterius reo objecta esse: illa, tanquam regi, & quæ de fœdere quod mihi est voltscum, disceptationem habeant. Nam si sit in fœdere ita scriptum, ut ne, si bellum quidem quis inferat, tueri me regnumque meum liceat; mihi tutandum est, quod me armis adversus Amynolum sociumque populi Romani defenderim, fœdus violatum esse. Sin autem hoc & ex fœdere licuit, & jure gentium ita comparatum est, ut arma propulsentur; quid tandem me facere decuit, quum Abrupolis fines mei regni usque ad Amphipolim pervasissent, multa liberûm capita, magnam vim mancipiorum, multa millia pecorum abegissent? Quiescerem & paterer, donec Pellam & in regiam meam armatos pervenisset? At enim bello quidem justo suos persecutus; sed vinci non oportuit eum, neque ea, quæ vitiis accidunt, pati: quorum causam quum ego habuerim, qui jure armis lacessitus, qui potest queri sibi accidisse, qui caussa belli fuit? Non tum eodem modo defensurus, Romani, quod Dolopes armis coërcuerim, quia, etsi non merito eorum, jure tamen meo? quum mei regni, meæ ditionis essent, vestro decreto patri attributi mihi. Nam si caussa reddenda sit non vobis, nec fœderatis, sed iis qui ne in servos quidem sæva atque injusta imperia probant, plus æquo & bono laxisse in eos videri possum, quippe Eupatorem præfectum à me impositum, ita accelerinet, ut mors panarum ejus levissima fuerit.

Cap. XLII. At quum processissem inde ad visendas Larissam, & Antronam, & Pythonem, quo in propinquo multo ante debita vota persolverem; Delphos sacrificandi caussa ascendi. Et hic criminis augendi caussa cum exercitu me fuisse adjiciunt. Scilicet, ut, quod nunc vos facere queror, urbes occuparem, arcibus imponerem præsidia. Vocatæ in concilium Græciæ civitates, per quas iter fect: queratur unusquilibet militis mei injuriam; non recusabo quin si-

mulato sacrificio aliud petisse videar. Attolis & Byzantiis præstita misimus, & cum Bœotis amicitiam fecimus. Hæc qualiacunque sunt, per legatos meos non soluta indicata sed etiam exsolvita sunt sæpe in senatu vestro: ubi aliquos ego disceptatores, non tam æquos quam te, Q. Marci, paternum amicum & hospitem, habebam. Sed nondum Romam accusator Eumenes venerat, qui calumniando omnia detorquendoque suspecta & invisa efficeret, & persuadere vobis conaretur, non posse Græciam in libertate esse, & vestro munere frui, quoad regnum Macedoniæ incolume esset. Circumagetur hic orbis: erit mox qui arguat, nequiquam Antiochum ultra juga Tauri remotum: gravioremque multo Asiæ, quam Antiochus fuerit, Eumenen esse. Hæc cum conquelecere socios vestros posse, quoad regia Pergami sit: eam arcem supra capita finitimarum civitatum imposita. Ego hæc, Q. Marci & A. Atili, quæ aut a vobis objecta, aut purgata à me sunt, talia esse scio, ut utres, ut animi audientium sint: nec tam referre, quid aut qua mente fecerim, quam quomodo id vos factum acceptatis. Conscius mihi sum, nihil me scientem deliquisse: & si quid fecerim imprudentia lapsus, corrigi me ac emendari castigatione hac posse. Nihil certe insanabile, nec quod bello & armis persequendum esse censeatis, committi: qui suffra eiementiæ gravitatisque vestræ fama vulgata per gentes est, si talibus de causis, quæ vix querelæ & expostulatione dignæ sunt, arma capitis, & regibus sociis bella fertis.

Cap. XLIII. Hæc dicenti tum assensis Marcius; auctor fuit mittendi Romam legati, quum experienda omnia ad ultimum, nec prætermittendam spem ullam censuisset. Reliqua consultatio erat, quonam modo rutum iter legatis esset. ad id quum necessaria peritio indiciarum videretur, cupiebque Marcius neque alia colloquio petisse; gravate & in magnam gratiam potentis concessit. nihil enim satis paratum ad bellum in præsentia habebant Romani, non exercitum, non ducem: quum Perseus (ni ipse vana pacis occasaret consilia) omnia præparata atque instructa haberet: & hoc maxime tempore atque alieno hostibus incipere bellum posset. Ab hac colloquio, fide induciarum interposita, legati Romani in Bœotiam comparati sunt. Ibi jam motus cœperat esse, discedentibus à societate communis concilii Bœotorum quibusdam populis; ex quo renuntiarum erat, respondisse legatos, apparitorum, quibus populis propriæ societatem cum rege jungi displiciisset. Primi à Chæronea legati, deinde à Thebis, in ipso itinere occurrerunt; affirmantes non interfuisse se, quo societas ea decreta esset concilio, quels legati nullo in præsentia responso dato, Chalcidem se sequi jussserunt. Thebis magna contentio orta erat ex alio certamine. Commitiis prætoris Bœotorum victa pars injuriam persequens, coacta multitudine decretum fecit Thebis, ne Bœotarchæ urbibus reciperentur. Exules Thespiæ universi concesserunt: inde (recepti enim sine cunctatione erant) Thebas jam mutatis animis revocati decretum faciunt, ut diuodecim, qui privati cœtum & concilium habuissent, exilio mulctarentur. Novus deinde prætor, (Ismenias is erat, vir nobilis ac potens) capitalis pœnæ absentes eos decreto damnat. Chalcidem fugerant: inde ad Romanos Larissam profecti, causam cum Perseo societatis in Ismeniam contulerant. Ex contentione ortum certamen: utriusque tamen partis legati ad Romanos venerunt, & exules accusatore que Ismeniæ, & Ismenias ipse.

Cap. XLIV. Chalcidem ut ventum est, aliarum civitatium principes, id quod maxime gratum erat Romanis, suo quique proprio decreto Persei societatem asspernari, Romanis se adjungebant: Ismenias gentem Bœotorum in fidem Romanorum permitti æquum censebat inde certamine orto, nisi in tribunal legatorum perfugisset. haud multum abfuit, quin ab exulibus fauoribilique eorum interficeretur. Thebæ quoque ipsæ, quod Bœotiæ caput est, in magno tumultu erant; aliis ad regem trahentibus civitatem, aliis ad Romanos: & turba Coronæorum Haliartiorumque convenerat ad defendendum decretum regiæ societatis. fuit sententia principum, accipientium, cladibus Philippi Antiochique quanta esset vis & fortuna imperii Romani, victa eadem multitudo, &, ut tolleretur regia societas, decrevit, & eos, qui auctores pacis fecisse amicitiæ fuerant, ad satisfaciendum legatis Chalcidem misit, fidelique legatorum commendatori civitatem jussit. Thebanos Marcius & Atilius læti audierunt, auctoresque & hi separatim singulis fuerunt ad renovandam amicitiam mittendi Romam legatos. Ante omnia exules restitui jusserunt: & auctores regiæ societatis decreto damnarunt. Ita, quod maxime volebant, discusso Bœotico concilio, Peloponnesum proficiscuntur. Ser. Cornelio Chalcidem arcessito, Argis præbitum est ils concilium: ubi nihil aliud à gente Achæorum petierunt, quam ut mille milites darent. id præsidium ad Chalcidem tuendam, dum Romanus exercitus in Græciam trajiceretur, missum est. Marcius & Atilius, peractis, quæ agenda in Græcia

cia erant, principio hiemis Romam redierunt.

Cap. XLV. Inde legatio sub idem tempus in Asiam circum insulas missa tres erant legati. Ti. Claudius, P. Postumius, M. Junius. Ii circumeuntes, horrabantur socios ad suscipiendum adversus Persea pro Romanis bellum. & quo quisque opulentior civitas erat, eo accuratius agebant: quia minores dicuturae majorum auctoritatem erant. Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur quia non favere tantum, sed adjuvare etiam viribus suis bellum poterant; quadraginta navibus auctore Hegesilo comparatis. qui quum in summo magistratu esset (Prytanin ipsi vocant) multis rationibus persvicerat Rhodios, ut omissa, quam saepe vanam experti essent, regum fovendorum spe, Romanam societatem (unam tum in terris vel viribus, vel fide stabilem) retinerent. *Bellum imminere cum Perseo: adjuraturos Romanos eundem navalium apparatum, quem super Antiochi, quem Philippi ante bello vindicaverit. ut piraticus tum repente parandi classe, quam mittenda esset; nisi rupere naves, nisi insistere navalibus sociis cupiverit. Id eo magis cuivis faciendum esse, ut certum deletus ab hominum fide nomen persolverent.* His literis quadraginta navium classem intractam renavium, legatis Romanis advenientibus, ut non exspectatam adhortationem esse appareret, ostendunt. Et haec legatio magnum ad concilian dos animos civitatum Asiae momentum fuit. Decimius unus sine ullo effectu (ceparum etiam pecuniarum ab regibus Illyriorum suspicione infamis) Romam rediit.

Cap. XLVI. Perseus, quum à colloquio Romanorum in Macedoniam recepisset sese, legatos Romam de inchoatis cum Marcio conditionibus pacis mittit: & Byzantium & Rhodum literas legatis ferendas dedit. In literis eadem sententia ad omnes erat: collocutum se cum Romanorum legatis, quae audidet quaque dixisset, ita disposita, ut superior fuisse in disceptatione videri posset. Apud Rhodios legati addiderunt, *Considere pacem futuram, auctoribus enim Marcio atque Attilio missos Romam legatos. Si pergerent Romani contra foedus movere bellum; tum omni gratia, omni ope, orientium fore Rhodii, ut reconcilient pacem. Si nihil deprecando proficiant: id agendum ne omnium rerum jus ac pot stas ad unum populum perveniat. Cujus ceterorum id intereste, tum praecipue Rhodiorum, qui plus inter alias civitates dignitate atque opibus excellant: quae serva atque obnoxia foro, si nullius alio sit quam ad Romanos respectus.* Magis & literae & verba legatorum benigne sunt audita, quam mementum ad mutandos animos habuerint: potentior esse partis melioris auctoritas coeperat. Responsum ex decreto est, *Operare pacem Rhodios. si bellum esset, ne quid ab Rhodiis sperare aut petere rex, quod veterem amicitiam nautis magni que meritis pace & bonque partiae, disjungeret foedere Romano.* Ab Rhodiis deuntes, Boeoti e quoque civitates, & Thebae, & Coroneam, & Haliartum, adierunt: quibus exspectum inviris existimabatur, ut relicta regia societate Romanis adjungerentur. Thebani nihil moti sunt, quamquam nonnihil, & damnatis principibus & relictus exsilibus, fuit consilium Romanis. Coronei & Haliartii, favore quodam insito in reges, legatos in Macedonium miserunt: praesidium petentes, quo se adversus imporentem superbiam Thebanorum tuerti possint. Cui legationi responsum ab rege est, *praesidium se propter fidelia cum Romanis facta prestare non posse: tanum suadere ita a Thebanorum injuriis qua possent ut se vindicarent, ne Romanis praebrent causam insefuendi.*

Cap. XLVII. Marcius & Atilius Romam quum venissent, legationem in Capitolio ita renuntiarunt, *Ut nulla re magis gloriarentur, quam deceptos per inducias & pacem pacis rege. Adeo enim apparatibus belli sustisse instructum, ipsis nulla parata re, ut omnia opportuna loca praeoccupari ante ab eo potuerint, quam exercitus in Graecam trajiceretur. Spatio autem inducianarum fuisse, quum illum nihilo parcitiorem; Romanos omnibus insirmiores rebus ea putinos bellum. Barotorum quoque se concilium arte distraxisse ne conjungi amplius ullo consensu Macedonibus posset.* Haec, ut summa ratione acta, magna pars senatus approbabat: veteres, & morum antiquorum memores, negabant se in ea legatione Romana agnoscere artes. *Non per insidias & nocturna praelia, nec simulatam fugam improvisoque ad incautum hostem reditus, nec ut ante magis quam vera virtute gloriarentur, bella majores gessisse. Indicere prius quam gerere solitos bella, denunciare etiam, interdum locum finire in quo dimicaturi essent. Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum, vitae ejus insidiantem: eadem Falisci vinctum traditum proditorem liberorum regis. Haec Romana esse, non per simulationem Punicarum, neque calliditatis Graecae: apud quos fallere hostem quam vincere gloriosius fuerit. Interdum in praesens tempus plus profici dolo, quam virtute: sed ejus demum animum in perpetuum vinci, cui confessio expressa sit, se neque ante, neque casu, sed cognitis omnium viribus jus*

ſto ac pio bello eſſe ſuperatum. Hæc ſenioribus, quibus nova hæc minus placebat ſapientia, vicit tamen ea pars ſenatus, cui potior utilis quam honeſti cura erat, ut comparabatur prior legatio Marcii: & eodem rurſus in Græciam cum quinqueremibus remitteretur, jubereturque cætera, uti è republica maxime viſum eſſet, agere. A. quoque Atilium miſerunt ad occupandam Lariſſam in Theſſalia: hominem, ni ſi indicium dies eſſet, Perſeus præditio in manibus habiturus erat Theſſalicæ in poteſtate haberet. Duo millia peditum Atilius ab Cn. Sicinio accipere ad eam rem agendam juſſus. & P. Lentulo, qui ex Achaia redierat, treceni milites Italici generis dati, ut Thebis daret operam, ut in poteſtate Bœotia eſſet.

Cap. XLVIII. His præparatis, quamquam ad bellum conſilia erant deſtinata, ſenatum tamen præbere legatis placuit. Eadem fere, quæ in colloquio ab rege dicta erant, relata ab leg tis. Inſidiarum Eumeni factarum crimen, & maxima cura, & minime tamen probabiliter (manifeſta enim res erat) defenſum. Cætera deprecatio erat: ſed non eis animis audiebantur, qui aut deceri aut fieſti poſſent. Denunciatum, exemplo mœnibus urbis Romæ, Italia intra trigeſimum diem excederent. P. Licinio deinde conſuli, cui Macedonia provincia obvenerat, denunciatum, ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum. C. Lucretius prætor, cui claſſis provincia erat, cum quadraginta quinqueremibus ab urbe profectus: nam ex refectis navibus alias in alium uſum retineri ad urbem placuit. Pręmiſſis prætore eſt frater Lucretius cum quinquereme una: juſſuſque ab ſociis ex fœdere accepta navibus ad Cephallenian claſſi occurrere. ab Rheginis triremi una, ab Locris duabus, ab Uritibus quattuor, præter eram Italiæ ſuperveſti. Calabriæ extremum promontorium in ſinu Tarentino Dyrrhachinum trajicit. Ibi decem ipſorum Dyrrhachinorum, duodecim Iſſæorum, quinquaginta quattuor Gentii regis lembos nactus; ſimulans ſe eodere eos, in uſum Romanorum comparatos eſſe; omnibus abductis: die tertio Corcyram: inde protinus in Cephallenian trajicit. C Lucretius prætor ab Neapoli profectus, ſuperato fœro die quinto in Cephallenian tranſmiſit. Ibi ſtetit claſſis: ſimul opperiens, ut terreſtres copiæ trajicerentur, ſimul ut onerariæ ex agmine ſuo per altum diſſipatæ conſequerentur.

Cap. XLIX. Per hos forte dies P. Licinius conſul, votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus eſt. Semper quidem cæres, cum magna dignitate ac majeſtate geritur: præcipue tamen convertit oculos animoſque, quum ad magnum nobilemque, aut virture aut fortuna, hoſtem, euntem conſulem, profequantur. Contrahit enim non officii modo cura, ſed etiam fiducium ſpectaculi, ut videant ducem ſuum; cujus imperio conſilio que ſummam rempublicam tuendam permiſerunt. Subit inde cogitatio animum, qui belli caſus, quam incertus fortunæ eventus; communiſque Martis belli fit. *Aſpectat, ſæpeda, quæque ipſe ſcirit & timeritat: dubia clades ſæpe accideriat; quæ contra bona prudentia & virtus attuleriat. Quem ſcire mortalium, utrius mentis, utrius fortunæ conſulem ad bellum mittant: triumphantemne mox cum exercitu victore ſcandentem Capitolium, ad cujus Deos à quibus ſacrificiſcatur, vitus: an hoſtibus eam præbiturі lætitiam ſint.* Perſi autem regi, adverſus quem ibatur, famam, & bello clara Macedonum gens, & Philippus pater, inter multa proſpere geſta, Romano etiam nobiliratus bello, præbebat: tum ipſius Perſei nunomiam, ex quo regnum acceperat, defirum belli expectatione celebrari nomen. cum his cogitationibus omnium ordinum homines proficiſcentem conſulem proſecuti ſunt. Duo conſulares tribuni militum cum eo miſi C. Claudius, Q. Mucius: & tres illuſtres juvenes, P. Lentulus, & duo Manlii Acidini. alter M. Manlii, alter L. Manlii filius erat. Cum iis conſul Brundiſium ad exercitum, atque inde cum omnibus copiis tranſvectus, ad Nymphæum in Apolloniati agro poſuit caſtra.

Cap. L. Paucos ante dies Perſeus, poſtquam legati ab Roma regreſſi præcederant poem pacis, conſilium habuit. Ibi aliquamdiu diverſis ſententiis certatum eſt. Erant quibus vel ſtipendium pendendum. ſi injungeretur, vel agri parte cedendum; ſi multaretur; quidquid deniique ad pacis cauſſi patiendum eſſet, non recuſandum videretur: nec committendum, ut in aleam tanti caſus ſe regnumque daret. Si poſſeſſio haud ambigua regni maneret, multa diem rempuſique aſſerre poſſe, quibus non amiſſi modo recuperare, ſed timendi ultro his eſſe, quos nunc timeret, poſſet. Cæterum multo major pars ferociori ſententiæ erat: *& iequid ceſſiſſet, cum eo ſimul regno protinus cedendum eſſe* affirmabant. *Neque enim Romanos pecunia aut agro egere: ſed hoc ſolos quum omnia humana, tum maxime avaque ea regna & imperia ſub caſtrum multis eſſe. Carthaginienſium opes ſic jacere ſolas, & cervicibus eorum propotentem finitimum regem impoſuiſſe: Antiochum progenitumque ejus ultra juga Tauri remotum. Unum eſſe Macedoniæ regnum,*

genum, & regione propinquam, & quod fuisti populus Romanus fortunæ labefactionis animo rejicius fuis videatur posse facere. Dum integræ res &, apud animum suum Persea debere; utrum singula concedendo, pudatus ab extremum optius extorrisque regno, Samothraciam aliamve quam insulam petere ab Romanis, ut privatus superfes regno fuo, in contempta atque inopi conjunctæ, malit: an armatus vindex fortunæ dignitatisque fuæ tot ad vitæ forti dignum sit, pactatur quodcunque casus belli tulerit: aut victor liberet orbem terrarum ab imperio Romano. Non esse admirabilius Romanos Græcia pelli quam Annibalem Italia pulsum esse: neque hercule vincere, qui conveniat, si ari affectanti per injuriam regnum, summa vi restitisse; alienigenis bene parto ea cedere. Postremo ita bello & pace quæri, ut inter omnes conveniat, nec turpius quicquam esse, quam sine certamine cessise regno: nec præclarius quicquam, quam pro dignitate ac majestate omnem fortunam expertum esse.

Cap. L I. Pelle in vetere regia Macedonum hoc consilium erat. Geramus ergo, inquit, Dii bene juvantibus, quando ita placetur, bellum: literisque circa præfectos dimittis, Cirium (Macedoniæ oppidum est) copias omnes contrahit. Ipse centum hoftiis facrificio regaliter Minervæ, quam vocant Alcidem, confecto, cum purpuratorum & satellitum manu profectus Cirium est. eo jam omnes Macedonum externorumque auxiliorum convenerant copiæ. Castra ante urbem ponit, omnesque armatos in campo struxit. Summa omnium quadraginta millia armata fuere: quorum pars ferme dimidia phalangitæ erant. Hipplas Bercœus præerat. Delecta deinde & viribus & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agenara: hanc indi legionem vocabant. Præfectos habebant Leonatum & Pantaucum Eulyeithas. Cetrorum cetratorum trium ferme millium hominum dux erat Antiphilus Edessæus. Pæones, & ex Parorea & Parstrymonia (sunt autem ea loca subjecta Thraciæ) & Agrianes, admisti etiam Thracibus incolis, trium millium ferme & ipsi expleverunt numerum. Armaverat contraverantque eos Didas Paon, qui adolescentem Demetrium occiderat. Et armatorum duo millia Gallorum erant, præfecto Asclepiodoto. Ab Heraclea ex Sintiis tria millia Thracum liberorum simum ducem habebant. Cretensium par pœne numerus tuos duces (sequebatur, Suium Phalasiarneum & Syllum Gnosium. Et Leonides Lacedæmonius quingentis ex Græcia, misto generi hominum, præerat. Regii is generis ferebatur: exul damnatus frequenti concilio Achæorum. Literis ad Persea deorsum. Ab eodem & Boeotorum, qui non explebant plus quam quingentorum omnes numerum, Lyco Achæus præfectus erat. Ex his mistis tot populorum, tot gentium auxiliis, duodecim millia armatorum ferme efficiebantur. Equitum ex tota Macedonis contraxerat regia mitra. Venerat eodem Pantys Scutha filius, tot gentis Odrysarum, cum mille delectis equitibus pari ferme peditum numero. Summa totius exercitus triginta novem millia peditum erant, quatuor equitum. Satis constabat, secundum eum exercitum, quem magnus Alexander in Asiam trajecit, nunquam ullius Macedonum regis copias tantas fuisse.

Cap. L II. Sextus & vicesimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat: per id omne tempus quieta Macedonia, & progenitem ediderat, culpis magna pars maturæ militiæ esset, Scleubis bellis Romanum accolarum, quæ exercerent magis quam fatigarent, sub assidua tamen militia fuerat: & diu mediatum Philippo primo, deinde & Perti Romanum bellum, omnia ut instructa paratæque essent, effecerat. Meta parumper acies, non justo decursu tamen, ne fessitæ tantum in armis viderentur. armatosque, sicut erant, ad concionem vocavit. Ipse constitit in tribunali, circa se habens filios duos: quorum major Philippus, natura frater, adoptione filius: minor, quem Alexandrum vocabant, naturalis erat. Cohortatus est milites ad bellum. Injustum populi Romani in patrem seque commemoravit: Illum omnibus inaequitatibus, compulsum ad rebellandum, inter apparatum belli fato oppressum: ad se simul legatos, simul milites ad occupandas Graeciae urbes missos. Fallaci deinde colloquio per speciem reconciliandæ pacis extractum hiemem, ut tempus ad comparandum haberent. Consulem nunc venire cum duabus legionibus Ieonanis quæ & trecenos equites habeant, & pari ferme numero leviorum peditum equitumque. Eo ut accedant regum auxilia Romanis & Masinissæ, non plus septem millia peditum, duo equitum futura. Auditis hostium copiis, rei iverent suum ipsi exercitum, quantum numero, quantum genere militum præstarent utrorumbo rapiim ad id bellum conscripti: ipsi a quovis condicti artivus militiæ, tot labores assuetudine durati bellis. Auxilia Romanis Lydos, & Phrygas, & Nomi as esse: sibi Thracas, Gallosque, fortissimas gentium. Arma illos habere, ea, quæ sibi quisque paraverit pax et miles: Macedonas prompta ex regio appa-

apparatu, per tot annos patris sui cura & industria facta. Commeatum illic quoque parari, tum omnia ea sub castellis maritimis fore: se & pecuniam & frumentum, præter reditus metallorum, in decem annos sepositurum. Omnia, quæ Deorum indulgentia, quæ regia cura præparanda fuerant, plena cumulataque habere Macedonas. animum habendum esse, quem habuerint majores eorum: qui Europa omni domita, trans fretum in Asiam, incognitum famæ aperuerint omnis orbem terrarum: nec ante victore defierint, quam Rubro mari incluserint, quos vincerent, defuerit. At, hercule, nunc non de ultimis Indiæ oris, sed de ipso Macedoniæ possessione certamen. Verumenim hostes esse cum rege regnoque, si absistere bello & facere imperata velint.

Cap. LIII. Quum per omnem orationem satis frequenti assensu fuclamatum esset; tum vero ea vociferatio, simul indignantium minitantiumque, partim jubentium bonum animum habere regem, exorta est, ut finem dicendi faceret. tantum justus ad iter parari, (jam enim dici, movere castra ab Nymphæo Romanos) concione dimissa, ad audiendas legationes civitatum Macedoniæ se contulit. venerant autem ad peccatos, pro factis atrocibus quæque fuis, & frumentum pollicendum, ad bellum. Omnibus gratiæ actæ, remissum omnibus; satis regios apparatus ad ea dictum sufficere: vehicula tantum imperata, ut tormenta, relorumque missilium ingentem vim præparatam, bellicumque aliud instrumentum veherent. Profectus inde, toto exercitu Eordeam petens, ad Begorritem quem vocant lacum, pontis castris, postero die in Elimeam ad Haliacmona fluvium processit. Deinde saltu anguito superatis montibus, quos Cambunios vocant, descendit ad (Tripolim vocant) Azorum, Pythium, & Dolichem incolentes. Hæc tria oppida pauliper cunctata, quia obsides Lariffæis dederant; victa tamen præsenti metu, in deditionem conceſſerunt. Benigne his appellatis, haud dubius Perrabos quoque idem facturos, urbem, nihil cunctatis qui incolebant, primo adventu recipit. Cyretias oppugnare conatus, primo etiam die acri concursu ad portas armatorum est repulsus: postero die omnibus copiis adortus, in deditionem omnes ante noctem accepit.

Cap. LIV. Mylæ proximum oppidum, ita munitum, ut inexsuperabilis minimenti ipes incolas tenoctes faceret; non portas claudere legi fatis habuerunt, fed probris quoque in ipsum Macedonasque procacibus jaculati sunt. quæ res, quum ineffectiorem hostem ad oppugnandum feciſſet, ipsos desperatione veniæ ad tuendos sese acrius accendit. Itaque per triduum ingentibus utrimque animis & oppugnatore sunt, & defensæ. Multitudo Macedonum ad subeundum invicem prælium haud difficulter succedebat: oppidanos diem, noctem, ædem tuentes mœnia, non vulnera modo, sed etiam vigilia & continens labor conficiebat. quarto die quum & ſcalæ undique ad muros erigerentur, & porta vi majore oppugnaretur, oppidani depulsi muris ad portam tuendam concurrunt, eruptionemque repentinam in hostes faciunt. quæ quum iræ magis inconsultæ, quam vere fiduciæ virium esset, pauci & ſelli ab integris pulsi tergadedentur. Fugientesque per urbem tenem portam hostes accepérunt. Ita capta urbs ac direpta est. libera quoque corpora, quæ civibus superfuerunt, venundata. Diruto magna ex parte & incenſo oppido, profectus ad Phalannam caſtra movit: inde postera die Gyrtonem pervenit. Quo quum T. Minucium Rufum, & Hippiam, Theſſalorum prætores, cum præſidio intraſſe accepiſſet; ne tentata quidem oppugnatione prætergreſſus, Elatiam & Gonnum, perculſis inopinato adventu oppidanis, recepit. Utraque oppida in faucibus sunt, quæ Tempe adeunt; magis Gonnus. itaque & firmiore id præsidio tutum equitum peditumque, ad hoc, fossa triplici ac vallo munitum, reliquit. Ipse ad Sycurium progreſſus, operiri ibi hostium adventum statuit: simul & frumentari paſſim exercitum jubet in subjecto hostium agro. namque Sycurium est sub radicibus Ossæ montis, qua in meridiem vergit, subjectos habet Theſſaliæ campos: ab tergo Macedoniam atque Magneſiam. ad has opportunitates accedit summa salubritas & copia pluribus circumjectis fontibus perennium aquarum.

Cap. LV. Conſul Romanus per eosdem dies Theſſaliam cum exercitu petens, iter expeditum primo per Epirum habuit: deinde, postquam in Athamaniam est transgreſſus, aſperi ac prope invii soli, cum ingenti difficultate parvis itineribus agre Gomphos pervenit. cui si vexatis hominibus equisque tironem exercitum ducenti acie inſtructa & loco suo & tempore obstitisset rex, ne Romani quidem abnuunt, magna sua cum clade fuisse pugnaturos. Poſtquam Gomphos sine cortamine ventum est, præter studium periculoſi saltus superatis

ti, contemptus quoque hostium, adeo ignorantium opportunitates suas, accessit. Sacrificio rite perfecto consul, & frumento dato militibus, paucos ad requiem jumentorum hominumque modios dies, quum audiret vagari Macedonas effusis per Thessaliam, vastari jus sociorum agros; satis jam refectum militem ad Larisam ducit. Inde quum tria millia ferme abesset a Tripoli (Scotussa vocant) super Peneum amnem posuit castra. Per idem tempus Eumenes ad Chalcidem navibus accesit cum Attalo atque Athenagora Praetribus; Philetaero fratre relicto Pergami ad tuendam regni, inde cum Attalo & quatuor millibus peditum, mille equitum ad confluentem venit. Chalcide relicti duo millia peditum, quibus Athenaeus praepositus. Et alia eodem auxilia Romanis ex omnibus undique Graeciae populis convenerunt, quorum pleraque (adeo parva erant) in oblivionem adducta. Apolloniatae trecentos equites, centum pedites miserunt. Aetolorum alae unius instar, quantum in tota genere equitum erat, venerant; & Thessalorum omnis equitatus (separatus erat non plus quam trecenti erant) equitum castris Romanis. Achaei juventutis flos, Cretico maxime armatu, ad mille dederunt.

Cap. LVI. Sub idem tempus & C. Lucretius praetor, qui navibus praerat ad Cephallenian, M. Lucretio fratre cum classe super Maleam Chalcidem jusso petere, ipse triremem conscendit; finum Corinthium petens ad praeoccupandas in Boeotia res: tardior ei navigatio propter infirmitatem corporis fuit. M. Lucretius Chalcidem adveniens, quum a P. Lentulo Haliartum oppugnari audisset, nuncium, praetoris verbis, qui abscederet eum inde juberet, misit. Boeotorum juventutem, quae ad eum Romanis stabat, eam rem aegrenuis legatus, a moenibus abscessit. Haec soluta obsidio locum alteri novae obsidioni dedit. namque extemplo M. Lucretius cum exercitu navali decem millibus armatorum, ad hae duobus millibus regiorum, qui sub Athenaeo erant, Haliartum circumsedit: paranteibusque jam oppugnare, supervenit a Creusa praetor. Ad idem fere tempus & ab Isclis naves Chalcidem convenerunt: duae Punicae quinqueremes, duae ab Heraclea ex Ponto triremes, quatuor Chalcedone, totidem Samo, tum quinque Rhodiae quadriremes. Praetor, quia nusquam erat maritimum bellum, remisit Isclis. & Q. Marcius Chalcidem navibus venit, Halone capta, Larissa quae Cremaste dicitur, oppugnata. Quum hic status in Boeotia esset, Perseus quum ad Sycurium (sic ante dictum est) stativa haberet, frumento undique circa ex agris convecto, ad vastandum agrum Pheraeorum mittit: ratus ad juvandas foedorum urbes longius ab castris abstractos deprehendi Romanos posse. Quos quum eo tumultu nihil motos animadvertisset, praedam quidem, praeterquam hominum, (pecora autem maxime omnis generis fuere) divisit ad equandum militibus.

Cap. LVII. Sub idem deinde tempus consilium & consul & rex habuerunt, unde bellum ordirentur. Regis ciebant animi vastatione concessa illis ab hoste Thessali agri. Itaque, eundum inde ad castra, nec dandum ultra spatium cunctandi, censebat. Et Romani centebant, cunctationem suam infamem apud socios esse; maximopere indigne ferentes non laram Thessalis opem. Consultantibus quid agerent (aderant autem Eumenes & Attalus in consilio) repedidus nuncius affert, hostium magno agmine adesse. Consilio dimisso, signum extemplo datur, ut arma capiant. Interim placet ex regiis auxiliis centum equites & pares numerum jaculatorum peditum emitti. Perseus hora ferme diei quarta, quum paulo plus mille passibus abesset a castris Romanis, constituere signa peditum justit. praegressus ipse cum equitibus ac levi armatura, & Coryscum eo ducesque aliorum auxiliorum praecesserunt. Minus quingentos passus ab castris aberant, quum in conspectu fiere hostium equites: duae alae erant magna ex parte Gallorum (Cassignatus praerat) & levis armaturae centum fere & quinquaginta, Mysi aut Cretenses. Constitit rex; incertus quantum esset hostium. Duas inde ex agmine turmas Thracum, duas Macedonum, cum binis Cretensium cohortibus & Thracum, misit. Praetium, quum parva numero essent, neque ab hac aut illa parte nova auxilia subvenirent, incerta victoria finitum est. Eumenis ferme triginta interfecti: inter quos Cassignatus dux Gallorum cecidit. & tunc quidem Perseus ad Sycurium copias reduxit: postero die circa eandem horam in eandem locum rex copias admovit; pluribus eum aqua sequentibus, nam duo decim millium passuum via omnis sine aqua & pluribus pulveris erat: affectoque iter, si primo in conspectu dimicasset, pugnaturos fuisse apparebat. Quum Romani quiescent, stationibus etiam intra vallum redditis, regis quoque in castra redeunt. Hoc per aliquot dies fecerunt; spectantes fore ut Romani equites abeuntium novissimum agmen aggrederentur. inde certamine orto, quum longius a castris eos elicuissent, facile ubi biessent, se, qui equitatu & levi armatura plus pollent, conversuros aciem.

Cap.

Cap. LVIII. Postquam inceptum non succedebat, castra propius hostem movit rex, & à quinque millibus passuum communiit. Inde luce prima in eodem quo solebat loco peditum acie instructa, equitatum omnem levemque armaturam ad castra hostium ducit. Varius & plurium & pejor fuit eventus, trepidantiemque in castris Romanis fecit. & primo vix creditum nunciantibus est; quia prioribus continuis diebus, nunquam ante horam quartam hostis apparuerat. tum sole alto ortus erat. Deinde ut plurium clamore & cursu à portis dubitantio exempta est; tumultus ingens oboritur: tribuni praefectique, & centuriones, in praetorium: miles ad fua quisque tentoria diffcurrit. Minus quingentos passus a vallo infurgebat Perseus suos, circa tumulum, quem Callicinum vocant. Laevo cornu Cotys, & quae praeterea omnibus fuae gentis: equitum ordines levis armaturae interpolita distinguebat. In dextro cornu Macedones erant equites: intermixti turmis eorum Cretenses. Huic armaturae Milo Bercaeus, equitibus & summae partis eius Menas Antigonenfis praerant. Proxini cornibus conflituerant regii equites, &, mixtum genus, delecta plurium gentium auxilia: Parrocles Antigonenfis hic, & Pacenas praefectus Illyrios. erant praepositi. Medius omnium rex erat, circa eum agema quod vocant, equitumque fortissimi. Ante fe ferunt funditores, jaculatoresque: quod ingens numerus magnamque numerum expleverat. Item Thessalonicenfium & Timanora Dolopum iis praefecit. Ile regii conflituerant. Conful intra vallum peditum acie instructa, & ipse equitatum emnem cum levi armatura emittit. pro vallo instructi stint. Nerio imperatorius Q. Licinius Crassus consulis frater cum omni Italico equitatu, velitibus intermixtis: finistro M. Valerius Laevinus. Iociorum ex Graecis popalis equites habebat, ejusdem generis levem armaturam. Medium autem aciem cum delectis equitibus cernebat variis tenebat Q. Minucius. ducenti equites Galli ante signa horum instructi & ducentiliis Eumenis Cyrriorum gentis trecenti. Thessali quadringenti equites parvo intervallo super laevum cornu locati. Eumenes rex Attalusque cum omni manu sua ab tergo inter postremam aciem ac vallum steterunt.

Cap. LIX. In hunc modum maxime instructae acies, par ferme utrimque numerus equitum ac levis armaturae concurrunt: a funditoribus jaculatoribusque, qui praecesserunt praelio orto. Primi omnium Thraces, haud segnis quondam illustris retentae fera, concitari cum ingenti clamore in dextrum cornu Italicos equites incurrerunt: ut usu belli & ingenio impavida gens turbaretur. gladiis hastas petere peditet, nunc succidere crura equis, nunc illa fuscedere. Perseus in medium invectus aciem, Graecos primo imperu averit: quibus quum gravius ab tergo instaret hostis, Thessalum equitatus, quia laevo cornu brevi loco dedicto junctus in subsidiis fuerat, extra concursum primo spectator certaminis, deinde inclinata re, maximo usui fuit. Cedentes enim fensim integris ordinibus, postquam se i umenis auxiliis adjunxerunt; & cum eo tutum inter ordines fuos receptum fociis fuga diffipati dabant, & quum minus conferti hostes instarent, progredi etiam aufi multos fugientium obvios excepernnt. Nec regii sparsi jam ivis paffim sequendo, cum ordinatis & certo incedentibus gradu, manus conferre audebant. Quum vicissim equestri praelio ex parvo momento fit adjuvisset debellatum esset; opportune adhortanti fugerenit phalanx, quam sua sponte, ne audaci coepto deesset, Hippias & Leonarus rursum adduxerant; postquam projecta pugnaffe equitem accepernnt. Fluctuante rege inter ipsum metumque tantae rei cunctante, Cretenses Evander, quo ministro Delphis ad insidias Eumenis regis usus erat, postquam agmen impeditum venientium sub tugnis vidit, ad regem accurrit, & vemere inflitit, *Ne latus sollicitae fortunam rerum tentare in non necessariam alea mdaret. Si conventus bene te gesta quiescet re ste, vel pacis honesta conditionem habiturum, vel plurimos belli socios, qui fortunam sequerentur. si bellare malet.* In hoc consilium pronior erat animus regis. Itaque colludato Evandro, signa referri, peditumque agmen redire in castra jubet: equitibus recepti cauere.

Cap. LX. Cecidere eo die ab Romanis ducenti equites, duo millia haud minus peditum: capti ferme ducenti equites. ex regibus autem viginti equites, quadraginta pedites interfecti. Postquam rediere in castra victores, omnes quidem laeti, ante alios Thracum insolens laetitia eminebat: cum cantu enim superbiva capita hostium portantes redierunt. Apud Romanos non meestitia rantum ex male gesta re, sed pavor etiam erat, ne exemplo castra hostis aggrederetur. Eumenes finitere, ut trans Peneum transferret castra: ut eo munimento animum haberet, dum perculli militis animos colligerent. Consul moveri flagitio timoris fatendi: victus tamen ratione, silentio noctis transductis copiis, castra in ulteriore ripa communit. Rex postero die ad lacessendos praelio hostes progressus, postquam trans

amnem

animem in tuto posita castra animadvertit; fatebatur quidem peccatum, quod pridie non instituisset victis; sed aliquanto majorem culpam esse, quod nocte foret cessatum. nam ut neminem alium fuorum moveret, levi armatura immissa, trepidantium in transitu fluminis hostium deleri magna ex parte copias potuisse. Romanis quidem præsens pavor demptus erat; in tuto castra habentibus: damnum inter cætera præcipue famæ movebat. & in consilio apud consulem pro se quisque in Ætolos conferebant causam; ab iis fugæ terroribus principium ortum. secutos pavorem Ætolorum & cæteros locios Græcorum populorum. Quinque principes Ætolorum primi terga vertentes conspecti dicebantur.

Cap. LXI. Thoantis pro concione laudati, ducesque eorum etiam virtutis causa donati. Ad regem spolia cæsorum hostium referebantur. donea ex his aliis arma insignia, aliis equos, quibusdam captivos dono dabat: scuta erant supra mille quingenta; loricæ thoracesque mille amplius summam explebant; galearum glandiumque & mitrilium omnis generis major aliquanto numerus. Hæc per se ampla, pleraque multiplicata verbis regis, quæ ad concionem vocato exercitu habuit. *Præjudicatum eventum belli habentis. Meliorem partem hostium, equitatum Romanum, quo invicibus cesse gloriabantur, fudisse. Equites enim vitis principes juventutis, equites seminarium senatus: inde lectos in Patrum numerum consules, inde imperatores creant. horum spolia paulo ante divisimus inter vos. Nec minorem de legionibus peditum victoriam habetis, quæ nostrum fuga vobis subtracta, manu sigerorum trepidatione passim metantium flumen compleverunt. Sed Scipius nobis sequentibus victos Penæum superare erit, quam illis trepidantibus fuit, transgressuque extemplo castra oppugnabimus, que hodie aspiscemus, ni fugissent. Aut si acie decernere volent, eundem pugnæ pedestris eventum expectate, qui equestrium in certamine fuerit.* Et qui vicerant alacres, spolia cæsorum hostium humeris gerentes ante ora sua, audivere; ex eo quod acciderat ipsem futuri præcipientes: & pedites aliena gloria accensi, præcipue qui Macedonum phalangis erant, sibi quoque & navandæ regi operæ & similem gloriam ex hoste parlendi, occasionem optabant. Concione dimissa, postero die profectus inde ad Mopsium posuit castra. tumulus hic inter Tempe & Larissam medius est.

Cap. LXII. Romani non abscedentes ab ripa Penei transmiserunt in locum ruteorem castra. Eo Milagetes Numida venit cum mille equitibus; pari peditum numero; ad hoc Elephantis duobus & viginti. Per eos dies consilium habenti regi de summa, quam jam conficiebat fenecia ab re bene gesta, anti sunt quidam amicorum consilium dare, ut fecunda fortuna in conditione honestæ pacis uteretur, potius quam ipse vana eventus in casum irrevocabilem se daret. *Modum imponere secundis rebus, nec nimis credere ferocitati præsentis fortunæ, prudentis hominis & severi felicis esse. Attineret ad consilium, qui fœdus in eadem leges renovarent, quibus Philippus pater ejus pacem à T. Quintio victore accepisset. Neque finiri bellum magnificentius, quam à tam memorabili pugna: neque spem firmiorem pacis perpetuæ dari, quam que perveniet ad animo præito Romanos moliores factura sit ad pacisecendum. Quod si Romani tum quoque insita pertinacia æqua aspernarentur, Deos hominesque, & moderationis Perse, & illorum pervicacis superbiæ futuros testes.* Numquam ab talibus consiliis abhorrebat regis animus. itaque plurium deterrimis comprobata est sententia. Legati ad consulem missi, adhibito frequenti consilio auditi sunt. *Pacem petere, regem, quantum Philippus pactus esset, daturum Perse à Romanis pollicentes. urbibus, agris locisque, quibus Philippus cessisset, cessurum primum* hac legati. Summotis his quum consulterent; Romana constantia vicit in consilio. Ita tum mos erat, in adversis vultum fecundæ fortunæ gerere; moderari animos in fecundis. Responderi placuit, *Ita pacem dari, si de summa rerum liberum senatui permittat rex, de se deque universa Macedonia fastidiendi jus.* Hanc quum renunciassent legati, miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum esse: & plerique vetare amplius mentionem pacis facere. ultro mox quæsituros quod oblatum fastidiant. Perseus hanc ipsam superbiam, quippe ex fiducia virium esse, timere: & summam pecuniæ augens, si pretio pacem emere posset, non destitit antium consulis tentare. Postquam nihil ex eo, quod primo responderat, mutabat; desperata pace ad Sycurium, unde profectus erat, redit; belli casum de integro tentaturus.

Cap. LXIII. Fama equestris pugnæ vulgata per Græciam, nudavit voluntates hominum. nam enim fortunam qui partis Macedonum erant, sed plerique, ingentibus Romanorum obligati beneficiis, quidam vim superbiamque experti, læti eam famam accepere: non ob aliam causam quam pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur, deteriori atque infirmiori favendo. Eodem tempore in Bœotia summa vi Hallartum Lucretius prætor oppugnarat:

gnarit: & quamquam nec habebant externa auxilia obiecti, praeter Coronenses paisanos, qui prima obtidione mennia intraverant, neque sperabant; tamen ipsi animis magis quam viribus resistebant. nam & eruptiones in opera crebro faciebant: & arietem admotum, liberamento plumbi gravatum, ad terram urgebant: &, si qua destinarent qui agebant ictum, pro diruto muro novum tumultuario opere, raptim ex ipsa strage corgestis saxis, extruebant. Quum operibus oppugnatio lentior esset, scalas per manipulos dividi praetor iussit, ut corona undique moenia aggrederetur: eo magis fallebatur ad id multitudinem ratus, quod, qua parte palus urbem cingit, haec intrinsecus oppugnari, nec poterat. Ipse ab ea parte, qua duae turres, quod ipse inter eas muri prorutum fuerat, duo millia militum delectorum admovit; ut eodem tempore, quo ipse tranfcendere ruinas conaretur, concurfu adversus se oppidanorum facto, scalis vacua defensoribus moenia capi alia parte possent. Haud segniter oppidani vim ejus arcere parant. nam super stratum ruinis locum, falcibus aridis sarmentorum injectis, stantes cum ardentibus facibus accensuros ea se saepe minabantur, ut incendio intersepti ab hoste, (partum ad obsidendum interiorem murum habebant. Quod inceptum eorum fors impedivit: nam tantus repente effusus est imber, ut nec accendi facile parerentur, & extinguere accenta. Itaque & transitus per distracta fumantia virgulta patuit; & in unius loci praesidium omnibus versis, moenia absque pluribus simul partibus scalis capiuntur. In primo tumultu captae urbis seniores impubesque, quos casus obvios obtulit, passim caesi: armati in arcem confugerunt. & postero die, quum spei nihil superesset, deditione facta, sub corona venerunt. Fuerunt autem eius millia ferme & quingenti: ornamenta urbis, statuae, tabulae pictae, & quicquid pretiosae praedae fuit, ad naves delatum: urbs diruta a fundamentis. Inde Thebas ductus exercitus: quibus sine certamine receptis, urbem tradidit exulibus, & qui Romanorum partis erant: adversae factionis hominum, fautorumque regis ac Macedonum, familias sub corona vendidit. his gestis in Boeotia, ad mare ac naves redit.

Cap. LXIV. Quum haec in Boeotia gererentur, Perseus ad Sycurium stativa dierum aliquot habuit. Ubi quum animadvisset, raptim Romanos circa ex agris demessum frumentum convehere, deinde ante sua quemque tentoria spicas falcibus defecantem, quo purius frumentum fereret, ingentes acervos per tota castra stramentorum feciffe: ratus incendio opportuna esse, faces, tædamque. Sic malleolos stuppae illitos plce passari jubet: atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggressus fallere, Nequicquam, primae stationes oppressae, tumultu ac terrore suo caeteros excivevunt: signumque datum est arma extemplo capiendi: simulque in vallo, ad portas, miles instructus erat, & intentus propugnationi castrorum. Persius & extemplo circumeglt acies, & prima impedimenta tre. Neque inde peditum signa ferri iussit. Ipse cum equitatu & levi armatura subsistit ad agmen cogendum; ratus, id quod accidit, insecturos ad extrema ab tergo carpenda hostes. Breve certamen levis armaturae maxime cum procurfatoribus fuit. equites peditesque fine tumultu in castra redierunt. Demessis circa segetibus, Romani ad Crannonium intactum agrum castra movent. Ibi quum securi, & propter castrorum longinquitatem, & vicinopis aquarum difficultatem, quae inter Sycurium & Crannona est, stativa haberent, repente prima luce in imminentibus tumulis equitatus regius cum levi armatura visus ingentem tumultum fecit. Pridie per meridiem profecti ab Sycurio erant: peditum agmen sub lucem reliquerant in proxima planicie. Stetit pauliper in tumulis, elici posse ratus ad equestre certamen Romanos: qui postquam nihil movebant, equitem mittit, qui pedites referre ad Sycurium signa juberet; ipse mox insecturus. Romani equites modico intervallo sequentes, sicubi sparsos & dissipatos invadere possent; postquam confertos abire, signa atque ordines servantes, viderunt, & ipsi in castra redeunt.

Cap. LXV. Inde offensus longinquitate itineris rex, ad Mopselum castra movit, & Romani demessis Crannonis segetibus, in Phalannaeum agrum transeunt. Ibi quum ex transfuga cognosset rex, sine ullo armato praesidio passim vagantes per agros Romanos metere; cum mille equitibus, duobus millibus Thracum & Cretensium profectus, quum quantum accelerare poterat effuso agmine isset, improviso aggressus est Romanos, junctaque vehicula, pleraque onusta, mille admodum capiuntur: fecerunt ferme hominum. Praedam custodiendam ducendamque in castra trecentis Cretensibus dedit ipse revocato ab effusa caede equite. & reliquis peditum, duci ad proximum praesidium; ratus haud magno certamine opprimi posse. L. Pompejus tribunus militum praerat, qui peculibus milites repentino hostium adventu in propinquum tumulum receptis; loci fe praesidio, quia numero & viribus impar erat, defensurus. Ibi quum in orbem milites coegisset, ut de-

dentalis scutis ab iactu sagittarum & iaculorum sese tuerentur. Perfeus circumdato armatis tumulo, alios ascensum undique tentare iubet, & cominus pralium conserere, alios eminus tela ingerere. Anceps Romanos terror circumsabat: nam neque conferti pugnare, propter eos qui ascendere in tumulum conabantur, poterant; & ubi ordines prouariandeo folui cepere, patebant iaculis sagittisque. Maxime ceftros hendonis vulnerabantur. hoc illo bello nouum genus teli inventum est. Bipenne spiculum hastili femicubitali infixum erat, crassitudine digiti: huic ad libramen pinnæ tres, velut sagittis solent, circumdabantur. funda media, duo funalia imperia habebant. cum major sinu librarum funditor habena rotaret, excussum velut glans emicabat. Quum, & hoc & alio omni genere telorum, pars vulnerata militum esset, nec facile jam arma sefli sustinerent, instare rex ut dederent fe, fidem dare, præmia imponem pollicieri nec cujusquam ad deditionem flectebatur animus; quum ex injecto jam obstinatis mori spes affulsit. Nam quum ex frumentatoribus refugientes quidam in castra, nunciassent consuli circumsideri præsidium, motus periculo tot civium (nam octingenti fermè & omnes Romani erant) cum equitatu & levi armatura (acceserant nova auxilia Numidæ pedites equitesque & elephanti) castris egreditur: & tribunis militum imperat, ut legionum signa sequantur. Ipse velitibus ad firmanda levium armorum auxilia subjectis ad tumulum procedit. consulis lætea tegunt, Eumenes, Attalus, & Misagenes, regulus Numidarum.

Cap. LXVI. Quum in conspectu prima signa suorum circumsessis fuerunt, Romanis quidem ab ultima desperatione recreatus est animus: Perseus, cui primum omnium fuerat, ut contentus fortuito successu, captis aliquot frumentatorum cohortibus, non tereret tempus in obsidione præsidii; secundum, ea quoque tentata utcumque, quum sciret nihil roboris secum esse, dum liceret intacto, abire; & ipse hostium adventum clausus successu mansit, & qui phalangem accerferent, properemisit. qua & tertius quum res redtulabat & raptim acta, turbari cursu adversus instructos & præparatos erant adv nturi. Consul ante veniens, extemplo prælium conseruit. Primo resistere Macedones: deinde, ut nulla re pares erant, amissis trecenis peditibus, vigintiquatuor primoribus equitum ex ala quam Sacram vocant, inter quos Antimachus etiam præfectus alæ cecidit, abire conantur. Cæterum iter prope ipso prælio tumultuosius fuit: Phalanx abs trepido nuncio accita quum raptim duceretur, primo in angustiis captivorum agmini obiata vehi utique frumento omnibus: iis cunctantibus ipsi vexatio partis utriusque fuit; nullo exspectante utcumque explicaretur agmen; sed armaris detrudentibus per præceps impedimenta (neque enim aliter via aperiri poterat) jumentis, quum stimulaterentur, in turbam lævientibus. Vix ab incendito igne captivorum expedierant sese, quum regio agmini perculsique equitibus occurrunt. Ibi vero clamor jubentium referre signa, ruinæ quæ prope similem trepidationem fecit: ut, si hostes introne agmini fuissent, longius infecuti essent, magna clades accipi potuerit. Consul recepto ex tumulo præsidio, contentus modico successu, in castra copias reduxit. Sunt, qui eo die magno prælio pugnatum auctores sint. octo millia hostium cæsa; in his Sopatrum & Antipatrum regios duces. Vivos captos circiter duo millia octingentos; signa militaria capta viginti septem. Nec incruentum victoribus fuit. Supra quatuor millia & trecentos de exercitu consulis cecidisse: signa finitrræalæ quinque amilla.

Cap. LXVII. Hic dies & Romanis refecit animos, & Perseo peculiare: ut dies pancos ad Mopselium mitaretur, sepulturæ maxime militum amissorum cura. præsidio satis valido ad Gonnum relicto, in Macedoniam recideret copias. Timorhem quendam ex regiis præfectis cum modica manu relinquit ad Philam; jubsim Magnetas & propinquos tenere. Quum Pellam venisset exercitu in hiberna dimisso, ipse cum Cotye Thessalonicam est profectus. Eo fama afferebat, Attalum regulum Thracum, & Corragium Lunenis præfectum, in Coryis fines impetum fecisse: & regionem Maronea (quam vocant) cepisse. Itaque dimittendum Cotyn ad sua tuenda ratus, magnis pecuniis efficiendum operis proficiscitur. ducenta talenta, semestre stipendium, equitatui numerat, quum primo annuum dare constituisset. Consul, postquam profectum Perseu audivit, ad Gonnum castra mover, si potiri oppido posset. Ante ipsa Tempe in faucibus situm, Macedoniæ claustra, nutissima parebet, & in Thessaliam opportunum Macedonibus decursum. Quum & loco & præsidio valido inexpugnabilis res esset, abstitit incepto. In Perræbiam flexis itineribus, Malloæ primo impetu captæ ac direptæ. Tripoli, aliaque Perræbia recepta, Larissam rediit. Inde Eumene atque Attalo domum remissis, Misagenem Numidasque in hiberna in proximis Thessaliæ urbibus distribuit. & partem exercitus ita per totam Thessaliam divisit, ut & hiberna commoda omnes habe-

haberent, & præsidio urbibus essent. Q. Mucium legatum cum duobus millibus ad obtinendam Ambraciam misit. Græcarum civitatum socios omnes præter Achæos dimisit. cum exercitus parte profectus in Achajam Phthiorim; Pretium desertum fuga opidanorum diruit à fundamentis. Anxrona voluntate colentium recepit. Ad Lariſsam deinde exercitum admovit. urbs deserta erat, in arcem omnis multitudo confecerat: eam oppugnare aggreditur. Primi omnium Macedones, regium præsidium, meru excesserant. à quibus relicti oppidani, in deditionem exemplo veniunt. Dubitari inde, utrum Demetrias prius aggredienda foret, an in Bœotiâ adipiscendæ res. Thebani, vexantibus eos Coronais, in Bœotiam accerebant. Ad horum preces, quia hibernis aptior regio quam Magnesia erat, in Bœotiam duxit.

EPITOME

LIBRI XLIII.

Patres nonnulli, eo quod avare & crudeliter provincias administrassent, damnati sunt. P. Licinius Crassus proconsul compulsus in Gracia urbes expugnavit, & crudeliter diripuit. obsid captivi, qui ab eo sub corona venierant, ex senatusconsulto passa restituti sunt. Item à præfectis classium Romanorum multa impotenter in socios facta. Res præterea à Perseo rege in Thracia prospere gestas continet: victas Dardanos, & Illyricos, cujus rex erat Gentius. Motus, qui in Hispania ab Otonico factus erat, ipso interempto consedit. Æ. Æmilius Lepidus à censoribus princeps in senatu lectus.

CAPUT I.

EAdem æstate, qua in Thessalia equestri pugna vicere Romani, legatus, in Illyricum à consule missus, opulenta duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem; omniaque ilis fua conceſſit, ut opinione clementia eos, qui Carnuntum munitam urbem incolebant, alliceret. postquam nec, ut dederent se, compellere, neque capere obsidendo poterat; ne duabus oppugnationibus nequicquam fatigarus miles esset, quas prius intactas urbes reliquerat, diripuit. Alter consul C. Cassius, nec in alia, quam fortitus erat, memorabile quicquam gessit: & per Illyricum ducere legiones in Macedoniam vano incepto est conatus. Ingressum hoc iter consulem, senatus ex Aquileiensium legatis cognovit: qui querentes coloniam suam novam & infirmam, nec dum satis munitam, inter infestas nationes Istrorum & Illyriorum esse, quum peterent ut senatus curæ haberet, quomodo ea colonia munirerur; interrogati, vellentne eam rem C. Cassio consuli mandari: respondenrunt, Cassium Aquileiam indicto exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam esse. Ea res primo incredibilis vifa. & pro se quisque credere, Carnis foritan aut Istris bellum illatum. Tum Aquileienses, nihil le ultra sciscire, nec audere affirmare, quum trigiata dierum frumentum militi datum, & duces, qui ex Italia itinera in Macedoniam nossent, conquisitos, abductosque. Enimvero senatus indignari tantum consulem autum, ut suam provinciam reliqueret, in aliena m transiret: exercitum novo periculoso itinere exteras gentes duceret, viam tot nationibus in Italiam aperiret. Decernunt frequentes, ut C. Sulpicius prætor tres ex senatu nominet legatos, qui eo die proficiscerentur Barbe: & quantum accelerare possent, Cassium consulem ubicumque sit perfequantur. nuncient, ne bellum cum ulla gente moveat, nisi cum qua senatus gerendum censuerat. Legati il profecti, M. Cornelius Cethegus, M. Fulvius, P. Marcius Rex. Merus de consule atque exercitu diffulit eo tempore munienda Aquileiæ curam.

Cap. II. Hispaniæ deinde utriusque legati aliquot populorum in senatum introduxti. Ii de magnitudine Romanorum avaritia superbiaque conquesti, nixi genibus ab senatu petierunt, ne se socios fortius spoliari vexarique, quam hostes, patiantur. Quum & alia indigna quererentur, manifestum autem esset pecunias captas; L. Canulcio prætori, qui Hispaniam sortitus erat, negotium datum est, ut in singules, à quibus Hispani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine senatorio daret, patronosque quos vellent iismendi potestatem faceret. Vocatis

in curiam legati recitatum est senatusconsultum, justique nominare patronos: quatuor nominaverunt, M. Porcium Catonem, P. Cornelium Cn. F. Scipionem, L. Æmilium L. F. Paullum, C. Sulpicium Galum. Cum M. Titinio primum, qui prætor A. Manlio, M. Junio consulibus in citeriore Hispania fuerat, recuperatores judicarunt. Bis amplatus, tertio absolutus est reus. Diffenso inter duarum provinciarum legatos est orta: citerioris Hispaniæ populi M. Catonem & Scipionem; ulterioris L. Paullum & Gallum Sulpicium patronos sumpserunt. Ad recuperatores adducti à citeriore populis P. Furius Philus: ab ulteriore M. Marienus. Ille Sp. Postumio, Q. Mucio consulibus tricennio ante, hic biennio prius, L. Postumio, M. Popillio, consulibus, prætor fuerat. Gravissimis criminibus accusati ambo amplianque, quam decenda de integro causa esset, excusati exilii causa folum vertisse. Furius Præneste, Marienus Tibur exulatum abierunt. Fama erat, prohiberi à patronis nobiles ac potentes compellare: auxilique eam suspicionem Canuleius prætor, quod omissa ea re delectum habere instituit. dein repente in provinciam abiit, ne plures ab Hispanis vexarentur. Ita præteritis silentio obliteratis, in futurum consultum ab senatu Hispanis, quod impetrarunt, ne frumenti æstimationem magistratus Romanus haberet: neve cogeret vicatimas vendere Hispanos, quanti ipse vellet: & ne præfectiin oppida sua ad pecunias cogendas imponerentur.

Cap. III. Et alia novi generis hominum ex Hispania legatio venit. ex millitibus Romanis, & ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos se memorantes, supra quatuor millia hominum, orabant, ut sibi oppidum, in quo habitarent, daretur. Senatus decrevit, uti nomina tua apud L. Canuleium profiterentur: eorumque si quos manumisisset, eos Carteiam ad Oceanum deduci placere. Qui Carteiensium domi manere vellent, poreftatem fore, uti numero colonorum essent, agro assignato. Latinam eam coloniam fuisse, libertinorumque appellari. Eodem tempore ex Africa & Gulussa Masinissæ regis filius, legatus patris, & Carthaginienses venerunt. Gulussa prior in senatum introductus, & quæ missa erant ad bellum Macedonicum à patre suo expolit: &, si qua præterea vellent imperare, præstaturum merito populi Romani esse pollicitus: & monuit Patres Conscriptos, ut à fraude Carthaginiensium caverent. classis eos magnæ parandæ consilium cepisse; specie pro Romanis, & adversus Macedonas: ubi ea parata instructaque esset, ipsorum fore potestatis quem hostem aut locium habeant.

* * *

Cap. IV. tantum favorem ingressi caltra ostentantes capita fecerunt, ut, si admotus extemplo exercitus foret, capi caltra potuerint. Tum quoque fuga ingens fuisse est. & erant qui legatos mittendos, ad pacem precibus petendam, censerent: civitatesque complures eo nuncio audito, in deditionem venerunt. quibus purgantibus tese, culpamque in duorum amentiam conferentibus, qui se ultro ad poenam ipli obtulissent, quum veniam dedisset prætor; profectus extemplo ad alias civitates, omnibus imperata facientibus, quieto exercitu pacatum agrum, qui paulo ante ingenti tumultu arserat, peragravit. Hæc lenitas prætoris, qua tine languine ferocissimam gentem domuerat, ea prætor plebi patribusque fuit, quo crudelius avaritiaque in Græcia bellatum, & ab consule Licinio & ab Lucretio prætore, erat. Lucretium tribuni plebis absentem concionibus assiduis lacerabant; quum reipublicæ causa absesse excusaretur: sed tum adeo vicina eriam inexplorata erant, ut is eo tempore in agro suo Antiati esset, aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinæ duceret. Id opus centum triginta millibus æris locasse dicitur. fabulis quoque pictis ex præda tanum Æsculapii exornavit. Invidiam infamiamque ab Lucretio averterunt in Hortensium successorem ejus Abderitæ legati, flentes ante aures patrum, quemadmodum *Oppidum tantum ab Hortensio expugnatum ac direptum esse. Cassum excidii fuisse urbi, quod quum centum millia denarium, & tritici quinquaginta millia modium imperarent, partum pepigerunt: quo de causa & ad Hostilium consulem, & Romam mitterent legatos. His demum ad consilium reparandæ, & auxilii oppidum expugnatum, principes secuti percussos, sub corona catenisque venisse.* Indigna senatui visa: decreveruntque eadem de Abderitis, quæ de Coronæis decreverant priore anno: eademque pro concione edicere Q. Manium prætorem jusserunt. Et legati duo, C. Sempronius Blæsus, Sext. Julius Cæsar, ad restituendos in libertatem Abderitas misi. Illidem mandatum, ut ab Hostilio consuli & Hortensio prætori nunciarent, Senatum, Abderitis injustum bellum illatum, conjuriique omnes qui in servitute sint, & restitui in libertatem, æquum censere.

Cap. V. Eodem tempore de C. Cassio, qui consul priore anno fuerat, tum tribunus militum in Macedonia cum A. Hostilio erat, querelæ ad senatum delatæ sunt: & legati regis Gal-

Gallorum Cincibili venerunt. Frater ejus verba in senatu facit, questus, Alpinorum populorum agros sociorum fiorum depopulatum C. Cassium esse: sic inde multa millia hominum in servitutem abripuisse. Sub id tempus Carnorum litrorumque Sc Iapidum legati venerunt: *Duces sibi ab consule Caio primum imperatos, qui in Macedoniam accessit exercitum iter monstrarent: pacatum ab se tamquam ad aliud bellum gerendum abisse: inde ex medio regressum itinere, hostiliter peragrasse fines suos: passim rapinasque & incendia facta: nec se ad id locorum scire, propter quam causam consulis pro hostibus steterint.* Et regulo Gallorum abitenti & his populis respondum est, *Senatum ea, quæ facta queruntur, neque fuisse futura, neque, si sint facta, probare. Sed iniqua causa damnari absentem consulem virum, injuriam esse, quum is reipublicæ causa abisset. Ubi eos Macedonia recessisse? Si tumultu coram cum arguere vellent, cognita re senatum daturum operam uti satisfiat.* Nec responderi tantum iis gentibus, sed legatos mitti, duos ad regulum trans Alpes, tres circa eos populos placuit, qui indicarent quæ Patrum sententia esset. Munera mitti legatis ex binis millibus aris constituerunt. duobus fratribus regulis hæc præcipua, torques duo ex quinque pondo auri facti, & vasa argentea quinque ex viginti pondo, & duo equi phalerati cum agasonibus & equestria arma ac tegula: & comitibus eorum veltimenta liberis servisque. Hæc missa: illa petentibus data, ut denorum equorum iis commercium esset, edocendique ex Italia potestas fieret. legati cum Gallis misi Trans Alpes, C. Lælius, M. Æmilius Lepidus. ad cæteros populos C. Sicinius, P. Cornelius Blasio, T. Memmius.

Cap. VI. Multarum simul Græciæ Asiæque civitatum legati Romam convenerunt. Primi Athenienses introducti: *ii se quod navium habuerint militumque T. Licinio consuli & C. Lucretio prætori missis exposuerunt, quibus eos non esse insumenti sibi centum millia imperasse: quod quamquam sterilem terram arent, ipsosque etiam agrestes pecoribus fructu alerent, tamen, ne deesset officio, confecisse: & alia, quæ imperarentur, præstare paratos esse.* Militi nihil præstitisse memorantes, si quid imperare ad bellum senatus vellet, præstare se paratos esse, polliciti sunt. Alabandenses templum Urbis Romæ fecisse commemoraverunt, ludosque anniversarios ei Divæ instituisse: & coronam auream quinquaginta pondo, quam in Capitolio ponerent, donum Jovi optimo maximo attulisse, & scuta equestria trecenta, ea cui jussissent, tradituros. Donum ut in Capitolio ponere, & sacrificare liceret, petebant. Hoc Lampsaceni octoginta pondo coronam afferentes petebant, commemorantes, *Discessisse se a Perseo, postquam Romanus exercitus in Macedoniam venisset, quum sub aditum Persei & ante Philippi fuissent. Prodo, & quod imperatoribus Romanis omnia præstitissent, id se tamen orare, ut in amicitiam populi Romani reciperentur: & si pax cum Perseo fieret, excipierentur, ne in regiam potestatem reciperentur.* Cæteris legatis comiter responsum, Lampsacenos in fociorum formulam referre Q. Manius prætor jussit. munera omnibus in singulos binum millium æris data. Alabandenses scuta reportare ad A. Hostilium consulem in Macedoniam jussi. Et ex Africa legati simul Carthaginienses, tritici decies centum millia & hordei quingenta, indicantes se ad mare devecta habere, ut, quo senatus censuisset, deportarent. *Id munus officiumque fuisse in animo esse, quam pro meritis populi Romani & voluntate sua: sed sæpe alias bonis in rebus intristique populi legatorum fidelium que fociam moneribus functos esse.* Item Masinissæ legati, tritici eandem summam policiti, & mille & ducentos equites, duodecim elephantos. & si quid aliud opus esset, ut imperaret senatus: æque propenso animo ac quæ ipse ultro pollicitus sit, præstaturum esse. Gratiæ & Carthaginiensibus & regi actæ; rogatique, ut ea quæ pollicerentur, ad Hostilium consulem in Macedoniam deportarent. Legatis in singulos binum millium æris munera missa.

Cap. VII. Cretenses legatis, commemorantibus, se, quantum in ii imperatum a P. Licinio consule esset sagittariorum, in Macedoniam misisse; quum interrogari non initiarentur, *Apud Persea majorem numerum sagittariorum quam apud Romanos militare;* responsum est: *Si Cretenses bene ac graviter destinarent potiorem populi Romani quam regis Persei amicitiam habere; senatum quoque Romanum iis tanquam certis fociis responsum daturum esse. Interea nunciarent suis, placere senatui, dare operam Cretenses, ut eos milites interpræsidia regis Perseihaberent, ea primo quoque tempore domum revocarent.* Cretensibus cum hoc responso dimissis, Chalcidenses vocati; quorum legatio ipso introitu, ob id quod Micion princeps eorum pedibus captus lectica est introlatus, ultimæ necessitatis exemplo vitæ res: in qua ira affecto excusatio valetudinis, aut ne ipsi quidem petenda vita foret, aut data petenti non esset. Quum sibi nihil vivi reliquum præterquam lingua ad deplorandas patriæ suæ calamitates præfatus esset; exposuit,

civitati; primum suæ benefacta, & merita, & ea quæ Persei bello præstitissent, atque inde exercitibus que Romanis: tum quæ primo C. Lucretius in populares suos præter Romanos superbe, avare, crudeliter fecisset: deinde quæ tam maxime L. Hortensius fecisset. Quemadmodum omnia sibi, etiam iis quæ patiantur tristitia, pretiosa esse audeant, potius quam je deant Persei. Quod ad Lucretium Hortensiumque attinerent; scire, tutius fuisse clandere portas, quam in urbem eos accipere. Quæ exclusserint eos, Amathium, Amphipolim, Maronæam, Aenum, incolumes esse: apud se templa omnibus ornamentis compilata, spoliatasque sacrilegiis C. Lucretium navibus Antium devexisse, liberta corpori in servitutem abreptas: fortunas sociorum populi Romani direptas esse, & quotidie diripi. Nam ex institut) C. Lucretii, Hortensium quoque in tectis vicine pariter atque ædificiis navales socios habere, & domos suas plenas turba nautica esse. versari inter se, coniuges liberosque suos, quibus nihil usquæ dicere pensi neque sacri.

Cap. VIII. Accersere in senatum Lucretium placuit, ut disceptaret coram purgareque se ie. Ca terum multo plura præsens audivit, quam in absentem jacta erant: & graviores postentioresque accessere accusatores duo Tribuni plebis, M. Juvencius Thalna, & Cn. Auidius. Ii non in senatu modo eum lacerarunt, sed in concionem etiam pertracto, multis objectis probris, diem dixerunt. Senatus justu Chalcidenibus Q. Mennius prætor respondit. Quæ bene merito sese, & ante, & in co bello, quod geratur, de populo Romano dicant, ea & se ipsorum vos non ignorare, & pro inde ea deberi grata esse. Quæ facta à C. Lucretio, fierique ab L. Hortensio prætorius Romanis quæ rantur; ea neque facta, neque fieri voluntate senatus, quem non posse existimare? qui scias bellum Persi & ante Philippo parari ejus intuisse populum Romanum pro libertate Græciæ: non ut ea à magistratibus sociis atque amicis patereniur. Literas se ad L. Hortensium prætorem daturos esse: quæ Chalcidenses querantur facta, ea senatui non placere: si quis in servitutem liberi veniissent ut eos conquirendos primo quoque tempore restituendosque in libertatem curaret: socieroni navalium neminem præter magistros in hospitia deduci æquum fore. Hæc Hortentio justu senatus scripta. Munera binum millium æris legatis missa, & vehicula Missioni publice locata, quæ cum Brundisium commode perveherent. C. Lucretium, ubi dies quæ dicta erat venit, tribuni ad populum accusarunt, multaque decies centum millium æris dixerunt. Comitiis habitis, omnes quinque & triginta tribus eum condemnarunt.

Cap. IX. In Liguribus eo anno nihil memorabile gestum. nam nec hostes moverunt arma, neque consul in agrum eorum legiones induxit: & satis explorata pace ejus anni, milites duarum legionum Romanarum, intra dies sexaginta, quam in provinciam venit, dimisit. sociorum nominis Latini exercitu nature in hiberna Lunam & Pisas deducto, ipse cum equitibus Gallicæ provinciæ ripa quæ cypida adiit. Ibidquam alibi quam in Macedonia bellum erat: sinpeétum tamen & Gentium Illyriorum regem habebant. itaque & octo naves ornatas à Brundisio senatus consuit mittendas ad C. Furium legatum Issam, qui cum præsidio duarum Issenium navium Issulæ præerat, duo millia militum in eas naves iussit imponi, quæ Q. Mennius prætor, ex senatus consulto in ea parte Italiæ, quæ objecta Illyrico est, conscripsit: & consul Hostilius Ap. Claudium in Illyricum cum quatuor millibus peditum misit, ut accolas Illyrici tutarentur. qui non contentus his, quas adduxerat, copiis, auxilia ab Issensibus corrogando, ad octo millia hominum vario genere armavit: peragrataque omni ea regione, ad Lychnidum Dassaretiorum consedit.

Cap. X. Haud procul inde Uscana oppidum finium pleumque Periet erat: decem millia civium habebat, modicum, custodiæ caussa, Cretensium præsidium. Inde nunciiad Claudium occulti venlebant. *Si propius copias admovisset, paratos fore qui prodirent urbem. Et operæ pretium esse, non ex auctoritate tantum, sed & utilitate prædæ expetentium.* Spes cupiditati admota ita excæcavit animum, ut nec ex iis qui venerant quemquam retinerer, nec obsides, pignus futures fidei & fraudeagendæ: ei, porceret, nec mitteret ex loco turum, nec fidem accideret: die tantum statuta profectibus à Lychnido, duodecim millia ab urbe, ad quam tendebat, potuit castra. Quarta inde vigilia signa movit; mille ferme ad præsidium castrorum relictis: incomposito longo agmine etiam, infrequentes, quum nocturnus error dissiparet, ad urbem perveneruni. Crevit negligentia, postquam neminem armatum in muris videbant. Cæterum ubi primum sub jactu teli fuerunt, duabus simul portis erumpitur. & ad clamorem erumpentium ingens itrepitus è muris ortus, ululantium mulierum cum creptu undique areis: & incondita multitudo, turba immixta servili, variis vocibus personabat. Hic tam multiplex undique objectus terror effecit, ne sustinere primam procellam eruptionis Romani possent. itaque

itaque fugientes plures quam pugnantes interempti sunt : vix duo millia hominum cum ipso legato in castra perfugerunt. Quo longius iter in castra erat, eo plures telius confectandi hostibus copia fuit. Ne moratus quidem in castris Appius, ut suos dissipatos fuga colligeret (quæ res palaris per agros fluxi fuisset) ad Lychnidum protinus reliquias cladis re fuxit.

Cap. XI. Hæc & alia haud profiere in Macedonia gesta, ex Sex. Digitio Tribuno militum, qui faciendi causa Romam venerat, sunt audita. Propter quæ veriti Patres, ne quæ major ignominia acciperetur, legatos in Macedoniam, M. Fulvium Flaccum & M. Caninium Rebilum mittunt, qui comperta quæ agerentur referrent: & ut A. Æmilius consul comitia consulibus subrogandis ita ediceret, uti mense Januario comitia haberi possent, & ut primo quoque tempore in urbem rediret. Interim M. Recio prætori mandatum, ut ei dicto senatores omnes ex tota Italia (nisi qui reipublicæ causa abessent) Romam revocaret. Qui Romæ essent, ne quis ultra mille passuum ab Roma abesset. Ea, uti senatus censuit, sunt facta. Comitia consularia ante diem quintum Calendas Septembres fuere. Creati consules sunt, Q. Marcius Philippus iterum, & Cn. Servilius Cæpio. poli diem tertium prætores sunt facti, C. Decimius, M. Claudius Marcellus. C. Sulpicius Gallus, C. Marcius Figulus, Ser. Cornelius Lentulus, P. Fonteius Capito. Designatis prætoribus, præter duas urbanas, quatuor provinciæ sunt decretæ; Hispania, & Sicilia, & Sicilia, & classis. Legati ex Macedonia, exacto admodum mense Februario, redierunt. *Iti, quas res ea ætate prosphere gessisset rex Perseus, referebant; quantusque timor socios penuit Romani cepisset; aut urbibus in potestatem regis redactis. Exercitus consulis sub equentem consulibus nuntiatis per ambitionem esse : cuique ejus rei consulem in tribunos militum, contra illos in consulem conferre. Ignominiam, Claudii temeritate acceptam, elevare eos Patres acceptrant, qui pop ulos Italici generis, magna ex parte, tumultu Gallico conscripsos ibi militites amissos referebant.* Consules designati, ubi primum magistratum inissent, de Macedonia referre ad senatum jussi : destinatæque provinciæ iis sunt, Italia & Macedonia. Hoc anno intercalarium celebratio die post Terminalia Calendæ intercalare fuere. Sacerdotes intra eum annum mortui, L. Flaminius augur, pontifices duo decessirunt, L. Furius Philus, & C. Livius Salinator. in locum Furii T. Manlium Torquatum, in Livii M. Servilium pontifices legerunt.

Cap. XII. Principio insequentis anni quum consules novi Q. Marcius & Cn. Servilius de provinciis retulissent, primo quoque tempore aut comparare eos inter se Italiam & Macedoniam, aut sortiri placuit. Priusquam id fors cerneret, in incertum, ne quid gratiæ momenti faceret, in utramque provinciam quod res desideraret rip. plementi decernit. In Macedoniam sedilium Romanorum sex millia, sectorum nominis Latini sex millia, equites Romanos ducentos quinquaginta, socios trecentos. Veteres milites dimitti, ita ut in singulas Romanas legiones, ne plus sena millia peditum, trecenti equites essent. Alteri consuli nullas certus finitus numerus civium Romanorum, quem in supplementum legeret. Id modo statum, ut duas legiones scribaret : quæ quina millia peditum & ducenos haberent, equites trecenos. Peditum Latinorum major quam collegæ decretus numerus : peditum decem millia & trecenti equites. quatuor præterea legiones scribi justæ, quæ, si quo opus esset, educerentur. Tribunos his non permittum, ut consules facerent; populus creavit. Sociis nominis Latini sexdecim millia peditum, & mille equites imperari. Hunc exercitum parari tantum placuit, ut exiret in quo res poscerer. Macedonia maxime curam præbebat. In Hispaniam mille scili navales cives Romani, liberini ordinis ex Italia scribi jussi; totidem ut ex Sicilia scriberentur : & cui ea provincia evenisset, mandatum, ut eos in Macedoniam, ubicunque classis esset, deportandos curaret. In Hispaniam tria millia peditum Romanorum in supplementum, trecenti equites decreti. Præterea ibi quatuor legiones militum numerus, peditum quina millia, trecenti & triginta equites. Et sociis imperare prætor, cui Hispania obvenisset, jussus quæ nunc millia peditum, & trecentos equites.

Cap. XIII. Non sum nescius, ab eadem negligentia, qua nihil Dees portendere vulgo nunc credunt, neque nunciari admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referri, cæterum & mihi vetustas res scribenti, nescio quo pacto antiquus fit animus : & quædam religio tenet, quæ illi prudentissimi viri publice fusiplenda duxerint, ea pro dignis habeamque ut in meos annales referam. Anaginia duo prodigia eo anno sunt nunciata : facem in cœlo conspectam, & bovem fæminam locutam publice ali. Minturnis quo nunc per eos dies cœli ardentis species assulserat. Reate imbri lapidati. Cumis in ære Apollo tridumo sic tres noctes lucrimavit. In urbe Romana duo aditui nunciarunt, alter, in æde Fortunæ augueu jubatum complutibus vi-

tum esse: alter, in ade Primigeniæ Fortunæ, quæ in colle est, duo diversa prodigia: palmam in area enatam, & sanguine interdiu pluisse. Duo non sufficere prodigia sunt, alterum quod in privato loco factum esset, palmam enatam impluvio suo T. Marcius Figulus nunciabat, alterum, quod in loco peregrino. Freqvilis in domo L. Atrei hasta, quam filio militi emerat, interdiu plus duas horas arsisse, ita ut nihil ejus amburetur ignis, discesserit. Publicorum prodigiorum caussa libri à decemviris aditi, quadraginta majoribus hostiis, quibus Dii conciles fac ificarent. & additerunt, uti supplicatio fieret, cunctique magistratus circa omnia pulvinaria victimis majoribus sacrificarent, populusque coronatus esset. Omnia, uti decemviri præscripsere, facta.

Cap. XIV. Comitiis deinde creandis: consules fuere: Q. Fabius Maximus Servilianus, C. Valerius Lævinus, L. Postumius Albinus, P. Mucius Scævola. C. Junius Brutus, C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus. Hos duos censores creavit populus Romanus. Quum delectus habendi major quam alias propter Macedonicum bellum cura esset, consules plebem apud forum non acciebant, quod & juniores non responderent. Adversus quos C. Sulpicius & M. Claudius tribuni plebis cautiam egerunt. *Non consulibus, sed ambitiosis consulibus scelestum difficilium esse. neminem invitum militem ab iis fieri. Id ita ut esse fateri & Patres Conscripti, præsentes, animis & oculis superbiæ & auctoritatis esset, delectum, si ita senatui videretur, perfectum esse.* Id pretoribus magna Patrum * non fine suggillatione consilium mandatum est. Censores, ut eam rem adjuvarent, in ea concione edixerunt. *Legem consili celandi dixerunt se, ut præter communem omnium cetum jusjurandum hoc adiuraverant: Tu nihil animis sex & quadraginta es, nisque ex edicto C. Claudii, Ti. Sempronii censorum ad delectum prodito: & quoties cumque delectus erit, quem Vic censores magistratum habebunt si miles factus non eris, in delectu prodibis.* Item quia fama erat, multos ex Macedonicis legionibus incertis commeatibus per ambitionem imperatorum ab exercitu abesse; edixerunt de militibus P. Ælio, C. Popillo consulibus, postve eos consules in Macedoniam scriptis: *Ut, qui eorum in Italia essent, intra dies triginta centesimum priusquam apud se, in provinciam redirent. qui in patris aut avi potestate essent, eorum nomina ad se referantur. Militorum quoque caussas sese cognituros esse: & quorum ante emeritia stipendia gratiosa militia sibi visa esse, eos milites pari jussuros.* Hoc edicto literisque censorum per fora & conciliabula dimissis, tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis urbi turba insolita esset.

Cap. XV. Præter delectum eorum, quos in supplementum mitti oportebat, quatuor à C. Sulpicio prætore scriptæ legiones sunt, intraque undecim dies delectus est perfectus. Consules deinde sortiti provincias sunt. nam prætores propter jurisdictionem maturius sortiri erant. Urbana C. Decimio obtigerat, Hispaniam M. Claudius Marcellus, Siciliam Ser. Cornelius Lentulus, Sardiniam P. Fonreius Capito, classem C. Marcius Figulus erat sortitus. consulum C. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit. Latinisque actis, Marcius exemplo eit profectus. Cæpione deinde referente ad senatum, quas ex novis legionibus duas legiones secum in Galliam duceret: decrevere Patres, ut C. Sulpicius, M. Claudius prætores ex his quas scripsissent legionibus quas vidcrentur, consuli darent. Indigne patiente prætorum arbitrio consulem subjectum, dimisso senatu ad tribunal prætorum stans postulavit, ex Senatusconsulto destinarent sibi duas legiones. prætores consuli in eligendo arbitrium fecerunt. Senatum deinde de censores legerunt: M. Æmilius Lepidus princeps, ab tertiis jam censoribus lectus. Septem è senatu ejecti sunt. In censu accipiendo populi, milites ex Macedonico exercitu, qui quam multi abessent ab signis, census docuit. in provinciam cogebant: caussas stipendiis miserum cognoscebant: & cujus nondum justa missio visa esset, ita jurejurandum adigebant. *Ex tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudii, Ti. Sempronii censorum in provinciam Macedoniam redibis, quod fine dolo malo facere poteris?*

Cap. XVI. In equitibus recensendis multo admodum eorum atque asperа censura fuit. multis quos adlegerunt, in ea quum equo breni ordinem offendissent, flammam invidiæ adjecere edicto, quo edixerunt, *Ne quis eorum, qui Q. Fulvio, A. Postumio consoribus publica vectigalia aut ultro tributa conduxissent, ad hastam suam accederet, sociusve aut adfinis ejus conduceretur esset.* Sane id querendo veteres publicani, quum impetrare nequissent ab senatu, ut monum poteslati censorie impenerent; tandem tribunum plebis P. Rutilium, ex eo privatæ contentionis iram censoribus, patronum causse nacti sunt. Clientem libertinum parietem in Sacra via adversus ædes publicas demoliri jusserunt, quod publico ita dificarus esset. appellati à privato tribuni, quum præter Rutilium nemo intercederet, cæatores ad pignora capienda mitte-

miserunt: multâmque pro concione privato dixerunt. Hic contentione orta, quum veteres publicani se ad tribunum contulissent; rogatio repente sub unius tribuni nomine promulgatur: *Quæ publica vectigalia, uti tribuita. C. Claudius & Ti. Sempronius locassent, ea rata locatio ne esset, de integro locarentur, & ut omnibus redimendi & conducendi promiscue jus esset.* Diem ad ejus rogationem concilio tribunus plebis dixit. qui postquam venit, ut censores ad disputandum procederunt, Gracchus dicente, silentium fuit. quum Claudio obstreperetur, audientiam facere præconem jussit. Eo facto, avocatam à se concionem tribunus quæstus, & in ordinem se coactum, ex Capitolio, ubi erat concilium, abiit. Postero die ingentes tumultus ciere. T. Gracchi primum bona confecravit, quod in mulcta pignoribusque ejus, qui tribunum appellasset, interfectioni non parendo, se obnixum coegisset. C. Claudio diem dixit, quod concionem ab se avocasset: & utrique censori perduellionem se judicare pronunciavit, diemque comitiis à C. Sulpicio prætore urbano petiit. Non recusantibus censoribus quo minus prima quoque tempore judicium de se populus faceret, ante dies VIII & VII Calend. Octob. comitiis perduellionis dicta dies. Censores exemplo in atrium Libertatis ascenderunt: & ibi signatis rabellis publicis, clausoque tabulario & dimissis servis publicis negarunt, se prius quidquam publici negotii gesturos, quam judicium populi de se factum esset. Prior Claudius causam dixit. & quum ex duodecim centuriis equitum octo censorem condemnassent, multæque aliæ primæ classis, extemplo principes civitatis in conspectu populi annulis aureis positis, vestem mutarunt, ut supplices circumirent. Maxime tamen sententiam vertisse dicitur Ti. Gracchus, quod quum clamor undique plebis esset, periculum Graccho non esse, conceptis verbis juravit, si collega damnatus esset, non exspectato de ie Judicio, comitem exilii ejus futurum. Adeo tamen ad extremum spei venit reus, ut octo centuriæ ad damnationem defuerint. Absoluto Claudio, tribunus plebis negavit se Gracchum morari.

Cap. XVII. Eo anno postulantibus è senatu Aquileiensium legatis, ut numerum colonorum augeret, mille & quingentæ familiæ ex senatusconsulto scriptæ: triumvirique, qui eas deducerent, missi sunt, T. Annius Luscus, P. Decius Subulo, M. Cornelius Cethegus. Eodem anno C. Popillius & Cn. Octavius legati, qui in Græciam missi erant, senatusconsultum, Thebis primum recitatum, per omnes Peloponnesi urbes circumtulerunt, *Ne quis nisam rem in bellum majestatibus Romanis conferret, præterquam quod senatus censuisset.* Hoc niduciam in posterum quoque præbuerat, levatos se oneribus impensisque, quibus alia aliis imperantibus exhauriebantur. Achaico concilio Argis agitato, benigne locuti auditique. egregia spe futuri status inditima gente relicta, in Ætoliam trajecerunt. Ibi quoniam haudquidem sedibus erat, sed omnia suspecta, criminumque inter ipsos plena, ob quæ obsidibus postulatis, neque exitu rei impositio, in Acarnaniam inde profecti legati sunt. Thyrii conilium legatis Acarnanes dederunt. Ibi quoque inter factiones erat certamen: quidam principum postulare, ut pecuniæ in urbes suas inducerentur, adversus amentiam eorum, qui ad Macedonas gentem trahebant: pars recusare, ne, quod bello captis & hostibus mos esset, id pacatæ & fociæ civitates ignominiæ acciperent. Justa deprecatio hæc visa. Perseum ad Heraclium proconsulem, (ab eo enim missi erant) legari redierunt. Octavium retinuit secum. Popillium cum mille ferme militibus in biberna Ambraciam misit.

Cap. XVIII. Perseus principio hiemis egredi Macedoniæ finibus non auius, ne qua in regnum vacuum irrumperent Romani, flubrempus hiemæ, quum inexsuperabiles ab Thessalia montes nivis altitudo facit, occasionem esse ratus, frangendi finitimorum spes animosque, ne quid adversus se in Romanum bellum periculi subesset, quum à Thracia pacem Cotys, ab Epiro Gentius repentina defectione à Romanis peteret, Dardanos recens domuisset bello, solum infestum esse Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, cernens, neque ipsis quieris Illyriis, & additum præbentibus Romanis, si domuisset proximos Illyriorum, Gentium quoque regem jam diu lubricum fidem tot jam pellici posse; cum decem millibus peditum, quorum pars phalangitæ erant, & duobus millibus levium armatorum, & quingentis equitibus profectus, Sruberam venit. Inde frumento compluribus dierum sumpto, justoque apparatu oppugnandarum urbium sequi, tertio die ad Ucanam (Penestiæ terræ ea maxima urbs est) pervenit castra: prius tamen quam vim admoveret, missis qui tentarent nunc præfectorum præsidii, nunc oppidanorum animos. erat autem ibi cum juventute Illyriorum Romanum præsidium. Postquam nihil fauri referebant, oppugnare est adortus, & corona eam capere conatus est. quum sine intermissione interdiu noctuque alii aliis succedentes, pars scalas muris, ignem portis inferrent, sustinebant tamen eam rempestatem propugnatores urbis: quia spes erat, neque

nemis vim diutius pati Macedonas in aperto posse, nec ab Romano bello tantum regi laxamenti fore, ut posset morari. Cæterum, postquam vineas agi turresque excitari videbant, victæ pertinacia est. nam, præterquam quod advertus vim pares non erant, ne frumenti quidem aut ullius alterius rei copia intus erat, ut in necopinata obsidione. Itaque quum spei nihil ad resistendum esset, C. Carvilius Spoletinus, & C. Afranius a præsidio Romano missi, qui a Perseo peterent: primo, ut armatos itaque secum ferentes abire finerent: deinde, si id minus impetrarent, vitæ tantum libertatique suæ acciperent. Promissis ad benignius est ab rege, quam præstitum. exire enim sua secum ferentibus justis, primum non fuit. his urbe egressis, & Illyriorum cohors (quingenti erant) & Ucanientes ie urbemque dediderunt.

Cap. XIX. Perseus præsidio Ucanæ impolito, multitudinem omnem dedentorum, quæ prope numero exercitum æquabat, Stuberam abduxit. Ibi Romanis (quatuor millia autem hominum erant, præter principes) in custodiam civitatum eorum, Ucanensibus Illyriisque venditis, in Perseminam exercitum redacti, ad Oeneum oppidum in potestatem redigendum: & alioqui opportune situm; & munitas ea est in Labeates, ubi centies regnabat. Prætereunti frequens castellum, Draudacum nomine, meritorum quidam regionis ejus, nihil Oneneo capto opus esse ait, nisi in potestate & Draudacum fit. opportunius enim ad omnia positum esse. Admoto exercitu omnes exemplo dediderunt sese. Qua ipse celeritate deditione erectus, postquam animadvertit quantus agminis sui terror esset, undecim alia castella eodem metu in potestatem redigit, ad perpaucos vi opus fuit, cætera voluntate dedita: & in his recepti mille & quingenti dilpositi per præsidia militis Romani. Magno usui Carvilius Spolerinus erat in colloquiis, dicendo, nihil in ipsis fecimus. ad Oeneum perventum est, quod tine justa oppugnatione capi non poterat; & majore aliquanto quam cætera juventute, & validum oppidum mœnibus erat. & hinc amnis Artatus nomine, hinc mons præalrus & aditu difficilis cingebat: hæc spem ad resistendum oppidanis dabant. Perseus, circumvallato oppido, aggerem a parte superiore ducere infituit, cujus altitudine muros superaret, quod opus dum perficitur, crebris interim prœliis, quibus per excursiones & mœnia sua oppidani tutabantur, & opera hostium impediebant, magna eorum multitudo variis casibus absumpta est. Sc qui supererant, labore diurno nocturnoque, & vulneribus inutiles erant. Ubi primum agger injunctus muro est, & cohors regia, quos Nicateras appellant, transcendit. & scalis multis simul partibus impetus in urbem est factus: puberes omnes interfecti sunt: conjuges, liberosque eorum in custodiam dedit: prædæ alia militum esse, Stuberam inde ultro reverterens, ad Gentium legatos, Pleuratum Illyrium, exulantem apud eum, & Apuleum Macedonem a Berœa, mittit. Iis mandat, ut exponerent æstatis ejus hiemisque acta, quæ adversus Romanos, Dardanosque, adjicerent recentia in Illyrico hibernæ expeditionis opera, hortarentur Gentium in amicitiam secum & cum Macedonibus jungendam.

Cap. XX. Hi transgressi jugum Scordi montis, per Illyrici solitudines, quas de industria populando Macedones fecerant, ne tranitus facilis Dardanis in Illyricum aut Macedoniam esset, Scordum labore ingenti tandem pervenerunt. Lissi rex Gentius erat. eo acciti legati mandata exponentes, benigne audiri sunt: qui responsum sine cunctu tulerunt: *Voluntatem sibi non deesse ad bellorum dum cum Romanis: cæterum ad coniandum id, quod velit, pecuniam maxime deesse.* Hæc Stuberam retulere regi, tum maxime captivos ex Illyrico vendenti. Exemplo iidem legati, addito Glaucia ex numero custodum corporis, remittuntur, fine mentione pecuniæ, qua una bari barus inops impelli ad bellum poterat. Anceyram inde populatus Perseus in Peneitas ultimum exercitum reducit: firmatisque Ucanæ, & circa eam per omnia castella quæ receperat, præsidiis, in Macedoniam sese recipit.

Cap. XXI. L. Cotilius, legatus Romanus præerat Illyrico: qui moveri non autus, quum in his locis ver esset, per præfectos equites ejus conatus in Penestis Ucanam recipere, a præsidio, quod ibi Macedonum erat, cum multis vulneribus repulsi, Lychnidum copias reduxit. Inde post dies paucos M. Trebellium Fregellanum cum satis valida manu in Penestas mittit: ad obsidendas his urbibus, quæ in amicitia cum rege permanierant, accipiendas. Procedere etiam in Parthinos (ii quoque obsides dare pergerant) iussit: ab ea quoque gente fine tumultu exigi. Penestarum obsides Apolloniam, Parthinorum Dyrrachium (tum Epidamni) magis celebre nomen Græci erat) missi. Ap. Claudius accepram in Illyrico Ignominiam corrigere cupiens, Phanoræm Epiri castellum adortus oppugnare, & auxilia Archamanum Thesprotorumque, præter Romanum exercitum, ad sex millia hominum secum adduxit: nequaquam pretium fecit; Cleva qui relictus a

Perseo

Perſeo erat cum valido præſidio defendente. Et Perſeus in Elimeam profectus, & circa eam exercitu lustrato, ad Stratum venientibus Æpirotis ducit. Stratus validiſſima tum urbs Ætoliæ erat. ſita eſt ſuper Ambracium ſinum, prope amnem Acheloum. Cum decem millibus peditum eo profectus eſt, & equitibus trecentis: quos pauciores propter anguſtias viarum & asperitatem duxit. Tertio die quum perveniſſet ad Citium montem, vix tranſgreſſus propter altitudinem nivis, locum quoque caſtris ægre invenit. Profectus inde, magis quia manere non poterat, quam quod tolerabilis aut via aut tempeſtas eſſet, cum ingenti vexatione, præcipue jumentorum, altero die ad templum Jovis, quem Nicæum vocant, potuit caſtra. Ad Arachthum inde flumen itinere ingenti emenſo, retentus altitudine amnis, manſit. Quo ſpacio temporis ponte perfecto, traductis copiis diei progreſſus iter, obviam Archidamum principem Ætolorum, per quem ei Stratus tradebatur, habuit.

Cap. XXII. Eo die ad finem agri Ætoli caſtra poſita. Inde altero die ad Stratum perventum: ubi prope Acheloum amnem caſtris poſitis, quum expectaret effuſos omnibus portis Ætolos in fidem ſuam venturos, clauſas portas, atque ipſa ea nocte qua venerat receptum Romanum præſidium cum C. Popillio legato, invenit. Principes, qui præſentis Archidami auctoritate compulſi regem accerſierant, obviam egreſſo Archidamo fegniores facti. locum adverſæ factioni dederant, ad Popillium cum mille peditibus ab Ambracia acceſſendum. In tempore & Dinarchus præfectus equitum gentis Ætolorum cum ſexcentis peditibus & equitibus centum venit. Saris conſtabat, eum, tanquam ad Perſea tendentem, Stratum veniſſe: mutato deinde cum fortuna animo, Romanis ſe, adverſus quos venerat, junxiſſe. Nec Popilius ſecurior, quam debebat eſſe, inter tam mobilia ingenia erat. claves portarum cuſtodiamque murorum ſuæ extemplo poteſtatis fecit: Dinarchum Ætoloſque cum juventute Stratiorum in arcem per præſidii ſpeciem amovit. Perſeus, ab imminentibus ſuperiori parti urbis tumulis territatis colloquiis, quum obſtinatos atque etiam telis procul arcentes videret, quinque millia paſſuum ab urbe trans Peritarum amnem poſuit caſtra. Ibi conſilio advocato, quum Archidamus Epirotarumque tranſfugæ retinerent, Macedonum principes non pugnandum cum infeſto tempore anni cenſerent, nullis præparatis commeatibus; *quum inopiam prius obſidentes quam obſeſſi ſenſuri eſſent, maxime quod hoſtium haud procul inde hiberna erant;* territus in Aperantium caſtra movit. Aperantii eum propter Archidami magnam in ea gente gratiam auctoritatemque conſentu omnium acceperunt: is ipſe cum octingentorum militum præſidio his eſt præpoſitus.

Cap. XXIII. Rex non minore vexatione Jumentorum hominumque, quam venerat, in Macedoniam rediit. Apium tamen ab obſidione Phanotis fama ducentis ad Stratum Perſei, fumnovit. Clovas cum præſidio impigrorum juvenum inſecutus, ſub radicibus prope invilis montium ad mille hominum ex agmine impedito occidit, ad ducentos cepit. Appius ſuperatis anguſtiis, in campo quem Fileona vocant, ſtativa dierum paucorum habuit. Interim Clevas aſſumpto Philoitrato qui Epirotarum gentem habebat, in agrum Antigonenſem tranſcendit. Macedones ad depopulationem profecti. Philoſtratus cum cohorte ſua in inſidiis loco obſcuro conſedit. in palatos populatores quum erupiſſent ab Antigonea armati, fugientes eos perſequentes effuſius in vallem inſeſſam ab hoſtibus præcipitant. ibi ad mille occiſis, centum ferme captis, ubique proſpere geſta re, prope ſtativa Appii caſtra movent, ne qua vis ſociis ſuis ab Romano exercitu inferri poſſit. Appius necquicquam in his ſocis tenens tempus, dimiſſis Chaonumque, & ſi qui alii Epirotæ erant præſidiis, cum Italicis militibus in Illyricum regreſſus, per Parthinorum ſocias urbes in hiberna militibus dimiſſis, ipſe Romam ſacrificii cauſſa redit. Perſeus ex Peneſtarum gente mille pedites, ducentos equites revocatos, Caſſandream, præſidio ut eſſent, miſit. Ab Gentio eadem adferentes redierunt. nec deinde aliosatque alios mittendo tentare eum deſtitit, quum appararet, quantum in eo præſidii eſſet: nec tamen impetrare ab animo poſſet, ut impenſam in rem maximi ad omnia momenti faceret.

EPITOME

LIBRI XLIV.

Quintus Marcius Philippus per invios saltus penetravit in Macedoniam, compluresque urbes occupavit. Rhodii misere legatos Romam, minantes, ut Perseo essent auxilio, nisi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam conjungeret, indigne id latum. Bellum L. Aemilio Paullo, sequentis anni consuli iterum mandatum est. Paullus in concione precatus est, ut quicquid diri populo Romano imminaret, supra domum suam converteretur: & in Macedoniam profectus, Persum vicit, omnesque Macedoniam in potestatem redegit. Antiquam conligerat, C. Sulpicius Gallus tribunus militum praedicit exercitui, ne mirarentur, quod Luna nocte proxima defectura esset. Gentius quoque rex Illyriorum, quum rebellassent, ab Anicio praetore victus venit in deditionem, cum uxore, & liberis, & propinquis, Romam missus. Ab Alexandria legati a Cleopatra & Ptolemaeo regibus venerunt: querentes de Antiocho Rege Syriae, quod eis bellum inferret. Perseus sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami, & Gentio rege Illyriorum, quia eis pecuniam, quam promiserat, non dabat, ab eis relictus est.

CAPUT I.

Principio veris, quod hiemem eam qua haec gesta sunt intecutum est, ab Roma profectus Q. Marcius Philippus consul cum quinque millibus (quod in supplementum legionum secum trajecturus erat) Brundisium pervenit. M. Popilius consularis & alii vari nobilitate adolescentes tribuni militum in Macedonicas legiones consulem secuti sunt. Per eos dies & C. Marcius Figulus praetor, cui classis provincia evenerat, Brundisium venit: & simul ex Italia profecti, Corcyraeque ad continendum Caeciliae portum tenuerunt. Inde consul ad Ambraciam egressus, itinere terrestri petit Thessaliam. Praetor, superato Leucata, Corinthium sinum invectus, & Creusae relictis navibus, terra & ipse per mediam Boeotiam, diei unius expedito itinere, Chalcidem ad classem contendit. Caesar eo tempore A. Hostilius in Thessalia circa Palaepharsalum habebat; sicut nulla re bellica memorabilis fuit, ita ad cunctam militarem disciplinam ab effusa licentia formato milite, & sociis cum fide cultis, & ab omni genere injuriae defensis. Adulto fiducioseque adventu, quum armaviros, equos cum cura inspexisset, ornato exercitu obviam venienti consuli processit. Et primus eorum congressus ex dignitate inforum ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis: Proconsul enim ad exercitum. Paucis post diebus consul conclavem apud milites habuit. orius a parricidio Persei perpetrato in fratrem, cogitato in parentem; adjecit post, Scelere partum regnum, exercitu, caede, latrocinio nefandoque patrum Eumenem, injuriis in populum Romanum, direptione sociorum urbium contra foedus: ea omni quam Dis quoque invisa esset, fortunam in exitu rerum futurum. Fovere enim pietati fidoique Deos, per quos populus Romanus ad tantum fastigii venerit. Vires deinde populi Romani jam terrarum orbem complectantis cum viribus Macedoniae, exercitus cum exercitibus comparavit: quanto majores Philippi Antiochique opes non majoribus copiis fractae essent.

Cap. II. Huius generis adhortatione accensis militum animis, consultare de summa gerendi belli coepit. Eo & C. Marcius praetor à Chalcide classe accepta venit. Placuit, non ultra morando in Thessalia tempus terere, sed movere extemplo castra, atque pergere inde in Macedoniam. Et praetorem dare operam, ut eodem tempore classis quoque invehatur hostium litoribus. Itaque, ubi ipso, consul, menstruum jusso milite secum ferre, profectus decimo post die quam exercitum acceperat, castra movit: & unius diei progressus iter, convocatis itinerum ducibus, quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset; summoris iis, quam potissimum peterent, retulit ad consilium. Aliis per Pythium placebat via: aliis per Cambunios montes, qua prior anno duxerat Hostilius consul: aliis praeter Aeciridem paludem. Restabat aliquantum viae communis: itaque in id tempus, quo prope divortium itinerum castra posituri erant, deliberatio ejus rei differtur. In Perrhaebiam inde ducit, & inter Azorum & Dolichen

ficiem ſtatiua habuit, ad conſulendum rurſus, quam potiſſimum capereret viam. Per eoſdem dies Perſeus, quum appropinquare hoſtem ſciret, quod iter pediturus eſſet ignarus, omnes ſaltus inſidere praſidiis ſtatuit. In jugum Cambunionum montium (Volutana ipſi vocant) decem millia levis armaturæ juvenum cum duce Afclepiodoro mittit: ad caſtellum quod ſuper Aſcuridem paludem erat (Lapathus vocatur locus) Hippias tenere ſaltum cum duodecim millium Macedonum præſidio juſſus. Ipſe cum reliquis copiis primo circa Dium ſtatiua habuit. deinde adeo ut obtrudere inops conſilii videretur, cum equitibus expeditis, littore nunc Heracleum, nunc Philam percurrebat; eodem inde curſu Dium repetens.

Cap. III. Interim conſuli ſententia ſteterat, eo ſaltu ducere, ubi propter Oſtolophium diximus regis caſtra Philippi fuiſſe. Præmitti tamen quatuor millia armatorum ad loca opportuna præoccupanda placuit: queis præpoſiti ſunt M. Claudius, Q. Marcius conſulis filius, conſeſtim & univerſæ copiæ ſequebantur. Cæterum adeo ardua & aſpera & confragoſa via fuit, ut præmiſſi expediri biduo quindecim millium paſſuum ægre itinere confecto, caſtra poſuerint: turrim Eudieru, quem cepere, locum appellant. Inde poſtero die ſeptem millia progreſſi, tumulo haud procul hoſtium caſtris capto, nunciam ad conſulem remittunt: perventum ad hoſtem eſſe. loco ſe tuto & ad omnia opportuno conſediſſe. *ut, quantum extenuere iter poſſet, conſequeretur.* Sollicito conſuli, & propter itineris difficultatem quod ingreſſus erat, & eorum vicem quos paucos integ media præſidia hoſtium præmiſerat, nunclus ad Aſcuridem paludem venit. Addita igitur & ipſi inducia eſt, conjunctique copiis, caſtra tumulo qui tenebatur, qua aptiſſimum ad loci naturam erat, ſunt acclinata. Non hoſtium modo caſtra, quæ paulo plus mille paſſuum aberant, ſed omnis regio ad Dium & Philam, oraque maris, late patente ex tumulo alto jugo proſpectus, oculis ſubjiciebat. Quæ res accendit militi animos, poſtquam ſummam belli, ac regias omnes copias, terramque hoſtilem tam è propinquo conſpexerunt. Itaque quum alacres, protinus ducerer ad caſtra hoſtium, conſulem hortarentur: dies unus feſſis labore viæ ad quietem datus eſt. tertio die, parte copiarum ad præſidium caſtrorum relicta, conſul ad hoſtem ducit.

Cap IV. Hippias nuper ad tuendum ſaltum ab rege miſſus erat: qui ex quo caſtra Romana in tumulo conſpexit, præparatis ad certamen animis ſuorum, venienti agminiconſulis obvius fuit: & Romani expediti ad pugnam exierant, & hoſtes levis armaturæ erat promptiſſimum genus ad laceſſendum certamen. Congreſſi igitur, exemplo tela conjecerunt: multa utrimque vulnera temerario incurſu & accepta & illata: pauci utrinſque partis ceciderunt. Territis in poſterum diem animis, majoribus copiis atque infeſtius concurſum abiiſſe, ſi loci ſatis ad explicandam aciem fuiſſet: jugum montis in anguſtum dorſum cuneatum, vix ternis ordinibus armatorum in fronte patuit. Itaque paucis pugnantibus, cæterâ multitudo, præcipue qui gravium armorum erant, ſpectatores pugnæ ſtabant. levis armatura etiam per anfractus jugi procurrere, & ab lateribus cum levi armatura conferepere iniquatque æqua loca pugnam petere. ac pluribus ea die vulneratis quam interfectis, prælium nodie finitum eſt. Tertio die legatæ conſilio Romanus imperator: nam neque manere in jugo inopi, neque regredi ſine flagitio atque etiam periculo. ſed cedenti ex ſuperioribus locis inſtare hoſtis poterat: nec aliud reſtabat, quam audaciter commiſſum, pertinaci audacia, quæ prudens interdum in extrema eſt, corrigere. Veruntamen quidem erat eo, ut, ſi hoſtem ſimilem antiquis Macedonum regibus habuiſſet conſul, magna clades accipi potuerit. ſed quum ad Dium per littora cum equitibus vagaretur rex, & ab duodecim millibus prope clamorem & ſtrepitum pugnantium audiret; nec auxit copias integres feſſis ſubmittendo: neque ipſe, quod vlrimum intererat, certamini affuit. quum Romanus imperator major ſexaginta annis, & pinguis corpore, omnia militaria munera ipſe impigre obiret. Egregie ad ultimum in audacter commiſſi periculo erat. & Popillio relicto in cuſtodia lugi, per invia tranſgreſſus, præmiſſis qui reparent iter, Arrabam & Milagenam, cum ſuæ gentis utrumque auxiliaribus, præſidio eſſe ſaltum aperientibus, jubet. Ipſe equites impedimentaque præſe habens, cum legionibus agmen egit.

Cap. V. Inenarrabilis labor deſcendentibus cum ruina jumentorum farcinarumque: progreſſis vixdum quatuor millia paſſuum, nihil operabilius eſſe, quam redire qua venerant, ſi poſſent. Hoſtilem prope tumultum agi inſi elephanti præbebant. qui ubi ad invia venerant, dejectis rectoribus, cum horrendo ſtridore pavorem ingentem equis maxime incutiebant; donec trucidandi eos ratio inita eſt. Per procliveſumpto faſtigio, longo duo valdi aſſires, ex inferiore parte in terra defigebantur; diſtantes inter ſe paulo plus, quam

quanta bellare latitudo esset, in eos transverti incumbentes tigni, ad tricenos longi pedes, ut pons esset, interjungebantur. humus quæ insuper injiciebatur, modico deinde infra intervallo, similis alter pons: inde terrenus, & plures ex ordine, qua hostes abiciebantur, ibebant. Solido procedebat elephas in pontem: cujus prius quam in extremum procederet, fuscitis asseribus collapsus pons, usque alterius initium pontis prolabi cum leniter cogebat: alii elephanti pedibus infidentes, alii clunibus subsidentes prolabebantur. ubi planicies altera pontis excepit eos, rursus simili ruina inferioris pontis deferebantur, donec ad requiorem vallem perventum est. Paulo plus septem millia die Romani processerunt: minimum pedibus itineris confectum. plerumque provolventes se simul cum armis aliisque omeribus, cum omni genere vexationis processerunt: adeo ut ne dux quidem & auctor itineris inficiaretur, parva manu deleri omnem exercitum potuisse. Nocte ad modicam planiciem pervenerunt: neque an infestus is locus esset, septus undique, circumjiciendi spatium fuit. vix tandem ex insperato stabilem ad insidendum nactis locum, postero quoque die in tam cava valle opperiri Popillium ac relictas cum eo copias necesse fuit: quos & ipsos, quum ab nulla parte hostis terreretur, locorum asperitas hostiliter vexavit. Terrio die conjunctis copiis eunt per saltum quem incolæ Callipeucen appellant, quarto inde die per æque invia, sed assuetudine asperitius & melior cum ipse, quod nec hostis usquam apparebat, & mari appropinquabant, digressi in campos, inter Heracleum & Libethrum positos fuerunt castra peditum: quorum pars major tumulos tenebat. ibi vallem, campi quoque partem, ubi eques tenderet, amplectebantur.

Cap. VI. Lavanti regi dicitur nunciatum, hostes adesse. quo nuncio quum pavidus exiluisset è folio, victum se sine prælio clamitans, prorupit, & subinde per alia atque alia pavida consilia & impetu ira repulsans, duobus ex amicis Pellana, alterum Acclepiodorum, ubi pecunia deposita erat, ex præfidiis revocat: omnesque aditus aperit bello. Ipse ab Dio narratis statuis omnibus raptim, ne præda hosti esset, in classem congestis, ocius demigrare Pydnam cogit: & quæ temeritas consilii videri posset, quod eo processisset, unde invito inire regredi nequiret) eam non inconsultam audaciam fecit. Duos enim saltus per quos inde evadere possent, incubant Romani, unum per Tempe in Thessaliam, alterum in Macedoniam præter Dium; quæ usque regis tenebantur præsidiis. Itaque ti dux intrepidus decem diebus primam speciem appropinquantis terroris sustinuisset, neque receptus Romanis per Tempe in Thessaliam, neque commeatibus pervehendis eo potuisset iter. Sunt enim Tempe, fatus, etiamsi non bello fiat infestus, tranitu difficilis. nam præter angustias per quinque millia, qua exiguum jumento onusto iter est, rupes utrimque ita abscisæ sunt, ut despici vix sine vertigine qualam simul oculorum animique possit. terret & sonitus & altitudo per medium vallem fluentis Penei amnis. Hic locus tam suapte natura infestus, per quatuor dittantia loca præsidiis regis fuit infestus. unum in primo aditu ad Gonnum erat: alterum Condylon castellio inexpugnabili: tertium circa Lapathunta, quem Characa appellant: quartum, viæ ipsi, qua & media & angustissima illis est, impositum: quam vel decem armatis tueri facile est. Intercluso per Tempe simul adhuc commeatibus, simul reditu; ipsi montes, per quos defenderant, repetendi erant. quod ut furto fefellerant, ita propalam, repentibus superioribus & incumina hostibus, non poterant: & experta difficultas, spem omnem incidisset. Supererat nihil aliud in temere commisso, quam in Macedoniam ad Dium per medios evadere hostes: quod, nisi Dii mentem regi admisissent, ipsum ingentis difficultatis erat. Nam quum Olympi radices montis, paulo plus quam mille passuum ad mare relinquant spatium, cujus dimidium loci occupat ostium late reflagnans Baphyri amnis, partem planiciæ aut Jovis templum, aut oppidum tenet; reliquum perexiguum fossa modica valloque claudi poterat, & sinceris ad manum telefrisque manebat ea ranrum erat, ut vel murus objici rurreque excitari poruerint. Quorum nihil quum dispexisset cæcata mens subito terrore, nudaris omnibus præsidiis pate fatisque bello, ad Pydnam refugit.

Cap. VII. Consul plurimum & præsidii & spei cernens in illutitia & segnitie hostis, remisso nuncio ad Sp. Lucretium Lariscam, ut castella relicta ab hoste, circa Tempe occuparet; præmisso Popillio, ad explorandos tranitus circa Dium, postquam patere omnia in omnes partes animadvertit; secundis auspiciis perrexit ad Dium: magnisque ab sub ipso templo, ne quid sacro in loco violaretur, justit. Ipse urbem ingressus, sicut non magnam, ita exornatam publicis locis & multitudine statuarum, municamque egregie, vix fatis credere in tantis rebus fine causa relictis non aliquem subesse dolum. Unum diem ad explorandæ circa omnia moratus, castra movet: fatisque credens

para-

paratam frumenti copiam fore, eo die ad amnem nomine Mityn profecit. Poftero die progreffus, Agaffam urbem, tradentibus fefe ipfis, recepit: & ut reliquorum Macedonum animos ifdi conciliaret, obtidibus confentus, fine præfidio relinquere fe eis urbem, immunefque ac tutis legibus victuros, eft pollicitus. Progreffus inde diei iter, ad Afcordum flumen pofuit caftra: & quantum procederet longius à Theffalia, eo majorem rerum omnium inopiam fentiens, regreffus ad Dium eft: dubitatione omnibus exempta, quid interciufo ab Theffalia patiendum fuiffet, cui procul inde abiceder tutum non effet. Perfeus, contractis in unum omnibus copiis ducibufque, increpare præfectos præfidiorum, ante omnes Afclepiodotum atque Hippiam: ab his delere caftella Macedoniæ tradita Romanis effe, cujus culpæ reus nemo juftius quam ipfe fuiffet. Confuli poftquam ex alto confpecta claffis ipfem fecit cum commeatu naves venire (ingens enim caritas annonæ ac prope inopia erat) ab inverfis in portum abiit, onerarias naves Magnefiæ ac Theffalos effe. Incerto inde quidnam agendum foret (adeo fine ulla ope hoftis quæ aggravaret, cum ipfa difficultate rerum pugnandum erat) peroportune literæ à Sp. Lucretio allatæ funt: caftella fe, quæ fuper Tempe eflent & circa Philan, tenere omnia, frumentique in iis & aliarum in ufum rerum copiam inveniffe.

Cap. VIII. His magnopere lætus conful, ab Dio ad Philan ducit; fimul ut præfidium ejus firmaret, fimul ut militi frumentum, cujus tarda fubvectio erat, divideret. Ea profectio famam haudquaquam fecundam habuit: nam alii, metu receffiffe eum ab hoffe, ferebant, quia manenti imperatori prælio dimicandum foret: alii, ignarum belli quæ indies fortuna novaret. ut qui, offerentibus fefe rebus, omiffiffet e manibus ea quæ mox reperi non poffent. Simul enim ceffit poffeffione Dii, excitavit hoftem: ut tunc tandem fentiret recuperanda effe, quæ prius culpa amiffa forent. Audita enim profectione confulis, regreffus Dium, quæ dejecta ac vaftata ab Romanis erant, refcivit: pinnas mœnium decuffas reponi, ab omni parte muros firmari: deinde quinque millia paffuum ab urbe citra ripam Enipei amnis caftra ponit; amnem ipfum tranfiru perdifficilem pro munimento habiturus. Fluit ex valle Olympi montis, æftate exiguus, hibernis idem incitatus pluviis, & fupra ripas inundes gurgitibus facit, & intra prorupta in mare evolvendo terram, præaltas voragines, cavatoque medio alveo ripas utrimque præcipites. Hoc flumine Perfeus feptum iter hoftis credens, extrahere reliquum tempus ejus æftatis in animo habebat. Inter hæc conful à Phila Pellium cum duobus millibus armatorum Heracleum mittit. abeft à Philaquindecim millia ferme paffuum, media regione inter Dium Tempeque, in rupe amni imminente pofitum.

Cap. IX. Popillius, priufquam armatos muris admoveret, mittit qui magiftratibus principibufque fuaderent, fidem clementiamque Romanorum quam vim experiri mallent. nihil ea conflia moverunt, quia ignes ad Enipeum ex regis caftris apparebant. Tum terra marique (& claffis appulfa ab littore ftabat) fimul armis, fimul operibus machinifque oppugnari cœpti. Juvenes etiam quidam Romani, ludicro Circenti ad uftum belli verfo, parrem hujufmodi muri ceperunt. Mos erat tum, nondum hac effufione indulta beftiis omnium gentium Circum complendi, varia fpectaculorum conquirere genera: nec femel quadrigis, femel pedeftrore miffo, vix unius horæ temporis utrumque circenſium compelebat. Inter cætera fexageni ferme juvenes, interdum plures, ab apparitoribus ludi, armati inducebantur. Horum inductio in parte fimulacrum decurrentis exercitus erat: ex parte elegantioris exercitii quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum fimilitudo. Quum alios decurfus ediditfent motus, quadrato agmine facto, fcutis fuper capita denfatis, ftantibus primis, fecundis fummi-ftoribus, tertiis magis & quartis, poftremis etiam genu nixis, fatigiatam, ficut tecta ædificiorum funt, teftudinem faciebant. Hinc quinquaginta ferme pedum fpacio diftantes, duo armati procurrebant, comminatique inter fe, ab ima in fummam teftudinem per denfata fcuta quum evaffiffent, nunc velut propugnantes per oras extremæ teftudinis, nunc in media inter fe concurrentes, haud ficus quam ftabili folo perfiftebant. Huic teftudini fimillima parti muri admota, quum armati fuperitantes fubiffent, propugnatoribus muri faftigio altitudinis æquabantur: depulfique iis, in urbem duorum fignorum milites tranfcenderunt. Id tantum diffimile fuit, quod & in fronte extrema, & ex lateribus, foli non habebant fuper capita elata fcuta, nudarent corpora; fed præfecta pugnantium more. ita nec ipfos tela ex muro miffa inbeuntes læferunt, & teftudini injecta imbris in modum lubrico faftigio innoxia ad imum labebantur. Et conful, capto jam Heracleo, caftra eo promovit; tamquam Dium, atque inde fummoto rege, in Pieriam etiam progreffurus. Sed hiberna jam præparans, vias commea-

tibus subvehendis ex Thessalia muniri jubet. Se eligi horreis opportuna loca, rectaque ædificari ubi diverfari portantes commeatus possent.

Cap. X. Perseus tandem à pavore eo, quo attonitus fuerat, recepto animo, malle imperiis suis non obtemperatum esse, quam trepidans gazam in mare dejici Pellæ, Thessalonicæ navalia jusserat incendi. Andronicus Thessalonicam missus transcrat tempus; id ipsum quod accidit, permittentiæ relinquens locum. Incautior Nicias Pellæ projiciendo pecuniæ partem, quod fuerat nactus: sed in rem emendabilem vitus lapsus esse, quod per urinatores omne ferme extractum est. tantusque pudor regi pavoris ejus fuit, ut urinatores clam interfici jusserit: deinde Andronicum quoque Sc Nicidam, qui quitam dementis imperii conscius existeret. Inter hæc C. Marcius cum classe ab Heracleo Thessalonicam profectus, Sc agrum pluribus locis expositis per littora armaris late vaitavit: Sc procurrentes ab urbe, secundis aliquot præliis trepidos intra mœnia compulit. Jamque ipsi urbi terribilis erat, quum dispositis omnis generis tormentis, non vagi modo circa muros temere appropinquantes, sed eriam qui in navibus erant, fixis tormento emicantibus, percutiebantur. Revocaris igitur in naves militibus, omissisque Thessalonicæ oppugnatione, Asiam inde petunt, cumdecim millia pasfuum ea urbs abest, adversus Pydnam posita, fertili agro. Pervastatis finibus ejus, legentes oram, Antigoneam perveniunt. ibi egressi in terram, prima Sc vastarunt agros passim, Sc aliquantum prædæ contulerunt ad naves. dein palatos eos adorti Macedones, mixti pedites equitesque, fugientes effuse ad mare persecuti, quingentos ferme occiderunt, Sc non minus ceperunt. Nec aliud quum ultima necessitas, quum recipere se tuto ad naves prohiberentur, animos militum Romanorum, simul desperatione alii salutis, simul indignitate iritavit. Redintegrata in littore pugna est. adjuvere Sc qui in navibus erant. Ibi Macedonum ducenti ferme cesi: par numerus captus. Ab Antigonea classis profecta ad agrum Pallenensem, exscensionem ad populandum fecit. Finium ibi inter Cassandrenses erat, longe fertilissimus omnis oræ quam prætervecti fuerant. Ibi Eumenes rex, viginti tectis navibus ab Elea profectus, obvius fuit. Sc quinque missæ Prusia rege tectæ naves.

Cap. XI. Hac virium accessione animus crevit prætori, ut Cassandream oppugnaret. Condita est à Cassandro rege in ipsis faucibus, quæ Pallenensem agrum extera Macedonia jungunt; binc Toronaico, binc Macedonico septa mari. Eminet namque in altum lingua, in qua sita est: nec minus quam in altum magnitudine Athos mons excurrit, obversa in regionem Magnesiæ duobus impariibus promontoriis: quorum major Posideum est nomen, minori Canastræum. Divisis partibus oppugnari adorti. Romanus ad Clytas quas vocant, munimenta, cervis etiam objectis ut viam interciuderet, à Macedonico ad Toronaicum mare perducit. ab altera parte Euripus est: inde Eumenes oppugnabat. Romanis in fossa complenda, quam nuper objecerat Perseus, plurimum erat laboris. Ibi quærenti prætori, quia nusquam cumuli apparebant, quo regesta e fossa terra foret; monstrari sunt fornices, non ad eandem crassitudinem qua reliquum murum, sed simplici laterum ordine structos esse. Consilium igitur cepit, transfosso pariete iter in urbem patefacere. fallere autem ita se posse, si muros à parte alia scalis adortus, tumultu injecto, in custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset. Erant in præsidio Cassandreæ, præter non contemnendam juventutem oppidanorum, octingenti Agrianes, Sc duo millia Penestarum Illyriorum, à Pleurato inde missi: bellicosum utrumque genus. His tuentibus muros, quum subire Romani summa vi niterentur, momento temporis parietes fornicum perfossi urbem patefecerunt. quod, ii, qui irrupere, armati fuissent, extemplo cepissent. Hoc ubi perfectum esse opus militibus nunciatum est, clamorem alacres gaudio repente tollunt; aliis parte alia in urbem irrumpturis.

Cap. XII. Hostes primum admiratio cepit, quidnam sibi repentinus clamor vellet. postquam patere prebem accepere præfecti præsidii. Pytho Sc Philippus proeo, qui occupasset aggredi, opus factum esse rati, cum valida manu Agrianum Illyriorumque erumpunt: Romanosque, qui alii aliunde coibant convocabantque ut signa in urbem inferrent, incompositos atque inordinatos fugant, perfequunturque ad fossam: in quam compulsos ruina cumulant. sexcenti ferme ibi interfecti, omnesque prope, qui inter murum fossamque deprehensi erant, vulnerantur. Ita suo ipse conatu perculsus prætor, regnique alia spe conditus rex, Sc ne Eumeni quidem, simul à mari, simul à terra aggredienti, quidquam satis procedebat. Placuit igitur utrique, custodiis firmatis, ne quod præsidium ex Macedonia intromitti posset, quoniam vis aperta non processisset, operibus mœnia oppugnare. Hæc parantibus his, decem regii lembi ab Thessalonica cum delectis Gallorum auxiliaribus missi, quum in

salo stantes hostium naves conspexissent; ipsi obscura nocte simplici ordine quam poterant proxime littus tenentes, intrarunt urbem. Hujus novi prædidi fama adiutere oppugnatione simul Romanos regemque coegit. circumvecti promontorium, ad Toronem classem appulerunt. Eam quoque oppugnare adorti, ubi valida defendi manu animadverterunt, irrito incepto Demetriadem petunt. Ibi quum appropinquantes replera mœnia armatis vidissent, prætervecti ad Iolcon classem appulerunt: inde agro vastato, Demetriadem quoque agressuri.

Cap. XIII. Inter hæc & consul, ne segnis fœderet rantum in agro hostico, M. Popillium cum quinque millibus militum ad Meliboeam urbem oppugnandam mittit. Sita est in radicibus Ossæ montis, qua parte in Thessaliam vergit, opportune imminens super Demetriadem. Primus adventus hostium perculit incolas loci: collecti deinde ex necopinato paventes animis, dissuetum armati portas ac mœnia, qua hostibus aditus erant: spemque extemplo incidebant, capi primo impetu posse. Obsidio igitur parabatur, & opera oppugnationum fieri cœpta. Perseus, quum audisset simul Meliboeam à consulis exercitu oppugnari, simul classem Iolci stare, ut inde Demetriadem aggrederetur; Euphranorem quemdam ex ducibus cum delectis duobus millibus Meliboeam mittit. eidem imperatum, ut, si à Meliboea submovisset Romanos, Demetriadem prius occulto itinere intraret, quam ab Iolco ad urbem castra moverent Romani. & appugnatoribus Meliboeæ, quum in superioribus locis repente apparuisset, cum trepidatione multa relicta omera sunt, ignisque injectus. Ira à Meliboea abscessum est. Euphranor, soluta unius urbis obsidione, Demetriadem exemplo ducit. nec tum mœnia modo, sed agros etiam confidentia fe à populationibus tueri posse: & eruptiones in vagos populatores non sine vulneribus hostium factæ sunt. Circumvecti tamen mœnia sunt præter & rex; situm urbis contemplantes, si qua parte tentare aut opere, aut vi possent. Fama fuit, per Cydam Cretensem, & Antimachum qui Demetriadi præerat, tractatas inter Eumenem & Persea conditiones amicitiæ. ab Demetriade certe abscessum est. Eumenes ad consulem navigat: gratulatus quod profpere Macedoniam intrasset, Pergamum in regnum abiit. Marcius Figulus prætor, parte classis in hiberna Sciathum missa, cum reliquis navibus Oreum Eubœiæ petiit. eam urbem aptissimam ratus, unde exercitibus, qui in Macedonia quique in Thessalia erant, mitti commeatus possent. De Eumene rege longe diversa tradunt. Si Valerio Antiati credas, neo classe adjutum ab eo prætorem esse, quum sæpe eum literis arcessisset, tradit: nec eum gratia ab consule profectum in Asiam; indignatum, quod, ut iisdem castris tenderet, permissum non fuerit. ne ut equites quidem Gallos, quos secum adduxerat, relinqueret, impetrari ab eo potuisse. *Attalum fratrem ejus, & renuntisse apud consulem, & fidem ejus fidem æquiti tenore egregiamque operam in eo bello fuisse.*

Cap. XIV. Dum bellum in Macedonia geritur, legati Tranialpini ab regulo Gallorum (Balanos ipsius tradituc nomen, gentis ex qua fuerit, non tradituc) Romam venerunt, pollicentes ad Macedonicum bellum auxilia. Gratiæ ab senatu actæ, munera quæ missa. torquis aureus duo pondo, & pateræ aureæ quatuor pondo equis phaleratus, armaque equestria. Secundum Gallos Pamphilii legati coronam auream, ex vigintimillibus Philippeorum factam ad urbem inferunt: perentibusque iis, ut id donum in cella Jovis optimi maximi ponere, & sacrificare in Capitolio liceret, permissum: benigneque amicitiam renovare volentibus legatis responsum, & binum millium æris singulis missum munus. Tum ab rege Prusia & paulo post ab Rhodiis, de eadem re longe aliter differentes legati auditi sunt. utraque legatio de pace reconciliandacum rege Perseo egit. Prusiæ preces magis quam postulatio fuere, protestantis, *& ad id tempus se cum Romanis stetisse, & quoad bellum foret, futurum. Cæterum quum ad se & Perseo legati venissent, de finiendo cum Romanis bello, & iis polliciturn deprecatorem apud senatum futurum; petere, si possent inducere in animum ut finiant iram, se quoque in gratia reconciliate pacis posse uti.* hæc regis legati. Rhodii superbe commemoratis erga populum Romanum beneficiis, & pene victoriæ, utique de Antiocho rege, majore parte ad se vindicata, adjecerunt: *Quum pax inter Macedonas Romanosque esset, fini amicitiam cum rege Perseo captam. eam se invitos, nullo ejus in se merito, quandiu ita Romanis visum sit, in societatem se belli trahere, interrupisse. Tertium se annum multa ejus incommoda belli sentire. mari intercluso inopia insulam premi, amissis maritimis vectigalibus agroque commeantibus. Quam id diu pati non possint legatos alios ad Perseu in Macedoniam missos, qui ei denuntiarent, Rhodios placere pacem cum componere cum Romanis: se Romam eadem nuncium missos. Per quos fecisset quo minus bene si-*

uis fieret, adversus eos quid sibi faciendum esset, Rhodios consuluerunt. Ne nunc quidem hac tine indignatione legi auditive posse certum habeo. Inde exstitinari patebit, qui habitus animorum audientium ea Patribus fuerit.

Cap. XV. Claudius, nihil responsum, auctor est: tantum Senatus consultum recitarum, quo Caras & Lycios liberos esse iuberet populus Romanus, literasque exemplo ad ut tramque gentem ut fierent indicatum mitti. Qua audita re, principem legationis, cujus magniloquentiam vix curia paulo ante ceperat, corruisse. Alli responsum esse tradunt, *Populum Romanum & principis hujus belli, haud quaquam dissertionis compertum habuisse, Rhodios aut Persico rege adversus remp. obsequium quam occulta consilia iniisse: & , si id ante dubium fuisset, legatorum paulo ante verba ad certum redegisse: & pleraque ipsam se fraudem, etiam si initio cautior fuerit, detegere. Rhodios nuncio in urbe terrarum arbitria belli pacisque agere: Deorum numen aruma sumpturos, postremoque Romanos esse. jam non Deos fiaderum testes, sed Rhodios habituros. Itaque tandem iis pareatur, exercitusque de Macedonia deportentur? Visuros esse, quid sibi faci. natum sit, quid Rhodii responderint, ipsos scire. Populum certe Romanum decisio Persico, quod propediem sperent fore, visurum, ut pro meritis cujusque in eo bello civitatis gratiam dignam referat.* Munus tamen legatis in singulos binum millium æris missum est: quod ii non susceperunt.

Cap. XVI. Literæ deinde recitatæ Q. Marcii consulis sunt, *Quemadmodum saltu superato in Macedoniam transisset: & ibi & ex aliis locis commeatus à prætore profectos in hiemem habere. & ab Epirotis vicinis millia modum tritici, decem hordei sumpsisse. ut pro eo frumento pecunia Romæ legatis eorum penderetur, legationis millibus ab Roma mittenda esse: equis ducentis ferme opus esse; maxime Numidis: nec sibi in his locis ullam copiam esse.* Senatusconsultum, ut ea omnia ex literis consulis fierent, factum est. C. Sulpicius prætor sex millia tegarum, triginta tunicarum, & equos deportanda in Macedoniam, præbendaque arbitratu consulis locavit: & legatis Epirotarum pecuniam pro frumento solvit. Et Onesimum, Pythonis filium, nobilem Macedonem, in senatum introduxit: is paris semper auctor regi fuerat, monueratque, sicut pater ejus Philippus institutum usque ad ultimum vitæ diem servabat, quotidie bis in die fœderis ictu cum Romanis perlegendi; ut eum morem, si non semper, crebro tamen usurparet. Postquam retinere eum à bello nequit; primo subtrahere sese per alias atque alias causas, ne interfici is, quæ non probabat, cepit: postremo, quum suspectum se esse cerneret, & proditionis interdum crimine insimulari; ad Romanos transfugit: magno usui consuli fuit. Ea introducta in curiam quum memorasset, tenuiores in Samnium focierum esse referri justit: locum lautia præbendi, agri Tarentini, qui publicus populi Romani esset, ducenta jugera dari, & ædes Tarentinæ: uti ea curaret, C. Decimio prætori mandatum. Censores censum idibus Decembribus iterum quam ante habuerunt; multis equi adempti, inter quos P. Rutilio qui tribunus plebis eos violenter acquisierat, tribu quique is motus. & ærarius factus ad opera publica faciendo. Quum eis dimidium ex vectigalibus ejus anni attributum ex Senatusconsulto à quæstoribus esset; T. Sempronius ex ea pecunia, quæ ipsi attributa erat, ædes D. Africani pone Veteres ad Fortunam longum, latis tabernis & cœnaculis conjunctas in publicum emit, basilicamque faciendam curavit, quæ postea Sempronia appellata est.

Cap. XVII. Jam in exitu annus erat, & propter Macedonici maxime belli curam in sermonibus hominum habebatur, quem in annum consules ad finiendum tandem id bellum crearent. Itaque Senatusconsultum factum est, ut Cn. Servilius primo quoque tempore ad comitia habenda veniret. Senatusconsultum Sulpicius prætor ad consulem post paucos dies recitavit, quibus ante diem in urbem venturus. & consul maturavit. & comitia habita die, qui dictus erat, sunt perfecta. Consules creati, L. Æmilius Paullus iterum, septimodecimo anno postquam primo consul fuerat, & C. Licinius Crassus. Prætores postero die facti, Cn. Babius Tamphilus, L. Anicius Gallus, Cn. Octavius, P. Cornelius Lentulus, P. Rubrius Elua, C. Papirius Carbo. Omnia ut maturius agerentur, belli Macedonici stimulabat cura. Itaque delignatos extemplo sorriri placuit provincias; ut, utri Macedonia consuli, cuique prætori classis veniret, sciretur. ut jam inde cogitarent, pararentque quæ bello usui forent, senatumque consulerent, si qua re consulto opus esset. Larinas, ubi magistratum iniissent, quod per religiones posset, primo quoque tempore heri placere. neque consulem, cui eundum in Macedoniam esset, teneri. His decretis consulibus Italia & Macedonia, prætoribus præter duas jurisdictiones in urbe, classis, & Hispania, & Sicilia, & Sardinia provinciæ nominatæ sunt. Consulum, Æmilio Macedonia, Licinio Italia evenit. Prætores, Cn. Babius

bius urbanam, L. Anicius peregrinam, sc. si quo fenatus consuluit. Cn. Octavius classem, P. Fonteius Hispaniam, M. Æburius Siciliam, C. Papirius Sardiniam est fortitus.

Cap. XVIII. Exempto apparatu omnibus non feginter id bellum L. Æmilium geiturum; præreiquum quod alius vir erat, metum quod dies propiusque intentus, ea sola, quæ ad id bellum pertinerent, animo agitabat. Jam omnium primum à fenatu petit, ut legatos in Macedoniam mitterent ad exercitus videndos classemque, & comperta referenda, quid aut terreitribus aut navalibus copiis opus esset. Præterea ut exploraret copias regias quantum possent, quæque provincia metus, qua hostium foret, utrum intra saltus castra Romani haberent, an jam omnes angustias exsuperare, & in æquo loca pervenissent, qui fideles nobis forent, qui dubii suspensique ex fortuna fidei, qui ultro hostiles animos gererent, quanti præparati commeatus, & unde terreitri itinere, unde navibus supportarentur: quid ea cæteræ terra marique rerum gestarum esset. ex his bene cognitis, certa in futurum consilia capi posse rarus. Senatus Cn. Servilio Cæpioni negotium dedit, ut is in Macedoniam, quos Æmilio videretur legaret. Legari biduo post profecti, Cn. Domitius Ænobarbus, A. Licinius Nerva, L. Bæbius. Bis in exitu anni ejus lapidarum esse, nunciatum est; in Romano agro, simul in Veientibus. novendiale sacrum factum est. Eo anno & Cæsennius mortui sunt, P. Quintilius Varus, flamen Martialis: & M. Claudius Marcellus, Decemvir. in cujus locum Cn. Octavius suffectus. Et jam magnificentia crescente notatum est, ludis Circensibus P. Cornelii Scipionis Nasicæ, & L. Lentuli ædilium curulium, sexagina tres Africanas, & quadraginta ursos & elephantos luisse.

Cap. XIX. L. Æmilio Paullo, C. Licinio consulibus Idibus Martiis principio insequentis anni, quum in exspectatione Patres fuissent; maxime quidam comiti de Macedonia, cujus ea provincia esset, referret: nihil te habere, Paullus quod referret, quum nondum legati redissent, dixit: *Caterum Brundisii legatos jam esse, bis ex curia Byrrhenium eiectos. Comitia mox, quæ nosci prius in rem esset, relaturum: id fore certe perpetuos duces. Et ne quid profecti nos fatum teneret, pridie Idus Aprilis Latinis esse constitutam diem. Sacrificio rite perfecto, se & Cn. Octavium, simul senatus consultum, exturos esse. C. Licinio collega ita fore cura se abfente ut, si quæ parari militiæ ad id bellum opus sit, parentur ultroque. Interea legationes exposcarum nationum audiri posse.* Sacrificio rite perfecto, primi Alexandrini legati ab Ptolomæo & Cleopatra regibus vocati sunt. Sordidati, barba & capillo promisso, cum ramis oleæ ingressi curiam, procubuerunt: & oratio quam habitus fuit miserabilior. Antiochus Syriæ rex, qui obsessa Romæ fuerat per bonestam speciem majoris Ptolomæi reducendi in regnum, bellum cum minore fratre ejus, qui tum Alexandriam renebat, gerens, & ad Pelusium navali prælio victor fuerat, & tumultuario opere ponte per Nilum facto transgressus cum exercitu, obtidione ipsam Alexandriam terrebat: nec procul abesse, quin potiretur regno opulentissimo, videbatur. Ea legati querentes orabant senatum, ut opem regno regibusque amicis imperio ferret. *Ea merita posuit Romani in Antiochum, cum apud omnes reges gentesque auctoritatem esset, ut legatos mitteret qui denunciarent, non placere senatui jocis regibus bellum peri; exemplo abscessurus à manibus Alexandriæ, Antiochusque exercitum in Syriam esset. Quod si cunctentur facere, brevi extorres regno Ptolomæum & Cleopatram Romam venturos, cum pudore populi Romani quod nullam opem in ultimo discrimine fortunarum tulissent.* Moti Patres precibus Alexandrinorum, extemplo C. Popillium Lænatem, & C. Decimium, & C. Hostilium, legatos, ad finiendum inter reges bellum miserunt. Prius Antiochum, dein Ptolomæum adire jussi, & nunciare, ni abssitatur bello, per utrum steterit, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse.

Cap. XX. His intra triduum primum cum legatis Alexandrinis profectis, legati ex Macedonia quinquarribus ultimis adeo exspectati venerunt, uti, nisi vesper esset, extemplo senatum vocaturi consules fuerint. Postero die senatus fuit, legatique audiri sunt. Ii nunciant, *Majore periculo quam emolumento exercitum per invias saltus in Macedoniam inductum, Persam, quo processisset, regno tenere: castra cæpois propitia collata esse ad flumine Enipeo interjecto arcuantur. neque regem pugnandi potestatem facere, nec nostris vim ad cogendum esse. Hiemem etiam asperam rebus gerendis intervenisse. In otio militem ali, nec plus quam sex dierum frumentum habere. Macedonum duci triginta millia armatorum esse.* Et Ap Claudio circa Lycimidum saris vallatus exercitus teneri, potuisse anteiri bello ad finere regem: nunc & Appium, & quod eum co præsidi it in summo periculo esse: nisi propere aut vi ipsa exercitus demittatur, aut illi inde deducantur.

Ad classem se ex eadem profectos; sociorum navalium partem, morbo audisse absumptam: partem, maxime qui ex Sicilia fuerint, domos suas abisse, & homines navibus deesse. qui sint, neque stipendium accepisse, neque vestimenta habere. Eumenem discessumque ejus, tamquam vento elatas naves, sine causa & vanisse & abisse: nec animum ejus regis constare satis visum. Sicut omnia de Eumene dubia, Attali egregie constantem fidem nunciabant.

Cap. XXI. Legatis auditis, tunc de bello referre sese L. Æmilius dixit. Senatus decrevit, *Ut in actis legiones parem numerum tribunorum consules & populus crearent: creari autem nominem eo anno placere, nisi qui honorem gessisset. Tum ex omnibus tribunis militum uti L. Æmilius in duas legiones in Macedoniam, quas cornua velit, eligat, & ut solemni Latiarum perficio, L. Æmilius consul, Cn. Octavius prætor, cui classis obtigisset, in provinciam proficiscantur.* additus est his tertius L. Anicius prætor, cujus inter peregrinos jurisdictio erat. cum in provinciam Illyricum circa Lychnidum Ap. Claudio succedere placuit. Delectus cura C. Licinio consuli imposita. is septem millia civium Romanorum, & equites ducentos scribere jussus: & sociis nominis Latini septem millia peditum imperare, quadringentos equites: & Cn. Servilio Galliam obtinenti provinciam literas mittere, ut ducentos equites conscriberet. Hunc exercitum ad collegam primo quoque tempore mittere in Macedoniam jussus. neque in ea provincia plus quam duas legiones esse, eas replere, ut sena millia peditum, trecentos haberent equites. cæteros equites peditesque in præsidiis disponi. Qui eorum idonei ad militandum non videri, dimitti. decem præterea millia peditum imperata sociis: & octingenti equites. Id præsidii additum Anicio, præter duas legiones, quas portare in Macedoniam est jussus. quina millia peditum & ducenos habentes, trecenos equites: & in classem quinque millia navalium sociûm junt scripta. Licinius consul duabus legionibus obtinere provinciam jussus: eo addere sociorum decem millia peditum, & ducentos equites.*

Cap. XXII. Senatusconsultis perfectis, L. Æmilius consul e curia in concionem processit, orationemque talem habuit: *Animadvertisse videor, Quirites, majorem mihi, sortito Macedoniam provinciam, gratulationem factam, quam quim aut consul essem consalutatus, aut quo die magistratum inissem: neque id ob alium consilium, quam quia bello ea Macedonia, quod diu trahitur, existimassis dignum majestate populi Romani exitum per me imponi posse. Deos quoque huic favisse sorti spero: eosdemque in rebus gerendis affuturos esse. Hæc partim opinari, partim sperare possum. Illud affirmare pro certo habeo audeoque, ne omni ope adnisurum esse, ne frustra vos hanc provinciam concepisse. Quæ ad bellum opus sunt, & senatus decrevit, & (quoniam exemplo proficisci placet, neque ego in mora sum) C. Licinius collega, vir egregius, æque enixe parabit, ac si ipse id bellum gesturus esset. Vos, quæ scripsero senatui aut vobis, credite. tumores credulitate vestra ne alueris, quos rumor auctor nemo extabit. Nam nunc quidem, quod vulgo fieri hoc præsidiis bello animadverti, nemo tam fame contemtor est, cujus non debilitari animus possit. In omnibus circuliis, atque etiam (si Dis placet) in curiis fuit, qui evectus in Macedoniam ducant: ubi cessare locanda sint sciant, quæ loca præsidiis occupanda: quando aut quo saltu intranda Macedonia; ubi horrea ponenda: qua terra, mari suvehantur commeatus: quando cum hoste manus conferenda, quando quiescendum sit. Nec, quid melius faciendum sit, modo statuunt. Sed qui quid aliter quam ipse consilere faciam est, consulem veluti dicta die accusant. Hæc magna impedimenta res gerentibus sunt. nec enim omnes tam fortes & constantis animi contra adversum rumorem esse possunt, quam Fabius fuit: qui suum timorem minus per vanitatem populi maluit, quam fesunda fama male rem gerere. Non sum is, qui non existimem admonendos duces esse: imo eum, qui de sua unius sententia omnia gerat, superbum judico magis quam sapientem. Quid ego ob? Primum a prudentissimis & peritissimis militiæ virtis, & usu doctis, monendi imperatores sunt: deinde ab his qui interfuit gerendis rebus, qui loca, qui hostem. qui temporum opportunitatem vident. qui in eosdem veluti navis, io participes sunt periculi. Itaque si quis est, qui quod e republica sit, dabore se mihi in eo bello, quod gerimus sum, conferat; ne deneget operam reipublicæ, & in Macedoniam meam veniat. ne eque, tabernaculo, viatico etiam & me juvet. Si quem ita facere piget, & otium urbanum militiæ laboribus præponit, & terra me quærentem. Sermonum satis inja præsul unus. tam celebrem famam continuare non expedit. Ibi consilia contentos futuros esse sciet.* Ab hac concione, Latinis quæ pridie Calendis Aprilibus fuerunt, in monte Sacrificio rite perpetrato, profinus inde & consul & prætor Cn. Octavius in Macedoniam profecti sunt. Tra-

ditum

ditum est memoriæ, majore quam solita frequentia profequentium consulem celebratum. ac prope certa spe ominatos esse homines finem esse Macedonico bello, maturumque reditum cum egregio triumpho consulis fore.

Cap. XXIII. Dum hæc in Italia geruntur, Perseus quod jam inchoatum perficere, quia impensa pecuniæ faciendæ erat, non inducebat in animum, ut Gentium Illyriorum regem sibi adjungeret; hoc, postquam intrasse Istum Romanos, & adesse difficrimen ultimum belli animadvertit, non ultra differendum ratus; quum per Hippiam legatum trecenta argenti talenta pactus esset, ita ut obsides utro citroque darentur; Pantauchum mittit ex fidissimis amicis ad ea perficienda. Modeone Labeatidis terræ Pantauchus regi Illyrio occurrit: ibi & jusjurandum ab rege & obsides accepit. missus & a Gentio est legatus, nomine Olympio, qui jusjurandum a Perseo obsidesque exigeret. Cum eodem ad pecuniam accipiendam missi sunt & auctore Pantauchio, qui Rhodum legati cum Macedonibus irent: Parmenio & Marcus destinantur, quibus ita mandatum, ut jurejurando obsidibusque & pecunia accepta tum demum Rhodum proficiscerentur: duorum simul regum nomine incitari Rhodios ad bellum Romanum posse, adjunctam civitatem, penes quam unam tum rei navalis gloria esset, nec terra, nec mari spem relictuam Romanis. Venientibus Illyriis, Perseus ab Enipeo amni ex castris cum omni equitatu profectus, ad Dium occurrit. Ibi ea quæ convenerant circumfuso agmine equitum facta: quos adesse fœderi sanciendo Gentio solebat videbatur. Magnitudo enim eam rem ratus animorum iis adjecturam, & obsides in conspectu omnium dari, acceptique: & Pellam ad thesauros regios missis qui pecuniam acciperent, qui Rhodum irent cum Illyriis legatis Thessalonicæ confecendere jussit. Ibi Merrodorus erat, qui nuper ab Rhodo venerat: auctoribusque Dinone & Polyarato principibus civitatis ejus, affirmabat, Rhodios paratos ad bellum esse. is princeps junctæ cum Illyriis legationis datus est.

Cap. XXIV. Eodem tempore ad Eumenem & ad Antiochum communia mandata, quæ fubiicere conditio rerum poterat. *Natura inimica inter se esse liberam civitatem comregem. Singulos populum Romanum aggredi, & quod insignius sit, regum virtutes reges oppugnare. Attalo adjutore patrem suum oppressum. Eumene adjunctam, & quadam ex parte etiam Philippo patre suo. Antiochum oppugnatum: in se nunc & Eumenen & Prusiam armatos esse. Si Macedoniæ regnum sublatum fo-*

ret, proximam Asiam esse: quam jam ex parte sub specie liberandarum civitatum suam fecerint: deinde Syriam. Jam Prusiam Eumeni honore præsenti, jam Antiochum victorem præmio belli ab Egypto arcuri. Hæc cogitantem providere jubebat, ut aut ad pacem fecum faciendam compellerent Romanos, aut perseverantes in bello injusto communes duceret omnium regum hostes. Ad Antiochum aperta mandata erant, ad Eumenem per speciem captivorum redimendorum missus legatus erat: verum secultiora quædam agebantur, quæ in præsentia invisum quidem & suspectum Romanis Eumenen fallis gravioribus * * * Proditor enim ac prope hostis habitus, dum inter se duo reges captantes fraude & avaritia certant. Cydas erat Cretensis, ex intimis Eumenis: hic prius ad Amphilium cum Chimaro quodam populari suo, militante apud Persea, inde postea ad Demetriadem, semel cum Menecrate quodam, iterum cum Antimacho, regiis ducibus, sub ipsis meenibus urbis collocutus fuerat. Cryphon quoque, qui tum missus est, diuturnus ad eundem Eumenem jam ante legationibus functus erat. Quæ colloquia occulta & legationes infames quidem erant: sed, quid actum esset, quidve inter reges convenisset, ignorabatur. Res autem ita se habuit.

Cap. XXV. Eumenes neque fuit victoriæ Perseæ, neque belio eum invadere animo habuit: non tam quia paternæ inter eos inimicitiæ erant, quam ipsorum odiis inter se accensæ. Non ea regum æmularo, ut æquo animo Persea tantas adipisci opes tantamque gloriam, quanta Romanis victis eum manebat, Eumenes viturus fuerit. Videbat & Perseæ jam inde ab initio belli, omni modo spem pacis tentasse, & indies magis, quo propior admoveretur terror, nihil neque agere aliud, neque cogitare. Romanos quoque, quia traherentur diutius quæ ipsorum bellum, & ipsos duces & senatum non abhorrere a inviendo eum incommodo ac difficili bello. Hac utriusque parris voluntare explorata, quod fieri etiam sua sponte credio validioris, metu infirmioris credebat posse, in eo suam operam venditare concilianda gratia magis cupiit. Nam modo ne juvaret bello Romanos terra marique, modo pacis patranda eum Romanis paciscebatur mercedem. ne bello interesset, mille & quingena talenta in utroque non fidem modo se, sed obsides quoque dare paratum esse offendebat. Perseus ad rem inchoandam promptissimus erat cognito metu. Se de obsidibus accipiendis ita fine dilatione agebat, ut convenerat, ne ut accersi Cretam mitterentur. Ubi ad pecuniæ mentionem ventum erat, ibi hæsitabat:

bat: & utique alteram in tanti nominis regibus turpem ac fordidam, & danti & magis accipienti, mercedem esse. Malebat in ipsum Romanæ pacis non recutare impensam, sed eam pecuniam perfecta re datorum. interea Samothracæ in templo defossorum. Ea initia quum ipsius dirimis esset, videre Eumenes nihil interesse, an Pellæ pecunia esset: id agere, ut partem aliquam præsentem ferret. ita nequicquam inter se captari, nihil præter infamiam moveri.

Cap. XXVI. Nec hæc tantum Perseo per avaritiam est dimissa res, quum pecuniam tutam & pacem habere per Eumenem, quæ utilis parte regi redimenda esset, ac receptus protrahere inimicum mercede cruentum, & hostes merito ei Romanos posse facere: sed etiam Gentii regis parata focieras, & cum Gallorum effutorum per Illyricum ingens agmen civitatum, avaritia dimittens est. Venierant decem millia equitum, parata ad id pecuniam, & ipsorum jungentium cum equis, & in vicem profuturum equitum vacuos capientium ad pugnam equos. Hi patti erant, equos denos præstentes aureos, pedites quinos, mille duos eorum. Venientibus his Perseus ab Emilio Cæsa profectus obviam cum dimidia copiarum parte, denunciare per vicos urbesque, quæ viæ propinquæ sunt, cœpit, ut commeatus expedirent, frumenti, vini, pecorum ut copia esset. ipse equos, phaleratique, & fagula, donum principibus ferre, & parum auri quod inter paucos dividere: multitudinem credens trahi spe posse. Ad Almanam urbem pervenit, & in ripa Haminis Axii posuit castra: circa Desudabam in Mædica exercitus Gallorum confederat; mercedem pactam opperiens. Eo mittit Antigonum ex purpuratis unum, qui juberet multitudinem Gallorum ad Bylazora (Peoniæ is locus est) castra movere, principes ad se venire frequentes. septuaginta quinque millia ab Axio flumine & castris regis aberant. Hæc mandata ad eos quum pertulisset Antigonus, adjecisse atque, per vinas quantas omnium comparata cuiusque copia multitudini foret, cubiculique muneribus principes advenientes, vestis, argenti, equorumque exceptorus rex esset, de his quidem se coram cogniturus respondent. illud quod præsens postgisset interrogant, equid aurum, quod in singulos pedites equitesque dividendum esset, secum adduxisset? Quum ad id nihil responderetur, Clondicus regulus eorum, *Abi, renunci i ergo, inquit, regi, nisi aurum objecisse accepissent, nusquam inde Gallos longius vestigium moturos.* Hæc relata regi quum essent, advocato consilio, quum, quid omnes inaturi essent, appareret, ipse, pecuniæ quam regni melior custos, infitiæ desperdidia & feritate Gallorum differere: *Mittorum jam ante oculos experimentum, periculosum esse tantam multitudinem in Macedoniam accipere, ne graviores eos socios habeant, quam hostes Romanos. Quinque millia equitum satis esse, quibus & uti ad bellum possent, & quorum multitudinem ipsi non timerent.*

Cap. XXVII. Apparebat in omnibus, mercedem multitudinis ritmere, nec quisquam aliud: sed quum suadere consulenti nemo audiret, remittitur Antigonus qui nuntiaret, quinque millium equitum opera tamum uti regem: contineniere multitudinem aliam. Quod ubi audivere barbari, cæterorum quidem fremitus fuit, indignantium se fruitra excitos fedibus suis: Clondicus rursus interrogat, equid ipsis quinque millibus, quod contentis tot tenerarent: Quinquatrus id quoque milieni ambages cernere, invidolato fallaci nuncio (quod vix tieeraverat ipse posse contingere) retro ad Istrum perpotulari Thraciam, qua vicina erat viæ, rediciunt. Quæ manus, quieto fedente rege ad Empeum, adverso Romanos Perræbiæ saltum in Thessaliam traducta, non agros tantum nudare populando potuit, ne quos inde Romani commeatus exspectarent, sed ipsas exscindere urbes, tenente ad Empeum Perseo Romanos, ne urbibus fessis opitulari possent. Ipsis quoque Romanis de se cogitandum fuisset: quando neque manere amissa Thessalia, unde exercitus alebatur, potuissent, neque progredi, cum ex adverso castra Macedonum * * * qui ea pependerant spe, haud mediocriter debilitavit. Eadem avaritia Gentium regem fibi alienavit: nam, quum recenti clientela Illyriis missis a Gentio numeraret, signare eos pecuniam passus est. Inde decem talenta ad Pantauchum missa, eaque præsentia dari regi jussit: reliquam pecuniam signatam Illyriorum signo, portantibus Iris præcipit parvis itineribus veherent. dein, quum ad finem Macedoniæ venturum esset, subsisterent ibi, ac nuncios ab se opperirentur. Gentius exigua parte pecuniæ accepta, quum assidue a Pantaucho ad accelerandos hostili fatto Romanos flimularetur, M. Perperinam & L. Petilium legatos, qui tum forte ad eum venerant, in custodiam conjecit. Hoc audito Perseus contraxisse eum necessitates ratus ad bellum utique cum Romanis, ad revocandum qui pecuniam portabat misit: velut nihil aliud agens, quam ut quanta maxima posset præda ex victo Romanis relinqueretur. Et ab Eumene per-

pon-

pon, ignotis quæ occulte acta erant, redit. De captivis actum esse & ipsi evulgaverant: Sc Eumenes contulem vitandæ suspicionis causa certiorem fecit.

Cap. XXVIII. Perfeus post reditum ab Eumene Eropontis spe dejectus, Antenorem & Callippum præfectos classis cum quadraginta lembis (adjectæ ad hunc numerum quinque prius erant) Tenedum mittit, ut inde ipse per Cycladas insulas naves Macedoniam cum frumento peremes, retraheret. Caffandream deducte naves, in portus primum qui sub Atho monte sunt, inde Tenedum placido mari quum trajecissent; stantes in porta Rhodias apertas naves, Eudamumque præfectum earum, inviolatas, atque etiam benigne appellatos dimisserunt. Cognito deinde in latere altero quinquaginta onerarias ibi rum, stantibus in ostio portus Eumenis rostratis, quibus Damius præerat, inclutas esse; circumvectis propere ac summotis terrore hostium navibus, onerarias, datis qui profequerentur decem lembis, in Macedoniam mittunt: ita ut in tutum perducti redirent Tenedum. Nono poft die ad classem jam ad Sigeum stantem redierunt. Inde Subota (insula est interjecta Eleæ & Atho) trajiciunt. Forte postero die quum Subota classis temuit, quinque & triginta naves, quas hoc agebat, vocant, ab Elea profecta cum equitibus Gallis equisque, Phanas promontorium Chiorum petebant, unde transmittere in Macedoniam posset: Attalo ab Eumene mitteantur. Has naves per altum ferri quum ex flecula lignum datum Antenori esset, profectus à Subotis, inter Erythræum promontorium, Chiumque, qua arctissimum fretum est, iis occurrit. Nihil minus credere præfecti Eumenis, quam Macedonum classem in illo vagari mari; nunc Romanos esse, nunc Attalum, aut remittis aliquos ab Attalo ex castris Romanis Pergamum petere. Sed quum jam appropinquantium forma lemborum haud dubia esset, & concitatio remorum, directeque in se prorae, hostes propinquare apertissent; nunc injecta trepidatio est, quum retinendi ipes nulla esset; inhabilique navium genere & Gallis vix quietem ferentibus in mari. Pars eorum, qui propiores continent littori erant, in Erythræam enarunt: pars celis datis ad Chium naves ejecere, relictisque equis effusa fuga urbem petebant. Sed propius urbem lembi accessuque commotiore quum expotitissent armatos, partim in via fugientes Gallos adepti Macedones cecidertint, partim ante portam excluses: clauserant enim Chii portam, ignari qui fugerent aut ubi morerentur. Octingenti ferme Gallorum occisi, ducenti vivi capti: equi, pars in mari fractis navibus, absumpti: partim nervos succiderunt in littore Macedones. Viginti eximiæ equos formæ cum captivis: eosdem decem lembos, quos ante miserat, Antenor devehere Thessalonicam jussit, & primo quoque tempore ad classem reverti: Phanis te eos exspectaturum. Triduum ferme classis ad urbem itetit. Phanas inde progressi sunt, & spe celerius reversis decem lembis evecti, Ægeo mari Delum trajecerunt.

Cap. XXIX. Dum hæc geruntur, legati Romani, C. Popillius, & C. Decimius & C. Hostilius, à Chalcide profecti, tribus quinqueremibus Delum quum venissent, lembos ibi Macedonum quadraginta & quinque regis Eumenis quinqueremes invenerunt. Sanctitas templi infulasque inviolatas præstabat omnes. Itaque permixti Romanique & Macedones, & Eumenis navales socii, in templo, inducias religione loci præbente, verbabantur. Antenor Perfei præfectus, quum aliquas alto præferri onerarias naves ex speculis significatum foret, parte lemborum ipse insequatur, parte per Cycladas dispolita, præterquam si quæ Macedoniam peterent, emnes aut suppriment, aut spoliabat naves: quibus poterat Popillius, aut Eumenis naves, fuccurrebat: sed vecti nocte binis aut ternis plerumque lembis Macedones fallebant. Per id fere tempus legati Macedonici Illyriique simul Rhodum venerunt, quibus auctoritatem addidit, non lemborum modo adventus passim per Cyclades atque Ægeum vagantium mare, sed etiam conjunctio ipsa regum Perfei Gentiique, & fama cum magno numero peditum equitumque veniente Gallorum. Et jam quum accessissent animi Dinoni ac Polyarato, qui Perfei partium erant, non benigne modo reiponsum regibus est, sed palam pronunciatum, bello finem se auctoritate ita imposituros esse, itaque ipsi quoque reges æquos ad hibendi animos non accipiendam.

Cap. XXX. Jam veris principium erat, novique duces in provinciam venerant, consul Æmilius in Macedoniam, Octavius Orcum ad classem, Anicius in Illyricum, cui bellandum adversus Gentium. Patre Pleurato rege Illyriorum, & matre Eurypica genitus, fratres duos Platorem utroque parente, Caravantium matre eadem natum habuit. Hoc propter ignobilitatem paternam minus suspecto, Platorem occidit: & duos amicos eius, Beritum & Epicadum, impigros viros, quo tutius regnaret. Fama fuit, fratres duos Plat

dempto fratris metu popularibus esse coepit: & violentiam insitam ingenio intemperantia vini accendebat. Cæterum, sicut ante dictum est, ad Romanum incitatus bellum, Issum omnes copias contraxit: quindecim millia armatorum fuerunt. Inde fratre in Caviorum gentem vi aut terrore subigendam cum mille peditibus & quinquaginta equitibus misso, ipse ad Basianiam urbem quinque millia ab Lisso ducit. Secuti erant Romanorum, itaque per missos nuncios priusquam, cohibiolenem pati quam dedere se fe maluerunt. Caravantium in Caviis Durnium oppidum advenientem benigne accepit: Caravantis altera urbs excluit. & quum agros eorum effuse vastaret, aliquot palati milites agrestium concursu interfecti sunt. Jam & Ap. Claudius, adsumptis ad eum exercitum quem habebat Bulinorum, & Apolloniatium, & Dyrrhachinorum auxiliis, profectus ex hibernis, circa Genusium amnem castra habebat; audito fœdere inter Persea & Gentium, & legatorum violatorum injuria accensus, bellum haud dubie adversus eum gesturus. Anicius Prætor eo tempore Apolloniæ, auditis quæ in Illyrico gererentur, præmissisque ad Appium literis, ut se ad Genusum opperiretur, triduo & ipse in castra venit: & ad ea quæ habebat auxilia, assumptis Parthinorum juventuris duobus millibus peditum, & equitibus ducentis, (peditibus Epicadus, equitibus Agallus præerat,) parabat ducere in Illyricum, maxime ut Bassanitas solveret obsidione. tenuit impetum ejus fama lemborum vastantium maritimam oram. Octoginta erant lembi, auctore Pantaucho missi à Gentio ad Dyrrhachinorum & Apolloniatium agros populandos. Tum classis ad

* * *

Cap. XXXI. to eo tradiderunt se: deinceps & urbes regionis ejus idem faciebant, adjuvante inclinationem animorum clementia in omnes & justitia prætoris Romani. Ad Scodram inde ventum est, id quod belli caput fuerat: non eo solum, quod Gentius eam sibi ceperat, velut regni totius arcem, sed etiam quod Labeatium gentis munitissima longe est & difficilis aditu. Duo cingunt eam flumina, Clausala latere urbis, quod in orientem paret præfluens, Barbana ab regione occidentis ex Labeatide palude oriens. hi duo amnes confluentes incidunt Orinudi fluminis: quod ortum ex monte Scodro, multis & aliis auctum aquis mari Hadriatico infertur. Mons Scodrus longe altissimus regionis ejus, ab oriente Dardaniam subjectam habet, à meridie Macedoniam, ab occasu Illyricum. Quanquam munitum situ naturali oppidum erat, genisque id tota Illyriorum & rex ipse tuebatur; tamen prætor Romanus, quia prima successerant propere, fortunam totius rei principia secuturam esse ratus, & repentinum valiturum terrorem, infirmo exercitu ad mœnia succedit. Quod si clausis portis muros portarumque turres dispositis armatis defendissent, vano cum incepto mœnibus repulissent Romanos. nunc porta egressi prælium loco æquo majore animo commiserunt, quam sustinuerunt. Pulsi enim & fuga conglobati, quum ducenti amplius in ipsis faucibus portæ cecidissent, tantum intulerunt terrorem, ut oratores extemplo ad prætorem mitterent Gentius Teuticum & Bellum, principes gentis, per quos inducias peteret, ut deliberare de statu rerum suarum posset. Triduo in hoc dato, quum castra Romana quingentos ferme passus ab urbe abesset, navem conscendit, & flumine Barbana navigat in lacum Labeatum; velut secretum locum perens ad consultandum: sed, ut apparuit, falsa spe excitus, Caravantium fratrem multis millibus armatorum actis ex ea regione, in quam missus erat, adventare, qui postquam evanuit rumor, tertio post die navem eandem secundo ammi Scodram demisit: præmissisque nuncliis, ut sibi appellandi prætoris potestas fieret; copia facta, in castra venit. Et principium orationis ab accusatione stultitiæ orsus fuæ, postremo ad preces lacrimasque efflutus, genibus prætoris accidens, in potestatem sese dedit. Primo, bonum animum habere jussus, ad cœnam etiam invitatus, in urbem ad suos redit, & cum prætore eo die honoritice est epulatus: deinde in custodiam C. Cassio tribuno militum traditus, vix dilationis accepto decem talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret.

Cap. XXXII. Anicius Scodra recepta, nihil prius quam requisitos Perilium Perpernamque legatos ad se duci jussit: quibus splendore suo restituto, Perpernam extemplo mittit ad comprehendendos amicos cognatosque regis; qui Medeonem Labeatium gentis urbem profectus, Etlevam uxorem cum filiis duobus, Scerdileto Pleuratoque, & Caravantium fratrem Scodram in castra adduxit. Anicius bello Illyrio intra triginta dies perfecto, nuncium victoriæ Perpernam Romam misit: & post dies paucos Gentium regem ipsum cum parente, conjuge, liberis, ac fratre, aliisque principibus Illyriorum. Hoc unum bellum prius perpetratum, quam cœptum, Romæ auditum est. Quibus diebus hæc agebantur, Perseus quoque in magno terrore erat, propter adventum simul Æmilii novi consulis, quem cum ingenti-

bus minis adventare audiebat, simul Octavii prætoris. Nec minus terroris à classe Romana & periculo maritimæ oræ habebat. Thessalonice Eumenes & Athenagoras præerant cum parvo præsidio duorum millium cetratorum. Eo & Androclen præfectum mittit; jussum sub ipsis navalibus castra habere. Æniam mille equites cum Antigono mittit ad tutandam maritimam oram: utquecunque littore applicuisse naves hostium audirent, extemplo terrerent agrestibus opem. quinque millia Macedonum missa ad præsidium Pythii & Petræ, quibus præpositi erant, Hilliæus, & Theogenes, & Milo. His profectis ripam munire Lupiei Numinis aggressus est; quia huic alveo transire poterat. Huic ut omnis multitudo vaderet, fœminæ ex propinquis tribus coactæ cibaria in castra afferebant: miles jussus ex propinquis silvis

* * *

Cap. XXXIII. postremo sequi se utrarios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, jussit. & in litore alios alibi modici spatii utrinque fodere. monres ingentis altitudinis ipsem faciebant, eo magis quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices, quorum venæ in mare permanantes undæ misterentur. Vix deducta summa arena erat, quam fontium rigines turbidæ primo & tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam, velut Deum dono, coeperunt. Aliquantum eo quoque res duci famæ & auctoritatis apud milites adjecit. Pulsis deinde militibus expedire arma, ipse cum tribunis primisque ordinibus vadit ad contemplandos transitus; qua defensus facilis armaris, quaque interiorem ripam minime iniquus ascensus esset. His datis exploratis, illa quaque primum, ut ordine ac fine tumultu omnia in agmine ad nutum imperiumque ducis fierent, providit. Ubi omnibus simul pronunciaretur quod iterabeque omnes exaudirent: incerto imperio accepto, alios ab se adjicentes, plus eo quod imperatum sit; alios minus facere. clamores deinde dissonos oriri omnibus locis, & primis hostes, quam ipses, quid parerent scire. Placere igitur, tribunum militum primopilo legionis secretum edere imperium: illum & dein singulis proximo quique in ordine centurioni dicere quid opus facto sit; sive à primis signis ad novissimum agmen, sive ab extremis ad primos perferendum imperium sit. Vigiles etiam novo more scutum in vigilium ferre vetuit: non enim in pugnam vigilem ire, ut armis utatur, sed ad vigilandum, ut, quum senserit hostium adventum, recipiat se, excitetque ad arma alios. Scuto præ se erecto stare galeatos: dein ubi fessi sint, innixos pilo capite super marginem scuti posito sopitos stare: ut fulgentibus armis procul conspici ab hoste possint, ipsi nihil providerint. Stationum quoque morem mutavit. armati omnes, & frænatis equis equites, diem totum perstabant. id quum æstivis diebus urente aliduo sole fieret, tot horarum æstu & languore ipsos equosque fessos, integri sæpe adorti hostes, vel pauci plures vexabant. itaque ex matutina ilatione ad meridiem decedi. & in posteriem meridianam succedere alios jussit: ita nunquam fatigatos recens hostis aggredi poterat.

Cap. XXXIV. Hæc quum ita fieri placere concione advocata pronunciasset; adjecit urbanæ concioni convenientem orationem. *Unum imperatorum in exercitu providere & consulere quid agendum sit debere; nunc per se, nunc cum iis quos advocaverit in consilium. qui non sint advocati, eos nec palam, nec secreto jactare consilia sua. Militem hæc tria curare debere, corpus ut quam validissimum & pernicissimum habeat, arma apta, eisdem paratum ad subita imperia: cætera scire de se Diis immortalibus & imperatori suo curæ esse. in quo exercitu, milites, consul, & imperator, rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil salutare esse. Se quod sit officium imperatoris, præcipuum ut bene gerendæ rei occasionem eis præbeat. Illos nihil quod futurum sit quærere: ubi datum signum sit, tum militarem operam navare.* Ab his præceptis concionem dimittit: vulgo etiam veteranis fatentibus, se illo primum die, tanquam tirones, quid agendum esset in re militari didicisse. Non sermonibus tantum his, cum quanto assensu audissent verba consulis, ostenderunt: sed rerum præsens effectus erat. Nemine totis mox castris quietum videres: acuere alii gladios, alii galeas bucculasque, scuta alii, loricasque tergere: alii aptare corpori arma, experiique sub his membrorum agilitatem: quatereallii pila, alii micare gladiis, mucronemque intrueri. ut facile quis cerneret, ubi primum conserendi manum cum hoste data occasio esset, aut victoria egregia, aut morte memorabili inituros bellum. Perseus quoque quum advento consulis simul & veris principio, strepere omnia moverique apud hostes, velut novo bello, cerneret, mota à Phila castra in adversa ripa posita, nunc ad contemplanda opera sua circumire ducem, haud dubie transitus speculantem.

* * *

Cap. XXXV. norum esse. Quæres Romanis auxit animos. Macedonibus regique eorum haud mediocrem attulit terrorem. Et primo superi-

primere in occulto famam eius rei eſt conatus; miſiis qui Pantauchum inde venientem appropinquare caſtris vetarent: ſed jam & pueri quidam viſi ab ſuis erant inter obſides Illyrios ducti: & quo quæque accuratius curantur, eo facilius loquacitate regiorum miniſtrorum emanant. Sub idem tempus Rhodii legati in caſtra venerunt, cum iiſdem de pace mandatis, quæ Romæ ingentem iram Patrum excitaverè. Multo iniquioribus animis à cæſtrenſi conſilio auditi ſunt. Itaque quum alii præcipites ſine reſponſo agendos caſtris pronunciavìt, poſt diem quintumdecimum ſe reſponſum daturum. Interim, ut appareret quantum pacificantium Rhodiorum auctoritas valuiſſet, conſultare de ratione belli gerendi cœpit. Placebat quibuſdam, & maxime majoribus natu, per Epiri ripam munitioneſque vim facere. confertis & vim facientibus retiſtere Macedonas non poſſe; ex tot caſtellis aliquanto militoribus ac munitioribus, quæ validis præſidiis inſedifient, priore anno dejectos. aliis placebat, Octavium cum claſſe Theſſalonicam petere, & populatione maritimæ oræ diſtringere copias regias: ut altero ab tergo ſe oſtendente bello, circumactus ad interiorem partem regni tuendam nudaret aliqua parte tranſitus Epiri cogeretur. Ipſi natura & operibus inexſuperabilis ripa videbatur: & præterquam quod tormenta ubique diſpoſita eſſent, miſſilibus etiam melius & certiore ictu hoſtes uti audiebat. Allo ſpectabat mens tota ducis: dimiſſoque contilio Perrabos mercatores, Scherum & Menophilum noræ & fidei jam ibi & prudentiæ homines, accerſitos ſecreto pernunctatur, quales ad Perræbiam tranſitus ſint. Quum loca non iniqua eſſe dicerent, præſidiis autem regis obſideri ſpem cepit, ſi nocte improviſo valida manu aggreſſus nocopinantes eſſet, dejici præſidia poſſe. Jacula enim & ſagittas, & cætera miſſilia in tenebris, ubi quid petatur procul provideri nequeat, inutilia eſſe. gladio cominus geri rem in permixta turba, quo miles Romanus vincat. His ducibus uſurus, prætorem Octavium arceſſitum, expoſito quid pararet, Heracleum cum claſſe petere jubet, & mille hominibus decem diebus cocta cibaria habere. Ipſe P. Scipionem Naſicam, Q. Fabium Maximum filium ſuum cum quinque delectis millibus Heracleum mittit, velut claſſem conſcenſuros, ad maritimam oram interioris Macedoniæ, quod in conſilio agitatum erat, vaſtandam. Secreto indicatum, cibaria his præparata ad claſſem eſſe, ne quid eos moraretur. Inde juſſi duces itineris ita dividere viam, ut quarta vigilia tertio die Pythium adoriri poſſent. Ipſe poſtero die, ut diſtineret regem ab circumſpectu rerum aliarum, prima luce medio in alveo cum ſtationibus hoſtium prælium commiſit. pugnatumque utrimque eſt levi armatura: nec gravioribus armis in tam inæquali aveo pugnari poterat. Deſcenſus ripæ utriuique in alveum trecentorum ferme paſſuum erat: medium ſpatium torrentis alluit. Ripæ cavati paullo plus quam mille paſſus parebat. Ibi in medio, ſpectantibus utrimque ex vallo caſtrorum hinc rege, hinc conſule cum ſuis legionibus, pugnatum eſt. Miſſilibus procul regia auxilia melius pugnabant; cominus ſtabilior & tutior, aut parma aut ſcuto Lugufino, Romanus erat. Meridie fere receptui cani ſuis conſul juſſit. ita eo die diremptum prælium eſt, haud paucis utrimque interfectis. Sole orto poſtero die, irritatis certamine animis, etiam acrius concurſum eſt: ſed Romani, non ab his tantum, cum quibus contractum certamen erat, ſed multo magis ab eo ſtatu mitiudine, quæ diſpoſita in turribus ſtabat, omni genere miſſilium telorum ac ſaxis maxime vulnerabantur. Ubi propius ripam hoſtium ſubiſient, tormentis miſſa etiam ad ultimos perveniebant. Multo pluribus eo die amiſſis, conſul paulo ſeriùs recepit ſuos. Tertio die paullo abſiſtit, degeſtus ad imam partem caſtrorum; veluti per devexum in mare brachium tranſitum tentaturus. Perſeus, quod in oculis erat

* * *

Cap. XXXVI. anni poſt circumactum ſolſtitium erat: hora diei jam ad meridiem vergebat; æter multo pulvere & incalefcente ſole factum erat. laſſitudo & ſitis jam ſentiebatur, & meridie inſtante magis acceſſurum utrumque apparebat. Statuit ſic affectos recenti atque integro hoſti non objicere. Sed tantus ardor animis ad dimicandum utrimque erat, ut conſilii non minore arte ad ſuos eludendos quam ad hoſtes opus eſſet. Nondum omnibus inſtructis, inſtabat tribunis militum ut maturarent inſtruere: circumibat ipſe ordines, animos militum hortando in pugnam accendebat. Ibi primo alacres ſignum poſcebant. deinde, quantum increſcerer æſtus, & vultus minus vigentes, & voces ſegniores erant, & quidam incumbentes ſcutis nixique pilis ſtabant. Tum jam aperte primis ordinibus imperat, merarentur frontem caſtrorum, & impedimenta conſtituerent. Quod ubi fieri milites ſenſere, alii gaudere palam quod feſſos vitæ labore ſtagrantiſſimo æſtu non coegiſſet pugnare. Iegati circa imperatorem duceſque externi erant, inter quos & Attalus: omnes approbantes; quum pugnaturum conſulem credebant: neque enim ne his cunctatio-

dionem aperuerat fuam: tunc mutatione consilii subita, quum alii interrent, Natica unus ex omnibus auctus est nonnevs confulem. *Non ego quidem laudifactos priores imperatores, fugiendo certamen manibus emittere. Vereri ne nocte abeat, sequendus maximo labore ac periculo in intima Macedonia, exercitusque, sicut prioribus acribus, per calles saltuque Macedonicorum montium vagando circumagatur. Si occupare videatur, dum in campo patenti hostem habeat, aggrediatur, ne oblatam occasionem vincendi amittat.* Consul nihil offensus libera admonitione tam clari adolescentis: *Et ego, inquit, animum istum habui, Natica, quum tu nunc habes: & quum ego nunc habeo, tu habebis. Multis bili assibus dixi, quando pugnandum, quando abstinendum pugna fit. Non operae fit, tanti nunc in acie decernere quum de causis bonis quiesse melius fit, rationes aliis reposito, nunc auctoritate veteris imperatoris contentus eris.* Conticuit adolescens. haud dubie videre aliqua impedimenta magnae consilium, quae sibi non apparerent.

Cap. XXXVII. Paullus, postquam metata castra impedimentaque collecta animadvertit, ex poltremo acie triarios primos subducit. deinde principes, hastatibus in prima acie hastatis, si quid hostis moveret: poltremo haltatos; ab dextero primum cornu singulorum paularim signorum milites subtrahens. Ita pedites, equitibus cum levi armatura ante aciem hosti oppositis, sine tumultu abiicti: nec ante, quam prima fronsvalli ac folla perducta est, ex statione equites revocati sunt. Rex quoque quum tine detrectatione pugnae pugnare eo die faisset, contentus quod per hostem moram fuisse pugnae scirent, se ipse in castra copias reduxit. Castris permunitis C. Sulpicius Gallus tribunus militum secundae legionis, qui praetor superiore anno fuerat, consulis permissu ad concionem militibus vocatis pronunciavit: *Nocte proxima quae id pro portento accipere, ab hora fecunda usque ad quartam horam nocti lunam defecturam esse. Id quia naturali ordine statis temporibus fiat, & scire ante & praedici posse. Itaque quia modum, quia certi finis duraeque ortus & occasus sint, nunc pleno orbe non aduersum exiguo cornu fulgere lunam non mirarentur, sia ne obscurari qui ignorarent conderur umbra terrae, trahere in prodigium debere.* Nocte, quam prilie Nonas Septembres defecit, cidies, edita hora luna quum defecisset, Romanis militibus Galli superstitione prodivina videri: Macedonas ut triste prodigium, occasum regni perniciemque gentis portendens moviq: nec aliter vates. clamor ululatusque in castris Macedonum fuit, donec luna in suum lucem emersit. Postero die tantus utrique ardor exercitui ad conterendum fuerat, ut & regem & consilium suorum quidam, quod diu paulo diligentiam eiser, accusarent. Ieggi prompta defendio erat; non eo solum, quod hostis prior aperte pugnam detrectans, in castra copias reduxisset: sed etiam, quod eo loco signa constituisset, quo phalanx, quam inutilem vel mediocris in aquis loci efficeret, promoveri non posset. Consul ad id, quod prilie praetermissae pugnandi occasionem videbatur, & locum dedisse hosti, si nocte abire veller; tunc quoque per speciem immolandi terere videbatur tempus, quum luce prima signum propositum pugnae ad exeundum in aciem fuisset. Tertia demum hora, sacrificio rite perperarato, ad consilium vocavit: atque ibi, quod rei gerendae tempus esset, loquendo & intempestive consultando videbatur quibuldam extrahere: post sermones tamen consul orationem habuit.

Cap. XXXVIII. *P. Natica egregius adolescens, ex omnibus unus, quum hostem ad pugnam placuit, dimidiavit mihi finem consilium: idem posca, ita ut transisse in sententiam meam videri possit, accuit. Quibusdam aliis, absentem carpere imperatorem, quam praesentem monere melius esse ait. Et tibi, P. Natica, & quicumque idem, quod tu, occultius sentiunt, non gravabor reddere rationem. Nam tantum abest, ut me hesterna quies paniteat, ut si rursum à me exercitium consilio credam, in qua me opinione esse, ne quis sine causa nevsima credat, recognoscat agendum mecum, & videat, eamque mentem pro hoste & adversus hostem habeam. Tum omnium primum, quantum numen nos praesens, nostrum vestrumque nec ante ignoravi, & in sterno die implicatam tenuere actum animadvertisse, certum habeo. Hoc nec nostra paucitate quanta pars militum praesidio impedimentis relicta erat: nec longa Romanum quamque reliquiti ad custodiam fanciorum scitis. Sed si eriminus omnes; parumne hoc tandem esse credimus, quod ex his castris, in quibus hoc nocte mansimus, exituri in aciem hodierno die summum crastino die sistat videbitur. Dii bene juvantibus nobis: sumus? Nimirum intempestivum nobis, in quem nequeat labor hostis, ne ante quarta parte, quam venerit, requietum, integrum in tentorio sito arma corpora sumus, atque in aciem pleniores viribus, vigentes & corpore & animo ducemus: an hoc utilius? Ita certum, & omne sollicitudinis, malaeque rei expers, ne fatigatos quidem ac saepe cassis reportis, nocturnum, torrentem meridiano sole, hosti obviam venisse, quieto, qui nunc ex*

ante consumptas vires ad praelium
adsurat? Quis, pro Deum fidem! ita
comparatus vel iners atque imbellis
fortibus virtum non exciteris? Quid
quod hostes per summum otium in-
structorum acies, reparaverant animos,
stabant compositi suis quisque
ordinibus: nobis nunc repente trepi-
dantibus in acie instruenda erat, & in-
compositis concurrendum est?

Cap. X. LX. Ad haec ille, enim quidem inconsultam inordinatamque habitissimus castra munita, provisam aquationem, tutum ad eam iter praesidiis impositis, explorata circa omnia, an nihil nostri habentes praeter nudum campum in quo pugnaremus? Majores vestri castra munita, portum ad omnes casus exercitus ducebant esse: unde ad pugnam exirent, quo jactati tempestate pugnae recepturum haberent. ideo quum munimentis ea sepissent, praesidio quoque validio firmabant: quod qui castris exutus erat, etiamsi pugnando acie vicisset, pro victo habebatur. castra sunt victori receptaculum, victo refugium. Quam multi exercitus, quibus virtus propera pugnae fortuna fuit, intra vallum compulsi, tempore suo, interdum momento post eruptione facta victorem hostem populerunt? patria altera est militaris haec fedes, vallumque pro manibus, & tentorium suum cuique militi domus ac penates sunt. Sine ullis fede cogi duabus possunt, ut quo victores nos recipiemus? His difficultatibus & impedimentis pugnae illud opponitur: Quid si hostis hac interposita nocte abisset, quantum rursus sequendo eo penitus in ultimam Macedoniam exhaurirendum laboris erat? Ego autem nequis manserit erat, neque in acie coptas eductuntum fuisse censeo, ut recedere hinc statuisset. quanto enim facilius abire uit quum procul abesse mus, quam nunc quum in cervicibus sumus? Nec fallerer nos, nec interadiu nec nocte abscondo. Quid autem est nobis optatius, quam ut quorum castra praalta flumini ripa tuta, vallo insuper septa ac aggeribus arboribus opugnare adorti sumus, eos relictis munimentis agmine effuso abeuntes in patentibus campis ab tergo adortamur? Hae dilatae pugnae hosterno die in hostrum caussae fuerunt. Pugnare enim & ipsi mihi placet; & id, quia per hiatum animum septa ad hodiernum erat, nihil inde defectio hostium praesidiis nostrum iter aperuit, neque prius, quam debellavero, absistam.

Cap. X L. Post hanc orationem silentium fuit; partim traductis in sententiam ejus, partim verentibus nequicquam offendere in eo, quod utcumque praetermittim revocari non poter. Ac ne illo ipso quidem die aut confule aut rege (rege, quod nec fessos ut pridie ex via, neque trepidantes in acie instruenda & vix dum compositos, aggressurus erat: consule, quod in novis castris non ligna, non pabulum convectum erat: ad quae petenda ex propinquis agris magna pars militum e castris exierat) neutro imperatorum volente, Fortunaque plus consilius humanis poller, contraxit certamen. Flumen erat haud magnum proprius hostium castris, ex quo & Macedones & Romani aquabantur. praesidiis ex utraque ripa positis, ut id facere tuto possent. Duae cohortes a parte Romanorum erant a Marrucina, & Peligna: duae turmae Samnitium equitum, quibus praerat M. Sergius filius legatus: & aliud pro castris stativum erat praesidium sub C. Cluvio legato, tres cohortes, Firmana, Velina, Cremonensis: duae turmae equitum; Placentina & Aeternina. Quum otium ad flumen esset, neutris lacessentibus, hora circiter quarta jumentum e manibus currantium elapsum, in ulteriorem ripam effugit. quod quum per aquam ferme genu tenus altam tres milites lequerentur, Thraces ad jumentum ex medio alveo in suam ripam trahentes; altero eorum occifo, reciprocque eo jumento ad stationem suorum se recipiebant. Octingentorum Thracum praesidium in hostium ripa erat. ex his pauci primo aegre palli populatem in suo conspectu caesum, ad persequendos inscriptiores fluvium transgressi sunt: dein plures, postremo omnes, & cum praesidio

* * *

Cap. X L I. praelium ducit. Movebat imperii majestas, gloria viri, ante omnia aetas, quod major sexaginta annis, juvenum nunia in parte praecipua laboris periculique capessebat. Intervallum, quod inter cetratos & phalangem erat, implevit legio atque aciem hostium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem adversus clypeatos habebat: aglaipides appellabantur. Secundam legionem L. Albinus consularis ducere adversus leucaspidem phalangem jubet: ea media acies hostium fuit. In dextrum cornu, unde circa fluvium commissum praelium erat, elephantes induxit, & ala sociorum: & hinc primum fuga Macedonum est orta: nam sicut plerasque nova commenta mortalium in verbis vim habent, experiendo, quum agmen quemadmodum agantur edisseri oportet, sine ullo effectu evanescunt: ita tum elephanti in acie nomen tantum sine usu fuerunt. Elephantorum imperum subsecuti sunt focii nominis Latini, pepulerunque levum cornu. In medio secunda legio immissa dissipavit phalangem. neque ulla evidentior caussa victoriae fuit, quam quod multa passim praelia erant, quae fluctuantem turbarunt, primo

primo, deinde disjecerunt phalangem. cujus confertæ & inrentis horrentis hastis intolerabiles vires sunt. Si carptim aggrediendo circumagere immobilem longitudine & gravitate haitam cogas, confusa strue implicantur: si vero ab latere, aut ab tergo aliquid tumultus increpuit, ruinæ modo turbantur. Igitur adversus catervatim incurrentes Romanos, & interrupta multifariam acie, obviam ire cogebantur: & Romani, quacunque data intervalla essent, infinuabant ordines suos. Quis, si universa acie in frontem adversus instructam phalangem concurrisset, quod Peligni principio pugnæ incaute congressis adversus cetratos evenit: induisset se hastis, nec confertam aciem sustinuisset.

Cap. XLII. Cæterum sicut peditum passim cædes fiebant, nisi qui abjectis armis fugerunt; sic equitatus propre integer pugnæ excessit. Princeps fugæ rex Ipius erat, Pydna cum sacris aliis equitum Pellam petebat: confestim Collocus sequebatur. Odryta rumque equitatus, cæteræ quoque Macedonum alæ integris abibant ordinibus: quia intacta peditum acies, cujus cædes victores tenebat, immemores fecerat, sequendi equites. Diu phalanx a fronte, a lateribus, ab tergo cæsa est: postremo, qui ex hostium manibus elapsi erant, inermes ad mare fugientes, quidam aquam etiam ingressi, manus ad eos, qui in classe erant, tendentes supplicitur vitam orabant: & quum scaphas concurrere undique ab navibus cernerent, ad excipiendos sese venire rati; ut caperent potius, quam occiderent, longius in aquam quidam etiam natantes progressi sunt. Sed quum hostiliter e scaphis cæderentur, retro qui poterant nando repetentes terram, in alium fodiorem pestem incidebant. elephanti inde ab rectoribus ad littus acti, exeuntes obterebant, elidebantque. Facile conveniebat Romanis, nunquam una acie tantum Macedonum interfectum. Cæsa enim ad viginti millia hominum sunt: ad sex millia, qui Pydnam ex acie perfugerant, vivi in potestatem pervenerunt: & vagi e fuga quinque millia hominum capta. Ex victoribus ceciderunt non plus centum, & eorum multo major pars Peligni. vulnerati aliquanto plures sunt. Quod si maturius pugnari coeptum esset, ut saris diei victoribus ad persequendum superesset, deletæ omnes copiæ forent: nunc imminens nox, & fugientes texit, & Romanis pigritiem ad sequendum locis ignotis fecit.

Cap. XLIII. Perseus ad Pieriam silvam via militari frequenti agmine equitum & regio comitatu fugit. Simul in silvam ventum est, ubi plures diversæ semitæ erant, & nox appropinquabat, cum perpaucis maxime fidis via deserta, loquites sine duce relicti, alii alia in civitates suas dilapsi sunt: perpauci inde Pellam celerius, quam ipse Perseus, quia recta expedita via ierant, pervenerunt. Rex ad mediam ferme noctem terrore & variis difficultatibus viæ vexatus est. In regia Perseo, qui Pellæ præerat, Eudæus, regiique pueri præsto erant, contra ea amicique, qui alii alio casu servati ex prælio Pellam venerant, quum sæpe accersiti essent, nemo ad eum venit. tres erant tantum cum eo fugæ comites; Euander Cretensis, Neon Bœotius, & Archidamus Ætolus. cum iis, jam metuens, ne qui venire ad se nollent, majus aliquid mox audierent; quarta vigilia profugit. Securi eum sunt admodum quingenti Cretenses, petebat Amphipolim: sed nocte a Pella exierat, properans ante lucem Axium amnem trajicere; eum finem sequendi propter difficultatem transitus fore ratus Romanis.

Cap. XLIV. Consulem, quum se in castra victor recepisset, ne sincero gaudio frueretur, cura de minore filio stimulabat. P. Scipio is erat, Africanus & ipse postea, deleta Carthagine, appellatus, naturalis consulis Paulli, adoptione Africani nepos. Is septimum decimum tunc annum agens, quod ipsum curam augebat, dum effuse sequitur hostes, in partem aliam turba ablatus erat: & serius quum rediret, tunc demum recepto sospite filio, victoriæ tantæ gaudium consul sensit. Amphipolim quum jam fama pugnæ pervenisset, concursu que maximo in templum Dianæ, quam Tauropolon vocant, ad opem exposcendam fieret; Diodorus, qui præerat urbi, memens, ne Thraces, quorum duo millia in præsidio erant, urbem in tumultu dii perent, ab subornato ab se ter fallaciam in tabellarii specIem, literas in foro media accepit. Scriptum in his erat, *ad Emathiam classem Romanam appellam esse: agrosque circa vexari. orare præfectos Emathiæ, ut præsidium adversus populatores mittat.* His lectis, horratur Thracas. *Ut ad tuendam Emathiæ oram profici cantur. magnum eos cadere prædarum, palatis passim per agros Romanis factiuros. Stant elevat famam adversæ pugnæ: quæ si vera foret, ultim super illum recentes ex fuga venturos fuisse.* per hanc causam Thracibus ablegaris; simul transgressos eos Strymonem vidit, portas claudit.

Cap. XLV. Tertio die Perseus, quam pugnatum erat, Amphipolim venit. Inde oratores cum caduceo ad Paullum misit. Interim Hippias & Milo & Pantauchus, principes ab eorum regis, Beroeam, quo ex acie confugerant, ipsi ad consulem præcelli,

Romanis dedunt: hoc idem & aliæ deinceps metu perculsæ parabant facere. Consul nunciis litteris Q. Fabio Allo, & L. Lentulo, & Q. Metello cum literis Romam missis, si qua juventi hostium exercitus peditibus conscisset, equitibus praedam circumjecti agri, dum ne ab plius quadrupedibus a castris abesset. Inde propius mare ad Pydnam castra movit. Bercea; rimum, deinde Theslonica, & Pella, & deinceps omnis ferme Macedonia intra biduum dedita. Pidnæi, qui proximi erant, nondum miserant legatos: multitudo incondita plurium simul gentium, turbaque, quæ, ex acie, fuga in unum compulsa erat, consilium & contentum civitatis impediebat: nec clausis modo portis, sed etiam inædificatæ erant. Milo Milo & Pantauchus, sub muros ad colloquium Solonis, qui præsidio erat: per eum admittur militaris turba, oppidum deditæ militibus datur diripiendum. Perfeus una tantum spe Bisaltarum auxilii tentata, ad quos nequicquam miserat legatos, in concionem procedit; Philippum secum filium habens: ut & ipsos Amphipolitanos, & equitum peditumque, qui aut fugæ fecuti, aut fuga eodem delati erant, adhortando animos confirmarent. Sed aliquotiens dicere incipientem quum lacrimæ præpedirent; quia ipse dicere nequit, Evandro Cretensi editi, quæ agi cum multitudine vellet, de templo deicendit. Multitudo, ficuti ad conspectum regis fletumque tam miserabilem, & ipsa ingemuerat lacrimaveratque, ita Evandri orationem ab per nabatur: & quidam auli sunt media ex concione fuclamare, *Abire hinc, neque patet super armata, propter vos peremur.* Horum feroci vocem Evandri clauit. Rex in dominæ recepit, pecuniaque, & auro argentoque in nummos, qui in Strymone erabant, delatis, & ipse ad flumen deiendit. Thraces navibus se commiserc non auli, domos dilapli, & aliæ militaris generis turbæ. Cretenses ipsum pecuniæ locuti. & quoniam in dividendo plus offensionum quam gratiæ erat, quinquaginta talenta ibi posita sunt in ripa dirigienda. Ab hac direptione quum per tumultum naves conficerent, lembum unum in ostio amnis multitudine gravatum merierunt Galeplum eo die, postero Samothracam, quam petebant, perveniunt: ad duo millia talentum pervecta eo dicuntur.

Cap. XLVI. Paullus per omnes deditas civitates dimissis qui præessent, ne qua injuria in nova pace vetis fieret, retentis apud se cadu ceteribus regis, P. Nafican, ignarus fugæ regis, Amphipolim misit cum modica peditum equitumque manu, simul ut finitimos exhaberet, & ad omnes cenatus regis impedimento esset. Inter hæc Molibœa civ. Octavio capitur diripiturque: ad Æginium, ad quod oppugnandum Cn. Anicius legatus missus erat, ducenti eruptione ex oppido facta auciis sunt; ignaris Æginiensibus evocatum esse. Consul a Pydna profectus, cum toto exercitu die altera Pell in pervenit: & quum castra mille cassis inde positifuer, per aliquot dies ibi stativa habuit: simul urbis undique adspiciens; quam non sine causa delectum esse regiam advertit. Sita est in tumulo, vergente in occidentem hibernum, cingunt paludes inesuperabilis altitudinis, adiate & hinc, quas reliquamines faciunt lacus. In ipla palude, qua proxima urbi est, velut insula eminet aggeri operis ingentis impolita, qui & quatum sufficeret & humore circumfuse paludis nihil laedatur. Muro urbis conjuncta procul videtur. divisa est intermurali amni, & eadem pente juncta: ut nec oppugnante externo aditum ab ulla parte habeat: nec si quem ibi rex includat, ullum inde exitum cuiquam pontem effugium. Et gaza regia in eo loco erat: sed tum nihil praeter trecenta talenta, quæ mitia Gentio regi, deinde retenta fuerant, inventum est. Per quos dies ad Pellam stativa fuerunt, legationes frequentes, quæ ad gratulandum convenerant, maxime ex Thessalia, auditæ sunt. Nunclo deinde accepto, Perfea Samothracam trajecisse, profectus a Pella consul quartis castris Amphipolim pervenit. Effusa omnis obviam turba, cuivis indicio erat non bono accessio rege ob ra

* * *

EPITOME LIBRI XLV.

Perseus ab Æmilio Paullo in Samothracia captus est. Quum Antiochus, Syriæ rex, Ptolomeum & Cleopatram, Ægypti reges, obsideret, & mitis ad eum a senatu legati, qui juberent, ab obsidione socii regis abstinere, edissent mandata considerantem se ille, quid facturum esset, respondisset; unus ex legatis Popillius virga regem circumscripsit, antequam circulo excederet, responsum daret, qua asperitate efferebat, ut Antiochus bellum omitteret. Legati mox gratulantem populorum ac regum suorum exclusit. Postero die, quum de eo quæreretur, ut iis bellum indiceretur; causam in senatu patriæ suæ legati egerunt, nec tanquam hostis, sed tanquam socii domiti. Macedonia in provinciæ formam redacta. Æmilius Paullus, triumphandi cupiditate propter minorem prædam, & contionante eorum duces. cujus triumphi lætitia, ne solita ei contingeret, duorum filiorum funeribus infinita est: quorum alterum pater triumphum præcessit, alterius secuta est. Lustrum conditum est a censoribus. Capita civium capita trecenta duodecim millia, octingenti quinque. Tertius decimus dies ludorum, quos rex Romam, ut senatui gratularetur ob victoriam ex Macedonia partionis, libertum se populi Romani dicebat.

CAPUT I.

Victoriæ nuncii, Q. Fabius, & L. Lentulus, & Q. Metellus, quanta potuit adhibiti festinatio, celeriter Romam quum venissent, præceptum tamen ejus rei lætitiam invenerunt. Quarto post die quam cum rege eit pugnatum, quum in circo ludi fierent, murmur repente populi tota spectacula pervulit; *pugnatum in Macedonia, & devictum regem esse.* Dein fremitus increbuit: postremo clamor plaususque, velut certo nuncio victoriæ allato, est exortus. Mirati magistratus, & quærere auctorem repentinæ lætitiæ; qui postquam nullus erat, evanuit quidem tamquam inaniter rei gaudium; omen tamen lætum insidebat animis. Quod postquam veris nunciis Fabii Lentulique & Metelli adventu firmatum est, quum victoria ipsa, tum augurio animorum fuorum lætabantur. Et aliter traditur Circensis turbæ non minus humili veri lætitia: ante diem decimum Calend. Octobres ludorum Romanorum secundo die, C. Licinio consuli ad quadrigas mittendas ascendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia venire diceret, " laureatas literas dicitur, quadrigis missis consul earum conscendit: " & quum per circum reverteretur ad fores publicos, laureatas tabellas populo ostendit. Quibus conspectis, repente immemor spectaculi populus in medium decurrit, eo senarum consul vocavit, recitatisque rabellis, ex auctoritate Patrum pro foris publicis denunciavit populo: L. Æmilium collegam signis collatis cum rege Perseo pugnasse. Macedonum exercitum cæsum fusumque. Regem cum paucis fugisse. civitates omnes Macedoniæ in ditionem populi Romani venisse. His auditis, clamor cum ingenti plausu ortus: ludis relictis domos magna pars hominum ad conjuges liberosque lætum nuncium portabant. Tertius decimus dies erat ab eo, quo in Macedonia pugnatum est.

Cap. II. Postero die senatus in curia habitus, supplicationesque decretæ: & senatusconsultum factum est, ut consul, quos præter milites sociosque navales conjuratos haberet, dimitteret. de militibus sociisque navalibus dimittendis referretur, quum legati ab L. Æmilio consule, à quibus præmissus rabellarius esset, * Ante diem sextum Calend. Octobris, hora fere secunda legati urbem ingressi sunt, ingentem secum occurrentium, quacumque ibant, prosequentium turbam trahentes turbam. in forum ad tribunal perrexerunt. Senatus forte in curia erat: eo legates consul introduxit. Ibi tantum temporis retenti dum exponerent, *quantæ copiæ peditum equitumque fuissent, quot millia ex his cæsa, quot capta forent; quanta pauperum militum victoria tanta hostium strages facta; quam cum paucis fugisset: exstitisset Samothraciam petiturum, paratam classem ad persequendum esse. vocem vera, neque mari elabi posse.* eadem hæc paulo post in concionem traducti exposuerunt: renovataque lætitia, quum consul edixisset, *ut omnes ædes sacræ aperirentur, ovo se quisque ex*

concione adgressae legatae ire Diis-
ingentique turba, non virorum mo-
do, sed etiam feminarum, conferta
tota urbe deorum immortalium tem-
pla. Senatus revocatus in curiam,
supplicationes ob rem egregie gestam
ab L. Aemilio consule in quinque
dies circa omnia sulvinaria decrevit,
hostiis, quae maioribus sacrificari iussit.
Naves, quae in Tiberi paratae instru-
ebantur, ut si rex posset refu-
gere, in Macedoniam mitterentur,
subduci, et in navalibus collocari:
socios navales dato annuo stipendio
dimitti. Se cum his consules, quibus con-
sulibus verba iuraverant: Se quod mili-
tum Corcyrae, Brundisii, ad mare fu-
perum, aut in agro Larinati esset
(omnibus his locis dispositus exercitus
fuerat, cum quo, si res poscerent,
C. Licinius colligae ferret opem) hos
omnes milites dimitti placuit. Supplicatio pro concepto populi edicto
est ex ante diem quintum Idus Octob.
cum eo die in quinque dies.

Cap. III. Ex Illyrico duo legati,
C. Licinius Nerva, & P. Decius,
nunciarunt, exercitum Illyriorum
casum: Gentium regem castum in
ditione populi Romani & Illyricum
esse. Ob eas res gestas ductu auspicioque L. Anicii praetoris senatus in tri-
duum supplicationes decrevit; ut
Latinae ederae a consule sunt in ante
quartum & tertium & pridie Idus
Novembr. Tradidere quidam, lega-
tos Rhodios nondum missos, post vi-
ctoriam nunciatam, velut ad ludi-
brium fastidae superbiae, in senatum
vocatos esse. Ibi Agesipolim princi-
pem eorum ita locutum: *Missos esse*
legatos ab Rhodiis ad pacem inter
Romanos & Persea faciendam:
quod id bellum grave atque incom-
modum Graeciae omni, sumptuo-
sum ac damnosum ipsis Romanis esse.
Fortunam perbenignam, quam alio
nitu alium bello, gratulandi sibi de
victoria ei regia Romanis opportuni-
tatem dedisset. Haec ab Rhodio dicta.
Responsum ab senatu esse: *Rhodios*
nec utilitatum Graeciae, neque cura
imperatorum populi Romani, sed pro
Perseo legationem eam mississe. Nam
si ea fuisset cura, quae simulaverint,
tum mittendos legatos fuisse, quum
Perseus in Thessalia exercitus indu-
ceret, per biennium Graecas urbes, alios
obsideret, alias denunciatione armo-
rum terreret. Tum nullam pacis ab
Rhodiis mentionem factam. Post-
quam superatos saltus transgressosque in
Macedoniam Romanos audive-
rint, & invictum tenori Perseum nunc
Rhodios legationem misisse; non ad
ullam aliam rem, quam ad Perseum ex
imminenti periculo eripiendum. cum
hoc responso legatos dimissos.

Cap. IV. Per eosdem dies & M.
Marcellus ex provincia Hispania de-
cedens, Marcellica nobili urbe capta,
decem pondo auri, & argenti ad sum-
mam sestertii decies in aerarium re-
tulit. Paulus Aemilius consul quum
castra, ut supra dictum est, ad Sirae
terrae Odomantice haberet, quum li-
teras ab rege Perseo per ignobiles
tres legatos carneret, & ipse illacri-
masse dicitur forti humanae: quod
qui paulo ante non contentus regno
Macedoniae, Dardanos Illyriosque
oppugnasset, Baltarnarum excivis-
set auxilia; is tum amisso exercitu,
extorris regno, in parvam insulam
compulsus, fugisset, fani reliquiae,
non viribus fultae tutae esset. Sed post-
quam *Regem Persea consuli Paullo*
salutem, legit; miserationem omnem
stultitia ignorantis fortunam suam
exemit. Itaque quamquam in reliqua
parte literarum minime regiae preces
erant, tamen fine responso ac fine
literis ea legatio dimissa est. Scripsit
Perseus, cujus nominis obliviscen-
dum victo esset: itaque alterae literae
cum privati nominis titulo missae, &
petiere, & impetravere, ut aliqui ad
eum mitterentur, cum quibus loqui
de statu & conditione suae fortunae
posset. Missi sunt tres legati, P. Len-
tulus, Aulus Postumius Albinus, &
Lentulus. nihil ea legatione perfectum
est, Perseo regium nomen omni vi
amplectente; Paullo, ut se suaque
omnia in fidem & clementiam popu-
li Romani permitteret, contendente.

Cap. V. Dum haec aguntur, classis
Cn. Octavii Samothracam est appul-
sa. Is quoque praesenti adventu terro-
re, modo minis, modo spe perlicere,
ut se traderet quum conaretur; adjut-
vit in hoc eum res, seu casu contracta,
seu consilio. L. Attilius illustris ado-
lescens quum in concione esse popu-
lum Samothracum animum advertis-
set; a magistratibus petiit, ut sibi
paucis ejus vicendi potestatem face-
rent. Permisso, *Utrum nos, hos-*
pites Samothraces, vere accoluis-
tis, an falso, sacram hanc insulam, &
augusti totam atque inviolati soli es-
se? Quum credere Graecitati adsen-
tirentur omnes, Cur ultro inquit, poli-
tutam homicida sanctime regis Eu-
menis cruore vos quum omnis pro-
fanis sacrorum ops, quibus non sint
purae manus, sacris arceat, eos pa-
tefactis mensa contaminari cruento
latronis corpore sinetis? Nobilis fa-
ma erat apud omnes Graeciae civi-
tates, Eumenis regis per Evandrum
Delphis prope perpetratae caedes. Ita-
que si percquam, quod in petesse re
Romanorum sese insulamque totam
& templum cernebant esse, ne immeri-
to quidem ea sibi exprobrari rati,
Theondam, qui summus magistratus
apud eos erat (regem ipsi appellant)
ad Perseae mittunt, qui nunciaret,
Argini caede Evandrum Cretensem
esse auctem judicia apud se more ma-
jorum comparata, de iis, qui incestas
manus intuliste intra terminos sacra-
tos templi dicantur. Si conderet
Evan-

Evander, innoxium se rei capitalis argui, venire ad causſam dicendam: ſi committere ſe judicio non auderet, liberaret religione templum: ac ſibimet ipſe conſuleret. Perſeus evocato Evandro *judicium ſubeundi nullo patio auctor eſſe: nec cauſſa, nec gratia parem fore.* Suberat & ille metus, ne damnatus anctorem ſe nefandi facinoris protraheret. reliqui quid eſſet, niſi ut fortiter moriatur? Nihil palam abnuere Evander: ſed cuum veneno ſe malle mori, quam ferro, dixiſſet; occulte fugam parabat. quod quum renunciatum regi eſſet, metuens, ne tamquam à ſe fabricatio pœnæ reo iram Samothracum in ſe converteret; interfici Evandrum juſſit. Qua perperrata temere cæde, ſubibit extemplo animum, in ſe nimirum receptam labem, quæ Evandri fuiſſet: ab illo Delphis vulneratum Eumenem, ab ſe Samothracem Evandrum occiſum. ita duo ſanctiſſima in terris templa ſe uno auctore ſanguine humano violata. Huius rei crimen, corrupto pecunia Theonda, avertitur, ut renunciaret populo Evandrum ſibipſum mortem conſciviſſe.

Cap. VI. Cæterum tanto facinore in unicum relictum amicum, ab ipſo per tot caſus expertum, proditumque quia non prodideratæ, omnium ab ſe abalienavit animos. Pro ſe quiſque tranſire ad Romanos: fugæque conſilium capere ſolum prope relictum coegerunt: Oroandemque Cretenſem, cui nota Thraciæ ora erat, quia mercaturas in ea regione fecerat, appellat, ut ſe fublatum in lembum ad Cotym deveheret. Demetrium eſt portus in promontorio quodam Samothracæ; ibi lembus ſtabat. Sub occaſum ſolis deferuntur, quæ ad iter neceſſaria erant: deferitur & pecunia, quanta clam deferri poterat. Rex ipſe nocte media, cum tribus conſciis fugæ, per poſticum ædium in propinquum cubiculo hortum, atque inde maceriam ægre tranſgreſſus, ad mare pervenit. Oroandes jam tum, dum pecunia deferretur, primis tenebris ſolverat navem, ac per altum Creram petebat. Poſtquam in portu navis non inventa eſt, vagatus Perſeus aliquamdiu in littore, poſtremo timens lucem jam appropinquaſſem, in hoſpitium redire non auſus, in latere templi prope angulum obſcurum delituit. Pueri regii ad Macedonas vocabantur principum liberi, ad miniſterium electi regis: ea cohors perſecuta regem fugientem, ne tum quidem abſedebat, donec juſſu Cn. Octavii pronunciatum eſt per præconem, *Regios pueros, Macedonaſque alios, qui Samothracæ eſſent, ſe tranſferre ad Romanos, incolumitatem, libertatemque ſe ſuaomnia ſervaturos, quæ aut ſecum haberent, aut in Macedonia reliquiſſent.* Ad hanc vocem tranſitio omnium facta eſt, nominaque dabant ad C. Poſtumium tribunum militum. Liberos quoque parvos regis Ion Theſſalonicenſis Octavio tradidit: nec quiſquam, præter Philippum, maximum natu è filiis, cum rege relictus. Tum ſeſe filiumque Octavio tradidit, fortunam Deoſque, quorum in templo erant, nulla ope ſupplicem juvantes, acclamans. in prætorium navem imponi juſſus: eodem & pecunia, quæ ſuperfuit, delata eſt: extemploque claſſis Amphipolim repetit. Inde Octavius regem in caſtra ad conſilium miſit; pauciſſimi liberis, ut in poteſtate eum eſſe & addici ſciret.

Cap. VII. Secundam eam Paullus, ſicut erat, victoriam ratus, victimas cecidit eo nuncio. & conſilio advocato, literas prætoris quum recitaſſet, Q. Ælium Tuberonem obviam regi miſit: exteros manere in prætorio frequentes juſſit. Non vocatus ad ullum ſpectaculum tanta multitudo occurrit. Patrum ætate Syphax rex captus, in caſtra Romana adductus erat. præterquam quod nec ita, nec gentis fama comparandus, tunc quoque acceſſio Punici belli fuerat, licet Carthago Macedonici. Perſeus caput belli erat: nec ipſius tantum patris avique, quos ſanguine ac genere contingebat, fama, conſpectum eum efficiebat: ſed effulgebant Philippus ac Magnus Alexander. qui ſummum imperium in orbe terrarum Macedonum fecerant. Pullo antiquo illo Perſeus ingreſſus eſt caſtra; nullo ſuorum allo comite, qui ſocius ſolamitaris miſerabiliorem eum faceret. progredi præ turba occurrentium ad ſpectaculum non poterat, donec conſul lictores miſiſſet; cui ſummovendo iter ad prætorium facerent. Conſurrexit conſul, & juſſis ſedere aliis, progreſſique paullum, introeunti regi dextram porrexit, ſimulatrentemque ſe ad pedes, ſubilit: nec attingere genua paſus, introduxit in tabernaculum. advertis ad lictores in conſilium confidere juſſit.

Cap. VIII. Prima accuſatio fuit, *quia ſubactus iniquis conditionibus populum Romanum bellum tam infeſto animo ſuſceſſiſſet, quo ſe vengeaturque finem ad ultimum ſeſtemen adduceret?* Quum reſponſum exſpectantibus cunctis, terram intuens, diu tacitus ſteret, rurſum conſul: *Si innocentem, non accuſatus, ut reum ſiſtebaris: ſi accuſatum, quam gravis aut anxius eſſet populus Romanus, nunc vero, quum & bello patris tui, quod nobiſcum geſſit, interfectus, & pacis poſtea, quam cum Perſeo fide adverſus eum coluimus, exemtuiſſet; quod conſilium, quorum ſe opibus bello, ſe fidem in pace experturus eſſet, cum tibi bellum eſſe, quam pacem malle?*

Nec interrogatus, nec accusatus, quum vellet, deceret; *Utcumque tamen haec, sine errore humano, seu casu seu necessitate inciderunt, bonum animum habete: multorum regum, populorum exitium, cognita populi Romani clementia, non modo spem vitae, sed prope certam salutem fiducia tulistis praebet.* Haec Graeco sermone Perseo, Latine deinde suis: *Exemplum infinitae cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum: vobis hoc praecipue dico iuvenes. Ideo ita fecundis rebus nihil in crastinum superne ac violenter confidere ausi, ne praesenti cedere fortunae; quum, quid vesper ferat, incertum sit. Is demum vir erit, cuius animum nec pro bona statu suo efferet, nec adversa infringet.* Consilio dimisso, tuendi cura regis Q. Aelio mandatur. Eo die se invitatus ad consilium Perseus, & alius omnis et honos habitus est; qui haberi in tali fortuna poterat.

Cap. IX. Exercitus deinde in hibernа dimissus est: maximam partem copiarum Amphipolis, reliquas propinquae urbes acceperunt. Hic finis belli, quum quadriennium continuum bellatum esset, inter Romanos ac Persea fuit: idemque finis inclyti per Europae plerumque atque Asiam omnem regni. Vicesimum ab Garano, qui primus regnavit, Persea numerabant. Perseus, Q. Fulvio, L. Manlio consulibus, regnum accepit, à tenatu rex eft appellatus, M. Junio, A. Manlio consulibus: regnavit undecim annos. Macedonum obscura admodum fama usque ad Philippum Amyntae filium fuit: inde & per eum crescere cum coepisset, Europae se ramen finibus continuit; Graeciam omnem ac partem Thraciae atque Illyrici amplexa. Superfudit deinde se in Asiam: & tredecim annis, quibus Alexander regnavit, primum omnia, qua Persarum prope immenso sparso imperium fuerat, suae ditionis fecit. Arabas hinc Indiamque, qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, perapravit. tum maximum in terris Macedonum regnum nomenque, inde morte Alexandri distractum in multa regna; dum ad se quisque opes rapiunt lacerantes viribus; à summo culmine fortunae ad ultimum finem centum quinquaginta annos sterit.

Cap. X. Victoriae Romanae fama quum pervasisset in Asiam, Antenor, qui cum classe Illyrios ad Phanas stabat, Cassandriam inde transiit. C. Popillius, qui ad Delum praefidio navibus Macedoniam petentibus erat, postquam debellatum in Macedonia, & stationes munitos hostium lembos audivit, dimissis & ipse Atticis navibus, ad suscipiendam legationem peragendam navigare Aegyptum pergit: ut prius occurrere Antiocho posset, quam ad Alexandriae moenia accederet. Cum praeterveherentur Asiam legati, & Lorymae venissent, qui portus viginti paulo amplius millia ab Rhodo abest, ex adverso urbi ipsi positus; principes Rhodiorum occurrunt (jam enim eo quoque victoriae fama pervenerat) orantes, *ut Rhodum deverterentur, pertinere id ad famam salutemque civitatis, nosse ipsos omnia, quae acta essent, agerentur Rhodi, & comperta per se, non vulgata fama, Romam referre.* Diu negantes perrexerunt, ut moram navigationis brevem pro salute fuae urbis paterentur. Postquam Rhodum ventum est, in concionem quoque eos iidem precibus pertraxerunt. Adventus legatorum auxit potius timorem civitati, quam minuit: omnia enim Popillius, quae singuli universique eo bello hostiliter dixerant, fecerantque, retulit. Ac postquam ingredi, zugebat arrectiatem eorum quae dicerentur, vultu truci & accusatoria voce. ut quum propriae simultatis nulla crusta cum civitate esset, ex unius senatoris Romani acerbitate, qualis in se universi senatus animus esset, conjecerent. Decimi moderatior cuatio fuit, qui in plerisque eorum commemorata à Popilio essent, *Utpam non penes populum, sed penes paucos concitores vulgi esse dixit. eos nunquam linguam habentes decoratq plena regiae assentationis fecisse: eo eas legationes missse, quarum Rhodios semper non minus puderet, quam paeniteret. Quae omnia, si eadem populo foret, in capita noxiorum versura.* Cum magno assensu auditus est, non magis eo quod multitudinis noxam elevabat, quam quod culpam in auctores vertebat. Itaque quum principes eorum Romanis reprehendarent, ne quaquam tamen tam grata oratio eorum fuit, cui quae Popillius objecerat, diluere utcumque conati sunt; quam eorum, qui Decimio in auctoribus ad placidum noxae obliciendis assensi sunt. Decretum igitur exemplo, ut qui pro Perseo adversus Romanos dixisse quid, aut fecisse, convincerentur, capitis condemnarentur. Excessemunt urbe sub adventu Romanorum quidam, alii mortem sibi consciverunt. Legati, non ultra quam quinque dies Rhodi morati, Alexandriam proficiscuntur. Nec eo segnius judicia ex decreto coram his facto Rhodi exercebantur, quam perseverantiam in exsequenda re Decimii lenitas *.

Cap. XI. Quum haec gererentur, Antiochus, fructu tentatis moenibus Alexandriae, abscesserat: caeterasque Aegypto potitus, relicto Memphi majore Ptolomaeo, cui regnum quaeri suis viribus simulabat, ut vitroem mox agere tur, in Syriam exercitum adduxit. Nec hujus voluntatis ejus ignarus Ptolomaeus, dum con-

ter-

terrium obsidionis metu minorem fratrem haberet, posse se recipi Alexandriæ, & fororè adjuvante & non repugnantibus fratris amicis, ratus; primum ad sororem, deinde ad fratrem amicosque ejus non prius destitit mittere, quam pacem cum iis confirmaret. Suspectum Antiochum effecerat, quod, cætera Ægypto sibi tradita, Peluſii validum relictum erat præſidium. apparebat claustra Ægypti teneri, ut, quum velit, ruinus exercitum induceret. Bello intestino cum fratre cum exitum fore, ut victor fessus certamine, nequaquam par Antiocho futurus esset. Hæc prudenter animadversa à majore, cum assensit minor frater, quique cum eo erant, acceperunt: soror plurimum adjuvit; non consilio modo, sed etiam precibus. Itaque consentientibus cunctis, pace facta Alexandriam recipitur, ne multitudine quidem adversante: quæ in bello non per obsidionem modo, sed etiam postquam à meenibus abscessum est, quia nihil ex Ægypto subvehebatur, omnium rerum attenuata inopia erat. His quum lætari Antiochum conveniens esset, si reducendi ejus caussa exercitum Ægyptum induxisset, quo speciosò titulo ad omnes Asiæ & Græciæ civitates legationibus recipiendis iterisque dimittendis uti esset, adeo est offensus, ut multo acrius infestiusque adversus duos, quam ante adversus unum, pararet bellum. Cyprum exemplo classem misit: ipse primo vere cum exercitu Ægyptum perens, in Coelen Syriam processit. Circa Rhinocolura Ptolomæi legatis agentibus gratias, quod per eum regnum recepissent, expetentibusque, ut suum munus rueretur, & diceret potius quid fieri veller, quam hostis ex hostio factus vi atque armis ageret; respondit; *Non aliter neque classem revocaturum, neque exercitum reducturum, nisi ipse sibi ex Cypro ex Pelusio, exque, qui circa Pelusiacum ostium Nilo est, cederet:* diemque præstituit, intra quam de conditionibus peractis responsum acciperet.

Cap. XII. Postquam dies data indueiis præterit, & navigantibus ostio Nili ad Pelusium, per deserta Arabiæ & ad Memphim incolebant, & ab cæteris Ægyptiis, partim voluntate, partim metu, ad Alexandriam modicis itineribus descendit. Ad Leutinem transgresso flumen, qui locus quatuor millia ab Alexandria abest, legati Romani occurrerunt. quos quum advenientes salutasset, dextramque Popillio porrigeret; tabellas ei Popillius scriptum habentes tradit, atque omnium primum id legere jubet. quibus perlectis, quum se consideraturum adhibitis amicis, quid faciendum sibi esset, dixisset; Popillius pro cætera alperitate animi, virga quam in manu gerebat, circumscripsit regem: ac, *Priusquam hoc circulo excedas*, inquit, *redde responsum, senatui quod referam.* Obstupefactus tam violento imperio, paruit per quum hasitabat; *Faciam*, inquit, *quod censet senatus.* Tum demum Popillius dextram regi, ramquam focio atque amico, porrexit. Die deinde finita quum excellisset Ægypto Antiochus, legati concordia etiam auctoritate sua inter fratres firmata, inter quos Rex Cyprum cum egerat, pars Cyprum navigant: & inde, quæ jam vicerat prælio Ægyptias naves, classem Antiochi dimittunt. clara ea per gentes legatio fuit, quod haud dubie adempta Antiocho Ægyptus habenti jam, redditumque parrium regnum Ptolomæi fuerat. Consilium ejus anni, sicut alterius clarius consulatus infigni victoria, fra alterius obscura fama; quia materiam res gerendi non habuit. Jam primum cum legionibus ad conveniendum diem dixit, non auspicato tem; tum intravit. vitio diem dictam esse augures, quum ea nocte relatum esset, decreverunt. Profectus in Gallicum circa Lucros campos ad montes Sicilinum & Papinum stativa habuit: deinde circa eadem loca cum soclis nominis Latini hibernabat. Legiones Romanæ, quod vitio dies exercitui ad conveniendum dicta erat, Romæ manserant. & parentes, rarer C. Papirium Carbonem, cui Sardinia evenerat, in provincia iere. eum jus dicere Romæ (nam eum quoque sortem habebat) inter cives & peregrinos Patres consuerant.

Cap. XIII. Ut Popillius, & ea legatio, quæ missa ad Antiochum erat, Romam venit, rerum, controversias inter reges sublatas esse, exercitumque ex Ægypto in Syriam reductum. Post, ipsorum regum legati venerunt: Antiochi legati, referentes, *Omni victoria potiorem pacem regi, quæ senatui placuisset, esse: itaque omnia quæ fecisse, quibus legatis imperasset, ea probaturum Romanorum patresque.* gratulati deinde victoriam sunt, ad quam summa ope, si citid imperatum foret, adfuturum regem fuisse. Ptolomæi legati communi nomine reris & Cleopatræ gratias egerunt, *Plus eos senatui populoque Romano, quam parentibus suis, plus quam Dis immortalibus debere: per quos obsidione miserrimam liberati essent: regnum patrium pro servitutis recepissent.* Responsum ab senatu est, *Antiochum recte atque ordine fecisse, quod bonitis parendo, contumacia id esse senatui populoque Romano.* Regibus Ægypti, Ptolomæo & Cleopatræ, *si quid per se bonum commodique evenisset, id magnopere senatum lætari: daturumque operam, ut regni sui maximum semper præsidium populum esse in fide populi Romani ducant.* Munera legatis ut ex instituto

mittenda curaret. C. Papirio prætori mandatum. Literæ deinde Macedonia allatæ, quæ victoriæ lætitiam geminarent; Perſea regem in poteſtatem conſulis venisſe. Dimiſſis legatis, diſceſtatum inter Pilanos Lunenſeſque legatos: Pilanis quærentibus agro ſe a colonis Romanis pelli: Lunenſibus adſirmantibus, eum, de quo agatur, a triumviris agrum ſibi aſſignatum eſſe. Senatus, qui de finibus cognoſceret ſtatuerentque, quinque viros miſit; Q. Fabium Buteonem, P. Cornelium Blaſionem, Ti. Sempronium Muſcam, L. Nævium Balbum, C. Appulcium Saturninum. Et ab Eumene & ab Attalo, & ab Athenæo fratribus, communis legatio de victoria gratulatum venit. Et Maſigabæ regis Maſaniſſæ filio, Pureolis navem egreſſo, præſto fuit obviam miſſus cum pecunia L. Manlius quæſtor: qui Romam eum publico ſumptu perduceret. Advenienti exemplo ſenatus datus eſt. Is adoleſcens ita locutus eſt, ut, quæ rebus grata erant, gratiora verbis faceret. Commemoravit, quot pedites equitesque, quot elephantos, quantum frumenti eo quadriennio pater ſuus in Macedoniam miſiſſet. *Sed duas res ſi non iuſſiſſe, tamen quod rogaſſet eum per legatos ſenatus, quæ ad bellum opus eſſent, & non impetraſſet: alteram, quod pecuniam ei pro frumento miſiſſet. Maſiniſſam meminiſſe, regnum a populo Romano partum auctumque & multiplicatum habere: uſui regni contentum, cive communis ſui cum Romanis adeò arcto, eſſe. Sumeret itaque eo ſibi non ſe rogare æquum eſſe, neque emere ea ex pretiolus agri ab ſe dati, quæ ibi provenirent. Id Maſiniſſæ ſatis eſſe & ſore, quod populo Romano ſupereſſet. Cum is mandatis a patre profectum, poſſea conſcriptos equites, qui deſiſtam Macedonicam ſequerentur, creatuſſumque ſenatui, juberent, inaccare, tantæ eam rem lætitiæ patri ſuo eſſe, ut Romanos mire velit. Equique optimo maximo in Capitolio ſacrificare, & grates agere: id, niſi moleſtum ſit, ut ei permittatur, ab ſenatu petere.*

Cap. XIV. Reſponſum regulo eſt: *Facere patrem ejus Maſiniſſam quod virum gratum bonumque facere decet, ut pretium honoremque debito beneficio addat. Et populum Romanum ab eo, bello Punico, forti fideique opera adjutum, & illum favente populo Romano regnum adeptum: æquitate ſua poſſea trium regum bellis deinceps omnibus functum officiis. Victoria vero populi Romani lætari eum regem minum non eſſe qui ſortem omnem fortunæ meæque ſui cum Romanis immiſceuiſſet. Grates Diis pro populi Romani victoria apud ſios penates agere, Romæ filium pro eo ceteramum. Gratulatum quoque ſatis ſuo ac patris nomine eſſe. Ipſum relinquere regnum, & Africa excedere: præterquam quod ſui inutile eſſet, non eſſe e republica populi Romani, ſenatum cenſere.* Petenti Maſigabæ, ut Hanno Hamilcaris filius & obſes in locum exigeret. Munera ex ſenatuſconſulto emere regulo quæſtor juſſus ex centum nonagenariis, & profequi eum Puteolos, omnemque ſumptum, quoad in Italia eſſet, præbere, & duas naves conducere, quibus ipſe comiteſque regis in Africam deveherentur: & comitibus omnibus liberis ſervique & alimenta data. Haud ita multo poſt de altera Maſiniſſæ filio Maſigene literæ allatæ ſunt, miſſum eum ab L. Paullo poſt deviſtum Perſea in Africam cum equitibus ſuis; navigantem diſperſa claſſe in Hadriatico mari Brundiſium tribus navibus ægrum delatum. Ad eum cum iiſdem muneribus, quæ data Romæ fratri ejus erant, L. Stertinius quæſtor Brundiſium miſſus: juſſusque curare, ut ædes hoſpi

* * *

Cap. XV. In quatuor urbanas tribus deſcripti erant libertini, præter eos, quibus filius quinquenni major ex Senatuſconſulto eſſet. Eos, ubi proximo luſtro cenſi eſſent, cenſeri juſserunt: & eos, qui præſidium prædiave ruſtica pluris ſeſtertium triginta millium haberent, cenſendi jus factum eſt. Hoc quum ita ſervatum eſſet, negabat Claudius *ſuffragii lationem injuſtè populi cenſorem cuiquam hominì, nedum ordini univerſo adimere poſſe. Neque enim ſi tribus movere poſſet, quod ſic nihil aliud, quam mutare jubere tribum, hoc omnibus quinque & triginta tribubus emovere poſſe: id eſt, civitatem libertatemque eripere, non ubi cenſeatur finire, ſed cenſu excludere.* Hæc inter bonos diſceptata: poſtremo eo defcenſum eſt, ut ex quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis ſortirentur, in quam omnes, qui ſervirutem ſerviſſent, conlicerent. Et quilinæ ſors exiit: in ea T. Gracchus pronunciavit, libertinos omnes cenſeri placere. Magno ea res honori cenſoribus apud ſenatum fuit. gratiæ actæ & compronci qui in bene cenſo perſeveraſſet: & Claudio, qui non impediſſet. Plures quam à ſuperioribus, & ſenatu emoti ſunt. & æques vendere juſſi. omnes iidem ab utroque & tribu remoti, & ærarii facti: neque ullius, quem alter notarer, ab altero levata ignominia. Peterentibus, ut ex inſtituto ædium rectæ exigenda, & ad opera, quæ locaſſent, probanda, anni & bimenſis tempus prorogarerur; Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in ſenatum, interceſſit. Eodem anno C. Cicereius ædem in monte Albano dedicavit, quinquennio poſtquam vovit. Flamen Martialis inaugurarus eſt eo anno L. Poſtumius Albinus.

Cap.

Cap. XVI. Q. Ælio, M. Junio consulibus, de provinciis referentibus, censuere patres duas provincias Hispaniam ruris fieri, quæ una per bellum Macedonicum fuerat: & Macedoniam Illyricumque eodem, L. Paullum & L. Anicium, obtinere, donec de sententia legatorum, & res bello turbatas, & statum alium ejus regni formando componissent. Consulibus Pisæ & Gallia decretæ cum binis legionibus peditum, & equitum quadringentenis. Prætorum sortes fuere, Q. Cassii urbana, Manli Juvencii Thalnæ inter peregrinos, Ti. Claudii Neronis Sicilia, Cn. Fulvii Hispania citerior, C. Licinii Nervæ ulterior. A. Manlio Torquato Sardinia obvenerat, nequit ire in provinciam; ad res capitales quærendas, ex senatusconsulto retentus. De prodigiis deinde nunciatis senatus est consultus. Ædes Deorum Penatium in Velia de cœlo tacta erat: & in oppido Minervio duæ portæ & muri aliquantum. Anagniæ terra pluerat: & Lanuvii fax in coelo visa erat. Et Calatiæ in publico ager M. Valerius civis Romanus nunciabat, e foco suo fanguinem per triduum & duas noctes manasse. Ob id maxime decemviri libros adire jussi, supplicationem in diem unum populo edixerunt, & quinquaginta capris in foro sacrificarunt: & aliorum prodigiorum causa diem alterum supplicatio circa omnia pulvinaria fuit. & hostiis majoribus sacrificatum est, & urbs lustrata. Indequod ad honorem Deum immortalium pertineret, decrevit senatus, *Ut quoniam perduelles superati, Perseus & Gentius reges cum Macedonia atque Illyrico in potestate populi Romani essent: ut, quanta dona Ap. Claudio, M. Sempronio consulibus, ob sacrificium Antiochenum quum decrevit senatus pulvinaria essent, item a Q. Cassio & M. Juvencio prætores curarentur donda.*

Cap. XVII. Legatos deinde, quorum de sententia Imp. L. Paullus, L. Anicius, componerent res, decrevere: decem in Macedoniam, quinque in Illyricum. In Macedoniam sunt hi nominati, A. Postumius Luscus, C. Claudius, ambo censorii: C. Licinius Crassus, collega in consulatu Paulli, rum prorogato imperio provinciam Gallium habebat. His consulibus addidere Cn. Domitium Ænobarbum, Ser. Cornelium Sullam, L. Junium, C. Atilium, Tub. Labeonem, T. Numisium Tarquiniensem, A. Terentium Varronem. In Illyricum autem hi nominati, P. Ælius Ligus consularis, C. Cicereius, & Cn. Bæbius Tamphilus (hic priore anno, Cicereius multis ante annis prætor fuerat) M. Terentius Tubeloenanus, P. Manilius. Moniti deinde consules a Patribus, ut, quoniam alterum ex his succedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Galliam oporteret; primo quoque tempore provincias aut compararent inter se aut sortirentur. sortiti sunt. M. Junio Pisæ obvenerunt (quem prius quam in provinciam iret, legationes quæ undique Romam gratulatum convenerunt, introducere in senatum placuit) Q. Ælio Gallia. Cæterum quamquam tales viri mitterentur, quorum de consilio iperari posset, imperatores nihil indignum nec clementia nec gravitate populi Romani decreturos esse; tamen in senatu quoque agitata est summa consiliorum, ut inchoata omnia legari ab domo ferre ad imperatores possent.

Cap. XVIII. *Omnium primum, liberos esse placebat Macedonas atque Illyrios; ut omnibus gentibus appareret, armis populi Romani non libertatem sed contra servientibus libertatem afferri. ut & in libertate gentes quæ essent, tutam eam sibi perpetuamque sub tutela populi Romani esse: & quæ sub regibus viverent, & in præsens tempus mitiores eos justioresque respectu populi Romani habere se; & si quando bellum cum populo Romano ortum foret, fuisse suis exitum ejus victoriæ Romanis, sibi libertatem allaturum crederent. Metalli quoque Macedonici, quod ingens vectigal erat, locationesque prædiorum rusticorum tolli placeret. nam neque fine publicano exerceri posse: & ubi publicanus est, ibi aut jus publicum nullum, aut illibertatem sociis nullam esse. Ne ipsos quidem Macedonas idem exercere posse, ubi in medio præda administrantibus esset, ibi nunquam caussas seditionum certaminis desore. Commune concilium gentis esse, ne improbum vulgus, & senatu aliquando libertatem falsa moderatione datam, ad licentiam nefas abuti. Tributum pendere Macedonum regiones descripti Macedoniam, ut suum quaque concilium haberet, placuit: & dimidium tributi quam quod rex ibus ferre soliti erant, populo Romano pendere.* Similia his & in Illyricum mandata, cætera ipsis imperatoribus legatisque relicta, in quibus præsens tractatio rerum cortora subjectura est consilia.

Cap. XIX. Inter multas regum gentiumque & populorum legationes Attalus, frater regis Eumenis, maxime convertit in se omnium oculos, animosque: exceptus enim est ab his qui simul eo bello militaverunt, haud paulo benignius quam ipse rex Eumenes verisset. Addunserant eum duæ in speciem honestæ res: una, gratulatio, conveniens in ea victoria quam ipse adjuvisset: altera, querimonia Gallici tumultus. Advertæque gladiis regnum in dubium adductum esse. Suberat & fecreta spes honorum præmiorumque ab senatu, quæ vix salva pietate ejus contingere poterant.

erant enim quidam Romanorum eundque non boni auctores, qui fpe cauditatem eius eligerent: *Enim opinionem de Attalo & Romano bello esse, tamquam de altero Romanis cerundico, altero aut Romanis, aut Persi huic socio. Itaque vix statuti posse, iterum quo pro socio quae contra patrem pertinax esset, an fenatui magis imperabilis foret: adeo universos omnia & huic tribuere & illi vero negare.* Eorum hominum (ut res docuit) Attalio erat, qui quantum ipse spopondisset, videret, nihil nisi amici prudens monitio velut frenos animo ejus gestienti fecundis rebus imposuisset. Strarius eum eo fuit medicus, ad idipsum a non fecuro Eumene Romam missus; speculator rerum quae à fratre agerentur, monitorque fidus ii deceli hde vidisset. Is ad occupatas jam aures lelicitatumque jam animum quum venisset, aggressus tempestivis temporibus rem prope prolapsam restituit: *Alia alia regna crevisse rebus, dicendo: regnum eorum novum, nullis antiquis fundatum opibus, paterna fratre concordia: quod unum omnem regnum & praecipuum capitis telimen ferat: omnes hostes, omnes civitatium vero, quia arcte proximos, quis non pro rege habeat? neque eo solum quia tantas praesentes ejus opes cernat, sed quod haud ambiguum propediem recrudescuram eam labrmitate aetatisque Eumenis effet, nullam stirpem liberum habentis:* (nec dum enim audierat eum, quae paulo regravit.) *quid attineret eum afferre rei sua spem? nox ad eum adventare? Acceffisse etiam novam tempestatem regno timultus Gallici, eis vix consensu & concordia regum rejisti queat. Si vero ad externum bellum domestica seditio adiiciatur; sisti non posse: nec dubitare, cum quem ne pater quidem nanciatur, subisse spem propinquam regni ereptorum. Si utraque gloriosa res esset; & servasse fratri regnum, & eripuisse: servasti tamen regni, quae jamdu pietati sit, portorem laudam fessis. Sed eadem vero quum devotabilis altera res & proxima parricidio est, certe ad alterum non debili ingenio: Utrum enim partem regni petiturum esse, an totum ereptum? si parcere; anbo infimos distractis viribus, & omnibus virtutis obnoxios fore: si totum, privatumne ergo majorem fratrem, an exulem illa aetate illa corporis infirmitate, an ad unum mori justurum? Quae quum omnia (ut fabulis tragicis ipsorum fratrum eventus taceatur) Persei exitum videri, qui ex fraterna caede rapturus diadema, in templo Samothracum, vetus praedonibus Dis eas, ejusque poenas, ab pedes ceterasque hostis praestitus posuerit. Eos ipsos qui non vel amici, vel humani loli, fi, stimulent eum, pietatem conjunctamque laudaturos, si idem ad ultimum fratri praestitisset.*

Cap. XX. Haec plus valuere in Attali animo. Itaque introducus in fenatum, gratulatus victoriam; & ita mentita eo bello fratrique: in qua erant, & Gallorum defectionem, quae nuper ingenti motu facta erat, expositurum. Perite, ut legatos mitteret ad eos, quorum auctoritate ab armis avocarentur. His pro regni utilate editis mandatis, Asiam sui & Maronecam petit. Ita destituta eorum spe, qui fratre occulto parricidium regni fibi futurum crediderant, curia occeffit. Ut ero alias quifquam rex aut privatus, tanto favore tantoque omnium affenfu, eft auditus; omnibus honoribus muneribusque, & praesens eft cultus, & proficiscentem profecuti sunt. Inter multas Atlae Graecisque legationes, Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt. nam quum primo in vete candida vifi eflent, quod gratulantes deberent, & fi fordidam veltem babuiffent, lugentium Perfei calum praebere fpeciem poterant: poltquam confulti ab M. Junio conlule Patres, mantibus in conliio legatis, an laetari, an dolere, an tumultum fieri, nullum hoftitale jus in iis fervandum conlutrunt; egreffus e curia conlul, quum Rhodii, gratulatum le de victoria purgatumque civitatis crimina dicentes venisse, perhibent ut tenatus ibi doretur; pronunciat: *Socios & amicos, & alia comiter atque hospitaliter praestare Romanos, & fenatum dare confuesse: Rhodios non ita meritos eo bello, ut amicorum sociorum numero habendi sint.* His auditis, protraverunt fe omnes humi, conlulemque & cunctos qui aderant, orantes, ne nova falfaque crimina plus obeffe Rhodiis aequum conlerent, quam antiqua merita, quorum ipli teltes eflent. Extemplo, veste fordida sumpta, domos principum cum precibus ac lacrimis circumibant, orantes, ut prius conoscerent cauflam, quam condemnarentur.

Cap. XXI. M. Juvencius Thalna praetor, quum inter cives & peregrinos jurisdictio erat, populum adverfus Rhodios incitabat; rogationemque promulgaverat, *Ut Rhodis bellum indiceretur: & ex magistratibus ejus anni deligerent, qui ad id bellum cum classe mitteretur:* fe eum fperans futurum esse. Huic actioni M. Antonius & M. Pomponius Trilunus legatus adverfabantur. Sed & praetor novo malique exemplo rem ingreffus erat, quod ante non contulto ferata, non conlubus certieribus factis, de fua unius fententia rogationem ferret. *Vellent jubere nemo Rhodiis bellum indici:* quum antea semper prius fenatus de bello conlultus eflet, deinde ad populum latum; & tribuni plebis: quum ita tradi-

tum

tum esset, ne quis prius intercederet legi, quam privatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset, eoque perspecte evenisset, ut qui non profecti essent se intercessuros, animadversis vitiis legis ex oratione dissuadentium, intercederent: & qui ad intercedendum venissent, desisterent, victi auctoritatibus suadentium legem. Tum inter prætorem tribunosque omnia intempestive agendi certamen erat. Tribuni fustinarionem prætoris ante tempus intercedendo in advenium imperatoris

* * * * *

Cap. XXII. *peccaverimusne adhuc dubium est, pœnas, ignominias omnes jam patimur. Antea Carthaginiensibus victis, Philippo, Antiocho superatis, quum Romanum venissemus, consilio hostilio in curiam gratulatum vobis, Patres conscripti, ex curia in Capitolium ad Deos vestros dona ferentes veniebamus: nunc ex sordido diversorio vix mercede recepti, ac prope hostium more, extra urbem manere justi, in hoc squalore cernimus in curiam Romanos Rhodii, quos provincias nuper Lycia atque Caria, quos præmia atque honoribus amplissimis donastis. Et Macedonas Illyriosque liberos esse (ut audimus) jubetis, quum servierint antequam vobis cum bellarent (nec cujusquam fortunæ invitemus, imo egregiissimæ clementiam populi Romani) Rhodios, qui nihil aliud quam quieverint hoc bello, hostes ex sociis facturi estis? Certe quidem vos estis Romani, qui ideo felicia bella vestra esse, quia justa sint, pro vobis sortis, nec tam ex tuis eorum, quod victatis, quam principiis, quod non nisi ex justitiatis, gloriemini. Messana in Sicilia oppugnata, Carthaginienses; Athenæ oppugnatæ, & Græcia in servitutem petita, & adjutus Annibal pecunia, auxiliis, Philippum hostem fecerunt. Antiochus ipse ultra ab Æolis hostibus vestris accersitus, ex ipsis claustris in Græciam trajecit; Demetriade & Chalcide, & saltu Thermopylarum occupato, de possessione imperii vos dejicere conatur. Cum Perseo, socii vestri oppugnati, alii interfecti regnli principesque gentium aut populorum, causis nobis vobis fuere. Quem tandem titulum nostra calamitas habitura est, si pertineri tamen? Nondum segrego civitatis causam à Polyarato & Dinone civibus nostris, & iis quos, ne traderemus vobis, adduximus. Si omnes Rhodii æque noxii essemus, quod nostrum in hoc bello crimen esset? Persei partium fautimus? & quemadmodum Antiochi Philippique bello pro vobis adversus reges, sic nunc pro rege adversus vos stetimus. Quemadmodum solemus socios juvare, & quam impigre capessere bella. C. Livium, L. Æmilium Regillum interrogate, qui classibus vestris in alia profluimus. Nunquam vestræ naves pugnavere sine nobis. nostra classe pugnavimus semel ad Samum, iterum in Pamphilia adversus Annibalem imperatorem: quæ victoria nobis eo gloriosior est, quod, quum ad Samum magnam partem navium adversa pugna & egregiam juventutem amisissemus, ne hanc quidem clade territi, iterum aut sumus regiæ classi ex Syria venienti obviam ive. Hæc non gloriandi causa retuli (neque enim ea nunc nostra est fortuna) sed ut admonerem, quemadmodum adjuvare socios soleremus Rhodii.*

Cap. XXIII. *Præmia Philippo & Antiocho devictis amplissima accepimus à vobis. Si quæ vestra nunc est fortuna, Deum beneficitate & virtute vestra, ea Persei fuisset, & præmia petitum ad victorem regem venissemus in Macedoniam; quid tandem diceremus? Pecuniane nobis adjutum, an numerum? auxilia transtribus, an navalium? quod præsidium tenuisse nos? ubi pugnasse, aut sub illius ductibus, aut per nos ipsos? Si quæreret, ubi miles noster, ubi navis intra prætoria sua fuisset, quid responderemus? Causam fortasse dicturi apud victorem, quemadmodum apud vos dicimus. Hoc nam legatos utroque de pace mittendo consecuti sumus, ut ne ab utraque parte gratiam iniremus; ab altera etiam crimen & periculum esset. Quanquam Persæus were objiceret, id quod vos non potuistis, Patres Conscripti, nos principio belli missse ad vos legatos, qui obtinerentur vobis quæ ad bellum opus esset: navalium armis, juventus nostra, sicut priorius bellis, ad omnia paratos fore. ne præstaremus, per vos stetit, qui de quacunque causa tuus alpernati nostra auxilia estis. Neque tacimus ijsdemque tamen probatos esse nostra in nomina sociorum & ultimos officio, sed à vobis prorsus præterre fuimus. Quid igitur? nihil ne factum neque dictum est in civitate vestra, Rhodii, quod noluerit, quo merito offenderetur populus Romanus? Hinc jam non, quod factum est, defensurus sum: non ego insontes fuit quandam causam à privatorum culpa segregaturus. Nulla enim est civitas, quæ non & improbos cives aliquando, & imperitam multitudinem semper habeat. Etiam apud vos fuisse audivi, qui alienando multitudine grassarentur: & fuisse aliquando à vobis plebem, nec ea potestate vestra rempublicam fuisse. Si hoc in hac tam bene morata civitate accidere potuit, mirari quisquam potest aliquos fuisse apud nos, qui regis amicitiam potentes plebem nostram consilio de-*

prævarent? qui tamen nihil ultra tulerunt, quam ut in officio cessaremus. Non prætoribo id quod gravissimum est in hoc bello crimen civitatis nostræ. Legatos eodem tempore & ad vos & ad Persea de pace misimus: quod infelix consilium furiosus (ut posséa audivimus) orator, stultissimum fecit: quem fic locutum constat, tanquam & Popilius legatus Romanus, quem ad Antiochum & Ptolomæum reges missus, loqueretur. Sed tamen ea sive superbia sive stultitia appellanda est, eadem quæ apud vos, & apud Persea fuit. Tam civitatium quam singulorum hominum mores sunt: gentes quoque aliæ inconditæ, aliæ cultæ, quædam fimiles in primum, in Venerem promiscuæ aliæ sunt. Athenienfium populum fanæ est celerem & supra vires audacem esse ad conandum: Lacedæmonium cunctatorem, & vix in ea quibus fidit ingredientem. Non negaverim & totam Asiæ regionem inaniora parere legenda. Sic nostrorum tumultuosum sermonem esse, quod excellere inter finitimas civitates videamur; & istum non tam viribus nostris, quam vestris honoribus ac judiciis. Satis quidem & tunc in præsentia cognitum illa legatio erat: cum tam triste responsum vestro dimissa, si tum parum regnorum pensum est, hæc certe tam miserabilis ac supplex legatio etiam insolentioris quam illa fuit legationis satis magnum placulum esset. Superbiam, verborum præsertim, iracundi oderunt; prudentes irridens; utique si inferioris adversus superiorem est: capitali pœna nono unquam dignam judicavit. Id enim vero periculum erat, ne Romanos Rhodii contemnerent. Etiam Deos aliqui verbis ferocioribus increpant, nec ob id quemquam fulmine ictum audivimus.

Cap. XXIV. Quid igitur superat quod purgemus, si nec factum hostile nullum nostrum est, & verba tumultuosa legati offensionem auribus, non perniciem civitatis, meruerunt? Voluntatis nostræ tacite velut litem æstimari, vestris inter vos sermonibus audio, Patres Conscripti; favisse nos regi, & illum vincere malusse: ideo bello persequendos esse dicunt. Alii vestrum, voluisse quidem nos hoc, non tamen ausos bello persequendos esse: neque mortuos neque lecibus illius civitatis ita comparatum esse, ut, si quis velit inimicum perire, si nihil fecerit quod id fiat, capitis damnetur. His, qui nos parva, non crimine liberant, gratiam quidem habemus: ipsi nobis hanc dicimus legem; si omnes voluimus quod animus, non distinguimus voluntatem à facto: omnes plectamur. Si alii principum nostrorum nobis, alii regi favorunt, non postulo ut propter nos, qui partium vestrarum fulmus, regis fautores salvi sint: illud deprecor, ne nos propter illos pereamus. Non estis vos tales inter vos quum civitas ipsa, & hoc qui videbant, publicique eorum aut profligarent aut mortem sibi conscivierunt. alii damnati à nobis, in potestate vestra erunt, Patres Conscripti. Catera Rhodii, sicut gratiam nullam meriti hac belli, ita ne pœnam quidem sumus. Prius enim beneficiorum cumulus, hac quod nunc dicitur in officio est, explicat. Cum tribus regibus gessimus bella: nec hos annos ne plus offit nobis quod non vellemus, quam quod duobus hostis pro nobis pugnavimus. Philippum, Antiochum, Persea, tanquam non fuerint tentata ponite. dicæ nos absolvunt: una nobis est ut gravior sit. Ultro de nobis si judicarent, damnati essemus. vos judicate, Patres Conscripti, sit Rhodus in terris, an funditus deleatur. Non enim de bello deliberatis, Patres Conscripti, quod inferre possitis, gerere non potestis; quum nemo Rhodiorum arma adversus vos laturus sit. Si præsertim abitis in animo, tempus à nobis petemus quo hanc funestam legationem domum referamus: omnia libera capita, quidquid Rhodiorum virorum, seminarum est, cum omni pecunia nostra naves conscendemus; ac, relictis penatibus publicis privatisque, Romam ventemus: & omni auro & argento, quicquid publici, quicquid privati est, in comitio, in vestibulo curiæ vestræ cumulato, corpora nostra conjungemus ac liberorum vestræ potestati permittemus; hic passuri quodcunque patiendum erit. procul ab oculis nostris urbs nostra diripiatur, incendatur. Hostes Rhodios esse, Romani judicare possunt: est tamen & nostrum aliquod de nobis judicium, quo nunquam judicabimus nos vestros hostes: nec quicquam hostile, etiam si omnia patiemur, faciemus.

Cap. XXV. Secundum talem orationem universi ruriis procidentur, ramosque olex supplices jactantes, tandem excitati curia excesserunt. tunc sententiæ interrogari cœpere. Infestissimi Rhodiis erant, qui consules prætoresve aut legati gesserant in Macedonia bellum. plurimum causam eorum adjuvit M. Porcius Cato; qui asper ingenio, tum lenem mitemque esse egit. Non inferam simulacrum viri copiosi, quæ dixerit referendo: ipsius orario scripta extat, Originum quinto libro inclusa. Rhodiis responsum ita redditum est, ut nec hostes fierent, nec fœderi permanerent. Philocrates & Astymedes principes legationis erant. Partum cum Philocrate renunciare Rhodum legationem placuit, partem cum Astymede Romæ subsistere: ut quæ agerentur sciret, certioresque sues

suos traheret. In præsentia deducere ante certam diem ex Lycia Cariaque jusserunt præfectos. Hæc Rhodum nunciata, quæ per se tristia fuissent: quia majoris mali levatus erat timor, quum bellum timuissent; in gaudium renunciata verterunt. Itaque extemplo coronam viginti millium aureorum decreverunt: Theodotum præfectum classis in eam legationem miserunt. Societatem cum Romanis ita volebant petere, ut nullum de ea re scitum populi fieret, aut literis mandaretur: quod, nisi imperrarent, major repulsis ignominia esset. Præfecti classis id unius erat jus, ut agere de ea re sine rogatione ulla peritâ posset. nam ita per tot annos in amicitia fuerant, ut fœdus tendere se cum Romanis non illigarent: ob nullam aliam causam, quam ne spem regibus absciderent auxilii sui, si cui opus esset, neu sibi ipsis fructus ex benignitate & fortuna eorum percipiendi. Tunc utique perenda societas videbatur; non quæ tutiores eos ab aliis faceret, nec enim timebant quemquam præter Romanos) sed quæ ipsis Romanis minus suspectos. Sub idem fere tempus & Caunii defciverе ab his; & Mylasſenſes Euromentium oppida occuparunt. Non ita fracti animi civitatis erant, ut non sentirent, si Lycia & Caria adempta ab Romanis forent, cætera auxilia, quæ ipsis per defectionem liberarent, aut à finitimis occuparentur, includi se insulæ parvæ, & sterilis agri littoribus, quæ nequaquam alere rantæ urbis populum posset. missa igitur juventute propere & Caunios, quanquam Cybiratarum asciverant auxilia, coegerunt imperio parere; & Mylasſenſes Alabandenſique, qui, Euromensium provincia adempta, ad ipsos conjuncto exercitu venerunt, circa Orthosiam acie vicerunt.

Cap. XXVI. Dum hæc ibi, alia in Macedonia, alia Romæ geruntur; inrerim in Illyrico L. Anicius, rege Gentio, sicut ante dictum est, in potestatem redacto, Scodræ, quæ regia fuerat, præsidio impoſito Gabinium præfecit, Rhizoni & Olzinio urbibus opportunis C. Licinium. Præpositis his Illyrico, cum reliquo exercitu in Epirum est profectus. ubi prima Phanotea ei decita, tota multitudine cum infulis obviam effusa. hic præsidio impoſito in Molosſidem tranigressus: cujus omnibus oppidis præter Passaronem & Tecmonem, & Phylacen, & Horreum, receptis, primum ad Passaronem ducit. Antinous & Theodorus principes ejus civitatis erant: inimnes & favore Perſei, & odio adversus Romanos: iidem universæ genti auctores defciscendi ab Romanis. Hi conscientia privatæ noxæ, quia ipsis nulla spes veniæ erat, ut communi ruina patriæ opprimerentur, clauserunt portas: multitudinem, ut mortem servituti præponerent, hortantes. Nemo adversus præpotentes viros hiscere audebat. Tandem Theodotus quidam, nobilis & ipse adolescens, quum major à Romanis metus timorem à principibus suis vicisset; *Quæ nos rabies*, inquit, *agitat, qui duorum hominum noxæ civitatis acceſſionem facitis? Equidem pro patria qui letum oppetiſſent, ſæpe fando audivi: qui patriam pro perire æquum cenſerent, hi primi inventi ſunt. Cui aperimus portas, & imperium accipimus, quod orbis terrarum accepit?* Hæc dicentem quum multitudo fequeretur, Antinous & Theodotus in primam stationem hostium irruperunt, atque ibi ofterentes se ipsi vulneribus interfecti. urbs dedita est Romanis. Simili pertinacia Cephali principis clausum Tecmonem, ipso interfecto, per deditionem recepit. Nec Phylace, nec Horreum, oppugnantibus tulerunt. Pacata Epiro, divisisque in hiberna copiis per opportunas urbes, regressus ipse in Illyricum, Scodræ, quo tumultuque legati ab Roma venerant, evocatis ex tota provincia principibus, conventum habuit. Ibi pro tribunali pronunciavit de sententia consilii: *Senatum populumque Romanum Illyrios esſe liberos jubere. præſidia ex omnibus oppidis, armaque & naves eis deduci iuram. Non ſolum liberos, ſed etiam immunes fore Iſſenſes & Tauliantios, Daſſaretiorum Pirustas, Rizonitas, Olciniatas, quod incolumi Gentio ad Romanos deſciſſent. Darſeis quoque immunitatem dare; quod relicto Caravantio cum armis ad Romanos tranſiſſent. Scodrenſibus, & Daſſarenſibus, & Selepitanis, cæteriſque Illyriis, vectigal dimidium ejus quod regi pendiſſent.* Inde in tres partes Illyricum divisit. unam eam fecit quæ supra dicta est, alteram Labeatas omnes, tertiam Agravonitas & Rizonitas, & Olciniatas, adjectis eorum finitimis gentibus dicta in Illyrico; ipse in Epiri Passaronem in hiberna rediit.

Cap. XXVII. Dum hæc in Illyrico geruntur, Paullus ante adventum decem legatorum Q. Maximum illum jam ab Roma regressum, ad Æginium & Agasſas dirigendas mittit: Agasſas, quod quum Marcio consuli tradidiſſent urbem, petita ultro societate Romana, defecerant rursus ad Perſea: Æginientium autem novum crimen erat. famæ de victoria Romanorum fidem non habentes, in quosdam militum urbem Ingressos hostiliter fevierant. Ad Æginium quoque hostiliter urbem dirigendam L. Postumium misit, quod pertinacius quam finitimæ civitates in armis fuerant. Autumni fere tempus erat, cujus temporis initio circumeundam Græciam, visendaque quæ nobilitata fama magis auribus accepta sunt, quam

quam oculis noſcuntur, ut ſtatuit; præpoſito caſtris C. Sulpicio Gallo, prefectus cum haud magno comitatu, tegentibus latera Scipione filio & Athenæo Eumenis regis fratre: per Theſſaliam Delphos petit, inclitum oraculum, ubi ſacrificio Apollini facto, inchoatas in veſtibulo columnas, quibus impoſituri ſtatuas regis Perſei fuerant, ſuis ſtatuis victor deſtinavit. Lebadiæ quoque templum Jovis Trophonii adiit. Ibi quam vidiſſet os ſpecus, per quod oraculo utentes ſolicitarum Deos deſcendunt; facrificio Jovi Hercynnæque facto, quorum ibi templum eſt, Chalcidem ad ſpectaculum Euripi, & aquoque ante inſulæ ponte continenti junctæ deſcendit. A Chalcide Aulidem trajicit, trium millium ſpacio diſtantem, portum inclitum ſtatione quondam mille navium Agamemnonis claſſis: Dianæque templum, ubi navibus curſum ad Trojam, filia victima aris admota, tres ille virgines peperit. Inde Oropum Atticæ ventum eſt; ubi pro Deo vates Amphilochus colitur: templumque vetuſtum eſt fontibus riviſque circa amœnum. Athenas inde, plenas quidem & ipſas vetuſtate famæ, multa tamen vilenda habentes: arcem, portus, muros Piræum ubi junguntes, navalia magnorum imperatorum, ſimulacra Deorum hominumque, omni genere & materiæ & artium inſignia.

Cap. XXVIII. Sacrificio Minervæ præſidi arcis in urbe facto profectus, Corinthum altero die pervenit. urbs erat tunc præclara ante exſidium, arx quoque & ſi munita, præbuere ſpectaculum: arx inter omnia in immanem altitudinem edita, ſcatens fontibus: Ilithmus, duo maria ab occaſu & ortu ſolis finitima, arctis faucibus dirimens. Sicyonem inde & Argos nobiles urbes adit: inde haud paſtem opibus Epidaurum, ſed inclytam Æſculapii nobili templo: quod quinque millibus paſſuum ab urbe diſtans, nunc veſtigiis revulſorum donorum, tum donis dives erat, quæ remediorum ſalutarium agri mercedem ſacraverant Deo. Inde Lacedæmonem adit; non operum magnificentia, ſed diſciplina inſtitutiſque memorabilem: unde per Megalopolin Olympiam aſcendit. Ubi & alia quidem ſpectanda viſi, & Jovem velut præſentem intuens, motus animo eſt. Itaque, haud ſecus quam ſi in Capitolio immolaturus eſſet, ſacrificium amplius ſolito apparari juſſit. Ita peragrata Græcia, ut nihil eorum, quæ quiſque Perſei bello privatim ac publice ſenſiſſet, inquireret; ne cujus metu ſollicitaret animos ſociorum. Demetriadem quum revertit, in itinere ſordidata turba Ætolorum occurrit; mirantique & percunctanti quid eſſet, defertur, quingentos quinquaginta principes ab Lycifco & Tiſippo circumſeſſo ſenatu per milites Romanos, majos a Bebio præſide, interfectos; alios in exilium actos eſſe: bonaque eorum qui interfecti eſſent, & exulum, poſſidere qui arguebant. Juſſus Amphipolim adeſſe, ipſe convento Cn. Octavio Demetriade, poſtquam fama acciditi trajeciſſe jam mare decem legatos, omnibus aliis conſiſtis Apolloniam ad eos pergit. quo quum Perſeus obviam Amphipoli nimis ſoluta cuſtodia proceſſiſſet (id dici iter eſt) ipſum quidem benigne allocutus eſt: cæterum, poſtquam in caſtra ad Amphipolim venit, graviter increpuiſſe tradidit Cn. Cnæi ſpicium: primum quod Perſea tam procul a ſe vagari per provinciam paſſus eſſet: deinde quod adeo indolitaliter militibus, ut nudare regulis muros urbis ad tegenda hibernacula ſua pateretur. referriique legulas & reſarciri recta, ſicut fuerant, juſſit. Perſea quidem cum majore filio Philippo, minore, Alexandro, in cuſtodiam miſit: filiam cum ſolemnore alio a Samothrace arcitos Amphipolim, omni liberali cultu habuit.

Cap. XXIX. Ipſe ubi dies venit, quo adeſſe Amphipoli denos principes civitatum juſſerat, literaſque omnes, quæ ubique denoſcire eſſent, & pecuniam regiam conferri, cum decem legatis circumfuſa omni multitudine Macedonum, in tribunali conſedit. Aſſuetis regio imperio, tamen novum formam terribilem præbuit tribunal: ſummotor aditus, præco, accenſus, inſueta omnia oculis auribuique: quæ vel facies, nedum hoſtes victos, terrere poſſent. Silentio per præconem facto, Paullus Latine, quæ ſenatui, quæ ibi ex conſilii ſententia eſſent, pronuntiavit: ea Cn. Octavius prætor (nam & ipſe aderat) interpretata ſermone Græco referebat. *Omnium primum liberos eſſe jubere agentes Macedonas: habiturosque urbes, agros, vectigalia utentes legibus ſuis, annuos creantes magiſtratus: tributum dimidium ejus quod pependiſſent regibus, pendere populo Romano. Deinde in quatuor regiones dividi Macedoniam, unam ſore & primam partem, quod ager inter Strymonem & Neſſum omnem ſit: accoſſimum huic parti trans Neſſum ad orientem verſum, qua Perſeus tenuiſſet arces, caſtella, oppida, præter Amum, & Maroneam, & Abdera; trans Strymonem autem regentia ad occaſum Biſaltiam omnem cum Heraclea, quam Sinticen appellant. Secundam fore regionem, quam ab ortu Strymonamplecterentur amnis, præter Sinticen Heracleam & Biſaltas: ab occaſu qua Axius terminaret fluvius, additis Paeonibus, qui prope Axium jumen ad regionem orientis coleront. Tertia pars facta, quam Axius, ab oriente, Peneus amnis ab occaſu, cin-*

cinunt: ad septentrionem Bora mons objicitur: adjecta huic parti regio Paonia; qua ab occasu præter Axium amnem porrigitur. Edessa quoque & Berœa eidem concesserunt. Quarta regio trans Boram montem una parte confinis Illyrico, altera Epiro. Capita regionum ubi concilia fierent, primæ regionis Amphipolim, secundæ Thessalonicen, tertiæ Pellam, quartæ Pelagoniam fecit. Ho concilia suæ cuiusque regionis indici, pecuniam conferri, ibi magistratus creari iussit. Connubia vetuit, deinde neque connubium, neque commercium agrorum ædificiorumque inter se, placere cuiquam extra fines regionis suæ esse. Metalla quoque auri atque argenti non exerceri: ferri & æris permisit, vectigal exercentibus dimidium ejus imposituin quod pependissent regi. Sic fale inveniri vetuit. Dariani reposcentibus Paonian, quod & sita finitimi, & continens esset finibus suis, omnibus dare liberatem pronunciavit, qui sub regno Persei fuissent. Post non imperatam Paoniam, filis commercium dedit tertiæ regioni: superavit enim Scordiscorum decoloremt, precunque statuit. Navalem materiam & ipsis cædere, & alios pati vetuit. Regionibus, quæ asimes barbaris essent (excepta autem tertia, omnes erant) permisit, ut præsidia armata in finibus extremis haberent.

Cap. XXX. Hæc pronunciata primo die conventus, varie afficerunt animos. Liberras præter spem data arrexit; & levatum annuum vectigal. Regionatim commercils interruptis fra videri locarata, tanquam animalia, in arrus alterum alterius indigentes, ægre ab eo quanta Macedonia esset, quam divisui facilis, & à fejofa quæque contempta pars esset. Macedones quoque ignorabant. Pars prima Bisaltas habet, fortissimos viros (trans Nessum amnem incolunt, & circa Strymonem) & multas frugum propriatates, & metalla, & opportunitatem Amphipolis: quæ objecta claudit omnes ab oriente fole in Macedoniam aditus. Secunda pars celeberrimas urbes, Thessalonicen & Cassandriam habet; ad hoc Pallenem fertilem ac frugiferam terram: maritimas quoque opportunitates ei prahent portus ad Toronem, ac montem Athos (Æneæ vocant hunc) alii ad insulam Euboeam, alii ad Hellespontum opportune versi. Tertia regio nobiles urbes Edessam & Berœam, & Pellam habet, & Vettiorum bellicosam gentem: incolas quoque permultos Gallos & Illyrios impigros cultores. Quartam regionem Heordei & Lincestæ & Pelagones incolunt: junèta his Arintania, & Stymphalis, & Eliimiotis. frigida hæc omnis, duraque cultu & aspera plaga est: cultorum quoque ingenia terræ similia habet. ferociores eos & accolæ barbari faciunt; nunc bello exercentes, nunc in pace mifcentes ritus suos. Divisæ itaque Macedoniæ partium usibus separatis, quanta universos teneat Macedonas formula dicta, quum leges quoque fe darum ostendisset.

Cap. XXXI. Ætoli deinde citati, in qui cognitione magis utra pars Romanis, utra regi faviset, quæstum est, quam uti fecissent injuriam aut accepissent. Nova liberati interfectores: acillum nulfis aequa ratum fuit, ac mors interfectis. A. Bœbius unus est damnatus, quod milites Romanos præbuisset ad ministerium cædis. Hic eventus Ætolorum causse, in omnibus Græciæ gentibus populisque eorum qui partis Romanorum fuerant, infavit ad interpretabilem superbiam animos: & obnoxios pedibus eorum subjecit, quos aliqua parte fuspicio favoris in regem contigerat. Tria genera principum in civitatibus erant: duo, quæ adulando aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum, sibi privatim opes opprefiis facilem in civitatibus viam unum, utrique generi adversum, libertatem & leges tuebatur. His ut major apud suos cavitas, ita minor apud externos gratia erat. Secundis rebus elati Romanorum partis eius fautores, folti tum in magistratibus, folti in legationibus erant. His unum frequentes & ex Peloponneso, & ex Bœotia, & ex aliis Græciæ conciliis adeffent. implevere aures deceni legarorum: *Non eos tantum, qui se propalam perviratem jactassent, tamquam hostes, & amicos Perfei, sed multo plures alios ex occulto Persisse, reliquos per specimen pacis & libertatis nomen civilis adversus Romanos omnia insimulasse: nec aliter eas manstetas in fide gentes, nisi, facilis animis partium, alteretur confirmaretuque auctoritas eorum, qui nihil præter imperium Romanorum spectarent.* Ab his editis nominibus, evocari Pteris imperatoris ex Ætolia, Acarnaniague, & Epiro, & Bœotia, qui Romam ad causam dicendam fequerentur: in Achaiam ex decem legarorum numero profecti duo, C. Claudius & Cn. Domitius, ut ipsi edicto evocarent. Id duabus de causiis factum: una, quod fiducise plus animi monstrasse ellt Achais ad non parendum creiebant. Se forsitan etiam in periculo fore Calliciatem & cæteros criminum auctores delatoresque: altera, cur præsentes evocarent, causa erat, quod ex aliis gentibus principum literas deprehendas in commentariis regis habebant: in Achaiis eorum erat crimen, nullis eorum literis inventis. Ætolis dimissis, Acarnanum citata gens: in his nihil novatum, nisi quod Leucas exempta est Acarnanum con-

cilio.

cilio. Quærendo deinde latius, qui publice aut privatim partium regis fuissent, in Asiam quoque cognitionem extendere: & ad Antiphilum in Lesbo insula diruendam, traducendos Methymnam Antiphilos, Labeonem miserunt: quod Antenorem, regium præfectum, quo tempore cum lembis circa Lesbum esset vagatus, portu receptum comeatibus iuvissent. Duo fecuri percussi viri intignes: Andronicus Anconici filius, Pœtolus, quod patrem secutus, arma contra populum Romanum tulisset: & Neo Thebanus, quo auctore societatem cum Perseo junxerant.

Cap. XXXII. His rerum extraordinarum cognitionibus interpositis, *Macedonum rursus advocatum concilium: pronunciatum, Quod ad factum Macedoniæ pertinebat, sententiæ, quos Synedros vocant, legendos esse, quorum consilio Respublica administraretur.* Nomina deinde sunt recitata principum Macedonum, quos cum liberis majoribusque natu quindecim annos natis præcedere in Italiam placerat. Id primo fuerat vexatum, mox apparuit multitudini *Macedonum* pro libertate sua esse factum. nominati sunt enim regis amici purpuratique duces exercituum, præfecti navium, aut præsidiorum; fervire regi humiliter, aliis superbe imperare assueti: prædivites alii, alii quos fortuna non æquarent, his fumpribus pares: regius omnibus victus vestitusque: nulli civilis animus, neque legum neque libertatis æquæ patiens. Omnes igitur qui in aliquibus ministeriis regiis, etiam qui in minimis legationibus fuerant, justi Macedonia excedere, atque in Italiam ire: qui non paruissent imperio, mors denunciata. Leges Macedonia dedit cum tanta cura, ut non hostibus victis, sed sociis bene meritis dare videretur: & quas ne usus quidem longo tempore (qui unus est legum corrector) experiendo arguerer. Ab servis rebus ludicrum, quod ex multo ante præparatos. & in Asiæ civitates & ad reges missis qui denunciarent & quum circumiret ipse Græciæ civitates indixerat principibus, magno apparatu Amphipoli fecit. Nam & artificium omnis generis, qui ludicram artem faciebant, ex toto orbe terrarum multitudo, & athletarum, & nobilium equorum convenit: legationes cum victimis, & quidquid aliud Deorum hominumque causa fieri magnis ludis in Græcia solet. Ita factum est, ut non magnificentiam tantum, sed prudentiam in deandis spectaculis, ad quæ rudes tum Romani erant, admirarentur. Epulæ quoque legationibus paratæ, & opulentia & cura eadem. Vulgo dictum ipsius ferebant, & convivium instruere & ludos parare, ejusdem esse qui vincere bello sciret.

Cap. XXXIII. Edito indicto omnis generis, clypeisque æreis in naves impositis; cæteræ omnis generis arma cumulatain ingentem acervum, precatus Mavorti, Minervam Loumque matrem & cæteros Deos, quibus spolia hostium dicare jus fasque est, ipse imperator face subdita succendit. deinde circumstantes tribuni militum pro se quisque ignes conjecerunt. Notata est in illo conventu ars atque Atticæ undique partim ad gratulationem, partim ad spectaculum contracta multitudine, tanti navalibus terrestribusque exercitibus, ea copia rerum, ea vilitas annonæ; ut, & privatis, & civitatibus, & gentibus, dona data pleraque ejus generis sint ab imperatore, non in usum modo præsentem, sed etiam quod domos veherent. Spectaculo fuit ei quæ venerat turbæ, non frenicum magis ludicrum, non certamina hominum aut curricula equorum quam præda Macedonica omnis ut videretur expectare; fluxarum, rabularumque, textilium, & vasorum ex auro & argento & ære, & ebore factorum ingens cura in eo regio ut non in præsentem modo speciem, qualibus referta regia Alexandriæ erat, sed in perpetuum usum fierent. Hæc in classem impositæ, devectæque Romam Cn. Octavio data. Paullus benigne legatis dimissis, transfugas, Syromanen, mille peltatum ab omnibus poll cadra potuit: inde pro fectus Pellam quinto die pervenit. Prætergressus urbem, ad spelæum (quod vocant) bidui morantes, P. Nasicam, & Q. Maximum filium cum parte copiarum ad deoppugnandos Illyrios, qui Persea juverant bello, misit; justos ad Oricum sibi occurrere: ipse Epirum petens, quinti fidelinis castris Passaronem pervenit.

Cap. XXXIV. Haud procul inde Amicii castra aberant, ad quem literis missis, ne qui ad ea quæ fierent moveretur: senatum prædam Epiri civitatium, quæ ad Persea defecissent, exercitui dedisse; fumissis centurionibus in singulas urbes, qui fe dicerent ad prædida deducenda venisse, ut liberi Romæ, sicut Macedones, essent: denos principes ex singulis evocasit civitatibus, quibus omnem denunciasset, ut aurum atque argentum in publicum proferretur, per omnes civitates cohortes dimisit, animo ut interim quum in privatas profecti, ut uno die in omnes pervenirent. Edita tribunis centurionibusque erant quæ cerentur: mane omne aurum argentumque collatum: hora quarta signum ad diripiendas urbes datum est militibus: tantaque præda fuit, ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur, centum quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur. Muri deinde direptarum urbium diruti

dimuti sunt: ea fuere oppida circa Se-
pyuaginta. vendita præda omnium,
de ea summa militi numeratum est.
Paullus ad mare Oricum descendit,
nequaquam ut ratus erat expeditis mi-
litum animis: qui, tanquam nullum
in Macedonia gestissent bellum, ex-
pertes rejis prædæ esse indignabantur.
Orici quum missas cum Scipione
Nasica Maximoque filio copias in-
veniisset, exercitu in naves imposito,
in Italiam trajecit. Et post paucos
dies Anicius conventu reliquorum
Epirotarum Acarnanumque acto,
jussisque in Italiam sequi principi-
bus, quorum cognitionem causæ re-
servarat: Sc ipse navibus expectatis,
quibus ufus Macedonicus exercitus
erat, in Italiam trajecit. Quum hæc
in Macedonia Epiroque gesta sunt,
legati, qui cum Attalo ad finiendum
bellum inter Gallos & regem Eume-
nem missi erant, ab Asiam perve-
nerunt. Inducias non petentibus, Sc
Galli domos abierunt. Sc rex in hi-
berna concesserat Pergamum, gravi
que morbo æger fuerat. Ver primum
ex domo excivit: jamque Synnada
pervenerant, quum Eumenes ad Sar-
deis undique exercitum contraxerat.
Ibi Sc Romani Solonvettium, lucem
Gallorum Synnadis allocuti, Sc Attа-
lus cum eis profectus: sed castra
Gallorum intrare eum non placuit,
ne animi ex disceptatione irritaren-
tur. P. Licinius cum regulo Gallo-
rum est locutus, retulitque decisio-
rem eum deprecando factum: ut mi-
rum videri posset inter opulentos
reges Antiochum Prolomæumque,
tantum legatorum Romanorum verba
valuisse, ut extemplo pacem face-
rent: apud Gallos nullius momenti
fuisse.

Cap. XXXV. Romam primum
reges captivi Perseus & Gentius in
custodiam cum liberis abducti; dein
turba alia captivorum: tum quibus
Macedonum denunciatum erat, ut
Romam venirent, principumque Gra-
ciæ. nam hi quoque non solum præ-
sentes excivi erant, sed etiam, si qui
apud reges esse dicebantur, literis
accersiti iunt. Postilus ipse post dies
paucos regia nave ingentis magnitu-
dinis, quam sexdecim versus remo-
rum agebant, ornata Macedonicis
spoliis non insignium tantum armo-
rum, sed etiam regiorum textilium,
adverso Tiberi ad urbem est subve-
ctus: completi ripis obviam effusa
multitudine. Paucos post dies Ani-
cius Sc Octavius classe sua advecti.
Tribus iis omnibus decretus est ab
senatu triumphus: mandarumque Q.
Cassio prætori, cum tribunis plebis
ex auctoritate Patrum ageret, roga-
tionem ad plebem ferrent, ut iis, quo
die urbem triumphantes inveherentur,
imperium esset. Inracta invidia
media sunt: ad summa ferme tendit.
nec de Anicii, nec de Octavii triumpho dubitatum est: Paullum, cui ipsi
quoque se comparare erubuissent,
obtrectatio carpit. Antiqua disciplina
milites habuerat: de præda par-
cius quam speraverant ex tantis re-
gibus opibus dederat; nihil relicturus,
si aviditati indulgeretur, quod in ær-
rium deferret. Totus Macedonicus
exercitus imperatori erat negligenter
adfuturus comitiis ferendæ legis. Sed
eos Ser. Sulpicius Galba, qui tribu-
nus militum secundæ legionis in Ma-
cedonia fuerat, privatim imperatori
inimicus, prensando ipse, & per suæ
legionis milites sollicitando stimula-
verat, ut frequentes ad suffragium
adessent: *Imperiosum ducem & ma-
lignum, antiquando rogationem quæ
de triumpho ejus ferretur, ulciscе-
rentur. plebem urbanam secuturam
esse militum judicia. Pecuniam il-
lum dare non potuisse, militem bonо-
rem dare posse? & si semel thesau-
rum gustasset, ubi non meruisset.*

Cap. XXXVI. His incitatis,
quum in Capitolio rogationem eam
Ti. Sempronius tribunus plebis fer-
ret, Sc privatis lege dicendi locus es-
set, nec ad suadendum, ut in re mi-
nime dubia, quisquam procederet;
Ser. Galba repente processit, Sc à tri-
buno postulavit, *Ut, quoniam hora
jam octava diei esset, nec satis tem-
poris ad demonstrandum haberet, cur
L. Æmilium non juberent triumpha-
re, in posterum diem differreni. &
nunc eam rem agerent. Integro
sibi die ad causam eam dicendam opus
esse.* Quum tribunus, dicere eo die si
quid vellet, juberet; in noctem rem
dicendo extraxit, referendo admo-
nendoque *Exacla acerbe munia mi-
litiæ, plus laboris, plus periculi,
quam desiderasset res. Injustum,
contra in præmiis, in honoribus, o-
mnia ante militiæ data. Si talibus
succedat ductibus, horridiorem
asperioremque bellantibus, eandem
victoribus inopem atque inhonora-
tam futuram. Macedonas in melиore
fortuna, quam milites Romanos esse.
Si frequentes postero die ad legem an-
liquandam adessent, inde melиores po-
tentes victos, non omnia in dictis,
aliquid & in militum manu esse.* His
vocibus incitati, postero die milites
tanta frequentia Capitolium comple-
verunt, ut aditus nulli præterea ad
suffragium ferendum esset. Intro vo-
catæ primæ tribus quum antiquarent,
concursus in Capitolium omnium
civitatis factus est. *Indignum facti-
nus esse* clamitantium, *L. Paullum
tanti belli victorem despoliari triump-
pho. obnoxios imperatores tradi li-
centiæ atque avaritiæ militari: in
uno nimis se per ambitionem peccare.
Quid si dominі milites imperatoribus
imponantur?* in Galbam pro se quis-
que probra ingerere. Tandem, hoc
tumultu sedato, M. Servilius, qui
consul Sc magister equitum fuerat,
ut

ut de integro eam rem agerent ab tribunis petere, dicendique sibi ad populum potestatem facerent. Tribuni quum ad deliberandum secessissent, victi auctoritatibus principum, de integro agere coeperunt, revocatoroque se eadem tribus renunciaturos, si M. Servilius alliique privati, qui dicere vellent, dixissent.

Cap. XVII. I. Tum Servilius: *Quantus imperator L. Sergiorum fuerit, Quirites, si ex aliis rebus nobis aestimari possit, vel hoc satis erat, quod, quum tam sedatis & leves milites, tam nobilem, tam temerarium, tam eloquentem ad instigandam multitudinem imperium in castris habuerit, nullum in exercitu seditionem habuit. Longum est, quae in peregrini quam nunc obeundi, tum eos continuit. Itaque antiqua disciplina habiti, neque fecerunt. Servium quidem Galbam, si in L. Paulo accusando tirocinium ponere & documentum eloquentiae dare voluit, non triumphum praedicare debuit, quem, si nihil aliud, fenatus jugulandum tradidit: sed, posteri ab eum triumphatum ist, privatum quum ulturus esset, nomen deferret, & lectius interrogaret: aut scelus paulo quam primum magistratus ipse cepisset, dixit dicaret, imitationi ad populum accusance. Ita ego precium recte facti, triumphum habeat. Scipio Nasica pro egregie bello gesto: & panam, si quid & vetere gloria sua & nova indignium secisset. Sed videlicet cui crimen nullum, nullum probrum dicere poterat, ejus obtrectare laudes voluit. Diem integrum desterno die ad accusandum L. Paulum: pertis: quatuor horas, quantum temporis diei, dicendo absumpsit. Quis unquam tam noceus reus fuit, cujus vitia vix tot horis expromi non possent? Quid interim objecit, quod L. Paulus, si causam dicat, negatum velit? Deos nihil aliquis conditores parumper faciat: unus militum Macedonicorum; pugnam alterius, integrioris judicii, & a favore & odio, universo judicanti populo Romano apud concionem togatam & tabernam prius vera agatur. Quid apud Quirites Romanos, Servi Galbae dicere? illa enim tibi tota addita oratio esset: in studium reverti & integrentius institisti: acelle acerbius, & diligentius circumite sunt, operis plus quam antea fecisti, quum ipse imperator & exactor circumires. Eodem die & iter fecisti, & in aciem ex itinere duxisti. At victoreon quidem te acquiescere passus es: fastus ad persequendos hostes direxit. Quum te praeda partienda locupletem fecere possit, pecuniam regiam transtulerus in triumpho es, & in aerarium tulerus. Haec sicut ad militum animos stimulandos aliquem aculeum haberent, qui parum licentiae, parum avaritiae suae inservitum censent; ita apud populum Romanum nihil valuisset: qui ut patera augusta & parentibus suis non repetat, quae simulatione imperatorum clades acceptae sint, qua severitate imperii victoriae parte, proximo certe Punico bello, quid inter M. Minucium magistrum equitum, & Q. Fabium Maximum dictatorem interfuerit, memnit. Itaque accusatorem id tetre patuisse & superbe dicam ad despicationem Paulli esse. Transfuit ad alteram cognitionem: non Quirites vos, sed milites vi eor appellaturus. si nonam hoc falcem ruborem incutere, & verecundiam aliquam imperatoris violandi afferre posse.*

Cap. XVIII. I. *Equidem ipse aliter affectus animo sum, qui apud exercitum mihi loqui videar, quam paulo ante eram, quum ad plebem urbanam spectabat oratio. Quid etiam dicitis milites? Aliquis est Romae, praeter Persea, qui triumphari de Macedonibus nolit; & cum non ipsa manubus diserpiis, quibus Macedonia vestigia vestra vos prohibuisset, si potuisset, qui triumphantes urbem intre prohibet. Errastis milites: si triumphum imperatoris tantum, & non militum quoque & universi populi Romani esse deos censetis. Non unius hoc Pauli. Multi etiam, qui ab senatu non impetrarunt triumphum, in urbe ad Capitolium triumpharunt. Nemo L. Paullo magis cripere decus perfecti belli Macedonici potest, quam C. Lutatio primi Punici belli, quam P. Cornelio secundi, quam illis qui post eos triumpharunt. Nec L. Paullum pilorum ante majorem imperatorem triumphus facit. militum magis hic hoc universique populi Romani fama agitur. primum ne invisae & ingrati animi adversus clarissimum quemque civem opinionem habeat: & inimici in hoc populum Atheniensem laterantem invidia principes sequendi. Erubescamus, gloria si par illis viris L. Paullus: injuria nostra exequeatur. Haec igitur primum infamia detexatur; fuda apud alias gentes, damnosa apud nostros. Quis enim aut Africani, qui Paulli similis esse, in ingrata & invisa bonis civibus, velit? si inimici nulla esset, & de gloria tantum agerentur, qui tanten triumphus non communem nominis Romani gloriam habet? Tot de Gallis triumphi, tot de Hispanis, tot de Poenis; ipsorum tantum imperatorum, an populi Romani dicuntur; Quemadmodum non de*

Persho modo, nec de Annibale, sed de Epirotis Carthaginiensibusque triumphi acti sunt; sic non Manlius Curius tantum, nec P. Cornelius, sed Romani triumpharunt. Militum quidem propria est causa: qui & ipsi laureati & quisque iuxta quibus donari sunt insignes, triumphum nomine cient, sua que & imperatoris laudes canentes per urbem ineuntur. Si quando non deportati ex provincia milites ad triumphum sint, fremunt; & tamen tum quoque se absentes, quod suis manibus parta victoria sit, triumphare credunt. Si quis vos interroget, milites, ad quam rem in Italiam deportati, & non statim conscripta provincia dimissi sitis; quid Romam sequentes tot signis veneritis, quid moremini hic, & non diversi domos quisque abeatis vestras quid aliud rei ordinatis, quam vos triumphantem victori velle? hos certe victores complecti velle debeatis.

Cap. XXXIX. Paullum nuper de Philippo, patre hujus, & de Antiocho est: ambo regnantem quum de his triumphatum est. De Perseo capto, in urbem cum liberis abducto non triumphabitur? Quod si in curru sedentibus Capitolium, aut rostra purpuratusque existentibus loco L. Paulus his tumultuosis vocibus privatus interroget; L. Anici, Cn. Octavi, utrum vos digniores triumpho estis an me consortis currum ascendere, & precedere videntur insignia ipsi sua trahituri. Et vos Genium quum Persea duci in triumphum mavultis, Quirites, & accessionem opimis spoliis quam de bello triumphari? Et legiones ex Illyrico laureatas urbem inire, & navales pugnas Macedonicae legiones, sub abrogato, triumphos alienos spectabunt? Quid deinde tam opulentae gentis, tam opulentae victoriae spoliis erit? Quam addentur illa tot subacti auro, ebore, margaritis corporibus hostium? an in Macedoniam remittentur? Quo signa aurea, marmorea, eburnea, tabulae pictae, textilia, tantum argenti caelati, tantum auri, tantum pecuniae regiae? An nobis, tanquam juribus, in aerarium deportabuntur? Quid illud spectaculum magnum, & multis annis opulentissimaque rex captus sibi victori populo ostentatur? Quos Syphax rex captus, accepto Punico bello, consumsisse scit plerique meminimus. Perseus rex captus, Philippus & Alexander fuit regis, tanta nomina, subtrahentur civitati oculis? Ipsum Paullum, bis consulem domitorem Graeciae, omnium oculi conspicere urbem curru ingredientem? avent. Ad hoc fecimus consulem, ut bellum per quadriennium ingentibus lamentationibus pudore nostro tractum perficeret. cui scripto provinciam, cui profectionem praesagientibus animis victoriam triumphumque destinavimus? ei victori triumphum negaturi? & quidem non homines tantum, sed Deos etiam suo honore paudaturi? Diis quoque enim, non solum hominibus, debetur. Utrum majores vestri omnium magnarum rerum & principia exorsi ab Diis sunt, & finem eum statuerunt? Consul profectus praetore paludatus cum lictoribus in provinciam & bellum, vota in Capitolio nuncupat: victor, perpetrato eodem, in Capitolio triumphans, ad eosdem Deos quibus vota nuncupavit, merita dona populi Romani traducit: pars non minima triumphi est victimae praecedentes, ut appareat Diis grates agentem imperatorem, ob rempublicam bene gestam redire. Omnes illas victimas, quas traducendas in triumpho vindicavit, alias alio caedente machatae. Illas quidem epulas senatus, quae nec privato loco, nec publico profano, sed in Capitolio edentur, utrum hominum voluptatis causa an Deorum honoribus fiet, audiet? Et tu centurio, tubicen esto? L. Paulli triumpho portae claudentur? Rex Macedonum Perseus, cum liberis & turba alia captivorum, spolia Macedonum, civitatem retinquentur? L. Paullus privatus, tanquam rure redeus, a porta domum ibit? Et tu centurio, milesque, quid de imperatore Paullo agendum decrevit potius, quam quid Servius Galba jubitetur, audi, & hoc audire me potius quam illum audi. Hic nihil praeterquam loqui, & ipsum maledice ac male, dixerit: ego ter & vicies cum hoste pro provocationem pugnavi, non nominis, quae quibus natum conferri, spolia retuli. insigne corpus honestis cicatricibus omnibus adverso corpore exceptis habeo. Nudasse deinde te dicitur: Sc, quo quaeque bello vulnera accepta essent, retulisse. quae dum ostentat, adapertis forte quae velanda erant, tum mortuum proximis risum movit. tum, Hoc quoque quod videtis, inquit, in eam aetatem nocte quae persedendo habeo: nec magis me ejus unam cicatricum harum pudet, paenitetque; quamvis nunquam mihi impedimento ad rempublicam bene gerendam domi militiaque fuit. Ecce hic foro supe ostentum corpus, aetus miles adolescentibus militibus ostendi. Galba nitens & integrum denudet. Respondeat, si videtur, tribuni ad suffragium tribus: ego ad vos milites:

* * *

Cap. XL. Summam omnis captivi auri argentique translati festertium millies ducenties fuisse, Valerius Antias tradit: quae haud dubie major aliquanto summa ex numero plaustrorum ponderibusque auri, argenti, generatim ab ipso scriptis efficitur. Alterum tantum aut in bellum proximum abiumptum, aut in fugacum Samothracen peteret, disiparum, tra-

tradunt: eoque id mirabilius erat, quod tantum pecuniæ intra triginta annos post bellum Philippi cum Romanis, partim ex fructu metallorum, partim ex vectigalibus aliis coacervatum fuerat. Itaque admodum inops pecuniæ Philippus, Perseus contra prædives, bellare cum Romanis cœpit. Ipse postremo Paullus in curru magnam, cum dignitate alia corporis, tum senecta ipsa, majestatem præ se ferens: post currum inter alios illustres viros tili duo, Q. Maximus, & P. Scipio: deinde equites triumphatum, & cohortes peditum suis quæque ordinibus. Pediti in singulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti: tantum peditidatorum fuisse credunt, & pro rata aliis, si aut non refragari honori ejus fuissent, aut benigne hæc ipsa summa nunciata acclamassent. Sed non fortuna tantum per illos dies documentum humanorum casuum fuit, in catenis ante currum victoris ducis per urbem hostium ductus: sed etiam victor Paullus auro purpuraque fulgens. Nam duobus e filiis, quos, duobus datis in adoptionem, solos nominis sacrorum familiæque heredes reliquerat domi; minor ferme duodecim annos natus, quinque diebus ante triumphum; major quatuordecim annorum, triduo post triumphum decessit: quos prætextatos curru vehi cum patre, tibi ipsos similes prædestinantes triumphos, oportuerat. Paucis post diebus, data à M. Antonio tribuno plebis concione, quum de suis rebus gestis more cæterorum imperatorum disseruisset, memorabilis ejus oratio & digna Romano principe fuit.

Cap. XLI. *Quamquam & quam feliciter rempublicam administraverim, & quot duo fulmina domum meam per bis dies perculerint, non ignorare vos, Quirites, arbitror, quum spectaculo vobis nunc triumphus meus, nunc funera liberorum meorum fuerint; tamen paucis quæso finatis me cum publica felicitate comparare eo quo debeo animo privatam meam fortunam. Profectus ex Italia, classem à Brundisio sole orto solvi; nonadiei horæ cum omnibus meis navibus Corcyram tenui. Inde quinto die Delphis Apollini pro me exercitibusque & classibus lustra sacrificavi. A Delphis quinto die in castra perveni: ubi exercitu accepto, mutatis quibusdam, quæ magna impedimenta victoriæ erant, profectus quita inexpugnabilia castra hostium erupisset, quæ putaverat rex, inter præsidia ejus saltum ad Petram evasi, & ad pugnam rege coacto acie uti: Macedonum in potestatem populi Romani redegi & quod bellum per quadriennium quatuor ante me consules id gesserunt, ut semper successi tradrent gravius, id ego quindecim diebus perfeci. Aliarum deinde secundarum rerum velut proventus secutus: civitates omnes Macedoniæ se dediderunt: gaza regia in potestatem venit: rex ipse, tradentibus prope ipsis filiis, in templo Samothracum cum liberis est captus. Mihi quoque ipsi nimia jam fortuna meæ videri, eoque suspecta esse. Maris pericula timere capi in tanta pecunia regia in Italiam trajicienda, & victore exercitu transportando. Postquam omnia secundo navium cursu in Italiam pervenerunt, neque erat quod ultra precaror, una ego, & quæ ex summo retro volvi fortuna confuderit, mutationem ejus domus mea potius quam respublica sentiret. Itaque assumellam esse fortunam publicam meam tam infesti calamitate ipsorum, quod triumphus meus, velut ad ludibrium casuum humanorum duobus funeribus liberorum meorum additis conjungitur. Et quum ego & Perseus nunc nobilia maxime sortis mortalium exempla spectemur, ille, qui ante se captivos captivus ipse duci liberos vidit, incolumes tamen eos habet. ego, qui de filio triumphavi, ab altero funere filii currus ex Capitolio ad alterum prope jam ex limine ædium meæ nequeo extrahi. Stirpe liberum superest, qui L. Æmilii Pauli nomen ferat. Duos enim tamquam ex magna progenie liberorum in adoptionem dedi, Cornelia & Fabia gens habent; Pauli in domo præter se nemo superest. Sed hanc cladem domus meæ vestra felicitas & secunda fortuna publica consolatur.*

Cap. XLII. Hæc tanto dicta animo magis confudere audientium animos, quam si miserabiliter orbitatem suam deflendo locutus esset. C. Octavius Calendis Decembribus de rege Perseo navalem triumphum egit. Is triumphus sine captivis fuit, sine spoliis. Dedit locus navalibus in singulos denarios septuagenos quinos, gubernatoribus, qui in navibus fuerant, duplex, magistris navium quadruplex. Senatus deinde habitus est: Patres censuerunt, ut Quintus Cassius Persea regem cum Alexandro filio Albam in custodiam duceret: comites, peculium, argentum, instrumentum quod haberet. Elitis regis Thracum filius cum obsidibus in custodiam Carseolos est missus. Cæteros captivos, qui in triumpho ducti erant, in carcerem condi placuit. Paucos post dies quam hæc acta, legati ab Cotye rege Thracum venerunt; pecuniam ad redimendum filium & liosque obsides apportantes. Eis in senatum introductis, & idipsum argumenti prætendentibus orationis, non sua voluntate Cotyn bello juvisse Persea, quod obsides dare coactus esset; oranti usque ut eos precio, quantum ipsi statuissent Patres, redimi paterentur; responsum ex auctoritate senatus est, *Populum Romanum*

manum meminisse amicitiæ, quæ cum Cotye majoribusque ejus & gente Thracum fuisset. Obsides datos crimen, non criminis defensionem esse: quum Thracum gentí ne quidem quidem Persæus, nedum bello Romano occupatus, timendus fuerit. Cæterum etsi Cotys Persei gratiam prætulisset amicitiæ populi Romani; magis quid ipse Regnum esset, quam quid merito ejus fieri posset, æstimaturum: filium quoque ejus circumspicerium honestia præmia esse populi Romani, præsertim omnium malis relinquere in accipientium animis, quam præsens exigere. Legati nominati, T. Quintius Flamininus, C. Licinius Nerva, M. Caninius Rebilus, qui obsides in Thraciam reducerent: & Thracibus munera data in singulos binum millium æris. Bitis cum cæteris obsidibus a Carfeolis accersitus, ad patrem cum legatis missus. Naves regiæ captæ de Macedonibus inuitatæ ante magnitudinis in campo Martio subductæ sunt.

Cap. XLIII. Hærente adhuc, non in animis modo, sed pene in oculis, memoria Macedonici triumphi, L. Anicius Quirinalibus triumphavit de rege Gentio, Illyriisque. Familia omnia magis via hominibus, quam patria, minor ipse imperator, & nobilitate Anicius: cum Æmilio, & jure imperii prætor cum consule collatus: non Gentius Perseo, non Illyrii Macedonibus, non spolia spoliis, non pecunia pecuniæ, non dona donis comparari poterant. Itaque huic præfulgebat huic triumphus recens: ita apparebat ipsum per se intuentibus neque quam esse contemnendum. Perdomuerat intra paucos dies, terra maxime feroces, locisque munitis fretam, gentem Illyriorum: regem, regiosque omnes simplis ceperat, cum fulsit in triumpho ejus ipsa militaria signa, spolia quæ alia & suppellectilem regiam: auri viginti & septem, argenti decem & octiem pondo: denarium ter mia millia: & centum viginti millia Illyrii argenti. Ante curium ducti Gentius rex cum conjuge & liberis, & Caravantius frater regis. & aliquot nobiles Illyrii. De præda militibus in singulos quadragenos quinos denarios, duplex centurioni, triplex ejuiti, sociis nominis Latini quantum civibus, & sociis navalibus dedit quantum militibus. Lætior hunc triumphum est fecutus miles, multitudine duri: iste comminus celebratus. Sestertium ducenties ex ea præda redactum esse, auctor est Antias, præter aurum argentumque quod in ærarium lit latum: quod quia unde redigi potuerit, non apparebat; auctorem pro re posui. Rex Gentius cum liberis & conjuge & fratre spectium in custodiam ex senatuconsulto ductus. cæteri capti Romæ in carcerem conjecti: recusantibusque custodiam Spoletinis, igiturvinum reges traducti. Reliquum ex Illyrico prædæ ducenti viginti lembi erant: de Gentio rege captos eos, Corcyreis, & Apolloniatibus, & Dyrrachinis. Q. Cassius ex senatusconsulto tribuit.

Cap. XLIV. Consules eo anno, agro tantum Ligurum populato, quum hostes exercitus nunquam eduxissent, nulla re memorabili gesta, Romam ad magistratus habendos redierunt: & primo comitiali die consules crearunt M. Claudium Marcellum, C. Sulpicium Gallum. Deinde prætores postero die L. Livium, L. Appuleium Saturninum, A. Licinium Nervam, P. Rutilium Calvum, P. Quintilium Varum. M. Fonteium. His prætoribus duæ urbanæ provinciæ sunt decretæ, duæ Hispaniæ, Sicilia & Sardinia. Intercalatum eo anno; postridie Terminalia intercalares fuerunt. Augur eo anno mortuus est, C. Claudius: in ejus locum augures legerunt T. Quintium Flamininum. & flamen Quirinalis mortuus, Q. Fabius Pictor. Eo anno rex Prusias venit Romam cum filio Nicomede. is magno conitatu urbem ingressus, ad forum ex porta triumphali que Q. Cassii prætoris perrexit: concurrique undique facto, *Deos qui urbem Romam incolerent, senatumque & populum Romanum salutatum se dixit venisse: & gratulatum quod Persea Gentiumque reges ceppisset; Macedoniamque & Illyrii in ditionem redegisset, auxisset imperium.* Quum prætor senatum ei, si velit, eo die daturum dixisset; biduum periit, quo templa Deum urbemque & hospites amicosque viseret. Datus qui circumduceret eum L. Cornelius Scipio quæstor; qui & Capuam ei obviam missus fuerat. & ades, quæ ipsum comitesque ejus benigne reciperent, conduxit. Tertio poit die senatum adit, gratulatus victoriam est: merita sua in eo bello commemoravit: petiit, *Ut rerum sibi solvere, Romæ in Capitolio decem majores hostiæ, & Pranistæ unam Fortunæ ticeret. ea omnia pro victoria populi Romani esse. Et ut societas secum renovaretur; agerque sui de rege Antiocho captus, quem nulli datum a populo Romano Galli possiderent, daretur. Filium postremo Nicomeden senatui commendavit.* Omnium, qui in Macedonia imperatores fuerant, favore est adjutus. Itaque cætera quæ petebat concessa; de agro reipublicæ est locutus, *ad rem inficiendam missuros. Si ager populi Romani fuisset nec cuiquam datus esset; dignissimum eo dono Prusiam habiturus esse. Si autem Antiochi non fuisset, eo ne populi quidem Romani jactum apparere: aut si datus Gallis esset, tenuisse Prusiam debuisse ex nullius injuria quidquam ei datum vellet populus Romanus. Ne quod detur quidem, gratum esse*

datum

donum posse, quod eum qui det ubi vellet abiturum esse sciat. Facile Nicomedis commentationem accipere. Quanta cura regum amicorum liberos tueatur populus Romanus, documento Ptolemaum, Ægypti regem esse. Cum hoc responso Prusias eti dimissus. Munera ei ex sententia: justa dari. Sc vasorum argenteorum pondo quinquaginta. Sc filio Regis Nicomedi ex ea summa munera dari censuerunt, ex qua Malgabæ filio regis Masinissæ data essent: Sc ut victimæ aliaque quæ ad sacrificium pertinerent, seu Romæ, seu Prænestæ immolare vellet, regi ex publico, sicut magistratibus Romanis, præberentur: Sc ut ex classe, quæ Brundusii esset, naves longæ viginti assignarentur, quibus uteretur: donec ad claſſem dono daram ei rex perveniſſet. L. Cornelius Scipio ne ab eo abſcederet, ſumptumque ipſi Sc comitibus præberet, donec navem conſcendiſſent. Mire lætum Sc ea benignitate in ſe populi Romani regem fuiſſe, ferunt: munera ſibi ipſum emiſſe: filium juſſiſſe donum populi Romani accipere. Hæc de Pruſia noſtri ſcriptores. Polybius, eum regem indignum majeſtate nominis tanti, tradit; pileatum, capite raſo, obviam ire legatis ſolitum, libertumque ſe populi Romani ferre: Sc ideo inſignia ordinis ejus gerere. Romæ quoque quum veniret in curiam ſummiſſe ſe, Sc oſculo limen curiæ contigiſſe: Sc Deos ſervatores ſuos ienatum appellaſſe, aliamque orationem, non tam honorificam audientibus, quam ſibi deformem habuiſſe. Moratus circa urbem triginta haud amplius dies; in regnum eit profectus.

IN RELIQUOS T. LIVII LIBROS QUI DESIDERANTUR, EPITOME

Libri XLVI.

Umenes Rex Romam venit: qui, quia Macedonico bello ſe medium egerat, ne aut hoſtis judicatus videretur, ſi excluſus eſſet, aut liberatus crimine, ſi admitteretur; in commune lex lata eſt, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius Marcellus conſul Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus conſul Ligures ſubegit. Legati Pruſiæ regis conqueſti ſunt de Eumene, quod fines ſuos depopularetur: dixerunt que eum conſpiraſſe cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum Rhodiis deprecantibus Juncta eſt. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti ſeptem millia viginti duo. Princeps ſenatus lectus M. Æmilius Lepidus. Ptolemæus Ægyptiorum rex, à minore fratre è regno pulſus, miſſis ad eum legatis, reſtitutus eſt. Ariarathe Cappadociæ rege mortuo, filius ejus Ariarathes accepit regnum: Sc amicitiam per legatos cum populo Romano renovavit. Res præterea adverſus Ligures, Corſos, Sc Lusitanos, vario eventu geſtas, Sc mortus Syriæ mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum cum Lytia tutore ejus Demetrius, ſcilicet ultus, qui Romam obſes miſſus fuerat, clam, quia minime dimittebatur à Romanis, interemit: Sc ipſe in regnum receptus. L. Æmilius Paullus, qui Perſeum vicerat, mortuus, cujus tanta abſtinentia fuit, ut, quum ex Hiſpania Sc Macedonia maximas opes retuliſſet, vix ex auctione bonorum ejus redactum ſit, unde dos uxori ejus redderetur. Pomptinæ paludes à Cornelio Cethego conſule, cui ea provincia evenerat, ſiccatæ, agerque ex iis factus.

Libri XLVII.

C. N. Tremellio tribuno plebis multa dicta eſt, quod cum M. Æmilio Lepido pontifice maximo injurioſe contenderat: Sacrorumque magiſtratuum jus potentius fuit. Lex de ambitu lata. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti octo millia, trecenta quatuordecim. Princeps ſenatus lectus Æmilius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres, qui diſſidebant, fœdus ictum, ut alter in Ægypto, alter

alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociæ rex, contilio Demetrii Regis Syriæ & viribus pultus regno, a senatu restituitur sedi. Milii a senatu, qui inter Masinissam & Carthaginenses de agro judicarent. C. Marcius consul adversum Dalmatas parum prospere primum, postea feliciter pugnavit; cum quibus bello confligendi caussa fuit, quod Illyrios populi Romani socios vastaverant, eandemque gentem Cornelius Nasica consul domuit. Q. Opimius consul transalpinos Ligures, qui Massilienssium oppida Antipolim & Nicæam vastabant, subegit. Præterea res in Hispania a compluribus parum prospere gestas continet. Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe condita magistratum peractis comitiis, inieuntisque anni consulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia caussa fuit, quod Hispani rebellabant. Legati, ad disceptandum inter Masinissam & Carthaginienses missi, nunciaverunt, vim navalis materiæ se Carthagine deprehendisse. Aliquot prætores, à provinciis avaritiæ nomine accusati, damnati sunt.

LIBRI XLVIII.

LUstrum à censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti quatuor millia. Semina tertii belli Punici referuntur. Quum in finibus Carthaginiensium maximus Numidarum exercitus, Archobarzane duce, Sypbacis nepote, diceretur esse; M. Porcius Cato suasit, ut Carthaginienssibus, qui exercitum, specie contra Masinissam regem, sed revera contra Romanos acciturn in finibus haberent, bellum indiceretur. contradicente P. Cornelio Nasica, placuit legatos mitti Carthaginem, qui specularentur quid ageretur. Cæstigato senatu Carthaginiensium, quod contra fœdus exercitum & navales materias haberent, pacem inter eos & Masinissam facere voluerunt, Masiniffa agro, de quo lis erat, cedente. sed Gisgo, Hamilcaris filius, homo seditiosus, qui tunc in Magistratu erat, quum senatus paritarum se judicio legatorum dixisset, ira bellum adversus Romanos suadendo concitavit; ut Legatos, quo minus violarentur, fuga expliserit. Id nunciatos, infestum jam senatum Carthaginienssibus, infestiorem fecerunt. M. Porcius Cato funus mortui filii in prætura tenuissimo, ut valuit (nam pauper erat) sumptu fecit. Andriscus, qui se Perfei filium, regis quondam Macedoniæ, ingenti assevcratione mentiretur, Romam missus. M. Æmilius Lepidus, qui princeps senatus ab sextis jam censoribus erat lectus, antequam expiraret, præcepit illis, lecto te strato sine linteis, sine purpura efferent: in reliquum funus ne plus quam æris dens consumerent: imaginum specie, non sumptibus nobilitari magnorum virorum funera folere. De veneficiis quæsitum. Publicia & Licinia, nobiles fœminæ, quæ viros suos necasse insimulabantur, cognita caussa, quum prætori prædes vadesque dedissent, cognatorum decreto necatæ sunt. Gulussa Masinissæ filius denunciavit, Carthagine delectus agi, elephantos comparari, & haud dubium bellum strui. Quum Cato suaderet, ut iis bellum indiceretur; P. Cornelio Nasica dicente, nihil temere faciundum; placuit, decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Postumius Albinus, consules, quum delectum severe agerent, nec quemquam gratia dimitterent: ab tribunis plebis, qui pro amicis suis vacationem impetrare non poterant, in carcerem conjecti sunt. Hispaniense bellum quum parum prospere aliquoties gestum ira confudisset civitatem Romanam, ut ne ii quidem inveniretur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellent; P. Cornelius Æmilianus processit: & excepturum se militiæ genus, quodcumque imperatum esset, professus est. quo exemplo ad militandi studium omnes incitavit. L. Lucullus consul cum Claudio Marcello, cui successerat, cum lacessere omnes Celtiberiæ populi viderentur, Vaccæos, Cantabros, & alias incognitas adhuc nationes in Hispania subegit. Ibi P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, L. Paulli filius, Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: & in oppugnatione Intercatiæ urbis magna multo etiam periculi in adiit. nam murum primus omnium transcendit. Servius Sulpicius Galba prætor male adversus Lusitanos pugnavit. Quum legati ex Africa cum Carthaginienssium oratoribus, & Gulussa Masinissæ filio, redissent, discerentque & exercitum se & classem Carthagine deprehendisse, perrogari sententias placuit; Catone, & aliis principibus senatus suadentibus, ut in Africam confestim transportaretur exercitus, quia vero Cornelius Nasica dicebat, nondum sibi justam caussam belli videri; placuit ut bello desisteretur, si Carthaginienses eiam exutissent, & exercitum dimississent: sin minus, proximi consules de bello Punico referrent. Quum locatum à Censoribus theatrum extrueretur; P. Cornelio Nasica auctore, tamquam inutile, & nociturum publicis moribus, ex senatusconsulto destructum est, populusque aliquandiu stans ludos spectavit. Carthaginienses quum adversum fœdus bellum Masinissæ intulissent, victi ab eo, annos habente nonaginta duos, Sc

sine pulpamine mandere & gustare panem tantummodo lecto, intuper Romanum bellum meruerunt.

LIBRI XLIX.

TErtii Punici belli initium altero & sexcentesimo anno ab urbe condita, intra quintum annum, quam erat cœptum, consummatur. Inter M. Portium Catonem, & Scipionem Nasicam, quorum alter Scipionem illinus vir in civitate habebatur, alter etiam vir optimus à senatu judicatus erat, diversis certatum est sententiis; Catone suadente bellum, & ut tolleretur, delererurque Carthago; Nasica dissuadente. placuit tamen, eo quod contra fœdus naves haberent, quod extra fines exercitum duxissent quod socio populi Romani & amico Massinissæ arma intulissent, quod illum ejus Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepissent, bellum iis indici. Prius quam ullæ copiæ in naves imponerentur, Uticenses legati, Romam venerunt, se suaque omnia dedentes. Ea legatio, veluti omen, grata patribus, acerba Carthaginiensibus fuit. Diti patri ludi ad Terentum, ex præcepto librorum Sibyllinorum, facti: qui annono centesimo, primo bello Punico, quingentesimo & altero anno ab urbe condita, facti fuerant. Legati triginta Romam venerunt, per quos se Carthaginienses dedebant. Catonis sententia pervicit, ut in decreto peritaretur, & ut consules quam primum proficiscerentur ad bellum. Qui ubi in Africam transierunt, acceptis, quos imperaverant, trecentis obsidibus, & armis omnibus, instrumentisque belli, ii qui Carthagine erant, tunc quum ex auctoritate Patrum juberent, ut in alium locum, dum procul à mari decem millia passuum nec minus remotum, oppidum ficerent; indignitate rei ad bellandum Carthaginienses compulerunt. Obsideri oppugnarique cœpta est Carthago à L. Marcio, Manio Manilio consulibus. In qua oppugnatione, quum negligêtos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent, & ab oppidanis graviter cæderentur, à Scipione Africano expliciti sunt. per quem & castellum Romanorum, quod nocte oppugnabant, paucis equitibus juvantibus liberatum est: castrorumque, quæ Carthaginienses omnibus copiis pariter ab urbe egressi oppugnabant, liberatorum is ipse præcipuam gloriam tulit. Præterea quum ab irrita oppugnatione Carthaginis consul (alter enim Romam ad comitia erat) exercitum duceret adversus Hasdrubalem, qui cum altera manu iniquum saltum incederat, suasit primo consulis, ne tam iniquo loco confligeret. victus deinde complarium, qui & prudentiæ ejus & virtuti invidebant, sententiis, & ipse saltum ingressus est. quumque, sicut prædixerat, fusus fugatusque eius Romanus exercitus, & duæ cohortes ab hoste obtiderentur, cum exiguis equitum turmis in saltum reversus, liberavit eas, & incolumes reduxit. Quam virtutem ejus & Caro, vir promptioris ad vituperandum linguæ, in senatu ita prosecutus est, ut diceret: ceteros, qui in Africa militarent, umbras militare, Scipionem vigere. Et populus Romanus eo favore & illum complexus est, ut comitiis complurimæ eum tribus consulem ferirent; quum hoc per ætatem minime liceret. Quum L. Scribonius tribunus plebis rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui in fidem populo Romano dediti, à Servio Galba in Gallia venissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasit. extat oratio in Annalibus ejus inclusa. Q. Fulvius Nobilior, & ipse ab eo in senatu lacessatus, respondit pro Galba: ipse quoque Galba quum se damnari videret, complexus duos filios prætextatos, se illum Scipionis, cujus tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. extant tres orationes ejus: duæ advertum Libonem tribunum plebis, rogationeique ejus habitas de Lusitanis: una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos propter fidei cultum habitos celos fatetur: quod compertum habuerit, equo atque homine suo ritu immolatis per speciem pacis adoriri exercitum tuum in animo habuisse. Andriscus quidam ultimæ sortis homo, Perlei regis se filium ferens, & mutato nomine Philippum vocatus, quum ab urbe Roma, quo illum Demetrius Syriæ rex ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset; multis ad falsam ejus fabulam, velut ad veram, euntibus; contracto exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupavit. Fabulam autem hujusmodi finxerat. Ex pellice fe & Perseo rege ortum, tradam educandum Crethensi cuidam esse, ut in bellicatus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut semen stirpis regiæ extaret. Perseo demortuo, Adramytti se educatum usque ad duodecimum annum ætatis, patrem eum esse credentem à quo educaretur, ignarum generis suisse sui. affecto deinde eo, quum prope vitæ finem ultimum esset, detectam sibi tandem originem suam, falsaque matri libellum datum signo Perlei regis signatum, quem sibi traderet, quum ad puberem ætatem veniisset: obtestationesque ultimas adjectas, ut res in occulto ad id tempus servaretur. pubescenti libellum traditum: in quo relicti sibi duo thesauri à patre dicerentur. tum scientem mulierem subditicium se esse, veram stirpem ignoranti,

ranti, edidisse genus: atque obtestatam, ut prius quam ad Eumenem manaret res, Perseo inimicum, excederet iis locis, ne interneceretur. Eo se exterritum, simul præterea aliquod auxilium à Demetrio, in Syriam se contulisse: atque ibi primum, quis ipse omnino esset, palam expromere ausum.

LIBRI L.

THessalia, quum Scillam invadere armis atque occupare Pseudophilippus veller, per Romanorum legatos auxiliis Achæorum defensa est. Prusias rex Bithyniæ, omnium humillimorum virtiorum, à Nicomede filio, adjuvante Attalo rege, Pergami occisus est. Habebat alterum filium, qui, pro superiore ordine dentium, cunctum habitum unum os continens edicitur. Quum legates ad pacem inter Nicomedem & Prusiæ faciendam Romani misissent: & unus ex iis caput multis cicatricibus sparsum haberet, alter pedibus æger esset, tertius ingenio fœcors haberetur; dixit Caro, eam legationem, nec caput, nec pedes, nec cor habere. In Syria, quo eo tempore ex stirpe Seleucis Persei regis Macedonum, inertia fœcordiaque similem Prusiæ regem habebat; jacente eo in ganeo & luitris, Ammonius regnabat; per quem & amici omnes regis, & Laodice regina, & Antigonus, Demetrii filius, occiti. Masinissa, Numidiæ rex, major nonaginta annis, decessit, inligniis. Inter cætera opera juvenilia, quæ ad ultimum edidit, adeo, etiam versus in senectam, viguit, ut post sextum & octogesimum annum filium genuerit. Inter tres liberos eius maximum natu, Micioisam, Gulussam, Manastabulem etiam Græca literis eruditus erat, P. Scipio Æmilianus (quum commune cis pater regnum reliquisset, & dividere eos arbitro Scipione jussisset) administrationem regni divisit. Item Phameæ Himilconis, præfecto equitum Carthaginiensium, viro forti, & cujus præclara opera Pœni utebantur, perfidi; ut cum equitatu fuo ad Romanos transiret. Et tribus legatis qui ad Masinissam missi fuerant, Claudius Marcellus, coorta tempestate, ductibus obrutus est. Carthaginienses Asdrubalem Masinissæ nepotem, quem prætorem habebant, proditionis fuspectum, in curia interemerunt; quæ fuspicio inde emanavit, quod propinquus esset Gulussæ, Romanorum auxilia juvantis. P. Scipio Æmilianus quum ædilitatem peteret, consul à populo dictus, quonjam per annos consulem fieri non licebat, cum maximo certamine, suffragantibus plebeis & repugnantibus aliquamdiu Patribus, legibus solutus, & consul creatus est. Man. Manilius aliquot urbes circumpositas Carthagini exougnavit. Pseudophilippus in Macedonia, cæso cum exercitu P. Juvencii Pistoris, à Q. Cæcilio victus capitur, tuque est: & recepta Macedonia.

LIBRI LI.

CArthago in circuitu viginti tria millia passus patens, magno labore obsessa, & per partes capta est: primum à Mancino legato, deinde à Scipione consule, cui extra sortem provincia Africa data erat. Carthaginienses portu novo (quia vetus à Scipione erat obstructus) facto, & contracta, clam exiguo tempore, amplaclasse, navali prælio inscientes pugnaverunt. Hasdrubalis duo que eorum ducis caput ad Nepherim oppidum, loco difficillime sita, cum exercitu delera sunt à Scipione. qui tandem urbem expugnavit, perpingentesimo anno, quam erat condita: ipsorumque major pars Siculis, quibus ablata erant, reddita. Ultimo urbis excidio, quum te Hasdrubal Scipioni dedidisset, uxor ejus, quæ paucis ante diebus de marito imperrare non peterat, ut ad victorem transfugeret; in medium te flagrantis urbis incendium, duobus cum liberis, exarce præcipitavit. Scipio, exemplo patriæ fui naturalis Æmilii Paulli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit. transfugas ac fugitivos bellis objecit. Belli Achaici femina refertur hæc: quod legati populi Romani ab Achaicis pulsati sint; Corinthum missi, ut eas ultiones, quæ fub dictione Philippi fuerant, ab Achaico concilio decernerent.

LIBRI LII.

CUm Achæis, qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Q. Cæcilius Metellus ad Thermopylas confixit, quibus victis, dux eorum Critolaus veneno sibi mortem conscivit. in cujus locum Diæus Achaici motus primus auctor ab Achæis dux creatus, ad Isthmon à L. Mummio consule victus est, qui, omni Achaia in deditionem accepta, Corinthum ex Senatusconsulto diruit; quia ibi legati Romani violati erant. Thebæ quoque & Chalcis, quæ auxilio fuerant, diruræ. Ipse L. Mummius abstinentissimum virum egit. nec quicquam ex iis opibus ornamentisque, quæ prædives Corinthus habuit, in domum suam pervexit. Q. Cæcilius Metellus de Andrisco triumphavit. P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, de Carthagine & Asdrubale. Viriatus in Hispania primum ex pastore senator, è venatore latro, mox justi quoque exercitus dux factus, unius etiam Lusitaniam occupavit. M. Vitellium prætorem, fuso eius exercitu, cepit; post quem

C. Plautius prætor nihilo felicius rem gessit, tantumque terrorem is hostis intulit, ut adversus eum consulari opus esset & duce & exercitu. Præterea motus Syriæ, & bella inter reges gesta referuntur. Alexander homo ignotus, & incertæ stirpis, occiso (ita ut ante dictum est) Demetrio rege, in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetrii filius, qui à patre quondam, ob incertos belli casus, ablegatus Gnidon fuerat, contempta iuventa, concordia inertiaque ejus, adjuvante Ptolemæo Ægypti rege, cujus filiam Cleopatram acceperat in matrimonium, bello interemit. Ptolemaus in caput graviter vulneratus, inter curationem, dum ossa medici terebrare contendunt, expiravit: atque in locum ejus frater minor Ptolemæus, qui Cyrenis regnabat, successit. Demetrius, ob crudelitatem quam per tormenta in suos exercebat, à Diodoro quodam uno ex subjectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum asseverabat, bello funeratus, Seleucum confugit. L. Mummius de Achæis triumphavit, signa ærea, marmoreaque, & tabulas pictas in triumpho tulit.

LIBRI LIII.

A P. Claudius consul Salassos, gentem Alpinam domuit. Alter Pseudophilippus in Macedonia à L. Tremellio quæstore cum exercitu cæsus est. Q. Cæcilius Metellus proconsul Celtiberos cecidit. à Q. Fabio proconsule pars maxima Lusitaniæ, expugnatis aliquot urbibus, recepta est. C. Julius senator Græce res Romanas scribit.

LIBRI LIV.

Q. Pompeius consul in Hispania Termestinos subegit. cum eisdem & Numantinis pacem ab infirmitate fecit. Lustrum à censoribus conditum est. Censa civium capita trecenta viginti octo millia, trecenta quadraginta duo. Quum Macedonum legati conquestum venissent de D. Junio Silano prætore, quod acceptis pecuniis provinciam spoliasset, & senatus de querelis eorum vellet cognoscere; T. Manlius Torquatus, Silani pater, petiit, impetravitque, ut sibi cognitio mandaretur. & domi causa cognita, filium condemnavit abdicavitque. ac ne funeri quidem ejus (quum suspendio vitam finisset) interfuit: sedensque domi pœnitentem consultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius proconsul, rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit; pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus à proditoribus, consilio Servilii Capionis, interemptus est, & ab exercitu ejus multum comploratus ac nobilissime tumulatus; vir duxque magnus, & per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.

LIBRI LV.

P Ublio Cornelio Nasica, cui cognomen Serapioni fuit, ab irridente Curatio tribuno plebis impositum, & D. Junio Bruto consulibus delectum habentibus in conspectu tironum, res faluberrimi exempli facta est: nam C. Marlenus accusatus est apud tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset: damnatusque sub furca, diu virgis cæsus est, & seistertio nummo venit. Tribuni plebis, quia non impetrarant, ut sibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, consules in car. erem duci jusserunt. Junius Brutus consul in Hilpania, iis, qui sub Viriato militaverant, agros oppidumque dedit, quod Valentia vocatum est. M. Popilius à Numantinis, cum quibus pacem factam senatus irritam fieri censuerat, cum exercitu fusus fugatusque. C. Hostilio Mancino consule sacrificante, pulli ex cavea evolaverunt. consecendenti deinde in navim ut in Hispaniam proficisceretur, accidit auguri, Manemane Mancine: quæ auspicia tristia fuisse, eventu probatum est. Victus enim à Numantinis & castris exutus, quum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum eis fecit ignominiosam, quam raram esse senatus verum. Triginta millia Romanorum à Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Junius Lusitaniam, triginta urbium expugnationibus, usque ad Oceasum & Oceanum, perdomuit: & quum fluvium Oblivionem transire nollent milites, ereptum signifero signum ipse transfuit, & sic ut transgrederentur persuasit. Alexandri filius, rex Syriæ, quatuor annos admodum habens, à Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore suo, per fraudem occisus est: corruptis medicis, qui ipsum calculi dolore consumi, ad populum mentiri, dum fecant, occiderunt.

LIBRI LVI.

D Ecimus Junius Brutus in ulteriore Hispania feliciter adversus Gallæcos pugnavit. dissimili eventu Æmilius Lepidus proconsul adversus Vaccæos rem gessit: clademque similem Numantinæ passus est. Ad exsolvendum Numantini fœderis religione populum Mancinus quum hujus rei auctor fuisset, deditus Numantinis, non est receptus. Lustrum à censoribus conditum est. Censa civium capita trecenta viginti tria millia. Fulvius Flaccus consul Vardeos in Illyrico subegit. M. Cosconius prætor in Thracia cum Scordicis prospere pugnavit. Quum vitio ducum bellum Numantinum

tinum non fine publico pudore duraret, delatus est ultro Scipioni Africano à senatu populoque Romano consulatus: quem quum illi capere ob legem, quæ vetabat quemquam iterum consulem fieri, non liceret, sicuti priori consulatu, legibus solutus est. Bellum servile in Sicilia ortum, quum opprimi à prætoribus non potuisset: C. Fulvio consuli mandatum est. hujus belli initium fuit Eunus servus, natione Syrus. qui, contracta agrestium servorum manu & solutis ergastulis, multi exercitus numerum implevit. Cleo quoque alter servus ad septuaginta millia servorum contraxit; & copiis junctis, contra populum Romanum exercitumque ejus, bellum sæpe gesserunt.

Libri LVII.

SCipio Africanus Numantiam obsedit: & corruptum licentia luxuriaque exercitum, ad severissimam militiæ disciplinam revocavit, omnia deliciarum instrumenta recidit: duo millia scortorum castris ejecit, militem quotidie in opere habebat, & triginta dierum frumentum, ad sepremos vallos ferre cogebat: ægre propter onus incedenti dicebat: Cum gladio te vallare sci ris, vallum ferre desinito. Alii scutum parvum habiliter ferenti, scutum amplius justo ferre justit: neque id se reprehendere, quando melius, & citius quam gladio tueretur. Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, viribus; si extraneus, fustibus cecidit. Jumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit. Sæpe adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. Vaccæi obsessi, liberis & conjugibus trucidatis, ipsi se interemerunt. Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syriæ missa, quum celare aliis imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali accepturum se esse dixit, eaque omnia referre quæstorem in publicas tabulas justit: ex his, viris fortibus dona se daturum. Quum undique Numantiam obsidione clausisset, & oppressos fame videret urgeri hostes; qui pabulatum exierant, vetuit intrimi: quod diceret, velocius eos absumpturos frumentum, quod haberent, si plures fuissent.

Libri LVIII.

TI. Sempronius Gracchus tribunus plebis, quum Agrariam legem ferret adversus voluntatem senatus, & equestris ordinis, Ne quis ex publico agro plus quam quingenta jugera possideret; in eum furorem exarsit, ut M. Octavio collegæ, causam diversæ partis defendenti, potestatem legem lata abrogaret: seque & fratrem Cajum, & Ap. Claudium socerum, triumviros ad dividendum agrum crearet. Promulgavit & aliam legem Agrariam, qua sibi latius agrum patefaceret, ut iidem triumviri judicarent, qua publicus ager qua privatus esset. deinde quum minus agri esset, quam quod dividi posset, fine offensa etiam plebis (quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperandi incitaverat) legem se promulgaturum ostendit, ut iis qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia quæ regis Attali fuisset, divideretur. Hæredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami. Eumenis filius. Tot indignationibus commotus graviter senatus, ante omnes P. Mucius consul, qui quum in senatu in Gracchum peroraisset, raptus ab eo ad populum, delatusque plebi, rursus in eum pro rostris concionatus est. Quum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus, auctore P. Cornelio Nasica, in Capitolio ab optimatibus occisus est; ictus primum fragmentis subselliorum: & inter alios, qui in eadem seditione occiti erant, insepultus in flumen projectus. Res prætereа in Sicilia vario eventu adversum fugitivos gestas continet.

Libri LIX.

NUmantini fame coacti, ipsi se per vicem tradentes trucidaverunt. Captam urbem Scipio Africanus delevit, & de ea triumphavit, quartodecimo anno post Carthaginem deletam. P. Rupilius consul in Sicilia cum fugitivis debellavit. Aristonicus, regis Eumenis filius, Asiam occupavit; quum testamento Attali regis legata populo Romano, libera esse deberet. adversus eum P. Licinius Crassus consul, quum idem pontifex maximus esset (quod nunquam antea factum erat) extra Italiam profectus, prælio victus & interemptus est. M. Perperna consul victum Aristonicum in deditionem accepit. Q. Pompeius, & Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe censores facti, infrum condiderunt. mensa sunt civium capita trecenta tredecim millia, octingenta viginti tria, præter pupillos & viduas. Q. Metellus censor censuit, ut omnes cogerentur ducere uxores liberorum creandorum causa. extat oratio ejus, quam Augustus Cæsar, quum de maritandis ordinibus ageret, velut in hac tempora scripram, in senatu recitavit. C. Atinius Labeo tribunus plebis Q. Metellum censorem, à quo in senatu legendo præteritus erat, de saxo dejici justit: quod ne fieret, cæteri tribuni plebis auxilio fuerunt. Quum Carbo tribunus plebis rogationem tulisset, ut eundem tribunum plebis, quoties vellet, crearі liceret; rogationem ejus P. Africanus gravissima oratione diffuasit. in qua dixit, Ti. Gracchum jure cæsum videri. Gracchus

contra fuisit rogationem: sed Scipio renuit. Bella inter Antiochum Syriæ, & Ptolemæum Parthorum regem gesta. nec magis quicquam rus Ægypti referuntur. Ptolemæus Euergetes cognomina nus, ob nimiam crudelitatem suis invisus, incensa à populo regia, clam in Cyprum profugit. & quum forori ejus Cleopatræ, quam (filia ejus virgine per vim compressa, atque in matrimonium ducta) repudiaverat, regnum à populo daretur esset: infensus filium quem ex illa habebat. Cypri occidit, cumque ejus & manus, & pedes matri mittit. Seditiones triumviris, Fulvio Flacco, & C. Graccho, & C. Carbone, agro dividendo creatis excitatæ, quibus quum P. Scipio Africanus adveharetur, fortiliæ ac validus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus est. Subvecta fuit, tanquam veneno dedisset, Sempronia uxor: hinc maxime, quod soror esset Gracchorum; cum quibus simultas Africano fuerat, de morte tamen ejus nulla quæstio acta. Eo defuncto, seditiones triumvirales acrius exarserunt. C. Sempronius consul contra lapydes primo rem male gessit: mox tamen eadem accepta emendavit; virtute D. Junii Bruti, ejus qui Lusitaniam subegerat.

Libri LX.

L. Aurelius consul rebellantes Sardos subegit. M. Fulvius Flaccus primus omnium Transalpinos Ligures bello domuit; missus in auxilium Massiliensibus adversus Salvios Gallos, qui populabantur fines Massiliensium. L. Opimius prætor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit: Fregellas diruit. Pestilentia in Africa ab ingenti multitudine locustarum, & deinde necatarum strage, fuisse traditur. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecena nonaginta millia septingena triginta sex. C. Gracchus, Tiberii frater, tribunus plebis, eloquentior quam frater, perniciosas aliquot leges tulit: inter quas frumentariam, ut semisse & triente frumentum plebi daretur: alteram legem Agrariam, quam & frater ejus tulerat: tertiam, qua equestrem ordinem tunc cum senatu consentientem corrumperet: ut sexcenti ex equitibus in curiam sublegerentur: & quia illis temporibus trecenti tantum senatores erant, sexcenti equites trecentis senatoribus admiscerentur. id est, ut equester ordo bis tantum virium in senatu haberet. & continuato in alterum annum tribunatu, legibus Agrariis late effecit, ut complures coloniæ in Italia deducerentur, & una in solo dirut. Carthaginis, quo ipse triumvir creatus, coloniam deduxit. Præterea res à Q. Metello consule adversus Baleares gestas continet: quas Græci Gymnesias appellant; quia aestatem nudi exigant. Baleares à teli missu appellari: vel à Baleo Herculis comite ibi relicto tunc, quum Hercules ad Geryonem navigaret. Motus quoque Syriæ referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum Diuum, & Seleucum filium, indignata, quod occiso patre ejus à se, in utilu suo diadema sumpsisset, interemit.

Libri LXI.

C. Sextius proconsul, victa Salviorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, & calidis & frigidis fontibus, atque à nomine suo ita appellatas. Cn. Domitius proconsul contra Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi caussa fuit, quod Teutomalli Salviorum regem fugientem recepissent, & omni ope juvissent: quodque Æduorum agros, sociorum populi Romani, vastavissent. C. Gracchus seditioso tribunatu acto, quum Aventinum quoque armata multitudine occupavisset: à L. Opimio consule, ex Senatusconsulto vocato ad arma populo, pulsus, interemptus est: & cum eo Fulvius Flaccus consularis, socius ejusdem furoris. Q. Fabius Maximus consul, Paulli nepos, adversus Allobroges, & Bituitum Arvernorum regem, feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu cæsa millia hominum centum viginti. & quum ipse ad fatisfaciendum senatui Romam profectus esset, Albæ custodiendus datus est; quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque est, ut Congentiatus, filius ejus, comprehensus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti. L. Opimius accusatus apud populum à Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjecisset, absolutus est.

Libri LXII.

Q. Marcius consul Stonos, gentem Alpinam, expugnavit. Micipsa Numidarum rex mortuus, regnum tribus filiis reliquit, Adherbali, Hiempsali, & Jugurthæ fratris filio, quem adoptaverat. L. Cæcilius Metellus Dalmatas subegit. Jugurtha Hiempsalem fratrem bello petiit, quem victum interemit: Adherbalem regno expulit, qui à senatu restitutus est. L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus, centores, duos & triginta senatu moverunt. Præterea motus Syriæ regum continet.

Libri LXIII.

C. Porcius consul in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit. Lustrum

firum à consoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta nonaginta quatuor millia trecenta triginta sex. Æmilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales incesti damnatæ sunt: iidque incestum quemadmodum & commissum, & deprehensum, & vindicatum sit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum ; ceterum ab iis Papirius Carbo consul cum exercitu fusus est. Livius Drusus consul adversus Scordiscos, gentem à Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit, magnumque honorem tulit.

Libri LXIV.

ADherbal bello peritus à Jugurtha, & in oppido Cirtha obsidius, contra denunciationem legatos ab eo occisus est. Ob hoc ipsi Jugurthæ bellum indictum : idque Calpurnius Bestia consul gerere cœpit ; pacem cum Jugurtha injussu populi Romani fecit. Jugurtha ride publica evocatus ad indicandos auctores consiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur. Romam venit : & propter eadem admissum in regnum quendam, nomine Massivam, qui regnum ejus populo Romano invisi appetebat, Romæ interfectum, quum periclitaretur : causam capitis dicere jussus, clam profugit, & cedens urbe fertur dixisse, O urbem venalem, & cito perituram, si emptorem inveneris ! A. Postumius legatus infeliciter prælio adversus Jugurtham gesto confixit. pacem quoque adjecit ignominiosam, quam non esse servandam senatus censuit.

Libri LXV.

Q. Cæcilius Metellus consul duobus prœliis Jugurtham fudit, totamque Numidiam vastavit. M. Junius Silanus consul advertum Cimbros infeliciter pugnavit. legatis Cimbrorum fidem & agros, in quibus consiederent, postulantibus senatus negavit. M. Minucius proconsul contra Thracas prospere pugnavit. L. Cassius consul à Tigurinis Gallis, pago Helveticorum, qui à civitate secesserant, in finibus Allobrogum, cum exercitu cæsus est. milites qui ex ea clade superaverunt, obsidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.

Libri LXVI.

JUgurtha pulsus à C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi, Maurorum regis, adjutus est : & cæsis prælio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere ; victus ab eo & Mario traditus est : in quare præcipua opera L. Cornelii Sullæ, quæstoris Marii, fuit.

Libri LXVII.

M. Aurelius Scaurus legatus consulis à Cimbris futo exercitu captus est : & quum in consilium ab iis evocatus, deterreret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod dicerent Romanos vinci non posse, à Boiorige, feroce juvene, occisus est. Ab iisdem hostibus C. Manlius consul & Q. Servilius Cæpio proconsul, victi prælio, castrisque binis exuti sunt. Octoginta millia militum occisa, calonum ac lixarum quadraginta. Secundum populi Romani jusjurandum, Capionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, primi post regem Jugurtham, imperatumque ei abrogatum. In triumpho C. Marii ductus ante currum ejus Jugurtha cum duobus filiis, & in carcere necatus est. Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat : eique propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos magistratus est. consulatu secundo & tertio absens, consul creatus. Quartum consulatum distimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius, pontifex maximus populi suffragio creatus est. Cimbri, vastatis omnibus quæ inter Rhodanum & Pyrenæum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt : revertique in Galliam, bellicosis Teutonis conjunxerunt.

Libri LXVIII.

M. Antonius prætor in Ciliciam maritimos prædones perfecutus est. C. Marius consul summa vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus castra defendit. duobus deinde prœliis circa Aquas Sextias eos hostes delevit : in quibus cæsa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta. Marius absens quintum consul creatus est. triumphum oblatum, donec & Cimbros vincret, distulit. Cimbri repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fauces Alpium obsederat, & ad flumen Athesim castellum editum insederat reliquerat que, quum virtute sua expliciti fugientem proconsulem exercitumque conservari, in Italiam trajecissent ; junctis ejusdem Catuli & C. Marii exercitibus, prælio victi sunt ab eis : in quo cæsa traduntur hostium centum quadraginta millia, capta sexaginta. Marius totius civitatis consentu creatus, pro duobus triumphis qui ei decernebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, qui aliquamdiu, ut novo homini ad tan-

tos honores evecto, invideranr, conservatam ab eo rempublicam fatebantur. Publicius Malleolus, matre interempta, primus omnium insutus culleo, in mare præcipitatus est. Ancilia cum strepitu mota esse, antequam Cimbricum bellum consummaretur, referuntur. Bella præterea inter Syriæ reges gesta continet.

LIBRI LXIX.

L. Appuleius Saturninus, adjuvante C. Mario, & per milites occiso A. Nonio competitore, tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, gessit; & quum legem Agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, eo quod in eam non juraverat, diem dixit. qui quum a bonis civibus defenderetur, ne causa majorum ceteraminum esset, in voluntarium exilium de hodurno profectus est: ibique legendo, & audiendis magnis viris vacabat. Profecto, C. Marius, seditionis auctor, qui sextum consulatum per tribus sparsa pecunia emerat, aqua & igni interdixit. Idem Appuleius Saturninus tribunus plebis C. Memmium candidatum consulatus, quem maxime advertariam actionibus suis timebat, interemit. quibus rebus concitato senatu (in cujus causam, & C. Marius, homo mutabilis, & varii consilii ingenilique semper fecundum fortunam, transierat, quum eum tueri minime posset) oppressus armis cum Glaucia Prætore, & aliis ejusdem furoris ducibus, a Rabirio quodam interfectus est. Q. Cæcilius Metellus ab exilio, ingenti totius favore civitatis, reductus est. Man. Aquillus proconsul in Sicilia bellum servile excitatum confecit.

LIBRI LXX.

Quum Man. Aquillus de pecuniis repetundis causam diceret, ipse rogare judices noluit. M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam a pectore ejus discidit, ut honestas cicatrices ostenderet: quibus conspectis, indubitanter absolutus est. Cicero ejus rei solus auctor. T. Didius proconsul adversum Celtiberos feliciter pugnavit. Ptolemæus Cyrenarum Rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus hæredem populum Romanum reliquit, & ejus regni civitates senatus liberas esse jussit. Ariobarzanes in regnum Cappadociæ, a L. Cornelio Sulla reductus est. Parthorum legati a rege Arsace missi ad Sullam venerunt, ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, vir summæ innocentiæ, quoniam legatus Q. Mucii proconsulis a publicanorum injuriis Asiam defenderat, invisus equestri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium missus est. C. Sentius prætor contra Thraces infeliciter pugnavit. Senatus, quum impotentiam equestris ordinis in judiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti cœpit, ut ad se judicia transferrentur; finitumque causam ejus M. Livio Druso tribuno plebis: qui, ut vires sibi acquireret, perniciosa spe largitionum plebem concitavit. Prætera motus Syriæ regum continet.

LIBRI LXXI.

M. Livius Drusus, tribunus plebis, ut majoribus viribus senatus causam susceptam tueretur, socios & Italicos populos, spe civitatis Romanæ, tollicitavit: illique adjuvantibus, per vim legibus Agrariis frumentariisque latis, judiciarium quoque pertulit; ut aequa parte judicia penes senatum & equestrem ordinem essent. Quum deinde promissa sociis civitas præstari non posset, irati Italici defectionem agitare cœperunt. eorum coitus, conjurationes, & conciones in concilis principum referuntur, propter quæ Livius Drusus etiam senatui invisus factus, velut socialis belli auctor, incertum à quo, domi occisus est.

LIBRI LXXII.

Italici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani: initio belli a Picentibus orto. Q. Servilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occisus est. Itaq populus fumpitr. Servius Galba à Lucanis comprehensus, unius fœminæ opera, ad quam devertebatur, captivitate exemptus est. Asternia & Albaca coloniæ ab Italicis obsessæ sunt. Auxilia deinde Latini nominis, externarumque gentium, missa populo Romano, & expeditiones invicem urbiumque expugnationes, referuntur.

LIBRI LXXIII.

L. Julius Cæsar consul male adversus Samnites pugnavit. Nola colonia in poteſtatem Samnitium venit cum L. Postumio prætore, qui ab iis interemptus est. Complures populi ad hostes defecerunt. Quum P. Rutilius consul parum prospere contra Marsos pugnasset, & in prælio occidisset, C. Marius legatus ejus melliore eventu cum hostibus conflixit. Servius Sulpicius Pelignos prælio fudit. Q. Cæpio, legatus Rutilii, quum obsessus prospere in hostes erupisset, & ob eum successum æquatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus, & circumventus

insidiis, fuso exercitu cecidit. L. Cæsar consul feliciter contra Samnites pugnavit. ob eam victoriam Romæ supplicatio decreta est. Hernica colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit. Sed C. Marius prælio Marsos fudit. Herio Asinio, prætore Marrucinorum, occiso, C. Cæcilius in Gallia Transalpina Salvios rebellantes vicit.

LIBRI LXXIV.

CN. Pompeius Picentes prælio fudit, & obsedit, propter quam victoriam Romæ prætextæ, aliaque magistratuum ornamenta & insignia sumpta sunt. C. Marius cum Marsis dubio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare cœperunt. Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius prætor Marsos, quum uterque populus defecisset, prælio vicerunt. Nicomedes in Bithyniæ, Ariobarzanes in Cappadociæ regna reducti sunt. Cn. Pompeius consul Marsos acie vicit. Quum æris alieni oppressa esset civitas, A. Sempronius Asellio prætor, quoniam secundum debitores jus dicebat, ab iis qui fœnerabantur, in foro occisus est. Præterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

LIBRI LXXV.

A Ulus Postumius Albinus legatus, quum classi præesset, infamis crimine proditionis, ab exercitu suo interfectus est. L. Cornelius Sulla legatus Samnites prælio vicit, & bina castra eorum expugnavit. Cn. Pompejus Vestinos in deditionem accepit. L. Porcius consul rebus prospere gestis, fusisque aliquoties Marsis, dum castra eorum expugnat, cecidit. ea res hostibus victoriam ejus prælii dedit. Cosconius & Lucceius, Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobilissimum hostium ducem occiderunt, compluraque eorum oppida in deditionem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis prœliis fudit; aliquot populos recepit: quantisque raro quisquam allus ante consulatum rebus gestis, ad petitionem consulatus Romam est profectus.

LIBRI LXXVI.

A Ulus Gabinius Legatus, rebus adversum Lucanos prospere gestis, & pluribus oppidis expugnatis, in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicius Rufus Marrucinos cecidit, universamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconsul Vestinos & Pelignos in deditionem accepit. Marsi quoque à L. Muræna, & Cæcilio Pio legatis, aliquot prœliis fracti, pacem petierunt. Afculum à Cn. Pompeio captum est, cæsis & à Mamerco Æmilio legato Italicis. Silo Popædius, dux Marsorum, auctor hujus rei, in prœlio cecidit. Ariobarzanes Cappadocia, Nicomedes Bithyniæ regno à Mithridate Ponti rege pulsi sunt. Præterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

LIBRI LXXVII.

QUum P. Sulpicius tribunus plebis, auctore C. Mario, pernicio-sas leges promulgasset, ut exules revocarentur, & novi cives libertinique distribuerentur in tribus, & ut Marius adversus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, & adversantibus consulibus, Q. Pompeio & L. Sullæ, vim intulisset, occiso Q. Pompeio consulis filio, genero Sullæ; L. Sulla consul cum exercitu in urbem venit, & adversus factionem Sulpitii & Marii in ipsa urbe pugnavit, eamque expulit. ex qua duodecim à tempore hostes, inter quos C. Marius pater & filius, judicati sunt. P. Sulpicius, quum in quadam villa lateret, indicio servi sui retractus & occisus est. servus, ut præmium promissum indicii haberet, manumissus est, & ob scelus proditi dominî de saxo dejectus est. C. Marius filius in Africam trajecit. C. Marius pater, quum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis: & quum ad occidendum eum missus servus, natione Gallus, majestate tanti viri perterritus recessisset, impositus publicæ navi delatus est in Africam. L. Sulla civitatis statum ordinavit: exinde colonias deduxit. Q. Pompeius consul ad accipiendum à Cn. Pompeio preconsule exercitum profectus, consilio ejus occisus est. Mithridates, Ponti rex, Bithynia & Cappadocia occupatis, & pulso Aquilio legato, Phrygiam, provinciam populi Romani, cum ingenti exercitu intravit.

LIBRI LXXVIII.

MIthridates Asiam occupavit: Q. Oppium proconsulem, item Aquilium legatum, in vincula conjecit: justuque ejus, quicquid civium Romanorum in Asia fuit, uno die trucidatum est. Urbem Rhodum, quæ sola in fide permanserat, oppugnavit, & aliquot prœliis navalibus victus recessit. Archelaus præfectus regis in Græciam cum exercitu venit; Athenas occupavit. Præterea trepidationem urbium insularumque, allis ad Mithridatem, allis ad populum Romanum civitates suas trahentibus, continet.

LIBRI LXXXIX.

L. Cornelius Cinna, quum pernicio-sas leges per vim atque arma ferret, pulsus urbe a Cn. Octavio collega, cum sex tribunis plebis: imperioque ei abrogato, corruptum Ap. Claudii exercitum in potestatem suam redegit, & bellum urbi intulit; accerfito e Mario ex Africa cum aliis exulibus: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii exercitu, alter ex Cinnæ, ignorantes concurrerunt: & quum victor spoliaret occisum, agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei exstructo, ipse supra rogum se transfodit, & eodem igni consumptus est. Et quum exercitui inter initia potuisset, Cn. Pompeii fraude, qui utramque partem fovendo, vires Cinnæ dedit, nec nisi profligatis optimatium rebus auxilium tulit, & consulis segnitie confirmati Cinna & Marius, quatuor exercitibus, quotannis duo Q. Sertorii & Carbonis dati sunt, urbem circumsederunt. Oftiam coloniam Marius expugnavit, & crudeliter diripuit.

LIBRI LXXX.

Talicis populis à senatu civitas data est. Samnites, qui soli arma retinebant, Cinnæ & Mario se conjunxerunt. ab iis Plautius cum exercitu cæsus est. Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Janiculum occupaverunt, & fugati ab Octavio consule recesserunt. Marius Antium, & Ariciam, & Lanuvium colonias devastavit. Quum nulla spes esset optimatibus resistendi propter segnitiem & perfidiam & ducum & militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diversas partes transibant; Cinna & Marius in urbem recepti sunt: qui, velut captam, eam, cædibus & rapinis vastarunt; Cn. Octavio consule occiso, & omnibus adversæ partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio eloquentissimo viro, L. & C. Cæsare, quorum capita in rostris posita sunt. Craffus filius ab equitibus Fimbriæ interemptus. pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit. Et citra ullas comitia consules in sequentem annum seipsos renunciaverunt. Eodemque die, quo magistratum ineirant, Marius Sex. Licinium Senatorem de saxo dejici jussit: editisque multis sceleribus, Idibus Januariis decessit; vir, cujus si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile fit dictu, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit. adeo quam respublicam armatus servavit, eam primo rogatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit.

LIBRI LXXXI.

L. Sulla Athenas, quas Archelaus præfectus Mithridatis occuparat, circumsedit, & cum maximo labore expugnavit. urbi libertatem & civibus, quæ habuerant, reddidit. Magnesia, quæ sola in Asia civitas in fide manserat, summa virtute adversus Mithridatem defensa est. Præterea Dardanus Thracum in Macedoniam continet.

LIBRI LXXXII.

S Ulla copias regis, quæ Macedoniam occupata in Thessaliam venerant, prælio vicit; cæsis hostium centum millibus, & castris quoque expugnatis. Renovato deinde bello, iterum exercitum regis fudit ac delevit. Archelaus cum classe regia Sullæ se tradidit. L. Valerius Flaccus consul collega Cinnæ missus, ut Sullæ succederet, propter avaritiam invisus exercitui fuit, à C. Fimbria legato totius ultimæ audaciæ homine occisus est: & imperium ad Fimbriam translatum. Præterea expugnatæ in Asia urbes à Mithridate, & crudeliter direpta pecunia, incursionesque Thracum in Macedoniam, referuntur.

LIBRI LXXXIII.

C. Fimbria in Asia fusis prælio aliquot præfectis Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obsessumque regem non multum abfuit quin caperet. Urbem Ilion, quæ se potestati Sullæ reservabat, expugnavit ac delevit, & magnam partem Asiæ recepit. Sulla multis prælis Thracas cecidit. Quum L. Cinna & Cn. Papirius Carbo, à seipsis consules per biennium creati, bellum contra Syllam pararent; effectum quidem est per L. Valerium Flaccum principem senatus, qui orationem in senatu habuit, & per eos qui concordiæ studebant, ut legati ad Syllam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem invitum cogebat naves conscendere & adversus Syllam proficisci, interemptus est. consulatum Carbo solus gessit. Sulla quum in Asiam trajecisset, pacem cum Mithridate fecit; ita ut is crederet Asia, Bythinia, Cappadocia. Fimbria desertus ab exercitu, qui ad Syllam transierat, ipse se percussit: imperavitque de servo suo, præbens cervicem, ut se interficeret.

LIBRI LXXXIV.

S Ulla legatis, qui à senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si cives, qui à Cinna pulsi ad se fugerant, restituerentur. quæ conditio quum justa senatui videre-

deretur, per Carbonem factionemque ejus, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum est. Idem Carbo, quum ab omnibus oppidis Italiæ conjurationis obsides exigere vellet, ut fidem illorum contra Sullam obligaret, confunditenarius prohibitus est. Novis civibus Senatusconsulto suffragium datum est. Q. Metellus Pius, qui partes Optimatium sequutus erat, quum in Africa bellum moliretur, à C. Fabio prætore pulsus est, senatusque consultum per factionem Carbonis, & Marianarum partium factum est, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque & triginta tribus distributi sunt. Præterea belli apparatum, quod contra Sullam excitabatur, continet.

Libri LXXXV.

SUlla in Italiam cum exercitu trajecit, missique legatis qui de pace agerent, & à consule C. Norbano violatis, eundem Norbanum prælio vicit. Et quum L. Scipionis alterius consulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jungeret, nec potuerat, castra oppugnaturus esset, universus exercitus consulis, sollicitatus per emissos à Sulla milites, signa ad Sullam transtulit. Scipio, quum interimi posset, dimissus est. Cn. Pompeius, Cn. F. ejus qui Asculum ceperat, conscripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam venerat: ad quem se nobilitas omnis conferebat: ita ut deserta urbe ad castra veniretur. Præterea expeditiones per universam Italiam utriusque partis ducum referuntur.

Libri LXXXVI.

QUum C. Marius, C. Marii filius consul ante annos viginti per vim creatus esset, C. Fabius in Africa, propter crudelitatem & avaritiam, in prætorio suo vivus exustus est. L. Philippus legatus Sulla Sardiniam, Qu. Antonio prætore pulso & occiso, occupavit. Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab iis, velut ereptura civitatem, & suffragii jus nuper datum, fœdus percussit, idemque, ex fiducia jam certæ victoriæ, litigatores à quibus adibatur, vadimonia Romam differre jussit; quum à parte diversa urbs adhuc teneretur. L. Damasippus prætor, ex voluntate C. Marii consulis, quum senatum contraxisset, omnem, quæ in urbe erat, nobilitatem trucidavit. ex cujus quidem numero Q. Mucius Scævola pontifex maximus fugiens, in vestibulo ædis Vestæ occisus est. Præterea bellum à L. Muræna adversus Mithridatem in Asia renovatum continet.

Libri LXXXVII.

SUlla C. Marium, exercitu ejus fuso deletoque ad Sacriportum, in Oppido Præneste, obsedit. urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem repulit. Præterea res à legatis ejus, eadem ubique fortuna partium, gestas, continet.

Libri LXXXVIII.

SUlla Carbonem, exercitu ejus fuso ad Clusium, ad Faventiam Fidentiamque cæso, Italia expulit: cum Samnitibus, qui toti Italicorum populorum nondum arma posuerant, juxta urbem Romam ante portam Collinam debellavit: recuperataque republica, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum unquam fuit, inquinavit. Octo millia deditorum in villa publica trucidavit: tabulam proscriptionis posuit: urbemque ac totam Italiam cædibus replevit: inter quas omnes Præneftinos inermes concidi iussit: Marium, senatorii ordinis virum, cruribus brachiisque fractis, auribus præfectis, & effossis oculis, necavit. C. Marius Præneste obsessus à Lucretio Ofella, urbanam partium viro, quum per cuniculum captaret evadere, septus ab exercitu, mortem sibi conscivit. in ipso cuniculo, quum sentirer se evadere minime posse, cum Pontio Telesino fugæ comite, stricto utrimque gladio concurrit: quem quum occidisset, ipse raucius impetravit à servo, ut se occideret.

Libri LXXXIX.

M. Brutus à Cn. Papirio Carbone, qui Cosiram appulerat, missus nave piscatoria Lilybæum, ut exploraret an ibi Pompeius esset, & circumventus navibus, quas Pompeius miserat, in se mucrone versus, ad transtrum navis obnixus corporis pondere, occubuit. Cn. Pompeius in Sicilliam cum imperio à senatu missus, Cn. Carbonem, qui siens mulleb rite mortem tulit, captum occidit. Sulla dictator factus, quod nemo unquam fecerat, cum facibus viginti quatuor procesfit. Rebus novis reipublicæ firmatum confirmavit, tribunorum plebis poteftatem minuit, & omne jus legum ferendarum ademit. Pontificum, augurumque collegium amplavit, ut essent quindecim; senatum ex equestri ordine supplevit: proscriptorum liberis jus petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit: ex quibus plurima primo rapuit. redactum est tellertium ter millies, quingentries. Q. Lucretium Ofellam, consulatum, contra voluntatem suam, petere ausum, justit interfici.

imi in foro: & quum hoc indigne ferret populus Romanus, concione advocata, se justisse dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proscriptum & Hiarbam, regem Numidarum, bellum molientes, victos interemit, & quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit. Cn. Norbanus consularis proscriptus, in urbe Rhodo quum comprehenderetur, ipse se interemit. Mutilus, unus ex proscriptis, clam capite adoperto, ad postica ædes Bastiæ uxoris quum accessisset, admissus minime est, quia illum proscriptum dicerent. itaque se transfodit, & sanguine suo fores uxoris respersit. Sulla Nolam in Samnio recepit. quadraginta septem legiones in agres captos deduxit, & eos iis divisit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obsessum, in deditionem accepit. Mitylenæ quoque in Asia, quæ sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ diruræque sunt.

Libri XC.

S Ulla decessit, bonosque ei à senatu habitus est, ut in Campo Martio sepelirentur. M. Æmilius Lepidus, quum acta Sullæ rescindere, bellum excitavit: & à Q. Catulo collega Italia pulsus est: & in Sardinia frustra bellum molitus, periit. M. Brutus, qui Cisalpinam Galliam retinebat, à Cn. Pompeio occisus est. Q. Sertorius proscriptus, in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit. L. Manilius proconsul, & M. Domitius legatus, ab Herculaneo quæstore prælio victi sunt. Præterea res à P. Servilio proconsule adversus Cilicas gestas continet.

Libri XCI.

C N. Pompeius quum adhuc eques ter esset, cum imperio consulari adversus Sertorium missus est. Sertorius aliquot urbes expugnavit, plurimæque civitates in potestatem suam redegit. Appius Claudius proconsul Thracas pluribus prælis vicit. Q. Metellus proconsul L. Herculeinm, quæstorem Sertorii, omni cum exercitu cecidit.

Libri XCII.

C N. Pompeius dubio eventu cum Sertorio pugnavit, ita ut singula ex utraque parte cornua vicerint. Q. Metellus Sertorium, & Perpernam cum duobus exercitibus prælio fudit: cujus victoriæ partem cupiens ferre Pompeius: parum profpere pugnavit, obsessus deinde Calagurii Sertorius, assiduis eruptionibus non leviora damna obtinentibus loculit. Præterea à Curione proconsule in Thracia res gestas adversus Dardanos & Q. Sertorii multa crudelia in suos facta continet. qui plurimos ex amicis se cum proscriptis, crimine proditionis insimulatos, interemit.

Libri XCIII.

P. Servilius proconsul in Cilicia Isauros domuit, & aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes, Bithyniæ rex, moriens, populum Romanum fecit hæredem, regnumque ejus in provinciæ formam redactum est. Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Apparatus deinde regiarum copiarum pedestrium navaliumque: & occupata Bithynia, M. Aurelius Cotta consul ad Chalcedonem prælio à rege victus est, refuque à Pompeio & Metello adversum Sertorium gestas continet, qui omnibus belli militiæque artibus par fuit. quos etiam ab obsidione Calagurii oppidi depulsos, coegit diversas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam.

Libri XCIV.

L. Lucullus consul adversus Mithridatem equestribus prælis feliciter pugnavit: & expeditiones aliquot prosperas fecit, posteaquefque pugnam milites à seditione inhibuit. Deiotarus, Gallogræciæ tetrarches, præfectos Mithridatis bellum in Phrygia moventes cecidit. Præterea res à Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet.

Libri XCV.

C. Curio proconsul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor & septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt: & congregata servitiorum ergastulorumque multitudine, Crixo & Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum, & P. Varenum prætorem, prælio vicerunt. L. Lucullus proconsul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit, pulsumque Bithynia regem, variis bellis ac naufragiorum casibus fractum, coegit in Pontum profugere.

Libri XCVI.

Q. Arrius prætor Crixum, fugitivorum ducem, cum viginti millibus hominum cecidit. Cn. Lentulus consul male adversus Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius consul, & Q. Arrius prætor acie victi sunt. Sertorius à Manio Antonio, & M. Perperna & aliis conjuratis in convivio interfectus est; octavo ducatus sui anno: magnus dux, & adversus hos

ditos imperatores, Pompeium & Metellum, sæpe par, vel frequentius victor: ad ultimum defertus & proditus. Imperium partium ad Marcum translatum est: quem Cn. Pompeius victum captumque interemit, ac recepit Hispanias decimo fere anno, quam cœperum est bellum. C. Cassius proconsul, Cn. Manlius prætor, male adversus Spartacum pugnaverunt: idque bellum M. Crassio prætori mandatum est.

Libri XCVII.

M. Crassus prætor primum cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnavit: cæsis hostium triginta quinque millibus, & duce eorum Granico. Cum Spartaco deinde bellavit; cæsis cum ipso millibus quadraginta. M. Antonius prætor bellum adversus Cretenses parum prospere fuscepum, morte sua finivit: M. Lucullus proconsul Thracas subegit. L. Lucullus in Ponto adversus Mithridatem feliciter pugnavit; cæsis hostium amplius quam sexaginta millibus. M. Crassus & Cn. Pompeius Consules facti, ut Crassus ex prætura, sic Pompeius, antequam quæsturam gereret, ex equite Romano, tribunitiam potestatem retinuerunt. Judicia quoque per L. Aurelium Cottam prætorem ad equites Romanos translata sunt. Mithridates, desperatione rerum suarum coactus, ad Tigranem Armeniæ regem confugit.

Libri XCVIII.

M Achares filius Mithridatis, Bospori rex, à L. Lucullo in amicitiam receptus est. Cn. Lentulus, & L. Gellius censores, lasperas censuram egerunt, quatuor & sexaginta senatu motis. à quibus, lustro condito, censa sunt civium capita quadringenta quinquaginta millia. L. Metellus prætor in Sicilia adversum piratas prospere rem gessit. Templum Jovis in Capitolio, quod incendio consumptum ac refectum erat, à Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus, in Armenia Mithridatem & Tigranem, & immensas utriusque regis copias, pluribus prœliis fudit. Q. Metellus proconsul, bello sibi adversum Cretenses mandato, Cydoniam urbem obsedit. L. Triarius legatus Luculli adversus Mithridatem parum prospere pugnavit. Lucullum, ut persequeretur Mithridatem, ac Tigranem, summamque victoriæ imponeret, fediria militum tenuit, qui sequi nolebant: id est, legiones Valerianæ, impleta à se stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.

Libri XCIX.

Q. Metellus proconsul Gnossum, & Lyctum, & Cydoniam, & alias plurimas civitates expugnavit. L. Roscius tribunus plebis legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur. Cn. Pompeius lege ad populum lata, persequi piratas jussus, qui commercium annonæ intercludebant; intra quadragesimum diem toto mari eos expulit, belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis, stagros & urbes dedit. Præterea res gestas à Q. Metello adversus Cretenses continet: & epistolas Metelli & Cn. Pompeii invicem missas, quarum Metellus gloriam rerum à se gestarum à Pompeio sublatam prætergi, qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. Pompeius rationem reddit, hoc se facere debuisse.

Libri C.

C. Manilius tribunus plebis, indignatione maxima nobilitatis, legem tulit, ut Pompeio bellum Mithridaticum mandaretur. Concio ejus bona. Q. Metellus, perdomitis Cretensibus, libertatem in id tempus insulæ leges dedit. Cneius Pompeius ad regendum bellum adversus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit. equestri prælio Mithridatem vicit. Præterea bellum inter Phraatem regem Parthorum, & Tigranem Armeniorum regem, ac deinde inter filium Tigranem, parremque gestum, continet.

Libri CI.

C N. Pompeius Mithridatem nocturno prælio victum coegit Bosporum profugere. Tigranem in deditionem accepit, eique ademptis, Syria, Phœnice, Cilicia, regnum Armeniæ restituit. Conjuratio eorum qui in petitione consulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis consulibus, oppressa est. Cn. Pompeius quum Mithridatem persequeretur, in ultimas ignotasque gentes penetravit. Iberos, Albanosque, qui tranquillum non dabant, prælio vicit. Præterea fugam Mithridatis per Colchos, Heniochosque & res ab eo in Bosporo gestas, continet.

Libri CII.

C N. Pompeius in provinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit, ab eo Mithridates obsessus in regia, quum veneno sumpto parum profecisset ad mortem, à milite Gallo, nomine Bitocto, à quo, ut juvaret se, petierat, interfectus est. Cn. Pompeius Judæos subegit: fanum eorum Hierosolymæ, inviolatum ante id tempus, cepit. L. Catilina bis repulsa

repulsam in petitione consulatus passus, cum Lentulo prætore & Cethego, & pluribus aliis, conjuravit de cæde consulum & senatus, incendiis urbis, & opprimenda republica: exercitu quoque in Etruria comparato. Ea conjuratio inductria M. Tullii Ciceronis erupta est. Catilina urbe pulsus, de reliquis conjuratis supplicium sumptum est.

LIBRI CIII.

CAtilina à C. Antonio proconsule cum exercitu cæsus est. P. Clodius accusatus, quod in mulieris habitu in lucrarium, in quod virum intrare nefas est, intrasset: quumque uxorem Maximi Pontificis stuprâsset, absolutus est. Cn. Pontinus prætor Allobroges, qui rebellaverant, ad Solonem domuit. P. Clodius ad plebem transiit. C. Cæsar Lusitanos subegit: eoque consulatus candidatos, & captatum rempublicam invadere, conspiratio inter tres principes civitatis facta est, Cn. Pompeium, M. Crassum, C. Cæsarem. Leges Agrariæ à Cæsare consule cum maxima contentione, invito senatu, & altero consule M. Bibulo, latæ sunt. C. Antonius proconsul in Thracia parum prospere rem gessit. M. Cicero, lege à P. Clodio tribuno plebis lata, quod indemnatos cives necavisset, in exilium missus est. Cæsar in provinciam Galliam profectus, Helvetios, vagam gentem, domuit: quæ sedem quærens, per provinciam Cæsaris Narbonem iter facere voluebat. Præterea litum Galliarum continet. Pompeius de liberis Mithridatis, Tigrane & Tigranis filio, triumphavit: Magnusque à tota concione consularutus est.

LIBRI CIV.

PRima pars libri situm Germaniæ, moresque continet. C. Cæsar cum contra Germanos, qui Ariovisto duce in Galliam transcenderant, exercitum ducerer, rogatus ab Æduis & Sequanis, quorum ager possidebatur; trepidationem militum, propter metum novorum hostium ortam, allocutione exercitus inhibuit, & victos prælio Germanos Gallia expulit. M. Cicero, Pompeio inter alios orante, & T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gaudio senatus, ac universæ Italiæ, ab exilio reductus est. Cn. Pompeio per quinquennium annonæ cura mandata est. Cæsar Ambianos, Suessiones, Veromanduos, Atrebates, Belgarum populos, quorum maxima multitudo erat, prælio victos in deditionem accepit: ac deinde contra Nervios unam harum civitatum cum maximo discrimine pugnavit, eamque gentem delevit. quæ bellum gessit, donec ex sexaginta millibus armatorum trecenti superesse nt: ex quadringentis senatoribus tres tantummodo evaderent. Locata de redigenda in provinciæ formam Cypro, & publicandi pecuniis regia, C. Catoni administratio ejus rei mandata est. Ptolemæus Ægypti rex, ob injurias quas patiebatur à suis, regno pulsus, Romam venit. C. Cæsar Venetos, gentem Oceano junctam, navali prælio vicit. Præterea à legatis ejus eadem fortuna res gestas continet.

LIBRI CV.

QUum C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia teneantur, senatus vestem mutavit. M. Cato, in petitione prætoræ, Vatinio, repulsam tulit. idem quum legem impediret, qua provinciæ consulibus in quinquennium, Pompeio Hispaniæ, Crasso Syria & Parthicum bellum, Cæsari Gallia & Germania dabantur, à C. Trebonio tribuno plebis legis auctore in vincula ductus est. A. Gabinius proconsul Ptolemæum reduxit in regnum Ægypti, ejecto Archelao, quem sibi regem adsciverant. Cæsar, victis Germanis, & in Gallia cæsis, Rhenum transcendit, & proximam partem Germaniæ domuit: ac deinde Oceano in Britanniam, primo parum prospere rempeditatione adversus, trajecit: iterum parum felicius, maximaque hominum multitudine cæsa, aliquam partem insulæ in potestatem redegit.

LIBRI CVI.

JUlia Cæsaris filia, Pompeii uxor, decessit: honosque ei à populo habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. Gallorum aliquot populi, Ambiorige, duce Eburonum, defecerunt, à quibus Cotta & Titurius legati Cæsaris circumventi infidiis, cum exercitu, cui præerant, cæsi sunt. & quum aliarum quoque legionum castra oppugnata maximo labore defensa essent, interque eos, qui in Treviris præerat, Q. Cicero; ab ipso Cæsare hostes prælio fusi sunt. M. Crassus bellum Parthis illaturus, Euphratem fluvium transivit, victusque prælio, in quo & filius ejus cecidit, quum reliquias exercitus in collem recepisset, evocatus in colloquium ab hostibus, ut de pace ageretur, quorum dux erat Surenas, comprehensus, & ne quid vivus pateretur, repugnans interfectus est.

LIBRI CVII.

CÆsar, Treviris in Gallia victis, iterum in Germaniam transit: nullone ibi invento hoste, reversus in Galliam, Eburones, & alias civitates, quæ conspiraverant, vicit, & Ambio-

Ambiorigem in fuga persecutus. P. Clodii à T. Annio Milone, candidato consulatus, in Appia via ad Bovillas occiti corpus plebs in curia cremavit. Quum seditiones inter candidatos consulatus Hyptæum, Scipionem, & Milonem essent qui armis ac vi contendebant; ad comprimendas eas, Cn. Pompeius Magnus à senatu consul tertium factus est, absente & filiusquod nulli alii unquam contigit. Quæstione decreta de morte P. Clodii, Milo judicio damnatus in exilium actus est. Lex lata est, ut ratio absentis Cæsaris in petitione consularus haberetur, invito & contradicente M. Catone. Præterea res gestas à C. Cæsare adversum Gallos, qui prope universi, Vercingentorige Arverno duce, defecerunt, & laboriosas obsidiones urbium, continet: inter quas Avarici Biturigum, & Gergoviæ Arvernorum.

Libri CVIII.

C. Cæsar Gallos ad Alexiam vicit, omnesque Galliæ civitates, quæ in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Cassius quæstor M. Crassi, Parthos, qui in Syriam transcenderant, cecidit. In petitione consulatus M. Cato repulsam tulit; creatis consulibus Ser. Sulpicio, & M. Marcello. C. Cæsar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit. Præterea contentiones inter consules, de successore C. Cæsari mittendo, agente in senatu M. Marcello consule, ut Cæsar ad petitionem consulatus veniret. quum is lege lata in id tempus consulatus provincias obtinere deberet, reliqua à M. Bibulo gestas in Syria, continet.

Libri CIX.

C Assiæ civilium armorum & initia referuntur, contentionesque de successore C. Cæsari mittendo; quum se dimissurum exercitus negaret, nisi à Pompeio dimitterentur. & C. Curionis tribuni plebis primum adversus Cæsarem, dein pro Cæsare actiones continet. Quum senatus consultum factum esset; ut successor Cæsari mitteretur, M. Antonio, & Q. Cassio tribunis plebis, quoniam intercessionibus id senatus consultum impediebant, urbe pulsis; mandatum à senatu Consulibus, & Cn. Pompeio ut viderent, ne quid respublica detrimenti caperet. C. Cæsar bello inimicos persecuturus, cum exercitu in Italiam venit: Corninium cum L. Domitio, & L. Lentulo cepit, eosque dimisit. Cn. Pompeium, Cæterosque partium ejus, Italia expulit.

Libri CX.

C. Cæsar Massiliam, quæ portas ipsi clauserat, obsedit: & relictis in obsidione urbis eius legatis, C. Trebonio, & D. Bruto, profectus in Hispaniam, L. Afranium, & C. Petreium legatos Cn. Pompeii, cum septem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omnesque incolumes dimisit: Varrone quoque legato Pompeii cum exercitu in potestatem eam redacto. Gaditanis civitatem dedit. Massilienses duobus navalibus prælis victi, post longam obsidionem potestati Cæsaris se permiserunt. C. Antonius legatus Cæsaris, male contra Pompeianos rebus gestis, in Illyrico caprus est. In quo bello Opitergini Transpadani Cæsaris auxiliares, rate sua ab hostilibus navibus claula, portus quam in potestatem hostium venirent, inter se concurrentes occuberunt. C. Curio legatus Cæsaris in Africa cum prospere adversus Varum Pompeianarum partium ducem pugnasset, à Juba rege Mauritaniæ cum exercitu cæsus est. C. Cæsar in Græciam trajecit.

Libri CXI.

M. Cœlius Rufus prætor quum seditiones in urbe concitaret, novarum tabularum spe plebe sollicitata, abrogato magistratu pulsus urbe, Miloni exuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, se conjunxit. uterque quum bellum molirentur, interempti sunt. Cleopatra Ægypti regina à Ptolemæo fratre regno pulsa est. Propter Q. Crasli prætoris avaritiam crudelitatemque, Cordubenses in Hispania cum duabus Varianis legionibus à partibus Cæsaris desciverunt. Cneus Pompeius ad Dyrrhachium obsessus à Cæsare, & præsidiis ejus cum magna clade diversæ partis expugnatis, obsidione liberatus, translato in Thessaliam bello, apud Pharsaliam acie victus est. Cicero in cæteris remansit, vir nihil minus quam ad bella natus, omnibusque adversarum partium, qui se potestati victoris permiserunt, Cæsar ignovit.

Libri CXII.

T Repidatio victarum partium per diversas orbis terrarum partes, & fuga referuntur. Cn. Pompeius quum Ægyptum petisset, jussu Ptolemæi regis pupilli, auctore Theodoto præceptore, cujus apud regem maxima erat auctoritas, & Pothino, occisus est ab Achilla, cui delegandi id erat facinus, in navicula, antequam in terram exiret. Cornelia uxor, & Sex. Pompeius filius, in Cyprum refugerunt. Cæsar post terrium diem insecutus, quum ei Theodotus caput Pompeii & annulum obtulisset, & indignatus est, & illacrimavit, sine periculo Alexandriam tumultuantem intravit. Cæsar dictator creatus, Cleopatram in regnum Ægypti reduxit,

& inferentem bellum, iisdem auctoribus Ptolemæum, quibus Pompeium interfecerat, cum maximo fuo discrimine vicit. Ptolemæus, dum fugit, in Nilo navicula subsidit. Præterea laboriosum M. Catonis in Africa mor deserta cum legionibus iter, & bellum à Cn. Domitio contra Pharnacem parum prospere gestum continet.

LIBRI CXIII.

CONfirmatis in Africa Pompeianis partibus, earum imperium P. Scipioni delatum est; Catone, cui ex æquo deferebatur, cedente. Et quum de diruenda urbe Utica propter favorem civitatis ejus in Cæsarem deliberaretur, idque ne fieret, M. Cato retinuisset, Juba suadente, ut diruereture; tutela ejus, & custodia mandata est Catoni. Inde Pompeius Magni filius in Hispania contra ejus vires, quarum ducatum nec Afranius nec Petreius excipere volebant, bellum adversus Cæsarem renovavit. Pharnaces Mithridatis filius rex Ponti, sine ulla belli mora victus est. Quum seditiones Romæ à P. Dolabella tribuno plebis, legem ferente de novis tabulis, excitatæ essent, & ex ea causa plebs tumultuaretur, inductis à M. Antonio magistro equitum in urbem militibus, octingenti è plebe cæsi sunt. Cæsar, veteranis cum seditione missionem postulantibus, dedit. & quum in Africam trajecisset, contra copias Jubæ regis cum discrimine magno pugnavit.

LIBRI CXIV.

BEllum in Syria Cæcilius Bassus eques Romanus Pompeianarum partium excitavit; relicto à legione Sexto Cæsare, quæ ad Bassum transierat: occisoque eo, Cæsar Scipionem prætorem, Afranium, Jubamque vicit ad Thapsum, castris eorum expugnatis. Cato audita re, quum se percussisset Uticæ, & interveniente filio curaretur, inter ipsam curationem resiciso vulnere exspiravit, anno ætatis quadragesimo nono. Perreius Jubam, sequè interemit. P. Scipio in nave circumventus honestæ morti vocem quoque adjecit. quærentibus enim imperatorem hostibus, dixit, Imperator bene se habet. Faustus & Afranius occisi. Catonis filio venia data: Brutus, legatus Cæsaris, in Gallia Bellovacos rebellantes prælio vicit.

LIBRI CXV.

CÆsar quatuor triumphos duxit; ex Gallia, ex Ægypto, ex Ponto, & Africa. epulum, & omnis generis spectacula dedit. M. Marcello consulari, fenatui rogante, redditum concessit. qui Marcellus beneficio ejus frui non potuit; à Cn. Magio Cilone cliente suo Athenis occisus. Romæ censum egit, quo censa sunt civium capita centum quinquaginta millia. profectusque in Hispaniam adversus Sex. Pompeium, multis utrimque expeditionibus factis, & aliquot urbibus expugnatis, summam victoriam cum maximo discrimine ad Mundam urbem confectus est. Pompeius Sextus effugit.

LIBRI CXVI.

C. Cæsar ex Hispania quintum triumphum egit. & quum plurimi maximique honores ei à senatu decreti essent; inter quos, ut Pater Patriæ appellaretur, & sacrosanctus, ac Dictator in perpetuum esset, invidiæ causam adversus eum præstitere, quod senatui deferenti hos honores, quum ante eadem Veneris Genitricis sederet, non assurrexit: & quod M. Antonio consule collega suo inter Lupercos currente, diadema capiti suo imposituni in sella reposuit: & quod Epidio Marullo, & Cæsetio Flavo tribunis plebis, invidiam ei tamquam regnum affectanti movendibus, potestas abrogata est. Ex iis cautis conspiratione in eum facta (cujus capita fuerunt, M. Brutus, & C. Cassius, & ex Cæsaris partibus D. Brutus & C. Trebonius) in curia Pompeii occisus est viginti tribus vulneribus, occupatumque ab interfectoribus ejus Capitolium. Oblivione deinde cædis ejus à senatu decreta, obsidibus Antonii & Lepidi liberis acceptis, conjurati à Capitolio descenderunt. Testamento Cæsaris hæres ex parte dimidia Institutus C. Octavius sororis nepos, & in nomen adoptatus est. Cæsaris corpus, quum in campum Martium deferretur, à plebe ante rostra crematum est. Dictaturæ honos in perpetuum sublatus est. C. Amatius humillimæ sortis homo, qui se C. Marii filium ferebat, quum apud credulam plebem seditiones moveret, interfectus est.

LIBRI CXVII.

C. Octavius Romam ex Epiro venit (eo enim illum Cæsar præmiserat bellum in Macedonia gesturus) omnibusque properis exceptus; etiam nomen Cæsaris sumpsit. In confusione rerum, ac tumultu Lepidus pontificatum maximum intercepit. Sed M. Antonius Consul, quum impotenter dominaretur, & legemque de provinciarum permutatione per vim tulisset, & Cæsarem quoque petentem, ut sibi adversum avunculi persecutores adesset, magnis injuriis afficeret; Cæsar, & sibi, & reipublicæ vires contra eum paratrus deductos in colonias veteranos excitavit. Legiones quoque quarta & Martia, signa ab Antonio ad Cæsarem rulerunt.

runt. deinde & complures fœvitia M. Antonii passim in castris suis trucidati, quia & suspecti erant, ad Cæsarem deficiverunt. D. Brutus, ut potenti Cisalpinam Galliam Antonio obtenteret, Mutinam cum exercitu occupavit. Præterea discursus utriusque partis virorum ad accipiendas provincias, apparatusque belli continet.

LIBRI CXVIII.

M. Brutus in Græcia, sub prætextu reipublicæ, & suscepti contra M. Antonium belli, exercitum, cui Vatinius præerat, cum provincia in potestatem suam redegit. C. Cæsari, qui privatus reipublicæ arma sumpserat, proprætoris imperium à senatu datum est cum consularibus ornamentis; adjectumque, ut senator esset. M. Antonius D. Brutum Mutinæ obsedit, missique ad eum legati à senatu de pace, parum ad eam componendam valuerunt. Populus Romanus saga sumpsit. M. Brutus in Epiro C. Antonium prætorem cum exercitu potestati suæ subjecit.

LIBRI CXIX.

C. Trebonius in Asia fraude P. Dolabellæ occisus est. ob id facinus Dolabella hostis à senatu judicatus est. Quum Pansa Consul male adversus Antonium pugnasset, A. Hirtius Consul cum exercitu superveniens, suis M. Antonii copiis, fortunam utriusque partis æquasset. Victus deinde ab Hirtio & Cæsare Antonius, in Galliam confugit. & M. Lepidum cum legionibus, quæ sub ipso erant, sibi junxit: hostisque à senatu cum omnibus, qui intra præfidia ejus erant, judicatus est. A. Hirtius, qui post victoriam inde in castra Cæsaris deciderat, & L. Pansa è vulnere, quod in adverso prælio excepérat, defunctus, in Campo Martio sepulti sunt. Adversus C. Cæsarem, qui solus è tribus ducibus supererat, parum gratus senatus fuit: qui D. Bruto obsidione Mutinensi à Cæsare liberato, honore triumphi decreto, Cæsaris militumque ejus mentionem non satis gratam habuit: ob quæ C. Cæsar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu venit. & perculsis adventu ejus iis qui in eum iniqui erant, cum annos novendecim haberet, consul creatus est.

LIBRI CXX.

CÆsar consul legem tulit de quæstione habenda in eos, quorum opera pater occisus esset: postulatique ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus, absentes damnati sunt. Quum M. Antonio vires Afinius quoque Pollio, & L. Munatius Plancus cum exercitibus suis adjunxisset ampliassent, & D. Brutus, cui senatus ut persequeretur Antonium mandaverat, relictus à legionibus suis profugisset; jussu Antonii, in cujus potestatem venerat, à Capeno Sequano interemptus est. Cæsar pacem cum M. Antonio, & Lepido fecit: ita ut Triumviri reip. constituendæ per quinquennium essent, ipse, & Lepidus, & Antonius, ut suos quisque inimicos proscriberent. in qua proscriptione plurimi equites Romani, CXXX senatorum nomina fuerunt, & inter eos L. Paulli fratris M. Lepidi, & L. Cæsaris Antonii avunculi, & M. Ciceronis. hujus occisi à Popilio legionario milite, quum haberet annos sexaginta tres, caput quoque cum manu dextra in rostris positum est. Prætexa res à M. Bruto in Græcia gestas continet.

LIBRI CXXI.

C. Cassius, cui mandatum à senatu erat, ut Dolabellam hostem judicatum bello persequeretur; auctoritate reipublicæ adjutus, Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem provincia erant, in potestatem suam redegit: Dolabellam in urbe Laodicea obsessum mori coëgit. M. quoque Bruti jussu C. Antonius captus, occisus est.

LIBRI CXXII.

M. Brutus adversus Thracas parum prospere rem gessit; omnibusque transmarinis provinciis exercitibusque in potestatem ejus & C. Cassii redactis, colernnt Smyrnæ uterque ad ordinanda belli fururi consilia. M. Messalæ Publicolam fratrem victum, communi consilio condonaverunt.

LIBRI CXXIII.

S Ex. Pompeius, Magni filius, lectis ex Epiro proscriptis ac fugitivis, cum exercitu diu, sine ulla loci cujusquam possessione, prædatus in mari, Messanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam provinciam occupavit: occisoque A. Pompeio Bithynico prætore, Q. Salvidienum legatum Cæsaris navali prælio vicit. Cæsar & Antonius cum exercitibus in Græciam trajecerunt; bellum contra Brutum & Cassium gesturi. Q. Cornificius in Africa T. Sextium, Cassianarum partium ducem, prælio vicit.

LIBRI CXXIV.

C. Cæsar, & Antonius, apud Philippos vario eventu contra Brutum & Cassium pugnaverunt. ita ut utrius-

utrinsque dextra cornua vincerent, & castra quoque utrinque ab iis, qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem fortunam partium mors Catilinæ fecit: qui quum in eo cornu fuisset, quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi consciuit. Altero deinde prælio victus M. Brutus & circumvitam hniviti exorato Straione fuga comitum, ut sibi gladium adigeret, annosum circiter quadragintia. Inter quos Q. Hortensius occisus est.

Libri CXXV.

C. Cæsar relicto Antonio transmarinæ provinciæ ex parte imperium ei cessit, reversus in Italiam, veteranis agros divisit. Seditiones exercitus fuit, quas corrupti a Fulvia M. Antonii uxore milites contra imperatorem suum concitaverant, cum gravi periculo inhibuit. L. Antonius consul, M. Antonii frater, eadem Fulvia conciliante, bellum Cæsari intulit: receptis in partes suas populis, quorum agri veteranis assignati erant, & M. Lepido, qui custodiæ urbis cum exercitu præerat, fuso, hostiliter in urbem irrupit.

Libri CXXVI.

C. Cæsar, quum esset annorum viginti trium, obsessum in oppido Perusiæ L. Antonium, conatumque aliquoties erumpere ac repulsum, fame coegit in deditionem venire: ipique, & omnibus militibus ejus ignovit. Perusiam diruit. Redactis in potestatem suam omnibus diversæ partis exercitibus, bellum citra ullum sanguinem confecit.

Libri CXXVII.

P Arthi Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, duce, in Syriam irruperunt: victoque Decidio Saxa, M. Antonii legato, universam eam provinciam occupaverunt. M. Antonius quum ad bellum contra Cæsarem gerendum incitaretur, uxore Fulvia dimissa, ne concordiæ ducum obstaret; pace facta cum Cæsare, sororem ejus Octaviam in matrimonium duxit. Q. Salvidienum consilia nefaria contra Cæsarem moliturn, Judicio suo prorraxit. Isque damnatus, mortem sibi consciit. P. Ventidius, Antonii legatus, Parthos prælio victos Syria expulit; Labieno eorum duce occiso. Quum vicinus Italiæ hostis Sex. Pompeius Siciliam teneret, & annonæ commercium impediret, cum eo postulatam pacem Cæsar & Antonius fecerunt: ita ut Siciliam provinciam haberet. Præterea motus Africæ & bella gesta continet.

Libri CXXVIII.

Q Uum Sex. Pompeius rursus latrociniis inire inteitum redderet, nec pacem, quam acceperat, præstaret, Cæsar necessario bello contra eum susceptio, duobus navalibus prælüis dubio eventu pugnavit. P. Ventidius, legatus M. Antonii, Parthos in Syria prælio vicit, regemque eorum interemit. Judæa quoque a legatis Antonii subacta fuit. Præterea belli Siculi apparatum continet.

Libri CXXIX.

A Dversus Sex. Pompeium vario eventu navalibus certaminibus pugnatum est: ita ut ex duabus Cæsaris classibus, altera, cui Agrippa præerat, vinceret; altera, quam Cæsar duxerat, deleta, expositi in terram milites in magno periculo essent. Victus deinde Pompeius in Siciliam profugit. M. Lepidus, qui ex Africa relicto ad focierandum belli contra Sex. Pompeium a Cæsare gerendi trajecerat; quum bellum Cæsari quoque inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit. M. Agrippa navali corona à Cæsare donatus est: qui honos nemini ante eum habitus erat.

Libri CXXX.

M. Antonius, dum cum Cleopatra luxuriaretur, tarde Mediam ingressus, bellum, cum legionibus octodecim & sexdecim millibus equitum, Parthis invasit: & quum, duobus legionibus amissis, nulla re prospere cedente retro rediret, insecutis subinde Parthis, & ingenti trepidatione, & magno totius exercitus periculo, in Armeniam reversus est; viginti & uno diebus trecenta millia fuga emensus. Circa octo millia hominum tempestatibus amisit. Temestates quoque infestas super tam infeliciter susceptum Parthicum bellum culpa sua passus est: quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram festinat.

Libri CXXXI.

S Ex. Pompeius, quum in fidem M. Antonii veniret, bellum advertus eum in Asia moliens, oppressus a legatis ejus, occisus est. Cæsar seditionem veteranorum cum magna pernicie motam inhibuit: Iapidas, & Dalmatas, & Pannonios, subegit. Antonius Artavasdem, Armeniæ regem, fide data perductum, in vincula conjici jussit, regnumque Armeniæ filio suo ex Cleopatra nato dedit: quam uxoris loco, jam pridem captus amore ejus, habere cœperat.

LIBRI CXXXII.

CÆsar in Illyrico Dalmatas domuit. Quum M. Antonius ob amorem Cleopatræ, ex qua duos filios habebat, Philadelphum & Alexandrum, neque in nihilum venire vellet, neque finito triumviratus tempore imperium deponere, bellumque moliretur, quod urbi Italiæque inferret: ingentibus tam navalibus quam terrestribus copiis ob hoc contractis, remittoque Octaviæ torori Cæsaris repudio, Cæsar in Epirum cum exercitu trajecit. Pugnæ deinde navale & prælia equestria secunda Cæsaris feruntur.

LIBRI CXXXIII.

M. Antonius ad Actium classe victus Alexandriam profugit, obsessusque a Cæsare, in ultima rerum desperatione, præcipue occisæ Cleopatræ falso rumore impulsus, se ipse interemit. Cæsar, Alexandria in potestatem redacta, Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte defuncta, in urbem reversus, tres triumphos egit; unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium de Cleopatra: imposito fine civilibus bellis altero & vicesimo anno. M. Lepidus, Lepidi qui triumvir fuerat, filius, conjuratione contra Cæsarem facta, bellum moliens, oppressus & occisus est.

LIBRI CXXXIV.

C. Cæsar robustompositis, & omnibus provinciis in certam formam redactis, Augustus quoque nominatus est: & mensis Sextilis in honorem ejus appellatus est. Quum ille conventum Narbonæ ageret, census a tribus Galliis, quas Cæsar pater vicerat, a tus. Bellum contra Battarnas, & Mœsos, & alias gentes, a M. Crasso gestum, refertur.

LIBRI CXXXV.

BEllum à M. Crasso adversus Thracas, & à Cæsare adversus Hispanos gestum refertur: & Salassi, gens Alpina, perdomiti.

LIBRI CXXXVI.

RHetia à Tiberio Nerone, & Druso Cæsaris privigno, domita. Agrippa Cæsaris gener mortuus. à Druso census actus est.

LIBRI CXXXVII.

CIvitates Germaniæ, cis Rhenum & trans Rhenum positæ, oppugnantur à Druso: & tumultus, qui ob censum exortus in Gallia erat, compositus. Ara D. Cæsari, ad confluentem Araris & Rhodani, dedicata: tacendore creato C. Julio Vercondaridubio Æduo.

LIBRI CXXXVIII.

THraces domiti à L. Pisone: item Cherusci, Tenchtheri, Chatti, a liæque Germaniorum trans Rhenum gentes subactæ à Druso referuntur. Octavia soror Augusti defuncta; antea amisso filio Marcello: cujus monimenta sunt, theatrum & porticus, nomine ejus dicata.

LIBRI CXXXIX.

BEllum contra Transrhenanas gentes a Druso gestum refertur. in quo inter primores pugnaverunt Senectius & Anectius, tribuni civitatis Nerviorum. Dalmatæ & Pannonios Nero frater Drusi subegit. Pax cum Parthis facta est: signis a rege eorum quæ sub Crasso, & postea sub Antonio capta erant, redditis.

LIBRI CXL.

BEllum adversus Germanorum trans Rhenum civitates gestum a Druso, refertur. ipse ex fractura, equo super eius collapso, tricesimo die, quam id accideret, mortuus est. corpus Neronefratre, qui nuncio valetudinis evocatus raptim adcurrerat, Romam pervectum, & in C. Julii tumulo conditum. Laudatus est à Cæsare Augusto vitrico: & supremis ejus plures honores additi.

FRAGMENTA DUO LIVII

ex Seneca Patre Suasoria sexta.

M. Cicero, sub adventum triumvirorum cesserat urbe, pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Cæsari Cassium & Brutum, posse. Primo in Tusculanum fugit, inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Cajeta navim conscensurus, proficiscitur. Unde aliquoties in altum provectum, cum modo venti adversi retulissent, modo ipse jactationem navis, cæco volvente fluctu, pati non posset; tædium tandem eum & fugæ & vitæ cepit. regressusque ad superiorem villam, quæ paulo plus mille passibus à mari abest, Moriar, inquit, in patria sæpe servata. Satis constat, servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum: ipsum deponi lecticam, & quietos pati, quod fors iniqua cogeret, justisse. Prominenti ex lectica, præbentique immotam cervicem, caput præcisum est. Nec satis stolidæ crudelitati militum fuit. manus quoque, scripsisse in Antonium aliquid exprobrantes, præciderunt. Ita relatum caput ad Antonium jussuque ejus inter duas manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi sæpe consularis, ubi eo ipso anno adversus Antonium, quanta nulla unquam humana vox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat. vix attollentes lacrymis oculos, homines, intueri trucidata membra ejus poterant.

Ibidem.

Vixit tres & sexaginta annos: ut si vis abfuisset, ne immatura quidem mors videri posset. Ingenium & operibus, & præmiis operum felix. Ipse fortunæ diu prosperæ, & in longo tenore felicitatis, magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiæ morte; exitu tam tristi atque acerbo omnium adversorum, nihil, ut viro dignum erat, tulit, præter mortem. quæ, vere æstimanti, minus indigna videri potuit, quod à victore inimico nihil crudelius passurus erat, quam, quod ejusdem fortunæ compos, ipse fecisset. Si quis tamen virtutibus vitia penset, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cujus laudes persequendas Cicerone laudatore opus fuerit.

FINIS.

Ne sit lingua procax, neos ullis ingere probra,
Nam quoties nocuit lingua proterva viris?
Fraudibus haud promptus linguâ est virtute celebri
Lucanis tantum largetur illa minis.